









Akc. D 99/86



S-102

ZS

MS

S-102


Województwo Śląskie
Urząd Marszałkowski



Viro ornatissimo

IOAN. BAPTISTAE DOMINICO
FERRARIENSIS,

Canonicorum Regularium D. Saluatoris Ord.
S. Augustini Visitatori meritissimo.



Ioannes Baptista à Porta S.



IVINARVM rerum studium, ornatissime IOANNES BAPTISTA, quantopere homini Christiano sit, & frugiferum, & expetendum, dici, vix, ac ne vix quidem potest. Etenim, si naturæ impulsu quodam soliti sunt mortales, rerum, quæ à natura fiunt principia, & causas peruestigare, cur non longè maiore animi contentione, omnes in eo doctrinæ genere elaborabunt, quo nos intelligunt, in hac vita plenissima miseriarum, effici robustiores in malis; in altera verò cumulari amplissimis, iisque perpetuis bonis? Non ego sane alia crediderim ratione commodius, viros religiosos, & probatos Deo, aduersariorum truculentum furorem superare potuisse, quàm hac ipsa assidua, & pia tractatione sacrorum librorum cui, fortasse, nisi fuissent dediti, oppressi multis malis impiorum iniuriæ concessissent. Nam, si historiarum lectio, vel carminis elegantia, aut suavis numerorum concentus, vel ipsum denique orbis huius admirabile opificium valde nos afficit, permulcetque sensus, & animum incredibili voluptate,

Itaque; quid de sanctissimis illis oraculis sentiendum est, quæ,
diuinitus tradita, altissimis Theologiæ mysterijs explicata con-
tinentur? itaque perficiet nemo, vir ornatissime, quin illud
mihi in animo hæreat, neminem viuere ita exhausto rubore,
ita ab humanitate derelictum; nullius esse rationes adeo alie-
nas à salute, a pietate, quin, perlegendis sacris voluminibus
flectat animum suum; atque ipsa attentè summi Parentis exa-
minanda modo clementia, modo seueritate, modo *μακροθυμία*,
profundat vim maximam lacrymarum. Quod vtinam nos
Deus respiciat, atque hæc omnes apud nationes aliquando li-
terarum diuinarum cura oriatur, vt quæ vel per excellentis-
simos vates olim Dominus indicauit, vel per se ipsum, vel po-
stremo etiam per Apostolos, ea credamus, amplectamur, fa-
teamur esse certissimæ, eiusdemque diuinæ, ac supremæ au-
ctoritatis. Quo libentius ego eorum virtutem, & industriam
laudare consueui, qui suos labores conferunt in commune;
&, quos ex diuinis literis fructus perceperunt, eos non graua-
te impertiunt publicæ vtilitati. id profecto est christiani viri
munus: hoc illam est imitari præstantissimam, ac referre in ter-
ris, augustissimi numinis benignitatem. Vindicarunt hanc si-
bi laudem complures equidem in Christi Ecclesia, alius alio
præstabiliorem; sed auctor Pantheologiæ, vt mihi videtur,
eximiam, ac prope singularem. non possunt omnes vastam
syluam peragraræ theologicarum disputationum: sunt enim
qui tempus, sunt qui doctorem desiderant, sunt etiam qui pe-
cuniam. non cuiusuis præterea fuerit hominis attingere scri-
ptores ecclesiasticos. nemo accedere debet impurus, nemo
imparatus ad hos fontes. hinc igitur quasi ex penu quodam,
& veluti promptuario, vbi suo loco disposita sunt omnia, su-
met sibi quisque quod volet. Quo etiam libentius feci, vt
opus imprimerem. Et si autem vino vendibili nihil est opus
hædera, quemadmodum prouerbio fertur, veruntamen incer-
tus eram primò quid agerem. sed induxi in animum multis de
causis postea, vt huic libro præponi nomen tuum voluerim
IOANNES BAPTISTA DOMINICE: quem enim, quæso,
magis deceant præcepta dominica, quàm Dominicum? si qui-
dem ab adolescentia ita semper enixus es, ita cognitus, vt ab
optimo quoq; probareris: nimirum vt quod cognomine ipso
præfers, re, & vita esses dominus actionum tuarum; neque vlli
seruires, aut flagitio, aut animi perturbationi; quæ si vitæ con-
suetudo

suetudo delectaret quamplurimos, sperandum esset valde viris bonis, fore propediem, ut antiqua illa officii ratio recuperaretur, cuius splendor omnis his moribus obsoleuit, atque hac temporum corruptela. Quid igitur mirum, si tibi Patres tui mandarunt clarissimos honores, cum hoc illi acciderit, qui, & integritate excellit, & eruditione commendetur, & iudicio valeat, vsque rerum gerendarum? nemo enim iustius alios regit, quam qui sibi diutissime imperavit. quibus ex omnibus causa iustissima fuit, cur te iam pridem nobilissima hæc Religio vel familia tua, in præcelso dignitatis gradu collocarit. has virtutes illa præterea comitantur, quod honestissimis laboribus tuis, Christi Evangelio prædicando, multum Christianis populis profuisti: Privatius autem vigilis tuis, & sudoribus id affecutus es, ut nihil iam venire possit in controuersiam, siue illud ad res coelestes attineat, siue terrenas, de quo tu non differas perire, & scienter. cum igitur, & doctrina vi-tæ, & utraque personæ respondeat, quam sustines, omni ex parte; accipies, confido, eo animo hunc librum, quem tibi dicatum vides, ut pro certo habeas, me, cum magna, & præ-clara cupiuerim, quæ habuerim, & potuerim, præstitisse. Vale vir optime. Ven. Kal. Iunij. M D LXXXV.



INDEX

MATERIARVM

QVAE IN PRIMO TOMO

HVIVS VOLVMINIS CONTINETVR.

A



Abolutio.

pag. 1

Abstinētia.

pag. 9

Accidia.	16
Accusatio.	20
Adoratio.	31
Aduocatus.	44
Adulatio.	49
Ambitio.	55
Amicitia.	59
Amor.	96
Angeli.	139
Anima rationalis.	163
Anima separata.	173
Appellatio.	179
Ascensio.	180
Auaritia.	188
Aureola.	197

B

Baptismus.	203
Beatitudo.	226
Beati.	263
Bellum.	277
Benefactor.	184
Beneficentia.	386

Beneuolentia.

289

Bonum.

290

Blasphemia.

320

C

Charitas.

328

Circuncisio.

353

Circumstantia.

362

Claues Ecclesiae.

369

Cogitatio.

385

Coitus coniugalis.

391

Concupiscentia.

395

Confessio.

412

Consensus.

458

Conscientia.

463

Contemplatio.

472

Continentia.

488

Contumelia.

497

Contritio.

508

Correctio fraterna.

pag. 523

Crux.

534

D

Decima.

563

Delectatio.

570

Derisio.

584

Descensus Christi ad

inferos.

591

Desperatio.

597

Detractio.

601

Deuotio.

607

Dilectio.

610

Diuinitio.

648

Diuitiae.

654

Dolor vel tristitia.

658

Dominium.

670

Donum.

676

Dona.

683

Dotes sanctorum.

714

E

Electio.

716

Eleemosyna.

747

Error.

794

Esse Dei.

796

Euagatio mentis.

816

Eucharistia.

817

Examen conscientiae.

898

Excommunicatio.

901

F

Fama.

911

Festa.

916

ides

I N D E X

Fides.	920
Fidelitas.	941
Filij.	947
Fornicatio.	953
Fortitudo.	956
Fortuna.	965
Fraus.	970
Fruitio.	972
Furtum.	979

G

Audium.	987
Gratia.	993
Gula.	1005

H

Abitus.	1013
Hæresis.	1017
Homicidium.	1021
Honestas.	1029
Honor Dei.	1032
Hostia.	1038
Humilitas.	1039

I

Actantia.	1044
Ieiunium.	1048
Ignis inferni.	1058
Ignorantia.	1064
Incarnatio.	1066
Incertitudo.	1140
Indulgentiæ.	1142
Infidelitas.	1147
Infideles.	1153
Ingratitudo.	1157
Inimici.	1160
Iniuria.	1162
Intentio.	1164
Inuidia.	1171
Ira.	1173
Iudex & iudiciū.	1179
Iuramentum.	1187
Iustitia humana.	1190
Iustitia diuina.	1194
Iustificatio.	1203



VITA RAYNERII PISANI
EX IOANNE TRITTHEMIO.



RAYNERIVS Pisanus natione Italus,
Ordinis Fratrum Prædicatorum, vir
in scripturis sanctis studiosus, & eru-
ditus; atque in iure canonico satis pe-
ritus, ingenio promptus, eloquio scho-

lasticus, consilio cautus, & non minus religione,
quàm scientia venerabilis, vt fratribus suis in iure
minus expertis, in audiendis confessionibus præ-
beret iter, Scripsit maximam, & insignem Summam
de casibus, in duobus magnis voluminibus, secun-
dum ordinem alphabeti, quam prænotavit PANTHEO-
LOGIAM: Et quædam alia. Claruit sub Bonifacio Pa-
pa Octauo, & Alberto Imperatore Anno Domini.
MCCC.

I N D E X

C O P I O S I S S I M V S

E O R V M,

*Quæ in Primo Tomo, huius voluminis
continentur.*

Primus numerus paginas indicat: secundus verò in margine materias.

 B E L munera Deus resperit. Pagina. 773 A bsolutionis causa est duplex. 1 A bsoluens sacerdos quomodo operetur. 2. 3 A bsolutionis materia susceptiva A bsoluit sacerdos a pœna aliqua temporali. 6.7 A bsoluens sacerdos non liberat a pœna æternali 6.7 A bsolutionis forma debita quæ. 6. 1 A bsolutionis verborum significa- tio. 8 9 A bsolutio non requirit necessa- rio impositionem manus. 7 A bstinentia quando sit virtus. 9 A bstinentia triplex. 9 A bstinentia regulata quatuor mo- dis 10 A bstinentiæ laticinijs varius mō- dus. 10 54 a bstinentia a tribus. 10 A bstinere a licitis maioris est me- riti, quam ab illicitis. 10 A bstinere a malo, & nō facere bo- num, & abstinerere a bono, & nō facere malum quomodo diuer- sa sint. 11 3 a bstinentia qualis sit propter bo- num consuetudinis. 13 A bstinentia propter bonum vir- tutis. 13 A bstinentia qualis propter bonū mentis. 14 a bstinentia propter bonum cor- poris. 14 a bstinentia propter bonum finis 14. a blatum repetere licet quatuor modis. 164 a ccidia culpabilis. 16 a ccidia quomodo mala secundum se. 16	A ccidia vituperabilis est. 16 A ccidia vitabilis est quomodo 16 a ccidia quatuor declaratur. 16 2 a ccidia qualiter excusetur a pec- cato. 17 a ccidia quando peccatum morta- le. 17 a ccidia quomodo superetur. 17 a ccidia est occasio omnium malo- rum. 18 a ccidia qualia peccata producat. 18. a ccidia debetur pœna æterna. 29 a ccidia per ficulneam arefactam. 19. 7 a ccusator quando, & quomodo tenetur. 21 a ccusatio fit quatuor rōnib. 21 a ccusatio, vt recte fiat requirit tria. 11 A ccusatio quō roboretur. 21 3 a ccusatio quō irritatur 23 4 a ccusatio quomodo inferat calū- niam. 23 a ccusator quomodo puni- tur. 23 5 a ccusator dupliciter peccat defi- ciens in accusatione. 23 a ccusationi requiritur superiori- tas. 24 A ccusare subditi possunt, & quan- do. 24 a ccusationi quis modus requira- tur. 25 7 a ccusator debet esse discretus, ve- rax bonus, &c. 25 a ccusator triplex repellitur. 16 a ccusatio fiat tpe & ordine 26 a ccusatio legitima requirit crimē euidens accusati. 26 a ccusator ali quando non requiri- tur ad puniendum reum, & qñ. a ccusatus iuste tria dēt vitare. 28 a ccusare seipsum an liceat. 29 a ccusatus quando non teneatur respondere. 29	A ccusatus in cā sanguinis nō pōt corrumperere aduersarium. 29 a ccusatus iuste non appellet ad superiorem. 29. 12 A ccusato & ad mortem condem- nato nō licet se defendere sine peccato. 30. 13 a ccusato, & in carcere constituto quando liceat se defendere, vel fugere. 30 A ctioni humanę requiritur mo- dus, species, & ordo. 308 a ctus hominis ex tribus habet ra- tionem meriti. 334 a ctus humanus duplex. 347 a ctus conjugalis declaratur. 406 a cquisitur aliquid iniuste duob. modis. 567 a cquisitio illicita triplex. 567 a cquisitum iuste, iuste retentum aliquid est. 772 24 a ctus quatuor in manducatione spirituali. 845 A ctibus in moralibus quid atten- dendum. 1009 a ctus virtuosus tria requirit. 1190 a ctus humani concipiunt spem fa- lutis. 458 a ctus moralis est bonus ex gene- re. 309 a doratio tria requirit. 31. 1 a doratio est actus fidei, charitatis & cætera 31 a doratio quibus debeat. 33 a dorationis causa quæ sit. 32 a doratio dulci debetur creaturę. 33. a doratio hi perdulci cui debeat- tur. 33 a dorare, colere, seruire differūt 34 a doratio triplex. 35 A dorari quō deat Deus, trinitas Christus. 35 a dorandi Christi imago quō. 36 a dorari angelus an licitè possit. 38
--	---	---

I N D E X

Adorans hostiam nō sacratam an peccet. 39.8	Amare, & amari dupliciter confidetur. 72	tem. 79
Adorationis varius modus. 41	Ambitio est peccatum quasi generale. 55	Amicorum numerus quantus sit. 70.
Adorandus Deus corpore quatuor rationibus. 41	Ambitio opponitur magnanimi- tatis virtuti. 56	Amicitia celsitudo praeeminens. 80.
Adorationis corporalis quatuor signa. 41	Ambitionis quale supplicium. 59	Amicitia propter honestatis bonū alias excellit. 81. 18
Adorationis locus congruus. 43	Amicitia necessitas. 60	Amicitia propter virtutem tria ha- bet bona. 81
Adorandus Deus in ecclesia cur. 43	Amicitia est necessaria ratione vir- tutis habenda. 60	Amicitia propter virtutē nihil de- est. 81
Adoratio quadruplex. 44	Amicitia necess. ratione vtilitatis. 60.	Amicitia ppter virtutem est alijs permanentior. 82
Aduocati officium. 44.1	Amicitia necess. ratione paces. 61	Amicitia varietas distinctionis, causalitas conquestionis. 82. 19
Aduocationis officio qui prohi- bentur. 44.1	Amicitia est necess. ratione neces- sitatis. 61	Amicitia virtutis querelas nō ha- bet. 83
Aduocatus quando teneatur, in causa. 45	Amicitia est necess. diuitib. 61	Amicitia vtilitatis querelas ha- bet. 83
Aduocatus quando ad restit. te- neatur. 45	Amicitia est neces. pauperibus. 61	Amicitia quadruplex, fida, mala, vera, & perfecta. 85. 20
Aduocatus potest occulte quā facit pro contraria parte. 46	Amicitia non est neces. ad felicita- tem caelestis patriae. 63	Amicitia inter prauos mala. 87
Aduocari stipendium quale. 46	Amicitia est neces. ad bene esse beatitudinis. 63	cap. 16.
Aduocatus iuste potest salarium accipere & in pactum reducere. 46.	Amicitia est neces. ad felicitatem praesentis vitae. 65	Amare seipsum, potest esse bonū, vel malum. 88
Aduocatus non potest causa ince- pta pacisci cum litigatore 47	Amicitia duplex. 63	Amare seipsum est malum. 88
Aduocatus patrocinium det ferre quatuor modis. 47.4	Amicitiam non habere, vel dissol- uere est magna validitas. 65. 3	Amicitia vera quatuor habet. 90.
Aduocatus, & iudex quis non po- test esse in eadem causa, cur. 47	Amicitia propter quatuor ratio- nes dissoluitur. 65	22.
Aduocatus tenetur praestare auxi- lium suum pauperibus. 48	Amicitia dissolui quando debet. 66.	Amicitia vera probatur in quat- tuor 942
Aduocatus debet ferre patrocini- um duobus modis. 48	Amicitia conferuanda sagacitas. 66.	Amicus quodammodo omnia. 943.
Adulatio quatuor cognoscitur. 49.	Amicitia quando soluitur ratio- ne distantiae localis. 67	Amicitia bonorū propter virtutē quinque habet condiciones. 92
Adulator aliquis est tacendo, uel loquendo. 50.2	Amicitia est diuitijs maius bonū. 315.	23.
Adulationis actus infectiuus 50.3	Amicus fortunatus quā praestet in miseria. 68	Amicitia bonorum eligenda, quin- que rationibus. 92. 23
Adulationis reatus infectiuus. 51	Amicus qui est in malis fortune quid faciat cum suo amico. 69	Amicitia perfecta duo habet con- sideranda. 94
Adulationis peccatum an grauius homicidio. 52	Amicitia definitio integralis. 69	Amor triplex appetitus. 79
Adulator an ita grauiter peccet, ut is cui adulatur. 53	Amicitia non est inter hominem & inanimata. 70	Amoris diuisio. 97. 2
Adulatio dicit magna ira dei. 53	Amicitia conuenientia. 21.1	Appetitus diuisio. 97
Adulationis remedium exclusiuum 54.	Amicitia virtus magis consistit in amare, quam amari. 71	Amor quinque gradus habet. 98
Aeternus vnus, vel tres aeterni quomodo. 801	Amicitia voperatio euidentis vir- tualis. 73. 9	Amoris comparatio ad odium, de- siderium, &c. 98. 3
Aeternitatis definitio. 802	Amicitia actus principalis conui- uere amico. 73	Amor est fortior desiderio. 98
Aeternitati totum quomodo con- ueniat. 802.5	Amicus seruit amico quatuor modis. 73	Amor est dignior dilectione. 99
Aeternitas est mensura actus exi- stentis extra terminos. 803	Amicitia omnia opera reducun- tur ad tria. 74. 10	Amor quomodo dignior cogni- tione. 99
Aeternitatis quā de ratione sint. 804.	Amicus amico suo in quinque le- concordet. 75	Amoris prioritas in existendo: ge- neralitas in agendo, causalitas in peccando. 100. 4
Aequale triplex. 68	Amicitia aptitudo conueniens. 77.	Amor est causa timoris. 101
Aerates de aetate hominis cō- parantur. 356	Amicitia species est triplex. 78	Amoris generalitas in agendo. 101. 5
Affectus inordinatio contingit propter tres rationes. 513	Amicitia probatur propter vtile. 78.	Amor est causa odij. 102
Aliena possessio de ratione furti. 979.	Amicitia probatur propter dele- ctabile. 78	Amor sui aliquo modo est causa peccati. 102
Aliquid est faciendum, & nō fa- ciendum duabus rationib. 10	Amicitia probatur propter virtu- tem. 79	Amor sui an sit odium sui. 104
		Amor tripliciter considerari po- test. 104
		Amor inordinatus est malus. 105
		Amoris triplex causa. 106. 8
		Amoris causa secunda est cogni- tio. 107. 9
		Amo-

I N D E X

Amoris radix tertia est assimilatio. 108. 10
 Amoris prima virtus. 109
 amor diuinus est sui ipsius expressiuius. 110
 amor diuinus est diffusiuus. 110
 amor diuinus, sui ipsius reflexiuus 111.
 amor diuinus excedit oēs alios amores. 112
 amor diuinus reformat deformatum. 112
 Amor diuinus conformat reformatum. 112
 amor diuinus confirmat confirmatum. 112
 amor diuinus transformat confirmatum. 112
 amor diuinus causat in animo unionem. 113
 Amor causat in hātionem. 113
 amans quomodo dicatur esse in amato. 114
 amor causat eleuationem mentis. 115
 amor diuinus causat perfectionē maximam. 115. 16
 amoris effectus est zelare. 117. 17
 amoris secundus effectus est languorem inducere. 118. 18
 anima languet tripliciter. 119
 amoris tertius effectus est liquefacere. 119. 19
 anima cum liquefcit in quā resoluitur. 121
 amor est acutus. 121
 amoris quartus effectus est vulnerare. 121. 20
 amoris quintus effectus est inebriare. 122. 21
 amor dei, ad creaturas. 124
 amor dei ad creaturas est æternalis. 125. 23
 amor Dei ad creaturas est virtualis. 226. 24
 amor Dei ad creaturas est inæqualis. 128. 25
 amor Dei ad creaturas est specialis. ibi. 26
 amor Dei specialis ad aliquos potest esse maior, vel minor triplici ratione. 130. 27
 amor noster differt ab amore dei. 612.
 amor Dei & in patria, & in via eiusdem rationis. 614
 amor absentis magis percipitur. 661.
 amor Dei in homines ex tollitur laudibus. 763
 Angeli faciunt ad perfectionem vniuersi. 134
 angeli sublimiores sunt homine. 1.

Angeli creati sunt in celo triplici ratione. 135
 animę damnatorum statim ad inferna descendunt. 135
 angelus cur prohibuit se adorari. 38.
 angelorū numerus est maximus. 136.
 angelorum numerus est nobis incognitus. 136
 angelorum numerus est excessiuus. 136
 angelorum sublimitas dignitatis. 136. 4
 angelorum assistentia qualis. 137
 angelorum officium, & triplex pugna inter eos. 137
 angelus bonus quomodo contrarius sit aliquando angelo bono 177.
 angelorum officium est insistere. 138. 7
 angelorum custodia tria bona ostendit 138
 angelorum custodia quatuor modis consideranda. 139. 8
 angelus non datur custos animæ separata, nec angelis ipsis. 139
 angelus datus fuit custos primis parentibus. 140
 angelum habebit antichristus ad sui custodiam. 140
 angelorum custodia qualis sit. 140.
 angeli quandiu custodiant homines. 140. 11
 angelus custos an derelinquat nos aliquando quo ad locum. 141.
 angelicustodes an debeant de dānatione hominis. 141
 angelorum varietas quo ad nomina, ordines, & actus. 141. 12
 angelorum prima distinctio. 141
 angelorum hierarchiæ trib. exemplis monstrantur. 152
 angelorum ordines tripliciter distinguuntur. 142. 13
 angelorum ordines durabiles. 142. 14.
 angeli superiores in aliquo illuminabunt inferiores. 143
 angelorum, & hominum vna erit societas. 144
 angelorum varietas consideratur ex parte nominum. 147. 16
 archangeli cur ita dicantur. 149
 angeli nunciant minima duplici ratione. 149
 angelis conuenit frui æternaliter. 149.
 angelis beatis duplex cognitio. 149
 angeli amant Deum perfecte. 150
 angeli omnes tenent, & habent

Deum æternē. 150
 Angeli beati an possint p̄ficere. 150
 angelis superioribus triplex actus conuenit. 850. 23
 angeli superiores an doceant inferiores de omnibus, quæ ipsi sciunt. 152
 angeli habent cognitionem matutinam, & vespertinam. 153
 angelica cognitio quomodo dicatur habere tenebras. 153
 angelis non datur alia cognitio præter superscriptas. 153
 angelorum cognitio, qua Deum cognoscunt, an dicatur matutina. 154
 angeli habent dilectionem Dei ordinatam. 154. 26
 angeli beati habent mentalem locutionem. 155. 27
 angelis loquitur Deus. 156
 angeli loquuntur Deo. 156
 angeli loquuntur sibi inuicē 156
 angeli respectu hominum quatuor actus habent. 157. 28
 angeli beati habent respectu hominum specialem custodiā. 157. 29.
 angeli propter custodiam hominum non impediuntur a Dei contemplatione. 157
 angelum a Deo discedere quomodo intelligitur. 158
 angeli ex custodia hominum non crescunt in gratia. 158
 angeli non dolent de custoditi damni. 158
 angeli respectu hominum habent virtuale influentiam. 158
 angeli possunt immutare sensum 158.
 angeli possunt illuminare intellectum hominis. 158
 angeli possunt immutare rōnabilem hominis appetitum. 159
 angelus de quibus illuminet intellectum hominis. 159
 angeli beati cum hominib. electis habent æternalem commanentiam. 160. 31
 angeli boni actus, vel ministeria operantur erga penitentes. 161
 angeli boni tres actus habent erga tribulationem patientes 162. 34
 angelus quomodo dicatur cōfor tasse Christum. 162
 angeli boni tres actus habent erga bene operantes. 162
 angelus an possit baptizare. 212
 angelus cur visibilis Mariæ apparuit. 1070
 angeli apparentis Mariæ species. 1070.
 angelus tria intēdebat in annunciatione. a 2

I N D E X

- Beati in patria habebunt inter alia quatuor. 263.1
- Beatorum omnium idem erit primum. 264
- Beati quomodo videbunt essentiam Dei. 264
- Beati vident Deum sine entitatis cognitione. 267.3
- Beati habebunt diuersitatem visionis. 268.4
- Beati in patria vnus alio clarius videbit Deum, & perfectius. 269.5
- Beati ita vident Deum, quod eorum tota impletur capacitas. 271.6
- Beati sine inuidia. 271
- Beati sine discordia. 271
- Beati in patria satiabuntur. 272.7
- Beati videndo diuinam essentiam quatuor bona consequuntur. 173.
- Beatis Deus erit omnia in patria. 273.
- Beati in patria habebunt sempiternitatem. 273
- Beati Deum videbunt in æternū ratione æternitatis. 273
- Beatus Augustinus loquens de vita beata in balneis. 276.9
- Beatitudo non subiacet fortunæ 654.
- Beatitudini quatuor cooperantur. 331.
- Beatitudo tria requirit. 578.12
- Benefactoris effectus. 638
- Bellum, vt sit iustum, requiruntur 3. 278.12
- Bellum iustum requirit iurisdictionem. 278
- Bellum iustum requirit offensionem, patientis. 278
- Bellum iustum exigit quinque. 278
- Bellum potest fieri sine omni peccato. 279.2
- Bellat aliquis duobus modis. 279
- Belli actus cui liceat. 280.3
- Bellum clericis non licet, & quando. 281.4
- Belli modus qui conueniat. 281.4
- Bellandi tempus licitum. 283.6
- Bellare in die festo non est licitum, & aliquando licet. 283
- Benefactor magis diligit beneficia, quam e conuerso. 284.1
- Beneficiorum duo documenta. 284.
- Beneficientis amor magis spontaneus, quam e conuerso. 285
- Beneficij accepti quomodo recompensatio fieri debeat. 285
- Beneficientis effectuum, & inducium. 286.1
- Beneficentia est actus charitatis. 286.
- Beneficentia inducium facit, vt omnib. beneficiamus. 287.2
- Beneficia quatuor habent consid. ibid.
- Beneficij conferendi inæqualitas. 288.3
- Benefaciendum est magis cõiunctis, quam extraneis. 288
- Beneuolentiæ subiectum, effectus & profectus. 289
- Beneuolentia non idem est quod amicitia. 289
- Beneuolentia est principium amicitie. 289
- Benefactoris effectus. 638
- Beneficia ecclesiastica non consanguines, sed idoneis conferenda. 639
- Bonitas Dei tripliciter participatur a creatura. 922
- Bonum consideratur in euidetia suæ descriptionis, consistentia rationis. 291.1
- Bonum est oibus desiderabile. 291
- Bonū an ab ente desideret. 291
- Bonum quod omnia appetunt, quod nam sit. 292
- Boni appetitus an faciat appetere bonum. 292
- Boni secunda descriptio. 292
- Bonum creatum, & increatum quomodo se diffundant. 262
- Bonum increatum quale est Deus. 293.2
- Boni increati prima descriptio. 293.
- Boni increati secunda descriptio. 293.
- Boni increati tertia descriptio. 294.
- Bonum creatum cognoscitur tribus modis. 296
- Bonum a quo bono causat. 295
- Bonum non causat malum per se, sed per accidens. 295
- Boni, & mali distinctio. 295
- Bonum creatum secundo modo cognoscitur. 298.1
- Bonum essenziale quale est Deus nullo miscetur malo. 299
- Bonum gloriæ in quo consistat. 187
- Bonum naturale tanquam subiectum non potest vllum habere malum. 299
- Bonitas dæmonum. 299
- Bonitas humana. 299
- Bonitas brutorum. 299
- Bonum est triplex. 300.6
- Bonum gratiæ tollitur ex toto per peccatum. 301
- Bonum & malum possunt dupliciter considerari. 301
- Bonum habilitatis animæ ad gratiā diminuitur per peccatū. 301
- Bonum gratiæ qualiter auferat. 302
- ab anima per malum culpæ. &
- Bonum gratiæ non semper tollitur per peccatum. 302
- Bonum creatum tertio modo cognoscitur. 303.7
- Bonum ad bonum, & malum ad malum, ordinantur. 305
- Bonum est duplex. 306
- Bonum consideratur quo ad constantiam rationis. 307
- Boni, & mali differentia distinctionis, vel diuisionis. 309
- Bonum duplex mortale, & naturale. 310
- Bonum de malo tribus modis. 773
- Bonum secundum quid quatuor exemplis explicatur. 668
- Bona clericorum bona pauperum 982.
- Bonum mortale potest esse malum. 310.12
- Boni distinctiones quatuor. 311
- Bonum est quadruplex naturæ, virtutis, gratiæ, & gloriæ. 311
- Bonum vtile honestum, dilectabile. 311
- Bona licet sint tria, non tamen sunt tria mala. 312
- Bonum Vnum maius, vel melius est altero sex rationibus. 3.2.13.
- Bonum vnum est eligibilius duabus rationibus. 313
- Bonum vnum est eligibilius sex rationibus. 314.14
- Bonum vnum est maius altero octo rationibus. 315.15
- Boni, & mali differentia operationis. 316.16
- Bonum facilius, & malum difficilius operatur. 317
- Bonum est causa amoris. 106
- Bonum commune proprio præferendum. 942
- Bonum vnum est maius altero sex rationibus. 129
- Bonum est duplex. 69.
- Bonitas gratiæ, & naturæ. 1150
- Bucella prodicionis duplex. 857
- Blasphemia consideratur in varietate modi, in grauitate peccati, in qualitate supplicij. 320.1
- Blasphemandi Deum tres differentie. 320
- Blasphematur Deus sanctus. 321
- Blasphematur Deus in vtroque seculo. 321
- Blasphemiæ grauitas. 321.2
- Blasphemiæ peccatum est terribile. 322.3
- Blasphemiæ peccatum irremissibile. 324.4
- Blasphemiæ supplicia. 327
- Blas-

I N D E X

Blasphemantis pueri exemplum. 328.
 Blasphemia grauissimum omnium peccatorum. 3149

C

Carina non adhibenda herbis colligendis. 652
 Causa remittens peccatum est triplex. 521
 Causa per accidens est causa deficiens. 298
 Cain quomodo indicauerit peccatum suum. 326
 Causa efficiens praestantior causa formalis. 975
 Calix in quibus sacrari non possit. 834
 Canon sacre com. 864
 Casus de heretico occulto. 444
 Casus in confessione desponsalibus, illicitis. 445
 Casus in confessione delata excom. 445
 Casus in confess. de indignis ad magistratus propositis, sed occulte. 445
 Casus in confess. de canonico occulte homicida. 449
 Casus in confess. de secreta irregularitate. 446
 Casus de secreto commissio. 446
 Casus tres notabiles de elemosyna. 761
 Casus de duobus in extrema necessitate positus utri sit subueniendum. 766
 Casus patre infideli & paupere infideli, cui benefaciendum. 772
 Casus papalis. 909
 Casus de transformat. sathanæ. 1148.
 Caritas tria considerata habet descriptionem virtutis, ordinis observationem, perfectionem operis. 329.1
 Caritas includit amorem, amicitiam, concupiscentiam, & benevolentiam. 329
 Caritas producit beneficentiam, pacem, & concordiam. 329
 Caritas addit determinationem obiecti, dignitatem, dilectionem, & rectitudinem modi. 329
 Caritas diffinitio. 329
 Caritas diffinitio explicatur. 330.
 Caritas diffinitur quinque modis. 330.2
 Caritas ordo obseruandus. 330.3
 Caritas ordo quatuor probatur. 330

Charitatis ordo in quinque attenditur & obseruatur. 331.4
 Charitatis perfectio in opere. 333.5
 Caritas, fides, spes quomodo differunt. 333
 Caritas quot modis tollat peccatum mortale. 334
 Caritas est collatiua celestis gloriæ. 334.6
 Caritas, & gratia in ordine ad vitam æternam. 334
 Caritas perficit omnem virtutem. 335.
 Caritas est effectiua, & ostensiua sublimis excellentiæ. 336.7
 Charitatis modus ademptionis, situs, locus inhaesionis, aspectus cognitionis. 338.8
 Caritas non habetur viribus naturæ. 338
 Charitatis situs, & locus inhaesionis. 338.9
 Caritas, quid faciat in voluntate. 339.
 Caritas est excellentior alijs virtutibus. 339
 Caritas aspectus cognitionis. 340.10
 Caritas si habeatur quomodo aliquis scire possit. 341.11
 Caritas tribus modis consideratur. 341
 Caritas amittitur ex voluntate. 341.
 Caritas patriæ non potest amitti. 342.
 Caritas viatoris amittitur per vnum actum peccati mortalis. 342.13
 Caritas duobus modis amittitur. 343
 Charitatis amissæ exempla. 343
 Caritas semel, habita amitti potest. 343.14
 Caritas post lapsum an possit haberi maior, quam ante habebatur. 344
 Caritas quolibet, an possit cuilibet tentationi resistere. 344
 Charitatis augmentatio. 345.15
 Caritas secundum essentiam non potest diminui. 345
 Caritas non minuitur peccato veniali. 345
 Caritas an possit augeri. 346
 Charitatis augmentum respicit tria. 346
 Caritas via quatuor modis augeatur. 346
 Caritas nos assimilat Deo. ibid.
 Caritas augetur per actum, per conatum, per affectum, per accessum. 347.17
 Charitatis, & luminis similitudo.

Charitas augetur dupliciter. 349
 Charitatis augmentum, an habeat aliquem terminum. 349.18
 Caritas via potest augeri in infinitum. 349
 Caritas via nunquam adequatur charitati patriæ. 350
 Caritas beatorum augeri non potest. 350
 Caritas an possit esse perfecta. 350.19
 Caritas perfecta quadruplicem expellit timorem. 351
 Charitatem habentes circa tria soliti sunt. 351
 Caritas patriæ ut sit perfecta sex debet habere. 352.20
 Charitatis perfecta homo, an in hac vita possit ita diligere Deum, sicut qui est in celo. 352
 Caritas via, & patriæ eiusdem rationis. 626
 Charitatis præcepta Dei, ut proximi eminentiâ merito. 627.19
 Caritas minuit libidinem. 407
 Caritas permanebit in patria. 615
 Caritas cur dicatur nouum mandatum. 625
 Caritas habet duo præcepta. 625
 Charitatis amicitia fundatur in communicatione beatitudinis. 532.
 Charitatis, viatoris perfectio duplex. 646
 Caritas quomodo se habet circa timorem patris. 711
 Caritas lata per angustia animam ducit. 733
 Caritas non potest esse sine elemosina. 753
 Caritas delet peccatum veniale. 871
 Characteres & figuræ non sunt adhibendæ. 651
 Cherubim ordo secundus Angelorum. 146
 Cherubim tria nomina. 146
 Cibus quibus defectibus reijciatur. 861
 Cibi duplex appetitus. 1006
CH R I S T O an debeat maior honor incarnato, quam ante incarnationem. 36
 Christiani cur adorent orientem versus iudei contra. 43
 Christus semper præsens ut Deus. 181.
 Christi præsentia corporalis magis notua fuisse. 181
 Christus quomodo superior omnibus. 184
 Christus quomodo sedere dicitur. 185
 Christus, sedere ad dexteram quomodo dicitur. 185
 † † 4 Chri-

I N D E X

Christum nasci decuit ex desponsata . 1085	1139. 48	Christi corpus in sepultura ionæ figura præsignatum . 596
Christus carnem assumpsit de matre perfecta . 1086	Christus est lignum scientiæ boni & mali . 536	Christus non impossibile, sed perfectum præcipit . 648
Christi conceptio cur spiritui sancto assignatur . 1089	Christus maius signum dilectionis ostendit patiendo pro nobis, quam nascendo . 537	Christus quomodo operatur in sacramentis . 746
Christi corporis priuilegia ab instanti suæ conceptionis . 1090	Christi passio alia vtrum sine morte fuisset sufficiens ad salutem generis humani . 538	Christum ad sequendū tria sunt necessaria . 787
Christi corporis conceptio fuit miraculosa, subitanea, & gratiosa . 1091	Christus cur voluit nos redimere per mortem . 538	Christum qui sequitur tria relinquit . 787
Christi conceptio fuit miraculosa duobus modis . 1092	Christi dolor maior fuit omnibus doloribus viatorum . 539	Christus non vivebat de labore manuum . 790
Christi gratia non potuit augeri . 193	Christi dolor an maior fuerit doloribus damnatorum . 540	Christus sumitur duobus, modis . 833
Christum plenitudinem gratiæ habuisse quomodo dicitur . 1093	Christi passionis causa fuit beneuolentia . 540	Christi corpus quantum est in hostia sed non mediante quantitate . 887
Christi gratiæ exemplum de perfectione . 1096	Christi causa secunda passionis obedientia . 541	Christi corpus sub aliena specie manducatur . 890
In Christo quomodo plenitudo diuinitatis . 1096	Christus comparatur serpenti æneo . 944	Christi corpus mysticum triplices homines complectitur . 801
Christus in instanti suæ conceptionis tria priuilegia præ alijs habuit . 1096 17	Christi meritum fuit ex obedientia pp quam sustinuit . 560	Christus in cæna corpus propriū sumpsit . 896
Christus quomodo dicitur sanctificatus . 1095	Christus habuit duas voluntates . 561	Christus natus est de femina, de Virgine desponsata matre perfecta . 1084
Christus comprehensor fuit ab instanti suæ conceptionis . 1095	Christi meritum fuit ex pæna quā sustinuit . 561	Circumcisionis præceptum, necessitas effectus . 353.1
Christus etiam vt viator peccare non potuit . 1095	Christi passione cōuenientius fuit nos liberari, quam per solā voluntatem Dei . 552	Circumcisionē instituere non fuit superfluum . 353
Christi caro instrumentum verbi . 1097	Christus noluit necari gladio, nec igne cremari sicut animalia vet. testa . 553	Circumcisio fuit instituta in signū quadrupliciter . 353
Christi in natiuitate quæ conficienda . 1108	Christus voluit exaltari, & mori in cruce propter quinque rationes . 553	Circumcisio quomodo fuerit conueniens remedium contra originale peccatum . 354
Christi nascentis humilitas . 1109 30	Christi præmium, & meritum inducitur in nostrum exemplum quantum ad quatuor . 564	Circumcisionis institutio ex quatuor partibus . 554.2
Christus elegit quatuor ciuitates . 1109	Christus exaltatus est trib . 564	ante circumcisionem fuit aliud remedium . 355
Christus cur nasci voluit hyeme . 1110	Christus habuit tristitiā, ira mittit timorē, & verum dolorem . 565	circumcisionis institutio considerata ex parte gentis . 356.3
De Christo scripturæ concordantur . 1116	Christi passionēs circa tristitiā, timorem, & dolorem tripliciter considerantur . 565	circumcisio cur non data fuit omnibus . 356
Christus potuit assumere solum foemineum de potentia Dei absolutam . 1126	Christus per suam passionem meruit exaltari à Deo patre in comparatione ad alias creaturas . 556	circumcisionis institutio ex parte ætatis . 356.4
Christus naturam humanam assumpsit liberaliter . 1131	Christus fuit exaltatus a patre in conceptione ante resurrectionē & post . 556	circumcisionis institutio ex parte temporis ibi . 5
Christus secundum naturam humanam fuit mediator, reparator, satisfactor, redemptor . 1134	Christum non bene sequitur aliquis quatuor modis . 562	circumcisio cur non data mulieribus . 356
Christus ratione humanitatis est mediator . 1134	Christus ad inferos non liberauit animas e purgatorio, sed eas quæ satis erant purgatæ . 594	circumcisio cur circulariter fiebat . 357
Christus in natura, vel secundum naturam hum. solus fuit & est reparator . 1135	Christus in limbo illuminauit patres . 595	cultri lapidei significatio . 357
Christus secundum naturam humanam quam accepit de virg. solus est satisfactor . 1167.47	Christus non illuminauit locum damnatorum . 595	circumcisio necessario fiebat tpe determinato . 357.2
Christi sanctificatio qualis . 1139	Christus abstulit duplicem dolorem a patribus in limbo . 595	circumcisionis dies octauus quod non esset de necessitate . 357
Christi sanguinis efficacia . 1140	Christus neminem liberauit de loco damnatorum . 595	circumcisionis diem non præuenire, sed differre licebat . 359
Christus secundam naturam humanam quam assumpsit, & in qua operatus est, & subministrat, solus debet dici redemptor .		circumcisio tribus causis differri poterat ab his, qui erant in deserto . 358
		circumcisionis effectus vel utilitas . 359.7
		circumcisio tollebat peccatū actuale .

I N D E X

le.	359	Clauum virtus valet ad tempora-	lis sit.	389
Circuncisio conferebat gratiam	8	lis poenæ diminutionem, & re-	Cogitationum malorum cā qua-	389
360.	360	miss.	lis sit.	389
circuncisionis, & Euch. compara-	360	clauum actus est ligare, & soluere	cogitationes malæ sunt a dæmone	389
tio	360	375.	dispositiue.	389
circuncisionem antecellit baptis-	360	clauum actus libertas. i. vtrum sa-	cogitationum cordis cautela fit	390.5
mus in tribus.	360	cerdos possit ligare, & soluere	tripliciter.	390.5
circuncisionis congruitas in ces-	361.9	secundum proprium arbitrium	cogitatio mala est damnosa ex tri-	390
satione.	361.9	375.	bis.	390
circuncisionis remedium non ita	361	clauum vsus possibilis: non enim	cogitatio peccati dupliciter vinci	391
perfectum, vt baptismi remediū	361	quilibet sacerdos potest vti cla-	potest.	391
361.	362.	ue quam habet in quemlibet	cogitatio peccati vincenda, & fu-	391
circuncisio, & legalia quo tempo-	362.	hominem.	gienda est propter tres rationes	391.
re fuerunt mortua, & mortifera	362.	clauum potestate nullus sacerdos	cognitio an magis vniat cognitū	391
362.	362.	in seipso utitur.	cognoscenti an amor amatum	391
circumstantiæ quidditatis euiden-	363	clauum virtute sacerdos potest	manti.	391
tia, numerositatis sufficientia,	363	semper subditum suum absol-	coelum duo aperiunt.	391
&c	363.1	uere.	coeli ianua aperitur quatuor mo-	391
circumstantiæ diffinitio ex Tullio.	363.1	378	dis.	391
362.	363.2	clauum vitium culpabile quo ad	coeli dispositio in homine ad esse-	391
circumstantiæ respiciuntur a nego-	363.2	ministrum.	rum fortuitum vel causa.	391
cio Rhethorico.	363.2	379.14	• 967.	391
circumstantiarum numerositas suf-	363.2	clauis ecclesiæ in speciali collata	cogitare tribus modis contingit.	391
ficiens.	363.2	Petro & successoribus eius a	925.	391
circumstantiarum virtuositatis vel	364	Christo.	coitus coniugalis est de secunda	391
qualitatis differentia.	364	380.15	integritate matrimonij	391
circumstantia aliquando, nec gra-	364	clauum potestas cur soli Petro	coitus coniugalis potest quinque	391
uat nec variat.	364	data.	modis considerari.	391
circumstantia quando variat, & gra-	364	381	coitus coniugalis est prohibitus	391
uat.	364	clauum collatio exprimitur.	ex quinque causis.	391
circumstantiarum confessionis ne-	364	382.	cōiugalis actus duobus modis est	391
cessitas.	365.4	16	sine peccato.	391
circumstantiæ alleuiantes peccatū	365.4	clauum potestas quomodo diffe-	coitus coniugalis est meritorius	391
sunt tacendæ.	365.4	renter data sit Petro, & alijs sa-	ex tribus.	391
circumstantiæ peccatorum quo ca-	365.4	cerdotibus.	394.3	391
su non sunt confitendæ.	365.4	clauū potestatis promissæ, & col-	comestio ꝑ propter commodum	391
circumstantiarum confessio innue-	365.4	lata executio.	naturæ, an meritoria.	391
batur tam in lege veteri, quam	365.4	383	communio an impediatur corpo-	391
in noua.	365.4	clauis an erret.	rali immunditia.	391
Clauis ecclesiæ an sint, quid sint,	365.4	384	comm. an impediatur actu matri-	391
quot sint, ad quid sint.	365.4	clauis cur sacerdoti, & gladius cur	monij.	391
clauis ecclesiæ quibus datæ sint.	365.4	seculari traditur.	communicantium dispositio.	391
370.	365.4	672	861.	391
clauis ecclesiæ quid sint.	365.4	clericus taberna prohibetur.	communio triplex.	391
caracter, potestas ordinis, & pote-	365.4	clericorum exercitia.	902	391
stas clauum idem sunt per ef-	365.4	1024	communitas tota potest interdici	391
fectum.	365.4	cogitationis cordis notitia culpa,	907	391
clauis quot sint, vna tantum vel	365.4	causa cautela.	conceptionis domini priuilegia	391
plures.	365.4	385.1	1088.	391
clauis vna est, sed distinguitur quo	365.4	cogitationes cordis prout sunt fu-	conceptionis Christi conclusio	391
ad effectus.	365.4	turæ non possunt cognosci na-	1084.	391
clauis ad quid sint.	365.4	turaliter.	concupiscentiæ quidditas, quali-	391
clauum p̄tās consideratur in sub-	365.4	585	tas, multiplicitas.	391
iecto nobili, effectu utili, vsu	365.4	cogitationes quatenus sunt in prę-	Concupiscentia vnde habeat ini-	391
possibili, vitio culpabili.	365.4	sentialitate possunt cognosci in	tium.	391
clauis nullus habet nisi sacerdos,	365.4	suo principio a Deo tantum.	concupiscentiæ Deus quomodo	391
378.	365.4	386.	autor sit.	391
clauum vsum habent mali sacer-	365.4	cogitationes considerari possunt	concupiscentiæ subiectum qui	391
dotes.	365.4	in suo signo ab angelo, & ab ho-	sit.	391
clauum effectus utilis.	365.4	mine	concupiscentiæ obiectum est de-	391
clauum potestas quomodo opere-	365.4	389	lectabile.	391
tur ad culpæ remissionem.	365.4	cogitatio nostra, vel etiā alicuius	concupiscentia aliquando est me-	391
clauum virtus non se extendit ad	365.4	angeli potest comparari ad tria	ritum.	391
p̄nam æternam.	365.4	386.	concupiscentia aliquando nullum	391
	365.4	2	peccatum.	391

I N D E X

Concupiscentia quando peccatum veniale. 397
 Concupiscentia, quando peccatum mortale. 398
 Concupiscentias quidam prouocant, quidā cōcomitantur. 398
 Concupiscentiæ quantitas nocu-
 menti. 398.3
 Concupiscentia quanti mali, vel
 damni sit fomes, vel concupif-
 centia carnis. 400.4
 Concupiscentia appetitus sensiti-
 ui quāti mali vel dāni sit. 401.5
 Concupiscentia naturalis, & ani-
 malis, quæ sit. 401
 Concupiscentia culpabilis, quæ
 sit. 401
 Concupiscentia interminabilis
 quæ. 402
 Concupiscentia quomodo infini-
 ta dicatur. 402
 Concupiscentia quanti mali &
 damni sit patet ex generalitate.
 403.6.
 Concupiscentiū comparatio. 503
 Concupiscentiæ magnitudo, & de-
 belitas ex quo procedit. 404
 Concupiscentia appetitus sensiti-
 ui quāti mali, & damni sit. 404.7
 Concupiscentia dupliciter sumit-
 tur. 404
 Concupiscentia distincta specie.
 cōtracta origine, infecta libidi-
 ne, infecta ex crimine. 405.8
 Concupiscentia oculorum spe-
 cialis est. 405
 Concupiscentia est contracta, &
 uitata origine. 405.9
 Concupiscentia est infecta libidi-
 ne. 407.10
 Concupiscentia est a Deo in flecta
 ex crimine. 408.11
 Concupiscentia habet rationem
 culpæ, & pænæ. 408
 Cōcupiscentia, quæ est deordina-
 tio virium inferiorum a tribus
 causatur. 410.12
 Concupiscentia causatur a lege
 occasionaliter. 411
 Concórdia in quibus parit amicitia-
 m. 74
 Conditionis tritici. 7
 Comparatio inter actum & po-
 tentiam. 239
 Cōsecratio. 4. necessaria habet. 879
 Comparatio inter patrem, & fi-
 lium. 778
CONFESSIONIS diffinitio,
 obligatio, acceleratio. expres-
 sio. 413.1
 Confessio triplex. 413
 Confessio est actus virtutis. 413.2
 Confessio peccati de se non dicta
 actum virtutis. 414

Confessio peccatorum est actus
 & virtutis. 414
 confessionem magis inducit spes
 ueniz, quam timor. 415
 Contritio nunquam potest fieri
 ficta. 415
 Cōfessionis oblig. casualitas. 419.1
 Confessionem Deus requisit a
 Chaim. 416
 Confessio generalis qualis in lege
 Moysi. 417
 confessio non omnes obligat. 417
 Confessionis celeritas. 418.4
 Confiteri aliquis obligatur dupli-
 citer. 418
 Confessionis dilatio potest esse
 peccatum mortale. 419.5
 Confessionis contemptus est pec-
 catum mortale ex duplici cau-
 sa. 420
 Confessio iuridica est duplex. 22
 Confessio quantum possit differ-
 ri ab existente in peccato mor-
 tali. 420
 Cōfessionis exp̃ssa necessitas. 421.6
 Confessionem, quando Christus
 intimaui. 421
 Confessionem esse necessariam
 pœnitenti vel in factu, vel in pro-
 posito. 422.7
 Cōfessionis necessitas probat. 421
 In confessione ad quid necessaria
 erubescencia. 423
 Confessionis prius actus cum sit
 manifestatio criminis, an satis
 sit ad salutē cōfiteri scripto. 424.9
 Confessionis vocalis. rationes. 424
 Confiteri qui debeat. 425.10
 Confiteri, an teneatur qui habet
 tantum peccata venialia. 426
 Confessio quando fiat per gene-
 ralia. 426
 Confiteri debet obstinatus in pec-
 cato mortali. 426
 Confitendum quid. 426.11
 Confitendum est peccatum oc-
 cultum duplici ratione. 417.12
 Confitendum an sit peccatum
 cordis. 427
 Confitendum est peccatum pro-
 prium non alienum. 428.13
 Confitendum est peccatum reco-
 litum, non oblitum. 428.14
 Confitendæ ne sint radices pecca-
 torum. 429.15
 Confitendæ sunt radices peccato-
 rû, quādo sunt uoluntariæ. 429
 Confitendum cui sit. 429.16
 Confessio fiat sacerdoti qui ha-
 beat clauis. 429
 Confiteri laico sufficit in casu ne-
 cessitatis. 430.17
 Confessio facta laico habet quin-
 que consideranda. 430

Confitendum est sacerdoti pro-
 prio. 431.18
 Cōfessoris electio dat̃ fidelib. 432
 Confiteri alteri, quam proprio
 sacerdoti quib. casib. liceat. 433
 Confitendum quando sit. 434.20
 Confessio non debet differri. 434
 Confessionem frequentare potest
 intelligi duobus modis. 434
 Confessionis iteratæ utilitas. 435
 Confessionē iterans, & recidiuans
 vtrum teneatur peccata priora
 confiteri. 435.22
 Confitendū quomodo sit. 436.23
 confessionis bonæ datur sufficiē-
 tia condit ionum. 436
 Confessio vt Deo sit accepta quas
 præcipue condiciones requi-
 rat. 437.24
 Confitetur aliquis nō uere quan-
 do. 437
 Confiteri fictē quis dicatur. 437
 cōfessio debet esse discreta. 438.25
 Confessio cur fiat sacerdoti. 439
 Confiteri pluribus quare sit me-
 lius. 439
 Confessio sit lacrymosa. 439.26
 Confessio sit propria. 440.27
 Cōfessio debet esse secreta. 442.28
 Confiteri publice sua peccata nō
 verumt Christus in vindictam
 suorum scelerum & sui humili-
 nationem. 442
 Confessio sit secreta ex parte sacer-
 dotis. 443.29
 Confessionis celatio, vel occulta-
 tio ē essentia sacramēti. 444.30
 Confessor pro teste vocatus quid
 faciet. 445
 Confessionis detegendæ primus
 modus. 447
 confessionis detegendæ secundus
 modus. 447
 Cōfessio debet esse integra. 448.31
 Confessio quot; modis non dica-
 tar integra. 449
 Confitenda sunt præcisè peccata
 mortalia. 449
 Cōfessionē diuidens nec integre
 nec uere, sed fictē cōfitetur. 450
 Confitens aliquid quod non fe-
 cit, non uere confitetur. 452.34
 Confiteri falsum non licet qua-
 tuor rationibus. 452
 Confiteri debent peccata eo mo-
 do quo facta sunt. 453
 Confitens qui diminuit peccata
 quæ fecit, non integre confite-
 tur. 454
 Confessio quattuor bona facit
 455.36.
 confessio pœnā diminuit. 456.37
 confessio ianuam Paradisi ape-
 rit. 457.38
 Confessio

I N D E X

Confessio in voto celū aperit. 457	fat. 1169	feruens ipsa actiua. 485
confessio fiduciam tribuit 457.3	conscientia mala debet ostendi. 3. 472	contemplatiue, & actiue uite differentia, eminentia sub figura Lyæ, & Rachelis. 483. 13
confessionis suprema laus. 48	conscientiæ est consulendum sine damno famæ. 530	contemplatio tria bona cauulat. 230
confitendi propositum sufficiens est in casu necessitatis. 854	conscientia præsumitur pura tribus mod. 898	CONTENTIO, quidditas, & diffinitio. 486. 1
Consecratio cur sub duplici specie fiat. 886	Consuetudo in naturalibus, & in mortalibus differt. 317	contentio unde causetur. 486
CONSENSVS nominis significatio, reatus, criminis, modus operis. 458. 1	Consilium quid sit. 701	contentionis qualitas, i. an sit peccatum uel non. 486. 2
consensus reatus quomodo confid. 459. 2	consilij certitudinem habere est diuinum. 702	contentio est peccatum quatuor rationibus. 487
consensus cogitationis de delectatione quando meritorius sit. 459	consiliorum actus non est de impossibilibus.	contentio quadruplex. 487.3
consensus ex motiui animi iudicat si est mortale peccatū. 460. 3	Corpora gloriosa quomodo erūt subtilia. 718	contentio disputatoria qualis 487
consensus delectationis in eo, quod est peccatum mor. quando fit ueniend. 460	corpora sanctorum quomodo colenda. 38	contentio litigatoria. 488
consensus modus criminis. 461. 1	corpora duo gloriosa non possunt esse simul in uno loco. 719	contentio ostentatoria. 488
consensus excessus grauedinis 461. 5	corpora gloriosa quomodo ferantur ab angelis. 719	contentio laudabilis. 483
consentientes peccatis quomodo puniuntur. 462	corporis gloriosi charitas potest uideri ab oculo non gloriosi. 720	CONTINENTIAE diffinitio, diuisio, inhaesio, comparatio. 489. 1
CONSCIENTIAE significatum ortus actus, effectus. 463. 1	CONTEMPLATIONIS dispositio, operatio, commendatio. 472. 1	continentiæ distinctio. 490. 2
conscientiæ ortus quomodo oritur. 463. 2	contemplationis operatio quomodo perficitur. 473. 2.	continentia, & incontinentia duobus modis dicitur. 490
conscientiæ actus, seu officium triplex. 463. 3	contemplatio vnicum actum habet qui in hac uita inchoatur. 474. 3	continentia distinguitur a charitate. 490
cōscientia habet triplicē actū 464	contēplationis gradus sunt. 6. 474	continentiæ inhaesio subiectiue. 490. 3
cōscientiæ effectus cōsiderat. 464.4	contemplatio continet diuerfos motus. 475	continentia, & incōtinentia sunt occasionaliter, ex parte corporis. 491
conscientia quomodo ligat 465. 5	cōtēplationis effectus diuersi. 475	continentia; & incontinentia in qua potentia animæ sit. 491
conscientiæ excessus in comparatione. 466. 6	contēplationis cōmendatio. 476. 4	continentiæ comparatio cum temperantia. 491.4
conscientia minus obligat indifferenter, quam præceptum prælari. 466	contēplatiua uita est nobilis 476	continentia uitæ, quæ restringat, remedia quæ requirat. 493. 5
conscientia peccati mortalis triplex. 898	contemplatiua uita an possit in hac uita pertingere ad uisionem diuinæ essentiae 436	cōtinentia duob. modis accipit. 493
conscientia erronea utrum plus obliget an præceptū plati. 466	contemplatiuo uita est delectabilis. 477.5	continens est aliquis quinque modis. 493
conscientiæ tria cōsideranda, causa erroris, efficacia vigoris, virtutis differentia. 467. 7	contemplatiua uita est durabilis 477. 6	continentiæ differentia quadruplex. 493.6
conscientia larga 3. mala facit. 467	contemplatiua uita est utilis ad merendum. 478. 7	cōtinentiæ signata est castitas. 493
conscientia scrupulosa 3. mala producit. 467	contemplariuæ uitæ comparatio cum actiua. 479. 8	continentia donata quæ sit. 494
conscientia ligat quattuor modis. 468. 8	contemplatiua uita simpliciter potior uita actiua 4 rationib. 481.6	continētia Deo oblata per uotū qualis sit, & quanti meriti. 494
conscientia recta, & erronea quomodo obliget voluntatem ad aliquid faciendum. 469. 9	contemplatiue, & actiue uite eminentia. 483. 11	continentia per uotum oblata maioris meriti, quā altera. 494
conscientiæ cumulus, & augmentum affectionis. 460. 10	contemplatiua uita diuturnior uita actiua. 483	continentiæ uotum solemne an possit dispensari. 494
conscientia duplex quædam laudabilis, & quædam uituperabilis. 470. 11	contemplatiua secundum quid minus excellit uita actiua 384.	continentiæ rimedia quæ. 495. 5
conscientia bona tribus ostenditur. 470	contemplatiua & actiua esse possunt simul in uiatore. 484	continentia conseruatur temperantia. 495
conscientia alicuius est mala triplici ratione. 470. 12	contemplatiua an impediatur ab actiua. 484	continentia integratur per abstinētiā. 495
conscientia erronea non excu-	contemplatiua minus utilis actiua. 485	continentia integratur per perseuerantiam. 495
	contēplatiua minus laboriosa, &	continentia conseruatur per prudentiam. 495
		continentiæ culpæ uehementias ex qua excedit. 496.8
		continentia virginum an maioris pugnæ quam uiduarum. 199
		contumeliæ nominis significatum. 498. 1
		contumelia

I N D E X

- contumelia infertur tribus modis . 398
 cōtumeliæ reatus criminis. 499. 2
 contumelias sibi illatas verum aliquis debeat sustinere. 500. 3
 contumelias sustinere aliquando peccatum aliquando meritorium. 500
 contumeliam alienam debet repellere alter, sicut & propria. 501
 contumeliæ repellendæ, vel sustinendæ status, tempus modus 501. 4
 continentia origo, ex ira, ex stultitia, ex superbia. 602
 contritionis proprietas significati. 503. 1
 contritio non stat peccato, vt attritio 503
 cōtritopœnitentiæ quid conterat ad qd cōtritio terminet 503. 2
 conteritur cor in contritione. 503
 conteritur cor spe, & timore. 504
 conteritur cor, vt delectatio peccati tollatur. 504
 contritionis congruitas diffinitio nis. 504. 3
 contritionis actus est dolor, qui est duplex. 504
 contritionis obiectum est peccatum. 504
 contritionis dolor qualis esse debet. 505
 cōtritōnis effectus qualis sit. 506
 contritio non est de omni malo. 506. 4
 contritio est de malis culpæ. 506
 contritio non est de peccatis alienis. 507
 contritio non debet esse de peccatis futuris. 507
 contritio debet esse de singulis peccatis mortalibus. 508
 contritio potest considerari dupliciter. 508
 cōteri an quis debeat de peccatis oblitis. 508
 cōtritōnis diffinitio Isid. 409 5
 cōntritionis diffinitio secundum Isid. 4 tangit motum, modum effectum. motum. 510. 6
 contritionis duplex est motuum. 510
 contritio quanta esse debeat. 511. 7
 contritionis dolor debet esse maximus. 511
 contritionis dolor utrum possit esse nimis magnus. 512. 8
 contritionis quantitas in quo consideretur. 513. 9
 contritionis intensio in gradu. 514. 10
 contritionis continuïtas qualis 515. 11
 contritionis tempus est totum tempus huius uitæ. 516. 12
 cōtritōnis signa sunt quinq. 439
 contritio non est post hanc uitam. 517. 13
 contritio de peccatis debet fieri quatuor modis. 518. 14
 conteri debet homo de peccati suis perfectè. 518
 contritus utrum magis debeat velle esse in inferno, quam peccare mortaliter. 519. 15
 cōtritūsan debeat præligere pœnam inferni peccato sine offensione Dei. 520
 contritionis vtilitas circa operationem. 520. 16
 contritionis effectus est remissio culpæ. 520
 contritionis secundus effectus est absolutio pœnæ. 621
 contritionis tertius effectus est collatio gloriæ. 522
 contritio non sufficit ad comman. 853
 contritionis virtus. 1138
 contumax quis dicatur. 269
 correptionis fraternæ affectus quo inducimur, præceptum quo astringimur, modus, quo dirimur. 523. 1
 correptionem fratre nam tria mouent. 523
 correptionis fraternæ præceptum quo astringimur. 524. 2
 correptio est duplex. 524
 corripere alium aliquis tenetur in generali triplici ratione. 524. 3
 correptionem facere quis teneatur. 525
 correptio qñ omitti possit. 526
 corripere est superiorum respectu inferiorum. 526. 4
 correptio est duplex. 526
 correptio prælati in subditū quatuor modis debet fieri. 527
 correptio prælati debet esse generaliter. 527
 Item Secundo celeriter. 527
 Tertio veraciter. 527
 Quarto dulciter. 527
 corripiens prælatus qui sit in peccato mortali etiam occulto peccat. 528. 5
 correptio inferioris respectu superiorum. 528. 6
 corripere prælatum tribus modis debet subditus. 529
 corrigi publicè quando debeant prælati a subditis. 529
 correptionis fraternæ modus siue documentum. 529. 7
 correptionis fraternæ formalis processus. 530
 correptionis fraternæ post admonitionem secretā necessaria est discretā denunciatio. 531. 9
 correptio fraternæ necessario requirit certam testium inductionem. 532. 10
 correptioni fraternæ in ordine est necessaria diuulgatio publica. 532. 11
 corripitur debet peccator, & a peccatore trahi tribus modis. 533
 correptio an relinquenda, quando dubitatur de emendatione peccatoris. 533
 creaturæ Dei quomodo dicuntur Dei vestigia. 165
 creaturæ conueniunt modus spes, & ordo. 308
 creaturæ fuerunt in Deo ab æterne. 611
 creatura omnis potest mutari sex modis. 811
 creatura quomodo cooperetur Deo. 995
 creatio, & recreatio. 1132
 creaturæ capacitas duplex. 1133
 credentium quadruplex differentia. 934
 C & V X in eminentia præfigurationis, conuenientia passionis continentia impressionis, differentia operationis considerat. 534
 Crux Christi præfiguratur ligno. 534
 Crux dicitur lignum uitæ triplici ratione. 535
 Cruci nullum aliud lignum assimilatum præter lignum uitæ propter quinque. 577
 Crux Christi figuratur, & comparatur altari Abraham propter verè oblationem. 540. 4
 Crux Christi figuratur, & comparatur virgæ Moyse. 542. 5
 Cruci Christus sex admiranda gessit. 542. 2
 Crucis virtus sex mirabilia est operata. 543
 Crux Christi figuratur, & comparatur cœno serpenti propter tætorum & infirmorum liberationem. 544. 6
 Crux Christi tripliciter est signū 546
 Crucis mortem Christum pati conuenientissimum fuit. 548. 8
 Crucis quatuor dimensiones significant quatuor virtutes 549
 Crucis mortem Christo fuisse conuenientissimum adhuc probatur. 560. 9
 Crucis continentia impressionis. 557 c. 16.
 Crucis signū imprimitur in quatuor locis. 5x
 Cru

I N D E X

Crux Christi imprimatur in pectore. 559
 Crucis differentia in electione, & operatione. 559.17
 Crux prima latronis mali. 559
 Crux secunda latronis boni 560
 Crux tertia Simonis Cirenei. 560
 Crux quarta Petri. 560
 Crux quinta Christi. 560
 Crucem Christi quidam inveniunt 560.
 Crucem Christi quidam accipiunt. 560.
 Crux Christi tollitur tribus modis. 560
 Crucem Christi quidam deferunt 560.
 Crucem cur sibi portauerit Christus. 560
 Crucem Christi quidam ascendunt. 561
 Crux figuratur per palmam. 561
 Crucis fructus quatuor. 561
 Crucem portantium quadruplex differentia 563
 Crux quomodo adoranda. 73
 Cupiditas duplex est. 545

D

Debitum duplex. 15
 Debitum legale, & debitum morale differunt. 681
 Debitum maius quod sit, liberare seipsum, an parentes. 776
 Decimarum considerantur in solutione obligatio necessitatis, determinatio quantitatis, excusatio communitatis. 563.1
 Decimarum solutio consideratur in determinatione quantitatis 594. 2
 Decimarum taxatio quantum ad talem numerum non est de iure naturali 565
 decima cur magis, quam alia pars sit instituta. 365
 decimarum solutio consideratur in excusatione communitatis. 566. 3
 decimæ de quibus debeant dari, quando debeant dari, & a quibus. 567.4
 decimæ an dari debeant ab usurario, qui nil aliud habeat præter acquisita de usuris. 567
 decimæ an dentur de rebus minutis. 567
 decimæ non dantur de sublatiis furto. 567
 decimarum solutio quando fiat. 567. 5

decimæ aliz sunt personales, aliz prædiales. 568
 Decimarum solutio præcedit solutionem cæsus, vel tributis. 568
 decimarum solutio quibus danda. 568.6
 decimas dare laici tenentur. 569
 decimas soluere clerici non tenentur nisi in aliquo casu. 569
 decimas dare non tenentur religiosi. 569
 decimas clerici dare tenentur summo pont. 569
 decimæ quare sint instituta. 570
 decimas soluere tenentur diues, & pauper. 570
 defectus corporales septem. 756
 delectationis causa efficacia, differentia, eminentia, signa. 570.1
 delectationis causa quadruplex. 570.
 delectationis tria sunt causa 571
 delectationis causa est alterius recta actio. 571.2
 delectationis causa largitio, vel benefactio. 581.3
 delectationis quarta causa admiratio. 571.4
 delectationis efficacia. 572.5
 delectatio causat sui ipsius sitim, vel augmentationem. 573.6
 delectatio habetur imperfectè duobus modis. 573
 delectatio causat rationis coadunationem. 574.7
 delectatio duplex propria, & extranea 574
 delectatio causat operationis perfectionem. 574.8
 delectatio perficit operationem duobus modis. 574
 delectatio quædiu in operatione durare possit. 575
 delectatio siue corporalis. siue spiritualis non potest esse continua in hac vita. 575
 delectationis differentia. 575.9
 delectatio quadruplex. 575
 delectatio aliqua bona contra opinionem stoicorum. 576.10
 delectatio dupliciter potest considerari. 576.11
 delectatio aliqua est optima 577.12
 delectatio felicitatis est optima. 577.
 delectatio est aliquod optimum. 577.
 delectatio corporea 4. mala facit. 231.
 delectatio an visio quæ nobilior in beatitudine. 578
 delectatio est mensura vel regula boni, & mali moralis. 578.14

delectationem non esse regulam operationum oppon. 579
 Delectationis eminentia. 580.15
 delectatio corporalis secundum quid est vehementior, & perceptibilior delect. spirituali. 581.16.
 delectationis signa. 582.17
 dilectio differt a gaudio. 582
 delectatio maior esset in statu innocentie. 408
 delectatio carnis erronea. 583.18.
 delectatio carnis versatur circa quatuor errores. 583
 delectatio corporalis non habet veram beatitudinem. 4. probatur rationibus. 583.19
 dilectio requiritur ab beatitudinem. 80
 denunciatio non requirit scripturam, & quare. 22
 dæmonum quis sit locus convenientior. 135
 dæmones nobiscum sunt libenter. 135
 dæmones quocumque vadunt infernum secum portant. 135
 dæmones aliqua cognoscunt. 177.
 dæmon in figura sacerdotis an baptizet. 211
 dæmones assimilantur carni triplici ratione. 587
 dæmones non subiiciuntur corporibus cælestibus. 650
 dæmonem quærere & eum inuocare graue peccatum. 649
 derisio consideratur in deformitate culpæ, in grauitate offensæ, & in acerbitate pœnæ. 584.1
 derisio est peccatum distinctum ab alijs linguis. 585
 derisionis grauitas offensæ. 585.2
 derisio est peccatum mor. dupliciter. 685
 derisionis quantitas, seu acerbitas pœnæ. 586.3
 derisionis obiectum, quod offenditur, nocumentum quod incurritur, meritum, quod acquiritur. 586.4
 deridentium Deum in suis effectibus, quatuor genera. 587
 derident aliqui patrem genitorum. 587.
 derisores aliqui iusti simplicis. 588.
 deridentur tria specialiter in mundo 589.7
 derisio prohibetur sex rationibus. 590.
 derisionis nocumentum quod incurritur 5908
 Deri-

I N D E X

Decisionem sustinens utrum me- reatur. 590.9	Detractiones ut compescantur qd agendum. 605	pz. 304
Descensus Christi ad inferos con- uenientia, doctrina situs, euidē tia actus, permanentia, status. 591.1	Detrañio seu famę denigratio re- fellitur duob. modis. 606.7	Deo conueniunt modus, species, & ordo quomodo. 308
Descensus Christi ad inferos con- sideratur quoad situm. 592.2	Detrañio est medicina, & venenū pagina. 607	Deus an diligendus respectu ad ali- quam mercedem tanquam ad ultimum finem. 333
Descendit anima Christi quo ad essentiam non ad infernum dā natorum, nec ad purgatorium, nec ad limbum puerorum. 593	Detractionis peccatum an graui- us adulatione 33	Deus absolutionem inchoat, & sacerdos consumat. 384
Descensus Christi ad inferos quo ad euidētia, vel efficaciam actus. 593.3	Detrañio quomodo sit occasio meriti. 941	Deus ad ornatum Paradisi produ- xit de humo omne lignum pul- chrum visu. 536.2
Descendens cum peccato origina- li non est membrum Christi. 594.	Detrañor tenetur ad rest. possibi- lem. 915	Deus cur trahat hunc, & illum non. 547
Descendens ad inferos Christus, quid fecerit. 594.4	DEI opera tria notabilia injo- riente. 44	Dei bonitas hominum malitiam excedit. 599
Descensus Christi quo ad perma- nentiam status. 596.5	Deus zelat pro homine. 117.17	Deus solus seipsum videt, & amat absolutē. 620
Desperatio consideratur in falsi- tate opinionis, in grauitate of- fensionis, causalitate originis. 578.1	Deus quid velit omnibus creatu- ris. 124	Deus tantum proprie dat ut est li- beralis. 678
Desperati habent falsam opinio- nem de quatuor. 598.2	Deus an semper magis diligit me- liores. 132.28	Deus nemini subtrahit salutis ne- cessaria. 697
Desperatio quo ad grauitatē of- fensionis. 499.3	Deus plus diligit personam pani- tentis quam innocentis. 130	Deus vocat quatuor modis. 734
Desperationis peccatum periculo- sum. 599	Deus dupliciter nos custodit. 138	Deus vocat christianos precipuē. 734.
Desperatio quo ad causalitatem originis. 600.4	Deus quomodo sedet sup Thro- nos. 147	Dei videre in abscondito quid. 764.
Desperationis radices quatuor Lu- xuria, Tristitia, Accidia, & Negli- gentia. 600	Deum videre per essentiam aliud est quam per effectum. 150	Deus se constituit homini debi- torem. 764
Detrañio quid sit quo ad quiddi- tatem vocabuli, varietatem mo- di, qualitatem vitij. 601.1	Dei imago est triplex in homini- bus. 169	Deus quomodo primum princi- pium. 796
Detractionis definitio. 601	Deus in hac vita non potest co- gnosci. 240	Deus licet sit omnipotens, tamen aliqua dicitur non posse facere 800. 3
Detrañio differt a contumelia pa- gina. 601	Deus nos trahit quatuor modis. 243.	Dei omnipotentia non includit imperfectionem. 800
Detrañio secundum varietatem modi. pagina. 602	Deus cognosci potest per creatu- ram, & per rationem naturālē. 246.	Deus in omnibus. 805
Detractionis duplex occasio. pa- gina. 1164	Deus cognoscitur super naturali lumine. i. fidei per gratiam 248 15.	Deus quomodo vbique. 806
Detrañio quo ad qualitatem vitij pagina. 602.3	Deus cognoscitur essentiali con- templatione. 248.16	Dei quatuor admiranda. 807
Detrañio est peccatum mortale. pagina. 603	Deus videtur quatuor modis. 249.	Deum non potest comprehende- re intellectus creatus. 807
Detrañio consideratur et in gra- du culpę, auditu infamiz, debi- to tolerantiz. 604.4	Deus in patria per suam essentiā videtur. 250.17	Deus solus immutabilis. 809
Detrañio comparatur tribus pri- mo contumeliz. 604	Dei filium tria faciunt. 262	Deus dicitur metap. mutari. 811
Detrañio comparatur homicidio pagina. 604	Deus quale speculum esse intelli- gatur. 267	Deus de non agēte agens sine sui mutatione. 811
Detrañio comp. furto. 604	Deus nunquam elongatur a no- bis. 275	Dei nominum declaratio. 813
Detractionis auditor alienę infā- miz utrum peccet. 604	Deum habere quid sit. 276	Dei nomina metaphorica. 814
Detractionis auditor instruitur. pagina. 604	Dominus quomodo dixerit nos emere gladium debere. 281	Deus quomodo ex creaturis co- gnoscatur. 921
Detrañio an sustinenda. 605.6	Deus est ex quo omnia subsistunt 293.	Dei opera admirabilia. 1198
	Deus quomodo dicatur perfe- ctus. 295	Deus quomodo circa opera natu- rę. 1199
	Deus quomodo dicatur bonus. 295.	Dei tria opera maxima. 1207
	Deus habet differenter prouiden- tiam de bonis, & malis 303	Dei filij propria. 1102
	Deus quomodo permittat mala 303.	Dei filio quattuor appropriata. 1103.
	Deus ordinat omne malum in bo- num siue fuerit pñz, siue cul-	Dei similitudo magis in homine quam in Angelo. 1105
		Dei, & principis exemplum. 938
		Detrimentum in temporalibus quandoque bonum. 1201
		Deuotio consideratur in significa- tu, ortu, effectu. 607.1
		Deuotio gentilium proponitur. 607.

I N D E X

Deuotionis quæ sit causa. 608 2	ua, & affirmatiua. 524	Diligendus Deus propter seipsum 616. 8
Deuotionis causæ duæ Deus & meditatio. 608	Differentia inter corrigere, corrigere, & monere. 525	Dilectio quomodo respiciat mercedem. 616
Deuotio emanat potissimum a dilectione Dei. 608	Differentia inter figuram, & veritatem. 545	dilectionis Dei præceptum Evangelicum. 617.9
Deuotio oritur etiam a contemplatione hum. Christi. 608	differentia doloris, & tristitiæ. 565	dilectionis præceptum cur primū sit. 617
Deuotio duobus modis accipitur 2 16.	differentia inter spem, & desperationem. 598	diligere Deum maius est, quam timere. 917
Deuotio duplicem effectum causat. 609 3	differentia inter sapientiā, & astutiam. 693	dilectionis obiectum beatificum, & gloriosum tangitur. 617.10
Dextera quid & sinistra in elemosyna. 762	differentia inter intelligentiā & rationem. 696	diligendus Deus super omnia primo ratione potentia, sapientiæ, gratia. 617
Diabolus si adoretur in forma Angeli sine peccato. 39	differt esse a Spiritu Sancto & esse cum Spiritu Sancto. 710	dilectionis præceptum cur diuersimode habeatur in sacra scriptura. 618
Diabolus an possit immittere aliquid in homines. 396	differentia inter matrimonium corporale, & spirituale. 716	dilectionis causa aliquid dupliciter. 332
diaboli potentia ligata. 1100	differentia inter prouidentiam, prædest. & electionem. 729	diliges Dominum Deum tuum octo modis exponitur. 619
dies ante passionem Christi nocte præcedebat. 597	differentia præcepti, & consilij. 761.	dilectio Dei, & proximi continet perfectionem vitæ spiritualis. 620. 11
Differentia inter denūciationem, & accusationem. 21.1	differentia inter donum, & munus. 773	dilectionis perfectio conuenit comprehensori. 620
differentia inter honorem & reuerentiam. 32	differentia inter iudaicum pascha & christianum. 830	dilectionis Dei præceptum exponitur. 620
differentia inter sacrificiū, & oblationem. 43	differentia inter vitia linguæ. 913	dilectionis Dei perfectæ modus tertius conuenit viatori 261.13
differentia triplex infortuniorum 69.	differentia præcepti charitatis, & fidei. 932	diligendi Deum modus, qui ponitur in præcepto, Diliges d. Deū, an in via seruari, & impleri possit. 622 14
differentia inter amorem amicitia, & concupiscentia. 98	differentia sanctitatis a sanctificatione. 1094	dilectionis dei gradus quis impossibilis sit viatori. 622
differentia inter amorem, & cogn. 116	differentia diuinæ, & humanæ iustitiæ. 1133	diligendi Deum modus est præceptum & documentum. 623
Differentia triplex comedentium sacramentum. 123	differentia intellectus & voluntatis pagina. 1165	dilectionis Dei secundus modus perfectionis qui conuenit viatori est de necessitate consilij. 623. 15
differentia lymbi puerorum, & patrum. 173	differentia medijs, supremi iudicis 1200.	dilectio hominis ad seipsum consideratur. 624.16
differentia inter sedere a dextris, esse a dextris, stare a dextris. 185. 6	dignitas summi pontificis. 740	diligunt se inuicem boni per quinque signa. 624
differentia inter superbiam, & auaritiam. 188	Dilectio est quadruplex. 611.1	dilectio dei est duplex. 127
differentia inter honorari, & esse dignum honore. 284	dilectio Dei ad creaturas est quinque modis. 621	dilectio hominis ad suum proximum confid. 624 17
differentia finalis impænitentiæ, & obstinationis. 327	diligit Deus creaturas generaliter 611. 2	dilectionis præcepto tria obseruanda. 626
differentia inter Christum, & sacerdotem quo ad remissionem poenæ. 376	diligit Deus virtualiter. 612	dilectionis proximi multiplex exponitur. 626
differentia inter peccatum originale, & concupiscentiam. 396	diligit Deus creaturas inæqualiter pag. 612.3	dilectionis diuinæ modus nobis præcipitur. quia Deus est vniuersale bonum supra nos existens. 627 20
differentia accidentium personæ, & naturæ. 409	dilectio Dei maior, & minor dupliciter. 612	dilectio proximi ad salutem necessitatibus quatuor habet. 627
differt absolvere, & consecrare 451.	dilexit & diligit Deus creaturas specialiter. 612 4	dilectio proximi vera, & recta 628.
differentia inter medicinam spirituales, & corporalem. 454	diligit Deus magis angelum quam hominem. & magis hominem quam Angelum quomodo. 612.	dilectionis proximi diff. triplex 628.
differentia inter sentire, & assentire, & consentire. 458	dilectio Dei ad præscitum, & prædest. 613	
differentia inter facere contra, & præter concupiscentiam 465	dilectio Christi ad Petrum, & Ioannem. 613	
differentia inter dicere se culpabilem: ubi culpa non est, & formidare se culpabilem ubi non est culpa. 468	dilectio hominis ad Deum. 613.5	
differentia inter præcepta negatiua, & affirmatiua. 524	diligendus est Deus a nobis quatuor modis. 613	
	diligendus Deus a nobis est sine modo, & sine mensura aliqua. 614. 6	
	diligendus Deus sine termino. 615. 7	

I N D E X

dilectio proximi uera quæ 628	exhibenda 643. 33	dolor est contrarius delectationi. 659.
dilectionis proximi tres gradus. 628	dilectionis inimici comparatio. meriti. 644. 34	dolor est causa delectationis. 660
dilectionis proximi secundus modus perfectionis necessarius ad salutem attenditur secundum tria. 628. 21	dilectio Dei est duplex. 127	doloris, vel tristitiæ uehementia. 660. 4
dilectio proximi est de præcepto. 629	diligere amicum, & inimicum meritum est. 944	dolor interior excedit exteriorum. pagina. 661
dilectio proximi consideratur etiam quantum ad intensiōem amoris. 629. 22	dilectio inimicorum quatuor rationibus probatur magis meritoria. 644	doloris effectiua principia tria. 662. 7
dilectionis proximi secundum intensiōem tres alij gradus. 629	dilectionis inimicorum tria signa ostendere debemus. 645. 35	doloris causa est desiderium innatum. 662. 6
dilectionis proximi ratione beneficij collati tres gradus. 631. 23	diligere inimicos tria nos inducunt. pagi 646	doloris causa dominium uolentium 663. 7
dilectio proximi ratione beneficij collati tres gradus. 631. 23	Discipulus quid agat, quando uita magistri non concordat uerbo. 946	dolorem causat resistentia uoluntatis. 663. 7
diligere Deum homo magis tenetur, quam seipsum. 632. 24	Dissemblitudo quomodo sit causa amoris. 109	doloris tria mala. 663. 8
diligere seipsum post Deum magis debet quilibet quam proximum. 633. 25	Distinctio eorum, qui mūdo sunt crucifixi. 558	dolor corporalis contemplationi magis obnoxius, quam mentalis. 664. 9
diligendus magis post Deum & seipsum vnus proximus quam alius. 634. 26	D I V I N A T I O N I S quidditas, in diffinitione grauitas, offensionis, uarietas commisionis 648. 1	dolor tollit utendi, vel fruendi libertatem 664. 9
dilectio proximi quatuor habet considerata. 634. 27	diuinitio : seu cognitio futurorum duplex. 648	dolor salutaris 7. effectus operatur. 664
dilectio quō sit inæqualis. 635	diuinationis grauitas offensionis. 649. 2	dolor impedit operandi potestatem. 965. 10
dilectio proximi vinculum propinquitatis, vel consanguinitatis considerat. 635. 28	diuinationis uarietas, vel multiplicitas, & quot sint species. 650. 3	dolor comparatur operationi. 665
dilectio consanguinei excedit dilectionē extranei duplici f. 635	diuinationibus demon, se ingerit. 650	doloris mitigatiua remedia. 4. pagi. 665. 11
dilectio charitatis ordinem, modum, gradum obseruat. 636. 29	diuinationis primum genus. 650	dolorem mitigari p' oratione. pagina. 666. 12
dilectionis ordo debitus. 636	diuinationis, & signorum duodecim casus. 452. 4	dolor mitigatur amici compassione. pagina. 666. 13
diligere ne homo teneatur magis filium, quam patrem. 637	diuinitio ex ferro candenti an licita pagina. 653	dolor mitigatur ueritatis contemplatione. 667. 14
diligant ne matres magis filios quam patres, uel e. ouerso. 53	diuinorium & sortilegorum pena. 653. 5	doloris uarietas in specie, qualitas, sublimitatis mali. 667. 15
diligere ne teneatur homo magis patrem quam matrem. 637	D I V I T I A E temporales non continent beatitudinem. 4. rationibus probatur. 654. 1	doloris qualitas confideatur, utrū omnis tristitia sit bona, uel mala. 668. 16
dilectio dupliciter considerari potest pagina. 12	diuitijs omnia obediunt. 685	dolor aliquis est laudabilis ex tribus. 669. 17
diligenda ne magis vxor, quam parentes. 638	diuitias temporales non esse beatitudinem adhuc 4. rationibus probatur. 655. 2	dolor de peccato commissio laudabilis. 669
diligendi ne fratres magis quam sorores. 638	diuitiæ bonæ, & malæ. 736	doloris causa occasio mali. 669
diligendi ne magis fratres, quam filij. 638	diuitiæ temporales sunt contemnendæ. 659. 3	doloris sublimitas seu quantitas. 687. 18
dilectionis debitum æquitatis 638. 30.	diuitiæ ut plurimum cum peccato acquiruntur. 771	dolor non potest esse summum malū. 670
diligat homo opus suum naturaliter cur. 640	diuitiæ mundanæ triplici interitu auferuntur. 639	dolor uoluntatis de peccatis non potest esse nimis magnus. 512
diligitur magis quod difficile acquiritur. 640	diuitis, epulonis exemplum. 782	dolor uoluntatis non potest esse nimis paruus. 512
dilectionis articulus necessitatis pagina. 640. 31	diuitiarū desiderium infinitū. 757	dolor sententiat, potest esse paruus pag. 513
dilectionis præceptum inimicorum declaratur. 640	Doctrina inter præceptum affirmatiuum, & negatiuum. 114	dolor debet esse maior, sicut peccatum quoque magnū est. 514
dilectio inimicorum unde oritur. 641	Doctoribus quæ conueniant. 945	D O M I N I V M quando existit, gradus eminentiæ, numerus præfidentis, modus obediētiæ 671
dilectio inimici consideratur in offensione signi. 642. 32	D O L O R uel tristitia consideratur in essentia, conuenientia, repugnantia, uehementia 558. 1	dominium quis habet in alterū duobus modis. 671
dilectionis signa spiritualia. 642	doloris conuenientia, uel differentia. 956. 2	dominium considerandum in gradu eminentiæ. 672. 2
dilectionis signa temporalia. 643	doloris vel tristitiæ repugnantis. 659. 3	dominium consideratur in numero

I N D E X

ro presidentiæ. 673.0	Dona sunt virtutibus præstantio- ra. 687	bus agendis humanam men- tem. 702
Donum cōsideratur in actu, seu modo obedientiæ. 674.4	Donum pietatis excellens. 688	Dono consilij conuenit mileri- cordia. 703
dominium quomodo a Deo. 674	Donum fortitudinis excellens. 688.	Dona perficientia hominem su- pra modum in vita actiua. 303. 19
dominium cum in potestate tam spirituali, quam seculari sit, cui potestati sit magis obediendum superiori, an inferiori. 575.5	Donorum omnium excellentia. 688.	Donum fortitudinis præfertur pietati, & timori. 703
Donum cōsideratur in euiden- tia quidditatis, differentia pro- prietatis, affluentia largitatis, & eminentia dignitatis. 676.1	Donorum septem numerus mani- festatur in scriptura sub figuris 689. 5	Doni firmitas, & virtutis differunt. 703.
Donorum omnium primum est amor. 479	Donorum numeri 7. rationes. 689.	Donum fortitudinis habet duos actus. 704
Donum esse proprie soli Spiritui Sancto competit. 677	Dona singulatim cōsiderantur, & primum sapientiæ donum. 690. 6	Doni fortitudinis permanentiæ indifferentia. 704.20
Donorum differentia propieta- tis. 667.2	Donum sapientiæ habet quatuor excellencias. 690	Doni fortitudinis iustitiæ conue- nientia. 705.21
Donum, & datum differunt. 677	Donum sapientiæ 7. vitia capita- lia euertit. 692	donum pietatis in tribus confide- ratur in eminentia dignitatis, permanentia æternitatis, con- uenientia proprietatis. 705.22
Donorum affluentia, & abundan- tia largitatis, & bonitatis. 677.3	Doni sapientiæ subiectum. 692.7	Doni pietatis, 4. excellentiæ. 706
Dona omnia a Deo, non omnib. tamen amor. 678	Donum sapientiæ an sit in omni- bus habentibus gratiam gratū facientem. pag. 694.8	Doni pietatis eminentia 707.23
Donum duplex increatum exce- dit creatum. 678.4	Doni sapientiæ attributum. 694.9	Doni pietatis præcipuus actus. 708. 24
Donum cōsideratur in affectu largitatis in excessu, in laude muneris &c. 679.5	Donum sapientiæ conuenit paci- ficis. 695	Doni pietatis conuenientia pro- prietatis. 709.25
Donum extollitur indigentia. 680	Donum intellectus cōsideratur in sublimitate cognitionis. 695. 10	Donum timoris domini est prius & posterius alijs. 709.29
Donum cōsideratur ex statu re- ceptoris. 680.7	Donum intellectus quam cogni- tionem afferat. 695	Donum timoris præcedit ordine generationis. 709
Donum cōsideratur in modo re- compensationis. 681.1	Donum intellectus quō se habet ad operabilia. 696	Donum est timor castus, & filialis pag. 710
Bona recompensaturus quatuor debet cōsiderare. 681.9	Donum intellectus considera- tur in communitate adeptio- nis. 697.11	Doni timoris intensio, vel augmē- tatio. 711.27
Dona recompensaturus debet co- siderare recepti muneris quāti- tatem. 682.10	Donum intellectus cōsideratur in congruitate attributionis. 697. 12	Donum timoris duplicem actum habet. 711.28
Doni recompensator habeat cha- ritatis interminabilitatem ex colato beneficio. 682.11	Doni intellectus operatio. 697	Donum timoris initialis, & filia- lis pag. 712
Doni compensator habeat volun- tatis æqualitatem. 682.12	Donum scientiæ præcedit donum consilij. 698.13	Doni timoris filialis in actu duo habet necessaria. 712
Donorum S.S. indigentia saluta- ris. pag. 684.1	Donum scientiæ ad quatuor or- dinatur nobis necessaria ad sa- lutem. 699	Doni timoris mansio, vel duratio 713. 29
Donorum S.S. necessitas. 684	Donum scientiæ differt a pruden- tia. 699	Doni timoris adaptatio, vel app- batio. 714.30
Dona. S. S. suppleant defectus no- stros. 684	Donum scientiæ in quib. habet esse. pag. 700.14	Dotes sanctorum cōsiderantur in 4. 714.30
Dona. S.S. perficiunt actus nostros. 684.	Donum scientiæ qui verè habeant 700.	Dos matrimoniij diffinitur. 715
Dona. S.S. deducunt ad statū bea- torum. 685	Dona omnia non sunt de necessi- tate salutis. ibid.	Dotetur sponsa a quibus. 715
Dona. S.S. cōsiderantur inconue- nientia inseparabili. 685.2	Doni scientiæ cōsideratio in ap- propriatione beatitudinis. 700. 15.	Dotis apprehensionis congruitas. 715. 2
Dona non essent perfecta, nisi es- sent connexa. 685	Dono scientiæ duo conueniunt. 701.	Dotes cur dicantur ornamenta beatorum. 715
Dona. S.S. cōsiderantur in per- manentia æternali. 886.3	Donum consilij tria consideran- da habet rectitudinem consilij, celtitudinem iudicij, aptitudi- nem auxilij. 701.16	Dotis spiritualis similitudo, & matrimonij. 716
dona in patria habebūt actus suos pag. 686	Doni consilij certitudo. 702.17	Dotis distinctionis qualitas. 716. 3
Donum quodlibet habet dum actus. 686	Dono consilij Deus instruit in re	Dotes animæ numerantur. 717. 4
Dona S.S. cōsiderantur in suffi- cientia numerali. 686.4		Dotes animæ respondet virtutib. Theologicis 717
		Dotes quatuor in corpore glorio- so. 718
		Dos prima corporis gloriosi. 718
		b Dos

I N D E X

Dos secunda corporis subtilitas. 718. 6
 Dos tertia corporis gloriosi agilitas pag. 719. 7
 Dos quarta corporis gloriosi claritas. 720. 8
 Dos charitatis, quæ consideranda habeat. 720
 Dotes animæ respondent virtutibus cardinalibus. 721. 9
 Dotes an fuerint in Christo. 721
 Dubium de Beata Virgine. 199

E

Ebrietas quid sit, & an sit peccatum. 722. 1
 Ebrietas quando peccatum veniale. 722
 Ebrietas quando pecc. mortale. 722.
 Ebrietatis consideratio in eo qui alium ad potum inuitat 723. 2
 Ebrietatis puniendæ inpplicium. 723. 3
 Ebrietas Loth, & incestus cum filiis examinatur. 724
 Ebrietas est in sumendo plus de potu quàm de cibo. 724. 4
 Ebrietas non excusatur in vomitu. 725
 Ecclesiæ statuta circa sacramenta non possunt omitti pro libito sacerdotis. pag. 204
 Ecclesiæ aduersantur mali tripliciter. 645
 Ecclesiæ primitiæ consuetudo in com. pag. 865
 Ecclesiæ primitiæ exemplum. 903.
 Effectus causæ quando per accidens sit culpabilis. 296
 Effectus naturæ effectibus gratiæ comparantur. 1206
 Electionis diffinitio, ratio commendatio. 726. 1
 Electio non est impossibiliū. 726
 Electio differt a voluntate, & desiderio. 727
 Electio est appetitus intellectiuius 727.
 Electionis ratio. 727. 2
 Electio appetitus quomodo potest esse præteriti. 728
 Electionis commendatio. 728. 3
 Electio requirit prudentiam. 729
 Electio Dei qua aliquos specialiter eligit. 729
 Electio est rationalium. 730
 Electio quomodo æterna, & temporalis dicatur. 730
 Electio diuina consideratur in 4 affectu charitatis, &c. 730. 5
 Electionis non est causa præscien-

tia 731
 Electio diuina, & humana quomodo differunt. 731
 Electionis diuinæ defectus quantitatis, siue numerositatis. 732. 6
 Electionis effectus vtilitatis. 735. 7
 Electionis quatuor requisita. 735
 Electio duplex. 735
 Electionis diuinæ vtilitas. 735
 Electionis diuinæ status foelix. 737
 Electio Dei duplex. 738
 Electio prælati quid sit. 739. 11
 Electio prælati quid exigit. 379. 12
 Electorum numerus. 739
 Electio quid efficit. 739. 13
 Electio manet, etsi electus non assentiat. 739
 Electionem prælati quid impedit 740. 14
 Electionis ius non habent suspensi, interdicti, excommunicati 740
 Electione debitè faciendâ 4. obseruanda. 741. 15
 Electio prælati locum conuenientem requirit. 741. 16
 Electionis prælati modus differens pag. 741. 17
 Electio prælati requirit virtutem eminentem, & allicientem. 742. 18.
 Eligens indignum duplicem poenam meretur. 742
 Electio recta prælati quinque requirit. 744. 20
 Eligens potest aliquis cuiuslibet iuri renuntiare. 744
 Electionis cōsensus exemplo Hieremias, & Isaia. 744
 Electio an respectus habeat ad cōsanguineos. 745
 Electorum triplex differentia. 123
 Elemosynæ diffinitio singularis. pag. 748. 1
 Elemosynæ obligatio generalis. 748. 2
 Elemosynam facere nemo excusatur. pag. 748
 Elemosynæ operatio virtualis. 749. 3
 Elemosynæ quædam sunt, ad quas quis tenetur, & quædā ad quas non tenetur. 750. 4
 Elemosynæ quæ debentur non satisfaciunt. 750
 Elemosynæ comparatio inæqualis 750. 5
 Elemosyna includit orationem. 751.
 Elemosynæ actus commendans, numerus varians, modus testificans, fructus communicans. 751. 6
 Elemosyna est actus quarundam virtutum. 752

Elemosynam dare actus latriæ. 752
 Elemosyna actus necessitatis. 753. 7
 Elemosyna actus liberalitatis. 753
 Elemosyna actus pietatis. 753
 elemosyna est actus charitatis. 753
 elemosynam dare sub quo præcepto est. 753. 8
 Elemosyna cadit sub præcepto dilectionis proximi. 753
 Elemosynæ tempus considerandū 754.
 elemosyna quæ, & quando sit in præcepto, & quæ, & quando nō sit in præcepto. 755. 9
 elemosynæ numerus varius. 756. 10
 Elemosyna est etiam ipsa sepultura. pag. 756
 elemosynæ spirituales. 757. 11
 elemosynæ spirituales cur septem 757.
 elemosynæ spirituales præstāt corporalibus. 757. 12
 elemosynæ efficaciam non tollit recompensatio. 758
 elemosynæ modus rectificans. 758. 13
 elemosyna quando necessario sit danda. pag. 759
 elemosyna vt sit grata deo, & per consequens meritoria debet dari compassibiliter. 579. 14
 Elemosyna vt sit deo accepta dēt dari liberaliter. 760. 15
 elemosyna vt sit meritoria debet dari sinceriter. 760. 16
 elemosyna faciendâ rectam intentionem, & meritoriam requirit pag. 762
 elemosynæ digna iusta, & condigna retributio. 763. 18
 elemosynam dare in occulto est tutius. pag. 765
 elemosynam quis possit facere, de quo elemosyna sit faciendâ. 766. 20
 elemosynam non det subditus de rebus domini. 766
 elemosynam non potest facere vxor de rebus mariti. 766
 elemosynam non potest facere filius familias, seruus, religiosus 767.
 elemosyna de quo faciendâ. 768. 21.
 elemosyna de quo possit fieri, & de quo non, distinctionibus, rationibus exemplis probatur. 769. 22
 elemosyna nō dēt fieri ex illicitè acq̃sito, vel iuste retento, & furto rapina, vltura, fraude &c. 770
 elemosyna ex scelere tribus modis pag. 770
 Elem

I N D E X

Elemosyna indigna. 770
 elemosyna iniqua. 771
 elemosyna balneo comparatur. 773.
 elemosyna danda sine spe retribu-
 tionis pag. 774
 elemosyna quomodo, & qualiter
 debeat fieri. 774.25
 elemosyna requirit compassionē.
 pag. 774.
 elemosyna quantitas quatuor mo-
 dis attenditur. 775
 elemosyna cui sit magis danda.
 pag. 776.26
 elemosyna cui sit magis facienda
 distinctione probatur. 777.2
 elemosyna exemplum Loth, & A-
 braha. 777
 elemosyna est danda nobis magis
 propinquis. 778.28
 elemosynæ tres conditiones. 778
 elemosynæ fructus concomitans.
 779. 29
 elemosyna corporalis habet effe-
 ctum spirituale in 779
 elemosynæ efficac a ex duob. 780
 elemosynæ effectus in speciali.
 780. 30
 elemosyna non liberat decedentē
 in peccato mortali. 780
 elemosina quomodo liberat a pec-
 cato. 780
 elemosyna a peccato mundat tri-
 plici ratione. 781
 elemosina corporalis quatuor bo-
 na facit. 782.31
 elemosinæ quatuor fructus. 782
 elemosina vult ad extinguendum
 detestabilem offensam. 783. 32
 elemosina cur comparatur aquæ.
 783.
 elemosi. resistit peccato dupliciter
 783.
 elemosina valet ad acquirendum
 desiderabilem, vel salutarē gra-
 tiam. 784.33
 elemosina valet ad impetrandum
 æternalem gloriam. 784.34
 elemosinas accipere vtrum sit im-
 perfectius, quàm viuere de pro-
 prio labore pag. 789.38
 elemosinæ præmium in tribus.
 792. 40
 electorum triplex differentia. 123
 epilogus de requisitis ad bonum.
 307.
 erroris quidditas. 794.1
 error vnde proueniat. 794
 erroris deformitas. 794.2
 erroris varietas. 795.3
 erroris grauitas. 795.4
 error omnipotentiz dei refellitur
 799.
 error hæreticorum de incarnatio-

ne. 1112
 error computatur circa commu-
 nionem peccatorum. 852
 error quorundam confutatur cir-
 ca diuinam electionem ibid.
 error hæreticorum de transubstā-
 tiatione eliditur. 881
 error confutatur circa fractionē
 hostiæ. 889
 error antiquorū de feminis emis-
 sione. 954
 error de actione ignis inferni re-
 batur. 1062
 error Auicennæ de igne ex-
 loditur pag 1058
 esse proprium nomen Dei. 796.1
 esse Dei inter alia omnia nomina
 diuinam bonitatem participan-
 tia, est proprium Dei nomen ra-
 tione, infinitationis. 798.2
 esse Dei est simpliciter æternum.
 801. 4
 esse extra terminos 4 modis. 803
 esse incircumscribibile soli Deo
 conuenit. 805.6
 esse Dei in nobis est diuersimode.
 806.
 esse incomprehensibilis notitiæ
 soli Deo conuenit. 807
 eminentia primæ causæ. 808
 essentia infinita cognoscitur non
 infinite. 809
 esse proprium nomen Dei ratione
 incommutationis. 809.8
 esse Dei magis proprium nomen
 Dei ratione perfectionis. 812.
 10.
 esse creatum tripliciter imperfe-
 ctum. 813
 esuries duobus modis dicitur. pa-
 gina. 257
 euagatio mentis vnde procedat.
 816. 1
 euangelista vtitur verbo est pluri-
 bus rationibus. 1114
 eucharistia o. 30 habet consi. 818.1
 eucharistia figurata in lege naturæ
 818.
 eucha. effectus præcipui. 818
 eucha figurarum diuersitas. 818
 eucha sacramentū prima figura si-
 gnans Agnus paschalis. 819.2
 euch. sumptioni correspondet agni
 commensio. 819
 eucha sacramenti figura præcessit
 in manna quod Deus pluit.
 820. 3
 Euchar figurata in manna plurib.
 821.
 Euch. excedit manna in pluribus.
 822.
 Euchar. tertia figura fuit oblatio
 quam Melchisedech Rex Salem
 fecit. 825.5

Euchar. sub duplici specie cur con-
 ficiatur. 824
 Euchar. sumendi duplex modus.
 825.
 Euchar. materia propria panis, &
 vinum. 826.6
 Euchar. cur panis, & vinū sint ma-
 teria. 826
 Euchar. sacramentum non potest
 confici nisi in pane tritico.
 826. 7
 Euchar. in quibus non possit con-
 fici. 827
 Euchar. propria materia est panis
 triticeus, non fermentatus.
 828. 8
 Eucharistia Græcorum vsus. 829
 Euch. aliquo tempore eccl. Rom.
 confecit in fermentato. 829
 Euchar. vt triticeus panis, ita vinū
 de vite est propria materia.
 832. 9
 euchar. figura demonstrata in late-
 re Christi de quo fluxit sanguis
 & aqua. 835.10
 euchar. sacramenti necessitas insti-
 tutionis. 839.13
 euchar. institutio 3. congrua fuit.
 840.
 eucha non est de necessitate salu-
 tis pag. 840
 euchar. institutionis congruitas
 temporis. 841.14
 euchar. non debuit institui ante
 incarnationem. 841
 eucharist. recte instituta fuit in cē-
 na domini. 842
 euchar. sacramentum iure institu-
 tum post canam. 842
 eucha. sublimitas perfectionis.
 843. 15
 euchar. est terminus omnium sa-
 cramentorum. 843
 eucha. proprietas assumptionis.
 pag. 844.16
 euchar. sumendi duplex modus.
 844.
 euchar. manducant Angeli quo-
 que. 846
 euchar. suscipientium varietas,
 vel dignitas. 847.17
 eucha. non digne sumentes sunt,
 amentes, obsessi, pueri, non iei-
 uni, polluti, histriones, sortilegi.
 847.
 eucha. indigne sumunt correatri-
 ces aleatores vsurarii, & suspen-
 si. 848
 euchar. non danda suspectis de cri-
 mine. 848.18
 euchar. an danda dānatis ad mor-
 tem. 849
 eucha. peccatorē videre, vel tāgere
 sumere, petere differunt 849.19
 b 2 Euchar.

I N D E X

Euchar. non danda criminosis. 849	Eucha. nominatio virtualis 888. 41	Exemplum naturalium, & super- naturalium. 871
Euchar. cum peccato mortali qui accedant. 850. 20	Euchar. duplex finis 889	Exemplum de numeris circa Eu- cha. 879
Eucha. indigne sumentium sex ca- sus. 852. 21	Euchar. fractio rationabilis, & vir- tualis. 889. 42	Exemplum pharisæi superbi. 1047.
Eucha. indigne sumentes occiden- tibus comparantur. 854	Euchar. seu hostiæ consecratæ fra- ctionis significatio. 890. 43	Exemplum David circa custodiā prelati. 944
Eucha. quilibet christianus habet iurisdictionem. 855	Eucha. fractionis inæqualitatis ra- tio pag. 892. 44	Expositio verborum charitas non inflatur. 51
Euchar. petentis duplex conditio. 855. 2	eucha. comm. amicabile. 892. 45	Expositio verborum absconditi tu- talentum in terra. 51
Eucha. qui vult digne sumere qua- tuor aduertat. 858. 23	eucha. quatuor quasira. 893	Expositio verborum, Væ soli. 71
Eucharistix assiduitas. 861. 24	Euchar. casus apost. 893	Expositio verborum, Nō diligam verbo, & lingua. 81
Eucha indigne sumentium peri- cula. 862	Euchar. post canam instituta. 894	Expositio verborū, Melior est ma- nifesta correctio, quam amor. 85.
Eucha. circa aliqui bene habet tri- bus modis. 862. 25	Euchar. hoc est, corpus suum quo ordine Christus dedit discipulis suis. 895. 46	Expositio verborum si dederit ho- mo omnem substantiam. 91
Euchar. quotidie sumere est vtile & laudabile. 864	Eucharistix laus. 897	Expositio verborum, qui amat ani- mam suam perdit eam. 10.
Euchar. Agnus paschalis correspon- det. 863	Euchar. digne sumere volens de se ipsum, se examinet. 899	Expositio verborū, dilectus mihi meus. pag. 1114
Eucha. frequentare, an abstinere quid securius. 864	Euchar. ieiunus homo qualiter ac- cipiat. pag. 900	Expositio verborum, fulcite flori- bus. 118
Euchar. sumentes quæ represen- tent. 867	Examen conscientix accideris ad Euchar. 898. 1	expositio verborum, quia amore languet. 118
Eucha. utilitas com. 868. 28	Examen requiritur ad comm. 858	Expositio verborū laua eius sub capite. 119
Eucha. confert gratiam. 868	Excommunicatio diffinitur con- grue pag. 902. 1	Expositio verborum, vulnerasti cor meum. 121
Eucha remittit culpa quomodo. pag. 869. 29	Excommunicatione duobus mo- dis quis ab ecclesia separatur. 902.	Expositio verborum, Qui mane vi- gilarint ad me. 127
Eucha effectus in oratione eccle- siæ. 870	Excommunicatio per exempla p- batur. 902	Expositio verborum, vniuersa p- pter semetipsum operatus est dominus. 128
Euchar. q̄o operatur in remissio- ne peccati mortalis. 870	Excōicatio an debeat infligi pro damno temporali. 903. 2	Expositio verborum. Gaudiū erit super vno peccatore. 131
Euchar. medicina spiritualis. 870. 30	excommunicatio infligitur p pecc- ato mortali. 903	Expositio verborum, Spirituum ponderator est dominus. 332
Euchar. præseruata culpa. 872. 31	excommunicationis sententia in- iusta quando timenda. 904	Expositio num 22. de Alina Balā. 160.
Eucha quatuor admiranda. 872	excommunicandi auctoritas quib- us data sit. 904. 3	Expositio illius Thobix 2. de Tho- bia. pag. 161
Euchar. bona emanantia nume- rantur. 772	excōicandi ptās sequitur iurisdō- nem non ordinem. 905	Expositio Lucæ, 15. de lucerna. 161.
Eucha. gloriam confert. 832	Excommunicatus an alium possit absoluere. 905	Expositio Isai. cap. 6. 161
Eucha. viaticum appellatur. 873	excōmunicationis passionis quali- tas pag. 906. 4	Exponitur illud act. 12. de petro in carcere. 163
Eucharist quinque notanda con- secratio admirabilis, transub- stantiatio integralis, nominatio virtualis &c. 873. 33	excommunicari non potest supe- rior ab inferiori. 906	Expositio verborum, faciamus hu- minem ad imaginem, & simili nostram. 170
Euchar. consecratio quo ad for- mam quatuor notanda habet 876. 34	excommunicari non potest tota communitas simul. 907	Expositio verborum, Multa homi- nis applicatio. 173
Eucha. entitas vigoris. 877. 35	excommunicationis comm. possi- bilitas. pag. 908. 5	Expositio verborum, Eleuata est magnificencia tua super cælos. 184
Eucha. instabilitas ualoris, vel vir- tutis pag. 878. 36	excommunicato an liceat cōicare circa temporalia. 908	Expositio verborum, Qui habue- rit substantiam. 190
Eucha sublimitas actoris. 879. 37	Excōmunicari an semper euitan- di. 908	Expositio verborum, Noli quære re fieri iudex. 233
Euch. transubstantiatio est integra- lis. pag. 881. 38	Excōicans an possit participare ex communicato. 909	Expositio secunda, Noli quæ- rere. 239
Eucha. in sacramento, quid cōuer- tatur, quando conuertitur, in quid conuertatur, qualiter con- uertatur. 783. 39	excommunicationis absol. idonei- tas. i quis possit absoluere, & ab- solui. 909. 6	Exposi-
Euchar. panis species corpus Chri- sti contin. ex vi sacramenti. 886. 40	excommunicationem minorem quilibet sacerdos potest absol- uere. 609	
Eucha. congruum est esse acciden- tia sine subiecto. 888	Exercitationes ad bella iusta non prohibitz. 279	

I N D E X

Expositio verborum. Nemo pot venire ad me. 242	sum me. 441	iniquitas mea. 591
Expositio verborum. Ego sum o- stium. 243	Expos.verb. Lauabo per singulas noctes lach. 449	Expos.verb. Ecc sapi aures tuas spi nis pag. 606
Expositio verborum. Cum appar- uerit similes illi erimus. 249	Expos.verb D Gregorij. Bonarum mentium est ibi timere culpam vbi non est. 453	Exp. sal Mihi autē adhzrere Deo bonum est. 608
Expositio verborum. Hæc est vita ætterna. 250	Expos.verb. Non iudicabit Deus bis in idipsum. 455	Expo. psal Memor fui Dei. 609
Expositio verborum, qui edunt me: adhuc esurient. 257	Expos.verb. finis præcepti est cha- ritas. pag. 470	exp verb Diliges d. minum tuum Deum, odo modis. 619
Expositio verborum, propter iusti- tiam. 262	Expos. verb. semper enim præsu- mit sua perturbata conscien- tia. 471	Expo.verb. Pauli in nouissimis die- bus instabunt tempora. 624
Expositio verborum, Excelsior ex- lo. 266	Expos.verb Martha, Martha turba- ris erga plurima. 479	Expo.verb. si quis venit ad me, & non odit patrem. 639
Expositio verborum, Alia est cla- ritas solis. 269	Expo.verb omnis ponderatio nō est digna animæ continentis. 492	Expo. verbo Christi, & Pauli. 640
Expositio verborum, Gloria, & ho- nore coronasti eum. 272	Expos.verb datum insipientis nō erit tibi vtile. 495	Expo. obiurgationis factæ Petro & Paulo. 672
Expositio verborum. Qui gladio ferit gladio perit. 279	Expo verbo. psal. qui inquirebat. 500.	Expo Pauli Non in commessatio- nibus. 722
Expositio verborum, sufficit, satis est. 282	Expo.verb. Deduc quasi torrentē lacrimas. 517	expo.verb Multi sunt vocati pau- ci vero electi. 733
Expositio verborum. Non est ma- lum in ciuitate, quod non fa- ciat Deus. 305	Expos.verb. Cor, quod nouit ama- ritudinem animæ suæ in gau- dio eius non miscebitur extra- neus. 522	expo. Pauli Quos præsciuit. 734
Expositio verborū, Omnia dispo- suisi. pag. 307	Expos.verb De ligno scientiæ bo- ni, & mali, ne comedas. 536	expo.verb. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. 737-9
Expositio verborum Qui abscon- dit scelera sua: non dirigitur 309.	Expos.verb. ape sunt oculi eorum. pag. 536.	Expo. Pauli vestra abundantia. 758
Expositio verborum, Ordinauit in me charitatem. 331	Exposi. mysterij de sacrificio Abra- hæ. pag. 541	Expo Mutuum date. 760
Expositio verborum, Qui non di- ligit fratrem suum quem. 332	Expos.verb. Et cornua in manib. eius pag. 541	expo Nesciat sinistra tua. 760
Expositio verborum. Vade, & ven- de omnia quæ habes. 336	Expos Ego si exaltatus fuero a ter- ra omnia traham. 545-7	expo. lucæ cum facis prandium. pag. 774
Expositio verborum. Tibi dabo clauēs Regni Cælorum. 381	Expo. In charitate fundati. 549	Expo. eccl. perde pecuniam. 779
Expositio cur dictum, tibi dabo, & non do. 381	Exp. Humiliauit semetipsum. 560	Expo. si vis perfectus esse. 787-36
Expositio verborum. Quorum re- miseritis, in qua duo tangun- tur. 382	Expo. tristis est anima mea. 565	Expo. Apoc Gratia, & pax ab eo, qui est pag. 815
Expositio. Quodcunque ligaueri- tis. 383	Expo Nomen quod est super om- ne nomen. 565	Expos.verb Christi Nolite sanctū dare canibus. 855
Expositio verborum, In cogitatio- nibus impij interrogatio erit. 391.	Expo.verb. Mihi absit gloriari. 558	expos Domine non sum dignus. 867.
Expositio verborum. Video aliam legem. 399	Expo.verb. si quis vult venire post me. pag. 561	expo Pauli. Vocat ea, quæ nō sunt pag. 886
Expositio verborum, in quo om- nes peccauerunt. 406	Expos. verb. Ecce nos reliquimus omnia. 562	expos. Gen. septimo aut die. 913
Expo verborum, filius non porta- bit iniquitatem patris. 409	Expo. ver. Latantur cum male fe- cerint. 576	expo Pauli, corde creditur. 924
Exponuntur authoritates, quæ vi- dentur militare contra confes- 422.	Expo. ver. Exultent, & latentur in te omnes. 582	expo. ver. Ioan. Tu es qui venturus 932.
Exp verb. ore confessio sit ad salu- tem. 425	Expo. ver. oculum qui subsannat fratrem. 587	Expo. Pauli omne, quod non est ex fide peccatum. 941
Expos. verb. A mortuo quasi nihil perit confessio. 437	Expo. verborum Iob. Nunc quoq; derident me iuniores. 589	Expo. latantur cum male fecerint. 991.
Expos. verb. Vade, ostende te sacer- doti. pag. 438	Exp. verb. Ne lateris inimica mea pag. 589	exposi. Iob. si venerit ad me. 1003
Expos.verb. dixi confitebor aduer-	Expo. psal. Tota die exprobabant mihi. 590	Expositio canonis missæ 1038
	Expos. uer. Osee, o mors ero mors tua. 591	Expo. ver. Verbum caro factum est expositiones euangelij falsæ re- ijciuntur pag. 1116
	Expo. psal. Attollite portas. 592	expo. psal. Redemisti me domine 1140.
	Expos. verborum Gen. Maior est	Exposi.verb. si quis te percusserit in maxilla. 1162
		exposi. uerb. lucerna corporis tu- est oculus tuus 1165
		exposi. Pauli. Tu quis es, qui alium iudicas 1125
		Expositio verborum. Quid vides falsucam. 1182

I N D E X

F

Fallere aliquis potest dupliciter. 282
 Famæ nobilitas, & utilitas appetitum alliciens. 911.1
 Fama bona rebus exteriorib præponitur. 912
 Famæ iniquitas defectū obijciēs: pagina 913.2
 Fama alterius debet custodi in confessione. 440
 Famæ appetitus, & contemptus. 914.
 Famæ necessitas ablata restituit. 915. 3
 Fama tribus modis aufertur. 915
 Facere malum pp bonum, permittere malum propter bonū, ordinare malum in bonum quō cōsideratur. 305
 Felicitati internæ duo repugnat. 989.
 Fermentum malitiæ quid. 831
 Festa in quatuor considerantur in convenientia numeri, existentia debiti, obseruantia diei, emittentia meriti. 916.1
 Festa prioris legis enumerantur. pagina 916
 Festorum exigentia debiti. 916.2
 Festum quibus actibus corporis violetur. 917
 Festo die prohibentur mercata. 918.
 Festorum obseruantia, vel differentia diei 918.3
 Festum sabbathi diei dominicæ comparatur. 918
 Festorum excellentia meriti. 919.4
 Festa nouæ legis nobilissimè significant pag 919
 Fidei propria descriptio, necessaria adeptio, primaria inhaesio. 920. 1
 Fidei diffinitione tria sunt. 920
 Fidei necessaria adeptio. 921.2
 Fidei cognitio est necessaria. 923
 Fidei primaria inhaesio. 924.3
 Fides præcedit spem, & charitatē. pagina. 924
 Fidei actus, meritum, & profectus 924. 4
 Fides mediat duas cogitationes. 625.
 Fidei respectus quid sit. 926.5
 Fides euacuabitur in patria. 615
 Fidei actus distinguuntur. 926
 Fidei modus, vel effectus. 927.6
 Fides demonum, peccatoris, & iusti. 927
 Fidei publica confessio quando sit necessaria. 928.7
 De fide interrogatus tenetur pu-

blicè confiteri. 928
 Fidei actus est salutifera mortis susceptio. 928.8
 Fidei meritum. 929.9
 Fidei augmentum. 931.10
 Fides variatur triplici rōne. 931.
 Fides variatur ex parte fidelium, & ex parte creditorum. 932.11
 Fides variatur, augetur, diminuitur ratione dispositionis hominis. 934.12
 Fides aliquorum est parua [935.13
 Fidei modicæ qui sint. 936
 Fides aliquorum dicitur esse viuua 936. 14
 Fides principaliter in corde. 1018
 Fides cum charitate efficit. 5. bona 936.
 Fides iure dicitur scutum. 937
 Fides aliquorum est mortua. 939. 15
 Fides informis differt a formata. 939.
 Fidei formata actus. 940
 Fidei virtus informis in Alexandro. 940
 Fides informis valet ad quinque. 941.
 Fides in adultis cur requiratur in baptismo. 216
 Fidei professio duplex. 313
 Fidelitas quid sit. 941.1
 Fidelitas amicitia ad amicum cōmēdatur. 942.2
 Fidelitas prælati erga subditum. 944.
 Fidelitas in magistro Ecclesiastico commendanda. 945.4
 Fidelitas potest experiri duobus modis. 93
 Figura de repugnantia duarum legum. 399
 Filiorum distinctio, priuatio, & punitio. 947.1
 Filiorum status quadruplex secundum iura. 947
 Filij proponant sibi exemplum ciconiarum. 639
 Filius illegitimus duplex damnū incurrit. 948
 Filius quomodo legitimatur. 948
 Filiorum priuatio. 949.2
 Filij naturales succedunt septimæ parti hereditatis. 949
 Filiorum illegitimorum casus notandi. 949.3
 Filiorum punitio unde fiat. 950.4
 Filiorum nobilitas duplex. 950
 Filius non punitur pro parte æternæ pænæ 951
 filium cur Deus punit pro peccato patris. 951
 filius pro patre, & e conuerso, & vnus pro alio temporali pænâ

sine culpa punitur. finis est duplex. 952.5
 Forma vera penitentia quæ sit. 363.
 flagella, quæ veniunt necessario, an sint satisfactoria. 562
 fomes quid sit. 1075
 fornicatio est coitus soluti cū soluta. pag. 913.1
 fornicationis errore antiquorū duplex confutatur. 953
 fornicationis horror, qui incurritur. pag. 954.2
 fornicatio tria mala includit. 954
 fornicationis timor qui incurritur. 956.3
 fornicatio prohibetur ex vtraque lege. 956
 fortitudinis naturæ quidditas, materię proprietates, excellentiæ sublimitas. 957
 fortitudo tripliciter diffinit. 957
 fortitudinis duplex materia. 957
 fortitudinis materię proprietates. 958. 2
 fortis quis sit & dicatur. 959
 fortitudinis est sustinere repentina pericula. 959
 fortitudinis excellentiæ sublimitas. 960.4
 fortes lauantur. 960
 fortitudinis actus principalis. 961. 5
 fortitudinis du lex actus. 961
 fortitudinis virtus integralis. 962. 6
 fortitudo quatuor virtutes complectitur. 962
 fortitudinis aspectus virtualis. 962. 7
 fortis, & virtuosus ex electione operantur. 962
 fortitudinis defectus pænalis. 963. 8
 fortis viri duplex consideratio. 964.
 fortis, & virtuosus an patiatur leuiorem mortem. 965.9
 fortis dicitur homo quatuor modis. 965
 fortitudo dupliciter potest considerari. 313
 fortitudo esurit & sitit iustitiam 705.
 fortuna quid sit. 966.1
 a fortuna agi qui dicantur. 966
 fortunatus quis ex sententia. D. Tho. 966
 fortuna a quo sit effectiue 967.2
 fortuna quorū sit obiecta uē 967
 fortuna in quibus sit subiectiue. 968. 4
 fortunati conditio. 968
 fortuitus iactus quomodo. 969
 Fortu-

I N D E X

Fortuna quæ est bonorum exteriorum habet in se sex defectus. 969.5
 Fortunatum fuisse infelicissimū. 970.
 fortuna in diuitijs quomodo locum habet. 233
 forum pœnitentiæ, & iudiciale. 427
 forum duplex in electione consideratur. 742
 forum triplex conscientię, pœnitentię, iudicij. 907
 fraudis reatus, motus periculum. 970.
 fraus semper est peccatum. 970
 fraudis modus. ibid. 2.
 fraudem alterius intendens trib. vitur. 971
 fraudis nocumentum. 971.3
 fruitionis fructus a quo descendit pag. 972.1
 fruitionis quatuor requisita. 972
 fruitio diffinitur quatuor modis. 972.
 fruitionis obiectum ad quod attendit. pag. 973
 fruendum est solo Deo ratione boni. pag. 973
 fruimur quinque diuersis modis. 974. 3
 fruendum solo Deo, vtendum ceteris. 974
 fruitio est complacentia voluntatis in ultimo fine. 975
 fruitionis subiectum. 975
 fruendum gradus quinque. 975
 fruitur viator non proprie. 976
 fruitio, & quies duplex. 976
 fruitioni numerus, qui congruit, uel qui sufficit. 977.5
 fructus spiritus vnde dicantur. 977.
 fructuum 12. caritas principatum obtinet. 978
 fructus in sui ratione includit tria. 678.6
 fructuum comestibilium, differentia. pag. 979
 furti ratio specificans, deformans, aggrauans, accusans. 979.1
 furti ratio deformans, seu culpās. pag. 980.2
 furtum triplex. 981
 furtum interpretatiuum. 981
 furtum peccatum communius, & rapina grauius. 982
 furti ratio aggrauans. 982.3
 furti ratio excusans. 983.4
 fur, & raptor quando excusantur. 983.
 furari alienum occultè, vel manifestè in casu pietatis est licitum 984. 5
 furari, vel accipere alienum quo-

cunque modo in casu prädationis est licitum pag. 984.6
 furari ne sit tenere alienum in casu inuentionis. 685.7
 furtum, rapina reatus, vel supplicium vtriusque. 985.8
 furto participatur. 6. modis. 985
 furis, & raptoris pœna. 986

G

Gaudium quid sit in generali, & in speciali. 987
 Gaudium non potest esse proprie in brutis. 987
 Gaudij spiritualis. 4. signa. 987
 Gaudij causalitas. 988.2
 Gaudium a lex causatur. 988
 Gaudium nascitur a spe & dolor sed differenter 988
 Gaudium ex parte suę qualitatis, an sit purum, vel mixtum 990.3
 Gaudium huius vitę tristitia mixtum. pag. 990
 Gaudium quod ex Deo habetur ex parte suę quantitatis quantum sit. 990.4
 Gaudium triplex habetur de Deo 990.
 Gaudium beatorum plenissimum 990.
 Gaudium vel debet esse nullum vel paruum, vel verum, vel summum. 991.5
 Gaudium hypochritę an instar pũctę pag. 991
 Generationis naturalis, & supernaturalis comparatio. 991
 In Gloriam Dei quomodo omnia faciend. pag. 996
 Gladij ecclesię duo. 1025
 Gratia triplex 270
 Gratia gratum faciens. 994.1
 Gratia excellentia. 994
 Gratia receptio, & eius susceptibilis preparatio. 995.2
 Gratia qua homo facit opera meritoria etsi non potest ex libero arbitrio acquirere, potest tamē se pręparare ad habendā. 996.3
 Gratia lumen comparatur. 996
 Gratia infusio quantum dolorē requirat. 997
 Gratia differens receptio 997.4
 Gratia non datur omnibus, & qualiter. 997
 Gratia gratum facientis tria consideranda. 998
 Gratia sine non sufficit liberū arbitrium ad peccatum vitandū. 999. 6
 Gratia diuinę auxilio opus esse libero arbitrio ad resurgendum a peccato. pag. 999.7

Gratia tria in anima reparat. 999
 Gratia sine ad perseuerandum in bono non sufficit liberum arbitrium. 1000.8
 Gratia status, & innocentie comparatio. 1000
 Gratia gratum faciens si non sit liberum arbitrium nō sufficit ad consequendum pręmiū. 1001.9
 Gratia gratum facientis consideranda est ineuidencia impensę, vel infusi beneficij. 1001.10
 Gratia notitiam multiplex genus personarum habet. 1002
 Gratia se dignum, vel indignum vtrum aliquis possit scire. 1002
 Gratia status reuelatur tribus de causis. pag. 1003
 in Gratia existenti beatitudo æterna debetur in pręmium quamuis nulla creatura rationalis in bonis naturę excellens ex seipsa æternam beatitudinem consequi possit. 1004.12
 Gratia plenitudo quinque modis. 1005.
 Gratia duo sunt effectus. 360
 Gratia infusio ad culpę remissionem. 1206
 Gula deformitas specierum diuersitas nocumenti multiplicitas. 1005. 1
 Gula vitium consideratur in grauitate. pag. 1006.2
 Gustus, & tactus circa delectabilia. 1008
 Gule specierum diuersitas. 1008.3
 Gula peccatum quomodo perpetratur. pag. 1008
 Gule species non semper sunt peccatum mortale, sed quandoque veniale. 1010
 Gule nocumenti multiplicitas. 1011. 5
 Gula primo obnubilat intellectū. 1011.
 Gula affectum deordinat. 1011
 Gula diffomat verbum. 1011
 Gula exteriorem actum dehonestat. pag. 1011
 Gula ex parte corporis quatuor mala facit. 1012.6
 Gula reddit corpus immundum. 1012.

H

Habitus vel ornatus nō est aliud quod peccatum. Sed solum ex parte vtentis vel abutentis. 1013. 1
 Habitu vestium peccat homo propter quatuor rationes. 1014.2
 Habitus vestiū quō sit peccm. 1015
 a 4 Habi-

I N D E X

Habitus mulierum in tribus consideratur. pag. 1815.3
 Habitus mulierum quatuor specialia habet propter quæ coniugata videtur ornare se ad malum finem. 1015.4
 Habitus quomodo impeditur, ne transeat in actum. 1076
 Hæresis proprietates diffinitionis. 1017. 1
 Hæresis interpretatio 1017
 Hæreticus non est qui dissentit in his, quæ ecclesia non determinauit. 1017
 Hæretici, & infidelis sex conditiones. pag. 1018.2
 Hæreticus describitur ab Augustino pag. 1019
 Hæresis gradus vitij, seu grauitas offensionis. 1019.3
 Hæresis maximum peccatorum. 1019.
 Hæresis reatus supplicij. 1020.4
 Hæreticus omnis excommunicatus est. 1020
 Hæretico puniendo quatuor veniunt considerata. 1020.5
 Hæreticorum qui sunt occidendi, qui tolerandi. 1020
 Hæretici relapfi puniendi seueritas pag. 1021
 Hierarchia secundæ diuisionis. 148
 Hierarchiæ tertiæ diuisionis. 148. 21
 Homicidij modus quo committitur. 1022.1
 Homicidium duplex. 1022
 Homicidium corporale fit tribus modis. 1022
 Homicidij iusti requisiti. 1023
 Homicidij actus cui interdicatur 1023. 2
 Homicidium non licet personæ consecratæ, vel ordinatæ 1024.3
 Homicidium sui ipsius interdicitur propriæ personæ. 1025.4
 Homicidam esse sui ipsius euenit quinque rationib. 1025
 Homicidium, periurium, & peccati excusatio an sint grauiora blasphemia. 324
 Homicida sui ipsius excusantur aliqui. pag. 1026
 Homicidij actus cui concedatur. 1016. 5
 Homicidium committendo quādo iudex vel minister iustitiæ peccat. 1026
 Homicidium in malefactorē quādo non committendum. 1027
 Homicidium an liceat pro defensione sui ipsius. 1027.6
 Homicidium quando liceat. 1027
 Homicidij gradus, vel reatus quo peccatum intenditur. 1028.2

Homicidium in reum non conuictum peccatum est. 1029
 Homicidium in innocentem conuictum falso non est peccatum 1029.
 Homicidij iusti, & peccatoris comparatio, seu collatio. 1029
 Homines an æquali honoræ duliæ sint adorandi 39.9
 Homo cum respicit beneficium duo attendere debet. 84
 Homines an assumantur ad ordines Angelorum. 143.15
 Homo non est ad imaginem filij tantum sed trinitatis. 170
 Homo tribus modis saluatur. 219
 Homo fit perfectus ex duob. 236
 Homo debet lugere miseras suas & alienas. 255
 Homo retrahitur a peccato sex vijs. 325
 Homo quibus coniecturis cognoscit se habere charitatem. 340
 Homo purus non potuit hominē redimere. 1102
 Homo poterat de mortali nō de originali satisfacere. 1122
 Hominis status est quadruplex. 564.
 Hominis natura interior, & exterior. 633
 Homo potest quotidie communi bene dispositus. 866.27 (874)
 Hoc, pronomen quid demonstret
 Homo in Deo libere mouetur. 996
 Hominis vnus non possunt esse plures ultimi fines. 1007
 Homo peccat non anima, nec corpus pag. 1049
 Homo potest mereri ut ad gloriā Angeli superioris perueniat. 144
 Homines tribus de causis cælum non ingrediuntur. 228
 Hominum permanentium in sua opinione genera quatuor. 489
 Homo tripliciter vigilat. 1441
 Hostiæ fractio Christi passionem signat. pag. 891
 Hostiæ partes fideles designant. 891.
 Hostiæ fractionis dubitatio. 892
 Hostiæ fractionis tria notanda. 889. 7
 Honestatis conuenientia, euidentiā, differentia. 1030.1
 Honestum hominē virtutes quæ reddant. 1030
 Honestatis euidentiā. 1030.2
 Honestatis differentia. 1031
 Honesti boni excellentia. 1031
 Honor Dei consideratur in descriptione propria, in distinctione uaria, exhibitione debita. 1031
 Honoris diffinitio. 1032

Honoris distinctio varia. 1033.2
 Honoris effectus gloria. 1033
 Honoris exhibitio debita. 1033.3
 Honoris quibus virtutibus exhibetur. 1034
 Honoris quatuor actus, qui Deo debentur. 1034.4
 Honorem appetere potest homo virtuosus. 56
 Honor parentum ratione excellentiæ quæ in eis est. 1034.5
 Honor parentum quæ requirat. 1035.
 Honor parentum in quib. cadat ibid.
 Honor prælatorum, & dominorū secularium. 1036.6
 Honoris exhibitio quadrupliciter consideratur. 40
 Honor per quæ debeat. 1037
 Honor cui maior debeat cruci, an beatæ virgini. 37
 Honor dupliciter consideratur 314
 Hostiæ interpretatio, perfectio, nostra ad Deum petitio. 1038
 Hostiæ excellentias tres canon explicat. 1038
 Hostia cur signo crucis signetur. pag. 1039
 Humilitatis interpretatio, adeptio muneris, subiectio humilis offensio culminis. 1039.1
 Humilitatis adeptio muneris. 1040. 2
 Humiliat hominē cognitio. 1040
 Humilitatis subiectio humilis. 1041. 3
 Humilitatis fomentum. 1041
 Humilitatis offensio culminis. 1041. 4
 Humilitatis causa cognitio Dei 1042.
 Humilitas manifestatur ex tribus 1042.
 Humilitas causatur in nobis ex cognitione duorum. 1043.5
 Humanitas Christi quomodo adoranda. 36
Iactantiæ species, radix, magnitudo vel grauitas periculi. 1044.1
 Iactantiæ radix vel causalitas peccati. 1045.2
 Iactantiæ, vel inanis gloriæ malum pag. 1046.
 Iactantiæ quantitas, seu grauitas periculi. 1047.3
 Iactantiæ comparatur ironia 1047
 Iactantiæ quæsitum in vilibus, & pretiosis uestimentis. 1014
 Ieiunium consideratur in actu, tempore cibo, modo, fructu. 1e.

I N D E X

104.81		ignis inferni, m & purgatori exem	assumens &c.	1100
Ieiunij diffinitio.	1048	plum pag.	1062	incarnationis cā, pbatur au&. 1100
Ieiunium duplex.	1048	ignis inferni poena siue modus pu		Incurnari deum conueniens fuit
Ieiuniam est actus satisfactorius.		nitiois.	1062.6	supposito lapsu humanæ naturæ
1049		ignis inferni quatuor modis penā		1102.25.
Ieiunij tempus.	1049 2	infert animæ.	1063	incarnatione dominicæ personæ af
Ieiunij tempus consideratur.	1050	igne damnati præcipue puniuntur		sumen.
Ieiunij ratio redditur.	1050	tur, pag.	1063	1102 26
Ieiunij tempus quo ad personam		ignis tria habet.	145	incarnari non debuit pater 1104
ieiunantem.	2050.3	ignis habet proprietates habet		incarnationis dominicæ naturæ
Ieiunio absoluitur homo propter		145.17		conueniens præ alijs assumptibi
duo pag.	1051	ignorantiæ causa, materia differen		lis.
Ieiunare non tenentur pauperes		tia culpa.	1064	1104.27
in duobus casibus.	1051	ignorantia triplex.	1054	Incarnationis dominicæ hora ex
Ieiunare non tenetur prægnantes		ignorantiæ materia.	1065	pediens.
pagi.	1051	ignorantia trium periculosa	1065	1106.28
Ieiunio liberi sunt operarij.	1051	ignorantiæ diuisiones.	1066	incarnatio uerbi duplicem perfe
ieiunij tempus quo ad horam cō		ignorantia uoluntaria duplex.		ctonem contulit nobis. 1107
perentem.	1053.4	166		incarnari Christus uoluit tempore
Ieiuni iudæorum ratio.	1053	illuminatio omnis in Angelis est		gratiæ.
Ieiunij euangelici ratio.	1053	locutio.	1056	1108.29
Ieiunium considerandum circa ci		imaginum institutionis causa.	36	incarnationis tempus quibus al
bum.	1053 5	imperator, & Rex Gallorum pos		sim. letur.
Ieiunium nō soluunt tria si sumā		sunt legitimare de pōt. quid	948	118
tur.	1053	in cantatio animalium an licita.		incarnationis Christi utilitas tem
Ieiunantib. consuetudo loci atten		653		poti conuenientis.
denda.	1053	incarnationis misterium in qua		1110 31
ieiunium soluitur tribus modis.		tuor consideratur.	1068	incarnatio consideratur etiam
1053.6		incarnationis misterium per Ga		modo unionis, uocabulo expre
ieiunium non soluitur electuario		brielis annunciationem.	1068	sionis, termino assumptionis
1054		incarnationis misterium non per		1111.32
ieiunij considerandus est modus.		hominem, sed per Angelum ui		incarnationis mysterium confide
1055.7		sione corporali.	1069.3	ratur in uocabulo expressionis
ieiunantiū hominū genera.	1055	incarnat. myst. per Angelum nun		1112.33
ieiunans ad elemosynam, obliga		ciatæ ordinis oblectatio, & cō		incarnatio, uel unio diuinæ natu
tur.	1055	pletio pag.	1070. 4.	ræ, & humanæ exprimitur hoc
ieiunij considerandus est fructus.		in incarnatione. mysterio uirginis		participio factus.
pag.	1055.8	excellent. cōsideranda est	1072.5	1113.34
ieiunare an obligentur iusti.	1055	incarnationis finis principio re		incarnationis misterium aperitur
ieiunium quadragesimale quin		spondet pag	1079	pag.
que conderanda habet.	1056 9	incarnationem uerbi nemo mer		1117
ieiunij quadragenarij rōnes.	1056.	uit. pag.	1087	incarnationis, seu unionis diuina
ieiunium quadrag. cadit sub præ		incarnationis Christi concepto		naturæ, & humanæ, quæ hoc uer
cepto. pag.	1057	minifica.	1088.16	bo exprimitur Verbum uel ca
ieiunij tres distinctiōnes.	1057 10	incarnationis opus Trinitati ad		ro, ratio prædicati considerata
iesus habet terminationes.	251	scribitur.	1088	1118
ignis inferni conuenientia.	1058.1	incarnationis duplex mediū	1091	incarnationis motium, seu termi
ignis inferni eiusdem speciei cū		incarnatione quatuor sunt facta		nus assumptionis.
elementali.	1059	in instanti.	1091	1119 37
ignis inferni trifaria uarietas.		Incarnatio uerbi præ omnibus a		incarnatus cur filius Dei.
1059 2		lij: quatur priuilegia habuit		1119
ignis inuenitur dupliciter.	1059	1096 20.		incarnatio filii Dei fuit utilis ad
ignis inferni materia ignota.	1059	incarnatio uerbi est ratione incō		remotionem mali.
ignis corporeus non agit in spiri		prehensibilis.	1098.17	1110.38
tum.	1060	incarnatio nec demonstrari, nec re		incarnatio uerbi humiliatio natu
ignis inferni permanentias, seu p		probari potest.	1098	ræ humanæ.
petua stabilitas.	1060	incarnatio uerbi Dei est uigore		1121
ignis inferni, qđ si æternus plu		inseparabilis.	1098.22	incarnationis misterium adhuc
res rōnes, & auctoritates.	1060	incarnatio uerbi Dei est ualore in		4
ignis inferni hora productionis		æstimabilis.	1099.23	consideranda habet.
forma distinctiōnis, pēna deten		incarnatione distantia coniuncta		1122.39
tionis pag.	1061	est pag.	1099	incarnationis possib. litas proba
ignis inferni forma distinctiōnis		incarnationis dominicæ causa in		tur.
pag.	1061.	ducens per rationalis persona		1122

I N D E X

Incarnatio quinque bona caulat. pagina. 1131	Infideles sunt in duplici differen- tia pagina. 1154	Intentio recta modum habitua- lem exigit. 1167.4.
Incarnatio concernit perfectio- nem vniuersi. 1135	Infidelibus quomodo bellum in- dicatur. 1155	Intentio bona, & recta actum ge- neralem elicit, uel eligit. 1168.5
Incertitudo triplex iudicis, tem- poris, finis. 1141	Infidelium communicatio quomo- do. pagin. 1156.3	Intentio argumentum, vel gra- dum specialem efficit. 1168.6
Incontinentia concupiscentiz, ha- bet maiorem deordinationem, quā incontinentia iræ primo ex parte rationis. pagina. 496	Infidelibus cur communi interdici- tur. 1156	Intentio iustitiz, ubi facultas de- ficit pagina. 1169.
Secundo ex parte complexionis. 496	Infidelibus, qui fideles debeant communicare. 1156	Intentio an reputetur pro facto 1170.7
Tertio ex parte manifestatio- nis. 496	Infidelium supportatio quare 1057.4	Intentio requiritur in omnibus sacramentis, 107
Quarto ex parte delectationis 497	Infusio & augmentatio disse- runt 346	Intentio requiritur in baptizan- te, licet sit instrumentum. 2.7
Incontinentia iræ est grauior in- continentiæ concupiscentie 497	Illicitum duplex 768	Inuidia subiectum, obiectum, rea- tus, effectus. 1171.1
Indulgentiæ ualoris quantitas, finis utilitas, instituentis aucto- ritas, recipientis idoneitas. 1142	Ingratitudinis signa, culpa, pæna pagina. 1157.1	Inuidorum condiciones. 1171
Indulgentiarum triplex uirtus. 1142.	Ingratorum genus multiplex 1158	Inuidia utrum, quod committi- tur pagina 1171.2
Indulgentiarum quatuor confide- randa. 1143	Ingratitudinis culpa vel uitium 1158.2	Inuidet uel tristatur quis de bo- no alieno 4 modis. 1171
Indulgentiarum duratio. 1144	Ingratitudinis supplicium. 1158.3	Inuidia reatus, qui incurritur pagina. 1172.2
Indulgentiarum finis, & utili- tas. 1144.2	Ingratus meretur odium commu- ne. 1158	Inuidia opponitur misericordiæ 1172.
Indulgentiæ, quomodo tempora- libus communicentur. 1144	Inimicorum dilectio tria habet consideranda. 1160.1	Inuidia effectus qui producit pagina. 1173.4
Indulgentiarum instituentis, uel conferentis auctoritas 1145.3	Inimicus quare sit diligendus. 1160	Inuidere gratiæ Dei aliquis a po- test dupliciter. 326
Indulgentias quas dare possint episcopi. pag. 1145	Inimicis beneficium an confere- dum. pag. 1160.2	Imprecationes sanctorum pro ma- lis pagina. 643
Indulgentias quas dent Abbates. 1145.	Inimicorum meritum quod acqui- ritur pagina. 1161.3	Ira motuum effectus modus, 1173.1
Indulgentias recipientis idonei- tas. pagina. 1146.4	Inimicorum dilectionis meri- tum. 1161	Ira feruentioris origo. 1174
Indulgentias recipientis sex con- ditiones. 1146.5	Iniuria est quadruplex. 1162.1	Ira effectus. 1174.2
Indulgentiæ etiam religiosi dan- tur. 1146	Iniuria duplici sit latio in corpo- re pag. 1162	Ira cordis delectationem caulat. 1174
Infamia quid. 911	Iniuria ablationis xris. 1163	Ira caulat sanguinis feruorē. 1174
Infernus triplex. 692	Iniuria operis, respectu cuius esse dicitur patientia. 1164.3	Ira excitat clamorem & silentium pagina. 1174
Inferni quatuor loca. 593	In iuria angariæ operis respectu cuius precipitur patientia. 1164.4	Ira rationis imbecillitatem cau- sat. 1174
Infidelitas consideratur in quali- tate defectus, grauitate exces- sus, deformitate actus. 1147.1	In iustus est nocere amico, quam extraneo. 288	Ira species tres. 1175.3
Infidelium peccatorum dubita- tio. 1148	Innocens penitenti compara- tur. 680	Ira quā licita, & laudabilis. 1176.4
Infidelitas consideratur in graui- tate excessus, uel reatus. 1148.2	Intellectus creati uidentes diui- nam essentiam non uident om- nia, quæ Deus uidet. 267	Ira per uitium prohibita, & incre- pabilis. 1176.5
Infidelitas habet duo mala. 1149	Intentionis meritum & demeri- tum. 1165	Ira melancholici difficile solui- tur. 1177
Infidelitas confid. in deformitate actus pagina. 1150.3	Intentionis significatum nomi- nis. 1165	Iracundorum triplex differentia 1177
Infidelium actus quomodo acce- ptantur. pag. 1150	Intentio bona tribus compara- tur. 1165	Ira quæ est per uitium cuiuscun- que et differentia est uirtutis 1177.6
Infidelitatis uarietas, uel pluralitas gradus. 1151.4	Intentionis significatum nomi- nis. 1165	Iracundia aduersatur clemen- tiæ. 1178
Infidelitatis gradus. 1151	Intentio bona tribus compara- tur. 1165	Inuoluntarium trib. modis. 910
Infideles deuitandi in disputatio- ne pagina 1152.1	Intentionis profectus in opere 1167	Iudas comm. a domino propter 3 ratione. 8563
Infidelis quaerit duplici ratione. Infidelium coactio seu violenta tio. pag. 1154.2	Intemperantia an sit peior in- continentia. 495	Iudex mundanus non potest iudi- care sibi non subiectum. 1179.1
	Intemperatus plus peccat, quam incontinens. 40	Iudex mundanus non potest iudi- care secundum suum arbi- trium. 1179
		Iudicare omnia conuenit Christo tanquam

I N D E X

rāquā Deo,& tanquam homi- ni. 1179.2	Iurisdictionis duobus modis delega- tum a superiori in inferiori. 433.	paratio. 1205.3
iudici tribus modis nota est cul- pa pag. 1180	iustitiæ humanæ convenientia diffinitionis. 1190.1	Iustificationi impij requiritur cō- punctio, vel contritio culpæ. 1205.4
Iudicio requisita tria fuerunt in Christo. pag. 1180	iustitiæ humanæ differentia ope- rationis. 1161.2	Iustificationi necessaria infusio gratiæ. 1204
Iudicare Christo tanquam homi- ni conuenit, & hoc propter qua- tuor rationes. 1181.3	iustitiæ duæ species. 1391	iustificatio impij requirit, remis- sionem culpæ, vel offensæ. 1206
Iudicabit dominus in forma ser- uī cur. pag. 1181	Iustitiæ humanæ præminencia p- fectionis. 1191.3	iustificationis impij eminentia di- gnitatis. 1206.6
Iudicium humanum est quadru- plex. pag. 1181.4	iustitia tanquam Lucifer. 1191	iustificat Deus in instanti. 1207
Iudicium incertum, & dubium vnde. pag. 1181	iustitia excellit magnanimitatem. pag. 1192	iustificatio consummata requirit tri- plicem dolorem. 503
Iudicandum ne bonum sit de ho- mine. 1182	iustitiæ obiectum, respectus, actus 1192.4	iustus, & peccator debent facere poenitentiam præcedente cul- pa vel in natura, vel in persona. 561.
Iudiciosum, præsumptuosum, vel suspiciosum vnde procedat. 1182.5	Iustitiæ obiectum ius. 1192	iustitia originalis quomodo data fuit homini. 406
Iudicium vsurpatum quomodo committitur 1183.6	Iuris species sex. 1192	iustorum quale studium. 588
iudicium iustum, & meritorium ex habitu virtutis procedens. pag. 1183.7	Iurispositiui dependentia. 1193	
iudicium iustum, & meritorium tria requirit. 1184	Iustitiæ respectus ad alterum. 1193.5	L
iudicij iusti requisita. 1184	Iustitia actio duplex. 1194	L Aicus an possit pluries vna die communicari vt sacerdos. 863.
Iudicium generale. 1185.8	Iustitiæ actus. 1194.6	Latria sumitur dupliciter. 38
Iudicij generalis quæ notanda. 1185.	Iustitiæ, & aliarum virtutum diffe- rentia. 1164	Latro bonus quatuor virtutes ha- buit pag. 693
Iudicij generalis ignorantia extre- mi temporis. 1186.9	Iustitiæ diuinæ rationalis attribu- tio. pag. 1195.1	Latitia, & tristitia consurgunt cō- siderando propriam infirmita- tem. pag. 609
Iudicij futuri, tempus non cogno- scitur ab intellectu humano. 1186	Iustitia commutatiua non est in Deo. pag. 1193	Laicus, vel sacerdos, ut scire possit probabiliter, an frequenter vel raro possit cōm. vel celebrare. 864.
Iudicij incertitudo homini pdest pag. 1186	Iustitia distributiua cōuenit Deo. pag. 1195	Legalis duplex. 85
Iudex an possit iudicare de sibi manifestis. 27	Iustitiæ diuinæ singularis distin- ctio. pag. 1196.2	Lex diuina fas, lex humana ius. pag. 1193
Iudic. a de occultis quomodo fiāt pag. 27	Iustitiæ duplex species. 1004	Liber de infantia Christi apochri- stus pag. 1108
Iudex, & testis non possunt recipe- re salarium a partib. 47	iustitia distinguitur a bonitate. pag. 1196	Liberum arbitrium quale sit in Angelis. 136
Iudicum salarium 4 taxatur. 46	iustitia Dei disting. a voluntate. 1196.	Liberi arbitrij præstantia. 990
Iudices delegati possunt esse plu- res, sed ordinarius vnus tantū. 673.	iustitiæ inæqualis executio. 1197.3	Liberum arbitrium non ordina- tur ad peccandum. 1096
Iuramenti institutionis causa. 1187.1	iustitiæ opus, & misericordiæ in Deo pag. 1197	Lignū vitæ erat in medio parad. 535.
Iuramenti forma. 1187.2	iustius vnum opus altero quomo- do. pag. 1197	Lignorum triplex genus in Para- diso pag. 537.3
Iuramenti materia obligationis. 1188.3	iustitiæ diuinæ ratio, connexio, omissio iusti operis. 1197.4	Litigium an grauius peccatum adulatione. 53
Iuramenti vtriusque obligatio. 1188.	iusta electio Iacob. & reprobatio Esau pag. 1198	Locutio est dupliciter in Ange- lis. 356
Iuramentum Herodis abominan- dum. 1188	iustitiæ diuinæ connexio. 1198.5	Locus nouissimus qui sit. 1043
Iuramentum dolosum. 1189	iustitia, & misericordia quomodo in operibus. 1199	Lucifer aquilæ comparatur. 587
Iuramentum assumentis, seu iurā- tis conditio. 1189.4	iustitiæ diuinæ omissio iusti ope- ris. pag. 1199.6	Lucrum animæ omnibus diuitijs præfertur. 971
Iurando offendit aliquis tribus modis pag. 1189	iustitiæ diuinæ nobilitas. 1200.7	Lucrum turpe triplex. 769
Iurare non debet clericus super euangelium. 1189	iustitiæ diuinæ penalitas. 1201.8	Lucrum aleatum illicitum dupli- ci iure pag. 770
	iustitiæ diuinæ æternitas in dam- natos pag. 1202.9	Ludus taxillorum. 969
	iustitiæ diuinæ in damnatis du- plex consideratio. 1202	Lumen gloriæ roborat. 244
	iustificationis impij euidentia qd d ratis 1203.1	Lumen est triplex. 245
	iustificationis diffinitio. 1203	
	iustificatio impij requiritur. 1204	
	iustificatio impij exigentiam in- tegritatis requirit. 1204.2	
	iustificationi impij requiritur præ-	

I N D E X

Lumen gloriæ habilitat intellectu-
um. 244

M

Macula duplex in peccato ori-
ginali pagina. 1073
Magdalena exemplum peniten-
tiæ. 440
Magnanimirati tria uitia opponū-
tur. pagina. 56
Maiores in ecclesia, qui sunt. 935
Maieſtatis diuinæ. 4. admiranda.
pagina. 798
Malum uel peccatū unde oriatur
pag. 297
Malum, uel peccatum non reduci-
tur in Deum ſicut in primam
cauſam. 297
Malum eſt cauſa mali per ſe. 298
Malum non importat carentiam
omnis boni. 300
Malum inuenitur in hominib. ut
in pluribus, bonum ut in pau-
ciorib. 306
Malum morale nunquam poteſt
eſſe bonum. 310
Malum corporale ſpiritali com-
paratur. 314
Malum cur facilius quam bonum
operetur. 316
Malum an ſit intentum ab operā-
te. 318
Malum duplex oritur ex obliuio-
ne peccati. 428
Malum culpæ excedit malum pœ-
næ. 670
Mala quinque timenda ſunt. 958.
Malum. & bonum quomodo
contingant. 1167
Malorum duplex genus.
Mannæ mandatum octo contine-
bat. 821
Manna cur mane colligebatur. 822
Manna cur die ſexto in duplum
colligeretur. 823
Manna cur ſeruabatur in taberna-
culo. pagina. 823
Manichæi impietas erronea. 1118
Manichæi & Marciani error de in-
carnatione. 1127
Manſuetus, & mitis idem ſunt. 254
Manſuetorum terra triplex. 254.
Manſuetudo auſert mala iræ. 769
Mariæ uirgini nunciatio con-
grua. 1068
Maria Angelis ſuperior, & infe-
rior. 1069
Mariæ duplex ſanctificatio. 1073. 6
Mariæ uirginis pulchritudinem in-
fideles teſtantur. 1074
Mariæ Virginis confirmatio in gra-
tia. 1074
Mariæ puritas excedit homines &

Angelos. 1075
Maria per primam, & ſecundam
ſanctificationem, & per aſſump-
tionem ſex priuilegia habuit.
1076. 7
Mariam non potuiſſe peccare.
1077.
Maria abuit plenitudinem gra-
tiæ pag. 1078
Maria habuit præ alijs excellentiā.
Verginitatis. 1078. 8
Mariam Dei matrem decuit eſſe
uirginem. 1078
Maria uirgo fuit in partu. 1079. 9
Mariæ Virginis in partu cum hu-
manitate illuſceſſit diuinita-
tas. 1080
Maria Mater Dei uirgo ſēper poſt
partum. 1080. 10
Maria perpetua uirgo. 1081
Mariæ uirg. maxima dona a Deo
collata. pag. 1081
Maria Mater Dei fuit per totum.
1081. 11.
Maria uirgo tripliciter. 1081
Maria mater præ alijs habuit priui-
legium maternitatis. 1082. 12
Maria mater uera Chriſti. 1082
Maria congrue dicitur mater Dei.
1083.
Mariæ, & Joſeph. matrimonium
1086
Maria ſuppoſita incarna. meruit
ut per eam fieret de congruo.
1087
Maria uirgo quomodo adoranda
37
Martyr magis cauſa, quam pœna
200.
Martyrium completum duo re-
quirit. 222
Martyrium eſt actus trium uirtu-
tum. 929
Maternitatis quatuor requiſita.
1082
Mater ſi eſt in periculo mortis an
ſcindi debeat. 213
Matrimoni copula duplex. 1086
Matrimonij actus meritorius. 394
Matrimonium confert gratiam.
394.
Matrimonium ſignum coniunctio-
nis Chriſti cum eccleſia 395
Matrimonij uirtus. 400
Medicina duplex. 852
Mediator quis poſſit eſſe. 1134
Medium in uisionem corporali, &
intellectuali eſt triplex. 245
Membragenitalia ante peccatum
qualia pag. 407
Mens duobus modis ponitur ex-
tra ſe. pagina. 115
Mens humana Deo tantum ſatia-
tur. 973

Mens noſtra ad Deum dirigitur
4. conſiderationib. 476
Mentis euagatio quæ generet. 18
Merces non amatur ſed amoris po-
nitur ſinis. 616
Merces poſtribuli abominabilis.
769.
Meritum alicuius ſancti ex duob.
poteſt augeri. 201
Meritum eſt duplex. 478
Meritum maius dupliciter. 645
Meritum dantis unde. 758
Meriti augmentum ubi conſiſtit
1169
Meriti quantitas ex tribus indica-
tur. 1161
Meretrix non tenetur ad reſt. lu-
cri. 769
Milites duo bonā conſequuntur
per experientiam 957
Miracula ſeptem in ortu Chriſti.
1129
Miſericors aliquis eſt tribus mo-
dis 257
Miſericordia triplex. 258
Miſericordia uirtus, & paſſio 752
Modis quib. peccat, qui eſt cor-
dis obſtinati. 120
Modi dicendi ueri. 1117
Modus bene examinandi conſcien-
tiam ante conſeſſionem. 368
Modi quatuor inuitandi aliquem
ad potum. 723
Modus quadruplex uiuendi in pa-
upertate. 783
Modus duplex recipiendi ab alio.
729.
Mors omnium terribilium. 959
Mortis conſideratio duplex. 960
Mors unde leuior, 965
Mors non totaliter terminat uitā
hominis. 1185
Munditia quomodo debeat eſſe
in intellectu. 259
Munditia cordis debet eſſe in aſſe-
ctu pag. 260
Mundum eſſe a peccato duobus
modis conſideratur. 260
Munditia, quæ ad Dei uisionem
requiritur. 697
Mulier an teneatur reddere debi-
tum in omni loco. 394
Mulier ornat ſeipſam triplici intē-
tione. pag. 1015
Mulier non debet nudare caput
1015
Mulier fingēs. pulchritudinem pe-
cat pag. 1016
Mulier transformans uetres pec-
cat. 1016
Mutatio ſucceſſiua ex trib. 884
Mutuum quando ſit cum uſura
860

I N D E X

N

Natura humana exaltata 1099
 Naturæ assumptæ ratio triplex. 1127
 Natura non indiget præcepto. 762
 Naturale dupliciter dicitur. 410
 Necessarium duplex. 1123
 Necessitas reparationis. 1136
 Necessitas est triplex. 423.8
 Nomen saluatoris includit quinque. 734
 Notorium duobus modis dicitur 27.
 Notitia Dei, & hominis circa finē. 235.
 Nullus vult discedere a bono, qđ habet nisi propter tria. 275
 Numerus saluandorum quantus sit. 163
 Nunciatio virginis congrua. 1068

O

Oculus contemplationis tantum videt. 923
 Occisio hominis, & bruti quomodo differunt. 123
 Omissio alicuius boni aliquando est peccatum, & aliquādo nō 11
 Omnipotentia Dei non potest impediri. pag. 798
 Omnia sunt in Deo. 805
 Operatio ab homine dupliciter procedit. 978
 Opiniones falsæ de libero arbitrio 998
 Operatio facta in peccato mortali, & si bona non tamen digna vita æterna. 996
 Opinio Platonis de anima. 163
 Opinio Origenis de anima. 163
 Opinio vera, & cath. de anima. 163
 Opinio socratis, & Aristotelis de concupiscentia. 398
 Opinio de comm. iudæ. 856
 Opinio rejicitur falsæ de virtute consecrationis. 877
 Operis meritorij requisita duo. 749.
 Opera misericordiæ vtrum melius fiant in abscondito, quā in publico. 750.19
 Opus supererogationis debetur per accidens. 750
 Opus vnum, & idem potest esse cōtinuabile & meritorium. 20
 Opus seruile triplex. 917
 Oratio publicani in quatuor cōmendabilis. 42
 Ordinatio diuina non potest impediri. 737
 Ordo naturæ, & prouidentiz. 305

P

Peccatum Adæ fuit duplex. 410
 Peccatum originale traduci a generante in quantum generat vt Adam. pag. 411
 Peccatum nouum non est faciendum, vt aliud euitetur. 312
 Peccatum quando dicitur irremissibile. 324
 Peccatum tribus modis committitur. pag. 325
 Pacis diffinitio. 361
 Pacem omnes appetunt. 261
 Pacifici quo sensu dicantur. 262
 Pax triplex esse potest. 261
 Pax est perfectio gaudij. 977
 pacem verā habet, qui cum vitijs bellum gerit. 695
 Panis substantia non annihilatur, sed transubstantiatur. 382
 Papæ auctoritas executio a lege. 1024.
 Papa an possit dispēfare, quod aliquis non confiteatur. 417
 Paruuli in vtero an possint sanctificari pag. 213
 Paruuli, & adulti differenter saluabuntur. 355
 Paruulus cum baptizatur an recipiat sacramentum, & rem sacramenti. 214
 Partus gratiæ, & naturæ. 1079
 Paradisus triplex 596
 Parentum amor in filios, & econuerso. pag. 639
 Pascha 4 modis. 830
 Passio Christi operatur salutem 3. modis pag. 1141
 Passio duplex. 893
 Patientia, & martyrium sunt in præcepto secundum præparationem. 791
 Patientia non erit in patria. 704
 Paupertas euangelica ducit ad perfectionem 786.35
 Paupertatis spūalis effectus. 253
 Pauperes spiritu qui sint. 252
 Peccatum nulla ratione quamuis rationabili committi debet 12
 peccatum mortale, & veniale in ordine ad charitatem. 342
 Peccati grauitas in parentes. 365
 Peccati originalis diffinitio. 406
 Peccator in Deum, & in ecclesiam peccat. 423
 Peccatum veniale dicitur tribus mod. 456
 Peccator in generali debet eligere magis omnem panam, quam peccare. 519
 Peccatum occultum fratris potest dici prælatum in iudicio, vel extra. 532

Peccatum denunciandum. 531
 Peccatum vnde fuerit comedere de ligno scientiæ boni, & mali. 537.
 Peccatum originale excludit a gloria. 594
 Peccatum infidelitatis grauissimū est pag. 599
 Peccatum proximi occultum dupliciter potest reuelari. 602
 Peccatum alterius qua ratione sit reuelandum. 603
 Peccatum veniale vsum tantum charitatis aufert. 621
 Peccatum ad mortem tribus modis. pag. 646
 Peccatum reddit homines cōmunionē indignos. 858
 Peccatori cur sit benefaciendum pag. 777
 Peccatum patrum quomodo visitat in quartā generationē. 952
 Peccata carnalia septem. 955
 Peccata omnia non sunt contra decem præcepta. 1007
 Peccata tria merentur pœnā æqualem. 1182
 Peccatum causatur in voluntate ex duobus. 796
 Peccare aliquis dicitur trib. modis. pag. 325
 Peccatum hominis, & Angeli. 1015
 Pœna temporalis quam dimittit sacerdos non est certa. 5
 Pœna talionis. 235
 Pœna duplex sequitur peccatum originale. 218
 Pœnæ malum cur introducitur a iustitia Dei. 1123
 Panitens duplicem fletum habere debet. pag. 256
 Pœna secreti, & sigilli. 444
 Pœna duplex. 459
 Pœna corporalis duplex. 953
 Pœna duplex animarum. 1063
 Pœnæ spiritualis ratio. 1021
 Perfectionis via 4 habet necessaria 785.
 Petrus viuente Christo non fuit summus pontifex. 740
 Perfectio vitæ Christianæ in quibus consistat. 336
 Perseuerantia trib. modis. 1000
 Perfectionis diuinæ triplex gradus. pag. 620
 Perfectum & totum sunt idem.
 Philosophus in quo differat a Cicerone assignatione circumstantiarum. 364
 Pietatis comparatio ad religionē. pag. 706
 Pietas valet ad omnia. 707
 Pietatem exercens non male moritur. pag. 707

I N D E X

Pietatis actus an remaneat in patria. pag. 709
 Placere hominib quomodo possumus meritori è. 51
 Platonis, & Origenis error. 275.
 Plenitudo triplex. 1125
 Pollutio nocturna. 860
 Pontifex summus a Deo solo iudicatus. pag. 672
 Potentia Regis brevis. 236
 Potentia Tyrannica magis brevis pag. 236
 Potentia mundana ordinatur ad tria. pag. 238
 Potentia dei duplex. 1104
 Potentia naturæ duplex. 1105
 Potestas spiritualis duplex. 909
 Potestas Episcopalis supra se habet Papalem. 746. 21
 Potestas duplex requiritur ad absolutionem. 376
 Potestas omnis spiritualis, & secularis a Deo. 675
 Potestas secularis spirituali subijcitur. pag. 672
 Potestas Papæ admirabilis. 746
 Præceptum primi hominis disciplina fuit. 1009
 Prælati mandatum non obligat contra secretum confessionis 446
 Prælatus charitate fulgeat. 743
 Prælatus cõparatur medico. 906
 Prælati septem detestanda. 944
 Prælati debentur quatuor. 1035
 Prælatus oculus ecclesiæ. 1167
 Principes plures non possunt esse simul in eodem gradu. 673
 Principi indigno etiam est obedendum. 674
 Priuatio est duplex. 302
 Prius alio dupliciter. 484
 Proprietates primæ causæ quatuor. 797
 Proportio est medium temperantiz pag. 1010
 Pueri in utero materno quem Angelum habeant. 140
 Pulchritudinis corporalis fundamentum. 1030
 Pusillanimitas quando est peccatum. 37

Quatuor non simul se compatiuntur. pag. 334
 Quatuor quæ satiari non possunt eorum duplex expositio. 584
 Quatuor hominum genera Deum iridentia. 587
 Quæsitum de virtute verborum. 877
 Quatuor requiruntur ad finem ultimum conquirendum. 927
 Quid faciat pugna in anima. 90

R

Ratio humana dupliciter se habet ad fidem. 930
 Ratio cur ecclesiæ non possit errare. 933
 Ratio pænæ spiritualis. 1021
 Ratio & voluntas tendunt in bonum differenter. 1165
 Recompensatio vnde dēt attend 84.
 Redemptioni quæ requirant. 1139
 Regnum celorum est illorum, quibus tribus modis persecutiones patiuntur. 263
 Regnum celorum cur promittitur in prima, & æterna Beatitudine 263.
 Regni celorum obstaculum triplex. 382
 Regum, vel principum munus. 571
 Regula amoris circa benefactorem. 639
 Religionis actus qui debeant sanctis pag. 1034
 Reliquæ sanctorum quomodo adorandæ. pag. 37
 Reliquias sacras ferre an licitum. 653.
 Remissio peccati fit ex misericordia, & iustitia. 456
 Reuerentia mentalis debita sacramento. 859
 Reputationis utilitas. 1136
 Restitutio famæ. 603
 Retributio præsentis, & futuræ vitæ. pag. 793

S

Sacerdos an possit petere, vel accipere prætium pro baptismo 211.
 Sacerdos quomodo ligare dicitur 375.
 Sacerdos potest absolvere quemlibet in casu necessitatis. 377
 Sacerdos quibus casibus non potest suum subditum absolvere. 378
 Sacerdos inferior potest suum superiorem, absolvere ex potestate ei collata a superiore. 378. 13
 Sacerdos non potest absolvere non contritum, & excommunicatum 379.
 Sacerdos non potest absolvere ex defectu iurisdictionis. 380
 Sacerdos quilibet in articulo mortis, potest absolvere a quacunque excom. 383
 Sacerdotis ligatio, & absolutio tunc diuino iudicio probatur quando clauis, discretionis sunt adhibitz. 384

Sacerdos quomodo erret in absol uendo. 385
 Sacerdos proprius qui dicatur. 431. 19
 Sacerdos magis tenetur celare peccatum, quam penitens 444
 Sacerdos qui non semper teneatur seruare sigillum. 447
 Sacerdos vtrum possit aliquo modo reuelare peccatum quod non uult in confessione. 447. 32
 Sacerdos non potest reuelare quod habuit in foro penitentiz. 448
 Sacerdotalis potestas triplex 745
 Sacerdotalis potestas in quibus ab episcopali dependet. 745
 Sacramenta salutis necessaria omni tempore sumi possunt. 895
 Sacramenta legis naturæ non obligant ex præcepto diuino 355
 Sacramenta comparantur ad inuicem in dignitate. 844
 sacrificium soli Deo offerendum. 42
 Sanctificationis duplex effectus. 1073
 Sanguis Christi quomodo figura Eucha pag. 853 35
 Sanguis Christi dupliciter consideratur. pag. 836
 Sanguis in calice cur non datur laicis. pag. 825
 Satisfactio sufficiens duobus modis. 1122.
 Satisfactio medicina peccati. 1137
 Scandalum duplex, & quando iustitia dimitenda propter scandalum. 566
 Scientiam a Dæmone acquirere an liceat. 653
 Scientia duplex in Deo. 737
 Sensus omnes illuduntur in eucha. præter auditum. 899
 Seruitus mors ciuilis. 631
 Serpētis comestio sanat lepratum per accidens. 107
 Seraphin cur ardentes dicant. 145
 Seraphin ordo prior, & altior est cherubin. 246
 Signa, quæ licitè obseruanda. 651
 Signa quatuor exteriora benefactoris. pag. 679
 Signa credentium. 938
 Signum serpentis ænei, 939
 Silogismus continentis. 399
 Similitudo de diuinæ essentiz uisione. pag. 242
 Similitudo duplex. 315
 Similitudo de Solo, & Christo. 1119
 Similitudo naturalium, & gratuitorum. 1205
 Societas humana qualis, esse debet. 952
 Spiritus Sanctus datur tribus modis. 338

I N D E X

Spes euacuabitur in patria. 615
 Status Apostolicus, status intelle-
 ctus. 792
 Status quinque vniuersi. 1130
 Summū bonum stabilissimū. 656
 Superbia quare dicitur radix om-
 nium peccatorum. 304
 Superflua quadam natura, sed cor-
 pori necessaria. 755
 Superfluitas vestimentorum arte
 dicitur in duobus. 1013

T

Temperantiæ regula. 1906
Tempora quomodo applican-
 tur. 414
 Tempora an liceat obseruare. 651
 Tempus quadruplex. 1106
 Tentatio duob. modis frangit. 18
 Terribilium distinctio. 959
 Testimonia gentiū de Christi in
 carnatione. 932
 Thronorum ordo tertius. 147 19
 Thronorum sessio quid significet.
 147.
 Transubstantiatio. & annihilatio
 differunt. 882
 Tributa principis, & prelati. 1037
 Trinitas rota reparauit humanam
 naturam. 204
 Trinitas professio potest fieri, qua
 tuor modis. 205
 Tritia duob. augetur. 964
 Tristitia quando sit peccatum. 17
 Timores varij quomodo respiciūt
 poenam. 712
 Timor separationis non erit in Pa-
 tria. pag. 713

Timor filialis est de pfectione crea-
 turæ rationalis. 713

Timor habet duplicem actū. 714

Timoris effectus. 714

Timor, & amor circa sacramentū.
 pag. 866

V

Valentini error de incarnatione.
 ne. 1128

Velle triplex. 1110

Verbum in triduo non dereliquit
 carnem. 1093

Verbum cur statim non assumpsit
 naturam humanam post lap-
 sum. 1106

Verbi vocalis, & eterni compara-
 tio. 1115

Verba dupliciter possunt conside-
 rari. pag. 498

Verbum (est) substantium in cō-
 secratione quare. 874

Verbum quomodo operetur in
 instanti. 884

Verbum cur tempore gratiæ car-
 nem assumpsit. 114

Verecundia corū qui dediti sunt
 veneris. 1031

Veritas tacenda quando, & quo-
 modo. pag. 29

Veritatis duplex oppositio. 1047

Visoria magna est duplici ratio-
 ne. 199

Vidua non habent aureolā. 199

Vignū proprietas. 832

Virga, & manna in arca federis,
 quid. pag. 945
 Virginitas, est continentia perfe-
 ctā pag. 493
 Virtus verbi Dei. 874

Virtus creata sine virtute Dei ni-
 hil operatur. 878

Virtus triplex qua homo Deum
 videre meretur. 270

Visio Dei duplex. 698

Vita æterna cōsistentia. 482. 10

Vita æterna pernanentior est vita
 contemplatiua in hac vita. 483

Vita æterna prior est contemplati-
 ua natura. 484

Viuitur de alieno dupliciter. 790

Voluntatem propriam submittit
 re est necessarium, & sequelam
 Christi. 791

Voluntas quomodo pro facto ha-
 beat. pag. 457

Voluntas quomodo vitur omni-
 bus. 974

Voluntatis defectus excusat a ma-
 lo culpa. 298

Voluntati conueniunt modus,
 species, & ordo. 308

Vnio intima per cōiōnem. 844

Vnitatis octo modi. 1097

Vnitatis ad intra, & incarnationis
 collatio. 1097

Vnio verbi sine mixione. 1111

Vnionis verbi exemplum. 1112

Vniuersum an sint pulchrius cum
 peccatis. 304

Votum solemne facit personā esse
 in statu perfecto. 337

Votum solemne an possit dispen-
 sari. 497

Vsurarius an teneatur dare deci-
 mas, si nihil habet aliud præter
 acquisita de usura. 567



PANTHEOLOGIAE

S V M M A M T O T I V S

THEOLOGICAE VERITATIS

BREVITER COMPLECTENS.

Pars Prima.

AUCTORE, R. P. RAYNERIO
de Pisis Ordinis Prædicatorum.

DE ABSOLUTIONE.

S V M M A R I V M.

C A P. I.

- 1 *Absolutionis causa effectiua duplex est principalis, & instrumentalis. nu. 2.*
- 3 *Sacerdos in absolutione est instrumentum vñum.*
- 4 *In absolutione sacerdotis tria debent concurrere, rectus usus sue potestatis, præparatio suscipientis, & operatio Dei.*
- 5 *Materia absolutionis est culpa mortalis, & pœna aliqua temporalis, non tamen æterna.*
- 6 *Sacerdos non absoluit a tota pœna temporali. (na.*
- 7 *Sacerdos nō absoluit a pœna æter*
- 8 *Quæ sit forma absolutionis, & omnium sacramentorum.*
- 9 *Verba absolutionis qd significant.*



ABSOLVTIO. Circa absolutionē quatuor per ordinem sunt notanda. s. causa effectiua, materia susceptiua, forma debita vel completiua, uerba significatiua. Primo circa absolutionem consideranda est causa effectiua. Nam causa absolutionis à culpa est duplex. s. principalis & effectiua, instrumentalis & dispositiua. Prima enim causa absolutionis à culpa est Deus, qui principaliter effectiue, & propria auctoritate omnia remittit peccata: Isa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas pp me, & peccatorum tuorū non recordabor. Ratio aut̃ quare solus Deus principaliter remittit peccata, & cur solus Deus absoluat est quadruplex. s. pp confidentiā erigendā, potentiā ostendendā, notitiā intimandā, penitentiā exprimendā. Prima rō est pp confidentiā erigendā. Sicut. n. Deus non cōicauit: nec dedit homini ptātem baptizandī interius, sed so-

lum aqua Baptismi exterius lauādi corpus : ne spes poneretur in homine : sic pari ratione noluit dare homini potestatem absoluedi aliquem effectiue à culpa : ne spes in hoīe poneretur, sed in solo Deo. Hicte. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachiū suū à domino recedit cor eius &c. Benedictus uir, qui confidit in domino. Secunda ratio est propter infinitam Dei omnipotentiam ostendendam : nam peccatum in Deum commissum habet, q̄ sit malum infinitum ex tribus : & ideo ut remittatur requiritur potentia infinita. Sex bono, q̄ offenditur, à bono, à quo distatur : & ex bono quod aufertur. Primò enim peccatum est infinitum ex bono, quod offenditur, quod est Deus, nā tanto culpā est grauior, quanto iste in quē peccatur, est maior, sed Deus est bonitatis infinita. ergo requiritur potētia, & bonitas infinita ad remittendum. Secundò peccatum est malum infinitum ex bono, a quo distat, creationi enim recreatio correspondet. & iō sicut in er ens, & nihil est distantia infinita, propter quā productio creaturæ ex nihilo est potētiæ infinitæ : sic recreatio peccatoris de nihilo culpæ ad esse gratiæ est potētiæ infinitæ : ut Aug. dicit. Potentia autem infinita conuenit soli Deo, & non alicui creaturæ : ergo &c. Tertiò peccatum est infinitum malum ex bono, qđ aufertur. Nam per peccatum bonum infinitum aufertur. s. Deus : cuius participatione sunt homines beati : & iō requiritur potentia infinita. s. Dei ad remittendum peccatum. Hæc B. Tho. 3. scri. sen. dist. 20, art. 2. in cor. q. Tertia ratio principalis quare solus Deus principaliter effectiue & propria auctoritate remittit peccata est propter Dei notitiā intimandam : nam ex eo, q̄ sacerdos dispositionē cordis. i. voluntatis, in qua principaliter peccatum consistit, & à qua originaliter peccatum procedit, ignorat, contingit q̄ ipse erat in absoluendo, sed Deus hoc nouit perfecte : eo q̄ in eo nulla ignorantia potest esse. Ex quo talem rationem formo : Ille solus potest curare omnia vulnera, qui omnia nouit & uidet, sed Deus nouit omnia vulnera & uidet, & non aliquis homo uel angelus : vnde 1. Reg. 16. Nec iuxta intuitum hominis ego iudico

homo enim uidet quæ foris patent, quæ ut in pluribus fallunt. dominus autē intuetur cor. Et ad Hebre. 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Quarta ratio est propter Dei præsentiam exprimendā. nam præsentia summi boni omne malū excludit. Ex quo talem rationem formo : Ille solus potest curare, qui solus ubique est præsens ; talis est solus Deus, non autem homo, uel angelus, ergo &c.

Secunda causa instrumentalis absolutionis à culpa est sacerdos, qui nō effectiue uirtute clauium in penitentia, uel in confessione absoluit à culpa : sed instrumentaliter & dispositiue, vnde sacerdos uirtute clauium in confessione non efficit gratiam, & per consequens non absoluit à culpa, sed uirtute clauium in confessione & absolutione disponitur confitēs ad hoc, q̄ ei gratia infundatur à culpa absoluator, si obicem non opponit : ut sequenti c. clariūs apparebit. Hæc B. Tho. de aquino. 4. scri. sen. dist. 18. arti. 3. q. 1. in cor. q. in fine.

Est autem sciendum, q̄ sacerdos in absolutione operatur tanquam instrumentum non mortuum sicut securis : sed uiuū sicut seruus. Ad rectam uerò operationē instrumenti requiruntur tria, primū est recta instrumenti dispositio, secundū est materiæ debita proportio, tertium est motoris uirtus, uel operatio : ut uerbi gratia Securis, nisi sit acuta, non scindet : vel si non habeat materiam proportionatam. s. ligneam, uel huiusmodi, esto q̄ sit acuta, non scindet : uel si non moueatur ab aliquo, dato, q̄ sit acuta, & præparatā materiam habeat, non scindet. Similiter in absolutione sacerdotis tria debent concurrere : primum est rectus usus uel recta extensio sue potestatis, secundum est præparatio susipientis, tertium est uirtus, uel operatio Dei motoris : quorum si tantum unum deficit, absolutionis frustratur effectus. Hæc Petrus de tharen. 4. scri. scrip. sen. dist. 3. circa. 2. problemum. art. 3. in corp. q.

Sed fortē quæres : si sacerdos uirtute clauium in absolutione si habet ut instrumentum Dei non causans gratiam, sed disponens ad gratiam, per quam fit remissio culpæ : utrum instrumentum attingat ad effectam principalis agētis : ut

Obiect.

bi gratia de aqua sacramenti baptismi. Aqua Ponamus enim, q̄ aqua baptismi quinque effectus habeat. scilicet lauare: decorare: gratificare: secreta Dei cognoscere, & roborare. **Primus effectus aquæ baptismi:** est corpus lauare: & ad hunc effectum attingit aqua secundum se, & secundum suam essentiam. Secundus effectus aquæ baptismi est animam spiritualiter decorare. i. spirituales pulchritudinem siue sit carater siue aliquid aliud in anima creare. & istum effectum non causat aqua secundum se, & secundum suam essentiam: sed ut est organum diuinæ misericordiæ. Tercius effectus aquæ baptismi est gratificare. i. gratiam conferre animæ, uel creare in aia, & hunc effectum non causat aqua baptismi secundum se: quia nullum corporale potest secundum se causare effectum spirituales, sed hunc effectum causat aqua baptismi secundum necessariam dispositionem; nam ad id quod causat aqua baptismi in anima statim sequitur infusio gratiæ; nisi homo obicem sibi ponat. Quartus effectus aquæ baptismi, ut nunc supponimus est reuelatio secretorum. Ponamus. n. q̄ tali baptismo Deus secreta aliqua reuelaret; ad hunc effectum, qui est reuelatio secretorum non attingit aqua secundum se causando ipsum, nec secundum necessariam dispositionem; sed secundum congruam dispositionem; quia congruum est, q̄ Deus suis amicis, & habentibus suam gratiam sua reuelet secreta. Quintus effectus, ut nunc supponimus, est roborare, uel corporalem fortitudinem conferre; & ad istum effectum, vel ad alium si sint omnino impertinentes nullo modo potest aqua baptismi. Simile est de sacramento penitentiæ, & de sacerdote, qui dispositionem necessariam habet ad effectum principalis agentis; ut patet supra. Hæc Egidius de Roma. 3. quolibet. q. 3. utrum instrumentum attingat ad effectum principalis agentis; in corp. quat.

CAP.

II.

Secundo principaliter circa absolutionem considerata est materia susceptiua congrua. Nam sacerdos uirtute clauum absoluit a culpa mortali, & a pena

aliqua temporalis; non tamen a pena eternalis. Primo dico, q̄ sacerdos uirtute clauum in sacramento penitentiæ absoluit a culpa mortali, ut disponens in infusionem gratiæ tantum per quam fit remissio culpæ. quod dupliciter probatur. scilicet similitudine, & auctoritate. Primo probatur similitudine. Sicut. n. aqua sacramenti baptismi non agit, ut principale agens, sed ut instrumentum, non quidem pertinens ad creandum ipsam susceptionem gratiæ etiam instrumentaliter, sed disponens ad gratiam, per quam fit remissio culpæ; ita etiam de potestate clauum. unde solus Deus remittit per se culpam; & in uirtute eius agit instrumentaliter, & baptizans, ut instrumentum inanimatum, & sacerdos, ut instrumentum animatum; quod dicitur seruus secundum philosophum 8. ethi. unde sacerdos agit, ut minister solum dispositiuus; & ideo si ante absolutionem aliquis non fuisset perfecte dispositus ad gratiam suscipiendam: in ipsa confessione, & absolutione sacramentali gratiam consequeretur, si obicem non poneret. Hæc B. Th. 4. scri. sen. dist. 18. ar. 3. q. 1. in cor. q. in fi. Secundo probatur hoc idem alia similitudine; quia Aug. Grego. & Richardus de san. Vi. dicit, q̄ in suscitatione Lazari significata est resuscitatio peccatoris. sed Lazarus est prius resuscitatus, quam discipulis traderetur soluendus. ergo absolutio sacerdotis nihil ualeat antequam homo sit iustificatus a Deo per gratiam; & suscitatus a morte culpæ. Hæc Alexan. 4. parte sum. ar. 271. in arg. contra. Tercio probatur hoc idem auctoritate saluatoris dicentis Ioh. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. &c. Quæ uerba exponunt Greg. & Chrysost. Primò Greg. sic ait: Horum nunc in ecclesia episcopi locum tenent; & soluendi atq; ligandi auctoritatem suscipiunt. Et subdit ibidem; Grandis honor: sed graue pondus istius est honoris. durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina uitæ suæ, iudex fiat uitæ alienæ. Secundo Chrysost. illud uerbum exponens ait; Sacerdos enim, & si propriam bene dispensauerit uitam, aliorum autem non cum diligentia curam habuerit cum perniciosus in gehennam uadit. Scientes igitur periculi magnitudinem multam tribuere eis deuotionem; etiam si non

valde nobiles fuerint. Et subdit de sacerdotibus malis dicens. Non autem iustum est ab his, qui in principatu subiiciuntur iudicari, si vita eorum fuerit valde detrahibilis, in nullo lederis in his, quæ sunt ei commissæ a Deo. Non enim sacerdos, sed neque angelus, aut archangelus aliquid operari potest in his, quæ sunt data à Deo: sed pater & filius & spiritus sanctus omnia dispensant: sacerdos autem suam manum linguam tribuit: non enim iustum esset ut propter alterius malitiam circa symbola nostræ salutis lædi eos, qui ad fidem veniunt. Has auctoritates allegat Bea. Th. in euangelio suo super verbo: Quorum remiseritis peccata, &c. Ioh. 22.

Obiectio prima.

Solutio.

2. Oppositio.

Solutio.

Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod sacerdos nullo modo remittit peccata duplici ratione. Prima est talis: Virtus finita effectum non potest producere infinitum, culpa autem mortalis est malum infinitum, ut patet c. præcedenti: ex tribus vero virtutibus clauium est finita: ergo &c. Respondeo, & dico quod finitum non potest agere in infinitum, ut agens principale: sed ut agens instrumentale principalis agentis infiniti potest: & hoc modo absoluit sacerdos. Hæc Petrus de th. 4. script. sen. di. 18. circa 2. probleu. ar. 3. q. 1. in sol. 3. arg. contra. Secunda ratio est talis. Id quod Deus per seipsum facit nulli alteri committit: sed solus Deus per seipsum peccata dimittit: ergo non per alium. Vel aliter formatur ratio: Dictio exclusiua solus omne aliud ab operatione excludit. sed solus Deus remittit peccata, propter quod domino imponebatur frequenter blasphemia, quia dimisit peccata: & hoc non ob aliam causam nisi quia peccata dimittere est solus Dei: ut dicitur Lucæ 5. Quis potest dimittere peccata: nisi solus Deus q. d. nullus. ergo dimittere peccata est solius Dei. & non sacerdotis. Respondeo, & dico, quod dictio exclusiua non excludit instrumentum ab operatore: sed aliud principale agens: verbi gratia, ut si dicatur: Solus fortis facit cultellum, non excluditur operatio martelli, sed alterius fabri. ita etiam cum dicitur Lucæ 5. Solus Deus remittit peccata: hoc verum est, ut principaliter effectiue, & propria auctoritate: sacerdotis autem est ad remissionem culpæ ministerium exhibere. Hanc auctoritatem ex-

ponit. B. Thom. quodlibeto de veritate. te. q. 6. de prouidentia Dei, art. 8. in sol. arg. Requi. infra. Prouidentia Dei 3. cap. Vel aliter ad solutionem illius auctoritatis. Quis potest, &c. Resp. & dico quod solus Deus remittit peccata per modum auctoritatis, per modum vero ministerii remittit sacerdos, quod sic patet, quia sicut ad emundationem originalis peccati in baptismo valet ablutio aquæ, ita ad emundationem culpæ actualis valet absolutio sacerdotis, quia hoc sacramentum. scilicet penitentiae habet pro materia actum ministri. Hæc Petrus de th. 4. script. sen. circa 3. probleuma, art. 1. q. 1. in cor. q. Tertiò ad solutionem prædictæ auctoritatis. Solus Deus, &c. respondeo, & dico quod Deus operatur ad remissionem culpæ effectiue, scilicet quia efficit gratiam, ad quam sequitur remissio culpæ; sacerdos autem operatur dispositiue: licet n. ad interiorē mundiciam creatura non possit cooperari creatori effectiue, potest tamen cooperari dispositiue. Sic est in proposito, quia penitentia non efficit gratiam, sed per penitentiam disponitur homo ad hoc quod ei gratia infundatur, & per consequens quod culpa remittatur. Hæc B. Tho. ut patet.

C A P. III.

SECUNDO dico quod sacerdos virtute clauium absoluit à pena aliqua temporalis. Quomodo autem hoc faciat sunt tres opiniones. Quidam enim dicunt, quod sacerdos virtute clauium penam æternam commutat in temporalem: sed hoc non est verum, quia in contritione remittitur pena æterna. postquam enim homo Dei gratiam habet nulla debetur ei pena æterna, sicut Magister sen. probat multipliciter. Alijs videntur, quod homo post contritionem debet penam temporalem in purgatorio soluere: & sic sacerdos virtute clauium penam purgatoriam commutat in temporalem: sed hoc nihil est, quia secundum hoc ille, qui confitetur in necessitate cum proposito confitendi antequam absoluitur à sacerdote, non posset in vita ista penam satisfactionis soluere pro peccato, quia obligatus est ad penam purgatoriam, quod est inconueniens. Propter quod me

3. Opp.

Differē
ria inter
baptif-
mū, &
pēnitēt.
quoad
remissio-
nem cul-
pæ.Pēna tē-
poralis,
quam di-
mittit sa-
cerdos
non est
certa.

Oppo.

melius dicendum est, scilicet, q̄ in contritione p̄na æterna cōmutatur in temporalē ubicunq; siue hic, siue in purgatorio soluendam, & de ista p̄na temporali, cuius homo debitor est: vel in hoc mundo vel in purgatorio, aliquid diminuitur virtute clauū: non aut̄ tota p̄na. Nā aliter est in sacramento baptisimi, & aliter in sacramēto pēnitentię: quia in baptismo virtute passionis Christi, cui baptizatus cōfiguratur, totaliter deletur p̄na, & culpa: non autem imp̄nitentia. Curus rō est: quia in baptismo fit regeneratio: ita q̄ homo in baptismo nouam uitā accipiēs p̄ gratiā baptismalem fit nouus hō, sed in p̄nitentia hō non mutat̄ in aliā vitā, quia in pēnitentia nō est regeneratio, sed sanatio quædam, & iō ex vi clauū, quia operatur in p̄nitentię sac̄o non remittitur tota p̄na: sed aliquid de p̄na temporali: cuius reatus post absolutionem a p̄na æterna remanere potuit: vnde sacerdos uirtute clauū remittit aliquid de p̄na q̄ dēt hic solui: uel in purgatorio si in hac uita non soluit̄, unde minus punit̄ in purgatorio absolutus decedēs quā si ante absolutionē decederet. Illud aut̄ quod sacerdos de temporali p̄na remittit, nō est determinatū neq; certum quantum sit quantitate: sed in p̄portione habito respectu ad quatuor. Primò ad dispositionē pēnitētis: nā quātō plus p̄nitēs ad grām se disponit, tanto plus Dei gratia infunditur, & uirtute clauū p̄na sibi remittitur. Secundò ad contritionē cordis: tanta. n. posset esse uirtus contritionis, q̄ ei tota p̄na remitteretur. Req. infra contritio. Tertiò ad ruborē p̄nitentis. Verecūdia. n. est magna pars satisfactionis, & ideo quanto p̄nitus plus uerecundat̄, tanto plus gratia Dei sibi infunditur & plus meretur, & p̄na sibi plus dimittitur. Quarto ad ualorem absolutionis per quam cōfertur Dei gratia & dimittitur culpa, & aliquid de temporali p̄na, uel hic uel in purgatorio soluenda, ut patet sup.

Sed fortē q̄res: si sacerdos uirtutes clauū possit totā p̄nā p̄ctō debitā dimittere, & v̄r q̄ sic tali rōne: Ille qui paruum p̄ctm̄ commisit nō est minus susceptiuus effectus clauū, quam ille, qui cōmisit maius peccatum, sed si aliquid de p̄na per officium sacerdotis de maiori p̄ctō

dimittitur: possibile est esse aliquod paruum peccatum cui non debeat plus de p̄na, quam illud quod de maiori peccato dimissum est, uerbi gratia: Ponamus q̄ uirtute clauū dimittitur uni tantum de p̄na debita pro tot peccatis uel pro magno peccato puta centum dies, modo pono q̄ potest esse tale peccatum cuius p̄na temporalis non ascendit ultra centum dies, ergo sacerdos uel totam p̄nam peccato debitam dimittet, uel peccatum sine aliqua satisfactione remittet, quod est inconueniens. Respondeo, & dico, q̄ pro quolibet peccato oportet p̄nam aliquam satisfactoriam remanere, per quā medicina contra peccatum præstetur, & ideo quamuis uirtute absolutionis dimittatur aliqua quantitas p̄næ debitę pro aliquo magno peccato: non tamen oportet, q̄ tanta quantitas p̄næ dimittatur respectu cuiuslibet peccati, quia secundum hoc aliquod peccatum remaneret omnino sine p̄na, sed uirtute clauū de p̄nis singulorum peccatorum proportione nabiliter dimittitur. Hęc B. Th. 4. scr. sen. dist. 18. ar. 3. q. 2. in cor. q. & in sol. 3. arg.

CAP. IIII.

Tertio dico, q̄ sacerdos uirtute clauū non absoluit a p̄na æterna li, quod probō triplici ratione. sc. inseparabilitatis. Primò ratione inseparabilitatis sic: Ab eo solummodo remittitur p̄na, à quo remittitur culpa, sed damnatis non potest remitti culpa, ergo nec p̄na, & sic p̄na terna inseparabilis est à culpa. Secundo hoc idem probō ratione infinitatis sic: P̄na æterna est infinita, ergo non potest remitti nisi a uirtute, uel potentia infinita, sed potentia sacerdotis est finita, ergo &c. Tertio hoc idem probō ratione incompassibilitatis sic: Ant Deus remittit p̄nam æternam sicut culpa reatus mortis æternę, sed non caret quis culpa nisi per charitatem, ergo simul haberet quis charitatem, & reatum p̄næ æternę, & ita simul dignus esset morte uel p̄na æterna & gloria: quod est impossibile: ergo nec Deus nec minus sacerdos remittit culpam sine p̄na æterna. Secundum etiam q̄ remittit p̄nam æternam sine culpa est impossibi-

le: quia pœna æterna inseparabilis est à culpa; ut patet ratione prima. Sed cōtra: Hugo de sancto victore dicit: q̄ Deus per seipsum soluit vinculum culpe, & per ministrum soluit debitū damnationis æternæ: ergo sacerdos absoluit à pœna æterna. Respondeo, & dico, q̄ uerbum Hugonis intelligitur de satisfactione completi, uerbi gratia: quando peccator conteritur, & uellet confiteri, & non habet copiam sacerdotis, cui confiteretur, à quo iniungitur ei satisfactio, est satisfactio incompleta: qua completa ministerio sacerdotis cum diuina indulgentia simpliciter & complete absoluitur ab æterna pœna, & ita ē per ministerium cum Deo est absolutio completa à pœna æterna. Si. n. absolutus à Deo in contritione a damnatione æterna statim discederet: ad vitam æternam euolaret. Vbi nota, q̄ non est simile de pœna temporali, & æternali. Cuius rō est: quia cū dicitur. Isti dimittitur pœna æterna: hoc potest esse duobus modis: uel quia infinitas pœnæ dimittitur: uel quia integraliter tota pœna infinita dimittitur. Cū autē dī: Isti dimittitur pœna temporalis. hæc non est vera: nisi tota pœna integraliter dimittatur. Si. n. quis tenetur ad pœnam temporalem peccatis suis exigentibus: non propriè, & uerè dī: dimissa est, & pœna temporalis, ad quam tenebat: sed q̄ aliqua pars, siue portio sit ei dimissa. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 271. utrum clauis possit in pœnam æternam: in tribus arg. contra: & in sol. 1. & 2. & 3. arg.

CAP. V.

Tertio principaliter circa absolutionem consideranda est forma debita, uel propria, uel completa. Vbi nota, q̄ sicut quodlibet sacramētum habet suam propriam formam, ita etiam sacramētū pœnitentiæ, quod patet per singula discurrendo. Primo. n. in sacramento baptismi uerba prolata super aqua tantum non faciunt sacramentum, sed uerba prolata super aquam adhibitam baptizato: dicēdo Ego te baptizo: faciunt sacramentum baptismi. Secundo in sacramento extremæ unctionis forma uerborum est sub modo deprecatiuæ orationis: sicut cum dī: Per sanctā unctionē: & p̄ n̄am interces-

sionem remittat tibi dñs quicquid peccasti p̄ uisum &c. Quæ forma seruat in hoc sacramento p̄ auctoritatem b. Iacobi de hoc sacramēto loquētis, & instituētis. Iac. 5. Infirmatur quis in uobis, inducat præsbyteros ecclesiæ & orent super eū ungentes eum oleo in noīe dñi: & orō fidei saluabit infirmū, & alleuabit eū dñs: & si in peccatis sit dimittentur ei. Tertiò in sacramento cōfirmationis debita forma est: Consigno te signo sanctę crucis; & confirmo te chrismate salutis. Quartò in sacramento ordinis: quia sicut traditio potestatis est forma imperatiui modi cū pontifex dicit Accipe p̄tatem faciendi hoc vel illud. Quintò in sacramento matrimonij ad formam requiruntur uerba exprimētia consensum de presenti in copulam conjugalem. Sexto in sacramento eucharistiæ, sola uerba prolata super materiam conseruandam conficiūt sacramentum. In sacramento autē pœnitentiæ quæ sit forma uerborū sunt septē opiniones: Quidam. n. dicūt, q̄ debemus uti uerbo deprecatiuo dicentes. Quæcunq; petieritis esse soluenda erunt soluta, sed hæc falsa est. Cuius rō est: quia habens clauis non solum rogat uel petit esse a peccato soluendū, sed soluit, quod quia Christus non dixit: Quæcunq; petieritis soluētur: sed Quæcunq; solueritis. Alij uerò dicunt q̄ hæc est forma absolutionis: Absolutionem & remissionē tribuat tibi oīpotens Deus, sed opinio hæc est falsa, quod probō duplici ratione. Prima est: quia ratione sacerdotis non impetrat remissio peccatorū, sed passione saluatoris, alioquin si sacerdos esset in p̄tō mortali non posset absolvere: quod est falsum. Secunda ratio est: quia si solum per modum orōnis sacerdotis potestas clauium operat peccatorū remissionem: ergo multi alij non sacerdotes siue sacerdotib. sanctiores ad quorum orōnem Deus plus faceret quā ad sacerdotis orōnem, illi potius possent absolvere quam sacerdotes: quod est falsum. Alij dicunt, q̄ hæc est forma absolutionis, & ita debeamus dicere: Ego remitto tibi omnia peccata tua sicut ego te absoluo, sed hæc forma nō est bona uel vera: & sic opinio est falsa: quia non debemus uti uerbo remissionis sicut uerbo absolutionis dicendo: Ego te absoluo: eo q̄ hæc

Prima.

Secūda.

Tertia.

verba conueniunt verbo instrumentis.

Nam dñs exponens clauium potestatem

Quarta his uerbis est usus: Quaecunq; solueritis
&c. Alij dicunt, q; per benedictionem de-
bemus uti dicentes: Benedictio Dei pa-
tris &c. sed hoc est falsum: quia non est de
essentia formæ: cū hoc ex scriptura trahi
non possit: nec in usu cōi habetur, etsi ali-

Quinta qui hoc dixerūt. Aliqui dicunt, q; dicere:
Sanct te dñs noster Iesus Christus est for-
ma huius sacri. sed hoc est falsum: quia
oīa supradicta, & his similia non sunt ab-
solutions, sed orationes: sicut patet in cō
fessione, quæ fit in Prima, Completorio
post prædicationem, ante missam, in die
cinerum, & cenæ dñi. Alij dicūt, q; de for-
ma absolutionis est impositio manus.

Sexta. quod sic probant: quia sicut se habet in sa-
natione corporali, ita in spirituali, sed in
sanatione corporali erat necessaria im-
positio manus, ita dñs Marci vlt. Supra egros

Imposi- manum imponent, & bene habebunt. er-
tio ma- go similiter in sanatione spūali. s. in abso-
nus sa- lutione a peccato est necessaria manus
cerdotis lutio. sed hoc est falsum: quia im-
nō ē ne positio. sed hoc est falsum: quia im-
cessaria positio manus sacerdotis nō est necessaria,
& de necessitate huius sacri quod duplici-

Primo. ter proba. Primo a ueritate. quia dñs di-
xit Petro: Quodcunq; solueris super ter-
ram erit solutum, & in cēlis: nullam men-
tionem de manus impositione faciens,
nec etiam cum omnibus apostolis dixit:
Quorum remiseritis peccata remittūtur
eis: mentionem fecit de manus imposi-

Secūdo. tione: ergo &c. Secundo proba hoc idem
ratione: nam manus impositio in sacris
ecclesiæ fit ad designandum aliquem co-
piosum effectum gratiæ quo illi quibus
manus imponitur quodammodo conti-
nuantur per quandam similitudinem mi-
nistriis in quibus copia gratiæ debet esse.
Et ideo manus impositio fit in sacro con-
firmationis: in quo confertur plenitudo
spiritus sancti: & in sacro ordinis in quo
confertur quædam excellentia potestatis
in diuinis ministerijs. sacramentum autē
penitentiae non ordinatur ad ostenden-
dam aliquam excellentiam gratiæ: sed ad
remissionem peccatorum. & ideo ad sa-
cramentum hoc non requiritur imposi-
tio manus: sicut nec in baptismo in quo
fit plenior remissio peccatorum; ut patet.

Tertio. supra 3. c. Tertio proba hoc idem simili-

tudine; Sicut enim in sacramento Eucha-

ristiæ sacerdos sola prolatione verborum

super materiam perficit sacm; ita in sa-

cramento penitentiae sola uerborum pro-

latio super penitentem efficit sacramen-

tum. Quarto proba hoc idem compara-

tione; quia non minus competeret crucis

signatio quæ adhibetur in Eucharistia,

quam manus impositio; in signum, q; per

sanguinem crucis Christi remittuntur pec-

cata, & tamen non est de necessitate hu-

ius sacramenti. s. penitentiae: sicut nec de

necessitate Eucharistiæ. Hec B. Th. 3. par-

te sum. q. 84. ar. 4. argu. 3. & in cor. q. & in

sol. 3. arg. Quando autē dicitur Mar. vlti.

Super egros manus imponet &c. Respon-

deo duobus modis. Primo, q; illa manus

impositio non erat sacramentalis, sed or-

dinabatur ad miracula facienda. s. ut per

contactum hoīs sanctificati etiam corpo-

ralis infirmitas tollatur. Sicut et legitur

de domino Marci 6. q; infirmos imposi-

tis manibus curauit; & etiam Matth. 8. le-

gitur, q; per contactum leprosum munda-

uit. Et hoc modo soluit B. Tho. ubi supra

immediate, in sol. 1. argu. Secundo modo

potest re pōderi, q; illa impositio manus

super infirmos ordinabatur, & fiebat ad

benedicendum eis, secundum consuetudi-

nem Iudæorum. unde impositio manus

non est de necessitate huius sacramenti.

& ideo uera forma sacramenti peniten-

tiæ est. Ego te absoluo. quod tripliciter

probo, s. auctoritate ecclesiæ, Baptismi si-

mitudine; Dei institutione. Primo hoc

hoc proba auctoritate ecclesiæ sic; Aucto-

ritate ecclesiæ non parua, sed communi-

ter in ecclesia Dei cantatur: Iam bone pa-

stor Petre clemens accipe uota præcan-

tum, & peccati vincula resolue tibi pote-

state tradita, qua cunctis cēlū uerbo clau-

dis aperis. potestas autem Petro tradita

est, potestas clauium. ergo habens hanc

potestatem debet dicere: Ego te absoluo.

Secundo hoc idem proba Baptismi simi-

litudine hoc modo: Simile iudicium est

de forma sacramenti baptismi, & de for-

ma sacramenti penitentiae. sed forma ba-

ptismi est, ut minister dicat: Ego te bap-

tizo, qua dominus actum baptizandi tri-

buit. ergo a simili conueniens forma sa-

cramenti penitentiæ est; Ego te absoluo,

qua dominus ministro tribuit actum solu-

Quarto

Intelle-

ctus il-

lius sen-

tentiæ,

Super

egros

manus

imponet.

Vera

forma

sac. qua

lis sit.

Concil.

Tri. ses.

14. cap.

3. hoc

idē af-

firmat.

uendi vel abſolutionis. Tertio probo hoc idem Dei institutione ſic: Sacramenta omnia efficaciam habent ex institutione diuina. ſed Chriſtus inſtituit, vt miniſter in ſacramento pœnitentiæ dicat: Ego te abſoluo. Matth. 16. Tibi dabo clauſes regni cœlorum &c. ergo prædicta forma eſt conueniens.

Oppoſi-
tio con-
tra, for-
mā ſacr-
pœniten-
tiæ.

Solu.

Sed fortè contra hanc formam argues duobus modis. Primo ſic: Qui non ligat non ſoluit: eo, q̃ eiufdem eſt ligare, & ſol- uere, & econuerſo. ſed ſacerdos non ligat vinculis peccati: eo, q̃ ſinibus peccatorū ſuorum cōſtringitur peccator, vt dicitur prouerb. 1. ergo, ſacerdos non abſoluit a vinculis peccatorum: & ita vt videtur nō debet dicere; Ego te abſoluo. Reſpondeo, & dico, q̃ hoc facit ſacerdos per miniſte- rium, quod Deus per auctoritatem pro- priam. Deus autē ſoluit quidem a peccato directè. ſ. gratiam apponendo. ligat autē vel tradit peccatum indirectè: ut dicitur ad Ro. 3. gratiam non apponendo. & ti- militer ſacerdos tanquam miniſter, ſol- uit a peccato, ſacramentum gratiæ exhi- bendo. ligat vero non apponendo, uel nō præbendo: præter hoc quidem ligat ad pœnam quam iniungit: & ſoluit a pœna quam in parte dimittit. Secundo modo argues ſic; Si ſacerdos poteſt a peccatis abſoluere: melius eſſet abſolui, quam cru- cem tranſmarinam accipere. ſed hoc vi- detur inconueniens. ergo &c. Reſpōdeo, & dico, q̃ crux tranſmarina non datur valitura, niſi abſolutis a peccatis: ad re- miſſionem totius pœnæ pro peccatis. vn- de crux tranſmarina abſolutionem præ- ſupponit. & iterum non eſt de neceſſita- te, vt abſolutio. Hæc B. Tho. in tractatu, quem fecit de forma ſacramenti pœniten- tiæ pro deſenſione eccleſiæ contra erro- res quorundam.

2. Opp.

Solu.

niſi oſtēſio, vel ſignificatio. quod eſt fal- ſum: eo q̃ ſacramenta nouæ legis nō ſo- lum figurāt: & iō eſt vera opinio, quæ di- cit, q̃ cū dico Ego te abſoluo: eſt ſenſus, vel intellectus verborum: Ego ſacr̃m, vel miniſterium abſolutionis tibi impendo vel confero. Sed forte argues, q̃ ſacerdos temerarie dicit: Ego te abſoluo. 1. ego ti- bi abſolutionis ſacr̃m cōfero tali rōne; Sacerdos non dēt pro certo aſſerere, qđ eſt ſibi incertum: alias temerariè aſſerit. ſed ſacerdoti eſt incertum an conſitens interius ſit abſolutus à Deo. ergo nō de- bet exterius cum certitudine dicere: Ego te abſoluo. Reſpondeo tribus modis, Pri- mō: quia ſicut iudex abſq; temeritate au- ditis teſtibus poteſt pronunciatē innocē- tem aliquē quāuis forte ſecūdū rei veri- tatem ſit nocens: ita ſacerdos non teme- rariè oſtēdit aliquē abſolutū in foro pœ- nitentiæ in quo pœnitenti creditur & pro- ſe & cōtra ſe. Secundō: quia licet incertū ſit ſacerdoti an ille ſit interius abſolutus à Deo: tamē ipſe ſacerdos eſt certus, q̃ ſa- cramētū tribuit, quod pōt peccatū remitte- re & viuificare: quia in eo cōfertur gra- tia, & remittitur culpa: niſi conſitens ex parte ſua ponat obſtaculū. Tertiō reſpon- deo, & dico, q̃ licet ſacerdos cor interius nō cognoſcat: quia hoc eſt ſolius Dei: ta- men ſi extra videt ſigna contritionis, q̃ ſunt dolor de peccatis cōmiſſis, & propo- ſitū vltimū, vel de cætero non peccādi, nō errat neq; temerariè facit abſolutio- nis ſacr̃m conferēs, aliās autem, ſ. ſigna contritionis prædicta non videt, nō dēt abſoluere. & ſi abſoluit: temerariè & peri- culosè facit. Hanc materiam declarat. B. Tho. ordinis fratrum prædicatorū pro deſenſione pt̃atis Petro traditæ: & cōtra quorundā errores circa formā ſacramēti pœnitentiæ in ſeſto Cathedræ ſancti Petri.

2. Opp

Solutio
triplex.

C A P. VI.

Abſtinentia.

SUMMARIVM.

Quarto, & vltimo principaliter cir- ca abſolutionē conſideranda ſunt verba ſignificatiua. Quid autem ſignificent verba formæ ſacramenti pœ- nitentiæ. Ego te abſoluo: eſt dictum; Ego te abſolurum oſtendo, ſed iſte intellectus eſt falſus. Cuius rō eſt: quia ſecundū hoc in ſacramento nouæ legis non eſſet

De ſigni-
ficatiōe
verborū
abſolu-
tionis.

1. Opp.

- 1 Abſtinentia triplex eſt.
- 2 Abſtinentia eſt à tribus.
- 3 Abſtinere à malo ſolū, & non fa- cere bonū, nō ſufficit ad ſalutē.

- 4 *Abſtinere aliquando à bono, & non facere malum licet.*
- 5 *Abſtinere a peccato ſemper eſt neceſſarium ad ſalutem.*
- 6 *Facere malum grauius eſt peccatum quam omittere bonum.*
- 7 *Abſtinentia, quādo ſit meritoria.*

CAP I.

1



ABSTINENTIA. Circa abſtinentiam tria conſiderare debemus. ſ. ſignificationem: diſtinctionem: & operationem. Primò circa abſtinentiam conſiderare debemus ſignificationē. nam abſtinentia in ſui nominis ſignificatione importat ſubtractionem ciborum. quæ ſubtractio poteſt fieri tribus modis. ſ. abſolutè: moderatè: & diſcretè. Primo enim ſubtractio ciborum, quam abſtinentia ex ſuo nomine importat, pòt accipi abſolutè. & hoc modo abſtinentia neq; virtutē, neq; actū virtutis designat: ſed quoddam indiſſerens, quod poteſt fieri benè & malè. Secundo ſubtractio ciborum pòt accipi moderatè. & tunc moderatio ciborū aliter pertinet ad medicinam: & aliter ad abſtinentiam; quod patet; quia moderatio ciborū ſecūdū quantitatem, & qualitatē in comparatione ad valetudinem, vel ſanitatē corporis pertinet ad medicinam. ſed moderatio ciborum ſecūdū interiores affectiones in comparatione ad bonū rationis pertinet ad abſtinentiā. Tertiò ſubtractio ciborū poteſt accipi, vel fieri diſcrete, ſcđm q̄ eſt regulata rōne; & tūc designat, vel virtutē, vel actū virtutis; nā recta ratio facit abſtinere à cibis prout oportet. ſ. pro cōgruentia hominū cū quibus quis uiuit; & pro cōgruentia perſonæ ſuæ, & pro valetudinis ſuæ neceſſitate, & eo mō, quo oportet. ſ. cū hilaritate mentis, & propter quod oportet, i. propter gloriā Dei, non pp gloriā ſui. Vnde hoc modo rectè abſtinentia eſt virtus, uel actus virtutis; eo qđ facit illa, q̄ ſunt de ratione uirtutis. Et pp hoc abſtinentia alijs virtutibus ab apoſt. Petro connumeratur 2. Pe, 1. c. Miniſtrate in fide uirtutē;

in uirtute aut ſcientiā; in ſcientia aut abſtinentiā. &c. Req. expoſitionē huius infra. Hæc B. Th. 2. 2. q. 146. ar. 1. arg. contra. & in cor. q. & in ſol. 1. 2. & 4. art. Vbi Abſtinē ſciendum qđ triplex eſt abſtinentia. ſ. illicita, & indiſcreta; & ratione regulata. Pri- tri- plex. Illicita. mō. n. eſt abſtinentia illicita; quādo quis ſibi per abſtinentiam ſubtrahit neceſſitatem corporis; & talis eſt demeritoria eo qđ talis eſt homicida ſuiipſius. vnde Hier. dicit; Non diſſert vtrū magno, uel paruo tpe te interimas, eo qđ de rapina holocaustum offert, uel qui ciborum nimia egeſtate, uel manducandi, uel ſomni penuria immoderatè corpus affligit.

Secundò abſtinentia eſt indiſcreta. ſ. Indi- ſcreta. quando abſtinentia eſt rāta, qđ homo ab operibus, utiliorib. impeditur. quāuis ad ea de neceſſitate non teneatur: puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare, & ſic de alijs. unde talis abſtinētia eſt indiſcreta, & ſi non ſit illicita. unde Hier. dicit, Rationalis homo dignitatē amittit. qui uel ieiuniū charitati, aut uigilias ſenſus integritati præfert. Rō autē quare taliū abſtinentia nō eſt bona, primo, quia illicita eſt, ſecūdò quia indiſcreta eſt, quia aliter debet quæri ſinis, & aliter illud quod eſt ad finē, ſecūdū Phi. 3. politi. Illud enim quod quæritur tanquā ſinis quæredum eſt abſq; meſura, ut patet de ſanitate, felicitate, & de Dei dilectione. Nā ſanitas non pòt nimis quæri. nec felicitas nimis haberi. nec Deus p̄t ab hoīe nimis diligī. Illud uero quidd q̄ritur pp aliquē finem, quærendū eſt ſecūdum meſuram aliquam ſm proportione ad finē. uerbi gratia, medicus. n. ſanitatē (q̄ eſt ſinis eius) facit quātūcūq; n aiorē p̄t. ſed exhibet medicinā ſm qđ conuenit ad ſanitatē faciendā. ſic à ſimili eſt in uita ſpūali, quia dilectio Dei eſt ſicut ſinis. & nō p̄t nimis q̄ri, nec nimis haberi uel diligī. Ieiunia uero & uigiliæ, & alia exercitia corporalia nō q̄rūtur tanquā ſinis, quia ſicut dī ad Ro. 14. Nō eſt regnū Dei eſca & potus. ſed quærūtur tanq̄ neceſſaria ad finē. ſ. ad domandas cōcupiſcentias carnis, ſecūdum illud Apoſt. 1. ad Corin. 10. Caſtigo corpus meum. &c. Et ideo talia ſunt adhibenda cum quadā meſura rōnis, ſut cōcupiſcentia domeſt. & natura non extinguitur, iuxta illud apo-

Abſtinētia quādo ſit uirtus.

Apostoli. ad Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem: & postea subditur: Rationabile obsequium vestrum. Si vero aliquis intantum suas vires debilitet per ieiunium, & vigilias, ut opera supradicta non possit exequi, & alia huiusmodi: sine dubio peccat. unde Bern. confitetur se peccasse ex hoc, quod corpus suum

Regula- ieiunijs, & vigilijs debilitavit. Tertio dicta, & co, quod est abstinentia ratione regulata. s. tunc fit quando fit rationabiliter & tunc est Deo rationabili placita, & per consequens meritoria. Fit liter 4. autem rationabiliter quatuor modis. Primo ex motivo. s. ex fide, & dilectione Dei. Secundo ex medio: nam virtus consistit in medio, & ideo si homo abstinet quantum potest meretur. unde Aug. in regula: Carnem vestram domate, ieiunijs, & abstinentia escæ, & potus quantum valetudo permittit. Tertio ex modo fit abstinentia cum hilaritate mentis. Quarto ex termino. i. ex fine ultimo, quando fit propter Dei gloriam: & non propter suam gloriam. Hæc B. Tho. 4. scri. sen. dist. 15. de ieiunio ar. 1. q. 2. utrum ieiunium sit actus virtutis, in sol. 3. argum. Vbi nota triplex ieiunium. s. cordis: corporis: & operis. Requi. ibid. & 2. 2. q. 147. ar. 1. in sol. 2. argum. & ibid. q. 143. ar. 1. in sol. 2. arg. per totum. Et iterum in quodli. ar. 14. utrum homo possit peccare nimis ieiunando, & uigilando: arg. contra: & in cor, q.

CAP.

II.

Abstinē
tia a tri
bus.

A cibo.

A licito

Secundo principaliter circa abstinentiam considerare debemus distinctionem. Vbi nota, quod abstinentia est a tribus. s. a cibo, a licito: a peccato. Primo abstinentia est a cibo. Req. supra cap. præcedenti immediate: & infra Ieiunium per totum. Secundo abstinentia est a licito. Tria. n. sunt inter alia quibus homo licite uti potest substantia temporalis: copula carnalis: natura propriæ voluntatis. Tamen quia hæc tria possunt præbere impedimentum: immo frequenter impedimentum præbent ne affectum hominis totaliter ferat in Deum: ideo contra hoc tria per uotum remedium adhibetur. quod sic patet: Primo. n. cupiditas bonorum temporalium per votum paupertatis paupertate

impeditur. Req. infra, Avaritia, & infra, Beati pauperes spiritu. & infra: quod beatitudo non consistit in bonis temporalibus. Secundo voluptas rerum carnalium per votum continentiae refrenatur, & removetur. Req. in fra. Continentia. Tertio repugnantia, vel contrarietas uoluntatum per totum obedientiae impeditur. Requi. infra, Obedientia. & infra, Votum. Tertio est abstinentia a peccato: Tobiae 1. quem ab infantia Deum timere docuit, & abstinere ab omni peccato. Non solum autem a peccato, verumetiam a malo exemplo necesse est abstinere 1. ad Thessal. 5. Ab omni specie mala abstinete vos.

Vbi sciendum ad euidētiā prædictorum, quod sicut est aliquid faciendum duabus rationibus: ita eisdem rationibus est aliquid non faciendum. Est enim aliquid faciendum duplici ratione: vel quia ex natura sua bonum: ut diligere Deum, honorare parentes, & huiusmodi: vel quia præceptum tantum: ut patet ex omnibus quæ nobis præcipiuntur. Similiter aliquid est non faciendum, vel quia ex natura sua malum, ut occidere, & mechari, & huiusmodi: vel quia tantum est prohibitum: puta quia de natura sua est indifferens: ut comedere de ligno scientiæ, & huiusmodi. & hoc est malum: quia prohibitum. Hanc distinctionem facit Alex. 3. parte sum. q. 25. ar. 13. an in præceptis decalogi præcipiatur generaliter omne faciendum & prohibitionibus prohibeatur omne non faciendum, in corp. q.

Sed fortè quæres ex hoc, quod istorum sit maioris meriti: an abstinere a licitis: vel abstinere ab illicitis. Respondeo secundum Ambr. & Greg. & dico, quod abstinere a licitis. unde Ambro. super epistolam ad Cor. sic ait: Qui a licitis abstinet laudem habet & præmium. qui uero ab illicitis abstinet laudem habet & non præmium. Et Greg. in homel. Abstinentia uera, & perfecta est, quā quis pro amore Dei, & salute propria non ab illicitis tantum, immo interdum, & a licitis, atque concessis se cohibet. Rationem autem huius assignat B. Aug. eo, quod quanto aliquod bonum minus debitum est, & magis acceptum ad faciendum: tanto magis est meritorium. unde dicit ad Policarpum sic: Ea quippe licere, & non expedire mihi uidetur, quæ

A. p. d. o.

Aliquid
ē facien
dū, & nō
ē facien
dū dua-
bus rō-
nibus.

Abstine
re a lici-
tis ma-
ioris est
meriti
quā ab
illicitis.

Ratio.
S. Agu.

per iuſtitiam quæ coram Deo eſt permit-
tuntur, ſed propter offenſionem hominis
ſunt uitanda: ne à ſalute impediât: ex hoc
quædam erogantur nec à domino iuben-
tur, ſed monentur: ut tanto intelligantur
eſſe gratiora, quanto magis oſtenduntur
indebita. ergo prohibentur illicita: licita
verò quæ non expediant liberè caueant.
Req. infra Scandalum, & Aug. in lib. de
diffinitione rectę fidei ſic ait: Bonum eſt
in cibo cum gratiarum actione percipere
quicquid Deus ad edendum percipit: ab-
ſtinere autem ab aliquibus nō quaſi ma-
licioſis: ſed quia non neceſſarijs non eſt
malum.

CAP. III.

AD maiorem tamen euidentiam præ-
cedentis capituli eſt ſciendum:
q̃ aliud eſt abſtinere à malo ſolum, & nō
facere bonum: aliud eſt quandoq; abſti-
nere à bono, & non facere malum: aliud
eſt ſemper abſtinere à malo. aliud eſt cō-
mittere malum & abſtinere à bono uel
omittere bonum. Primò enim dico, q̃
abſtinere à malo ſolum, & non facere bo-
num ſecundum beatum Aug. non ſufficit
ad ſalutem. Cuius ratio eſt: quia ſicut uir-
tus cauſatur ex actibus: ita meritum cor-
reſpondet actibus, ſed non facere malum
& omittere bonum uel abſtinere a bono
non eſt producere actum, ſed ceſſare ab
actu: vnde pſal. præcipit non ſolum abſti-
nere a malo: ſed et̃ facere bonum. dicit
enim: Diuerſe à malo & fac bonum. Su-
per quo uerbo glo. ſic dicit: Illud. ſ. diuer-
tere a malo uitat culpam: iſtud. ſ. facere
bonum, meretur uitam, & palmam. Vbi
nota, q̃ omittere malum uel declinare, &
abſtinere a malo non dicit nec importat
puram negationem, ſed importat motū
voluntatis repudiantis, & reſiſtentis ma-
lo. Et ideo ſicut non uelle eſt per actum
voluntatis, qui eſt uelle: puta quod eſt uel-
le vult: ita uoluntas talis, vult non uelle, &
ita uoluntas vult non facere malum per
hoc, q̃ vult facere bonum; propter quod
non facere malum uel omittere malū eſt
meritorium. Tamen facere bonum eſt
actus completiuus & quaſi pars principa-
lis iuſtitie & cauſa principalis, qua quis
meretur, & uitam & palmam: declinare

autem uel abſtinere à malo eſt actus im-
perfectior, & pars ſecundaria, & ſine qua
non eſt iuſtitia neque meritum. Hæc B.
Thom. ſecunda ſecundæq. 49. art. 1. in ſo-
lu. 2. & 3. art.

Secundò dico, q̃ abſtinere quandoq; à
bono uel q̃nq; omittere bonum, & nō fa-
cere malū licet. Cuius rō eſt: quia præce-
ptorū aliud eſt affirmatiuū qđ eſt de fa-
ciendo, ut honora patrem & hmōi, aliud
eſt negatiuū qđ eſt de non faciendo, ut nō
occides. Differunt ergo iſta duo p̃cepta ef-
fectu, quia p̃ceptū affirmatiuum, qđ ſtri-
cto noīe ſolet dici p̃ceptum, obligat ſemp
.i. in oī tpe, licet non ad ſemper. i. ad oē
tps. Præceptum aut̃ negatiuum, quod dē
prohibitio obligat ſemper & ad ſemper.
& hoc intellige in p̃ceptis decalogi, & iu-
ris naturalis: uerbi gr̃a: honorare patrem
eſt præceptum affirmatiuum, quod obli-
gat me ſemper, quia ſemper teneor ad ho-
norandum patrem, ſed tamen nō obligat
me ad ſemper honorandū, quia non eſt
poſſibile, nec expediens, ut ſemper hono-
rē eum, ſed cum tps requirit. ſ. facultas ex
parte mea & neceſſitas ex parte ſua. Præ-
ceptum negatiuum obligat ſemper, & ad
ſemper, ſicut non mechaberis, & hmōi:
quia ſemper teneor & quocunq; tempo-
re non mechari. Cum ergo facere bonū
ſit p̃ceptum affirmatiuum, quod obligat
ſemper, ſed non ad ſemper; ut patet; ideo
quādoq; licet abſtinere à bono, uel omit-
tere bonū, & non facere bonum. Cū uero
p̃ceptū negatiuum obligat ſemper, & ad
ſemper; iō malum facere nunquam licet,
ut in tertia diſtinctione patebit. Hanc di-
ſtinctionem ponit B. Tho ſecunda ſecun-
dæq. 79. art. 2. in ſol. 3. argu. & in multis
alijs locis. Et Alex. diſſuſe. 3. parte ſum. q.
25. arti. 3. de diuiſione præceptorum; in
cor. q. Req. infra Bonum quot modis po-
teſt omitti, & infra Scandalum.

Eſt autem ſciendum ad euidentiā præ-
dictorum q̃ omiſſio alicuius boni aliquā
do non eſt peccatum; aliquando uero eſt
peccatum, quod ſic patet; Omiſſio enim
importat prætermiſſionem nō cuiuſcun-
que boni, ſed boni debiti, quod quidem
bonum debitum quia cadit ſub p̃cepto
affirmatiuo non obligat ad ſui obſeruan-
tiam ad ſemper; ſed ad tempus deter-
minatum, & pro illo tempore ſolum

Doctrina inter
p̃ceptū
affirma-
tiuum
& nega-
tiuum.

omiſſio
alicuius
boni ali-
quando
eſt pec-
catū ali-
quando
non.

inci-

Declina-
re a ma-
lo non
importat
purā
negatio-
nem.

incipit eſſe peccatum omiſſionis, & ideo omittere bonū aliquod illo tēpore, quo homo poteſt, & debet facere: eſt peccatū omiſſionis, de quo Iac. 4. Scienti bonum & non facienti peccatum eſt illi. Si autē quis omittit aliquid boni, quia non pōt illud facere, uel quia uon pōt aliud facere quin aliud omittat, tunc aut omiſſio eſt neceſſaria non uolūtaria: aut omiſſio eſt uoluntaria non neceſſaria. Primo. n. cum omiſſio eſt neceſſaria nō uoluntaria, puta, q̄ omittit aliquid, quia non pōt illud, inuitē, & inuolenter omittit; talis nō peccat p̄cō omiſſionis. Cuius rō eſt, quia omiſſio non eſt niſi boni debiti ad quod aliquis tenetur, & ſi non obligatur, unde nullus, qui non facit id quod non poteſt, peccat peccato omiſſionis, quod tribus exemplis probo. Primum exemplum eſt de muliere uirgine, mulier. n. quæ uirginitatem Deo uouit, ſi uiolenter corrumpitur non amittit uirginitatem non habēdo, neque peccat, ſed peccat non penitendo de peccato præterito, uel non faciendo ad uotum implendum quod pōt per continentix obſeruantiam. Secundum exemplum eſt de ſacerdote qui miſſam omittit, nam ſacerdos non tenetur dicere miſſam niſi ſuppolita opportunitate, quæ ſi deſit, non omittit nec peccat peccato omiſſionis. Tertium exemplum eſt cum aliquis amittat rem, quam reſtituere tenetur, talis. n. qui alienum habet tenetur ad reſtitutionem ſuppoſita facultate, & tunc ſi non reſtituit, peccat peccato omiſſionis, ſi uero facultatem non habet non omittit dummodo faciat, quod pōt. Secundō q̄ cum omiſſio non eſt neceſſaria ſed uoluntaria, tunc talis omittit, uel peccat peccato omiſſionis. uerbi gratia, tunc enim omiſſio incipit alicui imputari ad culpam, quando ſit tempus operandi aliquid, & omittit, uel propter cauſam præcedentem, ſcilicet quia de ſero ſe inebria uit. ideo enim non poteſt ire ad matutinas, uel propter cauſam præſentem, ſcilicet quia adplicat ſe ad aliquē actum illicitum & incompatibilem cum illo actu ad quem tenetur, & tunc talis omiſſio eſt peccatum. Vel dicas breuius. Si aliquis omittit bonum aliquod, ad quod tenetur eo, q̄ non poteſt. tunc aut talis factus eſt impotens ex cauſa naturali, uel acciden-

tali, & talis non omittit, & per conſequens non peccat peccato omiſſionis, eo q̄ talis omiſſio non eſt uoluntaria, ſed uolenta, & neceſſaria, ut patet in tribus exemplis prædictis. Aut talis eſt factus impotens ex cauſa illicita, nel ex præcedente uel ex ſequentē cui operam dedit: uel de ſero inebriando: uel etiam ludēdo, uel aliquod illicitum faciendo, tunc talis omittit & per conſequens peccat peccato omiſſionis. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 79. art. 3. arg. contra, & in cor. q. & in ſol. 2. & 3. ar.

Tertiō dico, q̄ abſtinere a p̄cō ſemper eſt neceſſarium ad ſalutem, & cōtra rium facere. ſ. aliquando peccare nunquā licet, quod tripliciter probo. ſ. ratione, prohibitione, & declaratione. Primo probo hoc ratione ſic, præcepta negatiua non ſolum obligant ſemper, ut affirmatiua, ſed etiam ad ſemper. ſ. omni loco & tempore ſed tale præceptum eſt de non peccando, uidelicet ſine diſtinctione, ergo &c. Secūdo probo hoc idem prohibitione, nam quædam ſunt mala quia prohibita, in quibus neceſſitas diſpenſat, uidelicet. 1. Reg. 2. 1. de Dauid, qui comedit panes propoſitionis comedere. n. tales p̄nes non erat malum, niſi quia prohibitum. Similiter Matt. 12. excuſantur diſcipuli propter neceſſitatem, quando fricabāt ſpicas in ſabbato. Quædam uero ſunt prohibita quia mala, in quibus neceſſitas non diſpenſat, ut fornicari & alia quæ ex ſui natura ſunt mala. Hæc diſtinctionē ponit Alex. 5. parte ſum. q. 39. ar. 9. utrū actus ſpirituales poſſint referri ad finem temporalem, in ſol. 2. arg. Tertiō probo hoc idem ex indiſtinctione. Vbi nota tria. Primū eſt, q̄ homo non debet committere peccatū aliquod propter bonū aliquod aſſequendum, quia non ſunt facienda mala, ut ueniant bona ſecundum Apoſtolum. Secundum eſt, q̄ nullus peccatum ueniale dēt cōmittere, ut aliū liberet a peccato mortali, eo q̄ quilibet tenetur prius ſeipſum diligere quā aliū. Tertium eſt, q̄ ſicut peccatum mortale non pōt bene fieri, ita nec ueniale, & ideo ſicut hō debet prius ſuſtinere mortem quam q̄ peccet mortaliter, ita etiam quam q̄ peccet uenialiter, illo modo debito quo uenialia debent uitari. Hæc beatus Tho. 4. ſcrip. ſen. diſtin. 18. de excommunicatione, artic. 4. q. 3. in ſol.

Dup. genus malorum.

Peccatū nulla ratione quæ uis rationabili committi debet.

Solutio. primi argumen.

Quartò & vltimò dico, q̄ facere malū grauius eſt peccatum, quā omittere bonū: quod quadrupliciter probō, ſ. ex facilitate, contrarietate, ſimilitudine, pēnalitate. Primò ex parte facilitatis ſic: Qui facilius poteſt aliquid facere & non facit grauius peccat: ſed facilius eſt abſtinere à malo faciendo, quā facere & implere bonum: ergo grauius peccat, qui non abſtinet à malo faciendo ipſum quod eſt transgredi, quā qui non implet bonum quod eſt omittere: ergo peccatum transgreſſionis eſt grauius peccato omiſſionis. Secundò hoc idem probō ratione cōtrarietatis ſic. Illud peccatum eſt grauius, quod magis contrariatur virtuti, ſicut illud malum eſt maius, quod magis cōtrariatur bono: ſed facere malum quod eſt transgredi, magis contrariatur bono, quā non facere bonum quod eſt omittere. Cuius ratio eſt, quia ſicut nigro magis contrariatur albo quam non nigrum: eo, q̄ non nigrum poteſt eſſe color aliquis medius, qui minus contrariatur albo quam nigrum, ita non facere bonū quod importat negationem actus minus cōtrariatur uirtuti quam facere malum; quod importat contrarietate actus. Tertio probō hoc idē ex parte ſimilitudinis, quia ſicut plus peccat, qui infert contumeliā patri quam qui non impendit debitā reuerentiam patri, ſic plus peccat, qui transgreditur committendo malum quā qui bonū omittit. Quarto probō hoc idem ex parte pēnalitatis ſic: Maiori peccato debetur maior pēna: ſed maior pēna debetur peccato transgreſſionis quā omiſſionis: ergo &c. Vbi nota, q̄ peccato transgreſſionis reſpondet duplex pēna. ſ. pēna damni propter auerſionem a Deo; & pēna ſenſus pp̄ inordinatam cōuerſionem ad bonum commutabile. Similiter peccato omiſſionis debetur non ſolum pēna damni, ſed etiam pēna ſenſus, ſecundum illud Mat. 7, Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, & hoc propter radicem de qua procedit. ſ. q̄ omittit, quod eſt debitum facere, & etiam q̄ talis frequenter contemnit præceptum affirmatiuum. Tamen peccatum transgreſſionis grauius eſt peccato omiſſionis, & grauius punitur; nam peccatum trans-

greſſionis habet actualem cōuerſionem ad bonum commutabile, quā ex neceſſitate non habet peccatum omiſſionis. Hæc Beatus Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſt. 79. artic. 4. argumen. contra, & in cor. quæſt. & in ſol. arg.

C A P. IIII.

Tertio principaliter circa abſtinentiam, conſiderare debemus operationem. Vbi nota, q̄ abſtinentia tunc eſt laudabilis, & meritoria, quando eſt ſecundum rectitudinem rationis. Ratio autem recta facit abſtinere propter quinque bona, ſcilicet propter bonum cōſuetudinis, uirtutis, mentis, corporis, & finis. Primo enim recta ratio facit abſtinere propter bonum conſuetudinis. Nam conſuetudo honeſta habet uim præcepti, quia ut dicit Aug. in epiſtola de ieiunio ſabbathi; Mos populi Dei pro lege habendus eſt. Et ideo circa abſtinentiam poteſt eſſe transgreſſio, & adimpletio præcepti, ita, q̄ transgreſſio, & omiſſio præcepti de abſtinentia contra honeſtam conſuetudinem, eſt demeritoria, & obligat ad mortale. ut patet infra Ieiunium de cibis; & adimpletio præcepti eſt meritoria. Hæc Beatus Thomas, ſecunda ſecundæ, q. 79. artic. 2. in ſolu. 2. argum. Secundo recta ratio facit abſtinere propter bonum uirtutis. Cum enim uirtutes inter ſe adinuicē ſunt connexę, ut patet infra, Virtus, ſicut una uirtus adiuuatur, & commendatur ex alia, ſicut iuſtitia ex fortitudine, ita uirtus abſtinentiæ adiuuatur & commendatur ex alijs uirtutibus, quibus connumeratur & aſſociatur. De quibus dicitur 2 Pe. 1. Vos autem miniſtrate in fide ueſtra uirtutem, in uirtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autē pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 146. ar. 1. arg. contra, & ibidem, ar. 2. in ſolu. 1. argum. Ad euidentiam autem illius auctoritate miniſtrate &c. no a, quod beatus Petrus ponit octò gradus uirtutum quibus fit aſcenſus in cœlum dicens: Vos autem miniſtrate q. d. non præſidete, non imperate,

Qualis ſit abſtinentia pp̄ bonū conſuetudinis.

Abſtinentia pp̄ bonum uirtutis

exponit illud 2. Pet. 1. Vos autē miniſtrate in fide.

ut domini, ſed miniſtrare, ut ſerui: exemplo illius, qui formam ſerui accepit: qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare: Matth. 20. & 2. ad Corinth. 6. In omnibus exhibeamus noſmetipſos &c. Primus gradus incipit a fide, & ultimus conſumatur in charitate. Primum ergo gradum virtutis, qui incipit a fundamento ponit dicens: In fide eſtra, ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Sed quia fides ſine operibus mortua eſt: Iacob. 2. ideo bene cōiungitur fidei rectitudo operis. vnde dicit: In fide veſtra virtutē. Sap. 8. Sobrietatem, & prudentiam docet: & iuſtitiam atq; virtutem. pſal. Deus Iſrael ipſe dabit virtutem, & fortitudinem &c. Sed quia non contingit rectē operari ſine diſcretione: ideo ponit tertium gradum. ſ. ſciētiam dicens: In virtute autem ſcientiam. vnde glo. interli. Quid: cui: quando: vel quomodo. Nā ſcientia eſt recta ratio, vel regula agendorum: prouer. 19. Vbi non eſt ſcientia animæ; ibi non eſt bonum. Sed quia ſub ſpecie diſcretionis ſolet blandiri voluptas: ideo ponit quartum gradum dicens: In ſcientia autem abſtinentiam, quæ eſt, quando ſpe vitæ æternæ à mundi delectabilibus, quæ occaſiones ſunt peccati, quis ſe abſtinet. Eccl. 1. Cor ſapiens, & intelligibile abſtinebit ſe a peccatis. & 1. ad Corinth. 9. Omnis, qui in agone contendit &c. Sed quid valet abſtinentia ſine patientiā? ideo ponit quintum gradum. ſ. patientiā dicens: In abſtinentia autem patientiam: quia ſicut Beda dicit: Abſtinentiam ſequitur patientia: ut quia voluptatibus mundi ſe abſtinet, aduerſa quoq; eius ſuſtineat. ad Hebr. 10. Patientia. n. vobis neceſſaria eſt &c. Sed quia patientia nutrit per pietatem; ideo ponit ſextum gradum dicēs: In patientia autem pietatem: quæ eſt reſpectu mali in proximo ſiue ad conſolandum ſiue ad corrigendum delinquētem. De qua 1. ad Thim. 4. Exerce te ad pietatem. exercitatio. n. corporalis ad modicū utilis eſt, pietas ad omnia valet. Sed quia prædicta omnia ſine amore nil valent: ideo ponit duos gradus virtutum formales: primo delectationem proximi. unde dicit: In pietate autē amorem fraternitatis. Baſilius: Qui fratrem diligit in tranquillitate eſt. Sed proximus non poteſt

diligi ſine Deo: ideo ponit octauum gradum. ſ. charitatem dicens: In amore autē fraternitatis charitatem. i. dilectionem Dei. 1. Ioh. 3. Qui nō diligit fratrē quem videt &c. Tertio principaliter recta ratio obſervat in abſtinentia bonum mentis; vnde ipſa facit abſtinere ſicut oportet. ſ. cum hilaritate mentis & cum rectitudine operis. Primò recta ratio facit abſtinere cum hilaritate mētis. quod patet per eius oppoſitum: quia cum abſtinentia non eſt ſecundum rectitudinem rationis, tunc ex abſtinentia proueniunt plura vitia: & præcipuē impatientiæ, & ſuperbiæ. vnde Grego. in paſtorali ſic dicit: Mentis abſtinentium plerumq; impatientia excutit à ſinu tranquillitatis. & ſubdit ibidem dicens: Cogitationes abſtinentium nonnunquā ſuperbiæ culpa tranſfigit, ſiue pro purgatione criminis, ſiue pro reuelatione myſterij cęleſtis, ſiue pro adimpletione præcepti, uel honeſtæ conſuetudinis: quæ tantum valet, ut patet, ſupra: ſiue pro amore diuinæ bonitatis. Patientia autem excludit vitia, & includit virtutes: ut patet auctoritate Petri ſupra immediate poſita. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 146. ar. 1. in ſol. 4. arg. Secunda recta ratio facit abſtinere cum rectitudine operis; vnde Aug. Abſtinentia ciborum ſola non ſufficit, niſi bona opera ei iungantur. Quarto principaliter recta ratio obſervat in abſtinentia bonum corporis. vnde Aug. dicit de fide ad Petrum: Abſtinentia ſanctorum eſt a cibo, & potu: non quia aliqua creatura Dei ſit mala, ſed pro ſola corporis caſtigatone: nam per abſtinentiam caſtigatur corpus contra illecebras luxuriæ, & gulæ: quia dum homo abſtinet magis redditur & efficitur fortis ad vincendas impugnationes gulæ, & luxuriæ: quæ tanto fortiores ſunt: quanto homo magis cedit eis. Hæc B. Thom. ibidem: ar. 2. in ſol. 2. arg. Quinto, & ultimo recta ratio obſervat in abſtinentia bonum finis: eo, q̃ ipſa facit abſtinere propter finem, quem oportet, ſcilicet non propter gloriam ſuam, ſed propter gloriam Dei: ut dicit Beatus Thomas ibidem articulo primo, in ſolutio. 4. argumen. in fine. Nam & abſtinentiam & quicquid eſt in poteſtate noſtra tenemur referre in Deum. propter quod dicit Apoſtolus primo ad Corinth. 10. Si

Qualis
ſit abſti-
nentia
pp bo-
nū mē-
tis.

Abſtinē-
tia pp
bonum
corpis.

Abſtinē-
tia pp
bonum
finis.

ut manducatis ſiue bibitis vel aliud qd
Exponi facitis, omnia in gloriā Dei facite. Quod
tur illud uerbum intelligitur uel exponitur quat-
r. ad co tuor modis ſ. negatiue: poſitiue uel affir-
rint. 10. matiue: reſpectiue: habitudine.

oīa in Primò modo intelligitur negatiue ſic,
gloriam Omnia in gloriā Dei facite. i. nihil cō-
Dei faci tra gloriā Dei facite, & ſiue ſit præce-
te. ptum ſiue conſilium eſt diſponens ad me-
ritum. Secundo intelligitur affirmatiue.
ſ. cum poſitione actus, ut ſit ſenſus: Om-
nia facite in gloriā Dei. i. omnia quę fa-
citis facite non contra gloriā Dei, &
tunc ſiue ſit præceptum ſiue conſiliū eſt
diſponens ad meritum. Tertiò modo in-
telligitur habitudine: Omnia quę faci-
tis, non actu ſed habitu vel aptitudine re-
ferre ad Deum, & facite propter Deum, &
eſt ſenſus q̄ quicquid facit homo eſſi nō
actu referat in Deum: tamen ſi interroga-
retur propter quid illud faceret: teneretur
vere reſpōdere, q̄ illud facit propter Deū:
& tunc habitu eſt præceptum, ſed actu eſt
conſilium. Quartò modo ſecūdum alios
intelligitur, & exponitur habitudine vel
reſpectiue, & uocatur habitudo uel reſpe-
ctus finis ad actum vel econuerſo actus
ad finem: ut ſit ſenſus. Omnia in gloriā
Dei facite: ut omnem actum bonum refe-
ramus ad eum ſemper. ſ. cum cōuertimur
omnino ſuper collationem actus ad fi-
nem ad quem quis rationabiliter omnem
actum bonum referre & ordinare debet;
& tunc eſt præceptum.

Quinto modo exponitur ſic; Cum. n.
dicitur; omnia in gloriā Dei facite, nō
intelligitur niſi de actibus ordinabilibus
in Deum, qualia ſunt bona & indiſſerētia
non autem de malis & venialibus quę
non ſunt ordinabilia in Deū. Vbi nota, q̄
duplex eſt debitum. ſ. debitum operis, &
debitum facientis. Ex debito operis ope-
ra iuſtitie ſeu opera ſpūalia debent refer-
ri in Deum: quod expreſſit ſaluator, & di-
xit Matth. 6. Attendite ne iuſtitiam veſtrā
faciatis coram hominibus &c. Ex debito
facientis debent referri alia opera, quo-
rum principium eſt liberum arbitrium:
& hoc cum conferimus actiones ad finē
principālē, quod inſinuauit ſaluator cū
dixit Matth. 6. Theſaurizate uobis theſau-
ros in cælo, & expoſuit theſaurum inten-
tionem cordis, cū ſubiungit: Vbi eſt the-

ſaurus tuus ibi eſt & cor tuum. Sed fortē
quæres: an ille, qui uult comedere ſolum Vell ee
propter ſuſtentionem & liberationem medere
naturę mereatur. Et uidetur, q̄ non: quia ſolū p.
ſuper illud ad Rom. 7. Non. n. quod uolo pter ſub
hoc ago: diſtinguitur triplex uelle. ſ. uelle ſtētatio.
gratię uelle naturę: uelle culpę. Velle co nem na
medere ſolum ad ſuſtentionem naturę turę an
eſt uelle naturę; Velle autem comedere merea-
propter uoluptatem, quę in cibo quæri- mur.
tur, eſt uelle culpę. Velle uero comedere
ad hoc, q̄ in Dei ſeruitio ſuſtenteretur eſt
uelle gratię. Sicut ergo uelle gratię eſt lau-
dabile, & uelle culpę uituperabile: ita uel-
le naturę eſt indiſſerens. Ex quo ſic pōt
argui: Si ratio uoluntatem naturę ſequi-
tur in abſtinendo, uel comedendo: non
merebitur nec demerebitur. Reſpondeo
& dico, q̄ ſi aliquis comedit propter libi-
dinem demeretur, ſimiliter ſi aliquis co-
medit ut in Dei ſeruitio ſuſtenteretur, mere-
tur. Si autem aliquis comedit propter ſu-
ſtentionem naturę tantum; non mere-
tur nec demeretur, quia hoc eſt naturale.
ſ. uelle ſuſtentare naturam. Sed ſi ratio
conſiderat actum comestionis, ut finem,
& obligationem quam debet Deo, tene-
tur ipſam actionem. ſ. comestionis; & fi-
nem & obligationem ordinare non ſolū
ad iſtum finem, ſed ad ſuſtentionem na-
turę propter Deum. Hęc Alex. 3. par. ſum-
mę. q. 38. ar. 8. de reſtitutione intentionis,
utrum omnes actiones teneamur referre
in Deum, in cor. q. & in ſol. argu. & infra
intentio. & infra. Ieiunium, de quatuor
fructibus ieiunij; cap. 5.

De Accidia.

SUMMARIVM.

- 1 Accidia triplex culpabilis. Viti-
perabilis, & Detestabilis.
- 2 Accidia quomodo declaretur.
- 3 Accidia qualiter excusetur.
- 4 Accidia qualiter aggrauetur.
- 5 Accidia quomodo superetur.
- 6 Accidia quare sit uitanda.
- 7 Accidia debetur pena æterna.

CAP.

CAP. I.



ACCIDIA. Circa accidiam considerata sunt tria, scilicet culpa, seu vitium, ruina, seu periculum, pœna seu supplicium. Primò accidia est

Accidia culpa seu vitium. Est autem accidia culpabilis, vituperabilis: vitabilis seu detestabilis. Primò accidia est culpabilis: quod dupliciter probò. scilicet ratione, & prohibitione.

Primò ratione sic: Sicut se habet delectatio ita etiam & tristitia: sed delectatio quæ est extra ordinem rationis sicut illa quæ est de eo quod est apparēs bonum, & uerè malum est delectatio mala, & culpabilis, ut patet infra Delectatio: ergo similiter tristitia quæ est de existenti, & vero bono, & apparente, & falso malo est mala, & culpabilis: uerbi gratia: cum bonum spirituale sit uerè bonum, tristitia, quæ est de bono spirituali est mala: sed accidia est quædam tristitia spiritualis boni, quale est bonum diuinum: ideo accidia est dupliciter mala, & secundum se,

Accidia & secundum effectum. Primò. n. accidia est mala secundum suam radicem eo, quod ex ingratitude & contemptu bonorum, & spiritualium, quæ quis habet à Deo tristitia causatur, de his. n. tristamur, quæ quasi mala vel uilia putamus: unde Cassianus in 10. li. de statutis monasteriorum sic ait; Accidia ex hoc prouenit, quod aliquis ingemiscit se fructum spirituales non habere, quia ex ingratitude, & contemptu bona, & spiritualia, quæ à Deo habet quasi mala uel uilia reputat: nam ad humilitatem spectat: ut homo proprios defectus considerans seipsum non extollat; sed, quod homo bona sibi diuinitus data contemnat, hoc spectat ad ingratitude, & contemptum, ex quibus spiritualis circa diuina ei redundat tristitia, & sic sequitur accidia: unde Damasc. sic ait: Accidia est quædam tristitia animum aggrauans, quæ. scilicet ita deprimit animum hominis, ut nihil ei agere libeat: unde accidia importat quoddam tedium & quendam torporem mentis bona spiritualia negligentis inchoare, & operari. Secundo, quod accidia sit peccatum probatur

ex prohibitione: Illud quod interdicitur in scriptura sacra est peccatum: sed accidia prohibetur: Eccl. 6 ubi sic dicitur: Subijce humerum tuum, & porta illam. id est spirituales sapientiam, & non accidieris in uinculis eius: ita quod quadrupliciter est probatum, quod accidia est peccatum. scilicet ratione, origine, operatione, & prohibitione, ut patet.

Secundò accidia est uituperabilis, quod tali ratione ostendo, Laus & uituperium sequuntur actum: ut dicitur primò ethi. sed tristitia de uero malo est laudabilis: & similiter lætitia uel delectatio de uero bono non est laudabilis, ergo per oppositum tristitia de uero bono. scilicet spirituali, qualis est tristitia accidiæ est uituperabilis. Tertiò accidia est vitabilis & detestabilis: quod tali ratione ostendo: Sicut persecutio boni est necessaria ad salutem, ita fuga, & detestatio mali: Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccatum: sed tristitia de bono spirituali qualis est tristitia accidiæ est peccatum, ut patet, supra: ergo ipsa est fugienda, & odienda. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 35. art. 1. arg. contra, & in corp. quæst. & in sol. 3. & 4. argum. Quia accidia sit peccatum patet ex eo, quod contrariatur tribus, quibus peccatum contrariatur.

Accidia est uituperabilis.

Accidia est vitabilis.

CAP. II.

AD maiorem tamen euentiam capituli præcedentis circa accidiam nota quatuor, scilicet qualiter declaratur excusatur, aggrauatur, vitatur, vel superatur. Primò nota qualiter accidia declaratur: nam tristitia secundum se non nominat: nec dicit aliquid laudabile; uel uituperabile, sed tristitia de uero malo moderata quale malum est peccatum aliquid nominat laudabile: tristitia autem de bono, & iterum tristitia immoderata nominat aliquid uituperabile, & talis tristitia dicitur accidia: unde accidia secundum hoc est peccatum. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 35. art. 1. in sol. 1. arg. in fine. Secundo declaratur uel manifestatur accidia esse peccatum: tali exēplo, quō sit Deus. n. duobus modis adest menti. scilicet per præsentiam, & per gratiam. Non igitur accidia uel tristitia est de præsentia ipsius

Accidia quō sit pñm.

fius Dei in mente, eo q̄ Deus per suam
essentiam præsens menti nō compatitur
secum tristitiam aliquam, quia non ha-
bet amaritudinem neque tædium cōuer-
satio illius, ut dicitur Sap. 8. accidia autē
est tristitia de bono spirituali dirigente &
prodacente ad præsentiā Dei, cui mēs
debet inhærere de necessitate salutis, sed
ex ingratitude tale bonum spirituale
à Deo receptum quasi malum reputatur,
& sic contemnitur, & ex tali contemptu
accidia sequitur, Hæc B. Thom. in q. di-
spu. de malo de accidia, arti. 3. in solut. 3.
argum. Et secunda secundæ ubi sup. in
præcedenti.

³
Accidia
qualiter
excuset
à p̄ctō.

Secundo principaliter nota qualiter
accidia excusatur. s. à p̄ctō, & qualiter nō.
Si enim tristitia de uerbo bono præcedat
à ratione & à deliberata uoluntate, vel si
motus tristitiæ potest prohiberi à volun-
tate & non prohibetur, tunc habet ratio-
nem peccati. Hæc B. Tho. in q. dispu. de
malo, ubi supra articulo 1. in corpo. q. in
fine.

⁴
Accidia
secūdu
se ē pec-
catum
mort.

Tertio principaliter nota qualiter pec-
catum accidiæ aggrauatur: nā accidia se-
cundum genus suum est peccatum mor-
tale. Cuius ratio est, quia peccatum mor-
tale contrariatur specialiter tribus quibus
accidia contrariatur. s. charitati, legi Dei,
omni uirtuti. Prima ratio est talis. Pecca-
tum mortale contrariatur charitati, sed
accidia est huiusmodi, quod sic probo:
Qui tristatur de bono, de quo charitas
gaudet, contrariatur charitati & per con-
sequens peccat mortaliter: sed ita facit ac-
cidia uel accidiosus: quod sic patet. Nam
ad charitatē prinet specialiter illud gau-
dium, quo quis de bono diuino gaudet,
sed accidia est tristitia de bono. s. de bono
sp̄iali, quod est in actibus singularū virtu-
tum: ergo est peccatum mortale. Hāc rō-
nem ponit B. Tho. secunda secundæ. q.
35. arti. 2. in cor. q. in fi. Secunda ratio est
talis. Peccatum mortale contrariatur legi
seu p̄cepto Dei: sed accidia est huiusmo-
di: qđ patet: quia p̄ceptum Dei est de
sanctificatione Sabbathi, in quo secun-
dum, q̄ est p̄ceptum p̄cipitur quies
mentis, eo q̄ ipsa est tristitia de bono spi-
rituali quale est diuinū: ergo ipsa est pec-
catum mortale. Tertia ratio est: Peccatū
mortale est oī uirtuti cōtrarium, omnem

enim uirtutem. s. charitatem, patientiam
& spem, & huiusmodi extinguit, & totam
humanam uitam confundit: sed accidia
oīa hæc facit; ut dicit glosa super illo ver-
bo: Tristis est anima mea &c. ergo acci-
dia secundum genus suum est p̄ctm mor-
tale. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. ubi
sup. arti. 3. arg. contra, & in sol. 1. argu. &
iterum de q. dispu. de malo. de accidia. ar-
ti. 3. arg. contra, & in cor. q.

Vbi nota ad euidentiā prædictorum
q̄ tristitia aliquando nullū est peccatum
aliquando est ueniale, aliquando est pec-
catū mortale &c. Primò enim si aliquis
tristatur de hoc, q̄ aliquis coget eum uirtu-
tis opera aliqua adimplere: q̄ facere non
tenetur talis tristitia non peccatum acci-
diæ. Secundò si motus accidiæ est in sua
sensualitate ante rationis consensum p̄-
pter repugnantiam carnis ad spiritum,
tunc est peccatum ueniale, & hoc propter
imperfectionem actus: uerbi gratia, sicut
in genere adulterij concupiscentia, quæ
consistit in sola sensualitate, nō est p̄ctm
mortale, sed ueniale. sic accidia ut patet,
& hoc modo in uiris sanctis inueniuntur
aliqui imperfecti motus accidiæ. Hæc B.
Thom. in q. dispu. de malo: ubi supra in
sol. 1. argum. Tertio cum accidia pertin-
git usque ad rationis consensum, puta cū
aliquis consentit in fugam & horrorem,
& detestationem boni diuini, carne om-
nino contra spiritum præualente, uel
cum tristatur ex rationis consensu in
his, quæ propter Deum ei imminent fa-
cienda; tunc est peccatum mortale, sicut
& concupiscentia adulterij cum perueni-
tur ad consensum rationis est peccatum
mortale. Hæc Beat Thom. secunda secun-
dæ ubi supra art. 3, in solu. 2. & 3. argum.
Et hoc modo in uiris sanctis inueniuntur
aliqui imperfecti motus: ut Cassianus
dicit libro 9. de institutis cænobiorum,
qui tamen motus accidiæ, non pertin-
gunt usque ad rationis consensum, & iō
in uiris perfectis talis motus non est pec-
catum mortale.

Quartò, & ultimo nota qualiter acci-
dia uitatur uel superatur. Sicut enim pec-
catum semper est uitandum, ita impugna-
tio peccati. Duobus autem modis pec-
cati impugnatio est uincenda, quan-
doque fugiendo, quandoque resisten-

Qñ tri-
stitia sit
p̄ctm.

Quali-
ter acci-
dia su-
peretur,

Supere- do. Primò enim peccati impugnatio vin-
tur. cenda est fugiendo, scilicet quando con-
 tinua cogitatio peccati auget incētium
Tenta- peccati: sicut peccatum luxuriæ quod vin-
tio duo- citur fugiendo: unde dicitur. j. ad Corint.
bus mo- 6. Fugite fornicationem. Secundò pecca-
dis fran- ti impugnatio est vincenda resistendo,
gitur. scilicet quando perseverans cogitatio tol-
 lit incentium peccati uel peccandi. Si-
 cut enim incentium peccati provenit
 ex leui apprehensione, ita resistentia, vel
 victoria peccati provenit ex multa, & cō-
 tinua apprehensione, & hoc contingit in
 accidia. Cum enim volumus accidiam
 vincere & vitare, de spiritualibus cogite-
 mus, quia quanto magis de spiritualibus
 cogitamus, tanto nobis placencia reddun-
 tur & efficiuntur: ex quo cessat accidia,
 & sic uincitur, & superatur à nobis. Hæc
 B. Thom. 2. 2. q. ubi supra art. 1. in sol. 4.
 argum. per totum.

C A P. III.

SECUNDò principaliter circa accidiam
 considerare debemus eius ruinam
 seu periculum: nam multum cauere de-
 bemus, & vitare peccatum accidiæ; eo
 quòd ipsa est omnium peccatorum, &
 malorum occasio, quod dupliciter pro-
 bo, scilicet auctoritate, & exemplo. Pri-
 mò auctoritate Hieron. in quodam ser-
 mone sic dicentis, Ociositas uel accidia
 mater est omnium uiciorum, nouerca,
 & inimica omnium uirtutum, receptacu-
 lum omnium tentationum & sordium.
 Secundò exemplo hoc idem probo. Vi-
 demus enim, quòd aqua ex quiete cor-
 rumpitur, & marcescit, ferrum ex quiete
 rubiginem contrahit, porcus uel vitulus
 tractandus in quiete permittitur im-
 pinguandus. Specialiter autem accidia
 sex peccata producit & causat uelut filias
 eius, ut dicit B. Grego. 1. moral. scilicet
 malitiam, rancorem, pusillanimitatem,
 desperationem, torporem, mentis euaga-
 tionem. Primò accidia generat, uel cau-
 sat malitiam, quòd tali ratione probo.
 A malitia procedit, quòd aliquis bona
 spiritualia deliberata fastidiat, contem-
 nat, & detestetur, sed accidia propriè at-

tenditur in detestatione bonorum spiri-
 tualium ea tanquam nulla, uel uilia
 contemnendo: ergo &c. Greg. in Home.
 Accidia est languida deiectio hominis
 de uirtutum laudabili exercitio. Secun-
 dò accidia causat rancorem, scilicet in-
 dignationem mentis, inquantum acci-
 dia facit irasci, & indignari aliquem
 contra bonos, qui eum volunt inducere
 ad spiritualia bona, & cum nocumen-
 tum contra aliquem machinatur, si ip-
 sum inferre non potest interius tenet, &
 conseruat iram, indignationem, men-
 tis amaritudinem, quæ omnia importat
 rancor. Tertiò causat pusillanimita-
 tem inquantum facit animum modicum
 uel pusillum ad spiritualia facienda, quæ
 sunt ad finem, qualia sunt præcepta, &
 consilia, quæ quia accidiosus, & pusil-
 lanimus reputat quasi ardua nimis ad
 obseruandum, ideo uitat & fugit ea.

Quartò accidia causat desperationem,
 quantum ad bene operandum de pro-
 prijs uiribus de Dei miseratione, de præ-
 mii renunciatione facit diffidere, & ab
 ultimo fine discedere ad similitudinem
 infirmorum, qui sine spe, & sanitatis fi-
 ducia moriuntur. Req. infra Desperatio.
 4. capitulo. Quintò accidia causat torpo-
 rem, idest frigus, pigritiam, & stupo-
 rem ad bona spiritualia præcepta in-
 choanda, & proseguenda: unde Ber. in
 epistolis sic ait, Accidia est torpor ani-
 mi quo quis spiritualia bona negligit
 inchoare, aut fastidit perficere. Et
 Tullius in de Tusculanis quæstionibus
 sic ait, Accidia est pigritia & inertia, &
 fatigatio animi, qua quis bonum inchoa-
 tum consummare fastidit.

Sextò & ultimò accidia causat euaga-
 tionem mentis, quæ fit circa illicita,
 cum enim accidiosus à licitis, & spiri-
 tualibus abstinet quasi ea uilificans, &
 contemnens interiori gaudio destitutus,
 tunc in rebus exterioribus, & illicitis
 consolationem quærit, in eis quietem
 habere uolens: unde Grego. Accidiosus
 non habens in se: unde lætetur quærit
 foris sicut illi, qui non possunt gaudere
 spiritualibus delectationibus ad corpora-
 les se transferunt secundum philosophū Ad eua-
 8. ethi. Ad euagationem autem mentis gationē
 pertinent hic octo, scilicet ociositas, mentis.
 som.

Accidia
 est occa-
 sio om-
 niū ma-
 loriū.

Accidia
 qualia
 peccata
 produ-
 cit.

quæ o-
riantur. somnolentia, importunitas mentis: inquietatio, torpor, instabilitas, uerbositas, curiositas, quæ Isid. in li. de sum. bo. ex accidia oriri dicit. Prima enim duo, scilicet ociositas & somnolentia reducuntur ad torporem, circa præcepta circa quæ aliquis ociosus ea prætermittens, & somnolentus ea negligenter implens. Alia quinque prædicta pertinent ad euagationem mentis circa illicita, quod de singulis patet. Nam importunitas inētis refidet in ipsa arce mentis uolentis importunè se diffundere ad diuersa. Curiositas autem pertinet ad cognitionem. Verbositas uerò pertinet ad locutionem. Inquietudo autem corporis attenditur quātum ad corpus in eodem loco non manens, quando, scilicet aliquis per inordinatos motus membrorum vagacitatem indicat mentis. Instabilitas autem dicitur secundum notabilitatem propositi. Hec. B. Tho. secunda secundæ. q. 35. arti. 4. arg. contra. & in cor. q. & in solu. argu. & iterum in quætionibus disputatis de malo.

CAP. IIII.

4 CIRCA accidiam, tertio, & ultimo principaliter consideranda est pœna seu supplicium: nam tristitiæ mentis de bono spirituali, seu diuino ex rationis consensu qualis propria est accidia debetur pœna æterna. quod probo triplici ratione, scilicet ratione dispositionis, maledictionis, & offensionis.

Accidiæ debetur pœna æterna. Primò probo hoc ratione dispositionis sic. Sicut enim infirmus habens infectum gustum, cibum salubrem fastidians quādo sibi offertur dolens, & oblatum sibi contemnens & respuens, mortis pœnam incurrit, sic accidiosus, qui ex mala dispositione cordis, scilicet ex uitio ingratitude ex consensu rationis bonum spirituale & diuinum sibi necessarium ad salutem non quærit, nec operatur secundum illud, immo potius in tædio habet, fastidit, contemnit, & spernit. & ideo pœnam mortis æternæ incurrit. Hec Bea. Thom. in q. dispu. de malo, de accidia, articu. 2. in cor. q. circa finem.

Secundò accidiosus mæretur pœnam

æternam ratione maledictionis sic. Sicut enim ex benedictione Dei mæretur quis & consequitur infallibiliter uitam æternam, nec oppositum est possibile, ita ex maledictione Dei meretur & incurrit pœnam æternam. sed accidiosus est maledictus à Deo, quod patet per similitudinem ficulneæ infructuosæ: Matth. uigessimo primo, ubi dicitur; Videns Iesus ficulneam habentem folia sine fructu maledixit ei, & statim aruit. Mortaliter ficulnea sine fructu cum folijs est accidiosus: qui folijs eloquiorum exuberat, fructu uero bonorum operum caret. Vel aliter secundum Bea. August. de uerbis domini: Ficulnea est genus humanum. primi enim parentes postquā peccauerunt confueuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, ut uelarent pudenda sua ad designandum, q̄ quædam pudenda, idest peccata folijs, idest uerbis occultant. In psal. dicitur contrarium. Non declines cor meum in uerba miliciæ ad excusandas excusationes in peccatis. Sed quia ante faciem districti iudicis uerba non proderunt, subiungit: Maledixit, & statim aruit. Beda. Arescit, quia uitam perdit in cælis, & patriam in terris. & quia subdit: A radicibus, ad ostendendum, q̄ prius maledictionis sententiam non solum lingua arescēt, quia nil boni poterit loqui, & manus similiter arescent, quia nil boni poterint operari. sed etiam radix, idest cor arescēt, quia nil boni poterit cogitare. Tertiò accidiosus mæretur pœnam æternam ratione offensionis sic: Peccato mortali debetur pœna æterna. sed accidia est peccatum mortale eo modo, quo dictum est, scilicet cap. præcedenti, ergo &c. unde apostolus 2. ad Corinth. 7. Tristitia seculi mortem operatur; tristitia autem quæ secundum Deum est, penitentiam in salutem stabilem operatur.

Vbi nota q̄ sicut homines multa operantur propter delectationem duobus modis, scilicet uel ut ipsam delectationē consequantur, uel ut ex delectationis impetu ad aliquid agendum prompti efficiantur, & ita & propter tristitiam homines dupliciter multa operantur, uel ut ipsam tristitiam euitent, uel ut ex tristitiæ pondere in aliqua agenda prorumpant

pant. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ. quæst. 35. articu. 4. in cor. quæst. in princip. Dicit ergo apostolus, Tristitia quæ secundum Deum est. Expositor: Tristitia quæ secundum Deum, idest tristitia de peccato prout est contra reuerentiam & offensam Dei operatur penitentiã idest punitionem de peccatis. & talem penitentiam in salutem stabilem operatur, quod neque ex paupertate, neque ab infirmitate, nec ab aduersitate videlicet nec à morte impediri potest, quin talis penitentia operetur salutem: sed tristitia sæculi, idest de amissione temporalium, vel cōsanguineorum non propter Deum, sed propter amatum operatur mortem æternam, ergo &c. Hanc auctoritatem Apostoli allegat Be. Tho. secunda secundæ ubi supra articu. 3. argumen. contra & in cor. q. ubi potest concludi ex verbis eius quæ sit tristitia sæculi. Re. supra c. 2. quomodo accidia aggrauatur 3. diuisione. Ad cuius euidenciam nota duo. Primum est quod vnum & idem opus potest dupliciter considerari, scilicet ex se: & ex fine. Primò. n.

Vnum
& idem
opus po-
test esse
contris-
tabile,
& meri-
torium.

vnum & idem opus inquantum est de se potest esse contristabile, & sic non est meritorium, & tamen prout ordinatur ad finem putà ad Deum est delectabile & meritorium, ut verbigratia, sicut ieiunium, & martirium secundum se sunt tristabilia, inquantum vero ordinantur ad honorem Dei sunt delectabilia, & meritoria vite æternæ. Secundum est quod tristitia de malo exteriori & non de bono interiori scilicet mentis, neque accidia est neque demeritoria. quod duobus exemplis probò. Primò exemplo martirum, qui dolebant exterius in carne de passione, & tamen gaudebant interiorius in mente & propterea merebantur vitam æternam. Secundò hoc idem probò exemplo subditorum. licet. n. aliquis subditus implens prælati sui obedientiam, & præceptum de aliquo laborioso & afflictivo opere, exterius tristeretur, & anxietur, non tamen de bono interiori tristatur, immo quanto opus exterius magis est laboriosum, & afflictivum, tanto magis efficitur meritorium, quanto magis interioris boni iucunditas obseruatur. Hæc Be. Thom. in q. dispu. de malo ubi supra articu. 1. in solu. 4. argum.

Accusatio.

S V M M A R I V M.

- 1 Accusare quando quis teneatur.
- 2 Accusatio, ut recte fiat tria requirit.
- 3 Accusatio fieri debet per scripturam.
- 4 Accusatio quando irritetur.
- 5 Accusatio deficiens in probatione qualiter puniatur.
- 6 In accusatione tria requiruntur, persona, modus, & tempus.
- 7 Accusator quas condiciones habere debeat.
- 8 Ab accusatione qui arceantur.
- 9 In accusatione requiritur præsentia accusatoris, & accusati.
- 10 Crimen debet esse euident in accusatione.
- 11 Accusatus si tria præcesserint, peccat mortaliter veritatem negando.
- 12 Accusato licet non licet appellare.
- 13 Condemnato ad mortem non licet se defendere.

C A P.

I.



ACCUSATIO.

Circa accusationem, vel accusabilitatem, vel accusatorem quatuor sunt notanda, scilicet qualiter obligatur, roboratur, irritatur, puniatur. vel nota accusatoris obligationem, roboracionem, irritationem, vel reprobationem, & pu-

Triplex & punitionem. Primò circa accusationē
procel- consideranda est obligatio. sequaliter ac-
sus iudi cusator obligetur, uel teneatur ad alium
cij ī pec accusandum. Vbi nota. q̄ triplex est pro-
catis co cessus iudicij in excessibus corrigendis,
rigen-- scilicet, per inquisitionem, per denunci-
dis in- ciationem, per accusationem, qui processus
quisitio in ueteri, & noua lege exprimitur, & acci-
nis. pitur. Primò. n. processus inquisitionis
 accipitur ex lege uel ex testamēto ueteri:

Denun-
ciatiois

Accusa-
tionis.

Quæ
differē-
tia sit in
ter illos

Gen. 18. ubi dicit dominus Clamor Sodo-
 morum, & Gomorreorum multiplicatus
 est, descendam, & uidebo utrum clamorē
 qui uenit ad me opere compleuerunt. Ex
 quibus uerbis habetur, q̄ excessus tam
 subditi, quam praelati antequam corrigan-
 tur uel puniatur, debet coram ecclesiæ
 rectoribus ueritas diligentius perscruta-
 ri. Et similiter iste processus ex lege noua
 accipitur: Lucæ. 16. ubi dicitur de vil-
 lico, q̄ diffamatus est apud dominū suū
 quasi dissipasset bona ipsius, cui dixit do-
 minus: Redde rationē villicationis tuę.
 ex quibus uerbis &c. ut supra. Secundò
 processus denūciationis accipitur ex lege
 ueteri. Leui. 5. Anima quæ peccauerit.
 Req. infra. Ex lege noua accipitur. Matt.
 18. ubi dicitur: Si peccauerit in te frater
 tuus &c. Ex quibus uerbis habetur ut Au-
 gustinus dicit, q̄ denunciatio primò de-
 bet fieri ei, qui potest prodesse, & non
 obesse, cum. s. est tale crimen de quo pōt
 esse testis. Tertiò processus accusationis
 accipitur ex lege. s. Deuter. 25. ubi dicitur.
 Si causa fuerit inter aliquos, & interpel-
 lauerint iudices quē iustum esse prospe-
 xerint, illi iustitiæ palmam dabūt, quem
 prospexerint esse iniustum, ipsum cōdē-
 nabunt. Et similiter iste processus ex le-
 ge noua accipitur. Iohan. 8. de muliere in
 adulterio deprehensa, quam accusatores
 Pharisei adduxerunt ante Iesum quasi
 reā. Est autē differentia inter hæc tria. Sin-
 ter inquisitionem, denūciationem, accu-
 sationem, eo q̄ inquisitio fit pp cognitio-
 nem ueritatis, denūciatio fit propter
 emendationem, uel propter correctionem
 fratris. & iō in denūciatione attenditur
 affectus charitatis. Accusatio uero non
 fit propter punitionem tantum, uel pro-
 pter pænę illationem tantum, eo q̄ pænæ
 præsentis uitæ nō per se experuntur, quia
 non est hic vltimū retributionis tempus,

sed inquantum pænæ sunt medicinales, &
 conferentes: & ideo accusatio fit quatuor
 rationib. s. propter emendationem perso-
 næ peccantis, propter punitionem crimi-
 nis, propter quietationem charitatis, pro-
 pter conseruationem boni communis.
 Et ideo si crimen sit tale, siue corporale
 fuerit, siue spirituale, q̄ verget in pericu-
 lum rei publicæ, ciuitatis, uel huiusmodi,
 dummodo sufficienter possit probari, qđ
 pertinet ad officium accusatoris, accusa-
 re tenetur. Ita dicitur Leui. 5. Si peccaue-
 rit anima, & audierit uocem iurantis te-
 stisque fuerit, quod aut ipse uidit, aut con-
 sciū est: nisi indicauerit, portabit ini-
 quitatem suam. Quæ uerba exponens glo-
 sa sic ait: Si peccauerit aīa: sed non cor-
 pus quod nō est subiectum peccati: uel
 anima. i. uoluntarie peccauerit: quia
 multum differt inter uolūtariē peccatē
 & nō uolūtariē. Aut ipse uidit. s. cum fa-
 cere quod iurat se non fecisse. Aut con-
 sciū fuerit. s. per bonorum reuelationē;
 nota de secreti non reueatione: infra Cō-
 fessio. Aut consciū fuerit: per euidentem
 coniecturam. Nisi iudicauerit: uel sacer-
 doti uel iudici uel alteri, qui præsūt. Porta-
 bit iniquitatem suam. s. tanquam ipse iu-
 rasset, & tanquam iniquitatem fecisset:
 unde Ambro. de officijs. li. 1. Qui non re-
 pellit à socio iniuriam tantum est in ui-
 tio quantum ille, qui fecit: unde ut accu-
 satio iuste fiat, tria sunt necessaria.

Primò ut in motiuo uel in animo sit
 dilectio: secundo in modo uel medio sit
 probatio: tertio ut in termino uel fine vl-
 timo sit emendatio correctio uel puni-
 tio. Primò enim dico, q̄ ad iustam accusa-
 tionem requiritur q̄ in accusantis moti-
 uo uel animo sit charitas erga fratrem,
 & dilectio, ut scilicet accusator non pro-
 pter odium uel vindictam fratrem accu-
 set, set potius moueatur ad accusandum
 ex charitate quam habet ad eum. Et ta-
 les, qui sic accusant non se debent iudica-
 re maleuolos: sed beneuolos, ut dicit Aug.
 in regula: Non vos iudicetis esse maleuo-
 los quando hæc iudicatis &c. Secūdo ut
 iusta sit accusatio in modo accusandi de-
 bet esse probatio, ut scilicet si accusatus
 rem de qua accusator negat, accusatio-
 nem probet testes. Nā accusatio ad hoc
 est instituta, ne aliquis sustineatur quasi

innocens, qui culpam habet. *Isid. in lib. sermonum* : Nullum iudices suspicionis arbitrio, prius proba & sic iudica, non enim qui accusatur: sed qui vincitur reus est. Tertiò, ut iusta sit accusatio, in termino. s. in fine, ultimo debet esse emendatio uel punitio, ut patet supra ubi dicitur, q. accusatio fit propter quatuor rationes, ita q. accusator in accusatione alterius ut sit iusta tria debet attendere, primò fraternitatis dilectionem, secundò probationis vigorem, tertiò criminis correctionem uel punitioem, ut supra. Hæc B. Thom. secunda secunda. q. 57. artic. 1. argu. contra, & in corp. q. Et Alexand. 3. parte sum. de triplici processu iudicij ar. 1. in corp. b.

C A P.

II.

Secundo principaliter circa accusationem considerare debemus roborationem, scilicet qualiter accusatio roboratur: debet. n. scriptura accusatio roborari. Ita dicitur. 2. q. 8. Accusatorum personæ nunquam sine scripto recipiantur. Hoc autem fit propter tres rationes, scilicet propter iudicis examinantis, & sententiantis certificationem temporis fluentis dilationem uel præteritionem, accusatoris mutationem uel cauillationem. Primò. n. dico, q. accusatio debet roborari scriptura, uel scripto propter iudicis examinantis, & sententiantis certificationem; cum enim iudex sit medius inter accusantem & eum qui accusatur, & ad examen iustitiæ quantum possibile est certitudinaliter debeat procedere, & ut certitudinaliter examinet, & sententiet, oportet, q. accusatio redigatur in scriptis, sicut & alia quæ in iudicio aguntur. Secundò dico, q. accusatio debet roborari scriptura propter temporis fluentis mutationem, uel præteritionem, nam propter mutationem & fluxum temporis ea, quæ uerbotenus dicuntur, facile labuntur à memoria, & sic non posset iudici certum esse quid, & qualiter dictum sit, eo quòd frequenter ratio utriusque partis labitur à memoria, & ideo Iudex ut certam proferre sententiam possit, accusatio debet roborari,

& firmari scriptura, quæ est conseruatiua memoriæ.

Tertiò dico, quòd accusatio debet roborari scriptura propter accusatoris mutationem, uel fraudem: nam frequenter contingit, quòd nec accusatus, nec accusator sunt constantes, uel firmi in dictis suis: & ideo ne iudex ab eis fallatur, debet accusatio roborari scriptura. Ad cuius euidentiam nota quatuor. Primum est, quòd licet accusatio in præsentia agatur, & post modicum debeat iudicis sententia promulgari, expedit tamen ad certitudinem iudicij, ut accusatio redigatur in scriptis, tum propter uarietatem uerborum, nam modicus uerborum defectus sensum uariat: tum propter multitudinem, & uarietatem auditorum, nam multi eadem uerba audientes si interrogentur non eo modo referrent ea. Secundum est, quòd cum accusatio sit delatio alicuius de crimine, in accusatione non semper est necessaria libelli conscriptio, sicut in leui crimine, & in notorio: sed in grauibz aut manifestis, sicut dicunt Goffredus, & Hostien. Tertium est, quòd nec accusatio uel libelli conscriptio potest uel debet fieri ab absente uel à denunciante, sed præsentem, & ab accusante.

Quartum est, quòd in accusatione necessaria est scriptura, & non in denuntiatione. Cuius ratio est, quia accusator obligat se ad probandum, unde punitur si probare nequiverit: denunciator non obligat se ad probandum, & ideo sufficit si aliquis uerbo denunciaret ecclesiæ, quæ ex officio suo procedet ad emendationem fratris. Hæc B. Thom. secunda secunda q. 68. artic. 2. argu. contra in corp. q. & in solu. argum.

C A P.

III.

Tertio principaliter circa accusationem considerare debemus irritationem, scilicet qualiter iniusta accusatio refutatur, iudicatur, & irritatur tribus modis, uel triplici ratione. Prima est cum accusator crimen falsum imponit. Secunda est cum accusator uerum crimen

In denuntiatione non est necessaria scriptura, & quare.

men abscondit. Tertia est cum accusator. animum ab accusatione deponit, ita, quod tria sunt per quae tanquam iniusta accusatio irritatur, scilicet calumnia, prauaricatio, & tergiversatio. De his tribus dicitur 2. quaestio. 3. Accusatoris temeritas tribus modis detegitur: aut enim calumniatur falsum crimen imponendo, aut prauaricatur verum abscondendo, aut tergiversatur totaliter ab accusatione cessando, vel desistendo. Primo quidem modo accusatio iniusta redditur, & ideo irritatur cum accusator falsum crimen imponit. Vbi nota, quod si accusator ex errore, scilicet ex ignorantia, vel incertitudine facti, vel ex leuitate animi, vel ex leuitate credendi falsum crimen imponit, calumniari non dicitur, cum his modis ad accusationem procedit, immo hoc temeritas est. Si vero ex certa malitia accusando vel in accusatione alterius falsum crimen imponit, talis calumniari dicitur: quod prohibetur Leui. 19. Non facies calumniam proximo tuo nec in occulto, nec in manifesto, scilicet iudicio. Secundo modo accusatio iniusta redditur, & irritatur cum accusator verum crimen abscondit. Non enim quicumque abscondit vera crimina prauaricatur, quia homo non tenetur ad omnia crimina detegenda, sed solum prauaricatur si fraudulenter abscondit ea, de quibus accusationem proponit, colludens: cum vero proprias probationes dissimulando, & falsas accusationes admittendo, nam prauaricator dicitur quasi varicator, quia aduersam partem adiuuat pro diti causa sua: quae prohibetur Ezechiel. 18. Proiicite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prauaricati estis. Tertio modo accusatio iniusta redditur, & irritatur cum accusator ab accusatione desistit. Cum enim accusator omnino animum accusandi deponit, & desistit ab hoc, quod inciperat tergiversari dicitur quasi tergum uertere uideretur, quod contingit duobus modis absque vitio, vel peccato. Vno modo si in ipso accusationis processu cognouerit falsum esse id de quo accusabat, & sic pari consensu seipsum absolvit accusator, & reus. Alio modo si princeps, ad quem pertinet cura communitatis boni accusato-

rem absoluit. Hae Beatus Thomas, secunda secundae, quaestio. 68. artic. 2. argu. contra, & in corpo. quaestio. & in solu. argumen.

C A P. IIIL.

QUARTO principaliter circa accusationem considerare debemus punitionem, scilicet qualiter accusator puniatur. Si enim accusator in accusatione defecerit ad poenam talionis tenetur: & hoc triplici ratione. Prima est, ut Papae voluntas, & auctoritas impleatur. secunda est, ut iustitiae aequalitas teneatur: tertia est, ut reipublicae utilitas conseruetur. Prima enim ratio quare accusator in probatione deficiens, ad poenam talionis tenetur est, ut papae voluntas, & auctoritas impleatur: vult enim, & mandat papa Hadrianus, quod qui non probauerit quod obiecit, poenam quam inferre voluit, patiatur. Secunda ratio est, ut iustitiae aequalitas teneatur vel constituatur: nam ad iudicem, qui est medius inter accusatorem, & accusatum pertinet, ut inter eos aequalitatem constituat, iustitiae autem aequalitas requirit, ut nocumentum quod quis alteri intendit facere, ipse illud patiatur, secundum illud Exo. 23. Oculum pro oculo, dentem pro dente &c. Vnde nota, quod talio est cum id patitur quisque quod fecit, scilicet beneficentiam, vel iniuriam: vnde duplex est ratio. Vna in bono, quam dicitur lex naturalis: Matth. septimo. Omnia quae vultis &c. Est etiam vna in malo, quam Moyses dicebat. Exo. 21. Oculum pro oculo, supple reddet, & haec lex erat in precepto seruare maxime si exigebatur ab eo: patienti vero iniuriam erat permissa, quia, scilicet pertinebat ei, ut vindictam expeteret. Si autem odio, & libidine hoc petebat peccabat mortaliter Leui. 19. Non quaeres ultionem &c. Requi. infra Vindicta. Tertia ratio principalis est, ut reipublicae utilitas conseruetur. Qui in accusationis probatione defecerit dupliciter peccat. Primo contra personam quam male accusat. Secundo contra rempublicam, quam suo malo

Quid sit talionis poena.

Peccat dupliciter accusator deficiens in accusatione.

Prima. Rō qua reddit accusatio iniusta.

Quando calūniā inferat accusata reo.

Secūda.

Tertia.

exemplo prout est in eo ad illud prouocat. Et ideo dupliciter puniri debet. Primo propter culpam quam commisit male, & indebitè accusando: & hoc est quod dicitur Deutero. 19. Cumque diligentissimè perscrutantes inuenerint cōtra fratrem suum testem dixisse mendacium, reddent ei, sicut fratri suo facere cogitauit: quod pertinet ad iniuriam personæ. Secundo debet talis puniri propter reipublicæ iniuriam, scilicet: quia suo malo exemplo quantū est in se prouocat alios ad similia faciendum: vnde ibidem subditur: Et auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. Ad cuius euidentiam nota tria. Primum est, quod si accusatus innocens fuerit, potest accusanti iniuriam suam remittere, maximè si non calumniosè accusauerit, sed ex animi leuitate. Iniuriam autē, quam talis accusator reipublicæ facit, princeps qui curam reipublicæ gerit non potest remittere. Secundum est, quod accusator qui in probatione defecerit duplicem meretur pœnam, scilicet pœnam talionis in recompensationem nocuenti, quod proximo inferre intentauit, & pœnam infamiæ, propter maliciam ex qua calumniosè aliquem alium accusauit. Tertium est; quod princeps qui reipublicæ curam gerit quandoq; quidem remittit tali accusatori pœnam, & non abolet infamiam, quandoque autem infamiam abolet: unde & papa potest huiusmodi infamiam abolere. Sed contra, Papa Gelasius dicit oppositum: Quamquam animas per penitentiam saluare possumus, infamiam tamē abolere non possumus. Respondeo, & dico, quod verbum Gelasij dicētis, quod infamiam abolere possumus, debet intelligi tribus modis, scilicet, uel de infamia facti, uel quia infamiam aliquando abolere non expedit, uel de infamia irrogata per civilem iudicem, sicut Hadrianus dicit. Hæc Beatus Thomas, secunda secundæ, quæstio. 68, artic. 4. argum. contra, & in corp. q. & in sol. argum.

CAP

Circa accusationem ad maiorem euidentiam prædictorum consideranda sunt tria, scilicet actus cui liceat, modus qui conueniat, tempus quod expediat, vel aliter, perfectio superioritatis, conditio necessitatis, obseruatio, uel attentio temporis. Primo ad accusationem requiritur perfectio superioritatis, s. vt accusans sit in fide vitæ bonitate, & auctoritate, vel dignitate superior accusato: propter quod infidele fidelem, malus bonus, & subditus prælatum suum accusare non potest. Vbi nota duas distinctiones. Prima est, quod quidam accusatores sunt noti, quidam ignoti. Ignoti prohibentur accusare prælatos: noti permittuntur cum distinctione sequenti. Secunda distinctio est, quod accusatio quæ sit, aut procedit ex affectu malignitatis, & a malis, & criminosis, aut procedit ex affectu charitatis, & a bonis. Primo enim subditi, qui non ex affectu charitatis, sed prauitatis, & malignitatis, & velut criminosi vitam prælatorum diffamare, & reprehendere quærunt, prohibentur accusare prælatos suos: vnde in Sardinensi concilio. 2. causa. quæst. 7. sic ait; Calixtus Papa: Hi qui non sunt recte fidei, & conuersationis, & quorum uita est accusabilis, & quorum fides, & vita, & libertas nescitur, neque uiles personas in eorum recipiamus accusationem. Quod per quatuor exempla probatur. Primo exemplo Cham: vnde Clemens papa secunda. q. 7. sic ait. Qualis damnatio eis immineat, qui in patres peccant diuina scriptura ostendit. Si enim Cham, qui non operuit pudenda patris maledictus est Gen. 9. multo ampliori dānatione digni sunt, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt. Secundo probatur exemplo ouium siue pastorum: unde canon Pij. 6. quæst. 1. sic ait: Oues pastorem suum non repræhendant: plebs magistrum suum non accuset: sed nec vulgus eum arguet, quia non est discipulus super magistrum. Matthæ. 10. Tertio probatur hoc idem exemplo Mariæ sororis Aaron, legitur enim Numc. 12. q. Maria soror

Ad accusationem requiritur superioritas.

Quoniam subditi possunt accusare suos prælatos.

foror Aaron, quæ post transitum maris rubri hymnum cantare meruit, postea accusans Moysen, eo, quod Ethiopissam duxit uxorem lepra percussa est. Quartò probatur hoc idem exemplo David qui percussit cor suum, eo, quod præcidit oram chlamydis Saul. Ex quibus videtur, quod subditi prælatos suos non possunt accusare, licet etiam boni sint, & prælati mali. Hoc probatur, quia Beatus Thelesphorus papa 6. ca. q. 1. sic ait: Dei ordinationem accusat, qui eos, qui ab eo constituuntur accusat sacerdotes. Secundo si subditi sunt idonei, scilicet quod ex affectu charitatis, & ut boni accusent, talibus subditis licet ex charitate accusare prælatos suos. Quod ad præsens tripliciter probo. Primo ratione sic, quia sicut laudabile, & discretum est reuerentiam, & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis Dei, & timoris est, si qui in eis indigent correctione nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus morbus inuadat, si languor non fuerit curatus in capite. & est ratio Beati Grego. Secundo probo hoc idem canone: nam Beatus Gelasius papa 2. c. quæst. 7. scribens quibusdam subditis, ita dicit: Si quid in ecclesia damni pontificem vestrum uideritis admittere, mox auribus nostris relatione significate, ut quid fieri debeat censeamus. Tertio probo hoc idem auctoritate Gregor. quæ in eodem libro approbatur, quod quidam episcopus inter alia mala corporali crimine lapsus a suis clericis accusatus atque conuictus, ab episcopali dignitate depositus est. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ, sub quodam compendio tangit: quæstio. 68. articu. 3. in solu. 1. articu. Et Alexand. prolixè ponit. quæstio. 28. artic. 2. utrum subditi possint accusare prælatos suos.

CAP.

VL

Secundo ad legitimam accusationem requiritur modus, qui conueniat, seu conditio necessitatis. Ad hoc enim, quod sit legitimus accusatur in se quatuor debet habere, scilicet iudicium discretionis, zelum correctionis, verbum verita-

tis, gradum vel statum bonitatis. Primo enim legitimus accusator habere debet iudicium discretionis, eo, quod terribiliter dicitur Matth. 7. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Et ideo secundum leges ab accusatione repellitur mulier & etiam paruulus propter defectum discretionis, nisi in quibusdam casibus. Requi. infra. Testimonium. Secundo legitimus accusator debet habere zelum correctionis, vel charitatis, quem respicit illa prohibitio Leui. 19. Non oderis fratrem in corde tuo, sed publicè argue eum. Sed inde etiam est, quod propter suspicionem corruptionis quatuor genera hominum excluduntur ab accusatione, scilicet inimici propter suspicionem mali odij, amici aduersarij propter suspicionem mali amoris, serui propter suspicionem timoris, secundum legem canonizatam. 2. ca. quæst. 1. Cupidi turpis quæstus causa, ut qui propter pecuniam accusant aliquem, sicut dicitur in eodem. Nam sicut dicit Beatus Gregor. quatuor modis iudicium humanum peruertitur, scilicet timore, dum metu potestatis aliquem pertimescimus: cupiditate, dum præmio alicuius animum corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur: amore, dum amico, vel propinquo contendimus auxilium præstare. Tertio legitimus accusator debet habere uerbum ueritatis: unde legitur Leui. 19. Non facias calumnias proximo &c. nam calumnia est falsi criminis impositio. Et inde est, quod propter crimen falsitatis excluduntur ab accusatione infideles, & detractores. Infideles propter peruersionem ueritatis circa diuinam: unde canon Pij Papæ 3. causa quæst. 4. sic ait: Reprobati oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Detractores, excluduntur propter peruersionem ueritatis circa humanam famam: unde B. Zepherinus 3. causa. q. 4. Detractores, qui diuina auctoritate eradicandi sunt, submouemus ab accusatione, & testimonio. Quarto accusator legitimus debet habere gradum, uel statum bonitatis, scilicet innocentiam eius de quo accusat, ne replicetur contra eum illud apostoli ad Rom. 2. Qui dicis non mechardum mecharris.

Qua ratione ab accusatione tria homi-
num

Accusa-
tor dēt
esse dis-
cretus.

Verax.

Et bo-
nus.

Tria ho-
minum
gna ex-
cludunt
ab accu-
satione.

num genera excluduntur. f. infames, con-
spiratores anathematizati. Infames pro-
pter infamiam bonitatis, tales enim sunt
criminosi: unde B. Eusebius papa 3. cau-
sa, q. 5. sic dicit, Ad accusationem nulla-
tenus admittendi sunt, qui infames sunt
quia funesta est uox eorum. Conspirato-
res excluduntur 3. quest. 4. conspiratores.
Excommunicati excluduntur ab accu-
satione propter contemptum potestatis: un-
de B. Fabianus papa 3. causa. q. 4. sic ait,
Omnes quos sanctorum patrum statuta
anathematizauerint, ab accusatione om-
nium si scilicet amouemus. Nota tamen
secundum Iohan. papam 3. causa q. 4. q.
aliud est excommunicatio, aliud anathe-
matizatio, quia excommunicatio à fra-
terna societate separat, anathematizatio
uero a corpore Christi (quod est ecclesia)
rescindit. Hæc Alex. 3. parte sum, q. 23.
ar. 5. quas condiciones debeat habere le-
gitimus accusator per totum.

C A P. VII.

Circa accusationem, tertio, conser-
uanda est obseruatio temporis, uel
ordinis. f. de quo crimine, & quo ordine
quis debeat aliquem accusare. Ad hoc
enim, q. aliquis rationabiliter possit ali-
quem accusare duo specialiter debet at-
tendere. f. præsentiam utriusque partis, &
evidentiam criminis, ita, quod uterq; sit
præsens, & crimen sit patens uel evidens.
Primo enim ad accusationem requiri-
tur, q. uterq; sit præsens. f. accusans, & ac-
cusatus. Ita dicitur 2. q. 8. Per scripta nul-
lum absens accusare potest, nec ab aliquo
accusari. Et super illud Deutero. 1. Au-
dite illos, & qd iustum est iudicate: dicit
glo. interli. Nemo iudicandus, nisi prius
auditus. Tertio B. Felix. 3. causa. q. 9. sic
ait, Absente aduersario non audiatur ac-
cusator, nec absente alia parte sententia a
iudice data ullam obtinebit firmitatem.
Quarto Bea. Cornelius in eadem sic ait,
Omnia quæ aduersus absentem in omni
negotio, aut loco aguntur, aut iudican-
tur, omnino euacuentur, quia absentem
nulla lex damnat. Ratio autem quare
accusator non potest aliquem accusare,
nisi in eius pœnitentia est ista, quia ali-

ter est de denunciatione criminis, & ali-
ter de accusatione alicuius de crimine.
Nam denunciatio potest fieri absente par-
te, eo, quod denunciator non obligat se
ad probandum. Accusatio uero fieri non
potest, nisi præsentem accusato, eo, quod
accusator obligat se ad probandum: &
ideo si probare requisierit, & in proba-
tione defecerit, punitur, ut dicit B. Tho.
secunda secundæ. q. 68. ar. 2. in sol. 3. arg.
Ratio autem quare iudex non potest reū
absentem iudicare, uel damnare est, quia
iudex nullū potest sine conuictione dam-
nare. conuictio autem fit per rei euiden-
tiam, uel accusati confessionem, ideo eius
pœnitentia est necessaria, sine qua dam-
nari non potest: unde Aug. 2. q. 1. Nos in
quemquam sententiam ferre non posse-
mus nisi in conuictum, aut sponte con-
fessum. Et Zepherinus papa 3. causa. q.
9. sic ait: Absens nemo iudicetur, quia
& diuinæ & humanæ hoc prohibent le-
ges. Ad cuius evidentiam nota, q. absens
ex contumacia est, qui citatus contem-
nit comparere, & talis potest absens iudi-
care. unde Num. 26. habetur, q. Moyses
iudicauit Dathan, & Abiron absentes,
qui uocati a Moyse dixerunt non uenie-
mus, & ita mandatum Moyse contempse-
runt: unde absens propter contumaciam
iudicare potest. Hæc duo. f. publica infam-
ia, & rebellio uel contumacia tenent
locum accusatoris. Primo publica infam-
ia, Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui &c.
Secundo contumacia, eo, q. iudicem im-
pedit ne possit procedere ad sententiam
ferendam, ut dicit Beatus Thomas. 2. 2.
q. 67. artic. 3. in solu. 2. artic. Absens uero
ex impotentia, siue iusta causa qua prohi-
betur coram iudice comparere, non po-
test legitimè iudicari, ut per diuinas, &
humanas leges patet: supra. Hæc Alexan.
3. parte summæ quest. 26. art. 10. & 9. in
corp. questio. & ibidem infra quest. 26.
arti. 2. utrum absens reus potest iudicari
per totum.

Secundo principaliter ad legitimam
accusationem requiritur, ut crimen, de
quo quis alium accusat sit evidens. Nul-
lus enim de crimine quod solus nouit
& testibus probare non ualet, potest
alium accusare: quod tripliciter probō. f.
ratione, auctoritate, & similitudine.

Contu-
max q̄s
dicatur.

Primò ratione sic: Illud crimen, quod probari non potest, accusari non potest nec debet. Cuius ratio est, quia accusator deficiens in probatione, illud nocumentum, uel illam pœnam meretur pati, quam alij tētauit inferre, eo q̄ accusator ad pœnam talionis se obligat, ut patet supra cap. 4. qualiter accusator puniatur. Require ibidem, scilicet occulta probari non possunt ergo &c.

Vbi nota, q̄ aliter est in denūciatione, & aliter in accusatione, quia in denūciatione non est necessaria probatio eo, quòd in denūciatione non intenditur punitio peccantis, sed emendatio eius, & ideo nihil agitur contra eum: unde non est in denūciatione probatio necessaria, sed in accusatione intenditur punitio accusati: & ideo necessaria est probatio. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 76. art. 3. arg. 2. Secundò hoc idem proba auctoritate canonis, nam canon Euaristi Papæ, causa 2. q. 1. sic ait. Nullum ante iustitiam, & ueram probationem iudicare aut damnare debemus: quod tali ratione ostendo: Iudex punire non potest nisi ueniat ad notitiam eius non potest autē venire ad notitiā eius, nisi sufficienter probetur: cum ergo occulta probari non possint: ergo &c. Tertiò hoc idem proba similitudine uel exemplo de Iuda: unde super illud Matth. 26. Vnus ex uobis me traditurus est. Aug. sic ait: Bene dixit ex uobis, & non ex nobis: ex uobis est enim à quibus per iudiciariam potestatem confessus aut conuictus non est, ac si diceret: Etsi ego per occulti iudicij sententiam eum habeo damnatum, vos tñ adhuc per tolerantiam sustinete.

Quo de occultis sit iudicandum.

Ad cuius euidētiā de occultis, & manifestis datur talis distinctio, Quædam enim sunt manifesta iudici, & occulta uel incognita alijs. Quædam uero alia sunt manifesta alijs, & occulta iudici. Quædam uero alia nota sunt iudici, & alijs. In primò enim casu, scilicet, cum aliqua sunt occulta iudici, & nota, uel manifesta alijs non possunt à iudice iudicari, nisi prius probata & conuicta: unde canon Melchiadis Papæ sic ait: Primò super omnia diligenter inquire, neminem condemnare, ante uerum iustumque iudicium nullum iudice-

tis suspicionis arbitrio, sed primò probare, & postea charitatiuam proferte sententiam: & quod uobis non uultis fieri, alijs nolite facere: Thobia 4. In secundò autem casu, scilicet, cum quædam sunt nota iudici, & alijs occulta sine examinatione à iudice puniri non possunt, quia dum accusatoris persona sumitur, iudiciaria potestas amittitur, An iudex & in vna, & eadem causa nullus potest d x iudex esse accusator, & iudex. In tertio autem casu, scilicet, cum crimen sit notum, uel sit de se manifestum, & iudici, & alijs, puta cum bi mani aliquis crimen committit in cōspectu iudicis sub oculis multorum, scilicet, quòd interficit aliquem uidente iudice, & in cōspectu multorum, tunc distinguendum est dupliciter. Quia aut talis homicidij crimen committit coram iudice non sedente loco iudicis, & coram paucis duobus uel tribus, propter quos non dicitur factum uel crimen publicum, q̄a iudice absente non possum iudicari sine probatione. Si uero crimen homicidij commisit coram iudice sedente loco iudicis, tunc aut negat interfecisse eum quem in oculis iudicis & multorum interfecit: & in hoc casu in talem sine examinatione fieri potest punitio. Aut talis confitetur crimen, & tunc iudex talem per propriam confessionem conuictum potest punire. Secundò est distinguendum, quia duplex est confessio, scilicet; sermonis, & confessio facti. Confessio facti est ubi publicum factum est, & tunc ipsa euidētia operis reum esse testatur, quia opera publicum crimen confitetur: unde quamuis, neget uerbo sicut fecit Cain qui dixit: Nescio domine, tamen ipsa facti euidētia confitetur, sicut ibi dicitur: Vox sanguinis fratris tui ad Deum &c. Gene. 4. Hæc Alex. 3 parte summa. q. 26. articu. vtrum iudex possit sine accusatione alterius iudicare, in corp. q. & in sol. argum.

Duplex est confessio, Sermo- nis, & facti

Est tamen sciendum, q̄ dicitur aliquid Notò esse euidens uel notorium duobus modis. Est enim notorium iuris, & notoriū bus modis facti. Notorium iuris est illud de quo q̄s dis dici- canonicè damnatus est, sicut decretalis tur. dicit: Notorium iuris est de quo quis canonice condemnatur, uel ante notorium non differtur. Notorium uero facti dicitur.

tur dupliciter, uel facti præsumpti, uel facti manifesti. Notorium facti præsumpti est ut paternitas, filiatio, sicut dicit lex, quæ semper mater certa est etiam si uulgo concepit, pater uero est quem nuptiæ demonstrant. Notorium uero facti manifesti de quo fama publica suum præstet adminiculum, & ipsa rei euidencia protestatur, nec potest aliqua tergiversatione celari, sicut dicit decretalis. Quocunque istorum modorum crimen notorium sit potest iudex ex officio suo punire criminofum, quamuis coram eo non accusetur nec testibus conuincatur. Hæc Alex. 2. par. summa. q. 39. arg. contra, de probatione præsumptionum, utrum talis probatio sit in iudicio admittenda: in cor. sol. Req. infra præsumptio.

Quo casu iudex possit sine accusatore punire reum.

CAP. XIII.

Accusatus iuste. Nota, quod iuste accusato etiam condemnato ad mortem non licent tria, scilicet ueritatem negare, ad superiorem appellare, mortem subterfugere uel se defendere. Primum dico, quod iuste accusato non licet ueritatem negare. Cum autem iudex requirit ueritatem ab accusato secundum ordinem iuris, & hoc in tribus casibus, uel in tribus modis. Primus est quando de crimine publico præcessit infamia. Secundus quando apparuerunt de crimine certa, & uera indicia. Tertius est cum de crimine præcessit probatio semiplena, tunc in his tribus casibus tenetur accusatus ueritatem confiteri. Qui autem ueritatem tacet & falsitatem dicit mortaliter peccat: quod patet triplici ratione: prima est propter Dei gloriam quam non tribuit: secunda est, propter iudicis iustitiam, quam peruertit: tertia propter accusatoris penam uel iniuriam quam intendit. Primum enim in iudicio ueritatem tacens uel falsitatem dicens peccat mortaliter propter Dei gloriam quam non tribuit: & formo rationem sic: Qui Deo non dat gloriam & honorem peccat mortaliter, eo quod ex præcepto domini; omnes ad hoc obligamur: unde apostolus. 1. ad Corinth. 10. sic ait: Omnia quæcunque facitis in gloriam dei facite. Sed qui cum interrogatur a iudice secundum ordinem iuris in iudicio

confitetur peccatum suum, dat Deo gloriam. Ita dixit Iosue. 7. Filij confitete peccatum tuum & da gloriam Deo: ergo per oppositum qui peccatum celat uel excusat, uel negat, mortaliter peccat. Secundo in iudicio ueritatem non confitens, uel tacens, uel falsitatem dicens cum a iudice secundum ordinem iuris interrogatur, mortaliter peccat propter iudicis iustitiam quam impedit: & formo sic rationem: Qui non obedit suo superiori in quo obligatur, mortaliter peccat, sed iudex est superior respectu eius, qui accusatur uel iudicatur: ergo ei obedire tenetur: sed ueritatem tacens, & non confitens & falsitatem dicens, suo iudici non obedit, & eius iustitia impeditur: ergo mortaliter peccat. Propter quod dicebat Iob. 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem meam &c. Glo. si abscondi timore pænæ in iudicio interiori. sc. conscientie: uel timore pænæ in iudicio. sc. curie, & hoc uel indebite negando, uel excusando. Et subdit: Quasi homo: Super quo uerbo Gregor. sic ait, Usitatum generis humani uerbum est, & libenter peccatum committere, & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare, uel dicit: Quasi homo, sicut peccatum Adam accusare uoluit per mulierem, & mulier per serpentem: Gene. 3. Et subdit: Peccatum meum: quasi bona uult ubique prædicari, & mala regi. Et subdit, Et celauit in sinu meo iniquitatem meam. Gl. In sinu iniquitatem celare est latibuli conscientiam occultare, uel peccata in mente tanquam in sinu re-inere. Tertio in iudicio non confitens ueritatem, uel tacens & falsitatem dicens peccat mortaliter, propter accusatoris penam offensam uel iniuriam quam intendit: & formo sic rationem: Quicumque scienter est causa mali uel nocumenti alterius, peccat mortaliter: sed accusatus iuste negans ueritatem uel confitens falsitatem est causa damni uel nocumenti accusatoris, qui punitur, si in accusatione deficiat: ergo &c. propter quod dicebat psal. Non declines cor meum in uerba malitiæ. ad excusandas excusationes in peccatis. Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum nota hic quatuor. Primum est, quod

Accusa- re seip-
sum an
liceat.

accusare seipsum in foro exteriori nō li-
cet, quia tunc esset causa mortis suae. quā
Chrīstus prohibet dicens: Non tibi dico
ut te prodas in publicum, nec apud aliū
te accuses. Secundum autem. s. quādo ac-
cusatur ab alio, tenetur dicere veritatem
& talis, qui in iudicio accusatur & inter-
rogatur, cum veritatem confiteretur non
prodit seipsum, sed ab alio proditur, nec
occidit seipsum. Secundum est, q. aliud
est veritatem tacere, & aliud veritatem
negare, vel falsitatem confiteri. Primum
enim. s. veritatem tacere quandoque est
licitum, quia homo non tenetur semper
veritatem vel omnem veritatem dicere,
vel confiteri. In cuius exemplum habe-
tur Matth. 27. q. Chrīstus interrogatus à
Pilato non respondit ei verbum, ita ut
miraretur Pilatus, ubi communiter dī, q.
omne verbum non habet responsum. Se-
cundum autem. s. negare veritatem, & fal-
sitate dicere, vel confiteri in casibus su-
pradiēctis est peccatum mortale, ut patet
supra hoc eodem c. per tres rationes. Ter-
tium est, q. cum iudex non requirit veri-
tatem ab accusato secundum ordinem,
vel formā iuris, tunc accusatus, et respon-
dere non obligatur: sed potest subterfuge-
re, vel per appellationem, vel per modum
aliquem licitum. Si autem exigit verita-
tem s. m. formā, & ordinē iuris, tunc veri-
tatem confiteri teneatur, & contrarium
faciens veritatē occultando, & falsitatem
cōfitendo mortaliter peccat, ut patet sup.

Quādo
liceat ve-
ritatem
tacere.

Quā ac-
cusatus
non te-
neatur
respon-
dere.

Accusa-
to ī san-
guinis
cā nō li-
cet cor-
rumpere
adversa-
rium.

Quartum est, q. non licet reo accusato
in sanguinis causa corrumpere aduersa-
rium suum. Cuius ratio est hæc, quia nul-
li licet alium ad culpam inducere, ut ipse
evadat pēnā: & ideo si quis in causa san-
guinis corrumpat aduersarium suum pe-
cunia vel huiusmodi, peccat quidem in-
ducendo eum ad illicitum.

Sed fortē argues in oppositum, quia
s. m. iura civilia in causa sanguinis lici-
tum est cuilibet aduersarium corrumpere.
Respondeo duobus modis. primo, q. mul-
ta s. m. leges humanas impunita relin-
quuntur, quæ s. m. diuinum iudiciū sunt
peccata, ut patet in simplici fornicatio-
ne. Secundo dico, q. corrumpere aduersa-
rium etiam s. m. leges humanas pro tan-
to dicitur esse licitum, quia huic peccato
lex civilis non adhibet pēnam. Hæc

Beatus Thomas secunda secunda, q. 69.
art. 1. arg. contra, & in cor. quæst. & in sol.
argu. & ibidem arti. 2. in cor. q. & in solu.
1. argumen.

C A P.

IX.

Secundo dico, q. iuste accusato non li-
cet ad superiorem appellare: quod ta-
li ratione ostendo: Nulli licet se calum-
niosè defendere, vel alteri iniuriam face-
re, sed iuste accusatus cum se defendit cau-
sa moris afferendi, ne contra eum snia
proferatur alijs infert iniuriam, quod pa-
tet dupliciter. Primo enim talis offendit
iudicem, quem impedit, ne suum offi-
cium exequatur. Secundo talis offendit
accusantem quem impedit ne pro se sen-
tentiam exequatur: ergo iuste accusatus
non potest ad superiorem iuste appellare
uel licitè, tum quia facit iniuriam iudici
cuius officium impedit, tum quia facit
iniuriam illi accusanti, cuius iustitiam
subterfugit, ut patet. Et ideo dicitur 2. q.
6. Omnino puniendus est cuius iniusta
appellatio pronunciatur. Si uero sit quis
iniuste accusatus, & iniuste grauatus a iu-
dice, talis potest licitè a iudice appellare,
& hoc confidentia iustæ causæ, ut s. iuste
a superiori iudice iustitiam assequatur,
quæ sibi ab inferiori iudice denegatur in-
iuste quod dupliciter probo. s. ratione, &
auctoritate. Primo ratione sic: In tanto
debet quis subijci potestati, uel iudici in-
feriori in quantum ordinem superioris
conseruat, a quo si exorbitauerit, subijci
non oportet, sed potestati superioris: uer-
bi gratia: Si proconsul aliquid iusserit,
& aliud imperator, contempto mandato
inferioris, obediendum est mandato su-
perioris, ut dicit glo. super illo uerbo ad
Rom. 13. Qui resistunt, ipsi sibi damna-
tionem acquirunt: unde cum iudex in iu-
ste aliquem grauatur quantum ad hoc po-
testatis ordinem superioris relinquit: se-
cundum quem ordinem necessitas sibi iu-
ste iudicandi imponitur: & ideo licitum
est ei, qui contra iustitiam grauatur, ad
directionem superioris potestatis recur-
rere appellando, uel ante sententiam, uel
post. Secundo probo hoc idem auctori-
tate. Nam Paulus iniuste grauatus ad Cæsa-
rem appellauit, ut dicitur Actuum 25.

Hæc

Hæc B. Tho. secunda secundæ, q. 69. art. 3. arg. contra, & in cor. q. & in sol. 1. arg. & infra appellatio.

C A P.

X.

Tertio dico, q. iustè sententiato, vel condemnato ad mortem non licet se defendere, immò contrarium faciens mortaliter peccat: quod probō triplici ratione. Quia talis resistit Dei ordinationi, iudiciariæ potestati, publicæ utilitati. Prima ratio est talis: Quicumque Dei ordinationi resistit, & providentiam Dei offendit mortaliter peccat, & per consequens sibi æternam damnationem acquirit, ut dicit Apostolus ad Rom. 13, sed Dei providentia, & ordinatio est, q. inferiora per media, & media per superiora, vel suprema regantur unde 1. Pet. 2. c. Subiecti estote, &c. & sequitur ad vindictam malorum, laudem vero bonorū. Cum ergo iustè condemnatus ad mortem se defendit iudicio sententiæ, & per consequens ordinationi diuinæ resistit, ergo mortaliter peccat. Secunda ratio ad hoc idem probandum est talis. Qui resistit cui subijci, & obedire tenetur mortaliter peccat, sed quilibet tenetur subijci, & obedire iustitiæ iudicis tanquam sui superioris, ergo contrarium faciens, & se defendens a morte contra iustitiam iudicis mortaliter peccat. Quod autem talis teneatur obedire suo superiori probō auctoritate Apostoli ad Rom. 13. sic dicentis, Omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit. Et subdit causā dicens: Non enim est potestas nisi à Deo. Quæ verba exponens Haymo, sic dicit: Omnis anima. i. homo non coactè, sed spontè, & voluntariè seruiat potestatibus sublimioribus. s. secularibus bonis, & malis. Si enim bonus fuerit, qui tibi præest, nutritor tuus est: si vero malus fuerit tentator tuus est: ergo & nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approba. Et subdit Apostolus rationem huius subiectionis dicens: Non enim est potestas nisi à Deo: ubi Aug. sic ait: Aliud est voluntas, aliud potestas: voluntas autem nocendi non potest esse à Deo, sed ab hominis animo, potestas autem nocendi non potest esse nisi a Deo. Et subdit Aug.

causam quare potestas nocendi sit a Deo dicens: Iniustum autem non est, ut improbis accipientibus potestatem nocendi bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur: nam per potestatem datam diabolo Iob probatus est ut iustus appareret: Petrus tentatus est, ne de se præsumeret, Paulus colaphizatus est, ne extolleretur: Iudas reprobatus, & damnatus est, ut se suspenderet. Tertia ratio ad hoc idem probandum est talis: Qui communem utilitatem offendit propter bonum particulare mortaliter peccat sed iustè sententiatus, vel condemnatus ad mortem si se defendit, cōm utilitatem offendit, eo, q. ex liberatione, vel defensione mali viri iustè condemnati ad mortem, tota communitas læditur, & conturbatur, velut massa ex fermento, vestis ex verme, corpus ex membro putrido. Si verò aliquis iniustè condemnatur ad mortem, tunc in talibus casibus licitum est resistere malis principibus, sicut licet resistere Latronibus. Nam violentia malorum principum simile est violentiæ Latronū: unde Ezech. 22. Principes eius in medio eius quasi Lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem. Ad maiorem tamen evidentiam prædictorum nota hic tria. Primum est, q. licet natura ad resistendum inclinetur contrarijs corruptentibus cum potest non solum in hominibus, sed etiam in animalibus, & insensibilibus, tamen ratio homini est addita, ut ea, ad quæ naturam inclinat, non passim, sed s. rationis ordinem exequatur, & ideo non quilibet defensio sui est licita, sed quæ sit cum debito moderamine rationis. Secundum est, q. aliud est sibi inferre mortem quod nunquā in aliquo casu licet, ut patet infra. Homicidiū sui. Req. ibi. & aliud est ab alio pati mortem cum iustè iudicatur vel sententiatur ad mortem, & tunc tenetur: verbi gratia: Ponamus, q. aliquis iustè occidendus in carcere, vel alio loco sit reclusus, talis si fugit de loco illo non peccat, immo si potest tenetur fugere, & si manet & non fugit si potest, peccat mortaliter. Cuius ratio est, quia nullus debet facere illud: unde mors sequatur, & si facit mortaliter peccat: & ideo manere in loco unde ducatur ad mortem est facere illud, unde mors sequi

Accusatus, & i carcere cōstitu. quando liceat se defendere, vel fugere.

sequitur, ergo &c. tamen non tenetur resistere agenti, nec debet quin patiat, quod iustum est. Secundo probo hoc idē exemplo sic: Ponamus, q̄ aliquis sit condemnatus, ut famæ moriatur, talis non peccat ut cibum occultē sibi ministratum sumat, quia non sumere esset seipsum occidere, tamen resistere sibi iustē inferenti mortem non licet propter rationes p̄dictas. Tertium est, q̄ licet quilibet plus sibi quam alteri teneatur, tamen nec alteri nec sibi tenetur facere contra ordinem rationis, ut uerbi gratia. Licet. n. quilibet teneatur eripere alium condemnatū ad mortem iniustē, ut dicitur Proue. 24. Eue eos, qui ducuntur ad mortem &c. tamen nullus debet contra ordinem iustitiæ resistendo liberare alium iustē condemnatum ad mortem neque etiam seipsum. Hæc B. Thom. 2. 2. q. 69. articu. 4. argum. contra, & in corp. q. & in solu. 3. argum. ibidem.

Adoratio.

SUMMARIVM.

- 1 In adoratione consideratur primo actus debitus.
- 2 Quid sit adoratio.
- 3 Modus adorationis Varius est. Latriæ, Dulie, Hyperdulie, & quibus debeatur.
- 4 Vni debetur vna adoratio, & alia alteri.
- 5 Quare imagines in ecclesia pingantur.
- 6 Angelus an possit adorari latria.
- 7 Diabolus non potest adorari quando se transfigurat.
- 8 Non potest adorari Hostia non consecrata.
- 9 In exhibitione honoris quattuor consideranda sunt.
- 10 In adoratione modus Varius considerari debet.

II Qualis debet esse locus adorationis.

C A P.

I.



ADORATIO. Circa adorationem tria considerare debemus, scilicet actum debitum, modum varium, locum congruū.

Primò circa adorationem considerare debemus actum debitum. Nam inter omnia quæ aguntur exterius ad reuerentiam pertinentia adoratio est signum uel actus interioris reuerentiæ maximè ostensiuus, circa quem actum notantur tria. sc. origo suæ productionis, exhibitio honoris, ratio exhibitionis. Primò notanda est origo productionis. Nam iste actus, qui est adoratio, est actus fidei, charitatis, iustitiæ, latriæ, à quibus producit diuersimodè, quod sic patet. Primò enim adoratio est actus uirtutis fidei, ut ostendentes: nam fides ostendit cui principaliter adoratio sit exhibenda. Cuius ratio est, quia ipsa fides protestatur uerum Deum, & hoc facit, & exhibet adoratione. Secundò adoratio est actus charitatis, ut imperantis, afficientis, uel informantis: nam charitatis afficit ad Deum, cui est adoratio principaliter exhibenda. quod patet: quia charitas facit diligere Deū, ut optimum, & summum bonum, & per hoc imperat, & facit adorare Deum. Tertiò est actus iustitiæ, cuius est reddere debitum, sed adorare Deum est debitum, ergo est actus iustitiæ. Vbi nota, quod iustitia, vel reddit æquale vel possibile: modus ergo iustitiæ: quæ est filij ad patrem, & hominis ad Deum non requirit æqualitatem ut exhibeatur secundum dignitatem eius, cui exhibetur, quia hoc est impossibile, sed requirit possibilitatem reddentis; ut scilicet homo in recompensationem beneficij à solo Deo percepti reddat Deo honorem debitum prout potest, & hoc est Deum adorare, & Deo soli sacrificium offerre, quæ ad latriam pertinent, ut patet. Hæc Bea. Thom. 3. script. sent. dist. 9. de latria, art. 1. q. 2. in corp. q. & in solu. 3. argument. Quartò adoratio est actus

Adoratio est actus fidei.

Charitatis.

Iustitiæ.

Latriæ.

latriæ, ut exhibētis aliquid in recognitionem seruitutis, scilicet sacrificium, uel aliquod obsequium corporale. Nam latria includit seruitutem in ratione sui obiecti, & propter hoc per se inest ei ut à seruiendo nominatur. Ratio huius est, quia aliud est Deo seruire, & aliud exhibere aliquid in recognitionē seruitutis. primum est omnis virtutis commune, secundum autem proprium est latriæ inquantum adorās offert Deo sacrificium, uel aliquod obsequium corporale in recognitionem seruitutis. Hæc B. Thom. ubi supra. q. 1. & 2. in corp. q. & in solu. 2. argumenti.

Secundò circa actum adorationis notatur exhibitio honoris. Adoratio enim ordinatur, & fit in reuerentiam eius, qui honoratur, honor autem non debet creaturæ irrationali per se, neque parti, neque operi, sed toti per se existenti, & rationali, & similiter adoratio. Primò enim reuerentia adorationis non debetur creaturæ irrationali per se. Cuius ratio est, quia creatura irrationalis non est uenerationis capax secundum se. Secundò honor uel adoratio non debetur propriè parti secundum se: quod patet, quia non dicimus quod manus hominis adorentur: unde si quandoque dicitur manus, uel pes hominis adorari, non dicitur ea ratione, quod partes secundum se adorentur: sed quod istis partibus honoratur, & adoratur totum, per quem modum aliquis honorari potest in aliquo exteriori, puta in ueste vel imagine aut in nuntio. Tertiò reuerentia, uel honor adorationis, non debetur operationi, quia operatio non honoratur: sed est ratio, quia operans honoratur, & ideo quauis in Christo sint duæ operationes, scilicet diuinæ naturæ, & humanæ, non ostenditur per hoc, quod Christus duplici honore, uel adoratione sit adorandus: sed solum, quod sunt duæ adorationis causæ, scilicet operatio diuinæ naturæ, & operatio humanæ naturæ in Christo.

Quatuor ergo propriè debetur adoratio, & exhibetur toti rei subsistenti, & intellectum uel rationem habenti, ut infra patebit. Hæc Beatus Thom. 3. parte summarum, quæstione 25. articulo primo, in corp. q. in principio, & in solu. 3. arg.

Tertiò principaliter circa actum ado-

rationis nota rationē exhibitionis. Causa enim uel ratio adorationis est excellentia aliqua, quod sic patet: Honor semper debetur alicui propter superiorē excellentiam, sed adoratio est quædam reuerentia, quæ debetur alicui propter excellentiam, ergo excellentia est adorationis ratio, uel causa: unde nunquam superiora adorant inferiora, sed econuerso. Differt autem reuerentia ab honore, eo, quod reuerentia ex una parte est principium motiui ad honorandum, inquantum aliquis ex reuerentia quam habet ad aliquem honorat eum: ex alia uero parte reuerentia est finis honoris, inquantum quis aliquem ad iustum finem honorat, ut eum in reuerentia habeat. Hæc Beatus Tho. secunda secundæ quæstione 103. articulo primo, in solu. primi argumenti. Cum ergo excellentia sit causa adorationis, ut patet: ubi ergo est alia excellentia, eius qui adoratur, ibi debet esse alia reuerentia eius, qui adoratur, eo quod adoratio ordinatur in reuerentiam eius, qui adoratur, & quia alia est reuerentia Dei, & alia creaturæ Dei, ideo alius honor debetur Deo, alius creaturæ, & alia adoratione est adorandus Deus, & alia creatura: sicut in rebus humanis uidemus, quod alius honor debetur patri, alius sacerdoti, alius regi, sic est alius honor, qui debetur Deo, & alius est honor, qui debetur creaturæ.

Primò dico, quod est honor incommunicabilis qui soli Deo debetur, qualis est adoratio latriæ. Secundo est honor communicabilis creaturæ, & hoc duobus modis. Primò est honor communicabilis creaturæ communiter, qualis est adoratio latriæ. Secundo honor communicabilis creaturæ singulariter, & excellenter, & talis est adoratio hyperdulæ. Primò dico, quod est honor incommunicabilis, qui soli Deo debetur, & talis est honor, uel adoratio latriæ, quæ in hoc consistit, ut exhibeatur aliquid Deo in recognitionem seruitutis, sicut feudatarius Domino suo aliquid reddit in recognitionem Domini, & beneficii accepti: unde aliud est seruire Deo, & aliud est colere, & adorare Deum. Seruire Deo est actus omnis uirtutis. Colere uel adorare Deum non transit in Deum sicut in obiectum, quia hoc ad uirtutes theologicas spectat, sed transit in rem aliam, sicut

Causa Adorationis quod sit.

Differentia inter honorem & reuerentiam.

Quibus adhibetur adoratio.

Adora-
tio dulie
debetur
creaturæ

sicut obiectum: & in Deum sicut in finē: quod patet, quia colere, vel adorare Deū est aliquid exhibere Deo in protestatione seruitutis: vñ adoratio latriæ est honor soli Deo debitus triplici ratione, scilicet maiestatis, potestatis, felicitatis, secundum q̄ homo tripliciter dependet à solo Deo, scilicet ut à principio creante, ut à principio conseruante, ut à principio perficiente, & beatificante, solus enim Deus est creator, conseruator, beatificator, & iō sibi soli debetur hic honor, scilicet adoratio latriæ, cuius proprius actus est oblatio sacrificij, & est talis honor incommunicabilis creaturæ, quia sicut Dei naturalis substantia est incommunicabilis creaturæ, ita etiam prædicti actus, scilicet creare, conseruare, beatificare. Secundò dico, q̄ est honor communicabilis cōmuniter creaturæ, & talis est adoratio duliæ, quæ honorem debitum reddit homini ratione dominij sibi communicati à Deo, quod patet, quia ex eo, quòd Deus est dominus, facit creaturam potentem, ex eo quòd Deus est sapiens facit creaturam bonam, & sic debetur creaturæ adoratio duliæ ratione alicuius excellentiæ sibi communicatæ à Deo, tamen quia dominium alia ratione competit Deo, & alia homini, quia excellentia dominij, vel potestas, q̄ est in Deo, est in summo, quia Deus habet plenarium dominium, & idem respectu totius & cuiuslibet creaturæ, quæ totaliter diuinæ subijcitur potestati, potestas autem, quæ est in homine non est summa, immo ab illa, & sub illa, & ad illā secundum, quòd homo habet particularem potestatem participatam à Deo, super aliquem hominem, vel super aliquā creaturam, ideo debetur sibi dulia, q̄ est quædam seruitus, quæ debetur homini ratione particularis dominij. Et ideo dulia, quæ exhibet domino dominatī debitā seruitutem, est alia virtus à latria, quæ exhibet debitam seruitutem diuino domino: vnde sicut differt debitum uel honoris ratio secundum dominium Dei, & dominium hominis, ita differt honor ab honore, scilicet latria à dulia. Hæc B. Tho. secunda secundæ, q. 103. art. 3. in corp. q. Tertio dico, q̄ est honor creaturæ communicabilis excellenter, & talis est adoratio hyperduliæ: quæ creaturæ debetur

ex maxima vnione, vel affinitate ad Deū cui de-
beat
verbi gratia in duobus, scilicet in humanitate Christi, & Beata virgine Matre Dei. Primum exemplum est de humanitate Christi: nam humanitas Christi pōt dupliciter intelligi, & cōsiderari à nobis. Vno modo prout est cōiuncta diuinitati, & sic debetur ei adoratio latriæ, quia tūc nō adoratur ratione sui, sed ratione diuinitatis secundum quam Christus nō est minor patre, sed æqualis ei. Alio modo prout est separata à diuinitate, & prout est creatura tam pulchra, tam sancta, tã, perfecta & tunc debetur ei adoratio non latriæ, quæ soli creatori debetur, neque dulie, quæ communiter creaturis alijs exhibetur, sed quædā adoratio excellētiōr dulia, quam græci hyperduliam vocāt, Nam inter omnes alias rationes excellētię illa est p̄cipua, qua creatura honoratur rōne vnionis ad creatorem: sicut humanitas Christi, & ea quæ ad ipsam pertinent, & ideo talis adoratio, vel reuerentia, quæ humanitati Christi debetur speciali nomine hyperdulia nominatur, quasi superdulia, vel latriam accedens. Hæc Beat. Tho. 3. scri. sen. dist. 9. de dulia. artic. 1. in cor. q. in fine, & iterum in 3. parte sum. q. 25. arti. 2. in solu. 1. 2. & 3. arg. Secundum exemplum est in Beata Maria Virgine matr Dei. Nam adoratio, vel honor, qui debet, uel exhibetur Beatæ Virgini non est adoratio latriæ. Cuius ratio est, quia Beata virgo est creatura rationalis, adoratio autem latriæ debetur creatori, & non creaturis: vnde honor ille, qui debetur Beatæ Virgini est cuiusdam prærogatiue singularis, unde eminentius debetur sibi honor dulie cæteris creaturis, & hoc inquantum ipsa est mater Dei. Et ideo cū adoro matrem Dei, nō adoro ut causam mei conditricem, & sic non adoro eam adoratione latriæ, quæ conditori, vel creatori debetur, sed quia adoro eā; ut matrē Dei, honoro eam, ut matrem creatoris, & hoc propter ipsum creatorē, unde rō honoris B. Virginis est ipse honor creatoris & sic honor, qui debetur, & exhibetur B. Virgini est honor duliæ prærogatiue singularis, disponens ad latriam, & cuius ratio est latria. Hæc B. Thom. 3. parte sum. me. quæstion. 25. de adoratione, art. 5. in corp. q. Et Alex. 3. parte. sum. q. 18. art. 11. Panth. Pars. 1. C vtrum

Adora-
tio hy-
perduliæ

utrum homo adorandus sit latria in solu. 2. argum.

C A P.

III.

C A P.

II.



AD maiorem tamen evidentiam cap. præcedentis circa adorationem nota tria scilicet qualiter describitur, distinguitur, impenditur. Primò nota qualiter adoratio describitur, nam adoratio importat, uel dicit tria, primo affectus intentionem uel deuotionem: unde Rabanus super Gen. Adorare est ad Deum, qui solus adorandus est, tota mentis intentione tendere. Et super illo uerbo Psal. Adorate dominum in atrio sancto eius: gl. sic dicit: In atrio idest in dilatato, & sanctificato corde, ergo adoratio dicit actum interiorem mentis, uel actionem, uel deuotionem, uel intentionem mentis ad diuinum. Secundo adoratio dicit affectus attentionem, quando creatura rationalis totam se sollicitè donat Deo, ut suo principio, & causæ: & nominatur Theosebia. i. diuinus cultus, uel Eusebia. i. cultus bonus. Illud enim coli dicitur, cui studiosè intèditur, sicut ager uel animus uel quicquid aliud sit. Tertiò adoratio dicit exterioris actus exhibitionem, & sic dicitur seruitus, quia seruire est ex illa parte, ex qua est seruilis actus: unde adoratio secundum, quod est motus expressus, uel actus uenerationis in corpore, est in actu exteriori: & in hoc consistit adoratio latriæ, scilicet ut exhibeatur aliquid Deo, quod non omni uirtuti eius conuenit, ut est exhibere aliquid Deo ratione debiti, quod est principium adorationis, ut patet cap. præcedenti. Hæc Bea. Thom. 3. ser. senten. distinctione 9. articulo primo. q. 1. in corp. q. & in solu. 2. argum. Et Alex. 3. parte summæ quæst. 16. art. utrum adoratio dicat actum interiorem, uel exteriorem 3. quæst. in corp. q. Ex quibus verbis patet quomodo differunt adorare, colere, & seruire.

Differētia inter Adorare, colere, & seruire.

Secundo circa adorationem nota qualiter distinguitur. Nam triplex est adoratio, scilicet Latriæ, Dulix, Hyperdulix. Primò enim adoratio latriæ est quidam cultus uel honor qui soli Deo debetur, & hoc duplici ratione. Prima est ex recognitione impensi beneficii, quale est productio ad esse uel perfectio in esse. Secunda ratio est ex recognitione maximi dominij, quod in Deo est in supremo gradu respectu omnis creaturæ. Ex debito autem istorum duorum est adoratio latriæ, quæ non est communicabilis alicui creaturæ, sicut etiam nec Dei substantia uel natura. Sed contra: Adoratio latriæ debetur Deo propter eius beneficia, sed beneficia sunt finita, quia quicquid est productum, & communicatum creaturæ à Deo est finitum: ergo debet exhiberi Deo adoratio dulix, & nō latriæ. Respondeo, & dico, quod sicut in sole est duplex actio, scilicet qua agit, & hæc dicitur lucere, & quam agit, & hæc dicitur illuminare, sic in Deo duplex actio est, scilicet qua agit, & hæc est idem quod sua essentia, uel cum sua essentia: & actio quam efficit, scilicet creatura. Prima scilicet essentia qua Deus agit est infinita. Secunda, scilicet actio quam Deus efficit est finita. Adoratio ergo latriæ debetur Deo ratione potentiæ quia agit, & non ratione creaturæ uel beneficentiæ quam producit: & ideo licet Dei beneficia sint finita, tamen dantur à bonitate infinita: unde beneficium, quod dat Deus, datur ex infinita bonitate Dei: debitum autem honoris rationem beneficii percepti consequitur, non quantum sed ex quanto datur, sicut patet Lucæ 21. de uidua quæ non posuit in Gazophilatium nisi duo minuta, & tamen maiorem remunerationem habuit, quam qui plus posuerunt: & sic est hic, quia honor infinitus debetur Deo ratione beneficii Dei, quia ex infinita bonitate datur.

Secundò adoratio dulix est quidam cultus, uel honor, qui creaturæ debetur communiter, & hoc ratione uel ex debito alius, cuius maioris dignitatis communicata, & percepta à Deo, ut verbi grā Dignitas do.

Adoratio Dulix, Dignitas do.

dominij per potentiam conuenit praelatis, dignitatis sapientiae doctoribus, dignitas uero bonitatis conuenit sanctis, ratione quarum dignitatum debetur eis honor, vel reuerentia, quae dulia nominatur. Sed forte argues, quod dulia non sit specialis uirtus distincta a latria tali ratione, Deo per creationem, uel ratione creationis debetur latria, domino ratione dominij debetur dulia, sed in Deo idem est Deus, & dominus: ergo dulia, & latria idem sunt. Respondeo, & dico, quod sicut religio per excellentiam dicitur pietas, in quantum Deus per excellentiam est pater, ita etiam latria per excellentiam dicitur dulia, in quantum Deus excellenter est dominus: non autem creatura participat potentiam creandi ratione cuius debetur Deo latria. sicut participat potentiam ratione cuius sibi debetur dulia: unde attribuitur latria Deo secundum creationem, quae non communicatur creaturae: dulia uero attribuitur Deo secundum dominium quod creaturae communicatur, ut dicit B. Tho. secunda secundae. q. 103. de partibus obsequantiae, art. 3. in solu. 1. arg.

Adora-
tio Hy-
pudulæ.

Tertio est, adoratio quae debetur, uel exhibetur creaturae singulariter ratione excellentiae singularis communicatae a Deo: & talis est adoratio hyperdulæ, quae est dignior dulia, ut patet supra cap. 1. de humanitate Christi, & de Virgine prout est mater Dei. Nam adoratio hyperdulæ est seruitus quae non solum debetur dignitati diuinæ, sed etiam creaturae, ut unitæ ipsi. In quo sensu Rabanus dicit, quod caro Christi adoranda est sicut uerbum, sed non omni specie latriæ, quia non adoramus eam omnino prostrati in terram, sic ut credamus, quod caro Christi de nihilo nos creauit, ut sacrificemus ei sicut Deo: sed adoramus eam, quoniam per ipsam redempti sumus. Hæc Alex. 3. parte summae. q. 16. art. 6. utrum æquali adoratione adoretur Deus in quantum Deus, & in quantum dominus, in solu. 1. & 2. arg. & ibidem art. 1. utrum humanitatis Christi adoretur adoratione latriæ, uel duliæ, uel digniori adoratione, scilicet hyperdulæ, in cor. q.

Tertio circa adorationem nota cui, & qualiter impenditur. Cum enim sit triplex adoratio, scilicet latriæ, duliæ, hyperdulæ, ut patet cap. precedenti, non una, & eadem quae exhibetur uni exhibetur uel debetur alteri, sed alia uni, alia alij, ut patebit de singulis per exempla in omnibus quae adorantur. Nam illa sunt, quae alia, & alia adoratione a nobis venerantur, & salubriter adorantur, scilicet Deus, Trinitas, Christus, Christi humanitas, imago Christi, Crux Christi, mater Christi, & reliquiae sanctorum.

Quali-
ter ado-
rari de-
beant.

Primò enim Deus adoratur adoratione latriæ, & non duliæ, uel hyperdulæ, ut patet, supra: unde Deutero. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, scilicet sacrificium offerendo.

Deus.

Secundò Trinitas adoratur eadem adoratione qua Deus, scilicet adoratione latriæ tantum: nam in ipsa sunt tres personae, & una essentia: quia igitur in trinitate est numerus, uel discretio personarum, ideò in trinitate sunt tres qui adorantur, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; quia etiam est una causa honoris, scilicet in tribus una maiestas, una æqualitas, ideò tantum una adoratio est, quod figuratum fuit Gen. 18. ubi dicitur, quod Abraam tres uidit, unum adorauit.

Trini-
tas.

Tertio adoratur Christus unica tantum adoratione. Cum enim Christo sit una persona tantum, & duae naturae, est quidem una adoratio, & unus honor ex parte eius, qui adoratur, ex parte uero causae quia adoratur possunt dici plures adorationes, uerbi gratia. Si in uno homine sint plures excellentiae, quae sunt causa honoris, puta praelatio, scientia, & uirtus, erit unus honor ex parte eius qui honoratur, & plures causae honoris, quia idem homo est, qui honoratur, & propter praelationem, & propter scientiam, & propter uirtutem. Sic in Christo cum sit una tantum persona erit una adoratio eius: cum uero sint plures causae eius honoris erunt plures adorationes eius, ut scilicet alio honore adoretur propter sapientiam increatam, & alio propter sapientiam creatam. Hæc B. Tho. 3. parte summae. q. 25. art. 1. in cor. q. iuxta finem, & in solu. 1. arg.

Chri-
stus.

**Humana-
nitas
Christi.** Quarto, & ultimo humanitas Christi debet adorari adoratione latriæ, vt con- iuncta diuinitati, vnde Damasc. in lib. 3. senten. sic ait: Adoratur caro Christi cum incarnato Dei verbo, non propter seip- sam, sed propter vnitam ei diuinitatem, secundum hypostasim verbi Dei: vnde su- per illud psal. Adorate scabellum pedum eius: dicit glo. Qui adorat corpus Christi, non terram intuetur, sed illum potius cuius scabellum est, in cuius honore scabel- lum adoratur: sed verbum incarnatum ado- ratur adoratione latriæ, ergo & corpus eius, siue humanitas. Secundò huma- nitas Christi prout consideratur, vt separa- ta à verbo Dei debetur sibi adoratio du- liæ, non cuiuscunq; puta, quæ debetur cõ- munitè alijs creaturis, sed quadam excel- lentiori dulia adoratur, quã græci hyper- dulam vocant, vt supra, patet: vnde in ps. dicitur. Domine Deus in te speravi. Qd verbum dupliciter exponitur. s. de Deo, & de Christo incarnato. Primò s. m. glosam exponitur de Deo sic: Domine omnium per potentiam, cui debetur honor cõ- munitè. s. adoratio dulia, nam domi- nium est cõicabile creaturæ: Deus omniũ per creationem, cui debetur honor incõ- icabilis creaturæ. s. adoratio latriæ. Secun- dò modo exponitur de Christo sic: Nã in Christo est natura increata. s. diuinitas, & natura creata. s. humanitas, quantum ad naturam increatam. s. quantum ad diui- nitatē est Deus, & ideo debet sibi latria, quantum ad naturam creatam. s. quantum ad humanitatem debetur sibi dignior du- lia. s. hyperdulia. Hæc B. Thom. 3. parte summæ, vbi supra, ait. 2. arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg. & iterum. 3. scrip. sent. dist. 9. art. 2. q. 1. in cor. q. & in sol. 1. argu.

**An de-
beat ma-
ior ho-
nor Xpo
incarna-
to an an-
te incar-
nationē**

Sed quæres, an debeat maior honor, vel ueneratio filio Dei incarnatio, quàm ante incarnationem eius. Respondeo, & dico, qd maior honor, & ueneratio potest dici dupliciter, secundum quantitatem, & qualitatem. Primò dicitur maior uene- ratio secundũ quantitatem. s. quia in plu- ribus est ueneratio: & sic Christo incar- nato debet exhiberi maior ueneratio, quã in pluribus debet venerari. s. in diuinitate, & humanitate, quæ non exhibetur fi- lio non incarnato. Secundò modo dici- tur ueneratio maior secundũ qualitatem,

cò qd maiori ueneratione ueneratur: & sic non debetur ei maior ueneratio. Cu- ius ratio est, quia id, quod debetur vene- rationi humanitatis est totaliter causa ef- fectiua. Hæc Alex. 3. parte sum. q. 16. art. 1. vtrum maior ueneratio sit exhibenda Christo ante incarnationem, quàm post, vel econuerso, in cor. quæst.

C A P.

V.

Quintò dico, qd imago Christi potest dupliciter considerari. Primò in- quantum est res quædam, puta lignum sculptum vel pictum, & tunc nulla adora- tione est adoranda; vnde nulla reuerentia est ei exhibenda. Cuius ratio est, quia re- uerentia nō debetur nisi rationabili crea- turæ, quæ ueneratione est capax. Secundò potest considerari, vt imago Christi, & tunc cum idem sit motus in imaginem, & in rem cuius est imago, cum Christus ado- retur adoratione latriæ, consequens est, quòd imago Christi sit adoratione latriæ adoranda.

Ad cuius euidentiam est sciendum, qd ante incarnationē Christi cum Deus in- corporeus esset, non poterat ei imago ali- qua fieri, & ideo prohibitum fuit in lege veteri ne fierent imagines ad adorandum, & præcipuè, quia promerant ad idolatriã homines: vnde dictum fuit Exo. 20. Non facies tibi sculptile, neq; omnem simili- tudinem. Et subdit: Non adorabis ea ne- que coles. Sed postquàm Deus factus est homo, permissum est in noua lege ima- gines fieri ratione humanitatis assump- tæ; vnde & B. Lucas dicit depinxisse ima- ginem Christi, quæ, & Romæ habetur.

Fuit autem triplex ratio institutionũ imaginũ in ecclesia. Prima est ad instru- ctionem rudium, qui eis quasi quibusdã libris edocentur. Secunda est, ut incar- nationis mysterium, & sanctorum exem- pla magis in memoria nostra essent, dum quotidie oculis præsentantur. Tertia est ad ostendendum deuotius affectũ, qui ex uisis efficacius incitatur quàm ex au- ditis. Hæc B. Thom. 2. scrip. sen. dist. 9. art. 2. q. 2. in cor. q. & in sol. 1. 2. 3. argu. Gentiles enim commutando gloriam in corruptibilis Dei in similitudinē imagi- nis corruptibilis hoīs, vt dicit Apostolus.

**Imago
Xpi qua-
liter a-
doranda.**

**Rõ insti-
tutionis
imagi-
num.**

ad Ro.] adorando vituperantur: Et peccabant duplici ratione. Prima est, quia quidam eorum adorabāt ipsas imagines ut res quasdam, credentes in eis aliquid numinis uel diuinæ uirtutis esse, ppter responsa, quæ demones in eis dabant, & alios hmōi effectus. Secunda ratio est, ppter res, quarum erant imagines: statuerunt enim huiusmodi imagines aliquib, creaturis, quas in eis ueneratione latræ uenerabantur. Et ideo non debemus communicare cum eis, eo q̄ opera gentilium sunt infructuosa sic adorando, ut dicit Apostolus ad Ephe. 5. Nos autem adoramus adoratione latræ imaginem Christi, quæ est uerus Dens, non propter ipsam imaginem, sed propter rem cuius est imago, ut dictum est supra, Hæc B. T. 3. parte sum. q. 25. art. 3. in corp. q. & in solu. 1. & 4. argum.

Sexto Crux Christi potest tribus modis considerari a nobis. Primò in quantum est res insensibilis, puta lignum sculptū uel pictum, & tunc nulla reuerentia, uel honor debetur ei, eo q̄ reuerentia uel honor nō debetur nisi rationabili creature, creature autem insensibili non. Alio modo consideratur crux ipsius Christi in quantum est quædam res Christi, & tūc est adoranda a nobis adoratione hyperdulæ. Tertio modo potest crux Christi considerari in quantum representat figuram Christi extensi, & crucifixi in ea, & in quantum ex tactu per membra Christi eius sanguine est perfusa, & tunc adoratur a nobis eadem adoratione, qua Christus qui in ea crucifixus est. Et propter hoc et alloquimur & deprecamur quasi ipsum Christum dicentes. O crux aue, spes unica &c. Aliæ uero cruces, prout sunt quædam imagines impressæ in quacunque alia materia puta lapidis uel argenti, uel auri: non adorantur nisi ut imago Christi quam ueneramur adoratione latræ.

Alia uero quæ fuerunt instrumentum passionis, & mortis Christi puta clauis, corona & lancea & huiusmodi à nobis non adorantur adoratione latræ, sicut Crux. Cuius ratio est, quia ista nō representant imaginem Christi, sicut Crux: quæ dicitur signum filij hoīs, quod apparebit in celo Matth. 24. Ideoque mulieribus dixit Angelus. Iesum quæratis nazarenum Cru-

cifixum, non lanceatum, non coronatum non huiusmodi, & inde est q̄ imaginem Crucis Christi ueneramur in quacunque materia videtur: non autem imaginem clauorum uel quodcunque hmōi, quāuis et omnia prædicta ex contractu sancti corporis, & sanguinis Christi decenter adoremus, ut dicit Damas. 4. lib. non tamen adoratione latræ, ut Crucem, sicut patet. Hæc B. Tho. 3. scri. sen. dist. 9. art. 2. q. 4. in cor. q. & iterum 3. parte sum. q. 25. art. 4. arg. contra, in corp. q. & in sol. arg.

Septimò dico, q̄ Beata Virgo cum sit rationalis creatura non debet adorari adoratione latræ, q̄ soli creatori debet, sed solum ueneratione duliæ: tamen quia nō solum ueneratur rōne sui, sed etiam rōne filij ut mater Dei, & ideo debetur ei non qualicunque dulia, sed hyperdulia, ut patet supra. Sed fortè quæres, quis honor est maior, an ille qui exhibetur Virgini, an ille, qui exhibetur cruci? Respōdeo, & dico, q̄ Crux Christi potest duobus modis considerari. Primò modo in quantum Crux est quædam res, & tūc maior honor debetur Virgini quam cruci: & hoc duplici ratione. Prima est, quia crux Christi prout in se consideratur nullo modo est adoranda uel ueneranda, eo q̄ nō est capax honoris cum sit insensibilis: ut supra patet, sed beata Virgo secundum seipsam est capax honoris: ergo &c. Secunda ratio est: quia cum coniunctio ad Christum sit causa honoris, ubi est maior cōiunctio ad Christum, ibi debet esse maior honor, sed coniunctior est Xpo mater Christi, quam crux Christi: ergo maior honor dēt exhiberi Virgini quam cruci. Secundo potest crux considerari ut est imago Christi crucifixi, & tunc maior est honor, qui exhibetur cruci: quā Virgini, quia crux in quantum imago adoratur adoratione latræ, non autem Beata virgo, sed solum adoratione duliæ, uel hyperduliæ, ut patet supra. Hæc B. Thom. 3. scri. sent. dist. ubi supra art. 2. q. 3. in cor. q. & in sol. 2. arg. & iterum tertia parte summe: ubi supra, arti. 5. in corp. q. in sol. argum.

Octauò dico, q̄ reliquæ sanctorum sūt adorandæ adoratione duliæ, quod p sancto-
bo triplici ratione, scilicet ratione assimi-
lationis, perfectionis, imitationis, adorandæ.
Primò ratione assimilationis sic: Maior dæ.

Panth. Pars. 1.

C 3

est

Beata
Virgo
quō ad-
oranda.

Quod
magis
honore
digna-
bāt Vir-
go, an
crux.

Crux
quō ad-
oranda.

est ad parētes affectus quā ad vestimenta eorum: sed videmus, q̄ qui habet affectum ad aliquem, omnia quæ de ipso relinquuntur post mortem eius uenerantur, non solum corpus aut partes corporis, sed etiam aliqua exteriora, puta ciuitatem, anulum, vestes, & similia: ergo multo magis reliquias sanctorum qui sunt membra Christi uenerari debemus. Secundò hoc idem probo ratione perfectionis, uel operationis sic. Dei filios, & amicos honorare debemus, sed sancti fuerunt Dei filij, & amici, & præcipue corpora eorum, quæ fuerunt templum spiritus sancti in eis inhabitantis & operantis: ergo &c. Vbi nota, quòd sanctis non seruimus, uel eos adoramus quasi obnoxij eis, sed ideo impendimus reuerentiam, quia fuerunt, uel sunt nostri ductores ad cælum, uel per eruditionem, vel per administrationem. Tertiò hoc idem probo ratione imitationis sic: Nos tenemur imitari Deum, & conformari ei: sed ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum præsentia miracula faciendo, ergo nos idem debemus facere. Honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres adoremus, cum honor seruorum seruis factus redundet in dominum.

Sancti
quò ue-
nerent.

Corpus
sancti a-
licuius
qua rō-
ne colē-
dum.

Vbi nota, q̄ quamuis corpus alicuius sancti sit insensibile, & per consequens non sit nostræ uenerationis capax, adoramus tamen ipsum, uel ipsius reliquias non propter ipsum, sed propter tres rationes. Prima est propter Deum, cuius ministri fuerunt. Secundò est propter animā, quæ ei vnita fuit, quæ nunc fruitur Deo. Tertia ratio est, quia idem corpus vnicum est animæ beatæ ad gloriæ complementum. Hæc B. Thom. 3. parte summę ubi supra, articulo 6. in corp. q. & in solu. 1. argumen.

C A P. VI.

AD maiorem euidentiam prædictorum quæro circa adorationē quorundam quatuor quæstiones. Prima est, an licite angelus possit adorari latria. Et uidetur, q̄ sic per textum Gen. 18. ubi dicitur q̄ Abrahā adorauit Angelos adoratione Trinitatis: ergo adoratione latriæ,

Respondeo, & dico, q̄ latria potest accipi duobus modis, uel simpliciter, uel secundum quid. latria. n. simpliciter dicta solū debetur Deo, quia latria est seruitus debita creatori: ut patet ex supradictis: latria vero secundum quid: quæ est hyperdulia, debetur humanæ naturæ in Christo, & hoc non est de se uel ex se, sed rōne diuinitatis latria uero nec simpliciter nec secundum quid debetur puræ creaturæ. Cū autem dicitur, q̄ Abrahā adorauit tres Angelos adoratione trinitatis, & sic adoratione latriæ. Respondeo, & dico, q̄ Angeli Abrahæ non apparuerunt in propria forma, sed in quibusdā imaginibus corporeis, ita q̄ in quantum erant imagines representantes Trinitatem fuit unā genuflexio, quia in quantum excellentia personarum est una, unus honor, & una reuerentia debet eis, & p̄ consequens una adoratio. In cuius figura legitur, q̄ cum apparerent Abrahæ tres uiri ipse oēs adorans vnum tamen alloquitur dicens: Si inueni gratiam &c. Secūda autem genuflexio est signum trium personarum, non aut diuersitas adorationum. Patet ergo ex dictis, q̄ adoratio uel reuerentia quæ debet Deo, nulli debet Angelo, uel creaturæ alicui exhiberi, & propter hoc adoratione latriæ prohibitum est homines angelum adorare: Apoca. ult. scilicet 22. ubi Iohā. sic dicit: Cecidi ut adorarem ante pedes Angeli, qui dixit mihi: Vide ne feceris cōseruus enim tuus sum & fratrum tuorū.

Vbi nota secundum Aug. quòd aliqd potest prohiberi dupliciter, uel quia malum, uel quia occasio mali, uel propter aliquam utilitatem. Similiter: duplici de causa aliquis est arcendus à bono: uel propter maius bonū aggrediendū: sicut dñs reuocauit illū qui volebat sepelire patrē suū Matt. 8. uel p̄p̄ faciliem inclinationē in malū. Sic ergo Iohannes volebat Angelum adorare adoratione dulciæ, & non latriæ, sed prohibitus fuit propter tres rationes. Prima est ad ostendendam dignitatē ipsius Iohā. qui multis angelis dignior, & superior fuit, semp̄. n. oportet, q̄ ille qui adoratur sit superior, uel excellentior adorante. s. in eo q̄ adoratur, & hoc uel simpliciter, uel s̄m quid: unde nunquam superiora adorant inferiora, sed ecōuerso. Et hoc est ideo, quia superiora habēt dignita-

Latria
duplici-
ter sumi-
tur.

Aliquid
prohibe-
tur du-
pliciter.

Cur Io-
prohibi-
tus fuit
adorare
Angelū.

gnitatem excedentem respectu inferiorū,
& nō ē conuerso: vnde quia Ioannes mul-
tis Angelis dignior fuit, ideo &c. Secunda
ratio est ad uitandam occasionem crimi-
nis. idest idolatriæ: poterat enim istud ef-
se occasio idolatriæ, vt sub prætextu dulie
occasionaliter creaturæ latria exhiberet.
quod esset maximum malum, sicut Pau-
lus prohibet comedere in idolo, quia pōt
esse occasio mali, uel in se, uel in alio. sive
nerationis idoli, prima ad Corint. 8. Terti-
a ratio est propter promotionem homi-
nis in bonum, quia per hoc Angelus uo-
lebat ostendere quā magna est gloria
Dei in humana natura, & quā maxime
humana natura exaltata post incarnatio-
nem: & supra omnes Angelos nobilitata
& exaltata in homine assumpto, & ideo
dixit Angelus ad Ioannem. Conseruus
tuus sum & fratrum tuorum: tu vero Deū
adora. scilicet adoratione latriæ. Hæc B.
Thom. 3. scrip. sen. dist. 9. de dulia. art. 2.
q. 6. in so. 1. 2. & 3. arg. Et iterum: secunda
secundæ q. 84. de adoratione. art. 1. in cor.
q. & in so. primi arg. in fine. 2. & 3. arg. per
totum. Et Alex. 3. parte sum. q. 16. art. 9.
utrum Angelus possit adorari latria, in
cor. q. & quare Angelus prohibuit se ado-
rari latria ibidem.

C A P. VII.

Secunda quæstio est, utrum diabolus
transfigurans se in Angelum lucis,
uel cū in specie Christi appareret pos-
sit sine peccato adorari pro Angelo, uel
pro Christo: Et uidetur q̄ sic, quia igno-
rantia facti adhibita diligentia à peccato
excusat: cum autem iste ignorat quod fa-
ctum est, & adhibeat diligentiam, uidetur
q̄ non peccet adorando diabolum sicut
Christum. Respondeo & dico, q̄ Satha-
nas in Angelum lucis transfiguratus, uel
in specie Christi apparens nō est creden-
dus esse Christus, nec potest adorari sine
peccato, & ideo nullo modo est adorādus,
& si ignoraret ignorantia eum non excu-
saret à peccato. Cuius ratio est triplex.
Prima est, quia quilibet est præmunitus
per sacram scripturam, q̄ Angelus tene-
brarum transfiguratur se in Angelum lucis.
vt dicitur secunda Corinth. 9. & Matth.
24. Multi uenient in nomine meo &c. &

ideo tenentur discutere, & statim nō ado-
rare. Secunda ratio est, quia habet reme-
dium orationis: unde si oraret Deum to-
to corde, vt reuelaret ei ueritatem. Deus
non dimitteret eum decipi. In hoc enim
casu intelligitur illud Ioannis 15. Quic-
quid petieritis patrē in nomine meo da-
bit uobis: hoc est, quicquid petieritis per-
tinens ad salutem, ut B. Aug. exponit, da-
bit uobis. Patet ergo ex hoc q̄ qui adorat
non adhibet omnem diligentiam quā
debet. Tertia ratio est, quia facile posset
uitare periculum apponendo conditionē
hoc modo; Adoro te si tu es Christus.
Hæc B. Thom. 3. scrip. sen. dist. 9. de latria,
art. 2. q. 6. in so. 3. arg. breuiter tangit. Et
Alex. diffusè. 3. parte summæ. q. 16. art. 4.
utrum Angelus Sathanæ cū se transfi-
gurat in Angelum lucis, uel in speciem
Christi, possit adorari sine peccato ado-
ratione duliæ, uel latriæ, in cor. q.

C A P. VIII.

Tertia quæstio est, utrum aliquis cre-
dens hostiam consecratam de sacer-
dote celebrante quæ non est consecrata,
si adoret eam sicut corpus Christi peccet.
uel excusetur per ignorantiam facti. Re-
spondeo & dico, q̄ qui adorat hostiam
non consecratam peccat tam sacerdos
quā ipse, tamen talis sic adorans debet
eam adorare sub conditione, scilicet si est
consecrata, non tamen oportet q̄ ista cō-
ditio sit semper actu explicita; sed sufficit
si habitu teneat illam intentionem, uel
conditionem: unde non peccat adorans
eam, quia non adorat puram creaturam,
sed Christum secundum intentionem
suam: & ipse sacerdos, quantum in se est,
facit populum idolatrare, quia offert ei
puram creaturam ad adorādum, & ideo
grauiter peccat. Hæc B. Thom. 3. scrip.
sen. dist. 9. de latria, artic. 2. q. 6. in solu. 2.
argum.

C A P. IX.

Quartæ quæstio est, utrum omnes
homines honore duliæ sint æqua-
liter adorandi. Respondeo &
dico, quod cū dulia importet honorē,
uel reuerentiam quæ creaturæ exhiberi

potest, honor autem non debeat nisi rebus diuinis, eo quod honor est primum virtutis vel bonitatis vel excellentiae alicuius, ideo quia in vno est vna excellens dignitas, quae non est in alio, ideo non omnes homines sunt aequaliter honorandi.

In exhibitione honoris considerare debemus. scilicet naturam, gratiam, potentiam, influentiam. Vel aliter Dei imaginem, bonitatem actualem, ad virtutem habilitatem, virtutis causalitatem.

Primū. Primò in hominibus considerare possumus Dei similitudinem, & tunc cum similitudo Dei in creaturis sit duplex, scilicet uestigij, & imaginis, creaturis irrationalibus in quibus est similitudo uestigij non debetur honor dulcia, tum quia talis similitudo non ponit aptitudinem ad uirtutem, tum quia nulla creatura irrationalis est capax honoris. Similitudo autem imaginis ponit aptitudinem naturalem ad uirtutem: & ideo cuiuslibet habenti imaginem Dei est exhibendus honor, nisi sit confirmatus in malo, ut demones, & damnati in quibus est ligata aptitudo naturalis ad uirtutem, & ideo eis honor dulcia non est exhibendus.

Secundū. Secundo possumus considerare actualem bonitatem, & tunc cum honor non debeat nisi uirtuti, & alicui propter uirtutem, ideo directe ei, qui actu est uirtuosus, est exhibendus honor. Cuius ratio est, quia talis si est in statu gratiae, & habet gratiam actu, habet bonum excellens in se ratione cuius ei debetur honor, licet in se non habet omnia bona, tamen quia in illa uirtute vel illo dono, quod habet, excellit, ratione cuius ecclesia cantat de quolibet confessore. Non est inuentus similis illi &c. respiciendo ad hoc maior honor potest, uel debet impendi, & exhiberi uni quam alij.

Tertiū. Tertiò possumus considerare habilitatem ad uirtutem, & tunc peccator licet actu sit malus, & extra gratiam, tamen quia adhuc est habilis, & possibilis ad tantam gratiam, & ad maiorem quam aliquis alius gratiam habens actu, respiciendo possibilitatem hanc in Dei imagine, maior honor potest impendi tali quam alij.

Quartū. Quartò possumus considerare uirtutis, uel bonitatis causalitatem, & tunc etiam malo praelato, ratione dignitatis quam habet, est exhibendus

honor. Vbi nota, quod praelato, dum est in actu peccati, non debet exhiberi honor dulcia, quia apparet in eo aliquid, quod contrariatur honori: sed ante uel post potest ei exhiberi honor quia nescitur in quo statu sit, & cum dignitas praelationis apparet.

Sed forte quæres, an bonus subditus malo. An bonus sit honorandus praelato malo. Et vñ, quod bonus subditi, in quantum habet similitudinem Dei, magis quia honor debetur rebus diuinis, ut dicit Philosophus. 1. Ethic. sed bonus subditus magis est Deo similis, quam malus praelato praelatus ergo &c. Respondeo & dico, quod malo.

subdito bono secundum se debetur maior honor praelato malo, sed ratione praelationis maior honor est exhibendus malo praelato, quam bono subdito, & hoc triplici ratione. Prima est, quia praelatus gerit vicem Dei: unde Deus in ipso laudatur. Secunda est, quia ipse est persona publica, & honoratur in ipso bonitas ecclesiae, quae maior est, quam merita vnius singularis personae. Tertia ratio est, quia praelatio habet se ad uirtutem sicut causa faciens in alijs uirtutem, & ideo dignius est alteri uirtutis causam existere, quam solum uirtuosum esse, ut dicit Philosophus. 9. Ethic. Hæc B. Thom. 3. scrip. sen. dist. 9. de dulcia, art. 3. in cor. q. & in solu. argum. Et dicas si vis quod duplex est honor. Vnus est gratuitus, qui est debitus ex necessitate, & talis etiam debetur malo praelato in quantum praelatus est, quia in quantum praelatus gerit vicem Dei: unde Apostolus ad Rom. 13. de praelato dicit, quod Dei minister est. Alius honor est gratuitus non debitus ex necessitate, & talis magis debetur bono subdito, quia maior est dignitas imaginis in bono subdito quam in malo praelato, ut patet, supra. Hæc Alex. 3. parte sum. q. 16 art. 15. vtrum malus praelatus magis sit honorandus quam bonus subditus, uel econuerso, in cor. q.

C A P. X.

Secundo principaliter circa adorationem considerare debemus modum varium, nam duobus modis (generaliter loquendo) adoramus Deum, scilicet, mente, & corpore. Primò enim adoramus Deum

io
Secunda
pars huius
tratus
de me-

do vario mente, in quantum adoratio principaliter
 adora- consistit in interiori Dei reuerentia; se-
 tionis .. cundario corpore in quantum adoratio
 quæ est spiritalis mentis deuotione, pro-
 cedit per corpus, ad Dei reuerentiam or-
 dinatur, uel habendam, uel conseruandã,
 uel augmentandam: unde 1. ad Corint. 14.
 Orabo spiritu, orabo mente. sic etiam ado-
 ratio. De ista duplici adoratione dicitur
 Ioannis 4. Veri adoratores adorabunt
 patrem in spiritu & ueritate. Quæ uerba
 exponit primo Chrys. & Theo. sic: Veros
 adoratores dicit, ad differentiam falso-
 rum, scilicet samaritanorum, quorum erat
 opinio, quod Deus loco concluderetur, q̃
 in hoc loco Deum adorari oporteret, non
 plus de Deo imaginantes quàm de ido-
 lis: & ideo cultum Dei cum cultu dæ-
 monum miscebant. Et similiter ad diffe-
 rentiam iudæorum, qui sub figura & um-
 bra colebant Deum, quales erant circun-
 cisio, holocausta, thymiamata. Et ideo
 contra tales dicit: In spiritu & ueritate,
 quia totum est spiritus & totum est ueri-
 tas. Secundò exponit Chrys. Spiritus est
 Deus, ergo incorporeus, ergo oportet ei
 offerre illud, quod nobis est incorporeũ,
 scilicet animam, & intellectus bonitatẽ,
 & puritatem. Ne igitur oues immoles, &
 uitulos; sed te ipsum holocaustũ fac Deo.
 Tertio exponit August. sic, Si Deus esset
 corpus oporteret adorare in templo. sed
 spiritus est Deus; noli templum aut mon-
 tem quærere, totus intus age. quæris ali-
 quem locum sanctum, intus adhibe tem-
 plum Deo. Et subdit Aug. Cum Christus
 uenerit & montem spernet & templum
 euerteret: & docebit nos, ut in spiritu & ue-
 ritate nouerimus adorare. Item August.
 ibidem: Quærebas montem forte ad
 adorandum ut Deo esses propinquior; sed
 ipse qui in altis habitat, humilibus appo-
 pinquat, ergo descende, ut ascendas: ascen-
 siones eius (inquit) in conualle ploratio-
 nis qui humilitatem habet. In templo
 uis orare, in te ora: ita etiam adoratio,
 ut patet. Quarto possunt sic exponi.
 Veri adoratores adorabunt patrem in spi-
 ritu, quò ad deuotionem interiorẽ mē-
 tis. Et ueritate, quò ad reuerentiam cor-
 poris: nam ueritas est consonantia & cõ-
 formitas rei exterioris cum re interiori,
 quod fit quando homo affectum suæ de-
 uotionis interioris explicat per signa ex-
 teriora. s. reuerentia corporali. Secundò
 adoramus Deum corpore. Sic ergo ado-
 ratio secundario uerbis exprimitur, sic
 adoratio principaliter est in mente, con-
 sequenter uerò in corporalibus quibusdã
 signis humilitatis fit. Unde quatuor ra-
 tionibus Deum corpore adoramus. Pri-
 ma est propter naturæ integritatem. s. Quatuor rō-
 nib. De-
 quia ex duplici natura subsistimus & in-
 tegramur; uidelicet intellectuali & corpo-
 rali, ideo dupliciter adoramus. s. adora-
 ratione spiritali quæ consistit in interiori corpore.
 deuotione mentis, & adoratione corpo-
 rali, quæ consistit in exteriori humilia-
 tione corporali: ut Damasc. dicit. 4. lib. Se-
 cunda ratio est propter mentis excitatio-
 nem. Nam exterior adoratio corporis
 fit propter interiorẽ adorationem men-
 tis, ut. s. per signa humilitatis (quæ exhibe-
 mus per corpus) noster affectus inflam-
 metur ad diligendum Deum, & subicien-
 dum se ei. Tertia ratio est propter origi-
 nis & finis recognitionẽ. s. ad recognoscẽ-
 dũ, q̃ solus Deus est utriusq; naturæ. s. mē-
 tis & corporis creator & beatificator.
 Quarta ratio est propter utriusq; offen-
 sionem, quia utraq; natura. s. intellectuali
 & corporali offenditur Deus: & ideo ad
 Deum placandum dupliciter. s. mente &
 corpore adoramus Deum. Hæc B. Tho.
 secunda secundæ q. 82. art. 2. in cor. q.

C. A. P. X I.

AD maiorem euidentiam præceden-
 tis capituli est sciendum q̃ sicut
 duplex est oratio, scilicet principalis quæ
 est mentis, & secundaria quæ est corporis,
 uel oratio mentalis, & uocalis, ita etiam
 duplex est adoratio, scilicet mentalis prin-
 cipaliter, quæ consistit in interiori reue-
 rentia Dei, alia secundaria, scilicet corpo-
 ralis, quæ in quibusdam signis corpora-
 libus humilitatis consistit: quæ signa sunt
 specialiter quatuor, scilicet pectoris tun-
 sio, genuflexio, prostratio, sacrificij ob-
 latio. Primò enim adoramus Deum
 corporaliter pectoris tunctione, sicut fe-
 cit ille Publicanus Lucæ 18. Et Publi-
 canus à longe stans nolebat nec oculos tuos
 ad cælum leuare, sed percutiebat pec-
 tus suum, dicens, DEVS propitius
 esto

esto mihi peccatori. Cuius oratio vel adoratio ex quatuor redditur commendabilis. scilicet ex timore, pudore, dolore, ardore.

Oratio Publica Primò ex timore: unde à longe stans: nam prae timore, & ueneratione Dei non audebat appropinquare, sed à longe stabat, sicut leprosi fecerunt, Lucæ. 17. Steterunt à longe. Aug. Quid igitur miraris si Deus ignoscit: de longinquo stabat, Deo tamē appropinquabat, & cum dominus propè attendebat. Excelsius enim dominus, & humilia respicit. Secundò commendatur à pudore, quia nec oculos volebat leuare ad cælum, ut respiceret. Aug. Timebat conscientia, & prae uerecundia nolebat cælum respicere. Bern. quasi dicat. Quanam fronte attollam oculos ad tam bonum patrem tam malus filius: e contra dicitur animæ impudenti. Hier. 3. Frōs meretricis facta est tibi, noluiſti &c. Tertiò commendatur à dolore, quia percutiebat pectus suum: nam percussio exterioris corporis est signum interioris doloris cordis. Aug. Licet erubesceret nec ad cælos oculos leuare vellet, spe tamen subleuabat, & iō percutiebat pectus suū, pœnas de seipſo exigebat. psal. Cor contritum &c. Quartò commendatur ab ardore, quo scilicet ardebat ad Deum conuerti: ideo confitebatur peccatum suum dicens, Deus propitius, esto mihi peccatori, nam dolor cordis sine cōfessione vel in facto vel in uoto vel in proposito non sufficit. Req. infra Contritio.

Secundū signum. Secundò adoramus Deum genuflexione. Ratio autem quare in adoratione genuflectimus est, quasi infirmitatem nostram significantes, & recognoscentes in comparatione ad Deum.

Tertiū. Tertiò adoramus Deum prostratione: prosternimus autem nos quasi proficientes nos nihil esse ex nobis: Hæc B. Tho. secunda secundæ q. 84. art. 2. in solu. 9. art. infra Req. Humilitatis signa.

Quartū Quartò adoramus Deū sacrificij oblatione licet. n. adoratio possit, & debeat exhiberi Deo, & creaturis mō differenti, ut patet ex supradictis, sacrificium tamē soli Deo est exhibendum: unde Exo. 22. Qui soli immolat dijs occidetur præter Deo soli. Deo est offerendum dupliciter probat. scilicet ratione, & suorum bonorum largitione. Primò rōne

sic: Sacrificium exterius est signum sacrificij interioris. scilicet quo anima nostra se in sacrificium offert Deo, anima autē offert se in sacrificium Deo sicut principio suæ creationis, & sicut termino vel fini suæ beatitudinis. Cum ergo secundum verā fidem Deus sit creator animarū nostrarum, & beatificator earum, quia in solo Deo animæ nostræ vera beatitudo consistit, ideo sicut soli Deo debemus sacrificiū interius, & spūale offerre, ita ēr exterius corporale, quod ēr euidenter apparet ex laude, & ex lege. Primò ex laude, quia & laudationes, & orationes nostras ad Deum dirigimus significantes corda nostra, & uota ad Deum debere dirigi, & offerri. Secundò hoc idem patet ex ciuili lege. Videmus enim in omni republica obseruari, q̄ quicumq; honorem summo rectori debitum deferret alteri, committeret crimen læsæ maiestatis, & ideo in lege diuina statuitur pœna mortis, his qui diuinum honorem exhibent alijs. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 85. art. 2. in cor. q. Secundò hoc idem probat ex bonorum recognitione. Offerimus autem diuersa sacrificia Deo, non propter indigentiam eius, sed in recognitionem eius, q̄ omnia ab ipso habemus: & sicut eum ex omnibus recognoscimus, ita etiam ex omnibus honoramus, verbi gratia, Tria sūt bona quæ habemus à Deo. Lanimam, corpus, & bona exteriora, & de omnibus offerimus sacrificium Deo: quod patet de singulis. Nā secundum animam exhibemus Deo debitam dilectionem, secundum corpus autem prostrationes, & cantus, secundum autē bona exteriora exhibemus Deo sacrificia, luminaria, & huiusmodi. Vel aliter: Primum bonum quod à Deo habemus est bonū animæ, quod Deo offertur quodam interiori sacrificio per orationem, & deuotionem, & alios huiusmodi interiores actus, & hoc est sacrificium principale. Secundum est bonum corporis, q̄ Deo quodammodo offertur in sacrificiū per martyrium, & abstinentiam seu continentiam. Tertium bonum quod habemus à Deo est bonum exteriorum rerum, de quibus sacrificiū offerimus Deo duobus modis. primo directè, & principaliter, q̄n res nostras immediatè Deo offerimus. secundo indirectè aut secundario, q̄n

cas communicamus proximis propter Deum. Hæc B. Tho. 3. scri. sen. dist. 9. art. 3. in cor. q. & iterum secunda secunda q. 85. art. 3. in sol. 2. arg.

**Differē-
tia inter
sacrifi-
ciū obla-
tionem.**
Primi-
tias, &
Deci-
mas.

Vbi nota differentiam inter sacrificiū oblationem, primitias, & decimas. Nam sacrificia proprie dicuntur quando circa res Deo oblatas aliquid fit. s. quando animalia occidebātur, & panis frangitur, & comeditur, & benedicitur, & hoc ipsum nomen sacrificij sonat: nam sacrificium dicitur ex hoc q̄ homo facit aliquod sacrum: oblatio autem directè dicitur, cum aliquid offertur etiam si circa ipsum nihil fiat, sicut dicuntur offerri decimæ vel panis in altari circa quos nihil fit: unde omne sacrificium est oblatio, sed nō conuertitur. Primitiæ aut oblationes sunt, quia Deo offeruntur ut legitur Deutero. 26. non autem sunt sacrificia, quia nihil sacrum circa eas fiebat. Decimæ autem propriè loquendo non sunt sacrificia, neque oblationes, quia nō immediatè Deo exhibentur, sed ministris diuini cultus. Hæc B. Thom. ubi supra immediatè, art. 3. in sol. 3. arg. Req. infra Decimæ, & infra Oblatio, & infra Sacrificium.

CAP. XII.

11
Tertia
pars tra-
ctatus
de loco
adora-
tionis
cōgruo.

Cur in
ecclesia
statutū
sit Deū
adorari.

Circa adorationem, tertio, principali-
ter considerare debemus locū con-
gruum uel determinatum. Cum enim du-
plex sit adoratio, supple mentalis & cor-
poralis, ut patet in capitulis immediatè
supradictis, in adoratione mentali non
requiritur determinatio loci, sed in ado-
ratione corporali quæ fit secundum illa
quatuor signa humilitatis de quibus di-
ctum est sup. immediatè in cap. præcedēti
unde quamuis Deus sit ubique tamen lo-
cus determinatus eligitur ad adorandū,
non propter Deum qui adoratur quasi
loco aliquo concludatur, sed propter ip-
sos adoratores. Et ideo institutum est ab
ecclesia ut sacrificium Missæ offeratur ei
in ecclesia, & uersus orientem: & hoc tri-
plici ratione. Prima ratio est propter loci
consecrationem ex qua spirituales deu-
otionem concipiunt orantes, ut magis
exaudiantur, sicut patet ex oratione Salo-
monis 3. Reg. 8.

Secunda ratio est propter sacrorū ce-

lebrationem: nam propter sacra myste-
ria & alia sanctitatis signa, quæ ibi conti-
nentur, conuenientius est & deuotius, ut
ibi Missæ sacrificium offeratur. Tertia ra-
tio est propter populi congregationem:
nam propter concursum, multorum ado-
rantium magis fit oratio exaudibilis, se-
cundum illud Matth. 18. Vbi sunt duo
vel tres congregati in nomine meo, ibi
sum ego in medio eorum.

Vbi est sciendum q̄ in adoratione cor-
porali non solum requiritur determina-
tus locus. s. ecclesia ut patet, sed et determi-
natus situs ut fiat uersus aliquam partē
cæli: hic autem situs aliter eligebatur à
iudeis in ueteri testamēto, & aliter a chri-
stianis in nouo. Nam in ueteri testamen-
to iudei adorabant ad occidentem: quod
patet, quia ostium tabernaculi ad orientē
respiebat, ut habetur Exo. 26. Ratio au-
tem quare Deus uoluit ut in ueteri testa-
mento adoratio non fieret uersus orientē
fuit duplex. s. moralis, & litteralis. Pri-
ma ratio fuit litteralis. s. ad excludēdum
idolatriam: nam omnes gentiles in reue-
rentiam Solis orabāt ad orientem, ut di-
citur Ezech. 8. q̄ quidam habebant dor-
sum contra templū Dei, & faciē ad oriē-
tē, & adorabāt ad ortum solis: unde ad
hoc excludendum tabernaculū habebat
sancta sanctorum ad occidentem & uersus
occidentem adorabant. Secunda rō hu-
ius fuit figuralis uel spiritualis. s. quia ro-
tus status prioris tabernaculi ordinaba-
tur ad figurandum mortē Christi p occa-
sum, s̄m illud psal. Qui ascendit super oc-
casum dominus nomen illi. Hæc B. Th.
1. 2. q. 162. art. 4. in solu. 5. argu. Nos uerò
christiani in lege noua s̄m quandam de-
centiā adoramus uersus orientem ppter
quinq; rōnes. Prima est ppter diuinę ma-
iestatis iudiciū qđ nobis manifestat. s. in
motu cæli, qui est ab oriente. Secūda est
propter paradysum in orientē constitutū
ut legitur Gene. 2. s̄m litteram 70. quasi
quæramus ad paradysum redire. Tertia
rō est propter Christum qui est lux mun-
di, & oriēs nōiatur Zachar. 6. Quarta rō
est propter Xpi recessum: nam Christus
ascendit super celsi cæli ad oriētem, ut dī
in psal. Quinta rō est propter eius aduen-
tum: nam Christus in iudiciū ueniet
ab oriente: ita dicitur Matt. 24. Sicut ful-

Cur cri-
stiani o-
rēt oriē-
tē uer-
sus: iu-
dæi ue-
ro uer-
sus occi-
dētē.

gur

gur exit ab oriente & apparet usq; in occidentem, sic erit aduentus filij hominis. Si autem breuius uis procedere, dicas, qd ab ecclesia est institutū ut sacrificiū Missæ offeratur Deo uersus orientem ppter significationem, quia à Deo est nobis illuminatio mentis sicut lumen corporale est ab oriente. Secunda ratio est propter perfectionē, nā nobilior pars orbis est oriēs & oē nobilius quod est apud nos debemus Deo. Tertia rō est propter operū ostensionem: nā tria notabilia opera ipsius Dei in oriente apparent. Primū est, quia ipse mouet cēlum, cuius motus ab oriente incipit. Secundū est: quia ipse ē paradisum constituit in oriente. Tertiū est, quia ipse ab oriente ad iudicium ueniet, sicut ab oriente ascendit. Hæc B. T. 3. scri. sen. dist. 9. art. 3. q. 3. in sol. 3. arg. & iterum 2. 2. q. 84. arti. 3. in sol. 2. & 2. arg. per totum. Item nota, qd loquendo breuiter quadruplex est adoratio. s. corporalis, mentalis, localis, quæ fit in ecclesia, & si tualis, quæ fit uersus orientem, ut patet ex supradictis.

Triano
tabilia
opera
Dei ap-
parent i
oriēte.

Qua-
duplex
adora-
tio.

Aduocatus.

SUMMARIVM.

- 1 Quæ personæ ab officio aduocandi arceantur.
- 2 Aduocatus debet defendere causam iustam, & personis miserabilibus subuenire.
- 3 Aduocatus quomodo gerere se debeat in salario accipiendo.
- 4 Aduocatus buomodo causas defendere debeat.

C A P. I.



ADUOCATVS.

Circa Aduocatum uel iudicem quattuor considera-
mus. s. personam idoneā,
causam legitimam, pecu-
niam cōgruam, formam
debitam. Vel aliter officium cui conue-

nit negotium uel litigium, quod defendit, salarium uel præcium quod assumit, modum quo procedit. Primò circa aduocatum uel iudicem considerare debemus officium cui conuenit: nam secundum iura multæ personæ prohibentur ab officio aduocandi, & præcipuè triplici ratione. s. ratione impedimenti naturalis, perpetrati criminis, assumpti ordinis uel regiminis. Primò excluduntur, uel prohibentur aliqui ab officio aduocandi ratione impedimenti naturalis. Cuius ratio est, quia in aduocato uel iudice præcipuè duo bona naturalia debent esse. s. interior peritia, uel scientia qua assumptæ causæ iustitiam sciat ostendere. Secundo exterior potentia, qua ualeat ante percipere, & uerba proferre, & ideo propter contraria impedimenta istorum duorum aliqui sine culpa prohibentur, & remouentur ab officio aduocandi. Primò propter interiorē imperitiā uel ignorantiam, sicut ignari, pueri & amentes. Secundo propter exteriorē impotentiam, sicut carentes uerbo, auditu, & visu.

Secundò prohibentur aliqui ab officio aduocandi ratione criminis perpetrati, sicut heretici, infideles, & infames. Cuius ratio est, quia non decet ut alterius iustitiæ patronus fiat, qui in seipso iustitiam non seruauit, imò contempsit.

Tertiò prohibentur aliqui ab officio aduocandi ratione assumpti ordinis uel regiminis, sicut Prælati presbyteri & Clerici. Cuius ratio est, quia deputatos & obligatos rebus nobilioribus, puta diuinis obsequijs, non decet ut rebus uilibus & secularibus se immisceant: sed tales sunt omnes prædicti: ergo, &c. Tamen quia necessitas debet præferri indecentiæ supradictæ, ideo talibus conceditur a suis superioribus, ut aliquando p certā & magna causa, puta pro seipsis uel persona sibi coniuncta, uel pro ecclesijs suis possint uti officio aduocati, ita qd prædicta breuiter concludendo dico, qd aliqui prohibentur, & excluduntur ab officio aduocandi propter quattuor rationes: prima est propter interiorē ignorantiam: secunda est propter exteriorē impotentiam: tertia est propter deformem inducētiā: quarta est propter ordinis uel regiminis ex-
cel-

cellentiam. Hæc. B. Thom. 2. 2. q. 71. art. 2. in cor. q. & in solu. 2. arg.

C A P. I I.

Secundò princi paliter circa aduocatū, vel iudicem considerare debemus litigium quod assumit, uel defendit, scilicet causam iustam aut iniustam.

2. Primò enim si aduocatus defendit causam iustam non peccat, imò tenetur personis pauperibus & miserabilibus subuenire, quod si non facit peccat, quod tripliciter probò, scilicet auctoritate, similitudine, & diuina lege. Primo hoc probò auctoritate Ambr. in lib. de beneficijs sic dicentis: Grandis culpa est, si te sciente fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, & famem tolerare, erumnas perpeti, qui egere erubescit, si in causam ceciderit aut captiuitatis suorum, aut calumniae & non adiuues: ergo grandis culpa est iurisperito personis miserabilibus iuris consiliū: & aduocato subtrahere patrocinium. Secundò probò hoc idem similitudine. Medicus enim tenetur pauperi languido impendere curam & consilium medicinæ, secundum quod dicit. B. Symmachus, non est grandis differentia utrum lethum inferas vel admittas; mortem enim languidis probatur infligere, qui hanc cum possit excludere, non excludit. 83. dist. Sic ergo pari ratione tenetur iurisperitus, uel aduocatus iuste pauperi, iniuste oppresso impendere patrocinium. Tertiò hoc idem probò diuina lege. Nam Exod. 23. dicitur, quod si occurreris boui, aut asino inimici tui erranti, reduc ad eum, & si uideris asinum odientis te cecidisse sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Ex quibus auctoritatibus sic concludo. Si boui inimici erranti, & asino oppresso tenemur subuenire, & auxilium impendere, multò fortius iurisperitus pauperi ignoranti tenetur consulere: & pauperi iniuste oppresso tenetur aduocatus impendere patrocinium ad tuendam causam. Quartò hoc idem confirmo per legem charitatis qua indigenti subuenire tenemur, de qua dicitur Matth. 7. Quaecumque uultis, ut faciant uobis homines, & vos facite illis. Hæc Alex. 3. parte summæ q. 8. art. 12. utrum iurisperitus teneatur ad

ferendum consiliū & aduocatus ad iustum patrocinium, in cor. q.

Secundò si aduocatus defendit causam quid? cum iniustam, aut defendit eam scienter aut aduocato ignoranter. Primò enim si causam iniustam scienter defendit grauiter imò mortaliter peccat ratione auxilij, quod impedit: & formo sic rationem. Illud est peccatum mortale ex quo homo iram Dei meretur: sed ille, qui alteri operatur ad malum aliquod faciendo, siue consulendo siue adiuuando siue qualitercunque consentiendo, iram Dei meretur, ut dicitur. 2. Paralyp. 19. Impio præbes auxilium, ideo iram Dei mereberis. ergo &c. Secundò hoc idem probò ratione nocumenti quod facit, & formo rationem sic. Quicumque nocumentum alterius attentat, vel facit, grauiter peccat secundum grauitatem nocumenti: sed qui subtrahit quod est iustum alteri parti, ei nocumentum facit ergo &c.

Vbi nota quod aliter est de medico, & aliter de aduocato, quia medicus licite potest assumere infirmitatem desperatam ad curandum, & laudatur si eam sanat, si uero eam non sanat non peccat, cum eam ad sanandum assumit. Cuius ratio est quia medicus nulli facit iniuriam, sed utitur peritia uel industria artis suæ sine damno alterius, quod cuiuslibet licet. Aduocatus autem causam iniustam non potest assumere sine alterius partis iniuria, uel offensa, quod nulli licet. Tertiò probò hoc ratione boni quod impedit, uel destruit, & formo sic rationem. Sicut se habet offendens membrum respectu corporis, ita se habet qui offendit unum hominem respectu boni communis, sed ille, qui manum seu oculum, uel aliquod membrum particulare laedit, totum corpus offendit, cum sit membrum, uel pars corporis, ergo à simili, qui particularem iustitiam unius hominis peruertit, & impedit, iustitiam communem impedit & peruertit, cum iustitia particularis redundet in bonum commune, & per oppositum iniustitia particularis in malum uel damnum commune: unde Apostolus ad Ro. 1. dicit, quod non solum facientes, sed facientibus consentientes digni sunt morte. Propter quod Boetius in lib. de consolatione sic dicit: Iustus aduocatus nullo modo causas iniustas accipit: nec uerbo dare consilium pro iniustitia consentit.

Secundò

Quid ē *Secundò aduocatus quandoq; iniustā*
ū igno causam ignoranter defendit, & tunc ali-
anter. qualiter excusatur eo modo, quo pōt eum
ignorantia excusare. Requi infra Ignorantia. Vbi sciendū qd si à principio quan-
do aduocatus causam iniustā assumpsit,
credidit esse iustam, & postea in processu
causæ cognouit eam esse iniustam, tunc
aduocatus quattuor dēt attendere & obser-
uare. Primum est, qd postquā aduocatus
cognouit iniustā esse causam, tunc debet
causam iniustam deferere. Secundū est,
qd debet eum, cuius causam gerit, induce-
re ad cedendum, siue ad componendum
sine aduersarij dāno vel nocumento. Ter-
tium est, qd non debet aduocatus iniustā
eā alteri parti prodere, vt eam iuuet, nec
secreta cāe suæ debet parti alteri reuela-
re, quia tunc esset cā damni illius cuius
causam assumpsit: vnde aduocatus puni-
tur si causam suā prodiderit, vt hī 2. q. 3.
Quartum est, qd aduocatus licitè potest, &
debet defendere causam iustam, non tñ
facere fraudem aliquam ad obtinendam
causam iustam. Et probatur per similitu-
dinem militis, vel ducis exercitus, quibus
licet in iusto bello insidijs uti, ea quæ fa-
cere debent prudenter occultando: non
autem falsitatem fraudulenter faciendo,
quia ēt hosti fides seruari oportet, sicut
Tullius dicit in primo de officijs. Simi-
liter & aduocato licet, defendere causam
iustam, prudenter impediendo ea, quibus
impediri possunt processus eius, non ta-
men licet ei uti aliqua falsitate, vel produ-
cendo falsos testes, vel allegando falsas
leges, quia sic faceret contra fidelitatem,
quam oportet seruare. Hæc B. Thom. se-
cunda secundæ q. 77. art. 3. arg. contra, &
in cor q. & in solu. triū argum.

C A P. III.

3. **C**IRCA aduocatum, tertio, princi-
paliter vel iudicem considerare de-
bemus salarium quod exigit & assumit.
Ad cuius euidentiam nota hic tres distin-
ctiones. Prima distinctio est, qd officiales
aut habent certum stipendium sibi assi-
gnatum, aut non habent. Si habent, nihil
ominino possunt recipere sicut dicit Aug.
de uerbis domini super illud Lucæ. 3. Ne-
minem concuratis &c. Quicumq; ergo

stipendia publica certa cōsequitur, si am-
plius quærit tanquā calumniator, & cō-
cussor, Ioannis sententia condemnatur.

Si verò non habet, distinguendum est
de salario. Et ideò secunda distinctio est:
Vel salarium est moderatum, tunc aduo-
catus siue in principio quæstionis, siue
post, pactum fecerit, non peccat, nec con-
tra iustitiam facit si suū patrociniū uel
consilium vendit, moderatum salarium
assumendo, vt dixi. Quod tripliciter pro-
bo. scilicet auctoritate, ratione, & similitudine.
Primò auctoritate Aug. ad Macedonium
sic dicentis: Aduocatus licitè vendit suum
patrocinium, & iurisperitus consilium ve-
rum. Et Greg. Iustum est, vt illi conse-
quantur stipendium, qui pro te suum cō-
modare reperiuntur obsequium. Secun-
dò probo hoc idem ratione, quia ea, quæ
quis non tenetur alteri exhibere, iustè po-
test eorum exhibitione recompensationē
accipere: manifestum est autem qd aduo-
catus non semper tenetur patrocinium
præstare aut consilium dare in causis, &
ideò si consilium, vel patrocinium vedit,
non peccat. Tertiò hoc idem probo si-
militudine: Medico opem ferenti ad sa-
nandum & omnibus alijs personis licet
salarium moderatum accipere: vnde quā-
uis iustitia, vel scientia sit quoddam spi-
rituale, & per cōsequens pro re aliqua nō
possit vendi, vel mutari, tamen vsus scien-
tiæ, uel iustitiæ fit opere & labore corpo-
rali, & ideò pro recompensatione laboris
pecuniam, vel salarium moderatum licet
accipere: non enim vendit talis sciētiam,
sed laborem: vnde quia nullus tenetur p-
prijs stipendijs militare, vt dicit Apost. 1.
ad Corinth. 9. & dignus est operarius mer-

cedere sua: Lucæ 10. moderatum salarium
attendit debet, considerata cōditione per-
sonarum & negotiorum & laboribus, &
consuetudine patriæ, quæ quattuor sunt:
primum est quantitas causæ. secundum
est labor aduocationis: tertium est scien-
tia in assessore & facundia, uel honestas
in aduocato: quartum est consuetudo re-
gionis. Secundū enim considerationē
istorum quattuor salarium maius vel mi-
nus debet taxari & accipi. Sicut enim di-
cit B. Leo. 61. dist. pro laboribus multis,
pro moribus castis, pro actionibus stre-
nuis præmium debetur. Nota tamē post-
quam

Aduoca-
tus iustè
pōt sala-
riū acci-
pere, &
in pactū
deduce-
re.

Salariū
iud. qua-
tuor ta-
xari de-
bet. Idē
l. 1. §. in
honorarijs.
ff. de var.
or. gl. c.
nō lice-
at il. q. 3

Postquā debet aduocatus facere cum litigatore, secundum q̄ dicitur in canone: Non licet aduocato illi contractum inire, quem in propriam recepit fidem, nec ex industria iurgium protrahere. Si uero salarium immoderate extorqueat, peccat, quia contra iustitiam facit. De tali, & similibus loquitur Sidonius in quadā epistola dicēs: Hi sunt qui causas protendunt adhibiti: impediunt pratermissi, fastidiunt admoniti obliuiscuntur locupletati. Hi sunt qui emunt lites, uendunt intercessionem deputant arbitros, iudicando dictant, dictando conuellunt, attrahunt litigatores, protrahunt audiendos, retrahunt transigentes. Et Innocentius de uilitate conditionis humanæ, de talibus aduocatis loquēs sic ait: Sæpē causas tatum differunt, q̄ litigantibus plusquā totū auferunt, quia maior est expensarum sumptus, q̄ fuerit fructus, nec terminantur pauperum incepta negocia, quousq; marsupia sint euacuata: unde & tales mortaliter peccant, & ad restitutionem tenentur. Ita dicit Aug. ad Macedonium. Ab his extorta per immoderatam probitatem repeti solēt, data per tolerabilem consuetudinem repeti non solent, Et Ambr. in sermone de iniusto aduocato dicit: Redde quod accepisti, quoniam contra ueritatem fecisti, & iniquitati affuisti: iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate contendisti & certasti. Tertia distinctio est, q̄ aliter se habet in iudice, uel teste respectu recipiendi salarium, & aliter in aduocato & iurisperito, quia iudex, & testis nihil possunt recipere, ut dicit Aug. ad Macedonium: Non debet iudex vendere iustū iudicium, nec testis uerum testimoniū. Sed aduocatus iustum patrocinium & legisperitus iustum consilium potest uēdere. Cuius rō est, quia iudex, & testis communes sunt utriusq; partis, & inter utranque partem ad examen adhibentur. Et quia iudex tenetur iustam sententiam dare, & testis tenetur uerum testimoniū dicere, iustitia autem, & ueritas non declinant; in unam partem magis quā in aliam, iō iudicibus de publico sunt stipendia laboris statuta: propter quod non licet eis ab alijs salarium petere uel recipere: ut patet prima distinctione. Et testes precium

accipiunt non quasi precium testimoniij, sed quasi stipendium laboris, & expensas vel ab utraq; parte, uel ab ea, quæ inducitur, quia nemo militat suis stipendijs, ut patet sup. sed aduocatus, uel iurisperitus alteram partem tantum defendit, & ideo licite potest precium accipere a parte quam adiuuat. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 71. art. 4. arg. contra: & in cor. q. & in solu. trium argumentorum. Et Alex. 3. parte sum. q. 24. ar. 13. utrum officiales, assessores, & aduocati possunt pro consilio iuris & patrocinio pecuniam recipere, in cor. q. per totum.

CAP. IIII.

Quarto principaliter circa aduocatum considerare debemus modū quo procedit: nam aduocatus patrocinium debet ferre quatuor modis. scilicet ordinatē, iustē, piē, & modestē. Primō ordinatē, ut. scilicet si est necesse q̄ prius aliquis aduocet pro seipso quam pro alijs: quod dupliciter probo. Primo ex auctoritate, quia aliquibus conceditur auctoritas aduocandi pro seipso, quibus prohibetur patrocinari causis aliorum, ut patet sup. primo cap. Secundo probo hoc idem ex necessitate, quia non imminet homini necessitas patrocinari causis aliorum, sicut proprijs. Cuius ratio est, quia alij possunt sibi aliter subuenire. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ. q. 71. arti. 2. in solu. 3. argum.

Secundo aduocatus debet ferre patrocinium, uel auxilium iustē ex parte causæ, & hoc duobus modis. Primō quia nullus dēt esse iudex, uel assessor in causa illa, in qua uult esse aduocatus, quia duo officia prohibitus est quilibet exercere, ut habetur 4. q. 4. cap. 1. & 2. Rō huius aliter assignatur à glosa, & aliter à Beato Thom. Quare Glosa autem ibidem dicit, q̄ causa quare non pōt in eadem causa nō debet quis esse iudex, q̄s esse & aduocatus, ne dū ad utrunque festinat, iudex & neutrum bene peragat: nec enim creden: aduocandū est facile duabus necessarijs reb. vnū tūc sufficere. Hæc in summa confessorū, lib. dem cā. 2. rubricella de aduocato. q. 176. iuxta medium. Ratio autem quare eadem causa non potest quis esse iudex & aduocatus secundum B. Tho. est, quia iudex est com-

Iudex & testis nō pnt accipere salarium à partib., sed de publico dādum est illis.

munis vtriq; parti : vnde inter vtranque partem ad examen adhibetur & similiter testis. Iuris uero peritus & aduocatus ex vna parte consistunt. scilicet quia alteram partem tantum defendunt, & ideo in causa qua quis est iudex, in eadem non potest idem esse aduocatus, & testis, & e converso, secunda secunda q. 71. art. 4. in sol. 3. arg. Secundò modo aduocatus debet patrociniari iuste. scilicet ex parte causæ, quia iniustam vel desperatam non debet assumere causam ad defendendum : quod sic probo : Aut enim aduocatus causam iniustam, vel desperatam defendit ex sua ignorantia. scilicet ignoranter, aut scienter : si ignoranter puta, quia causam iniustam ex sua ignorantia credit esse iustam, & ideo tãquam iustam causam defendit, peccat, & ad restitutionem tenetur damni alterius : vnde August. in lib. de ciui. Dei lib. 19. Ignorantia iudicis, & aduocati plerumque est calamitas innocentis. Si uero iudex vel aduocatus causam iniustam scienter defendit adhuc grauius peccat. Hæc B. Tho. secunda secunda q. ibidem art. 3. in cor. q. Re. sup. c. 2.

Tertiò aduocatus patrocinium debet ferre piè, quod intelligi potest tam ex parte dominorum, quam ex parte aduocatorum. Primo ex parte dominorum. Cum enim quis aduocatum non potest habere, uel propter paupertatem, uel propter potentiam aduersæ partis, tunc si postulat aduocatum, debet ei dari à præfidente. In his enim duobus casibus ait prætor : Si non habet aduocatum ego dabo. Hæc in summa confessorum ubi sup. q. 170. in corp. q. Secundò potest intelligi ex parte aduocatorum, quia quando causæ pauperum misericorditer patrocinantur, non debent intendere ad remunerationem humanam, sed diuinam. Non tamen semper aduocati tenentur gratis patrocinium impendere. Cuius ratio est, quia non semper illa, quæ homo potest misericorditer facere, tenetur facere gratis, alioquin nulli liceret aliquam rem vendere, quia quamlibet rem potest homo misericorditer impendere : possunt ergo aduocati ab his, qui habent, & quibus patrocinant, pro recompensatione laboris, pecuniam moderatam accipere, ut dicit B. Thom. secunda secunda : ubi sup.

art. 4. in cor. q. & in sol. primi argum. ut etiam patet c. præcedenti. Pauperibus autem non semper tenentur patrocinium ferre, sed seruata oportunitate locorū, & temporum, & aliarum rerum, ut Aug. dicit in primo de doctrina christiana : Cum omnibus prodesse nō possis, his potissimè consulendum est, qui pro locorū, uel temporum, uel quarumlibet rerum oportunitatibus constrictus tibi quasi quadā sorte iunguntur. Et probo hoc etiam per locum à maiori sic : Non minor necessitas est indigentis cibo, quam indigentis aduocato, sed ille, ubi habet potestatem cibandi, non semper tenetur cibare pauperem : sed seruata oportunitate prædicta ergo nec aduocatus tenetur semper causæ pauperum intendere, & patrocinium præstare, sed tempore, & loco, & mō suo. Hæc B. Tho. ubi supra immediate, art. 1. & in sol. arg.

Quartò aduocatus patrocinium, vel auxilium debet ferre discrete, uel modeste, & hoc duobus modis. Primò modo, quia aduocato defendenti causam iustam nō licet uti aliqua falsitate, quia nulli licet facere fraudem, licet tamen prudenter occultare ea, quibus impediri posset processus eius : quod probatur per simile de milite uel duce exercitus, cui in iusto bello non licet falsitatem fraudulenter facere contra hostes, quia etiam hosti fidē seruare debet, licet tamen ei, quæ debet facere, occultare prudenter, ne possit ab aduersario impediri : similiter est de aduocato : ut patet. Hæc B. Thomas ibidem art. 3. in sol. 3. arg. Req. sup. c. 3. Secundò debet aduocatus patrocinari modeste, & hoc quo ad uerbum & modum : & hoc duobus modis. Primò in quantum iustitia permittit, causam sui clientuli foueat, nihil de contingētibus omittendo. Secundo ut non procaciter, uel dicendo conuicia, uel vociferando aduocet, quia per hæc processus impeditur, dicente Propheta. Isa. 32. Erit cultus iustitiæ silentium, talis enim si adeò procax fuerit ab aduocatione excluditur dicente Salomone : Proverb. 24. Eijce derisorem, & exhibit cū eo iurgium : cessabuntq; causæ & contumeliæ. Hæc in summa ubi supra. q. 172. quis sit modus debitus aduocandi : in corp. q. medio,

Adulatio.

SUMMARIVM.

- 1 Circa humana colloquia triplex differentia reperitur.
- 2 Adulator quis est duobus modis.
- 3 Laudare, & placere alteri, quando liceat, & meritorium sit.
- 4 Adulatio, quando sit peccatum veniale, & quando mortale.
- 5 An adulatio gravius sit peccato homicidij.
- 6 Quinq; sunt remedia adulationis.

CAP. I.



ADULATIO. Circa adulationem quattuor considerare debemus, scilicet modum expressiuum, actum infectiuum, reatum excessiuum, remedium exclusiuum.

Primo circa adulationem considerare debemus modum expressiuum.

Nam circa humana colloquia (per quæ maximè homines adinuicem conuiuunt & conuersantur secundum naturæ suæ proprietatem respectu aliorum animalium, quæ sibi in cibis, uel homini communicant, non autem in colloquijs in quibus propriè consistit contactus humanus quo ad delectare alium, uel contristare) triplex differentia reperitur. Quidam enim sunt qui in colloquijs tenent medium in laudando, uel contristando, tales uocantur affabiles, uel amici. Quidam uero alij sunt, qui tenent excessum in contristando, uel defectum in delectando, & tales agrestes, discoli, uel litigiosi nominantur. Quidam etiam alij sunt, qui tenent excessum in delectando, & defectum in alios contristando: & tales placidi, uel placentarij, uel adulescentes uocantur. Primò enim dico, quod quidam sunt, qui tenent medium in delectando, uel contristando alios, eò quod tales delectant, uel contristant alios sicut oportet, & quando oportet, & secundum alias circumstantias, & tales sunt laudabiles, & uocantur affabiles uel ami-

ci. Habens enim hanc uirtutem. Affabilitatis uel amicitia quandoque laudat alios, & delectat secundum, quod exigit ordo debitus rationis, quandoque autem refugit delectare, & eligit contristare, & hoc duobus modis.

Vno modo ex parte ipsius, qui contristat, puta si non sit sibi honestum colloquia talia audire, ut cum alius loquatur uerbaturpia, uel si etiam sit sibi nociuum, puta cum alius loquitur in detrimentum eius. Alio modo ex parte illius, qui contristat, puta si dicat, uel faciat aliquid, quod ad propriam eius, & magnam inhonestatem pertineat, uel et sit ei multum nociuum: sic enim non acceptabit uirtuosus quod ab alijs dicitur uel fit, sed magis reprehendet. Quod modum seruabat Apostolus. I. ad Corinth. I. I, ubi dicit: Laudo uos, sed in hoc non laudo. quod. d. In eo quod est dignum laude. scilicet in opere uirtuoso nos laudo: sed in hoc. scilicet in uitio quod non est laudabile sed uituperabile uos non laudo. Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Secundò quidam alij sunt, qui tenent excessum in contristando alios, & defectum in delectando, superabundant enim alios contristando, & uolunt contrariari omnibus. quæ dicuntur, uel fiunt ab alijs, quasi intendentes, & uolentes alios in suis colloquijs contristare, & nihil curantes prætermittere ne alios contristent, & aspernantes delectare alios, & isti agrestes discoli, & litigiosi uocantur. Dicuntur autem tales agrestes similitudinarij, quasi sicut agresta stupefacit dentes, ita isti in suis colloquijs nituntur omnes alios contristare, & turbare: & istud est uituperabile, propter quod de tali dicitur Eccl. 8. Non litiges cum homine linguato. dicit Non litiges: ubi prohibet litigium, eo quod litigium est peccatum repugnans charitati, affabilitati, & mansuetudini. Primò est peccatum repugnans charitati: quod patet, quia litigium fit propter defectum amoris animos unientis: sed defectus amoris pertinet ad discordiam, discordia uero charitati contrariatur: ergo &c. Secundo litigium est peccatum repugnans affabilitati: quod sic patet. Ad affabilitatem pertinet alijs delectabiliter conuiuere, ut oportet, ut patet super. immediatè, sed litigium est contradictio, per quam aliquis suis uerbis non ueretur alium contristare: ergo &c. Tertio litigium repu-

gnans māsuetudini: quod sic pater: Mansuetudo moderatur iram, sed litigium ex ira quandoq; oritur. vnde Prouer. 28. dicitur, q̄ iracundus incēdit litem ergo &c. Hoc B. Tho. 2. 2. q. 116. art. 1. in cor. q. & in sol. arg. Similiter de tali muliere litigiosa dicitur Prouer. 7. Mulier vaga, & garrula, quietis impatiens, non valens in domo quiescere, nunc intus in domo, nunc in plateis ciuitatis &c. Talis mulier litigiosa est vaga in corde, est garrula in uoce, quia cum omnib. clamat, & garrit, est quietis impatiens, quia omnes bonos, & pacificos conturbare affectat. Non valens in domo quiescere, scilicet in domo materiali, vel conscientię persistere. Nunc foris, scilicet in domo aliena, Nunc in plateis ciuitatis clamat. sicut audiat, & audiatur, ut videat, & videatur. Tertiò quidā alij sunt, qui in suis colloquijs tenēt excessum in delectando, quia omnes communiter delectare intēdunt, & defectum in contristādo: quia nullum contristare volunt, Hi. n. in sermonibus suis, & in rebus alijs, quibus communicant, & conuersantur cum alijs, omnia quæ ab alijs dicuntur, vel fiunt, laudant siue bona sint, siue mala, ad hoc ut delectabiles se eis exhibeant, & in nullo contradicunt eis quib. conuiuunt, ne eos cōtristent, æstimantes q̄ oporteat omnib. conuiuere sine tristitia, & tales si hoc nō faciunt propter aliud, sed solum quia in hoc delectantur, vocantur placidi, vel placetarij: si aut hoc faciunt propter adipiscendū pecuniam, uel quicquid aliud, quod pōt pecunia æstimari, blanditores se res vocantur. Hæc B. Tho. in sci. quod dicit super li. Ethic. Aristo. li. 4. ca. 19. vel 13. quod incipit: De colloquijs autem conuiuere per totum, & iterum secunda secundæ. q. 116. art. 1. in cor. q.

C A P. II.

EST sciendum ad euidentiam præcedentis capituli, quod duob. modis est aliquis adulator, scilicet tacendo, & loquendo. Primo tacendo: vnde Beda sic ait: Adulator est, qui tacet, & dat consensum ne offendat illum, quem credit habere propitium. Secundo modo, & propriè aliquis est adulator loquendo:

nam adulatio propriè sumpta consistit in quodam sermone laudis alteri exhibito intentione placendi. Hoc autem fit quattuor modis, respectu boni, & respectu mali. Respectu. n. mali fit duobus modis, scilicet approbando ipsum, vel diminuendo. Respectu autem boni fit etiā duobus modis, scilicet ponendo bonum esse, quod non est, & augendo bonum magis quam sit. Primò modo fit adulatio respectu mali duobus modis: primo modo laudando malum tanquam bonū: unde Cassiodorus in quadam epistola sic ait. Adulatio blanda omnib. applaudit, omnibus salue dicit, prodigos uocat liberales, auaros parcos, & sapientes lasciuos, vel prodigos curiales, garrulos affabiles, obstinatos constantes, pigros maturos, & graues. Sed væ talibus, quia ut dicitur Prouer. 24. Væ qui dicunt impio iustus es, maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. Secundò fit adulatio respectu mali diminuendo eius malitiā. Tertiò fit adulatio respectu boni ponendo, & laudando bonum esse, quod non est: Isa. 5. Væ qui dicunt malum bonum, & bonum malum &c. Quarto fit adulatio respectu boni, scilicet augendo bonum, & laudādo ipsum magis quam sit. Isa. 3. Popule meus, qui beatum te dicūt, ipsi te decipiunt. Hæc Alex. 2. parte sum. q. 164. de adulatione, art. 1. in corp. q.

C A P. III.

SECUNDO principaliter circa adulationem considerare debemus actum infectiuum. Cum enim adulatio consistat in sermone laudis alteri exhibito intentione placendi, ut patet supra in duobus cap. præceden. sicut enim homo potest aliquem laudare benè, & malè, prout, scilicet debitæ circumstantiæ seruantur, uel prætermittuntur, ita potest homo alteri placere benè, vel malè, uerbi gratia. Potest enim aliquis benè aliquem delectare laudando cum tribus modis, vel triplici ratione, prima ut Deus honoretur: secunda, ut proximus (ne in tribulatione deficiat) consoletur. tertia, ut uirtus in proximo

ximo augeatur, uel ut etiam in bono proficere conetur, tunc his trib. uelle laudare aliquem, & uelle placere ei est licitū, & meritoriū, & sic his trib. modis aliquē laudare ad rationem amicitia, uel charitatis pertinet, nec adulatio dici potest. Alio modo potest quis uelle malè placere alteri, & laudare eum tribus modis: & tunc adulatio erit peccatum, & per cōsequens quādo laudat de incerto, uel dubio, de futuro, de illicito. Primò malè aliquis laudat aliquem quando laudat de aliquo sibi dubio, uel incestu. Eccle. 11. Non laudes uirum in specie sua. glo. Ne iuxta speciem corporis æstimes qualitatem mentis, quia homo uidet quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor. Secundò aliquis malè laudat alium, qñ laudat de futuris. Eccl. 11. Ante mortem ne laudes quemquam. Glo. Stultum est laudare pugnantem quasi iam uictorem. Ille uerò qui bona uidetur agere, nescimus quo animo agit, aut si uelit, uel possit perseuerare vsq; ad finem. Tertiò aliquis malè laudat alium quando laudat de uicio, secundum illud psal. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & tunc laudare aliquem de his tribus, & in alijs in quibus non est laudāus ad adulationē spectat, Similiter potest hō uelle placere alijs bene, & meritoriè tribus modis, primò, ppter Dei gloriam, & honorem eliciēdū: secundò propter sui charitatem nutriendam, tertiò propter proximi utilitatem fouendam, scilicet ut eis homo spiritualiter proficere possit. His tribus modis placere hominibus est laudabile, & meritorium. Quòd autem aliquis uelit placere hominibus tribus modis, scilicet primò propter inanis gloriæ appetitum, secundò propter temporale lucrum, uel commodum, tertio ppter aliquod illicitum scilicet peccatum, uel damnum alterius perpetrādum; his tribus modis esset peccatum, secundum illud psal. Dicipauit ossa eorū, qai hominibus placent, & Aposto. dicit ad Gala. 1. Si adhuc hominibus placere, seruus Christi non essem: unde pater, qd laudare alios, & placere eis his trib. modis adulationis est peccatū. Quapropter Hiero. ad Demetriadē sic dicit: Beata mens, quæ non adulatur, aliquādo nec adulterātū credit, quæ nec decipit al-

terum, nec ipsa decipitur: nec malum facit aliquando, nec patitur. Hęc B. Tho. 2.2.q.115. art. 1. in sol. 1. arg.

CAP. IIII.

Tertio principaliter circa adulationem considerare debemus reatum excessiuum. Est enim adulatio aliquādo peccatum ueniale, aliquando uerò peccatum mortale: quod in generali sic probō: Peccatum mortale tale est quod contrariatur charitati, quòd uerò non contrariatur charitati est peccatum ueniale. Adulatio igitur aliquando non cōtrariatur charitati: & tunc est peccatum ueniale, aliquando contrariatur charitati, & tunc est peccatum mortale.

Primò ergo adulatio est peccatum ueniale tribus modis, uel triplici ratione. Prima ratio est cum quis adulatur sola auuiditate alios delectandi, & non intentione nocendi. Secunda est cum aliquis adulatur sola intentione vitādi aliquod malum sine alterius detrimento. Tertia est cum quis adulatur intentione consequendi bonum aliquod in necessitate: his. n. tribus modis, uel casibus adulatio est peccatum ueniale.

Est aut peccatum mortale quattuor rationibus. scilicet ratione criminis, intentionis, deceptionis, occasionis. Primò rōne criminis de quo quis alicui adulatur: & formo sic rōnem. Qui fouet, & nutrit aliquem in peccato mortaliter peccat: unde psal. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Super quo uerbo Aug. dicit. Hęc est magna ira Dei, ut desit correctio, & adsit laudatio. Et subdit causam dicens: Adulantiū. n. linguæ alligant homines in peccatis, delectant. n. ea facere, in quibus non solū non metuis repræhensor, sed etiam laudatur operator. Scđò adulatio est peccatū mortale rōne intētionis, & formo sic rōnem: Qui aliquid facit intentione nocēdi alicui, uel spūaliter, uel corporaliter peccat mortaliter: ergo cum aliquis adulat alicui hac intentione, & sine ut fraudulēter sine spūaliter, siue corporaliter ei noceat mortaliter peccat. Et de hoc dicitur Prouer. 27. Meliora sunt vulnera diligentis quā fraudulenta oscula odientis. q. d. Meliores sunt in-

crepationes duræ, & verbera amici veri, seu prælati etiam si vulnerat sensualitatem, & infligat pro demeritis, & peccatis penas, & plagas. Quia fraudulenta oscula, idest quàm applausus, & cōsensus correptionem dissimulatiū, quia tali potest dici illud verbum quod dixit saluator Iudæ Matth. 26. Osculo filiū hominis tradis? Vnde Aug. 13. de Trini. sic ait. Magis optabo à quolibet reprehēdi, quā ab adulatore laudari: nullus. n. reprehensor formidandus est amator ueritatis, laudator verò errat, & confirmat errorē. Tertiò adulatio est peccatum mortale ratione deceptionis, & formo sic rationem. Qui proditoriè alicui nocet mortaliter peccat, sed adulator proditoriè alicui aliquādo adulatur, ut eū decipiat, & ei noceat, quod patet per Augusti. super psal. dicentem, quòd adulatio est fallaci laude seductio. Et ideò dicitur in decretis dist. 46. Clericus, qui adulationib. & proditionibus vacare deprehenditur; degradetur ab officio, sed talis pēna non infligitur nisi pro peccato mortali, ergo adulatio ratione deceptionis, vel fraudis est peccatum mortale. Quartò adulatio ratione occasionis est peccatum mortale, & formo sic rationem: Ille qui alteri peccati, & ruinæ existit occasio, quamuis sit præter eius intentionem, mortaliter peccat, ergo à simili cū laus adulatoris sit alteri occasio peccandi; etiam præter adulatoris intentionem, talis mortaliter peccat. In hoc tamē cōsiderari oportet, utrū sit occasio data, uel accepta, & qualis ruina subsequatur, sicut patet infra scandalum. Hæc B. Thom. secunda secundæ. quæst. 115. articu. 2. in cor. q. & in solu. argumen. Si autem breuius uis procedere dicas, quia adulatio fit quatuor de causis. Primò intentione delectandi, ut alicui profit, & nulli obsit, & tunc est peccatum ueniale. Secundò adulatio fit intentione nocendi, quamuis aliquādo profit, & tunc est mortale, quia uidetur fieri ex mortali libidine. Tertiò adulatio non fit intentione alicui nocendi, vel proficiendi, sed propter eius assiduitatem generat cōtemptum Dei, & ideò est peccatum mortale. Quartò fit adulatio intentione nocēdi, & fouendi alium in peccato, dicendo bonum malū, & malū

bonū, & tunc principaliter est peccatum mortale. Hæc Alex. 2. par. sum. q. 144. de adulatione. art. 2. in cor. q.

C A P.

V.

AD maiorem tamen euidentiam capituli præcedentis quæro hic de grauitate peccati adulationis in comparatione ad alia peccata. Prima quæstio est, an peccatum adulationis sit grauius peccato homicidij, & uidetur quod sic, quod tali ratione ostendo. Peccatum quanto plus mentem corrumpit, & plus alicui nocet, tanto est grauius, sed ita facit adulatio respectu homicidij, quod dupliciter probo. Primò, quia super illud verbum psal. Laudatur peccator in desiderijs animæ, exacerbat dominum peccator. Hiero. sic dicit. Nihil est quod tā facile corrumpit mentes hominum, ut adulatio. Secundò probo hoc idem, quia super illud uerbum psal. Conuertantur statim erubescences, dicit gl. sic. Plus nocet lingua adulatoris, quam gladius persecutoris: ergo adulatio uidetur esse grauius peccatum homicidio. Respōdeo, & dico, quod adulatio, & homicidiū in grauedine se habent sicut excedētia, & excessa, quod patet, quia homicidiū est grauius peccatum adulatione duplici rōne. Prima est quia lingua adulatoris non nocet ita efficaciter sicut gladius persecutoris, quod patet, quia gladius persecutoris effectiue occidit, quasi sufficiens causa mortis, lingua autem adulatoris nō ita efficaciter nocet, quia nullus pōt esse alteri sufficiens causa peccandi, ergo cum gladius persecutoris sit cā mortis efficiēter, & lingua adulatoris sit cā mortis nō efficiēter sed occasionaliter, ideò homicidiū est grauis peccatum adulatione. Secunda rō est, quia malum irrecurabile est grauius malo recuperabili, nocumētū autem adulationis est recuperabile, nocumentum uero homicidij irrecurabile, ergo &c. Ex alia vero parte adulatio est grauius peccatum homicidio duplici ratione. Prima est, quia peccatum quanto plus nocet in præciosis bonis tanto grauius est, sed lingua adulatoris plus nocet in præciosis bonis, scilicet in bonis spiritualibus quam gladius persecutoris, qui nocet in

corpo-

5 An peccatum adulationis sit grauius peccato homicidij.

corporalibus tantum. Secunda ratio est, quia peccatum quāto occultius nocet, & minus cauere potest, tātō est grauius: sed peccatū adulationis occultius nocet: magis. n. cauere potest à manu persecutoris, quā à lingua detractoris, uel adulatoris. ergo &c. Secunda quæstio est, an adulator ita grauiter peccet sicut ille cui adulatur: & uidetur, q̄ grauius tali ratione.

Adula-
tor an
ita gra-
uiter pe-
cet, sicut
is cui a-
dulatur.

Quinq; alijs uerbis nocet, nō minus nocet sibi quā alijs, sed ille, qui alteri adulatur, inducit eum ad peccandum mortaliter, quod patet, quia super illud psal. Oleum autē peccatoris, dicit gl. Falsa laus adulatoris à rigore veritatis emollit adnoxia: ergo multo magis adulator in se peccat. Respondeo duob. modis. Primò simpliciter, & absolutē sine aliqua distinctione: q̄ ille, qui adulatur alteri plus peccat, & plus nocet sibi, quā illi cui adulatur. Cuius ratio est, quia sibi nocet tanquam sufficiens causa peccandi, alijs autem nocet, & est causa peccandi occasionaliter tantū. Secundò respondeo cū distinctione. Distinguendum est. n. de illo cui aliquis adulatur: Aut. n. ille non assentit adulationi, aut assentit Primò. n. cū quis non assentit adulationi, tūc adulator peccat mortaliter ex intentione inducendi illum ad peccatū mortale, quantum in eo fuit, licet tamen ille adulationi non assentiret. Secundò uerò cum aliquis adulatori cōsentit, & acquiescit, tūc de tali est distinguendum, quia est quidā qui decipitur credendo adulationi plus de se, quā sibi, & talis cū decipitur ab adulatore minus peccat quā adulator. Est alius, qui nō credit solum adulatori, sed etiam fouet adulatorem, & procurat, ut fiat adulatio, & talis plus peccat quam adulator. De tali loquitur Hier. ad Cellā-tiam dicens: Isto maximē tempore regnat uitiū adulationis, quod est grauissimum, quia humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur, & ita fit, ut qui nescit adulari, aut inuidus, aut superbus reputetur. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 115. art. 2. in sol. 1. & 2. argu. & Alex. 3. parte sum. q. 143. de adulatione, art. 4. & 6. in cor. q. Vbi subdit, q̄ peccatum adulationis aggrauatur in adulante, & consentiente. In adulante quidem, quia prauam conditionē causat, scilicet quia culpam facit nu-

trire, & auget adulando. In consentiente uero, quia tam male disponitur per adulationē, fouetur enim, & in peccato suo nutritur. Et propter hoc adulatio dicitur ab Aug. super illo verbo psal. Laudatur peccator &c. esse magna ira Dei dupliciter, scilicet in præsentī & in futuro. Pri-mò in præsentī, quia Deus permittit ipsum consentientem cadere de peccato in maius peccatum. Secundò in futuro, quia per hoc, q̄ per adulationem impenitens est in præsentī ratione securitatis, uel falsæ credulitatis in pœnam eternam incidit, ex improviso, ibidem art. 7. in cor. q.

Adula-
tio dici-
tur ma-
gna ira
Dei.

Tertia quæstio est, an peccatum detractio-nis sit grauius peccato adulationis, vel è contra. Respondeo, & dico, q̄ detractio est grauius peccatū adulatione, & ex parte radicis, & ex parte finis. Primò ex parte radicis, quia detractio ex deteriori radice cōsurgit quā adulatio, scilicet ex odio, & inuidia, in quib. detractor similitudinem Diaboli tenet. Adulatio uerò ex libidine placendi procedit, uel ex uanitate cordis. Secundò ex parte finis, quia adulatio intendit magnificare nomen, detractio uero nititur auferre, uel deprimere nomen, uel aliter: Adulator quærit delectationem eius cui adulatur, detractor uero quærit infamationem eius cui detrahit: ut dicit B. Tho. 2. 2. ubi supra, art. 1. in cor. q. & in solu. 3. arg. in fine: & Alex. ubi supra, art. 3. in sol. ar.

Quarta quæstio est, an litigium sit maius peccatum quam adulatio. Respondeo & dico, q̄ vnum peccatum dicitur esse maius altero, uel quia turpius, uel quia grauius: uerbi gratia. In actibus humanis decor hominis est ex ratione, & ideo illud peccatum est turpius, ubi magis succumbit ratio, & propter hoc peccata carnalia, in quibus caro dominatur rationi, sunt turpiora peccatis spiritualibus, & non grauiora. Illud autem peccatum est grauius, quod magis ex Dei contemptu procedit: & ideo peccata spiritualia, quia ex maior contemptu procedunt, sunt grauiora peccatis carnalibus, & nō turpiora. Et similiter peccata quæ sunt ex dolo, sunt turpiora inquantū vñr ex quadam infirmitate, & facilitate rationis procedere. Peccata uerò manifesta ex

An liti-
gium sit
maius
pctū a-
dulatione.

maiori contemptum quandoque fiunt, quàm occulta, & ideo adulatio quasi cū dono existens videtur esse turpior, sed litigium quasi ex maiori contemptu procedēs videtur esse grauius peccatū. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 116. art. 2. in solu. 2. arg.

C A P. VI.

QUARTO, & vltimo considerare debemus circa adulatione remedium exclusiuum, nam quinque sunt remedia præcipua, quibus adulationis peccatum excluditur, & vitatur. scilicet deceptio, redargutio, detractio, bonæ conscientie, conditio, & propriæ miserie consideratio. Primum remedium ad adulationem vitandam est deceptionis consideratio. Ab illo enim semper cauendum est, qui semper decipit, sed omnis adulator est talis. Ita dicit etiam Aug. super psal. Adulatio est fallaci laude seductio: unde prouer. 1. Simulator ore decipit amicum suum, idest adulator, qui aut verbis blandis allicit ad peccandum, aut blandicijs, & fauoribus instruit qualiter peccata fiant, aut in bono blandimētis extollit: ideo si talis decipit amicum suum, huic non est credendum. Hier. 12. Ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona. Psal. Oleum peccatoris nō impinguet caput meum. Glo. idest simulata dilectio, & falsa laus adulatoris nō impinguet caput meum, i. mentem meā non delectabit, nec à vigore veritatis mouebit. Vidimus enim manifestè, q̃ adultores cum aliquem false irriserint, de illo dicūt, vide quomodo vixi illi caput.

Secūdum remedium contra adulationis peccatum est melioris redargutio, nam redargutio viri iusti multum ualet ad circūspecctionem nostrorum operum ne adulatione aliqua, in bonis quæ facimus, extollamur. Ecclesiasticus. 7. Melius est à sapiente corripī, quàm stultorū adulationibus decipi. Ratio huius est, quia cum sapiens habeat rectum iudiciū rationis, ideo est aliorum regula directiua: stultus autem, vel vitiosus cum extortum habeat iudiciū rationis, & per conse-

quens appetitum inordinatum non est sequendus, sed potius detestādus. Prouer. 1. Fili mi si te lactauerint peccatores, scilicet adulando, præterita extollendo, inclinando ad futura, ne acquiescas eis. Ad quod August. in lib. 83. quæst. dat bonum documentum dicens. Sit tibi tam triste si lauderis à turpibus, quàm si lauderis ob turpia. Tertium remedium contra adulationis vitium est detractio, consideratio, & impugnatio, nam ab illo cauere debemus, qui velut hostis non semper sequitur, sed est talis adulator: unde Aug. super psal. Duo sunt genera persecutorum scilicet uituperantium, & adulantium, sed plus nocet lingua adulatoris, quàm gladius persecutoris. Re. expositio nem huius in principio cap. præceden. Et Grego. dicit, quòd remedium contra adulationem est detractio. Sciendum est, inquit, quòd ne eleuemur immoderatis laudibus, plerunque nostri rectoris moderamine detractoribus lacerari permittitur, ut quos uox laudantis eleuat, lingua detrahenris humiliet. Et Ambro. de officijs. Non est uera amicitia ubi est adulatio fallax. & Sene. in epistolis. Malum hominem blande loquentem agnosce tuum laqueum esse, habet enim uenenum suum oratio.

Quartum remedium contra adulationem est bonæ conscientie conditio, nam bona conscientia semper minus existimat de se, & in agendis suis semper metuit, ne aliquod reprehensibile inueniatur. Et Greg. bonarum mentium est semper timere peccatum.

Quintum remedium contra adulationem est propriæ miserie inspectio, uel recognitio. Qui enim cogitat qualis est intus non extollitur, dum laudatur exterius. Vnde Sene. in epistola decima septima, sic ait. Intus te ipsum considera, non qualis sis alijs credas. Et Beatus Grego. super Ezechiel sic ait. Quid enim prodest si omnes laudent, & conscientia accuset? aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent, & conscientia sola defendat? quasi dicat nihil.

Ambitio.

SUMMARIUM.

- 1 Ambitio est peccatum quasi cōe.
- 2 Ambitio est peccatum.
- 3 Tribus modis peccat ambitiosus.
- 4 Ambitio opponitur virtuti magnanimitatis.
- 5 Ambitio a Deo, & à Christi Vicario ponitur.

CAP. I.



AMBITIO. Circa ambitionem considerare debemus tria, scilicet generalitatem vitij, deformitatem modi, qualitatem supplicij. Primo considerare debemus generalitatem vitij: nā ambitionis vitium quasi communiter omnia tangit, unde Aug. super psal. sic ait. Noluit Christus regnum terrenum cum superbia, quæ est cathedra pestilentia, possidere, ideò rectè dicitur, quia non ferè quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanam nō appetat gloriam. Et Ambr. super Lucam. Sæpe quos vitia nulla delectāt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subuertit, facit ambitio criminosos, hēt enim forensē gloriam, domesticus zelus, & ut dominetur alijs, prius seruit.

Secundò circa ambitionem cōsiderare debemus deformitatem modi, nā ambitio est peccatum, quod probo duplici ratione, scilicet rōne radicis ex qua oritur, & ratione uirtutis cui opponitur. Primò dico, q̄ ambitio est peccatum rōne radicis ex qua oritur. Sicut. n. ille fructus est corruptus, qui ex radice corrupta oritur, sic illud est peccatum, quod oritur ex peccato, sed ambitio oritur ex peccatis. vt enim dicit August. in lib. de uera religione, ambitio oritur ex superbia, & ex concupiscentia, quod sic probo. Ambitio est inordinatus appetitus potentia, uel honoris, sed hoc ad superbiā, & cupidi-

tatem spectat, ergo &c.

Vbi nota, quòd ambitio est inordinatus motus. s. appetitus potentia, uel honoris duob. modis. Primò prout p̄ potentiam acquiritur apparens, & excellens honorificentia, & sic ambitio orit̄ ex superbia. Secundò prout per potentiam, & honorem acquiritur apparens sufficientia, vel abundantia, & sic ambitio oritur ex cupiditate, uel concupiscētia. Hæc Alex. 2. par. sum. q. 158. de ambitione, arti. 7. in cor. q. Secundò ambitio est peccatū ratione uirtutis cui opponitur. Sicut. n. illud est malū, quod bono opponitur: ita illud est peccatum, quod uirtuti opponitur, sed ambitio duplici uirtuti præcipue opponitur, & repugnat, scilicet charitati, & magnanimitati. quod sic probo. Primò de charitate sic. Nihil repugnat charitati nisi peccatū, sed ambitio repugnat charitati, ita dicit Apосто. 1. ad Corinth. 13. Charitas non inflatur, non est ambitiosa: non quærit quæ sua sunt. Quæ uerba secundū gl. sic exponunt̄. Charitas nō inflatur si prosperè incedit, quia de nullo bono habito, uel habendo superbiēdo contra Deum, uel contra proximum extollitur. Econtra, multi, vñ inflentur, nō habent: sed inflare satis optant, vt hēant. Et subdit. Non est ambitiosa, idest non vult alijs præponi, uel non est ambitiosa alicuius boni inordinati habendi. Non quærit quæ sua sunt, idest ablata sibi contentiosè nō repetit, ita quòd ubi est charitas, ibi nec inflatio, uel superbia, uel cupiditas, & per consequens nec ambitio esse potest: ubi uerò deest charitas, ibi superbia, & cupiditas, & per cōsequens ambitio inuenitur. Cum autem ambitio sit inordinatus appetitus honoris, ut patet in appetitu inordinato, tribus modis peccat ambitiosus, scilicet ex eo quòd non habet, quòd non refert, quòd nō prodest: Primò ex eo, quòd nō habet. Cum enim honor sit quædam reuerentia alicui exhibita in testimoniū uirtutis, uel excellentia alicuius, tunc ambitiosus peccat ex eo q̄ q̄rit testimonium de eo quo caret. s. quia q̄rit, uel cupit honorari de excellentia quā nō habet, & sic ambitiosus honorem appetit supra suā p̄portionē, & dignitatē. Scdò ambitiosus peccat ex eo, q̄ bonū qd̄ cupit in Deū, non refert. Cū

Exponitur illud ad Cor. 13. charitas non inflat̄.

enim illud bonū in quō homo excellit, alium homo non habeat à seipso, sed est quasi quoddam diuinum in eo, ideò nō debet sibi principaliter honor, sed Deo, & ideò ambitiosus peccat per hoc q̄ honorem sibi cupit non deferendo in Deū. Tertiò ambitiosus peccat ex eo, q̄ non prodest: nam illud bonum in quo homo excellit alium, datur a Deo homini ad hunc finem; ut ex eo alijs proſit, & ideò si appetitus hoīs in bono qđ habet. ſ. in honore qui sibi exhibet quiet cit, nō refert honorē impēsum sibi ad aliorū utilitatem, & ambitiosus est, & peccat. Hęc B. Th. 2. 2. q. 13. 1. art. 1. arg. cōtra, & in cor. q̄ per totū: vnde dicit Salustius in cathelinario, q̄ gloriam, & honorē, & imperiū bonus, & ignauus æquē sibi exoptat, sed ille. ſ. bonus ad hoc nititur uera uia, ille. ſ. ignauus uel malus, dolis atq; fallacijs ad hoc contendit, ibidem in solu. 3. arg.

CAP. II.

Magna
nimita-
ri oppo-
nuntur
tria ui-
tia, &
pecca-
ta: p̄sum-
ptio:
Ambi-
tio: Puſi-
lanimi-
tas.

4 **S**ecundo ambitio opponitur uirtuti magnanimitatis: quod sic probo: Inordinatus appetitus opponitur ordinato: sed ambitio est inordinatus appetitus magni honoris, magnanimitas autē est ordinatus appetitus magni honoris: ergo &c. & sic ambitio est peccatum. Vbi nota q̄ magnanimitati opponuntur tria uitia, & peccata, duo per excessum. ſ. p̄sumptio, & ambitio, & unum secundū defectum, scilicet pusillanimitas.

Primò dico; quod p̄sumptio per excessum magnanimitati opponit, q̄a magnanimus est, qui tendit ad magnum honorem secundū rationem, & secundū suam uirtutem, & dignitatē, p̄sumptuosus autē (quem Aristo. 2. & 4. Ethic. uentosu dicit) attentat aliquod magnū opus supra suam facultatem. Quia autē assumat quis uel attēter aliquid quod suā facultatem, & possibilitatem excedit, est uitiosum, & peccatum quasi contra ordinem naturalem existens, quod uentosus seu p̄sumptuosus facit. Ad cuius euidentiam nota tria. Primum est, q̄ sicut existens in statu ætatis imperfectæ. ſ. puerilis esset p̄sumptuosus, si attentaret facere ea, quæ ad statum ætatis perfectæ. ſ. uirilis pertinent, non autem si ad hoc tēdat, ut

ad opera ætatis perfectæ proficiat vel pueniat, sic existens in statu uirtutis imperfectæ esset p̄sumptuosus, si attentaret statim exequi ea, quæ sunt perfectæ uirtutis, non autem esset uentosus, uel p̄sumptuosus si quis ad hoc tendat, ut in uirtutē perfectam proficiat, ut Aposto. faciebat, qñ dicebat ad Phil. 3. Quæ retro sūt obliuiscens ad anteriora me extendo. ſ. per continuum profectum. Secundū est, q̄ si hō uellet se attrahere, & conuertere ad diuina, ut operetur ea, quæ decet Deum facere, esset p̄sumptuosus, & uētosus, eo q̄ immortalia, & diuina secundū ordinem naturæ sunt supra hominem: Sed si hō uelit se conuertere ad diuina ueniendo se eis p̄ intellectum, & uolūtatē, non est p̄sumptuosus, eo q̄ in hoīe sunt quædā potentia naturales. ſ. intellectus, & uoluntas per quas potest coniūgi immortalib. & diuinis. Tertiū est, q̄ si aliquis intendit aliquod opus uirtuosum facere excedēs facultatē suā suo auxilio, uel uirtute, talis est uētosus, uel p̄sumptuosus: & hoc mō cogitare, uel bonum aliquod facere nō sumus sufficientes ex nobis ut dicit Aposto. 2. ad Corinth. 3. Sed si aliquis aliqd magnū opus attēter facere cū diuino auxilio, hoc nō est p̄sumptuosum. Cuius rō est, quia opus magnū de se cū fiducia diuini auxilij, facultatē seu possibilitatē nrām non excedit. Hęc B. Tho. 2. 2. q. 130. art. 1. in cor. q. & in solu. arg. & art. 2. arg. contra.

Secundò dico, q̄ ambitio per excessū magnanimitati opponitur, quod tali rōne ostendo. In ordinatum opponitur ordinato, sed magnanimitas ad magnos honores ordinatē tendit, ut eis debitē. i. secundū ordinem rationis tanquā materia propria utatur, ambitio autē honoribus inordinate, & indebite utit, & hoc duobus modis, ut patet. c. p̄cedēti, ergo &c. Ad cuius euidentiam nota tria. Primum est q̄ sicut appetere honorē pōt esse uirtuosum, & uitiosum, ita ēt non appetere qđ sic probo. Licet. n. honor de se quoddam bonum sit, & inter omnia exteriora bonū maximum, tñ appetitus boni dēt regulari fm regulā rōnis, quā si transcedit in appetendo honorē, appetitus erit uitiosus. Similiter qui honores nō appetit, & de eis nō curat, erit appetitus uitiosus

De am-
bitione.

Appete-
re hono-
rem po-
tēst esse
uirtuo-
sum, &
uitiosū.

sus:& propter hoc uidemus, q̄ uituperā-
tur, qui de honore non curant secūdu,
q̄ dicta rō. s. qui nō curant uitare ea quę
contraria sunt honori. Secundū est, q̄ si-
cut per appetitū honoris qñ debito mō
appetitur aliqui, prouocantur ad bonū,
& reuocant à malo, ita ēt si honor appe-
tatur inordinatē potest esse homini oc-
casio multa mala faciendi, dū. s. non cu-
rat qualitercunq; honorē acquirere pos-
sit ambitiosus. Tertiū est, q̄ ambitio nō
est circa exteriorē cultum, nisi secundū
q̄ cultus exterior pertinet ad honorē, &
ideō præsumptuosos, & ambitiosos, & ar-
rogans ignorant seipsos inquantum di-
gnificant se bonis, plus quā sunt digni,
& sunt insipientes inquantū conātur ad
honorabilia, & alia quę sunt supra ipsos,
& indebitē utunt̄ eis, & demū qñ nō pos-
sunt proficere re-larguuntur, & ab alijs,
& propria conscientia, & tunc cū nō pos-
sunt habere honorem in uirtutib. & ma-
gnis factis uolūt honorari per fortunas:
vnde ornant se uestib. & componunt fi-
guras corporis sui ut decentes uideant̄,
& uolunt, q̄ bona fortunę eorū, sicut di-
uitiæ, & huiusmodi manifestæ sint alijs:
vnde ipsi dicūt, & narrant fortunas suas,
ut inde honorent̄: Non tñ ambitio est cir-
ca exteriorē ornatū uel fortunam, nisi
secūdu, q̄ pertinet ad honorem, ut su-
pra patet. Hęc B. Tho. 2. 2. q. 131. de am-
bitione. art. 1. in solu. 1. 2. & 3. arg. & ibi-
dem art. 2. in solu. 3. arg. in fin. & Alber.
in commento quod fecit super librum
Aristo. lib. 4. de magnanimitate.

Tertiō magnanimitati opponitur pu-
sillanimitas: quod sic probō: Magnū, &
paruum sunt opposita: sed pusillanimitas,
& magnanimitas differunt secundū
magnitudinem, & paruitatem animi, q̄a
magnanimus est, qui habet magnū ani-
mū: pusillanimus est qui habet paruum
aīum respectu obiecti, quia sicut magna-
nimus ex animi magnitudine tendit ad
magna, ita pusillanimus ex animi parui-
tate se retrahit à magnis. Et sicut magna-
nimus se dignificat magnis, quib. est di-
gnus, ita pusillanimus ex paruitate ani-
mi cū sit bonus dignus priuat seipsum il-
lis bonis, quib. est dignus dñi. s. nō conat̄
ad operandū uel consequendū ea, q̄ sibi
cōpeterent. Quod aut̄ pusillanimitas sit

peccatum tripliciter probō. s. ex cā, ex se-
quela, ex pæna. Primō ex parte causę: nā
triplex est ratio uel causa pusillanimita-
tis. s. ignorantia, pigritia, superbia: sed hæc
sunt peccata, ergo & pusillanimitas, qđ
de singulis probō. Primō de ignorantia
sic: Ignorantia sui est peccatū: sed pusilla-
nimitas procedit ex ignorantia sui: unde
Arist. dicit. 4. ethi. q̄ pusillanimus igno-
rat seipsum; quod patet, quia pusillani-
mus appeteret bona quib. est dignus, si se
cognosceret, ergo per oppositū quia seip-
sum non cognoscit, nō appetit: ergo talis
peccat ex ignorantia sui. Secundo pbo
hoc idem de pigritia sic: Pigritia confide-
randi suam facultatem, & exequendi qđ
suę subiacet potestati est peccatū: sed pu-
sillanimitas ex pigritia orit̄ prædictorū,
ergo &c. Vbi nota, q̄ prima causa pusilla-
nimitatis. s. ignorantia sui non oritur ex
insipientia, sed ex pigritia supradicta. Ter-
tiō hoc idem probō de superbia: Initium
omnis peccati superbia, ut dicit̄ Eccles.
10. sed pusillanimitas quandoq; orit̄ ex
superbia, dum. s. aliquis nimis p̄prio sen-
sui innititur, quo reputat se insufficientē
ad ea respectu quorum sufficientiam ha-
bet; unde dicit̄ prouer. 26. Sapiētiōr fi-
bi stultus uidetur septē uiris loquentib.
sententias, ergo &c. Secundō pusillani-
mitas est peccatum ex parte suę sequelę.
i. sui effectus: & formo sic rōnem: Illud
est peccatū quod à bono retrahere facit,
sed effectus pusillanimitatis est retrahe-
re à bonis, quib. pusillanimus est dignus,
nā pusillanimus ex paruitate aī retrahit
se à magnis bonis, & honorib. quib. est
dignus, ergo &c. Tertiō hoc idem probō
ex parte pœnę sic: Nihil prohibet̄ à Deo
nisi peccatum: sed pusillanimitas p̄hibe-
tur, & punit̄ à Deo: quod pbo de his duo-
bus. Primō de prohibitione sic: Nihil est
uitandum nisi quod prohibetur à Deo:
ita dicitur Eccl. 7. Noli esse in animo tuo
pusillanimus, ubi gl. sic ait: Pusillanimi-
tas fugienda est, ex qua nascitur tristitia
sæculi, quę mortē operatur: iustum autē
non contristabit quicquid accidit ei. Se-
cundō hoc idem probō de punitione sic:
Nihil punitur à Deo nisi peccatū: sed se-
ruus qui acceptam pecuniam dñi sui fo-
dit in terram, nec operatus est ex ea pro-
pter pusillanimitatis timorem, punitur
à do-

Depusil-
lanimi-
tate.

Pusilla-
nimi-
tas.

Exponitur illud
Mat. 25.
abscondi
talentum
tuum in
terra.

à domino, ut habetur Matthæi, & Lucæ. ergo &c. Primò enim Matth. 25. de pusillanimo, & pigro dicitur: Abscondi talentum tuum in terra. Quod uerbum à sanctis doctoribus exponitur tribus modis. Primo. n. Greg. sic exponit: Talentum quippe in terram abscondere, est acceptum ingenium terrenis actibus implicare. Secundò Orige. sic exponit: Si quando uideris aliquem, qui uirtutem habet docendi, & animabus proficiendi, & hanc uirtutem obcultat, quamuis habeat quandam religionem conuersationis, non dubites dicere tale accepisse unum talentum, & abscondisse ipsum in terram. Tertio Hilarius sic exponit: In terra tuum talentum abscondere est nouæ prædicationis gloriam sub obtretatione corporeæ passionis occultare. Secundo. Lucæ. 19. de pigro, & pusillanimo dicitur: Domine ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Quæ uerba Theophilus, & Beda exponunt. Primò Theophi. sic dicens: Sudario. n. facies mortuorum velatur. merito ergo hic piger dicitur mnam in sudario obuoluisse, quia eam mortificam, & ociosam dimittens non tractauit, nec auxit. Secundò Beda exponit sic dicens: Pecuniam in sudario ligare est percepta dona sub ocio lenti corporis abscondere. De pœna autem inflata eis à Domino require ibidem tam in textu quam in euangelij continuis. Bea. Thomas.

Sed fortè argues, quod pusillanimitas non sit peccatum tali ratione: Ex omni peccato aliquis efficitur malus, sicut ex omni uirtute aliquis efficitur bonus: sed pusillanimitas non est malus, ut dicit philosophus. 4. Ethic. ergo pusillanimitas non est peccatum. Respondeo duobus modis. Primò, quod differentia est inter peccatum, & malum, quia ratio peccati, secundum, quod sumitur à philosopho, est ex deformitate, uel corruptione actus; deformitas autem, uel conformitas actus in hoc consistit, quod recedit à medio rationis. Ratio uerò mali est ex eo quod nocet alteri. unde quia pusillanimus non nocet alteri, non dicitur malus, quia non est malefactor, sed quia pusillanimus recedit à medio rationis, ideo dicitur peccator uel peccans. Secundò modo respondeo, & dico, quod pusillanimus licet per se, non inferat alteri nocumentum, & per

consequens non sit malus, uel malefactor, ut patet; tamen per accidens infert alteri nocumentum, in quantum deficit ab operibus, in quibus posset alios adiuuare, ut dicit B. Greg. in pasto. Sed fortè quæres, sit grauius peccatum pusillanimitas an præsumptio? Respondeo, & dico, quod ista duo peccata, scilicet pusillanimitas & præsumptio duobus modis considerari possunt, uel secundum suam speciem, uel secundum suam radicem. Primò si considerantur secundum suam speciem, tunc dico, quod pusillanimitas est peccatum deterius, & frequentius quam præsumptio: primò est peccatum deterius, eò quod per pusillanimitatem recedit homo à bonis, quod est pessimum, ut dicitur. 4. Ethic. præsumptuosus autem habet actum similiorum actui magnanimi in quantum conatur in magnum, quod est magnanimi, & ideo pusillanimitas magis opponitur magnanimitati quam præsumptio & ideo est grauius peccatum. secundò pusillanimitas est peccatum frequentius quam præsumptio, quia manifestum est, quod pluries accidit aliquos esse pusillanimes, qui scilicet omittunt facere bona, quæ possunt, quam, quod se extendant ad faciendum bona, quæ non possunt: unde pusillanimitas magis opponitur uirtuti magnanimitatis, quam præsumptio, ergo &c. Secundò uerò, scilicet si ista duo peccata, scilicet pusillanimitas, & præsumptio considerentur secundum suam radicem, tunc præsumptio dicitur esse nequissima ratione suæ radicis. scilicet superbiæ, ex qua procedit unde dicitur Eccl. 37. O præsumptio nequissima, unde creata es? ubi respondet glossa. De mala, scilicet uoluntate creaturæ. scilicet de superbia, & Hiero. ad Paulam, & Eustochium sic ait: Nulla re sic irascitur Deus, quam si peccator præsumptuosè superbiat. Et iterum super illo uerbo Eccl. 6. Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis est ipse. glossa. sic ait: Nulla præsumptio perniciosior est quam de propria iustitia aut scientia superbire. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 133. art. 1. & 2. & in cor. q. & in solu. argu. Originaliter autem de præsumptione, ambitione, pusillanimitate, & de distinctione, & grauitate earum habetur ab Aristote. Ethic. li. 4. c. 10. Deficiens ante &c. & à B. Thom. qui

Quod sit grauius peccatum pusillanimitas an præsumptio.

qui fecit scriptum super illo li. & exponit, ut dictum est supra.

CAP. III.

TERTIO principaliter circa ambitionem considerare debemus qualitatem supplicij: nam ambitionis peccatum est multum timendum, cauendum, & detestandum, tum propter penam ex tali peccato inflictam à Deo, tum propter poenam infligendam à Christi uicario. Primò enim uitandum est peccatum ambitionis propter poenā seu punitionem inflictam à Deo angelo, & postea homini ex peccato ambitionis: unde Bern. in quodam sermone sic ait: Potestatis ambitio angelum foelicitate angelica (ad quam erat creatus) priuauit: scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit. nō Euam cibus deflexerat, non mandatorum obliuio destituerat: sed promissio honoris, ac ambitio illecebrosa decepit. Secundò timendum est, & cauendum ambitionis peccatum propter poenam infligendam à Christi vicario, uel etiam à mundo: unde Grego. in registro sic ait: Sicut is, qui inuitatus renuit; quæsitus refugit, sacris est altaribus apponendus, uel eligendus, sic qui ultrò ambit, uel importunè se ingerit est procul dubio repellendus, nam qui sic nititur ad altiora ascendere, quid agit nisi ut crescendo decrescat, & ascendendo exterius, interius in profundo descendat? Et iterum Grego. in pasto. sic ait. Locus regiminis desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus: uirtutibus, ergo pollens coactus ad regimen ueniat, uirtutibus uacuis nec coactus accedat. Requi. infra Beatitudo, quòd non est ponenda in dominio, uel potentia temporali, & infra Prælatio, & infra Superbia de peccato angeli, & hominis.

Amicitia.

SUMMARIUM.

- 1 Amicitia est necessaria homini.
- 2 Vtrum fœlix indigeat amicitia.
- 3 Non habere amicum est malum.
- 4 Ad conseruandam amicitia quat tuor requiruntur.
- 5 Amicus, qui est in bonis fortunis debet amico, qui est in malis tria facere.
- 6 Amicus qui est in malis fortunis quid debeat facere cū amico suo.
- 7 Ad integritatem uerę amicitie quattuor requiruntur.
- 8 Amicitie uirtus in quo magis consistat in amati, & amare.
- 9 Amicitie uerę quattuor sunt signa, uel opera specialia.
- 10 Amicitie opa reducuntur ad tria.
- 11 Ad amicitia apti sunt iuuenes.
- 12 Senes non sunt apti ad amicitia.
- 13 Iuuenes, qui de facili fiunt amici, non sunt perfectè amici.
- 14 Amicitia quę est propter delectabile, maximè uidetur competere iuuenibus.
- 15 Amicitia, quę est propter utile, competit senibus uiatoribus, & quibusdam iuuenibus.
- 16 Amici pauci sufficiunt in qualibet amicitie specie.
- 17 Amicitia, quę est propter delectabile, excellit amicitiam, quę est propter utile.
- 18 Amicitia, quę est propter uirtutē, excellit duas alias spēs amicitie.
- 19 Triplex est species amicitie.
- 20 Amicitia est falsa, uel ficta quattuor modis.
- 21 Amicitia inter pranos est mala, & uitanda quattuor rationibus.

- 22 *Amicitia uera debet habere.*
 23 *Amicitia bonorum est perfecta maxima, optima, māsua, et rara.*
 24 *Amicitia quæ est inter bonos propter virtutem est optima quinque rationibus.*

C A P. I.



AMICITIA. Circa amicitiam consideranda sunt tria. scilicet acquisitionis necessitas, amissionis temeritas, conseruationis sagacitas.

Primò circa amicitiam consideranda est adeptio uel acquisitionis necessitas. Est. n. necessarium cuilibet amicitiam acquirere & habere propter quattuor rationes. scilicet propter virtutem, utilitatem, unitatem, communem necessitatem. Vel aliter, ratione virtutis habendæ, utilitatis communicandæ, unitatis vel pacis conseruandæ, communis necessitatis complendæ vel supplendæ. Primo dico, quòd acquirere & habere amicitiam est cuilibet necessarium ratione virtutis habendæ: & formo sic rationem. Cuilibet est necessarium habere virtutem, eo quod uirtus bonum facit habentem, & actum eius: sed amicitia vel est quædam uirtus, uel reducitur ad virtutem, uel est cum uirtute: quæ tria sic probo. Primò quod amicitia est quædam uirtus moralis, sic probo: Virtus est, quæ immediatè secundum rationem consistit: sed in omni conseruatione hominum, tam in factis quàm in dictis oportet quod quilibet ad unumquemque se habeat sicut decet: & hoc facit amicitia siue affabilitas, quæ tenet medium inter blanditiore & litigiosum, ergo amicitia est quædam uirtus. Secundò amicitia reducitur ad virtutem, quæ est iustitia, quia sicut iustitia unicuique reddit æquale, ita amicitia cuilibet reddit proportionabile. Deficit tamen amicitia à ratione iustitiæ, quia amicitia non habet plenam rationem debiti, sicut iustitia, ex qua aliquis obligatur, uel ex debito legali, ad cuius solutionem lex ciuilis cogit, uel ex debito alicuius suscepti beneficii, ad cuius recompensationem cogit lex naturalis: sed ami-

citia attendit debitum honestatis, quod magis est ex parte uirtuosi, quam ex parte alterius: cum n. homo naturaliter sit animal sociale, sicut non potest uiuere sine societate bene, nec in societate uiuere sine amicitia, ita nec sine delectatione. Et ideo ex quodam debito naturali honestatis obligatur homo, ut alijs delectabiliter conuiuat, nisi propter causam aliquam sit necesse aliquando alios contristare, ut affabilitas facit. Req. sup. Adulatio i. c. Tertiò amicitia est cum uirtute, sicut cum causa eius, in quantum uirtus est causa amicitie ueræ, quæ facit tendere in alterum, & amare eum propter honestum, quod est in illo: ergo ex his patet quod sicut uirtus omnibus est necessaria, ita etiam amicitia. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 114. art. 1. utrum amicitia quæ affabilitas dicitur sit specialis uirtus, in corp. q. & ibidem art. 2. in cor. q. & in sol. 1. arg.

Secundò acquirere & habere amicitiam est omnibus necessarium ratione utilitatis communicandæ: & formo sic rationem: Si illud quod est ex inclinatione naturali est necessarium, multo magis illud, quod est ex assimilatione speciei: sed amicitia est secundum naturam generatis ad genitum, quod patet per beneficia, quæ sunt amicitie signa non solum in hominibus, sed etiam in alijs animalibus uel uolatilibus, quæ ut manifestè apparet studium longo tempore adhibent ad educationem vel nutritionem prolis: ergo maximè est necessaria amicitia illa, quæ est hominum ad inuicem propter similitudinem nature speciei. Quòd tripliciter probo. scilicet per locum à minori, ex conuictu speciali, & ex dicto communi. Primò probo hoc per locum à minori. scilicet per quoddam signum amicitie, quod in omnibus hominibus naturaliter inuenitur. scilicet familiaritatis & beneuolentie, quia si ad extraneos, de quibus minus uidetur impendimus naturaliter beneficia, uel obsequia, quæ sunt amicitie signa, sicut quando ignoti, & peregrini declinant à via recta, eos ab errore uiae reuocamus, & verum iter ostendimus, & reducimus, & quando cadunt, eos erigimus, ad ostendendum quod omnis homo sit naturaliter familiaris, & amicus omni homini, multo magis est amicitia naturalis inter eos, qui

Amicitia est necessaria ratione utilitatis.

Amicitia est homini necessaria ratione virtutis habendæ.

sunt

sunt vnius gentis adinuicem, inquātum communicant in conuictum, morib. & obsequijs, ergo &c. Secundò hoc idem pbo ex cōuictu speciali, quia sicut in alijs animalib. est amicitia naturalis, ut apparet per signa amicitia, q̄ sunt inter ea, putà quia simulantur, quia conuersantur, quia obsequuntur, eo q̄ generans tēpus magnum, & studium adhibet ad educationem geniti: q̄ uerò sunt naturaliter bona omnibus animalib. sunt necessaria, quale bonum est amicitia, ergo &c. Tertiò hoc idem probo ex dicto communi. Nam amatores hoīum laudamus quasi implentes, & perficientes illud, quod homini est naturale, uel ad id quod natura communis inclināt. scilicet amicitiam.

Amicitia necessaria est rōne pacis.

Tertiò acquirere, & habere amicitia est necessarium rōne pacis conseruandae: & formo sic rationem: Illud est necessarium acquirere, & h̄re, quod est maximè ciuitatis, & communitatis conseruatiuū, & vitare eius oppositum: sed inter omnia amicitia est concordia, unitatis, & pacis conseruatiua: quòd dupliciter probo. scilicet exemplo, & ratione. Primò exēplo, quia legislatores magis studēt ad amicitiam inter ciues conseruandam, quam etiā ad iustitiam, quod patet ex hoc, quia legislatores quādoque iustitiam intermittunt, putà in pēnis inferēdis, ne amicitia excludatur, & ne dissensio oriatur: unde quia concordia amicitia assimilatur, quā legislatores maximè appetunt, contētionem autem ciuīū maximè expellūt quasi inimicam salutis ciuitatis, idēd amicitia maximè inter omnia est necessaria. Secūdo probo hoc idem rōne. scilicet per comparisonem ad iustitiam, quā uidet maximè necessaria: & formo sic rationem; Illud quo habito non indiget altero, sed e conuerso, magis est necessarium: sed amicitia habita quantum ad oēs nō esset necessaria iustitia, quā habita adhuc esset quērenda amicitia, quod sic pbo, quia si aliqui, sunt amici in nullo indigēt iustitia propriè dicta. Cuius rō est, quia si aliqui vel omnes etiā ciuitatis, sunt amici, omnia habent quasi communia, cum amicus quilibet sit alter ipse: non autem est amicitia ad seipsum sed ad alterum: sed si sunt iusti nihilominus indigēt amicitia ad inuicē: & idēd si iustitia est neces-

saria, multo plus amicitia, quā sine iustitia esse potest, ut patet.

Quartò amicitia est necessaria rōne necessitatis supplendae: & formo sic rationem: Illud necessarium est h̄re, quo necessitati, & indigentia omnium subuenitur: sed per amicitiam necessitati, & indigentia oīum subuenitur ergo &c. Quòd autem per amicitiam necessitati omniū subueniatur, probo ex sex generibus, uel conditionib. hominum, quib. est utilis, & necessaria amicitia: nam amicitia est necessaria, & utilis, & diuitibus, pauperibus, iuuenib. senibus, tribulatis, & perfectis seu felicib. Primò dico, q̄ amicitia ē utilis, & necessaria diuitib. quò ad duo. Primò quò ad communicationem bonorū: & formo sic rationem: Omne illud, sine quo nullus eligit uiuere etiam habitis diuitijs, & potestatib. & omnib. necessarijs ad uitam est maximè necessarium: sed hoc est prācipuè beneficiū, q̄ diues, & princeps uel potens impendit alijs, quia nulla est utilitas bonorū fortunae, si ex his aliquis nulli beneficiat: beneficiū aut maximè, & laudabilissimè fit ad amicos: ergo amicitia quò ad communicationem, uel distributionem bonorum, diuitib. est necessaria. Secūdo diuitib. & potentib. amicitia est utilis, & necessaria quo ad conseruationem bonorū, quia bona fortunae sine amicis cōseruari nō possunt, quia fortuna quanto est maior, tātō est minus secūra; quia plures habet insidiatores: & iō quāto aliquis est in bonis exteriorib. maior, tanto est instabilior nisi cōtineatur, ut uerbi grā. Sic enim maxima arbor indiget multis fulcimentis, & radicib. ante prāparatis. Et similiter amici sunt sicut uirtutes naturales conseruantes aliquem in alto statu.

Amicitia ē necessaria diuitibus.

Secundò amicitia est pauperib. utilis, & necessaria: quòd tali ratione ostendo: Illud ad quod aliquis cōfugit in infortunijs maximè est necessarium: sed pauperes homines refugiūt ad amicos, eo q̄ estimant amicos diuites esse, paupertatis eorum, refugium singulare: ergo in omni fortuna uel infortitudo necessarij, & utiles sunt amici.

Amicitia ē necessaria pauperib.

Tertiò amicitia iuuenib. est necessaria. Cuius ratio est, quia cum in iuuenibus abundet pronitas ad peccandū propter

Iuuenibus.

per concupiscētiā delectationum, quæ sunt in eis, per amicos religantur, & prohibentur à peccando.

Senib. Quartò amicitia est utilis, & necessaria senib. Cuius rō est, quia illis qui indigent reuerentia, & carēt naturali potētia, valet obsequiū, vel famulatus, sed senes sunt huius modi: nā senes propter reuerentiam, quæ eis debetur, & ppter naturalem impotentiam, & propter debilitatem corporis, ex qua deficiunt in suis actionib. & patiuntur defectus multos, indigent amicitia ad cōplendū actiones suas, & ad subueniendū defectibus, quibus subduntur: ergo &c. Hæc aut habētur plenius, & diffusius per Arist. ethi. li 8. c. 1. Post hæc autem de amicitia &c. & B. Thom. in li. quem fecit super ethi. ibidem, & Alber. in scri. quod recollegit. B. Tho. ab eo super illo li.

Tribulatis. Quintò amicitia est utilis, & necessaria tribulatis, eo q̄ homines, qui sunt in tristitia alleviationem quandam sentiunt, ex præsētia amicorum condolentium eis. Et hoc quantū ad duo, nam ex amici præsētia magnitudo tristitiæ alleviatur, & dulcedo amicitia augmentat. Primum bonum, quod ex amici præsētia tribulatio provenit est, quia magnitudo, uel grauedo tristitiæ alleviatur, quod probō ex similitudine eorum, qui portant aliquod pondus graue. Sicut n. pondus graue, qđ solūm unus portat alleviatur ex societate, alterius onus secū ferēdo, sic onus tristitiæ melius fert unus amicus, si alius idem onus tristitiæ secū ferat. Sed hæc similitudo quantū ad aliquid nō est cōueniens, & quātū ad aliquid sic. Primò. n. ista similitudo nō est bona, nec conueniēs. Cuius rō est, quia illius tristitiæ onus quā quis patit, alius non assumit sibi partē, ut ex hac alterius tristitia minuat. Seddō pōt contingere, q̄ p̄dicta similitudo est cōueniēs quantū ad tristitiæ causam, putā si aliquis tristat ex damno, qđ alter est passus, dum. n. amicus partē dāni subdit, damnū alterius diminuitur, & per cōsequens tristitia. Secunda cā, quare ex amici præsētia tribulati tristitia alleviatur, est melior quantū ad ipsam tristitiam. Manifestum est. n. q̄ qlibet delectatio superueniēs, tristitiam diminuit, amicus aut præsens, & condolens delectatio-

nem ingerit amico suo duob. modis. Primo, quia dū tribulatus intelligit, & uidet amicum suū pntem, & de sua tristitia cōdolentem, minuitur dolor suus. Secūdò quia amicus suū amicū afflictū, uel tribulatum si potest uisione, uel sermone, & opere consolatur, propter quæ tristitia eius mitigatur seu alleviatur.

Vbi nota, q̄ præsētia amici in infortunijs est mixta. s. delectabilis, & contristabilis, uel inducens tribulationem, & tristitiam, & hoc diuersis respectibus, quod tali ratione ostendo.

Quia similitudo est una qualitas in diuersis subiectis: unde cū amicitia sit quædam similitudo, est in ipsa amicitia cōsiderare duo. s. id qđ est unionis, & illud quod est diuersitatis, quia ipse amicus est alter ipse: nam alter diuersitatem dicit. Primò igitur quātum ad id q̄ amicus est vnum cum ipso, requiritur, q̄ eodem gaudeat, & doleat, & sic tristitia amici præsētis mitigat tristitiā eius; qui est in infortunijs in quantum demōstrat uinculum amicitia, q̄ est maxime delectabile. Secūdò præsētia est delectabilis in quantum ille, qui est tribulatus, cognoscit, q̄ suus amicus est alter ipse, existens extra talē tristitiam. Tertiò in præsētia amici cōpatientis est amico afflictio pœnalis, vel contristabilis, in quantum afflictus cognoscit sentit, & uidet in suis infortunijs contristari amicum suum, eo q̄ quilibet bene dispositus refugit quantū potest; esse causa tristitiæ amicis suis. Hæc Aristot. Eth. libro 9. & P. Thom. ibidem in scrip. c. 13. vtrū autem in bonis, in medio. c. ibi. Est enim etiam præsētia, & Alber. ibidem.

Sextò, & vltimò amicitia est utilis perfectis, id est illis qui sunt in summa. i. perfecta ætate, quod tali ratione ostendo. Et perfectis. Quocunque aliqui efficiuntur potēiores ad agendum in uita actiua, & intelligendum in uita contemplatiua, illud est necessarium ad uitam, sed amicitia est hmoi, ergo &c. Cuius ratio est, quia nullus quantumcunque perfectus, & felix eligeret viuere solitarius, etiā si oīa alia bona haberet: eo q̄ hō naturaliter est animal politicum, & sociale, aptus natus cōuiuere alijs, & conuenientius cū virtuosus, & perfectis amicis, a quibus virtuo-

sus dupliciter adiuuatur. Primò in actione uitæ actiuæ, dum illud, quod unus nō potest nec uidet, alius potest agere, & cognoscit. Secundò in actione uitæ cōtemplatiuæ: dum enim homo indiget, quantum ad animam, doctrina & disciplina, in his ab alio adiuuatur. Hæc Aristo. lib. ethic. 8 de amicitia: & B. Thom. in scrip. ibidem, lib. 8. c. 1. post hæc & c. infra eod. cap. ibi: Similiter & illis, qui sunt in summo: & Albertus in commento ibidem.

CAP. II.

AD maiorem euidenciam ultimæ partis capit. præcedentis quæro hic unam quæstionem. Scilicet, utrum fœlix indigeat amicis. Et uidetur primo quòd non, tali ratione: Quicumque sunt per se sibi sufficientes ex bonis, quæ habent, non indigent amicitia aliorum, sed fœlis per se sufficientiam omnium bonorū habet, ergo non videtur indigere amicis. Secundò in oppositum arguo tali ratione: Habere amicos inter omnia exteriora bona, est maximum bonum, ut dicitur in principio 8. ethic. si igitur fœlici, cui bona omnia tribuuntur, non dentur amici, tunc fœlici deerit maximum exteriorum bonorum. scilicet amicitia, quæ est inconueniens, & contra rationem fœlicitatis. Respondeo & dico, quod aut loquimur de fœlicitate cœlestis patriæ, aut de fœlicitate præsentis uitæ. Primò enim si loquimur de perfecta fœlicitate, quæ erit in patria, tunc aut loquimur de necessitate beatitudinis, aut de bene esse beatitudinis. Primo enim loquimur de necessitate, tunc dico quod societas amicorum non requiritur de necessitate ad beatitudinem patriæ: quod dupliciter probo scilicet ratione, & auctoritate. Primò ratione sic: Ille, qui habet totam plenitudinem suæ perfectionis in uno, non indiget alio, sed beatus in patria habet totam plenitudinem suæ perfectionis in Deo, ergo & c. Secundò hoc idem probo auctoritate Sapient. 8. Venerunt mihi omnia bona pariter cum ea, scilicet, cum diuina sapientia, quæ in Dei clara contēplatione consistit: unde Augustinus lib. 4. super Gen. ad litteram dicit, quod creatura spiritualis ad hoc ut sit beata, non nisi in

trinsecus adiuuatur æternitate, ueritate, charitate creatoris. Nam perfectio charitatis est essentialis beatitudini quantum ad dilectionem Dei, non autem quantum ad dilectionem proximi: unde si esset una sola anima fruens Deo, beata esset, non habens proximum quem diligeret: sed supposito proximo sequitur dilectio eius ex perfecta dilectione Dei: unde quia si concomitanter se habet amicitia, ad perfectam beatitudinem.

Secundò uerò si loquamur de bene esse, tunc dico quod ad bene esse beatitudinis facit societas amicorum. Cuius ratio est, quia sicut beatitudo essentialis est, quam habet beatus apud Deum solum, ut patet per dicta, ita beatitudo accidentalis est, quam habet beatus apud alium beatum: unde August. 8. libro super Gen. dicit quòd creatura rationalis extrinsecus eos fortasse solo adiuuatur, quòd & Deum, & se inuicem uident, & de sua societate in Deum, gaudent. Et sub isto sensu loquitur Boetius in lib. de consolatione dicens, quòd nullius boni sine socio est perfecta possessio, scilicet, quantum ad præmium accidentale. Si uerò loquamur de fœlicitate imperfecta, qualis est fœlicitas præsentis uitæ, tunc dico quòd fœlix aliquo modo non indiget amicis, & aliquo modo indiget. Cum enim sit amicitia secundum quid: puta amicitia, quæ fundatur in utili, & delectabili, & amicitia simpliciter, quæ fundatur in honesto uel uirtute, dico quod fœlix non indiget amicitia utili uel delectabili. Primò dico quod fœlix non indiget amicitia utili contra opinionem multorum, qui existimant illos amicos, qui sunt eis utiles in collatione exteriorum bonorū, quæ sola homines populares cognoscunt. Quòd n. talibus amicis, scilicet, utilibus non indiget fœlix tali ratione ostendo. Cuicumque existunt omnia bona sufficienter nō indiget amicis ad utilitatem: sed fœlix ē huiusmodi, ut patet per rationem in principio factam, ergo & c. Secundò dico quòd fœlix non indiget amicitia delectabili: quòd tali ratione ostendo. Cuiuscumque uita est delectabilis non indiget delectatione superinducta: sed uita fœlicis est delectabilis, quod patet, quia cum operatio sit causa delectationis, operatio fœlicis

Ad bene esse beatitudinis necess. ē amicitia

Ad fœlicitatem pntis uitæ necessaria ē amicitia

Duplex amicitia.

Ad fœlicitatē cœlestis patriæ non est necessaria amicitia.

felicitas cum sit optima, est maximè delectabilis. Tertio dico q̄ felix indiget amicitia virtuali, & perfectà quæ fundatur super virtutē. Hoc autem probō quattuor rationibus. scilicet ratione status, actus, victus, affectus. Primò ratione status sic. Secundum Boetium felicitas seu beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed inter omnia bona exteriora amicitia est maximum bonum: ut patet supra, ergo ad complementum status, felix indiget amicitia. Secundò hoc idem probō ratione actus sic: Præcipuè operæ virtutis indiget felix: sed magis ē benefacere, quam bene pati, & est opus virtutis, & boni hominis, & adhuc bene facere amicis est simpliciter melius, ergo felix indiget amicis quibus benefaciat, & à quo amici bene patiantur. Tertio hoc idem probō ratione cōiunctus: & formo sic rationem: Illud bonum q̄ est naturale, & sine quo nullus alia bona vellet obtinere omnino inest felici: sed conuiuere est naturale homini, quia naturaliter est politicus propter communicationem operum, nec aliquis secundum se uiuens unicus sine conuictu eligit omnia bona alia: cum. n. conuiuere amicis sit melius, quam quibuscunque alijs, ergo felix indiget amicis. Quartò hoc idem probō ratione affectus: & formo sic rationem: Quicumq; delectatur in operibus bonis indiget illis, in quibus maximè operationes bonas pōt cognoscere: sed felix est huiusmodi: ergo indiget amicis, ut delectetur in honestis operationibus amicorum, quas magis cognoscit felix, quam suas: ergo &c. Ex hac ratione formo aliā rationem: Sicut ad felicitatem requiritur q̄ felix delectetur in opere virtutis, & quia non possumus delectari, nisi in eo q̄ cognoscimus: magis autem possumus speculari proximos, quā nos ipsos, & ē actiones eorum quam nostras, quia vniuscuiusq; iudiciū in proprijs magis deficit propter priuatum affectum, quē habet quilibet ad seipsum: iō oportet q̄ felici sint delectabiles operationes bonorum virorum, & contrariæ contristabiles. Et probatur per exemplum de musico, quia sicut bonus musicus delectatur in bonis melodijs, & offenditur uel cōtristatur in malis, sic felix gaudet in bonis

operibus amici, & in contrarijs contristatur: ergo felix eget amicis prædictis. scilicet virtuosis. Quinto confirmo hoc idem tali ratione: Cum enim inter alia bona ad felicitatem delectatio requiratur, ut dicit Philosophus primo ethi. oportet felicem delectabiliter uiuere: sed ille, qui solitariè uiuit, patitur grauem, & melancholicam vitam, & ideò oportet q̄ eius delectatio interrumpatur. Cuius ratio est, quia cum operatio sit delectationis causa, non est facilè q̄ homo existens solitarius continuè operetur: sed hoc est facilè si cum amicis existat. Cuius ratio ē, quia inter eos sit quædā vicissitudo operum, dum ad seipsum bona operantur, & sic delectatio continuatur in operibus virtuosis. Patet igitur ex præmissis q̄ felix felicitate imperfecta, qualis est felicitas præsentis vitæ, non indiget amicis propter utilitatem, & propter delectabilitatem, quia hæc duo sufficienter in seipso habet, sed indiget amicis virtuosis: & hoc propter quinque rationes. Prima est propter actum virtualem, quia benefacere amicis est actus virtuosus. Secūda est propter conuictum naturalem: nam cōuiuere amicis est delectabile. Tertia est propter affectum delectabilem, quia felix indiget, ut delectetur in operibus virtuosis amici. Quarta est propter aspectum specialem, scilicet ut inspiciens suos amicos bene facere delectetur. Quinta ratio est propter profectum salutarem. scilicet ut in benefaciendo amicorum consilio, & auxilio adiuuetur. Concludit etiam Aristoteles ex præmissis dubitationem quandam, utrū scilicet homo indigeat amicis tām in bonis fortunis, quam in infortunijs. Et dicit q̄ homo in utraque fortuna indiget amicis, sed differenter, quia infortunatus magis indiget amicis, qui ei benefaciāt, fortunatus autem magis indiget amicis, quibus ipse benefaciat. Hæc Aristoteles ethi. lib. 5. c. 10. dubitabatur autem, & B. Tho. in scri. ibidem in toto illo c. dubitabatur autem &c. & Alber. in commem. quod fecit super lib. ethic. prædicto c. & iterum B. Tho. prima secundæ q. 4. arti. 8. utrum ad beatitudinē requiratur societas amicorum arg. contra, & in cor. q. & in solu. arg. ibidem per totum.

Vtrum
hō indi-
geat a-
micis tām
in bona
fortuna
quā in
mala.

CAP. III.

SECUNDO principaliter circa amicitiam consideranda est amissionis, uel dissolutionis temeritas: nam soliditas magna est, amicitiam non habere, aut acquisitam dissolvere. Cuius ratio est: quia cum amicitia inter omnia bona fortunæ sit maximum bonum, ut patet cap. præcedenti, non habere amicum, uel separari ab amico est malum infortuitum: & hoc quattuor modis. Est enim malum miserabile, confusibile, labile, uiduale. Primò esse sine amicis, uel separari ab eis est malum miserabile. Cuius ratio est, quia sicut habere amicos, & esse cum amicis est quid beatum, ita etiam sine amicis esse, & separari ab eis, est quid miserabile. Secundò esse sine amicis, uel separari ab eis est quid confusibile. Cuius ratio est, quia sicut habere amicos, est magnis honor, uel gloria, ita carere amicis, uel separari ab eis est magna confusio, uel verecundia. Tertio esse sine amicis est quoddam debile, & per consequens labile. Ratio est, quia unus amicorum iuuat, confortat, & fortificat alium in speculando, & operando, ut patet supra, igitur carere amicis, est magna debilitas, & habilitas. Vnde Ecc. 4. Væ soli &c. Quartò esse sine amicis est uiduale. Cuius ratio est, quia unus amicorum est quasi oculus alterius, & ideo sicut carens oculo dicitur orbatus, uel uiduatus, ita carens amico dicitur uiduatus. Hæc philosophus Eth. li. 2. c. 14. Quorū autem fortuna esse sine amicis, & separari ab amicis consuetis: Vnde Cassiodorus in quadam epistola dicit: Sine amicis omnis cogitatio esset ædiū, omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum, siue quorum solatio uiuere esset mori.

Amicitia dissoluitur propter 4. rationes.

Est autē sciendum, quod amicitia dissoluitur præcipue propter quattuor rationes. scilicet propter finis defectionem, amoris simulationem criminis commissionem: uirtutis perfectionem. Primò. n. dissoluitur amicitia propter finis defectionem. Cū enim omnis amicitia propter finem aliquem contrahatur, deficiente fine cessat, & dissoluitur amicitia, & præcipue ad eos, qui sunt amici propter utile, & delectabile.

Cuius ratio est, quia cum quidam hoc scilicet utile & delectabile diligant in personis, & non personas hominum propter seipsas, ideo deficiente utilitate, uel delectatione rationabile est, quod deficiat amicitia.

Secunda ratio quare soluitur amicitia est propter amoris simulationem. Sunt enim plures differentiæ amicitiarum, scilicet amicitia utilis, delectabilis, & honesta: unde potest contingere, quod non secundum unam speciem amicitiarum aliqui sunt amici, & existimantur esse: v.g. Si aliqui sunt amici propter utile, & existimantur amici propter uirtutem, tunc dissoluitur amicitia, quia fictio contrariatur amicitia veræ. Tamen in hoc casu ita est procedendum, quia si ille, qui ab alio se existimat amari propter uirtutem, decipiatur ex seipso, ita quod ille, qui eum amat, nihil operatur ad huius deceptionem, puta, quod nullum signum exprimat in honestatis, uel turpitudinis, ille qui deceptus est, debet causari contra seipsum. i. accusare seipsum, puta quando signa inhonestatis exprimit, & non cauetur. Si autem simulatione illius deceptus fuerit, tunc iustum est, quod accuset decipientem multo magis quam eos, qui corrumpunt numismata, in quantum peccatum decipientis est contra uirtutem, quæ honorabilior est, quam uictus: unde qui falsò simulant uirtutem, maligniores sunt his, qui falsam monetam fingunt. Sed cum amicitia per experimentum fiat, videtur mihi, quod non possit haberi amicitia honesti ad aliquem, cuius operationes ex perti non sumus. Respondeo, & dico, quod amicitia, quæ est per experimentum, etiam perfectam amicitiam non habet: sed inchoationem quandam amicitia, quæ est beniuolentia propter relationes aliorum, uel ex cōcordia, quia uidetur similis naturaliter in moribus; sicut apparet in differentibus actibus, unde quàm cito occurrit contrarium, rescinditur amicitia talis.

Tertia ratio quare dissoluitur amicitia est propter criminis commissionem. Si enim aliquis acceptet ad suam amicitiam aliquem alium, quasi bonum, uel iustum, & postea fiat malus, ita quod eius malitia manifestè videatur; puta quod

vnus amicorum efficiatur malus, alio permanente bono, tunc dissoluitur amicitia. Cuius ratio est, quia uirtuoso non potest esse amabile bonum quodcunque, sed solum bonum honestum: unde cum omne amabile sit bonum, non oportet nec est decens, quod aliquis uirtuosus malum hominem amet, sicut non oportet assimilari prauo, amicus enim amico suo est similis, unde hic amicus bonum non consequeretur si amicitiam conseruaret ad eum, qui est malus: unde inter bonum, & malum non potest esse amicitia, nec diu conseruari, nisi ibi sit aliqua similitudo malitiæ.

Cum vnus factus est malus dissolui dēt amicitia.

Nota tamē secundum philosophum duo documenta circa dissolutionem amicitia inter eum, qui factus est malus. Primum est utrum statim quando vnus amicorum factus est malus, debeat solui amicitia, uel expectari per aliquod tempus. Et soluit dicens, quod ille, qui factus est malus, aut est incorrigibilis, aut corrigibilis: si est insanabilis & propter abundantiam malitiæ incorrigibilis, ita quod ad statum uirtutis de facili reduci non potest, tunc à tali amicitia dissolui debet. Si autem est sanabilis, & ad statum uirtutis reducibilis, est ei auxilium ferendum ad recuperandum bonos mores magis, quam ad recuperandam substantiam, uel pecuniam amissam, quanto uirtus melior est, & essentialior, & propinquior amicitia quam pecunia. Secundum documentum est qualiter debet se amicus bonus, uel uirtuosus habere post dissolutionem amicitia à prauo, an, scilicet familiarius ad eum se debeat habere, aut eum reputare quasi nunquā de præterito fuisset amicus. Soluit dicens, quod quia oportet habere memoriam præteritæ consuetudinis, & amicitia, sicut existimamus, quod aliquis homo magis debeat exhibere, & largiri amicis, quam extraneis, ita etiā his, qui in præterito fuerunt amici, homo se magis debet exhibere propter præteritam amicitiam, nisi in vno casu, scilicet quando abundans malitia, & insanabilis in illo, fuit causa dissolutionis præteritæ amicitia, tunc enim quanto plus fuit amicus, tanto plus est existimandus ut hostis, &

velut hæreticus, & publicanus detestandus est, & uitandus.

Quarta ratio quare inter aliquos dissoluitur amicitia est propter uirtutis perfectionē: Si vnus amicorum permaneat in eodem statu uirtutis, alius autem fiat multo excellentior in uirtutibus, ita quod fiat uirtutis magna differētia inter eos, tunc nō est possibile, quod maneat amicitia inter tales, quod dupliciter probo. scilicet ratione, & similitudine. Primo ratione sic: Conuiuere ad inuicem est propriū amicorum: non possunt autem cōuiuere ad inuicem, nisi eadem eis placeant, & de eisdē gaudeant, & tristentur: cum ergo propter distantiā uirtutis, & bonitatis nō eadē placeant bono, & optimo, ideò nō possunt conuiuere ad inuicem, & propter hoc amicitia inter eos remanere, & conseruari non potest. Secundo hoc idem probo similitudine, putā in amicitia, quæ fiunt ex pueritia. Si enim vnus remaneat puer secundum mentem, alius autem fiat magnus uir, propter magnā distantiam eorum non poterit remanere amicitia inter eos, eò quod non gaudeāt, & contristentur in eisdem, neque possint ad inuicem conuiuere, quod est propriū amicorum, ut patet, supra unde patet, quod ille, qui proficit in uirtute, & fit optimus, amicitiam non potest habere ad alium, qui non proficit, sed puer manet secundum mentem, quia sicut dicit Seneca, ubi incipis fieri malus, ubi desinis uelle fieri melior. Hæc Ph. Ethic. libr. 9. cap. habet autem dubitationem &c. & Beat. Thom. in script. Ethic. ibidem, & Alber. in commento ibidem.

C A P. IIII.

TERTIO principaliter circa amicitiam considerata est conseruationis sagacitas, ut n. inter aliquos amicitia uera conseruetur, quattuor requiruntur. scilicet permanentia in habitu cōueniētia in affectu, residentia in conuictu, confidentia seu correspondētia in effectu. Primū

Primò ad conuersationē ueræ amicitia requiritur permanentia in habitu. scilicet in uirtute, quod tali ratione ostendo, Manente causa manet effectus, sed causa, uel obiectum ueræ amicitia est uirtus, quia nihil

Nihil simpliciter est amabile nisi bonū honestū, ergo manentē uirtute, amicitia vera manet. Et confirmo hoc tali rōne: Actus ueræ amicitiae simpliciter est ligare, & congregare, sed uirtus siue bonum honestum quod est bonum simpliciter hoc facit, & non utile, uel delectabile: quod sic probo: quia non est possibile, q̄ omnino liget uinculum quod non est simpliciter ligās: sed utile, uel delectabile secundum quid ligant, & non simpliciter, quia amicitia utilis, & delectabilis generat concupiscentiam quandā, qua aliquis motum amoris, quo in aliū fertur, reflectit ad seipsum, dum in illa amicitia tantū suam utilitatem, uel delectationem quærit: uirtus autem seu bonum honestum est uinculum simpliciter ligans, eò q̄ motus ueræ amicitiae, quæ. s. est propter uirtutem; sistit in amato, dum diligitur propter illud, quod uerè est in ipso, idest propter uirtutem, & non propter aliud, & ideo manente uirtute in utroque amicorum uera inter eos amicitia conseruatur.

Secūdū Secundò ad cōuersionem ueræ amicitiae requiritur cōuenientia in affectu: cum. n. amicorum sit unum cor, una anima, uel unum uelle, & nolle, oportet q̄ de eisdē gaudeant, & contristantur: hoc aut̄ prouenit ex similitudine uirtutis, uel bonitatis, quæ est inter bonum, & bonum, uel uirtuosum, non aut̄ inter bonum, & optimum nec inter bonum, & malum, quia inter tales non est cōuenientia, quæ est causa gaudij, & minus inter malum. & malum, quia malitia non potest esse materia gaudij.

Tertiū. Tertio ad cōseruationē ueræ amicitie requiritur residentia in cōuictu. Nā distantia bonitatis, dignitatis, localitatis impedit amicitiam. Cuius ratio est, quia conuiuere ad inuicē cōseruat amicitiam, sed distantia istorum trium impedit conuiuere, quod patet de omnib. Primò enim distantia uirtutis inter aliquos putā inter bonum, & optimum, bonum, & malum, impedit ad inuicem cōuiuere, quia de eisdem non delectantur, & contristantur. Et si argues in oppositum, quia malus, uel prauus querit conuiuere alijs, & conuiuit, & ita habet ad alios amicitiam. Respō. & dico, q̄ malus

non habet amicitiam neq; ad se neq; ad alterum, neq; quærit alijs conuiuere pp conuiuere illis, sed ut fugiat conuiuere secum, ut per hoc, quòd alijs conuiuit extra se ponatur. Secundò distantia dignitatis impedit amicitiam. Nam inter illos, qui sunt in supremo gradu uirtutis, uel dignitatis, & inter illos, qui sunt in infimo gradu, putā inter reges, & uiles, uel ignobiles, inter optimos, & sapientissimos, & simplices, uel indignos non potest esse amicitia. Cuius ratio est, quia æqualitas requiritur ad amicitiam: multa igitur inæqualitas, & distantia uirtutis inter eos impedit amicitiam, ex eò quòd impedit actum amicitiae, qui est conuiuere, & cooperari ad inuicem. Tertio distantia localitatis impedit amicitiam. Nam separatio amicorum quo ad locum, & distantia amicitiam ciuilem soluit. Cuius ratio est, quia amicitia ciuilis de qua philosophus loquitur perficitur in conuiuere, & operatione ad inuicem: hoc autem tollitur per distantiam locorum: ergo &c. Vbi nota, quòd separatio locorum aliquando est cum spe iteratæ congregationis, uel sine spe. Primò enim cum separatio, & distantia amicorum est cum spe iteratæ congregationis, tunc impedit amicitiam quātum ad operationem amicitiae tantum, sed non amicitiam quantum ad habitum. Cuius ratio est, quia spes, uel intentio reuersionis amici non permittit deleri habitum prioris amicitiae superuenientibus alijs. Secundò uero cum separatio amicorum ab inuicem est siue spe iteratæ congregationis, & cooperationis dissoluit amicitiam. Cuius ratio est, quia detractis speciebus prioris amicitiae à sensibus, & cogitatione quæ erant fomenta amicitie, & iterum superuenientibus alijs fantasmatibus aliorum amicorum, ad quos conuenit uiuere dissoluitur prior tam quantum ad habitum quā ad operationem exteriorem: vnde & philosophus dicit, q̄ nimia distantia amicitiae causat obliuionem.

Quartò, & ult. ad cōseruationē amicitiae requiritur correspondentia in effectu: nā amicitia non est ad seipsum, sed ad alterum, & ideo ad cōseruationē amicitiae oportet, q̄ vnus amicorum impen-

Amicitia quādo soluitur rōne localis distantiae.

Quartū

dat alteri, quæ sunt de ratione amicitie. Req. infra de operibus amicitie. Sed forte ex hoc argues. Si amicitia est, ad alterum, & non ad seipsum, cum iustitia est sit ad alterum, & non ad seipsum, ergo amicitia est iustitia. Respondeo, & dico, q. tam amicitia quam iustitia æquale respicit, & in æqualitate consistit, sed alio, & alio modo, & ordine, quia æqualitas est ultimum in iustitia, & primum in amicitia. Primo dico, quod æqualitas est ultimum in iustitia, quod probo, quia ad iustitiam pertinet inæqualia ad æqualitatem reducere, æqualitate autem existente cessat opus iustitiæ, sed æqualitas est primum in amicitia. Est autem æquale triplex: aut secundum rei quantitatem: aut secundum proportionem, aut secundum reputationem. Prima æqualitas est secundum rei quantitatem, & hoc attenditur, uel seruatur in iustitia commutatiua, & amicitia util., & delectabili, ut scilicet quantum dedit, tantum ei retribuatur. Secunda æqualitas est secundum proportionem, quæ attenditur in iustitia distributiua, & in amicitia honesta, ut melior plus ametur quam ametur minus bonus, & sic de alijs. Tertia æqualitas est secundum reputationem, & sic in multis recompensationibus amicorum est æquale secundum reputationem, ut uerbi gratia, cum superior amat inferiorem propter honorem, & inferior amat superiorem propter utile, ibi est æqualitas secundum reputationem, quia quantum inferior reputat lucrum, tantum superior reputat honorem. Amicitia autem perfecta non ciuili, sed spiritualis. sc. charitatis propter distantiam locorum non soluitur, unde dicit Hieron. in prolo. biblia, q. uera amicitia Christi glutino copulata sicut non causatur præsentia corporali, ita non dissoluitur absentia corporali. Cuius ratio est, quia illa uera amicitia, quæ est charitas, habet totam causam dilectionis, scilicet Christum, & est Angelus, qui cooperantur nobis.

Hæc Arist. libro octauo ethicor. & Beatus Thomas in script. quod fecit ibidem, & Alber. in comento ibidem.

AD Maiorem tamen euidetiam est sciendum, quod cum amicitia in bonis, & in malis fortunis sit necessaria, ut patet, supra cap. 2. & ut amicitia omni tempore conseruetur, & perseueret, aliter se debet habere amicus, qui est in bonis fortunis, & beneficium tribuit; & aliter amicus, qui est in malis fortunis, & beneficium petit. Amicus enim, qui est bonis fortunis tria debet facere amico suo, qui est in malis fortunis, primo enim debet promptè eum ad sua beneficia uocare, secundo debet spontè sua bona communicare, tertio debet tardè ei sua mala intimare. Primo dico, quod amicus qui est in bonis fortunis debet amicum suum, qui est in malis fortunis ad sua bona promptè, & sollicitè uocare. Cuius ratio est, quia cum unus amicorum sciat alium amicum suum de suis bonis gaudere, & delectari, & hoc ei sit delectabile, oportet quod cito uocet amicos suos ad suas bonas fortunas, ut eas amico suo communique, oportet enim quod bonus amicus, & bonus homo cito benefaciat amico suo indigenti, unde Prouer. tertio. Ne dicas amico tuo uade, & reuèrtere, cras dabo tibi, cum statim possis dare, quasi dicat; non solum benefac animo suo indigenti, sed benefac cito, quia qui cito dat bis dat. Sene. Tantum demis gratiæ quantum addis moræ. Et Prouer. 6. Discurre festina suscita amicum tuum. Re. expositionem huius infra Correptio. 2. cap.

Secundo amicus qui est in bonis fortunis dèt amico suo, qui est in malis fortunis spontè bona sua cōmunicare: nā amici est benefacere amicis, & maximè illis, qui sunt in necessitate, & qui non reputant conueniens seu dignum hoc requirere ab amico. Vnde cum unus amicorum alteri indigenti benefaciat, non debet attendere, quod seruitium requiratur ab eo, quia dum auxilium, uel beneficium præstatur, & confertur indigenti, & non quæretur: tunc beneficiū fit magis honestius, & delectabilius. Primo beneficiū impēsū, & non quæsitū fit maius dāti, & recipiēti, quia ille qui beneficiū dat

fine

5. Amicus qui est in bonis fortunis debet amico qui est in malis tria facere.

Secundū

Æquale triplex.

sine requisitione alterius maius facit beneficium, quam si requireretur ab eo. Secundo beneficium est honestius, uel virtuosius, uel melius, quia ille, qui dat sine requisitione, videtur magis sponte, & liberaliter dare, & ille qui recipit sine petitione, virtuosè agit, amicum suum nolens grauare. Tertio beneficium collatum, & non questum est delectabilius, eo quod dans magis delectatur ex seipso faciens opus uirtutis non rogatus, neque prouocatus ab alijs, & recipiens beneficium minus uerecundatur cum non petit, quam quando petit.

Tertio amicus, qui est in bonis fortunis, si qua mala sibi eueniunt amico suo debet tardè intimare, quod probo ratione, similitudine, & auctoritate. Primo ratione, quia nullus uult esse causa tristitiæ amico suo, unde tristabile est sibi, quod uidet amicum contristatū propter se in suis infortunijs. Secundo probo hoc idem ex similitudine, quia uidemus quod illi, qui sunt virilis animi secundum personam, perfecta uirtute, fugiunt quod amici sint simul secum in tristitijs, & nisi tristitia sit ita magna, quæ superexcedat uires suas, nullo modo sustinent quod condoleant sibi, quia cum ipse sit ploratiuus, non delectatur in hoc quod aliquis comploret sibi. Sed muliebres homines gaudent in hoc, ut per tristitiam simul sint angustiatī, & amant amicos ad hoc quod condoleant sibi, sed tales non oportet imitari, sed magis virilem qui est melior. Tertio hoc idem probo auctoritate & prouerbio cuiusdam dicentis: Sufficit quod ego mea infortunia patiar: & non oportet quod amici mei hoc patiantur, neque sint participes mecum.

6. Amicus qui est in malis fortunis quod debeat facere cum amico suo.

Secundo amicus, qui est in malis fortunis, & qui ab amico suo, qui est in bonis fortunis auxilium, uel beneficium petit, debet similiter tria facere, primo debet esse tardus in intimando, secundo uerecundus in petendo, tertio discretus in vocando. Primo debet esse tardus in intimando, vel denuntiando sua mala amico suo. Cuius ratio est, quia est oppositum in opposito, & propositum in proposito. Sicut enim amicus bona sua amico suo debet solícite intimare, ut eum de-

lectet, sicut patet supra ita debet mala sua tardè, & remisse intimare amico suo, scilicet ne eum contristet, quilibet enim amicus bonus ueretur tristere amicum suum. Secundo amicus, qui est in malis fortunis, debet esse uerecundus in petendo auxilium ab amico suo, qui est in bonis fortunis. Cuius ratio est quia quilibet debet amicum suum uereri, & sic cauere ne in petendo reddat se onerosum, & importunum amico suo. Tertio amicus, qui est in infortunijs, debet esse discretus in vocando amicum suum ad infortuniam, & hoc duobus modis. Scilicet ex parte infortunij, & ex parte amici. Primo ex parte infortunij, quia triplex est differentia infortuniorum. Est enim aliquod infortunium ita paruum, de quo homo per seipsum iuari, & liberari potest, & ad tale non debet uocare amicum suum, nam muliebre est, quod homo uoce ostendit se nimis imbecillem, uacuum, & uirtute ita ignauum, qui in omnibus auxilium querit. Est etiam aliquod infortunium, quod excedit uires uniuscuiusque ita, quod non potest se de illo expedire, nec adiuuare, nec est per amicos suos, & tunc non oportet nec debet uocare amicos suos, eo quod non ponant se in angustia gratis. Est autem aliquod infortunium ita magnū, quod uires uniuscuiusque excedit, ita quod non potest se de illo expedire, & iuuare, potest tamē adiuuari, & liberari per duos aut plures, & tunc bene debet uocare amicum suum in auxilium suum. Secundo de re discretus ex parte amici, quē uocat: tunc enim debet uocare amicos suos ad infortunia sua, quoniam cum paucis eorum grauamine seu perturbatione possunt sibi prestare, uel impedire magnum auxilium, uel iuuamē. Hæc Phil. eth. li. 9. c. 13. in fine c. & B. Tho. in scrip. quod fecit super li. eth. & Alb. in com. ibid. ubi in fine dicit, quod principali conclusio illius capituli est, quod in omnibus presentia amici est eligibilis, & oppositum. scilicet distantia amicorum ab inuicem dissoluit amicitiam, ut patet capitulo præcedenti.

Triplex
differen
tia infor
tuniorū.

C A P. VI.

POST prædicta de amicitia etiam circa amicitiam considerata sunt tria. scilicet definitionis continentia integralis,

E 3 lis,

lis, dilectionis convenientia specialis, operationis euidencia uirtualis. Primò circa amicitiam est considerata diffinitionis continentia integralis, nam ad rationem, & integritatem ueræ amicitie quattuor exiguntur, quæ in eius diffinitione tanguntur, idest dilectio, redamatio, ostensio, intentio. Primò ad perfectam amicitiam requiritur boni dilectio. Nam amor non est cuiuscunq; obiecti, sed determinati obiecti, quod est bonum. Vnusquisque enim uidetur amare, uel quod est bonum simpliciter, uel quod est bonum apparens, scilicet quod sibi uidetur, bonum, ut verbi gratia, quolibet potentia fertur in obiectum sibi proportionatū, sicut visus vniuscuiusq; videt, quod sibi est uisibile. Sic a simili amabile est aliquid duobus modis, uel simpliciter, & secundum se, sicut illud, quod est simpliciter bonum, uel secundum quid, scilicet quod unicuique est amabile illud, quod sibi est bonum, uel uidetur bonum: nec est differentia inter esse bonum huic, & apparere bonum huic, quantum est ad propositum. Cuius ratio est, quia cum amatur aliquid apparens bonum, amatur ut sibi bonum. Patet ergo, quod non est amabile quodcunque obiectum, sed solum existens bonum, uel apparens bonum.

Secundū

Secundo ad perfectam amicitiam requiritur redamatio, oportet enim ad rationem amicitie, ut amans ametur; nam amicitia requirit quandam uicissitudinem, seu communicationem amoris secundum proportionem, unde si aliquis amet aliquid, & non redametur, erit amor, & non amicitia, ut uerbi gratia, licet homo amet uinum, & inanimata, est amatio, & non amicitia, & hoc duplici ratione. Prima ratio est, quia uera amicitia habet redamationem, sed inanimata, & irrationabilia redamare non possunt. Secunda ratio est, quia amicitia non respicit bonum proprium, sed alterius, oportet enim, quod amicus diligat, & uelit bonum amico gratia ipsius amici, & non propter seipsum: si autem aliquis propter seipsum, & non propter alium aliquem diligit, talis non est beneuolus ei, sed sibi ipsi; sicut cum homo amat unam uestem, & huiusmodi. Et si

aliquis arguat in oppositum, & dicat quod homo uult bonum vini, uel uestimenti, quia uult quod conseruet. Dico quod ipse uult conseruare, uinū, uel uestimenta non inquantū est bonū vini, sed inquantū est bonū sui ipsius, & hoc est contra rationem amicitie, & beneuolentie. Primò est contra amicitie rationem, quæ uult bonū amici, non propter bonū amantis, sed propter bonū amati, ita quod ibi est amor concupiscentie, & non amor amicitie. Secundò talis amor est contra rationem beneuolentie, eo quod non est cum redamatione, nam beneuolentia cum contrapasso, idest cum redamatione facit amicitiam.

Tertio ad rationem amicitie requiritur ostensio, uel manifestatio, oportet. n. quod sic inter amicos beneuolentia mutua non latens, sed patens, & manifesta, ita quod amici non lateant se inuicem, sed quod vnus cognoscat alterum, & sciat se amari ab altero: quia multi sunt beneuoli ad illos, quos nunquā uiderunt, inquantū aestimant se epykes. i. iustos, uel utiles sibi. Tales ergo homines uidentur esse beneuoli ad inuicem, eo quod inter eos est amor cum contrapasso, idest cum redamatione, non tamen possunt dici amici, cum lateant se ad inuicem.

Tertiū.

Quartò ad rationem amicitie requiritur finis, uel dilectionis intentio, scilicet, quod amicorum intentio debet esse, ut se ad inuicem diligant propter aliquod bonum, uel apparens; uel propter honestum, uel delectabile, uel utile, eo quod non est amabile quodcunque, sed solum bonum existens, uel apparens, ut patet in principio huius cap. unde malum inquantum malum, non diligitur, sed inquantum apparet bonum. Ex his quattuor premissis, Philosophus concludit diffinitionem amicitie dicens, quod amicitia est per quam ipsi amici beneuoli sunt ad inuicem, & quod bona amici uelint propter se, & hoc non lateat eos, & quod sit gratia alicuius finis scilicet propter aliquod dictorum bonorum, scilicet, propter bonum honestum delectabile, uel utile, unde talis est diffinitio amicitie in abstracto ratione boni. Hec Arist. ethi. lib. 8. cap. 2. ibi. Forte autem utique de his, &c. & B. Tho. in scrip. ethi. & Alb. in commento ibidem.

quartū.

Definitio amicitie.

Interhominē, & inanimata non est amicitia.

CAP. VII.

SECUNDO principaliter circa amicitiam cōsideranda est dilectionis, vel amationis cōuenientia specialis. Multi. n. uidētur magis velle amari, quam amare credentes, q̄ virtus amicitiae magis cōsistat in amari, quam in amare. Primò dico, q̄ multi sunt qui magis uidētur velle amari, quā amare, quod dupliciter ostēdo, scilicet signo & ratione. Primo probō dictum. s. q̄ multi volunt magis amari, quā amare, per signum, quia multi sunt amatores adulationis, amāt enim aliqui, q̄ aliquis aduletur eis: sed adulator in rei veritate est amicus sup̄ excessiuus, quia amicorum non est adulari, uel adulando fingere se talē, scilicet quòd magis amet, quam ametur, ergo &c. Scdò probō hoc dictum ratione sic: Amare videtur esse p̄pinquū ei quod est honorari, eo q̄ honor est quoddam testimoniū de uirtute eius, & bonitate, qui honoratur, & similiter omne quod amatur, uel est existens bonum, uel apparens bonum, & sic honorari, & amari uidētur ad inuicem conuenire ex parte boni, cū ergo honorari sit multū desideratum a multis: ergo manifestū est quòd tales uolunt propter amari honorari.

Quæritur quare aliqui volunt magis honorari, quā honorari.

Quid magis est eligēdū amari an honorari.

Sed forte quæres duas q̄stiones. Prima quæstio est quare aliqui uolūt, & desiderāt honorari magis, quā honorare? Respondeo, & dico, q̄ homines uolūt honorari nō propter ipsum honorem, sed p̄pter aliquid aliud; & hoc propter duas causas, uel rationes. Prima causa est propter spem percipiēdæ utilitatis, volunt. n. aliqui a diuitibus, uel ponentibus honorari, eo q̄ sperant ex se hoc adepturos aliquid, q̄ indigēt. Secunda ratio, quare aliqui uolūt honorari est propter certam opinionem propriæ bonitatis; sicut homines digni honore quærit honorari à iustis, & sapiētibus, ut iudicio ipsorum possint habere de sua uita certitudinem, ex hoc. n. ipso, q̄ iusti, uel uirtuosi, & sapientes honorant eos, uidētur dicere eos esse bonos. Secūda quæstio est, quod isto rum est melius, & magis eligendum, uel amari, uel honorari? Respondeo, & dico, quòd amari est melius, & per cōsequēs

magis eligibile quā honorari, tali ratioe. Illud quod est secundum se eligibile est melius eo, qd̄ est eligibile propter aliud: sed amicitia secundum se eligibilis, unde homines gaudēt de hoc quod amantur, etiā secundum seipsum, quia hoc ipsum, quod ē habere amicos, uidetur esse p̄cipuū inter omnia bona exteriora, honorari autem nō quærit aliqui propter ipsum honore, sed propter duas causas, ut patet ergo &c.

Secūdo principaliter dico, q̄ amicitie virtus magis cōsistit in amare, quā amari, quòd tripliciter probō. Primò probō sex rationibus, q̄ magis est propriū amicitiae amare, quam amari. Primo ratione cognitionis sic. Nobilius, & certius est scire, quam credere, sed q̄ amamus alios scimus, q̄ autem amamus ab aliis non scimus, sed credimus, ergo &c. Secundò hoc idem probō ratione actionis, uel operationis sic: Nobilius est bene agere, uel bene operari, quam bene pati, quod patet in diffinitione amicitiae, quia amicitia est, qua amicus est operatiuus eorū, quæ bona putat amico suo, non propter se, sed propter amicum suum, & est diffinitio amicitiae; quam Arist. ponit ethico. lib. I. c. II. Aliam diffinitionem require supra c. præcedenti, amari autem potius est bene pati, ergo &c. Tertiò hoc idem probō ratione commendationis sic. Videmus eum q̄ amici laudantur ex hoc q̄ amant, & non ex eo q̄ amantur, hæc est enim laus amantium, ergo &c. Quartò probō hoc idē ratione uirtutis, & est confirmatio præcedentis sic: Vnusquisq̄, laudatur secundum propriam uirtutem. sed uirtus amicorum attenditur secundum quod est amare, quod enim amamus alios est propriæ uirtutis, sed quod amamur est uirtutis alienæ, ergo &c. Quintò hoc idem probō rationem obligationis sic: Melius est quòd alij obligentur nobis, quam nos aliis, sed cum amamus alios, nobis alios obligamus, cum uero amamur, alii obligamur, ergo &c. Sexto hoc idem probō ratione p̄miationis sic. Illud, quo meremur & p̄miamur, est melius eo, quo nec meremur nec p̄miamur, sed cū amamus, meremur nobis, & p̄miamur: cū autē amamur, alij merētur sibi, & p̄miant, ergo

&c. Secundò hoc idem probo signi similitudine. s. ex signo amationis, vel amoris matrum: nã matres quarum est vehemēs amor ad filios magis gaudent, & delectantur in hoc, q̃ amēt filios, quam amentur ab eis. Quædam. n. matres dant filios nutribus ad nutriendum, & sciētes eos esse filios amat eos: non tamen multum quarunt nec curant, q̃ ab eis redamantur, sed hoc fieri nō potest, propter ignorantiam ipsorum, sed hoc videtur eis sufficere si videant, q̃ bene agant, & benè se habeāt, & ita ipsæ amant filios, quamvis ipsi non possint attribuire matri cōueniētē amorem propter ignorantiam, quia. s. eas esse matres ignorāt. Cōcludo igitur, q̃ amare magis pertinet ad amicitiam, quā amari tali ratione, quia illud magis pertinet ad amicitiam, vnde amicus magis laudatur, sed amicus magis laudatur ex amore, ut patet supra: ergo &c. & ex hoc ostenditur imperfectio amicitia eorum qui amari volunt, magis quā amare: Hæc philosophus, Ethic. li. 8. ca. 8. Multi autē videntur, &c. & B. Thom. in scrip. Ethic. & Alber. in com. ibidem per totum c. Tertio hoc idē probo auctoritate. B. Aug. in lib. de catechizandis rudibus sic dicentis: Nulla est maior inuitatio ad amorem, quam pręuenire amando amantem, & nimis durus est animus, qui sibi dilectionem volebat impendi, & nolebat rependere. Et Seneca. c. 6. Epistolæ ad Lucillum sic ait: Si quæris quomodo sis facturus amicitiam. vel amicum mōstrabo (inquit) tibi amatoriu sine medicamento, sine herba, sine vllius venefici carmine, si vis amari ama. Et subdit causam dicens: Iocundius est amicum facere, quam habere: quemadmodū artifici iocundius est pingere, quam pinxisse. Ad maiorem tamen euidētiā est sciendum, q̃ amare, & amari possunt dupliciter considerari, aut ex parte boni, aut ex parte vinculi, idest ex parte amabilis, aut ex parte amoris. Primò cōsiderando amare, & amari ex parte amabilis, tunc amari est potius, vel nobilius quam amare. Cuius ratio est, quia amabile in quantum huiusmodi, est tātum bonum, vel existens, vel apparens. Secundò modo considerando amare, & amari ex parte vinculi. s. amoris, vel amicitia, tūc amare est potius, vel nobilius quam amari. Cuius ra-

tio est: quia magis saluatur vinculu amicitia, vel amoris in eo, qui amat quam in eo, qui amatur: quod etiam ex hoc apparet, q̃ superiores ex eò q̃ sunt, vel apparent superiores, & superfactores in bono, magis reputant dignum amari: & minus habentes de indigentia cum amare sit appetitus magis indigentis, minus habent de vinculo amoris, vel amicitia: unde minus reputant dignum amare. Hæc Alber. in commento ibidem.

CAP. VIII.



TERTIO principaliter circa amicitiam considerata est operationis euidētia virtualis. Nã amicus secundum affectu amicitia est quasi alius ipse. s. quia amicus afficitur ad amicum sicut ad seipsum: vnde amicabilia amicitia opera, quibus aliquis ad amicum vtitur, & secundum quæ determinantur, videntur processisse ex his, quæ sunt hominis ad seipsum, vel ex eò q̃ homo se habet ad seipsum: si. n. agit eadem homo ad amicum, quæ ageret ad seipsum, tunc amicus illius est.

Sunt autē quatuor signa, vel opera specialia amicitia veræ, & quæ amicus agit ad suum amicum. Primum est cordialis dilectio. Secundum est socialis conuictio. Tertium est liberalis satisfactio. Quartum est generalis conuentio, vel cōformatio. Primum signum vel opus veræ amicitia est cordialis dilectio. Sicut enim amicus uirtuosus, & uerus maximè diligit bonum suum, quod patet, quia maximè vult se ipsum viuere, & se conseruari in esse, precipuè quantum ad illam partem, cui inest sapientia, s. quantum ad partem intellectuam. Cuius ratio est quia unusquisq; vult sibi ipsi bonum: uirtuoso autem est bonum suum esse, scilicet, q̃ sit uirtuosus, idē debet diligere bonum amici sui, hoc est bonum velle amici sui, quod est velle suum amicum viuere, & conseruari in esse, non quidem propter bonum suum, sed propter bonum amici: & si nil boni consequeretur ex eo. Secundum signū vel opus amicitia est socialis cōuictio. Nihil enim sic est propriū amicorū, sicut cōuiuere: oportet enim ex cōuictu adesse

cooperationem, & mutuam delectationē
 sen sibilē. quibus nutritur, & fouetur ami-
 citia. Quod autem præcipuus actus ami-
 citiæ sit cōuiuere amico quadrupliciter
 probō. Primò ratione sic: Illud est pro-
 prium amicitia quod homines beati i.
 in bonis abundantes appetūt: sed hoc est
 cōuiuere amicis, & conuersari cum eis
 per aliquod longum tēpus ergo &c. Vbi
 nota differentiam inter indigentes, & di-
 uites quantum ad conuiuere quia cum
 duo præcipuē pertineant ad amicitiam.
 1. conuiuere amico, & utilitatem contri-
 buere amico, indigentes non desiderant
 conuiuere, sed utilitatem. In bonis autē
 abundātes cū nō possint diu uiuere solita-
 rij, desiderant conuiuere amicis, eō q̄ a-
 mici sunt organa, quib. iuuantur, tam in
 operibus uitæ actiuæ, quam in operibus
 uitæ contemplatiuæ. Conuiuere autem
 seu ad inuicē cōuersari nō possunt per lō-
 gum tempus, nisi sint sibi mutuo delecta-
 biles, ad quod requiritur, q̄ gaudeant in
 eisdem, sicut est amicitia connutritiua. i.
 in amicitia eorum: qui sunt connutriti
 ad inuicem, qui propter similitudinem
 morum in eisdem gaudent. Secūdo hoc
 idē probō alia ratione sic: Si oppositum
 in opposito, & propositum in proposito:
 sed distare ab inuicem loco, dissoluit ami-
 citiam, ergo conuiuere, & conuersari ad
 inuicem est actus proprius amicitie. Vbi
 nota, quod distātia locorū, & absentia a-
 micorum ab inuicē si non est diuturna,
 non dissoluit amicitiam secundum habi-
 tum, sed operationē impedit. Si uerò sit
 tanta distantia, quæ facit longam absen-
 tiā, facit obliuionē amicitia. Tertiò hoc
 idem probō tali ratione: Sicut. n. effectus
 per suam causam, quæritur, & conserua-
 tur, ita per debilitatem, & subtractionem
 causæ debitæ debilitatur, & tandem dis-
 soluitur, sed absentia lōga amicorū ab in-
 uicē amicitia obliuionem facit, & eā dis-
 soluit: vnde in prouerbio dictū est, quod
 multæ amicitia dissoluuntur p̄ hoc, quod
 vnus amicorum non colloquitur nec cō-
 uiuit alteri: ergo cōuiuere est causa ami-
 citia. Quartò hoc idem probō ex inepti-
 tudine aliquorum ad amicitia, quia se-
 nes, & seueri. i. homines iniusti, & morda-
 ces in uerbis, quia nō sunt apti ad actum
 amicitia, qui est conuiuere, non sunt

amatiui. i. non sunt apti ad amandum,
 uel ad amicitiam actiuē, uel passiuē: pro-
 pter hoc, q̄ breui tempore est in eis, vn-
 de alios delectent: vnde cum natura ma-
 xime appetat delectabile, & fugiat triste,
 nullus potest diu talib. commorari cum
 sint tristes, uel non delectabiles. Quintò
 hoc idem probō ex imperfectione amici-
 tia. Sunt enim quidam qui benignē reci-
 piunt se ad inuicem in hoc, q̄ unus acce-
 pter mores & conuersationem alterius,
 & tamen propter aliquam causam nun-
 quam conuiuant ad inuicem. tales enim
 magis sunt similes beneuolis, quam ami-
 cis, quia deest eis conuiuere, quod maxi-
 mē est amicorum, nam amicitia uult con-
 uictum per aliquod tempus. Hæc philo-
 sophus li. 4. Eth. c. 5. Quemadmodum au-
 tem in virtutib. &c. & B. Th. in scrip. Eth.
 & Alber. in com. ibidem ubi dicunt, quod
 sicut in alijs uirtutibus quidam sunt bo-
 ni secundum actum, & quidā secundum
 habitum, ita in amicitia quidā sunt ami-
 ci secundum actum conuiuentes, & coo-
 perates delectabiliter sibiipsis: & quidā
 sunt amici secundum habitum, sicut dor-
 mientes, qui habent habitum amicitia,
 quo post amicabiliter operari conuenit,
 & tales sunt, qui sunt separati secundum
 loca tamen postea redeunt ad inuicem,
 cōuiuant, conuersantur, & delectabiliter
 cooperantur, ut patet supra. Tertium si-
 gnum, uel actus amicitia est liberalis be-
 nefactio: nam ille est amicus, qui uult, &
 operatur bona, uel existentia, uel appa-
 rentia amico suo, non propter seipsum,
 sed gratia amici sui.

Ex quibus uerbis colligit, q̄ amicus ser Amicus
 uir, & benefacit amico suo quattuor mo- seruit a
 dis. 1. liberaliter, celeriter, utiliter, uel op- amico 4.
 nialiter. Primò liberaliter. Si. n. unus alte- modis.
 ri benefacit i nuius, uel propter seipsum
 non est amicus eius: unde Ambro. in lib.
 de officijs: In beneficio conferendo plus
 animus quam census operat, magis p̄pon-
 derat beneuolentia, quam possibilitas red-
 dēdi munus. Secūdo celeriter. Si. n. in ser-
 uiendo alteri, qui uoluntatē opē explere
 negligat, non est amicus eius: ut dicit. Se-
 ne. l. 4 de beneficijs Gratiissima sunt bñfi-
 cia occurrētia, ubi nulla fuerit mora, quā
 accipientis uerecundia. Tertiò utiliter. Si
 n. aliquis seruit, & benefacit alteri non
 quasi

quasi intēdēs bonū illius, sed bonū subiij
suis, nō uideret esse uerus amicus illius,
sed suipius: ut uerbi grā, sicut cū aliquis
nutrit æquum propter commodum suum.
Quartò opinaliter, nam si aliquis seruit
alteri, de aliquo, quod ei nec sit utile, vel
honestum, vel delectabile, dum tamē æsti
met, uel opinetur suo amico esse utile,
quod exhibet, uel impēdit, talis est uerus
amicus. Hæc Arist. Eth. lib. 9. c. 4. Amica
bilia autē &c. & Beat. Tho. in scrip. Eth.
& Alber. in com. ibidem.

Quantum signū, uel opus amicitiaē est
generalis conuentio, uel cōformatio: de
bet enim vnus amicorum alteri in omni
bus conformari, quod patet per quattuor
quæ prouerbialiter, & vulgariter de ami
citiā dicuntur. Primum est vnā esse ani
mam duorum amicorum. Secundum est,
q̄ ea, quæ sunt amicorum, sunt cōmunia.
Tertium est, q̄ amicitia est quādā æquali
tas. Quantum quod in prouerbio vulga
riter dicitur est, q̄ amicus se habet ad suū
amicum sicut genu ad tibiam, quæ habēt
maximā ad inuicem propinquitatem.
Per hæc quattuor datur intelligi, q̄ amici
tia in quadam unitate, & conformitate
amicorum consistit. Hæc Arist. lib. ethi.
8. 9. cap. Dubitatur autem &c. & B Tho.
in scripto. ethi. & Albert. in comm. ibidē,
Vbi Alb. reddit rationē, quare hæc quat
tuor proueria de uera amicitia dicuntur,
dicens, q̄ uera amicitia potest dupliciter
considerari, uel secundum affectum, uel
secundum effectum. Primò secundum af
fectum amicitiaē, qui. s. est conuiuere: &
sic est primum quod prouerbialiter de a
micitiā dicitur. s. Amicorum est una ani
ma. Secundo potest uera amicitia consi
derari secundum effectum, & quantū ad
hunc amicitiaē est communicare, & subue
nire. Primò enim quantum ad hunc effe
ctum amicitiaē, qui est communicare, po
nit duo. s. ipsa cōmunicata, & sic est secun
dum prouerbiū. s. Amicorum sunt om
nia communia: & formam ponit. s. æqua
litate communionis: & sic est tertium
prouerbiū. s. Amicitia est quādā æqua
litas. Secūdò quātum ad effectum, qui est
in necessitate subuenire, ponit quartum
prouerbiū, s. Amici sunt tāquā genū ad ti
biam: quia sicut tibia sustentat genu, &
genu ligat tibiā, ita amicus ligat, & unit

sibi amicum, & sustentat eum. Patet igit
ex prouerbijs quattuor supradictis, q̄ ue
ra amicitia habet quattuor facere. s. liga
re, uel unire, cōmunicare, ad æquare, & in
necessitate subuenire. Hæc Albertus.

C A P. IX.

AD maiorem tamen euidentiam ca
pituli præcedentis est, sciendum, q̄
omnia opera amicitiaē supradicta reducū
tur ad tria. s. ad beneuolentiam, cōcordiā,
& beneficentiam, ita q̄ in generali tres
sunt actus amicitiaē. Primus est beneuolē
tia, quæ consistit in interiori affectu re
spectu personæ. Secundus actus amicitiaē
est concordia, q̄ etiam consistit in interio
ri affectu, respectu eorum quæ sunt per
sonæ. Tertius actus amicitiaē est benefi
cientia, quæ consistit in exteriori effectū.
Primus amicitiaē actus est beneuolentia,
quæ consistit in interiori affectu respectu
personæ, quæ quidem beneuolentia ordi
natur ut principium eius, sine quo amici
tia esse non potest: quod patet: quia non
est possibile aliquos eē amicos, nisi prius
facti fuerint beneuoli. Tullius de amici
tia: In hoc præstat amicitia propinquitati,
q̄ ex propinquitate beneuolentia tol
li potest, ex amicitia uero non: sublata. n.
beneuolentia, amicitiaē nomen tollitur,
sed propinquitas manet: licet enim bene
uolentia sit principium amicitiaē, sicut pa
tet, nō tamē sequit, q̄ beneuolētia sit ami
citiā ut patet infra Beneuolentia. Requi.
ibidem. Secūdus actus amicitiaē est con
cordia, quæ consistit in affectu, & in actū
vnanimi. s. q̄ eadem uelint & nolint, & ea
dem eligant, in quib. cōsistit ratio cōcor
diæ, q̄ patet ex interpretatione, uel signi
ficatione concordiaē: nam concordia dici
tur quasi unitas concordium, uel uolunta
tum, quæ in amicis præcipuē dēt esse. Vbi
nota q̄ cōcordia in speculatiuis, in mini
mis, in uicijs amicitiaē uerā nō causat, sed
in corporalib. communibus, & utilibus: Concor
dia in quib. re
bus pa
riat ami
citiā.

Cuius ratio est; quia iudicium in talibus
procedit ex naturali ratione, & per cōse
quens

quæ ex illatiōis necessitate, amicitia verò procedit ex electione: & iō in iudicijs taliū nihil prohibet amico dissentire, & amico cōsentire. Scdō concordia in minimis non cōstituit amicitia, nec discordia in talib. tollit eā, eo q̄ concordia attenditur circa ea, quæ habent aliquā magnitudinē, ut statim patebit. Tertiō cōcordia in uitijs non causat ueram amicitiam, quod tali ratione ostendo: In prauis concordia esse nō potest: sed in prauis nō est vera amicitia, ergo &c. Quod aut in prauis non potest esse concordia tali ratione ostendo: Quicumq; non seruat bonum cōe, concordiam habere non pōt, nec per consequēs amicitia: sed prauī cum destruant bonum cōe, & non seruent iustitiam, eo q̄ uolunt superabundare in bonis, & deficere in malis non possunt habere concordiam cum alijs, eo q̄ sic faciendo proximos impedire conantur, ne quod prauī capiunt adipiscantur, & sic accidit inter eos cōtentio, & sic nō sunt cōcordes: unde sicut appetētes plus in lucris, & minus in dānis sunt iniusti, nec per consequens sunt concordēs, ita prauī, qui uolunt in bonis communibus superabundare, & in malis deficere.

Quartō cōcordia est unitas amicorū in aliquo decreto operabili, sicut quādo plures cōsentiūt, q̄ unus dominet, vel q̄ sit pugnandum vnde non est concordia q̄n quilibet vult sibi bonū, immo ex hoc discordia oritur, ut. sup. sed quando concordant, & plebei, & boni siue potentes in eodē principatu, tunc est concordia verā amicitiam causans. Cuius ratio est, quia sic cōcordando quilibet habet suā voluntatem. Hæc Arist. ethi. lib. 9. cap. 6. amicabiles ergo &c. & Beat. Tho. in scri. & Alber. in comm. ibidem.

Debet autem amicus amico suo cōcordare quò ad quinq; .s. quò ad aspectū, cōuictū, affectum, colloquiū, obsequiū. Primo quò ad aspectum, quia uisio amici, est delectabilis amico: qđ probo quatuor rōnib. Prima ex parte causalitatis, quia per uisionē incipit fieri, seu causari passio amoris: vnde uisio est causa amoris. Secunda est ex parte pulchritudinis, quia ex pulchritudine amici, quā uisus percipit, prouocatur, & cōseruatur amor, aspectus enim amici est amico delectabilis,

sicut quis delectatur in aspectu rei pulchræ quā diligit, & quæ sibi placet. Tertia est ex parte celsitudinis, quia quilibet amicus ex boni notitia, & p̄sētia delectatur: & hæc duo. s. notitiā, & p̄sēntiam amici facit uisus. Quarta est ex parte similitudinis. Videmus enim in amore libidinoso, q̄ se tali amore amātes maximē appetunt se videre, ad ostendendū q̄ amor amici iā sit secundū sensum uisus. Hæc Phil. ethi. li. 9. c. 45. utrū igitur quēadmodum: & B. Tho. in scrip. & Alb. in comm. ibid. Req. quō in uisione Dei sit beatitudo infra Visio diuinæ essentia. Secūdo amici debent concordare ad cōuictum, eò quod conuiuere ad inuicem est præcipuus actus amicitia, ut patet sup. c. præcedenti. In cuius signum dicitur Ecclesi. 4. de eo qui non conuiuuit amicis, sed caret eis. Vē soli. s. illi, qui est sine amico, sine Christo, sine Deo. Primò vē soli qui est sine amico, quia talis caret simplicis amicitia effectū, qui est releuatio, consolatio, defensio: unde dicit, vē soli. s. qui nulli est iunctus uinculo amicitia, vel charitatis: & hoc propter tria. Primo, quia cum talis in culpam ceciderit, non habet subleuantē. s. oratione, & cōsilio. Secundo, quia cum talis in tribulationis poenam deuenit non habet consolantem. Tertiō, quia cum talis inualus fuerit, non habet defendentem. Secundo vē soli magis qui est sine amico Christo, & hoc propter tria: Primo, quia cum talis in culpam ceciderit, nō habet Christum erigentem. Secundo, quia cum talis in morte dormierit, non habet Christum uiificantem. Tertiō, quia cū talis a diabolo fortiter impugnatus fuerit, non habet Christum defendentem. Tertiō vē soli maximē qui est sine Deo, Osee 9. Vē eis cū recessero ab eis. Aug. in li. de trin. Magna miseria est hominis, cum eo non esse, sine quo non potest esse. in quocūq; enim est, proculdubio sine eo non est: etenim si eius nō meminit, eūq; nō intelligit, & nō diligit, cum illo non est. Patet igitur ex p̄dictis q̄ amicorū propriū est cōuiuere ad inuicē: unde Aug. Quid est amor nisi uita copulans uel copulare appetens duo. s. amantem, & quod amatur? Et Greg. Amor semper in alium tendit ut charitas esse possit. Tertiō amici

Exponitur illud ecc. 4. Vē soli.

concordare debent ad inuicē quò ad affectum. s. quia debent se inuicem diligere: vnde cum aliquis vult commēdare amicitiam suam ad alterum consuevit dicere: Ego diligo eum sicut meipsum, ad ostendendum q̄ ille est uerus amicus, qui eadem vult & agit ad suum amicū, quæ vellet & ageret ad seipsum. Ex quo sequuntur duo. s. quæ sunt propria opera amicorum. primum est q̄ amici debent eadem eligere, & respuere: secūdū est, q̄ amici debent de eisdē congaudere, & dolere, & hæc ex conformitate voluntatis causantur, ex eo enim q̄ amicorum est vnum velle, & vnū nolle sequuntur prædicta duo. Hæc philosoph. ethi. lib. Quarto amici debent conuenire, & concordare ad inuicem quò ad colloquium, quia debēt sua secreta ad inuicem intimare: quod tripliciter probo. s. exēplo, periculo, & cōmodo. Primo exēplo Dei: Exod. 33. ubi dicitur, q̄ dominus loquebatur ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Secundo probo idem ex periculo, quod imminere potest: propter quod dicitur. Ec. 8. Nō omni homini manifestes cor tuum: q. d. non cuiūque indifferenter reueles secreta tua, sed tali, qui iuuare possit, & sciat & velit. Tertio probo idem ex cōmodo: vnde Ambr. de officiis: libr. 3. sic ait: Solatium vitæ huius est, vt habeas cui pectus tuum aperias, cui archana communices, cui secreta tui pectoris cōmittas, vt colloques tibi fidelem uirum, qui in prosperis congratuletur tibi, qui in tristibus compatiatur, in persecutionib. adhortetur, facilis vox & congrua: Totus sum tuus: sed paucorum est effectus. Et Tullius: de amicitia sic ait: Excepta sapientia nihil melius datum homini a Dijs immortalib. amicitia. Quid enim dulcius quam habere cum quo audeas sic loqui ut tecū? Quis esset tantus fructus in rebus prosperis, nisi haberes amicum, qui illis æquē ut tu ipse gauderet, aduersas etiam ferre difficile esset sine illo qui illas grauius etiam quam tu ferret. Vnde & saluator noster solis amicis suis secreta manifestauit dicēs Ioh. 15. Vos autē dixi amicos, quia omnia, quæcunque audiui a patre meo, nota feci vobis. Quæ verba exponēs Theophilus sic

ait: Seruus scilicet peccati non nouit cōsilia domini. s. de obedientia, castitate vel virginitate, & pauprate, vos autē cum amicos reputem, secreta mea vobis communicaui. Sed dicerēs quæ sunt secreta patris? Resp. Greg. & exponit ibidem dicens: Omnia quæ audiuit a patre, quæ nota fieri uoluit amicis suis, sunt gaudia, internæ charitatis, & festa supernæ patriæ cœlestis, quæ nostris quotidie mētibus per inspirationem sui amoris imprimit: dum enim superna, cœlestia amamus, amata iam nouimus, quia amos ipse notitia est, omnia ergo eis nota fecerat, quia a terrenis desiderijs immutati, amoris sui facib. ardebant. Tertius effectus principalis amicitie veræ est beneficentia, quæ consistit in effectu exteriori; & meritò quia beneuolentia seu beneficentia est quædam amicitia ociosa, eo q̄ operationē exteriorē nō habet. Et ideo ad rationē ueræ amicitie requirit q̄ aliquis sit beneuolus, & operans vel benefaciēs amico suo, gratia ipsius amici, ita q̄ homines dicunt, & exponunt illum esse amicum, qui uult, & operatur bona, uel existentia, uel apparentia ad amicum suum gratia ipsius amici, vt dicit philosoph. ethi. lib. 9. c. 4. Amicabilia autem & B. Thom. in scripto, & Alber. in comm. ibid. Req. supra cap. præcedenti: quō amicus debeat bene facere amico suo quattuor modis, ut patebit infra Beneficiētia, & benefactor. Sed dicerēs fortē: Non potest amicus amare bonum amico suo, nec operari bonum ad amicū gratia ipsius amici, tali ratione: Vnicuique est amabile, & operabile quod est ei bonum: sed contra hoc videtur esse, q̄ amicus amet amicum suum, & benefaciat amico suo gratia amici sui, & non propter seipsum. Respondet Phil. huic tacitæ quæstioni, & dicit, quòd illi qui amant amicū, & benefaciunt ei, et amāt, & operant id, quod est bonum sibi ipsi: quod patet, quia qñ ille, qui est bonus in se, est factus amicus alicui, fit et bonus amico suo, & sic uterq; dum amat amicū, amat quod sibi bonū est, & uterq; retribuit æquale amico suo. Hæc phil. ponit tacitè ethi. lib. 8. c. 5. Quæadmodum autem in uirritutibus: in fine c. & B. Thom. in scripto ibidem expresse.

CAP.

X.

PRÆTER illa quæ de amicitia sunt dicta, iterum circa amicitiam consideranda sunt tria. scilicet aptitudo conueniens, multitudo deficiens, celsitudo præeminens. Primo circa amicitiam consideranda est aptitudo conueniens, uel ineptitudo impediens: nam iuuenes ex naturali complexione sunt apti ad amicitiam, senes autem, & seueri. scilicet litigiosi, & mordaces non. Primo dico, quod iuuenes ex naturali complexione sunt apti ad amicitiam, & cito contrahunt cum alijs amicitiam: quod tali ratione ostendo. Illi sunt apti ad amicitiam, in quibus sunt omnia opera amicitiae causatiua, sed talia opera sunt in iuuenibus. quod patet, quia ipsi ex naturali complexione multum gaudent in affectu, in aspectu, in assensu, in colloquijs, in obsequio aliorum: de quibus patet supra c. præcedenti. scilicet quod ipsa sunt opera amicitiae causatiua: ergo iuuenes per alijs cito, & de facili fiunt amici. Secundo consideranda est ineptitudo impediens amicitiam: nam antiqui, uel senes, uel seueri. id est litigiosi, uel mordaces non sunt naturaliter apti ad amicitiam, quod probō propter quattuor quæ sunt in eis amicitiae impeditiua. Primo propter sui, nimiam dilectionem. Cum enim tales nimis seipsos diligant, & sibi ipsis nimis intendunt, de alijs minus curant, & minus gaudent de colloquijs aliorum. Secundo propter suspicionem, nam tales mala de alijs suspicantur propter mala, quæ antiqui in præterito commiserunt, & ideo nec de alijs confidunt, nec alijs conuiuunt: unde non sunt aliorum amici. Tertiò propter præsumptionem. Nam antiqui de se præsumentes nimis sensum suum sequuntur, & ideo cum alijs non concordant, & per consequens non amican-
 tur. Quartò propter subtractionem. Nam subtractis causis amicitiae subtrahitur amicitia, sed prædicti negant, & subtrahunt alijs colloquia, & obsequia, & omnia alia opera quæ sunt causatiua amicitiae: ergo &c. Unde senes, & seueri possunt esse beneuoli in quantum bona uolunt alijs in affectu, & et in effectu subueniunt in necessitatibus, non sunt tamen veri amici, propter hoc quod non conuiuunt neque gaudent in societate amicorum, quæ maximè vi-

dentur esse amicitiae opera. Hæc Philosophus ethic. libr. 8. cap. 6. In seueris autem, & senibus &c. & Beatus Thom. in scrip. & Alber. in com. ibidem. Ad cuius euidentiam nota tria. Primum est, quod iuuenes qui sic, & tam cito, & de facili fiunt amici, non sunt omnino perfecti amici. Cuius ratio est, quia licet iuuenes multum sint in gaudijs, & colloquijs, & obsequijs aliorum, tamen non diu permanent in amicitia: sed sicut cito amant, ita cito cadunt ab amatione, etiam eadem die frequenter: ad perfectam autem amicitiam requiritur commanere, & conuiuere per longum tempus. Secundum est quod amicitia, quæ est propter delectabile maximè videtur iuuenibus competere, quod tali ratione ostendo. Quicumque maximè uiuunt secundum passionem istis maximè competit, uel conuenit prosequi delectabile, & amicitiam, quæ est delectabilis: sed iuuenes maximè feruntur a passionibus, nondum roborato in eis iudicio rationis, propter quod ipsi maximè prosequuntur illud, quod eis secundum præsens tempus est delectabile. Tertium est quod amicitia quæ est propter utile competit tribus generibus personarum, scilicet senibus: uiatoribus, & quibusdam iuuenibus. Primo enim amicitia quæ est propter utile competit senibus, qui non querunt delectabile propter debilitatem caloris, & sensuum, sed querunt utile in quantum scilicet indigent, ut subueniatur naturæ iam deficienti. Secundo amicitia, quæ est propter utile competit peregrinis, uel uiatoribus: nam tales se inuicem amare uidentur propter utilitatem, quam habet unus ab alio in sua peregrinatione. Tertiò amicitia, quæ est propter utile competit etiam quibusdam iuuenibus. qui querunt utile, tales enim non sunt omnino tales, ut mutuo se ament, neque et aliquando conueniunt ad inuicem propter delectabile, quia quandoque non sunt simpliciter sibi inuicem delectabiles, nec unus indiget societate alterius, nisi solum propter utilitatem: unde in tantum in utraque societas in eis delectabilis est, in quantum per hoc habent aliquam spem boni. id est lucris propter hoc sit eis utilis talis societas. Hæc Philosophus, ethic. lib. 8. ca. 3. differunt

ferunt autem hæc &c. in medio cap. ibi:
Maximè autem sensibus &c. & Beat.
Thom. in scrip. & Albe. in com. ibidem.

C A P. XI.

SECUNDO principaliter circa amicitiam consideranda est multitudo deficiens. Non enim est possibile aliquē multos. i. superfluos amicos habere: eo
16. **Triplex** q̄ pauci amici sufficiunt: quod probo in
est spes qualibet specie amicitia. Et est triplex
amici- species amationis, uel amicitia. Vna est
tia. qua amatur aliquid propter bonum utile, alia qua amatur aliquid propter bonum delectabile, quæ duo sunt bona secundum quid. Alia est qua amatur aliquid propter bonum honestum, quod est bonū simpliciter: ut dicit philosoph. Ethic. lib. 8. cap. 3. Differunt autem hæc, & B. Thom. in scrip. ibidē. Primo enim
Proba- in amicitia, quæ est propter utile non
tur cōcl. est possibile, quod aliquis superfluus sit
in ami- amicus: quod triplici ratione probo, sci
citia, q̄ licet propter defectum recompensationis,
est propter uti- nis, propter impedimentum uirtualis
c. operationis, propter aspectum, uel excessum obligationis. Prima ratio quare nō est possibile habere multos amicos est propter defectum recompensationis, quia si homo habeat superfluam multitudinē amicorum propter utilitatē, à quib. recipit obsequia, oportet etiam q̄ econuerso multis obsequatur: sed hoc ualde laboriosum, quia non sufficit tēpus uitæ his, qui uolunt hæc agere. Secunda rō est propter impedimentum uirtualis operationis: uel propriæ solitudinis, quia cum hō multos amicos acquirit propter sui utilitatem, ipsi amici superflui ipsum distrahunt, & impediūt à propria solitudine, quæ cōsistit in operatione uirtutis, quia dū homo superfluè intendit negotiis aliorū, cōsequens est, q̄ nō possit debitā curam gerere de seipso. Hæc Phil. Eth. lib. 9. c. 12. utrū igitur quā plurimos amicos, & B. Tho. in script. ibid. Tertia rō est propter excessum, uel aspectum obligationis, quia sæpe videmus, q̄ aliqui abstinere ab accipiendo aliena, propter hoc, q̄ timēt ne oporteat eos dare, vel reddere, quasi non facile, ut ipsi ea dent, quæ sunt eorū: & ideo placet eis, q̄

neq; dent, neq; accipiant. Hæc Philos. ubi sup. li. 4. c. 4. Quæ quidem igitur prodigalitati &c. in medio, & B. Th. in ser. ibidem. Patet igitur ex prædictis, quod non est opus, vel necessarium homini habere plures amicos utile.

Sed fortè argues in oppositum. s. q̄ in amicitia, quæ est propter utile homo potest habere plures amicos, tali ratione: Ex pluribus cooperantibus prouenit maior utilitas: sed amici utiles cooperantur ad utilitatem: ergo quanto plures erunt amici, tanto maior utilitas erit, & per consequens amicitia, quæ super utilitate fundatur. Resp. & dico, q̄ in amicitia, quæ est propter utilitatē, est considerare duo. s. radicē utilitatis, & uirtutē dilectionis. Primo ergo si consideramus radicē, vel finē talis dilectionis. s. utilitatē, tunc quia maior utilitas confurgit magis ex multis, quam ex paucis, ut patet per rōnē, maior amicitia est ad multos, quàm ad paucos. Secundò uero si cōsideremus uirtutē dilectionis, tunc amicus ex quadam honestate trahitur, ut amico retribuat: alioquin si plus laborat, & nō plus reddetur sibi de lucro, esset accusatio, & dissolutio amicitia: & quia hoc nō conuenit facere ad multos sine tædio, & grauatione, ideo ut amicitia, quæ est propter utile sit permanens oportet eam ad paucos esse. Hæc Albert. in quæstione quam fecit ibidem.

Secundò dico, q̄ in amicitia, quæ est propter delectabile impossibile ē plurimos, i. superfluos amicos habere, immodò ad talē delectationē habendā pauci amici sufficiunt. Hoc aut tripliciter probo. s. exemplo, experimento, & ex prouerbio. Primò exemplo salis: nam sal ad condimentū propter delectationem ponitur, & queritur in cibo, & tamen si sal parū sit, sufficit: sic à simili pauci amici sufficiunt homini ad delectationem, ut cum eis ad aliquod tēpus recreetur, & delectetur. Secundò hoc idē experimento probo. Experimento. n. probatur, quia secundū amorem libidinosum unus homo non amat intenso amore plures mulieres, sed unam uel paucas tantum, eo q̄ intensus amor non potest haberi nisi ad unū tantum, uel ad ualde paucos. Tertiò hoc idem probò ex communi prouerbio. Nā
pro

Oppo,

Re spō.

Idē probatur, i amicitia quæ est propter delectabile.

proverbialiter dicitur, q̄ duo simul conuiuunt, & simul intendunt.

Sed fortè argues in oppositum. s. q̄ in amicitia, quæ est pp̄ delectabile quāplures possunt esse amici tali ratione. Delectabilia, super quæ amicitia talis fundatur, sunt multa, & diuersa: cum ergo talia non inueniatur in uno, sed in diuersis, & multis, videt̄, q̄ unus talē amicitia. s. delectabilem possit habere ad multos.

Respō.

& dico, quod in amicitia delectabili uterq; amicorū expectat delectationē ab alio, maxime si sit inter æquales, quorum est simpliciter amicitia: non autem conuenit vni multis inconueniendo familiariter se delectabilem exhibere, & ideo si multos quæreret delectates, cum secum non posset illis æqua reddere, sequeretur dissolutio amicitia. Et iō necessariū est, q̄ etiam talis amicitia sit ad paucos, quia multitudo etiam impediret delectationem dum unus nō possit alteri multum vacare abstractus à multis. Et quamuis sint multa delectabilia, tñ quia non cōuenit q̄ unus æqualiter ad omnes delectationes sit aptus, eo q̄ quidam magis delectantur in uno, quā in alio, ideo quilibet quærit illi, in quo delectetur, habere amicum, & sic patet responsio ad argumentum.

Probatur p̄ter uirtutē nō est possibile, q̄ amicitia habeat ad plures, sed ad vnum tantum in amicitia q̄ ē vel ad ualde paucos. Hoc aut̄ probatur tri-
propter pluri rēne. s. superabundantiæ. cōplacentiæ, experiētiæ. Primo rōne superabundantiæ: & formo sic rationem: Amor superabundans non est natus fieri, & haberi ad multos, sed ad vnū tantū, ut patet per exēplum in amore uenereo, secundū quē non conuenit q̄ vnus homo simul multas mulieres superabūdanter amet: sed amicitia, quæ est propter uirtutem, est superabundans. & perfecta: ergo amicitia bonorum non potest haberi ad multos. Secundo hoc idem probatur ratione complacentiæ quæ est talis. Secundum perfectam amicitia amici ualde inuicē sibi placet; sed nō est facile q̄ simul eidē multi ualde placeant, quia pauci inueniuntur, in quib. non inueniatur aliquid. quod uni displiceat, & dum ei placet vnus, displicet alius, quod non potest in

perfecta amicitia inueniri. Et confirmo hoc alia ratione sic: Amicus debet congaudere, & condolere amico: sed si habet multos, contingit vnū illorum esse in gaudio, sicut in nuptijs, & alterum in tristitia sicut in morte filij: ergo oportebit simul gaudere, & cōtristari, quod est impossibile: & ideo uel est impossibile, uel difficile ad multos amicitiam propter uirtutem habere. Tertiō hoc idem probatur ratione longæ experiētiæ. Nā amicitia, quæ est propter uirtutē indiget multa experiētia, quæ nō potest haberi siue multa assuetudine, & longo tēpore, ad hoc ut non se lateant, sed inuicem se cognoscant: & hoc est ualde difficile: unde proverbialiter dicitur, q̄ non conuenit q̄ aliqui inuicem se cognoscant nisi simul comedant mensuram salis. Quarto hoc idem confirmo ex dicto cōi, quia illi qui amici multorū uidentur esse, nō uirtuosi sed placentarij, uel adulatores vocantur: nec tales sunt ueri amici, eo q̄ dum omnib. uolunt esse familiares, nulli diu conuiuunt, sed pertranseunt, nec alicui speciali ueraciter amantur.

Sed fortè argues in oppositū. s. q̄ secundum amicitiam, quæ est propter uirtutem, unus potest esse amicus multorū
Oppo. tali ratione: Multiplicata causa multiplicatur effectus: sed uirtus, quæ est causa amicitia multiplicatur in multis: quod patet, quia uirtus est in multis: ergo secundum talem amicitiam unus potest habere autem multos. Respondeo & dico, q̄ cum uera amicitia uniat hoc modo affectus duorum, q̄ amicus sit alter ipse, ut patet supra. oportet quod affectus per superabundantiam feratur in verum amicum: semper autem affectus secundum quod in plures fertur debilitatur, & tepidior fit, sicut patet in amore paterno, quia totus affectus patris secundum impetum amoris fertur in filium vnigenitum: quando autem in multos fertur, attenuatur, & ideo amicitia talis, s. perfecta non potest esse ad multos. Ad argumentum in oppositum respondeo, & dico, q̄ amicitia non sequitur tātum uirtutem, sed etiam multa alia. s. notitiā, experiētiā, commanentiam, conuenientiam in affectibus, & communicationem in operibus, & huiusmodi quæ non

Respō.

non conuenit ad plures habere. Secundo ad idem argues sic: Charitas est perfectior quam amicitia ciuilis: sed charitas est ad multos, ergo & amicitia huiusmodi. Respondeo & dico, quod charitas magis assimilatur beneuolentiæ, cum sit etiam ad non redamantes, quam amicitia, & sic non est inconueniens, quod ipsa charitas extendatur ad multos: quod de amicitia dici non potest.

Sed forte quæres quantus debet esse numerus amicorum. Respondeo & dico quod sicut est de quantitate alimentorum, et de quantitate hominum ciuitatum, ita est de quantitate numerali amicorum. Sicut enim quantitas cibi scitur & determinatur ex quantitate indigentis, puta quod scita & determinata quantitate indigentis cibi. Scitur quantum de cibo summi debet; sic scita indigentia amicorum, scitur quantus debet esse numerus amicorum. Similiter sicut numerus hominum ciuitatum in speciali non est determinatus, puta quod constet ex decem hominibus, quia tunc iam non uir ciuitas, vel constet ex ceterum hominum millibus, quia tunc præ multitudine non erit ciuitas, sed quidam regio: sed est hominum numerus ciuitatis determinatus in cōi, puta quod numerus hominum tantus debet esse quantus congruit ad viuendum vel ad sufficientiam eorum, quæ ad uitam spectant, sic numerus amicorum in cōi est determinatus. scilicet quod tot possunt esse amici, in quot potest affectus distribui: sed in spali non est determinatus, quia quidam sunt siccæ complexionis, & habent fortes & manentes impressiones, unde non possunt affectum suum multis distribuere, ut gaudeant uni, & condoleant alteri: quidam uero alij sunt humidæ complexionis, qui, ex eo quod habent impressiones nimis manentes possunt affectum suum melius alijs distribuere. Tamen hoc est uniuersaliter verum quod oportet habere amicos paucos, ut patet ex supradictis. Hæc philosophus Ethic. li. 8. c. 6. In seueris autem & senibus &c. in 1. c. c. ibidem, Multis autem esse amicum &c. & iterum ibid. ca. 12. li. 9. Vtrum igitur quamplurimos amicos &c. & B. Tho. in scrip. & Alber. in commento, & in quaestionibus. ibidem. Et quia non est possibile secundum omnem speciem amicitia

habere amicos quamplures (ut patet) ideo amemus unum. scilicet Deum in quo prædicta omnia continentur, & à quo tota nostra perfectio deriuatur. Requi. infra Charitas. scilicet de modo, & ordine amandi Deum.

CAP. XII.

Circa amicitiam, tertio, principaliter considerata est cellitudo præeminens. Nam amicitia quæ est propter delectabile excellit amicitiam, quæ est propter utile; & amicitia, quæ est propter uirtutem excellit duas alias amicitias. scilicet illam, quæ est propter utile, & illam quæ est propter delectabile, & est potior, vel nobilior illis. Quod probatur quattuor rationibus. scilicet ratione æqualitatis, liberalitatis, felicitatis, contrarietatis. Primo ratione æqualitatis, & formo sic rationem: Vbi est maior æqualitas, ibi est uerior, maior, & potior amicitia: quod patet quia amicitia, uel est quædam æqualitas, uel in quadam æqualitate consistit: sed maior æqualitas consistit in amicitia delectabili (quia gaudent ad inuicem & in eisdem) quam in amicitia utili: ergo &c. Secundo hoc dem probatur ratione liberalitatis, & formo sic rationem: Vera amicitia est quod sit liberalis, & non negociatiua: ergo amicitia quanto magis est liberalis tanto uerior, & nobilior est: sed amicitia, quæ est delectabilis, magis est liberalis quam utilis, eod quod illa est negociatorum, & mercennariorum: ergo &c. Tercio hoc idem probatur ratione felicitatis, & formo rationem sic: Illud quod magis accedit ad actum beati est dignius, uel nobilius; sed amicitia delectabilis magis accedit ad actum beati, quia beati indigent delectabili, quasi forma essentiali beatitudinis: ergo &c. Vbi nota quod delectatio requiritur ad beatitudinem, non quod ipsa delectatio sit ipsa beatitudo, sed consequitur ad beatitudinem quasi forma completiua, & perfectiua beatitudinis. Est enim delectatio sequens beatitudinem, uel actum beatitudinis. scilicet uisionem Dei: & est uelectatio, quæ est perfectio beatitudinis, quia delectatio perficit operationem, ut quidam finis superueniens, uelut in iuuenibus superuenit pulchritudo quæ iuuentutem decorat, ut dicitur 10. Ethic.

Hæc

Quantus debet esse numerus amicorum.

Delectatio requiritur ad beatitudinem.

Hæc Beatus Thom. 4. scrip. sen. dist. 46. de beatitudine, artic. 1. quæst. 2. in sol. 2. artic. & ibidem articu. 2. quæst. 2. in so. 3. articu. Quarto hoc idem probo ratione sue contrarietatis, & formo sic rationē. Illud cuius contrarium, magis impedit conuiuere, quod maximè est amabile, magis accedit ad verā, & perfectam amicitiam, sed triste, quod est contrariū delectabili, maximè impedit conuiuere, quia licet per paucū tempus possit aliquis bene dispositus sustinere triste, tamen continuè nullus etiā si esset sibi bonum, & utile, ergo cum delectatio sit pluribus, & melioribus necessaria, quia etiā beatis, non autem amicitia utilis: ergo &c. Hæc Philosophus Ethic. lib. 8. cap. 6. In seueris autem &c. infra eodem ibi: Horum autem videtur magis amicitia, quæ est propter delectabile, & B. Thom. in scripto, & Alber. in commento ibidem.

CAP. XIII.

SECUNDO dico, quod amicitia, quæ est propter bonum honestatis, seu propter virtutē excellit duas alias amicitias. scilicet illam quæ est propter utile, & illā quæ est propter delectabile, & hoc triplici ratione, scilicet quia ipsa est vehementior, vel intensior, perfectior, & permanentior. Primo dico, quod amicitia, quæ est propter virtutem excellit alias: eo quod est vehementior, & intensior alijs, quod tali ratione ostendo. Illud quod est per se bonum, est potius, & nobilius eo, quod est per accidens bonum, sed illi, qui sunt similes in virtute diligunt se inuicem, & volunt sibi inuicem bona secundum seipsos, scilicet quantum sunt boni. sunt autem boni secundum seipsos, quod patet, quia virtus est quædam perfectio faciens hominē bonū, & opus eius ergo sequitur, quod talis amicitia, quæ scilicet est propter virtutem amici se maximè diligant. Secundò hoc idem confirmo tali ratione. Per se bona & per se delectabilia maximè sunt delectabilia, & amabilia, sed maximè amabile est optima, & maxima amicitia. ergo &c. Tertiò hoc idem confirmo alia ratione sic. Illa est maxima amicitia, in qua nihil inuenitur contrarium amicitia,

sed talis est amicitia, quæ est propter virtutem, quod sic ostendo. Nam in amicitia quæ est propter virtutem sunt tria maxima bona. Primum est, quod unus amicorum nō diligit alium propter aliquid aliud, sed propter seipsum, putā quod est virtuosus: virtus autem principalis causa, vel ratio est amandi. Secundum est, quod in tali amicitia unus amicorū non inuenit in alio aliquid vitiosum, nec aliquid iniustum, sed omnia quæ ad veram amicitiam reputantur digna.

Tertium est, quod tali amicitia, scilicet quæ est propter virtutem non possunt amici ad inuicem fieri nisi boni. Ex quibus tribus concluditur, quod amicitia, quæ est propter virtutem sit maxima, eo quod ibi omnis amandi ratio inuenitur, & ideo ipsa est intimior alijs amicitijs, eo quod in ipsis inueniuntur, & sunt tria opposita supradictis. Primum est, quod in alijs amicitijs principaliter amatur utilitas, vel delectatio nomine amici. Secundum est quod in talibus amicitijs unus in alio inuenit multa vitiosa, & mala. Tertiū est, quod in tali amicitia quæ est propter utile, vel delectabile homines cuiuscunque conditionis existant possunt sibi ad inuicem amicari, scilicet mali malis, & boni malis, & e conuerso, & propter hæc tria eorum amicitia non est maxima. Secundò principaliter amicitia quæ est propter virtutem excellit alias amicitias, eo quod ipsa est perfectior alijs, & formo sic rationem. Illud est perfectum, cui nihil deest, hoc enim spectat ad rationem perfecti, ut patet per Philosophum in 3. Physicorum, sed amicitia, quæ est propter virtutem, nihil deest, alia autem amicitia habent in se defectus quamplures, ut patet supra immediate, ergo amicitia, qui est propter virtutē est perfectior alijs. Quod autem amicitia quæ est propter virtutē nihil deficit tali ratione ostendo. Illa amicitia: in qua propter coniunguntur omnes rationes amandi, & virtutē quæ omnia quæ sūt in alijs amicitijs cōprehendit, non habet defectū aliquē, sed est amicitia quæ est propter virtutē, est huiusmodi, quod patet de his duobus.

Primò, quia in amicitia quæ est propter virtutem coniunguntur omnes rationes amandi, eo quod bona honesta in qui. ta-

lis amicitia fundatur, & bona simpliciter, & bona delectabilia, & bona utilia. Secundò, quia amicitia, quæ est propter virtutem omnes alias amicitias cōpræhēdit. quia illi, qui sunt virtuosī sūt et simpliciter boni, & utiles, & delectabiles sibi inuicem. Sicut enim virtuoso sunt actiones propriæ, quæ sunt secundum virtutem delectabiles: eò quod sunt secundum rationē rectam, ita actiones amicorum suorum virtuosorum sunt ei delectabiles, eò quod actiones, quæ sūt alterius sūt similes proprijs. Sic ergo manifestum est, quod amicitia virtuosa non solum habet in se bonitatē, sed etiam delectationem, & utilitatē, ergo est perfectior alijs.

Amicitia propter virtutē est permanentior alijs.

Tertiò amicitia, quæ est propter virtutem excellit alias amicitias, eò quod est permanentior alijs: quod probo ex quatuor. scilicet ex eo quod inuenitur, ex eo quod diligitur, ex eo quod includitur, ex eo quod creditur. Primò probo ex eo quod inuenitur, quia in amicitia, quæ est propter virtutē, iniustum, vel vitiosum non reperitur, scilicet contrariū amicitia. quod cognoscitur experiētia, & assuetudine longa. Secundò hoc idem probo ex eo quod diligitur, quia virtuosus propter se tantū, in quantum est virtuosus, diligitur, & nō propter aliquid aliud. Tertiò hoc idem probo ex eo quod includitur, quia amicitia, quæ est propter virtutem includit etiam omnes alias amicitias, & per cōsequens omnia, quæ ad veram, & perfectam amicitia requiruntur. Quartò hoc idē probo ex eo quod creditur, quia homo non credit de facili alteri, dicēti malum de amico suo, quem multo tēpore est expertus, & precipuē, quia virtuosus non mouetur ad diligendū ex passione, vt iuuenes, sed ex electione, ergo ex his quatuor patet, quod amicitia, quæ est propter virtutē est permanentior alijs, & sic potior: aliæ amicitia de facili dissoluuntur propter defectū istorum quatuor. Et quia amicitia, quæ est propter virtutē sic est excellens: idē est rara, quod probo duplici ratione: tū ex parte subiecti: tum ex parte experimēti. Prima ratio est ex parte subiecti, eò quod talis amicitia nō est nisi in virtuosīs. sed tales sunt pauci; propter difficultatē attingendi medium rationis, vt dicitur. 2. Eth. Secunda ratio est ex parte experimēti, &

cōsuetudinis: quod patet, quia ad hoc, quod sit vera amicitia, oportet quod sciat vnus de altero, quod perfectē diligat ipsū, quia oportet esse redamationē nō latente, sed hoc nō potest fieri nisi prius comedāt multū de tale, vt dicitur prouerbialiter: vnde oportet, quod vnus experiatur fidē, & mores alterius & in prosperis, & in aduersis, & ante hoc nō debet acceptari ad amicitia, sed hoc est rarū, ergo &c. Hæc Arist. Eth. li. 8. cap. 3. Differunt autem hæc & c. & ibid. c. 4. Quæ autē ppter delectabile &c. & B. Tho. in scri. & Alber. in cōmē. ibidē

C A P. XIII.

CIRCA amicitia, præter illa quæ dicta sunt superius, considerata sunt tria, scilicet varietas distinctionis: causalitas conquestionis, facilitas dissolutionis. Primò circa amicitiam cōsideranda est varietas distinctionis. Cum enim ratio amabilis, in quantum est amabile, non sit nisi bonū, vt patet supra per definitionem amicitia, idē secundum diuisionem, vel distinctionem boni est distinctio amoris, vel amicitia. Bonum autē diuiditur in bonum simpliciter, & bonum delectabile, & bonū vtile, nō sicut in tres species ex quo diuidētes aliquod genus, sed per modos: sicut est diuisio analogi in perfectum, & minus perfectū, vnde sicut est triplex bonum. scilicet bonum simpliciter, quod est bonum honestū, & bonum secundū quid. scilicet bonū delectabile, vel vtile, ita est triplex species amationis, vel amicitia, eò quod omne quod amat, amatur vel propter bonum honestum, vel propter bonū delectabile, vel ppter bonum vtile; tamen est differētia, quia qui amant aliquem propter virtutem amant ipsum secundū, quod ipse est, putā quia bonus, vel virtuosus: sed illi, qui se amant ppter delectationem, vel utilitatē, nō amant propter se, sed propter delectabile, vel vtile quod eis provenit, vnde tales nō amant amicū secundum quod in se est, sed secundū quod accidit ei, scilicet secundum quod est vtilis, vel delectabilis, vnde patet, quod amicitia, quæ est propter virtutem, est per se: amicitia autē, quæ est ppter delectabile, vel vtile non est propter se, sed propter aliud

Sed i ea
quę est
propter
vtilit a-
tem.

aliud sicut patet supra. Hęc Phil. Eth. li. 8. ca. 3. Differunt autem hęc &c. & b. Th. in scri. & Alber. in commēto ibi. Secūdo circa amicitiam consideranda est causalitas conquestionis, dissolutionis amicitia. Cum. n. triplex sit species amicitia. s. honesti, vtilis, & delectabilis, ut quælibet earū diuidatur per æquale, & inæquale, s. superexcellens; cū contingit in uirtute unum esse æqualem alteri, & iterū vnū esse meliorem altero. & similiter in delectabili, & vtili, oportet q̄ vbi sunt amicitia æquales, q̄ æqualia omnia reddantur ab amicis ad inuicem secūdum rē, sed in amicis inæqualib. oportet, q̄ reddātur secūdum proportionē, alias fiunt accusationes, seu conquestiones, uel querelæ in amicitia, & dissolutio, hęc autem querelæ uel conquestiones non fiunt in amicitia, q̄ est propter uirtutem, nec in amicitia, quę est p̄pter delectabile, sed maxime in amicitia, quę est propter utile; quod de singulis probō. Primō. n. in amicitia quę est propter uirtutem querelæ uel accusationes non fiunt. Cuius ratio est, quia illi, q̄ non sunt amici propter uirtutem, p̄pti sunt ad hoc, q̄ sibi inuicē benefaciāt: hęc. n. est operatio amicitia, quę est propter uirtutem, bonā operari ad amicum: & cū ita sit, q̄ vterq. ad hoc intēdit, ut obsequatur amico, non potest contingere, q̄ ex tali amicitia, ex hoc. s. ex mutua obsecutione proueniāt accusationes, & pugna. Cuius ratio est: quia nullus vult contristare eum, qui se amat, & sibi benefacit: sed si sit gratus ille, qui recipit beneficium, studet ad retribuendum per aliquod beneficium conueniēs, & honestum, quod. s. nō excedit facultatē amici. Secundo in amicitia, quę est propter delectabile, non est locus conquestionis seu querelæ. Cuius ratio est, quia si vterq. quod querit habet in mutua societate, scilicet delectationē, quia gaudet in hoc, quod alteri commoratur, non habet unde accuset alium: unde nullus est locus querelæ, cū unus amicorum habet hoc, quod quærit ab alio. s. delectationem in conuiuendo. Ridiculū est enim, quod unus eorum accuset aliū, qui ei in conuiuendo delectationem nō exhibet, cum in sua potestate habeat cū illo commorari, & ab eo posse discedere quando vult. Tercio amicitia, quę est pro

pter vtile, maximæ fiunt conquestiones, & querelæ: quod dupliciter ostendo, scilicet in generali, & in speciali. Primo in generali, quia illi, qui utuntur se ad inuicem ad utilitatem maximē de se inuicem conqueruntur, & vnus accusat alium, quod patet, quia illi qui recipiūt seruitium ab alio estimant, quod minus recipiant, quā eis conueniat: & ideo conquerūtur, quod non tanta recipiunt quantis indigent; p̄sertim cum non tantorum, sed etiam maiorum sunt digni. Econtrario autem benefactores conqueruntur, dicentes, q̄ nō possunt ad tanta danda sufficere, quantum indigent, qui beneficiū ab eis recipiūt, vel etiā, q̄ amplius benefaciant, quā mereantur percipiētes. Secundo hoc idem probō in speciali. Vbi nota, q̄ sicut duplex est iustum, quoddam non scriptum, sed inditum, scilicet naturale, uel morale secūdū consuetudinē patriæ: & quoddā scriptū, quod est legale, ita duplex est utilitas, quā in amicitia consequi oportet. Vna est moralis, quando unus utilitatē exhibet alteri sine pacto, sperans tamē retributionem secūdum ueram consuetudinem, & bonā amicorū, & patriæ: & hęc utilitas respōdet iusto, non scripto. Alia uerō utilitas est legalis. s. q̄n unus exhibet utilitatē alteri, secūdū q̄ est lege statutum. In hac ergo amicitia, quę est propter utile, maximē fiunt accusationes, quando non secūdum idem fit commutatio, uel recompensatio utilitatis, putā cum unus exhibet utilitatem alteri secūdum exigentiam legis, alter uerō requirit eam secūdum exigentiā bonorum morum, & sic fit dissolutio amicitia. Hoc autem probō per exemplum tā in utilitate legali, quam in utilitate morali. Et primō quantum ad utilitatem legalem: nā utilitas legalis est duplex. Quædam. n. est quę statim cum pacto utriusq̄ habet commutationem, quę est omnino formalis, scilicet per modum emptionis, & uendōnis, quę est ex manu in manu, scilicet cum aliquis statim accipit, quod ei promittitur pro impenso obsequio: & in hac certum est quid reddendum est: unde determinatum est quid pro quo debeat dari, & sic non est dubium. Alia uerō utilitas legalis est, quę quamuis habeat pactū, tamen habet temporis dilationem, & hęc

est liberalior inquantū habet aliquando amicabilē dilationem: unde etiam apud quosdam inter tales, qui se sic expectant nō fiunt pacta secundum formam iuris, sed æstimant, q̄ vnus debet operari ad alterum, sicut ad amicum, si fideles sunt in cōmutationib. quod si non sit in tali amicitia fit accusatio, & conquestio, & amicitia dissolutio. Vbi nota, quod per dilationem aut intendit aliquid recipere ultra sortem, & tunc non est amicus, sed usurarius, aut tantum beneficium facere amico in dilatione, quod non faciunt vsurarij. Secundo ostēdo hoc idem quantū ad utilitatem moralem. Nā utilitas moralis est, quæ non obligat alium per pacta, ut in conuentionib. quæ fiunt ex condicō, sed sicut consuevit amico aliquid gratis dari, ita unus dat alij sine pacto foris expresso, ac si amico uerē daret: sed tamen quantum ad intentionem ille, qui dat, dignum reputat, ut aliquid reporter æquale, uel etiam maius, ut si non esset gratis dans, sed accommodans, unde tunc si nō fiat commutatio, uel recompensatio utilitatis, ut scilicet, qui accepit, soluat æquale, uel maius, ille, qui dedit accusabit recipientem, & sic amicitia dissoluitur. Ratio autem quare aliqui in mutuando amico pactum non exprimunt, & tamen fructus, uel lucri recompensationem intendūt, est, quia plures, uel omnes unum uolunt, & approbant, scilicet, quæ sunt honesta. & tamen in suis actibus, uel mutuis aliud exigunt, scilicet, quæ sunt in eis utilia, ut uerbigratia, quod enim aliquis, seruiat, & benefaciat altera non ea intentione, & ut beneficij restitutionem, uel recompensationem recipiat est honestum, quia alteri benefacere gratis, est bonum honestum, & ideo, ut homines sint alijs accepti, uolunt uideri hoc modo benefacere, scilicet quasi gratis debes; non exprimentes recompensationem beneficii præcio, sed quod aliquis ex beneficio collato beneficia recipiat est utile, & ideo homines eligunt recompensationem impensī beneficij, quantumcunq. aliud exterius prætendant, Hæc Philosophus Ethic. libr. 8. cap. 15. Trinīs itaq. existentibus &c. & beatus Tho. in scrip. & Albertus in commento ibidem.

Tertiō principaliter circa amicitiaē uti-

lis conseruationem consideranda est quantitas recompensationis. ut enim in amicitia, quæ est propter utile uidentur querelæ, & per consequens non fiat dissolutio, oportet, quod fiat recompensatio. Ad cuius euidētiā nota duo. Primum est, quod a principio antequam homo beneficium recipiat duo debet attendere, scilicet hominem a quo beneficium recipiat, & rem in qua beneficium recipit. Primō debet attendere hominem a quo beneficium recipit, utrum, scilicet ab amico gratis dante, uel eo, qui retributionem quærit. Si enim beneficium recipit ab homine, qui retributionem quærit, tunc quia non recipit beneficium a uero amico: neque ab homine, qui beneficium contulit propter ipsum cui datum est, sed propter utilitatē inde speratam, debet retribuere si potest secundum dignitatem eorum, quæ accepit, & non debet sibi facere amicum, qui non uult sibi esse amicus. Si uero recipit beneficium ab amico gratis dante, tunc debet retribuere secundum gratiam sibi factam, uel secundum affectū amici beneficientis.

Sed contra: Si recipit beneficium ab aliquo amico, cum amici sit gratis dare, uidetur, quod recipiens beneficium ad reddendum non teneatur.

Respondeo, & dico, quod non recipit ab amico simpliciter, sed a tali amico, qui restitutionem quærit: & ideo debet recompensare simpliciter si potest. Secundum est, utrum quantitas recompensationis debeat fieri secundum utilitatem quam aliquis eo beneficio sibi impenso est consecutus, uel secundum quantitatem beneficij quod alter impendat. Ratio autem huius dubitationis oritur ex cōtrouersia talium amicorum, quia illi, qui recipiunt beneficia intendentes, & uolentes attenuare ipsa, dicunt se talia recepisse a suis benefactoribus: quæ parua erant illis ad dandum, & quæ illi poterant ab alijs de facili recipere. Econtrario autem benefactores sua beneficia magnificare uolentes dicunt se contulisse maxima, quæ habebant, & qualia non poterant ab alijs recipere, & q̄ dederunt ei tēpo re necessitatis. Ut igitur inter amicos cesset oīs controuersia, & querela ne amicitia

Hō cū
recipit
bñficiū
duo dēt
attēde-
re.

Recu-
satio vn-
de attē-
di debe-
at.

icitia dissoluatur, dico q̄ aliter debet mensurari quantitas recompensationis in amicitia, quæ est propter utile, & aliter in amicitia, quæ est propter uirtutem.

Primò in amicitia, quæ est propter utile debet quantitas redditionis, uel recompensationis mensurari, & accipi secundū quantitatem utilitatis, quā ille, qui beneficium percepit est consecutus: tantum. n. fuit adiutorium benefactoris, quantum recipiens ille fuit adiutus, & ideo tantum debet reddere quantum accepit de adiutorio: & si plus, fiat, melius est, ut ille, qui accepit beneficium, tantum prosit benefactori: quantum benefactor profuit sibi, scilicet, ut reddat benefactori non solum decem talenta, quæ accepit ex quib. lueratus est centum, sed addat dimidium lucri, & ideo debet tantum adiutorium reddere quantum accepit, uel plus, & hoc est melius. Secundò in amicitia, quæ est propter uirtutem licet non sint accusationes, ut patet. c. præcedenti, debet tamē in ea recompensationis mensura, uel quantitas fieri per electionem operantis, quæ est principale in uirtutibus, idest secundum uoluntatem eius, qui beneficium contulit, etiam si paruum aut nullum sibi auxilium ex hoc est aliquis consecutus. ut scilicet ex tanto affectu recompensetur, uel recompenset illi, qui recipit ex quanto ille fecit. Hæc Philosophus eth. lib. 8. cap. 13. Ternis itaque existentibus amicis &c. infra eo. c. ibi. Petenti autem retribuendum est secundum dignitatem eorum, quæ passus est, & sponte, & B. Thom. in scri. & Alber. in commento ibidem.

CAP. XV.

15 **A**D maiorem autem euidenciam eorum, quæ sunt dicta superius de amicitia est sciendum, q̄ quadruplex est amicitia, scilicet ficta, mala, uera, & perfecta. Primò dico, q̄ est amicitia ficta, uel falsa, & talis fit quatuor modis: primò quando est in solo nomine, & non opere: secundò quando est occultè, & non manifestè, tertio quando est ore, & non corde: quarto quando est in prosperitate, & non aduersitate. Primò dico, q̄ amici-

tia est falsa, uel ficta quando est solo nomine, & non opere Eccl. 37. Et amicus solo nomine, & non re. Amicitia talis amici est uitanda, eo q̄ est sine humore charitatis: sine ualore ueritatis, sine virore, uel dulcedine ueritatis: propter q̄ prohibetur. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo, & lingua, sed opere, & ueritate. Quod uerbum exponitur tribus modis. Primò sic: Non diligamus uerbo, & lingua. q. d. Ille uerbo tantum diligit, qui bonum promittit, & non soluit. multi enim uerbo multum amorem ostendunt sed opere nihil. Et subdit: Neque lingua tantum, scilicet diligamus, ut ille, qui dicit se facere aliquid propter Deum, & non facit. Sed opere. & ueritate: quia uerus amicus toto corde diligit, & opere perficit. Secundò modo exponitur sic, ut uerbum, & lingua pro eodem exponatur ut sic: Non diligamus uerbo, & lingua. Verbo, & lingua diligit, qui dilectionem in effectu ostendit non tamen ordinata intentione. Vnde Aug. Quia multi sunt, qui instantiæ causa multa distribuunt, multa donant, & nil aliud quærunt nisi humanam laudem, & gloriam popularem plenam uentis, nulla stabilitate solidatam, Sed opere, & ueritate. Tullius de amicitia uera sic ait: Ille est uerus amicus, qui omnia bona sua alijs cōmuincat, & mala aliorum facit sua: qui uerò aliter amat fictus est amicus, & nomine tenus. Tertio modo exponitur sic secundum August. Non diligamus uerbo & lingua. q. d. Nō perhibeat testimonium tibi de eo quod fecisti lingua aliena, sed conscientia tua propria, interroga cor tuum, uide quid fecisti & quid appetisti an salutem tuā, an laudē hominum? ideo subdit: Sed opere & ueritate, idest synceritate intentionis, ita q̄ uera dilectio in duobus consistit. scilicet in synceritate mētis, & integritate operis propter quæ duo meritò dicit: Sed opere, & ueritate. Secundò amicitia est ficta, uel falsa quando est occulta, & nō manifesta: unde Prouer. 27. Melior est manifesta correptio: quā amor absconditus. Quod et exponitur tribus modis. Primo sic: Melior, idest magis prodest manifesta correptio, a prælato, si publicum, uel manifestū est peccatū: alioquin si peccatū est occultū, & tu prælate in manifesto cor-

Exponitur illud 1. Io. 3. nō diligamus, uerbo, & lingua.

Exponitur illud prou. 27. Meliorem manifestam correptionem, a prælato, a mor absconditus,

ripis nō es corrector, sed p̄dittor. Quod amor absconditus, quia amor, qui non corripit, incipit degenerare in vitiū, eo quod qui tacet, cum emendare possit, cōsentit. Sene. in prouerbijs: Amici vitia si feras facis tua. Secundò exponitur sic: Melior est manifesta cotreptio cuius fructus apparet exterius, quàm amor absconditus: cuius effectus extrinsecus non apparet. Greg. autē uocat amorem absconditum illicitum, & adulterum. nam omnis, qui male agit odit lucem. Tertio secundum Hiero. sic Melior est inimicus manifestus, quàm amicus absconditus: & subdit causam dicens: Ille enim scilicet inimicus manifestus dum cognoscitur faciliè vitatur. Ille vero, scilicet amicus absconditus dum non cognoscitur præualeat. Tertiò amicitia est ficta, uel falsa quando est ore, & non corde: talis fuit amicitia Ioab ad Amasam. 2. Reg. 20. ubi dicitur, quod Ioab dixit ad Amasam. Salue mi frater, & tenuit dextera manu meum Amasam, quasi osculans eum, & effudit viscera eius in terram. Sic mundus proponit dilectionem, & concludit amaritudinem: unde Eccle. 6. Est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, & qui odiū rixam, & conuitium denudabit, quasi dicat, Est amicus fictus qui leuiter, & facilius est conuertibilis, nunc ad amicitiam, tunc ad inimicitiam, & talis odium cordis, & rixam cōtentionis. & conuitia opprobriosis sermonis denudabit, i. odium quod in corde habebat, & mala omnia, quæ scit de illo, cuius amicitiam simulabat, manifestabit: & si nesciat finger, ut dicitur Prouer. 18. Occasiones querit qui vult recedere ab amico. Exemplum ponit de hoc Boetius. 4. lib. de consolatione dicens: Nequeunt mali oculos tenebris assuetos ad lucem perspicuæ veritatis attollere, similesque aubus sunt, quarum intuitum nox illuminat: dies cæcat. & ideò omnis talis querit occasiones, idest rationes excusabiles, vel oportunitates recedenti generaliter à vero, & bono amico, vel specialiter à Christo, qui est verus amicus, sicut filius prodigus spontè recessit à patre suo: Luc. 15. unde de tali nūquam est confidendum. Eccle. 12. Non credas inimico tuo in æternum. Quod verbum secundum gl. exponitur duobus

modis; scilicet mysticè, & Historicè. Mysticè quidem de Diabolo transfigurante se in Angelum lucis, vel de hæretico. Sed contra, Si Diabolus, vel hæreticus uerum dicit, nunquid est ei credendum? Respondeo, & dico, quod si manifestè est uerum quod dicit, credatur uero illi non propter illum, quia in illo nulla est auctoritas, cui quandoque creditur. sed propter uerum quod dicit, eo quod est manifestum. Si autem dubium est, an uerū sit, quod dicit: est prius examinandum, & tunc nō illi creditur: sed ueritati examinatæ, & probatæ. Secundò verbum illud secundū glosam exponitur historicè de falso amico, cui non debemus credere in æternū. Cuius ratio est, quia talis siue cum humiliter, siue cum dulciter loquitur, siue cū lachrymatur, siue cum manibus applaudit, semper, ut subuertat, insidiatur.

Quartò amicitia est ficta, uel falsa quādo ē in prosperitate, & nō in aduersitate. De tali dī. Eccl. 13. Si largitus fueris assumet te, & si non habueris, relinquet te. Expositor. Si largitus fueris amico tali munera, idest suum amicum uocabit te, vel assumet te, uocando te iuxta se, & non honorando te, Si uero nō habueris quod largiaris ei, derelinquet te, idest nō assumet te iuxta se, uel non assumet te ad officium, uel amouebit te ab officio, uel a loco, in quo te propter munera collocauerat. Et iterum prouer. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem hi, quos habuit separantur. Quod quidem uerbum siue intelligatur de diuitijs spiritualibus, siue tēporalibus, aliquo modo est uerum, quod sic patet. Nam diuitiæ spirituales scilicet uirtutes addūt amicos plurimos, scilicet Deum, & Angelos, & omnes fideles qui existunt in charitate. A paupere autem uirtutibus etiam id quod uidetur habere aufertur, & separatur ab eo. Vel spiritualiter secundum glosam à paupere, idest à Christo, & hi quos habuit, s. Apostoli separantur ab eo in tempore passionis Christi. Similiter si intelligatur de diuitijs temporalibus, sic diuitiæ temporales addunt amicos plurimos, nō quidem ueros, sed falsos, quia tales non amant personas, sed diuitias, quia diuitijs recedentibus recedūt amicitia. Sen. Melasæ, cadaue, a lupi, prædam sequitur.

ba ista non hominem. Et iterum Seneca. Nullum maius malum habet occupatus hō, & bonis suis obsessus, quā q̄ amicos sibi putet, quibus ipse non est. Et subdit. A paupere autem, scilicet fortunæ hi quos habuit tempore prosperitatis separantur tempore paupertatis; sicut canes ab osse corroso, & sicut mures ab horreo vacuato. Trenorum. 1. Omnes amici eius spreuerūt eam inter angustias. Et Iob. 6. Necessarij quoque mei recesserunt à me. Iob. 6. Necessarij quoque mei recesserunt à me. Et iterum Trenorum. 1. Qui glorificant eam spreuerunt eam, quando videntur ignominiam eius. Sene. Qui utilitatis causa amicus est tamdiu placebit, quā diu talis erit. Et poeta. Cum fueris felix multos numerabis amicos. Tempora si nubila sint tibi solus eris. Vnde prouer. 19. Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona retribuentis. Expositor. Multi colunt, idest honorant, & uenerantur personam potentis, idest diuitis, uel præsidentis. Sed nunquid hoc est peccatum? Respondeo, q̄ hoc bene, uel male fieri potest, bene quidem si propter officium fiat, quia à Deo est sibi collata potestas, & uicem Dei gerit, & ideo p̄pter hoc eum, scilicet dominum, quāuis malū honorare tenemur, sed honorare eū, quia potens est, & diues aut nobilis aut huiusmodi peccatum est. Similiter tantum timere dominum, quod p̄pter eius timorem in iudicio aliquis asserat falsū, vel verum taceat, & opprimat, uel quodlibet aliud peccatum faciat, uel propter aliquam utilitatem propriam eum extollat: uel melioribus præponat, his modis, & omnibus talibus semper est peccatū. Propter quod dicitur Leui. 19. Nec honores vultum potentis. Et subditur in præmissa auctoritate. Et amici sunt dona tribuentis. expone hoc per præcedentes auctoritates.

CAP.

XVI.

16 **S**ecundo dico, quod est amicitia mala, scilicet amicitia quæ est inter prauos, de qua Lucæ 23. Facti sunt amici Herodes, & Pilatus. Vbi glo. Nephandum fædus quod Herodes, & Pilatus in occidendo Christum pepigerunt. Et

Theophilus ibidem sic ait. Attende diabolum vbique coniungentem disiecta: vt Christi peragat necem. Erubescamus ergo nos; si causa nostræ salutis, nec amicos in proprio fædere conseruemus. Qd̄ autem amicitia, quæ est inter prauos, sit mala, & per consequens uitanda, & de testanda probo per quattuor rationes, prima est propter complacentium uitil, secunda est propter discordiam proximi: tertia est propter carentiam boni. quarta est propter repugnantiam animi. Prima ratio propter quam amicitia quæ est inter prauos est mala, & propter cōplacentiam viti, & formo sic rationem: Amicitia illorum est mala, qui in prauis operibus delectantur, & in his sibi inuicem communicant, & operantur, sed talis est amicitia, quæ est inter prauos; dum aliqui non sunt stabiles in uirtute, communicant malis, & assimilantur eis, & sic ipsi etiam fiunt prauis. Hæc Philoso. ethi, lib. 9. cap. ultimo, & 9. utrum igitur quemadmodum &c. infra eodem cap. ibid. Fit ergo quidem prauorum amicitia mala. Communicant enim in prauis instabiles existentes, mali autem fiunt assimilati ad inuicem. Secundò idem probo auctoritate Grego. in pastoralis dicentis. Cū incautè malorum amicitijs iungimur, eorum culpis ligamur: & ponit rationem dicens: Ab illo, qui summè rectus est eo ipso iam discrepat, quo malorum amicitijs vita nostra non discrepat. Et Chryso. super Matth. Rerum natura sic est, ut quotiens bonus malo coniungitur, non ex bono malus melioratur, sed ex malo bonus contaminatur. Nam bonus efficitur malus similitudinem alterius malitiæ assumendo, & ideo talium amicitia, est uitanda, & detestanda: unde Isydo. 1. soliloquiorum sic ait. Melius est habere malorum odium, quā consortiū. Sicut enim bona multa habet communis uita sanctorum, sic plura mala societas affert malorum: Apostolus 2. ad Corinth. 4. Quæ societas lucis ad tenebras? &c. Tercio amicitia prauorū est mala, & per consequens uitanda propter disconuenientiam, uel discordiam proximi: & formo sic rationem: Illius amicitia est mala, & per consequens uitanda, qui non vult alteri iustitiam facere, sed

ita facit prauus: quod probo, quia prauus vult superabundare in bonis, & deficere in malis, & ex hoc proximum compellit ne habeat, quod ipse cupit, & dum non seruat alteri bonū iustitiæ, sequitur quod sit inter eos malum discordiæ, quod patet ex eo, quod sequitur, scilicet, Contentio inter eos: unde unus cogit alium ad hoc, quod seruet, quod est iniustum, sed tamen ipse non vult alteri iustitiam facere, sed vult superabundare in bonis deficere in malis. Hæc Philosophus ethi. lib. 9 Amicabile aut, & concordiam &c. infra eo. cap. ibi. Prauos nō possibile est concordare &c. Sed forte quæres, unde procedit, quod aliquis vult superabundare in bonis, & deficere in malis. Respondeo, & dico, quod hoc procedit ex amore sui ipsius: ex eo enim, quod aliquis amat seipsum vult superabundare in bonis, & deficere in malis: quod quidem est laudabile, & vituperabile diuersis respectibus. Primò enim amare seipsum est laudabile. sc. cum quis amat seipsum in bonis rationis, uel secundum partem rationalem, puta si uelit inter alios maxime agere opera virtutis, ut iustitiæ, uel temperatiæ, uel quæcunque ad virtutis opera pertinent: unde ille qui plus sibi vult de bonis honestis acquirere, si vocatur amator sui: hoc non eius vituperium, sed in eius laudem, & commendationem dicitur, eo quod amat seipsum secundum partem animæ rationalem. Secundò amare seipsum est vituperiosum, scilicet cum aliquis seipsum secundum partem animæ irrationalem, id est secundum partem sensitivam amat, & talis amator sui ipsius est, qui in bonis temporalibus. sc. in pecunijs honoribus, & delectationibus corporalibus (quales sunt ciborum, & uenereorum) superabundantiam quærit, talis merito est vituperabilis, & præcipue triplici ratione. Prima est quia talis se amat secundum vilia bona, immo noxia, qualia sunt in rei ueritate bona corporalia, quauis multitudo populi ad ipsa attendat, ac si essent optima, eo quod multi immo plures sequuntur sensum magis quam rationem. Secunda ratio est, quia amator sui quantum ad bona corporalia horum superabundantiam quærit ad satisfaciendum concupiscentijs, & uniuersaliter omnibus

passionibus. quod in homine pessimum est. Tertia ratio est, quia ex hoc quod tales in bonis corporalibus superabundantiam quærant, quam omnes simul habere non possunt, sequitur, quod circa huiusmodi bona fiant contentiones, & pugnae. Et hoc erat secundum.quare in amicitia utili, quæ etiam est inter prauos, est discordia proximi. Hæc Philosophus ethi. li. 9. cap. 8. ibi. Dubitatur autem utrum oportet amare seipsum, uel amare aliquem alium, & B. Thomas in scrip. & Alberi. in commen. ibidem.

Tertiò societas praua est mala, & per consequens uitanda propter carentiam boni & formam sic rationem. Vbi est carētia boni debiti, ibi est malum, sed in prauo est huiusmodi carētia, quod sic probo. Qui non habet beneficentiam, & beneuolentiam respectu sui ipsius minus habet respectu alterius, sed prauus est huiusmodi quod probo de his duobus. Ex primo, quod prauus quilibet caret beneuolentia ad se ipsum: & hoc duobus modis. Vno modo in quantum prauus operatur sibi ipsis nociua, & hoc faciunt, uel propter malitiam, uel propter concupiscentiam, propter quæ eligunt mala & eis nociua, loco illorum, quæ secundum rationem videntur, & de eis iudicat esse sibi bona. Alio modo in quantum uitant sibi proficua propter timiditatem. Secundò prauus caret beneuolentia ad seipsum, quod patet, quia tales nolunt se ipsos esse, & uiuere, quæ sunt maxima bona. Rō autem huius est, quia illi qui multa mala, & pessima fecerunt odiuntur ab hominibus propter quod nolunt se esse, & uiuere, unde eorum uita est eis tædiosa cognoscentes se omnibus esse graues, unde tales non sustinent uiuere: immo quæque occidunt seipsum. Sed contra. Omnia desiderant esse, ut dicitur in secundo de generatione, cuius ratio est, quia esse est quid diuinum, ut dicit Dionys. c. 2. & 3. li. de diu. no. sed esse & præcipue diuinum est, quod omnia appetunt, ergo nullus quantumcunque prauus, vult se non esse. Respondeo, & dico, quod aliud est esse simpliciter, & aliud est esse secundum quid. sc. esse tale, uel sub conditione tali. Licet enim esse simpliciter, quod est bonum, omnia appetant, tamen est secundum quid. sc. sub tali conditione, quod est miserabile esse omnia fugiunt: sicut dominus de Iuda

Iuda dixit. Bonum erat si natus non fuisset homo ille.

Quartò, & ultimò societas mali est praua, & detestanda propter repugnantiam animi: est. n. pugna continua in anima seu in mente praua, quæ quidam pugna non est in partibus animæ separatæ, quod patet, quia ipsa anima separata secundum omnes partes s. as. i. potètiar. s. sensum intellectum, & uoluntatē, uel desiderium fertur super illud, uel in illud quod est simpliciter uerum, & simpliciter bonum. Similiter inter partes corporis non est pugna, imò sicut dicit Apost. i. ad Corin. 12. Et si quid patitur unum membrorum cõpatiuntur omnia membra, sed inter partes animæ cõiunctæ corpori est pugna, quia anima secundum aliquas potètiar suas non est cõiuncta corpori. s. secundum intellectum, & uoluntatē: & secundum has potètiar anima fertur in uerum, & in bonum simpliciter secundum uerum, uerò alias partes. s. secundum potètiar sensitivas anima est cõiuncta corpori, & idè eius cognitio fertur super apparendum uerum, & eius appetitus. s. sensitivus fertur super apparendum bonum, sicut ponit exemplum Auicenna de luce ignis, quæ clara est ex parte illa quæ euadit admixtio nem. s. ex parte superiori, & ex parte qua admiscetur combustibili trahit quandam obscuritatē: Similiter anima ex diuersis partibus trahitur ad diuersa ut patet, & hoc est causa pugne in anima. Quod autem anima secundum diuersas partes. i. potètiar trahatur ad diuersa, ex quibus pugnam habeat ex tribus. specialiter probò, s. ex gaudio, & tristitia, ex continentia, & incontinentia, ex continua experiètia. Primò ex gaudio, & tristitia, nam anima praua ex una parte gaudet, & delectatur si recedat a delectabilibus, s. ex parte superiori animæ, idest ex parte rationis, quæ iudicat mala esse uitanda, ex alia uerò parte inferiori, scilicet sensitiva anima dolet, si recedat a delectabilibus propter malitiam in eo dominantem, quæ huiusmodi tristitiam causat in parte sensitiva, ita quod una pars animæ. s. pars sensitiva hominem prauum trahit ad unam partem. s. ad malum, & alia pars superior. s. ratio trahit ad partem aliam. s. ad bonum, ac si anima in diuersas partes dispereretur, & contra seipsam disreperet, & sic est in anima praua pugna. Secundò hoc idem probò ex continentia,

& incontinentia. Dicitur. n. continens quasi se tenens, quia tenet intellectum sequendo eius iudiciū contra impetus passionum. Incontinens autem dicitur, quasi se non tenens: nam concupiscètia, quæ incontinens sequitur, & à qua uincit ligat in particulari iudiciū rationis, uerbi gratia. Ratio dicit nullum esse gustandum dulce extra horam: de contra concupiscètia dicit omne dulce est gustandum, hoc est dulce, ergo &c. & quia ratio absorbetur à concupiscètia in particulari, non assumitur sub uniuersali rationis, ut dicatur hoc esse præter horam, sed assumitur sub uniuersali concupiscètia, ut dicatur hoc esse dulce: unde concupiscètia non absorbet iudiciū rationis in uniuersali, sed in particulari, ut per exemplum patet, & ut dicit Philosophus primo Ethic. 3. Primum quidem igitur &c. infra eo. cap. ibi. Quando quidem &c. & hoc modo accidit defectus, & peccatum in continente, & per consequens pugna, ita in bonis, uel iustis non est pugna, sed concordia, quod tali ratione ostendo. Vbi est quod esse debet quiescit pugna, sed ubi inferius consentit, & sequitur superius, est quod debet esse sicut est in anima iusti, ergo &c. & per oppositum in anima praua semper est pugna, & nunquam concordia. quod tali ratione ostendo. Vbi ratio sequitur concupiscèntiam ibi est pugna. sed hoc est in anima praua, ergo &c. Quod patet alia ratione sic. Vbi primum sequitur posterius, ibi est inordinatio, & per consequens pugna, sed primus motor in anima est rationalis intellectus ergo, ubi ratio sequitur concupiscèntiam, & non diuulsi ibi est pugna. Sed contra Aug. dicit, quod pugnam, uel conflictum homini non sentit qui consentit, sed qui dissentit, sed anima boni dissentit, anima uerò praua cõsentit, ergo in anima iusti est pugna, & non in anima praua. Rñdeo, & dico, quod Aug. loquitur de experiètia pugna quæ non sentiunt cõsentientes illi dum actu consentiunt, quia tunc ratio absorbetur à concupiscèntia, ut non resistat in actu, sed quoniam soluitur passio, ratio quantum ad sui superius manet in proprio iudicio immutabilis, & cõtradicit his quæ male acta sunt, secundum quod theologi dicunt, quod synderisis semper remurmurat malo, unde nunquam extinguitur etiam in damnatis, ut patet infra Synde-

In anima praua semper pugna.

Oppo.

Anima secundum diuersas partes trahitur ad diuersa.

Synderesis. Secundò ad idem sic arguo: Ibi semper est pugna ubi sensualitas repugnat spiritui, sed quamdiu aīa corpori est coniuncta semper sensualitas est corrupta, & sic repugnans spiritui, & in malo, & in bono viro, ergo &c. Respōdeo, & dico secūdum theologos, q̄ pugna intelligitur quantum ad peccata mortalia, quæ sunt directè contra rationem, nō autem quantum ad uenialia, quæ non sunt directè contra rationē, sed disponentia ad ea quæ sunt contraria rationi. s. ad mortalia. Require infra: Sensualitas; rōnes quare totaliter non extinguitur in hac uita loquendo naturaliter.

Sed fortè quæres quid in aīa facit pugna ante peccatum, vel aliquid aliud. Respondeo, & dico, q̄ pugna in anima nō facit peccatum sed ipsa anima, quæ pro peccato punit seipsam, ut dicit Aug. tñ ratio huius pugnae est peccatum: uerbi gratia: Dicamus, q̄ homo cecus cadit in foueā, non q̄ cæcitas quasi per se existēs cadat in foueā: quia nihil est, & iō nullius est cā, sed inquantū est quidam hō stans sub tali priuatione in foueā cadit. Sic à simili hō stans sub tali condōne. s. peccati, impugnat seipsum, cuius pugnae peccatum est rō, sicut cæcitas est ratio cadendi in foueam sicut patet. Hec philosophus Ethic. li. 9. c. 4. Amicabilia autem &c. & Beatus Tho. in scri. Ethic. & Alber. in commen. ibidem. Tertiò hoc idem p̄bo ex continua experientia: nam continuè experimur huiusmodi pugna: quod patet per Apostolum ad Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. ubi Aug. sic ait: Vide quale bellum, qualem rixam intra teipsum sentis? Caro inquam. i. carnalis concupiscentia spūi reluctatur. Aug. Sed non est diffidēdū, quia spiritus. i. ratio, gratia Dei adiuta, concupiscit aduersus carnem. Et iterum Apost. ad Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Expositor: Video inquit non solum simplici notitia, sed continua, & certissima experientia, & quid legē. i. fomitem peccati, qui repugnat in membris meis, sicut in oculo ad concupiscendū, in manu ad operadū: Repugnantē legi mentis meæ. i. legi rōnis: ubi Aug. Rectè dī lex, quia legitime factum est: ut qui non obediuit suo supe-

riori non seruiat ei suum inferius, scilicet caro. Et subdit: Supra te est dominus Deus tuus: infra te est caro tua: serui meliori, & superiori, ut seruiat tibi inferior: contempsisti superiorem, torqueris ab inferiori: ideò Aposto. dicit: Repugnantē legi mentis meæ: & hoc est valde periculosum: nam quanto pugna uicinior, tanto periculosior.

CAP. XVII.

Tertio dico, quòd est amicitia vera. Vbi notā, quòd uera amicitia quatuor in se debet habere, scilicet perpetuitatem, firmitatem, gratitudinem, & fidelitatem. Primò debet habere perpetuitatem, uel continuitatem, ut nunquam finiatur, Prouerb. 17. Omni tempore diligit, qui amicus est. Quod uerbum exponens Cassiodo. in quadam Epistola sic ait: Qui uerè, uel uerus amicus est, uel Christi, uel animarum omni tempore diligit: nam tormentum non separat, labor non lassat, thesaurus non superat, amor non occupat. Secundò exponit Aug. sic dicens: Non fuit uera amicitia, quæ aliquando desijt: ergo qui uerus amicus est, & nomine, & opere, omni tempore suam dilectionem ostendit, tam tempore aduersitatis, quam tempore prosperitatis, sed in aduersitate magis, quia tunc est maior necessitas. Tertiò exponit Petrus Blesensis loquens de uera amicitia: unde sic ait: Vera amicitia eodem oculo respicit amicum diuitem, & mendicū, fortem & debilem, sanum, & infirmum, humilē, & sublimen: è contra falsus facit; Eccl. 6. Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis. Expositor, est amicus fictus, & solo nomine amicus. Et talis est, qui est amicus secundū tempus suum, idest in tēpore prosperitatis. Et dicit tempus prosperitatis tempus suum, quia tunc accrescit sibi aliquod commodum temporale. Esubditur: Et non permanebit talis in tēpore tribulationis: immo tunc derelinquet: Iob. 6. Ecce non est auxilium mihi in me, necessarij quoque mei recesserunt à me. Trenorū. i. Omnes amici eiu spre.

spreuerunt eam inter angustias. Si autē vis scire an aliquis sit tibi uerus amicus, vel falsus: proba illū in aduersitate. Ira dñ Eccl. 6. Si possides amicum, in tentatione posside illū. i. in aduersitate proba illum. Et non facile credas ei teipsum. i. non facile releues ei secreta tua donec probaueris eum. Sene. Omnia delibera cum amico tuo, prius tamen de ipso. Cuius rōnem assigna sapiens Eccle. 12. Non agnoscetur in bonis amicus, & nō abscondet in malis inimicus q. d. in bonis. i. in prosperis fortunæ non agnoscetur agnitione experientia amicus, quia incertum est utrum forma an persona diligatur. Et in malis. i. in aduersis non abscondetur inimicus: tunc enim audet manifestare inimicitias: unde Sen. Ob hoc præcipue diligenda est paupertas, quia facit te scire, qui te verè dilexit. Ille, n. uerus est amicus, qui omni tempore diligit, ut patet supra: ille verò est falsus qui cum fortuna uenit, & cum fortuna recedit. Secundo vera amicitia debet habere firmitatem, ut nunquam frangatur, uel interrumpatur. Eccle. 6. Amicus si perseuerauerit fixus, erit tibi coequalis: hoc est dñctū: Amicus si perseuerauerit fixus. i. stabilis in amore, uel immobilis, uel inseparabilis, tñ in aduersitate. quā in prosperitate. Erit tibi coequalis. i. paris tecum uolūtatis quasi alter tu, idē nolens, & idē volens: & hæc ē uera amicitia: unde Tullius de amicitia sic ait: Vera amicitia est idē uelle: idem nolle in reb. honestis. Et gl. ibidē sic ait: Amicus animi custos, cui sic animū tuū applica ut ex duobus unum fiat, cui te tāquam tibi committas, a quo nil timeas, & nil inhonestum petas: non est. n. amicitia uestigalis, sed plena decoris. Sic ergo vera amicitia debet habere inseparabilitatem ab amico, & præcipue à Christo: unde Apostolus ad Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? q. d. nullus: Vnde August. in lib. de Cathecizandis rudibus sic ait: Constans & perfectus dēt esse amor noster, ut si necesse fuerit amore illius moriamur, qui amore nostri placidē, & benignē mori dignatus est. Contra falsus amicus est qui diligit solum secundum tempus: unde de talibus loquēs Greg. 2. moralium sic ait: Solent nonnulli Deum in prosperis beneficientem di-

ligere, in aduersis autē Deum flagellantem, uel odire, uel minus amare. Terriò uera amicitia debet habere gratitudinē, uel liberalitatem, ut non uendatur, Nam multi sunt, qui non diligunt personam, sed fortunam, scilicet, sua bona: Pro uerb. 19. Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona retribuentis. Requiere expositionem huius supra Amicitia falsa. Vnde talis amicitia est mercenaria, quia non respicit alterius commodum, sed proprium. Econtrario vera amicitia, uel beneuolentia sub pecuniæ æstimatione non cadit: unde Can. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione quasi nihil despiciet eam. In quibus uerbis nota uerba, & signa mysteria: nam amicitia charitatis est impreciable, quia quicquid datur pro ea nihil reputatur: unde primo dicit, omnē si dederit homo, scilicet, substantiā, quia charitas nihil celat, uel abscondit, nihil negat, nihil subtrahit, nihil dimidiat, uel diuidit, sed omnia, uel amato, uel pro amato distribuit. Et subdit: Substantiam domus suæ: nam in domo nostra est triplex substantia, scilicet, bonorum temporalium, corporum, & uirtutum. Hanc triplicem substantiam aliqui dant contra charitatem, aliqui sine charitate, aliqui pro charitate. Primò enim contra charitatem illi suam substantiam dant, qui in peccatis sua bona consumunt (exemplo) filij prodigi, qui bonis corporis, ut fortitudine & pulchritudine de eis superbiendo abutuntur, qui uirtutib. extolluntur, de ipsis inaniter gloriādo, quasi suis meritis habeāt, quod gratuito acceperūt à Deo: hi omnes contra charitatem prædictis bonis utendo ad inferiora trahuntur. Psal. Substantiā meā in inferioribus terræ. Secundo aliqui dant suas substantias sine charitate, scilicet, illi qui prædicta bona dant non propter Deū amicis suis, sed propter amorem carnalē: & isti pro nihilo reputantur, nec aliquid eis prodest, quia sine charitate tribuūt. Psal. Substantia mea quasi nihilum est ante te. Tertio pro charitate suam substantiam dant, qui sua bona pro Dei amore distribunt, & relinquunt, & tales apud Deū subleuantur, & merentur. Psal. Substantia mea apud te est. Et subiungit. Quasi

Exponitur illud cant. 8. Si dederit homo omnē substantiā.

nihil despiciet eam. Glo. reddit causam dicens, Quia cum tibi abundat amor eternorum, mox vilescit possessio labentium: ergo tunc homo omnem substantiam domus suae pro dilectione tribuit, quando quicquid in mundo possidet, pro Christo tribuit, ut abijciens omne, quod impedit Dei cognitionem, & dilectionem, & terro pulvere sollicitudinum oculos aperiat, ut Deum videat: & cum omnem substantiam dederit quasi nihil eam despiciet, quia postquam oculum terlit, & Deum conspexit, in illius visione quicquid possederat, vilipendit, sicut apostoli fecerunt, qui non solum possessa, sed etiam cupita, ut Christum sequerentur, dimiserunt.

Quarto, & ultimo vera amicitia debet habere fidelitatem, ut non prodatur: Ecclesiast. 6. Amico fideli nulla est comparatio, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Expositor, amico fideli nulla est comperatio, scilicet, æquiparantiae, quod bonitas amici fidelis excedit bonitatem thesauri materialis: unde subdit: Et non est digna ponderatio auri, & argenti fidelitati illius: & hoc propter quinque rationes. Prima est, quia fidelis amicus semper iuuat, in morte, & post mortem: quod non facit aurum, & argentum. Secunda est, quia fidelis amicus vitam conseruat tam temporalem, quam spiritualem, quod non facit aurum, uel argentum. Tertia est, quia pondus auri trahit ad casum, scilicet, ad peccatum: pondus autem amoris trahit sursum, scilicet, ad Deum. Quarta est, quia pondus auri, uel argenti generat litem: pondus autem amoris, generat pacem. Quinta est, quia pondus auri appropriat communia, pondus autem amoris communicat propria. De tali amico dicitur Eccl. 25. Beatus qui inuenit amicum uerum, scilicet, Christum, qui excellentissimè in se quinque praedicta habuit ut patet.

C A P. XVIII.

18 **Q**UARTO est amicitia bonorum propter uirtutem: & talis habet quinque conditiones: est enim perfecta, maxima, optima, mansua, rara. Primo amicitia bonorum est perfecta, quod

probo duplici ratione. Prima est talis: Illud est perfectum cui nihil deest. 3. physicorum: sed amicitiae, quae est inter bonos propter uirtutem, nihil deest: ergo &c. Secunda ratio est talis, Omnis amicitia, per quam amatur ille, qui est similis, ex eo quod est talis secundum habitum uirtutis, & desiderantur bona propter se ipsum, est perfecta: sed amicitia bonorum propter uirtutem est huiusmodi: ergo Secundo hoc probo auctoritate philosophi sic dicentis. Ethic. lib. 8. cap. 3. differunt autem &c. infra c. ibi: Perfecta autem est bonorum amicitia, & secundum uirtutem similium. Secundo amicitia bonorum est maxima, quod probo duplici ratione. Prima est talis: Illa est maxima amicitia, qua amantur illa, in quibus coniunguntur omnes rationes amandi: sed talis est amicitia, quae est propter uirtutem, eo quod illa amicitia est propter bonum simpliciter, & propter utile, & delectabile, quia uirtus continet in se ista tria, ergo &c. Secunda ratio est talis. Illorum amicitia est maxima, qua amici amant se propter se & non propter aliud, sed in amicitia utili, & delectabili non amatur aliquid quod est per se, & simpliciter bonum, sed quia est amanti tale, puta utile, vel delectabile, & per consequens non est maxima amicitia, In amicitia autem: quae est propter uirtutem amatur, quod est simpliciter, & per se amabile. scilicet bonum: ergo est amicitia maxima. Haec philosoph. ibi dē infra c. ibi: Eo quod propter se est scilicet propter uirtutem, & non propter aliud. Et subdit. Volentes autem bona amicis illorum gratia maximè amici, propter seipsos non habent & non secundum accidens. Tertiò amicitia bonorum est optima, quod tali ratione ostendo: Illa quae per se sunt delectabilia; & per se bona, sunt maximè amabilia, ut patet super immediate. sed maximè amabiliū est optima, & magna amicitia: ergo cum amicitia, quae est propter uirtutem sit talis, ideo &c. Haec philosoph. ibidem infra c. ibi. Et amare autem, & amicitia in his maximè, & optima. Quarto amicitia bonorum est firma, & mansua, quod tali ratione ostendo: Illud, quod fundatur super rem firmam permanet: sed amicitia, quae fundatur supra uirtutem, qualis est amicitia bonorum est huiusmodi: ergo talis

lis amicitia permanet quādiu sunt boni secundum virtutem, quæ erat causa amicitia; uirtus autem est habitus permanēs, & multum mansiuus, & non de facili trāsiens, eò ex multis, & frequentib. actibus generatur, ut dicitur. 2. Ethic. ergo bonorū amicitia ē diuturna. Hęc phil. lib. infra c. Permanet igitur horum amicitia vsque quo boni sunt: uirtus autem māsiua. Et subdit. Talis autem amicitia mansiua rationabiliter est. Amicitia uerbi quæ est & propter delectabile, & utile non diu pmanet: quod tali ratione ostendo. Quicquid fundatur supra id, quod non permanet ipsum de facili soluitur: sed delectabile, & utile non diu permanent: ergo amicitie supra ipsa fundatæ sunt facile dissolubiles. Quinto amicitia bonorū ppter uirtutem est rara: quod probo duplici ratione. Prima est ex parte subiecti sic, Amicitia, quæ est propter uirtutem, non est nisi in uirtuosis. sed tales. s. uirtuosi sunt pauci propter difficultatem attingēdi mediū rationis ut dicitur. 2. Ethic. ergo uerisimile est q̄ amicitia propter uirtutem sunt raræ. Hęc phil. lib. infra ca. ibi Rarus autem in similes uerisimile est tales esse, pauci. n. tales. Secunda ratio est ex parte modi acquirendi sic, Quicquid non pōt haberi nisi per maximum experimentū, & consuetudinem est rarum; sed hęc amicitia ē huiusmodi, quod patet, quia oportet, quod unus sciat de altero, quod perfecte diligat ipsum, quia oportet esse redemptionem non latentem: sed hoc non potest fieri, nisi prius simul comedant mensuram salis, secundum quod dicitur in puerbiis: unde oportet q̄ unus experiatur fidem & mores alterius in prosperis, & in aduersis: & ante hoc non debet acceptari ad amicitiam, nisi unus appareat, uel uideatur certitudinaliter esse amabilis, uel amandus, secundum q̄ potest esse certitudo in talib. & credatur rationabiliter ita esse: & hoc rarò contingit: unde amicitia propter uirtutem sunt rarę. Hęc phil. lib. infra a. Adhuc. ibi autem indigent tempore, & consuetudine. secundum prouerbiū enim non est scire adinuicem antedictos sal comedere, neque acceptari oportet prius, neq. esse amicos antequam uterq. appareat amabilis, & credatur, propter quod Philoso. excludit a tali amicitia. s.

quæ est propter uirtutem illos qui sibi adinuicem de facili amicanter antequam se adinuicem experiantur, unde dicitur quod illi qui citò, & de facili exhibent opera amicitie manifestant, quod uolunt esse amici: non tamen sunt amici adhuc quousq. sciant quod inuicem sunt amabiles, & sic patet, q̄ cito fit in homine uoluntas amicitia, sed non amicitia, quæ est propter uirtutem. Hęc Philoso. ibidem: & B. Tho. in script. Ethic. lib. 8. cap. 3. Differunt autem &c. infra c. ibi, Perfecti autē &c. vsq. ad finem. & Albertus in com. ibidem.

CAP. XIX.

AD maiorem tamen euidētiā ea præcedentis est sciendum, quod amicitia, quæ est bonorum adinuicem propter uirtutem est optima, & perfecta & per consequens eligenda quinq. rationib. s. ratione experientia, superabundantie, continentie, permanentia, & efficientia. Primo ratione experientia sic: Illa amicitia est optima & perfecta, quam homo multo tempore probauit, & in qua nullum iniustum inuenit, & in qua omnia dignæ amicitia reperit: sed talis ē amicitia bonorum propter uirtutem, ergo &c. Hęc Philoso. Ethic. lib. 8. ca. 4. Quæ autem propter delectabile &c. infra ca. ibi: Non est enim facili nulli credere de eo, qui in multo tempore ab ipso probatus est credere in his, & nunquā utiq. iniustum facere, & quæcunq. alia in ea quæ ut ueræ amicitia dignificantur. In alijs autem nihil prohibet talia fieri, unde antequā aliquis in amicitia assumatur multo tempore debet experiri, uel probari, & experimentum de ipso assumi, ex quo uere est effectus amicus, non oportet iam de ipso experimentum assumere, ut dicit Alb. ubi sup. lib. 9. ca. 12. Vtrum autem in bonis &c. in q. utrum in infortunijs aliquis indigeat uel debeat confugere ad amicos, in sol. 3. ari.

Vbi secundu q̄ aliquis potest experiri fidelitatem, & bonitatem duob. modis. s. ex parte secreta, & ex parte obsequii. Primo ex parte secreti: unde Petrus Blesensis in libello de amicitia sic ait, Si fidem amici experiri uolueris, non ei prius tui cordis

Fidelitas pōt experiri duob. modis.

dis archana committas, sed aliqua exteriora, etiam modica, de quib. non magnū emergat dispendium si fuerint reuelata: & ea nihilominus sub ea cautione & adiuratione terribili credas, ac si obessent prodita: tunc. n. qui fidelis est in minimo & in maiori fidelis erit, & qui in modico iniquus est, & in maiore iniquus erit, vbi gl. dicit: Qui fidelis est in minimo. i. in pecunia cum pauperib. dispensando, & in maiori erit fidelis adhærens creatori, & cum eo spiritus unus est effectus: & qui in minori iniquus est, et in maiori iniquus erit. i. qui bona temporalia, quæ sūt minima non bene dispensat, etiā in maiori iniquus erit. i. æternorum sibi gloriā de qua tumet, euacuat: si enim non diligit fratrem, quē uidet: Deū quē nō uidet quomodo potest diligere? Secundo bonitas amici probatur ex parte obsequij: nā voluntas sine opere est vana, & otiosa: & ideo ille est verus, & bonus amicus, q nō solū vult bona amico suo, sed qui vult, & operatur bona amico suo, & hoc gratia amici sui: vnde Greg. in homil. sic ait: Probatio dilectionis exhibitio est operis, non sibi aliquis credat quicquid sibi animus sine operis attestatōne responderit: & subdit de dilectione cōditoris: Mens, lingua, & uita requirantur, nunquā est amor Dei ociosus, operatur. n. magna si est, si autem operari renuit, amor non est.

Secundò amicitia bonorum est optima ratione vehementiæ, vel superabundantiæ; est. n. bonorum amicitia maxima, & hoc duplici ratione. scilicet ex parte boni, & ex parte vinculi. Primò ex parte boni, quia bonum simpliciter & per se, quod est bonum virtutis, est maxime amabile: sed tales diligunt se adinuicem, quia sunt boni secundum virtutem, ergo &c. Secundò ex parte vinculi amoris, quia aliæ amicitie non omnino copulant amicos ad inuicē, eo quod in alijs amicitijs, non coniunguntur amici propter se, sed propter accidens. scilicet propter utile, uel delectabile. Hæc Phil. Ethic. lib. 8. cap. 3. Differunt autem &c. infra c. ibi. Volentes autem bona amicis illorum gratia maximè amici, propter se ipsos enim sit, se ipsos habent, & non secundum accidens, ut in alijs, & ibidem 4. ca. Quemadmodum autem in virtutib. &c. infra cap. ibi: Maximè quidem igitur, est

amicitia, quæ bonorum est, quemadmodum multotiens dictum est supra 3. ca. ut patet.

Vbi sciendum, q in amicitia optima, & perfecta qualis est bonorū amicitia, possunt duo cōsiderari. scilicet quantitas amoris, & raro amandi. Primò. n. si consideratur quantitas amoris, tunc amicitia bonorū dum sit perfecta, & maxima habet similitudinem cuiusdam superabundantiæ in amando. Secundo cōsideretur ratio amandi, non potest in amicitia bonorum esse superabundantia. Cuius ratio est, quia eum boni ament se propter uirtutem, vel secundum uirtutem non cōuenit, vel nō contingit uirtutem, & uirtuosum ab alio uirtuoso (qui ratione ordinat suos effectus) nimis amari. Hæc b. Tho. Ethic. lib. 8. ca. 5. In pueris autem & senibus &c. infra ca. ibi. Multis autem amicum esse secundum perfectam amicitiam non contingit: assimilatur. n. superabundantiæ &c.

Tertiò amicitia bonorum, quæ est propter uirtutem, est optima, & perfecta ratione continentie sic. Illa amicitia, qua in se continet, & comprehendit ea quæ sūt in alijs amicitijs, est optima, & perfecta: sed talis est amicitia, quæ est propter uirtutem, eò quod illi qui sunt uirtuosi sunt simpliciter boni, & utiles, & delectabiles sibi inuicem, ergo &c. Hæc Phil. Ethic. lib. 8. cap. 3. Differunt autem hæc &c. ibi: Et est utiq. simpliciter bonus, & amico: boni. & simpliciter boni, & utiles, & delectabiles sibi inuicem &c. & ibidem infra cap. quemadmodum in uirtutibus, infra cap. ibi: Bonis autem homo propter ambo hæc.

Quartò amicitia quæ est bonorū propter uirtutem ē optima, & perfecta ratione permanentiæ, nam amicitie, quæ sunt propter utile, & delectabile citò dissoluntur, & trāseunt. Cuius ratio est, quia quicquid fundatur super id, quod nō diu permanet, ipsum facile soluitur: sed utile, & delectabile non diu permanent, ergo &c. amicitia uerū quæ est bonorum propter uirtutē intransmutabilis est. Hæc Phylo. ibidem. 4. cap. quæ autem propter delectabile: infra ca. ibi: Et sola bonorum amicitia intransmutabilis est. Cuius ratio est, quia amicitia bonorū fundatur in uirtute uirtus autem est quid maius, secundum

In ami
citia p-
fecta
duo pos
sunt cō-
siderari

dum Philoſibi. Et ideo concludit Philoſ. lib. 3. cap. Differunt autem hæc &c. infra ca. ſic dicit: Ideo talis amicitia manſura rationabiliter eſt. Vbi ſciendum quod in amicitia vera, quæ eſt bonorum propter virtutem, ſunt principaliter duo. ſ. ipſius fundamentū quod eſt virtus, & ratione huius fundamenti talis amicitia eſt manſua, vt patet: & ipſius nutrimentum, quod eſt delectatio in conuiuendo, & cooperando, & talis amicitia ceſſat iſtis duob. ceſſantib. ut patet ex ſupradictis. Hæc Alber. in q. ibid. q. 3. vtrum ſenium impediatur amicitiam, in cor. q. 3.

Quænto amicitia bonorum adinuicem propter virtutem eſt optima, & perfecta ratione efficientiæ ſic: Illa amicitia eſt optima, & perfecta, quæ efficit omnes actus amicitie veræ, ſed talis eſt amicitia bonorum propter virtutem: quod ſic probo: Tria ſunt ſpecialiter opera amicitie veræ. ſ. beneuolentia, beneficentia, & concordia: ſed hæc tria perfecte ſunt in amicitia bonorum propter virtutem. Quod de ſingulis probo. Primo enim amicitia, quæ eſt propter virtutem, efficit inter amicos beneuolentiam, inquantū amicus, qui eſt bonus ſimpliciter diligit, & vult ſibi maxime, & amico ſuo vera bona. ſ. bona uirtutis, quæ ſunt vera hominis bona: quia ſecundum partem intellectiuā e contrario prauus vult ſibi bona apparentia, ſed realiter ſibi inutilia, & nociua, qualia ſunt ſē ſibilia bona. Secundo talis amicitia, quæ eſt bonorum propter virtutem, efficit beneficium: nam voluntas bona, quæ eſt in uirtuoſis amicis, non eſt uana: unde omnis bonus, uel uirtuoſus ad hoc nititur vt operetur bona quæ vult: nam boni hominis eſt, ut laboret ad perficiendum bonū, & non ſolum ad volendū, quod quidē bonū uirtuoſus vult & operatur ſibi, & amico ſuo gratia ſuiipſius. i. gratia intellectiue partis, quæ eſt principalis in homine. E contra prauus, & operatur ſibi nociua, & vitat ſibi perſicua Tertio amicitia: quæ eſt bonorum propter virtutem, habet concordiam, eo q̃ amicus propter virtutē habet concordiam ad ſeipſum, & ad amicum. Primo dico, q̃ uirtuoſus reſpectu ſuiipſius habet concordiam quod ad duo. ſ. quod ad conuiſtum, & quod ad affectum. Primo habet concordiam reſpectu ſuiipſius quod ad

conuiſtum, eo q̃ uirtuoſus maximē vult cōuiuere ſibiipſi. ſ. reuertendo ad cor ſuū, & ſecum meditando, hoc enim facit delectabiliter: quod tali ratione oſtendo; Qui cunq, ſibi delectabiliter conuiuit, vult ſibi conuiuere, & ſecum commorari redeūdo ad cor ſuum, & meditando de ſeipſo; ſed iuſtus, & uirtuoſus hoc delectabiliter facit: quod patet, quia uirtuoſus in ſuis præteritis, præſentib. & futuris delectatur, qđ de ſingulis probo. Primo enim uirtuoſus ad cor ſuum redeūdo, & de ſeipſo meditando delectatur in ſeipſo, quantū ad memoriam præteritorum, quia memoria præteritorum bonorum, quæ operatus eſt, eſt ſibi delectabilis. Secundo delectatur quantū ad ſpem futurorum, quia habet ſpē bene operandi in futuro, quæ eſt multum delectabilis. Tertio delectatur in ſeipſo quantū ad notitiam, uel præſentiū intelligentiam, eo q̃ mens ſua eſt prona, & abundat conſiderationib. & contemplationib. ueris, & utilib. in quib. multum delectatur. Secundo uirtuoſus habet concordiam in ſeipſo quod ad affectū, quia ipſe maxime conſentit ſibiipſi, puta quod ad gaudiū uel tritiā, eo q̃ idē eſt ſibi triſte, & delectabile quantū ad partē ſenſitiuā, & intellectiuā. Cuius ratio eſt, quia in uirtuoſo pars ſenſitiua adeo eſt rationi ſubiecta q̃ ſequitur motum rationis, uel ſaltē non vehementer renititur: non enim uirtuoſus ducitur a paſſionib. ſenſitiue partis, ut poſtea paſſione ceſſante pœniteat de eo, quod iam fecit, contra rationem: ſed quæ ſemper ſecundum rationem agit, & nō de facili pœnitet, & ita maxime concordat, conſentit ſibiipſi. Si autem hanc rationē breuius uis adducere, & formare, dicas q̃ uirtuoſus maxime concordat, & conſentit ſibiipſi. Et hoc probo duplici rōne. Prima eſt talis: Ille in quo pars ſenſitiua obedit rationi, uel ex toto non reſiſtit quæ ad gaudiū, & tritiā ſunt, maximē ſibiipſi conſentit: ſed uirtuoſus eſt talis: ergo &c. Secunda ratio eſt talis, Ille qui eſt impenitilis ſibiipſi conſentit, ſed uirtuoſus eſt talis, ergo &c. eo q̃ ſemper in quantum uirtuoſus ſecundū rationem agit: & ideo non uincitur paſſione, ita quod poſtea ceſſante paſſione pœniteat, ergo uirtuoſus maximē ſibiipſi conſentit. Secundo uirtuoſus ad ſuum amicum habet & hæc

hæc tria, scilicet beneuolentiam, beneficentiam, & concordiam: quod tali ratione ostendo. Virtuosus se habet ad amicum suum sicut ad seipsum, eo quod effectus eius secundum affectum amici est quasi alius, vel alter ipse, qui scilicet homo virtuosus afficitur ad amicum suum, sicut ad seipsum, sed virtuosus habet ad seipsum hæc tria, scilicet beneuolentiam, beneficentiam, & concordiam, ergo etiam ad suum amicum. Præuus autem per oppositum his tribus cadet. Requ. supra cap. de amicitia, quæ est inter prauos. Specialiter autem prauis non conuenit actus tertius amicitiae, quæ est concordia respectu sui ipsorum, scilicet quod ad conuictus, eo quod mali non possunt nec uolunt sibi ipsis conuiuere redeunt ad cor suum, quod tali ratione ostendo. Qui cunque habet memoriam de multis malis præteritis a se factis, & habet etiam spem, idest propositum in futurum talia committendi non delectabiliter commoratur secum, uel solus rediens ad cor suum, sed omnis prauus est huiusmodi, quod patet, quia prauis cum stant secum soli cogitando de seipsis recordantur multorum malorum, & grauium quæ in præterito commiserunt, & præsumunt se similia in futurum facturos, quod est eis dolorosum multum, & ideo quærunt alios cum quibus conuersantur, non quidem ex hoc quod prauis in conuictu, & consensu aliorum delectentur, ut faciunt uirtuosi, sed ideo quærunt alios cum quibus sint, ut per hoc obliuiscantur sui ipsorum, puta malorum quæ commiserunt, quia cum prauis nihil amabile inueniant in seipsis, neque in præterito, neque in presenti, neque in futuro non est eis amabile ad seipsos, idest ad cor suum redire, & ideo non possunt conuiuere seipsis neque secum manere. Hæc Philosophus ethi. libro. 9. cap. 4. Amicabilia autem &c. & infra Ad amicum autem &c. Beat. Thomas in script. & Albert. in com. ibidem.

De amor in generali.

S V M M A R I V M.

- 1 Amor quid sit, & quotuplex.
- 3 Amoris quinq. gradus.
- 3 Amor quomodo se habeat ad desiderium, odium, dilectionem, & cognitionem.
- 4 Amor est prior quattuor affectionibus anime, seu passionibus.
- 5 Omne agens agit ex aliquo amore.
- 6 Amor sui inordinatus: qui est contra Deum, est causa omnis peccati.
- 8 Amor unde habet quod sit bonus: uel malus.
- 8 Amor triplex est causa.
- 9 Amor proprie loquendo, non est nisi in talibus in quibus est cognitio.
- 10 Amoris causa per se est similitudo.
- 11 Amor diuinus in generali quattuor uirtutes habet.
- E2 Amor diuinus quattuor uirtutes, uel effectus habet.
- 13 Amor diuinus quattuor facit in homines.
- 13 Amoris diuini est unire.
- 15 Amor facit, ut amans sit in amato, & quomodo.
- 16 Amor diuinus causat perfectionem maximam.
- 17 Amoris effectus quinq. sunt, inter quos præcipue est zelus.
- 18 Amoris est languidum facere.
- 19 Amoris est liquefacere.
- 20 Amor vulnerat mentem nostram.
- 21 Amor inebriat.
- 22 Amor Dei ad creaturas est generalis.
- 23 Amor Dei ad creaturas est æternalis.

- 24 *Amor Dei ad creaturas est uirtualis.*
 15 *Amor Dei ad creaturas est inæqualis.*
 26 *Amor Dei ad creaturas est specialis.*
 27 *Amor Dei ad aliquos dicitur maior, & minor.*

C A P. I.



M O R. Circa amorem in generali cōsideranda sunt principaliter tria, scilicet diffinitio, diuisio, comparatio.

triplex
est appetitus, ita
& triplex amor.

Primò consideranda est amoris diffinitio, scilicet quid sit amor in generali. Cum enim amor habeat esse in appetitu, amor dicitur illud, quod est principium, quo appetitus tendit ad finē, id est in bonum amatum, ut uerbi gratia in quolibet appetitu.

Est enim triplex appetitus. sc. naturalis, sensibilis, & rationalis. Primus appetitus est infimus, & perfectissimus. sc. naturalis, eo q̄ appetitus naturalis intendēdo in finem non consequitur propriam apprehensionem, uel cognitionem finis, sed alterius, & talis appetitus nihil aliud est quā inclinatio naturalis sibi conueniens: quæ quidem inclinatio est in reb. omnibus naturalibus, nam res omnes naturales appetunt, quod eis conuenit, i. inclinantur in hoc, quod eis conuenit secundum suam naturam non per apprehensionem propriam: sed per apprehensionem instituentis nām, ut uerbi gratia. Sicut sagitta fertur in signum non propria cognitione, sed uirtutē sagittantis, & eam dirigentis in signū: unde Philosophus dicit. 2. Physic. q̄ opus naturæ est opus intelligentiæ: & tunc in appetitu naturali connaturalitas, quæ est principiū motus appetitus tendentis in id, quod est sibi cōueniens, pōt dici amor naturalis, ut v. g. Grauitas per quā corpus graue hēt connaturalitatē tendenti ad mediū locum. i. ad inferius, pōt dici amor naturalis. Et hoc modo loquitur B. August. 13. lib. confessi. dicens. Ponderibus suis aguntur omnia, & loca sua petunt. Et subdit ibidem

immediatē: Amor meus pondus meum, eo feror quocunque feror. Secundus appetitus est medius supra naturalem, scilicet sensituius: & talis sequitur cognitionem appetentis, sed ex necessitate, non ex iudicio libero, uel ex libera electione: & tunc ipsa complacentia boni sensibilis, per quam appetitus sensituius, proportionatur, & fertur in bonum sensibile, dicitur amor sensituius, uel sensibilis. Tertius appetitus est supremus, scilicet appetitus intellectuius, uel rationalis cōsequens apprehensionem ipsius appetentis secundum liberum iudiciū, est enim cum propria cognitione, & cum libera electione, & talis appetitus dicitur uoluntas: unde talis complacentia boni intelligibilis dicitur amor intellectuius seu rationalis, qui quidem amor pertinet ad appetitum intellectuium est perfectus, & uocatur dilectio, in quantum libera electione discernitur, quid sit amandū. Primo ergo immutatio appetitus ab appetibili uocatur amor, qui nihil aliud ē quā complacentia appetibilis: & ex hac complacentia sequitur motus a ppetētis, qui est desiderium, & ultimo quies in appetibili, qui est gaudiū, ut ubi fuit principiū motus, ibi sit finis. Nam primo appetibile mouet appetitum, & appetitus tendit in appetibile, ut ibi quiescat: nam appetitiuus motus circulo agitur, ut dicitur in 3. de anima. Hæc B. Tho. 3. scrip. sen. di. 27. q. 1. ar. 2 in cor. q. & ibid. q. 2. ar. 1. in cor. q. Et iterum. B. Tho. in scrip. quod fecit super Dionysium, de diu. no. 4. ca.

C A P. II.

SECUNDO principaliter circa amorem consideranda est diuisio. Cum amor subiectiue sit in aliquo appetitu, & obiectiue sit boni, quot sunt varietates, uel gradus appetituum, & bonorum, tot erunt gradus appetitus, uel uarietates amorum. Sunt enim quinque gradus appetitus, scilicet diuinus, angelicus, humanus, sensibilis, & naturalis. Primo enim ip' Deo, est appetitus uoluntarius tantum: quia ipse determinat omnia, & nō determinatur ab aliquo. Secundo in angelis ē appetitus uoluntarius, & naturalis. uoluntarius quidem in quantum Angelus quædam libere

Alia diuisio appetitus.

liberè vult, naturalis autem inquantum Angelus determinatur à deo ad aliquid volèdum naturaliter. Tertio in homine est appetitus voluntarius cum animali, & naturali: inquantum homo in quadda inclinatur appetitu intellectuáli ex libera voluntate, in quadda appetitu sensibili, qui est determinati obiecti, in quadda vero appetitu naturali. Quarto in animalibus est appetitus sensibilis cum naturali: nam animal quaddam appetit appetitu sensitivo ad quæ non sufficit inclinatio naturalis: & quaddam appetitu naturali. Quinto appetitus naturalis est in omnibus potentijs animæ, & in omnib. rebus naturalibus. Requi. supra ca. præcedenti de huiusmodi appetitib. Similiter quinque sunt gradus, uel varietates amorum, ut dicit Dionysius. 4. c. de diui. no. scilicet amor diuinus, angelicus, intellectuális, animalis, & naturalis, ita q̄ quilibet amor suo appetitui correspondet. Hæc B. Tho. 3. scrip. sen. dist. 27. q. 1. artic. in sol. 1. 2. & 3. arg. per totum. Secundò amor variatur, uel distinguitur ex parte boni. Bonum autem dicitur esse aliquid generaliter duobus modis, scilicet bonum subsistens, & bonum inherens, uel inexistentes. Et quia amare est velle bonum alicui, amoris motus tendit in duo, scilicet in illum cui vult bonum, & in bonum, quod quis vult sibi, uel alicui: uerbi gratia de his duobus. Primò enim cū aliquis amat aliquem, tunc diligit eum ratione boni subsistentis, & tunc verè, & propriè amat eum, quia simpliciter, & per se amat, & non propter aliud, & talis vocatur amor amicitie, uel beneuolentie. Secundo cū quis amat aliquid alicui, uel sibi, tunc dicitur amare ratione alicuius boni inherents, & non per se, uerbi gratia, sicut dicimur amare vinum, non propter substantiam vini, ut ei bene sit, sed ut per vinum bene sit nobis, uel inquantum delectamur in eius sapore, uel inquantum sustentamur eius humore, & similiter est in omni alio bono utili, uel delectabili, ita q̄ illum amamus amore amicitie cui aliquid bonum volumus: illud uero bonum amamus amore concupiscentie quod nobis, uel alij volumus.

Differētia inter Vbi circa istum duplicem amorem notantur tres differentias. Prima est q̄ amor

amicitie, quo amatur aliquid, ut ei sit bonum, est amor simplex, & ideo permanet. amor aut concupiscentie, quo amatur aliquid ut sit bonum alterius, est amor secundum quid, & ideo deficit deficite conseruante, scilicet utili, uel delectabili. Secunda differentia est, quia amore concupiscentie amant se boni, & mali, amore autem amicitie non nisi boni, ut patet supra de amicitia. Tertia est, quia amor amicitie est prius siue prior amore concupiscentie: quod patet, quia hoc ipsum, quod amamus, ut alicui bene sit, includitur in amore illius, quem amamus, ut ei bene sit. Hæc B. Tho. 1. 2. q. 26. ar. 4. in cor. q. & in solu. arg. & iterum in scrip. quod fecit super Dionysium de diui. no. 4. cap. Req. infra Bonum, & infra Honestum,

CAP. III.

TERTIO principaliter circa amorem considerata est comparatio, nam si amor ad hæc quattuor comparatur, scilicet ad odium, desiderium, dilectionem, & cognitionem est vehementior, fortior, dignior, & quodammodo nobilior, uel perfectior istis: quod de singulis probō. Primo enim amor est vehementior desiderio, quod tali ratione ostendo. Maior est quies in fine uel in bono, quā motus in finem, uel in bonum: eo q̄ motus in finem non est nisi propter quietem in fine, & propter quod unumquodque tale illud magis, sed propter desiderium uoluntas tendit in finem, per amorem autē uoluntas quiescit in fine: ergo amor uehementior est, & nobilior desiderio sicut quies motu: qui indigentiam boni semper importat. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 21. art. 3. in solu. primi arg.

Secundò dico, q̄ amor comparatus odio est fortior odio, quod dupliciter probō, scilicet auctoritate, & ratione. Primo auctoritate. Beati Dionysij sic. Amor, & odium differunt secundum differentiam boni, & mali: quia amor nō est nisi boni, & odium non est nisi mali, sed bonum fortius est quā malum, quia malum nō agit nisi in uirtute boni ut Dionysius dicit. 4. c. de diui. no. ergo &c. Secundo hoc idem probō ratione sic. Causa semper est fortior suo effectu: sed omne odium ex aliquo amore

Amor ē fortior desiderio.

Amore procedit, sicut ex causa sua, ut sequenti. c. patebit: ergo &c. Sed tamen odium aliquando uidetur fortius amore: & hoc duplici ratione, quia odiū est magis sensibile, & quia nō comparatur ad sibi proportionabile. Prima ratio, quare odium fortius uidetur amore, est, quia odium est magis sensibile quam sit amor. Cuius rō est, quia pceptio sensus consistit in quadam actuali immutatione: unde postquam aliquid immutatum est, & quasi cōuersum in naturā, nō ita sentit, sicut qñ est in ipso immutari sicut patet per exemplum de calore febris. nam calor febris ethicæ quamuis sit maior calore tertianæ, non tñ ita sentitur sicut calor tertianæ, eò q calor ethicæ iā est quasi in naturā cōuersus. Simile est de amore, quia magis sentit in absentia amati, quam in præsentia, & hoc est rōne indigentia, sicut Aug. dicit. 10. de trini. quod amor non ita sentitur, si nō prodit eum indigentia: & propter hoc repugnantia eius quod oditur sensibilius percipitur, quā cōuenientia eius quod amatur. Secunda ratio est, quia non comparatur ad sibi proportionabile: nam magis percipitur odium maioris mali, & magis mouet quā odium minoris boni: unde Aug. dicit in lib. 83. q. Nemo est, qui non magis dolorem fugiat quā appetat uoluntatem. Cuius ratio est, quia amor uoluptatis est minor quā timor cōseruationis sui ipsius cui respōdet fuga doloris, & ideo magis oditur, & fugitur dolor quā ametur voluptas Hæc B. Tho. 1. 2. q. 29. art. 3. in cor. q. per totum.

Tertiò amor est aliquo modo dignior dilectione: quod dupliciter probō, scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate Bea. Diony. 4. ca. de diui. no. sic dicentis. Quibusdam sanctorum uisum est diuinus esse nomen amoris, quā nomen dilectionis. Secundò hoc idem probō ratione, quia dilectio præsupponit iudiciū rōnis, & ideo est in sola natura rationali: unde dilectio vocatur inquantū libera electione discernitur quid sit amādum, ita quod dilectio dicit electionem amati ex multis: amor uero secūdū, quod est in appetitu sensitiuo, quādam passionem, vel immutationē importat, quia prima immutatio appetitus, quæ fit ab appeti-

bili. sc. cōplacētia appetibilis uocat amor. Magis aut potest homo in Deum tendere per amorē passiuē quodammodo ab ipso Deo attractus, quā ad Deum rō ppropria ducere possit, quod pertinet ad rationem dilectionis: & propter hoc diuinius ē amor quā dilectio, sicut patet. Hæc B. Tho. prima 2. q. 26. art. 3. in solu. 4. arg.

Quartò dico, q amor aliquo modo est nobilior, uel perfectior cognitione, aliquo uero modo econuerso. Vbi nota rerum cognoscibilium, & amabilium quædam sunt supra animam, & quædam sūt infra animam: Illarum rerum, quæ sunt supra animam est nobilior, & altior, & perfectior dilectio, quā cognitio, illarū uero rerum, quæ sunt infra animam potior, uel nobilior est cognitio, quā dilectio. Cuius ratio est, quia cognitio habetur de rebus, secundum, quod res sunt in cognoscente. Amor autem rei est, secundum, quod uoluntas fert in res, secundū, quod res sunt in seipsis unde quia res supra animam perfectiori mō, & nobiliori sunt in seipsis quā sint in intellectu, in quo nō sunt nisi per earū similitudinē. Res uero inferiores sunt econuerso. sc. in intellectu nobiliori modo quā in seipsis, eò q in se habent esse materiale, in intellectu uero habent esse immateriale, uel spirituale: ideo amor superiorum, est nobilior quā earum cognitio: econuerso cognitio inferiorum est nobilior quā amor earum: unde melior est amor Dei, quā cognitio Dei: cōtrario autem melior est cognitio rerū corporaliū quā amor earum. Sed contra vñ, quod cognitio Dei, sit melior quā amor Dei tali ratione: Premium est pstantius, & nobilius merito: sed cognitio est premium amoris. Ita dicitur Iohannis. 14. Qui diligit me diliget a patre, & diligam eū, & manifestabo ei meipsum: ergo &c. Respōdeo duob. modis. Primò, q in uia melior est amor Dei, quā cognitio Dei, tū quia amor Dei habet rōnem meriti, nō aut cognitio, tū quia cognitio Dei in uia euacuatur pp hoc, quod hñ mediantib. creaturis: amor aut Dei nūquam euacuatur, quia charitas nunquam excidit, ut dicitur prima ad Corinth. 13. Immo perficitur: tū quia in uia Deus immediatē amatur, non aut immediatē cognoscit: cum

quia amor pertingit usq; ad intimā, non autem cognitio: vnde Hugo de sancto viatore super illo Diony. 7. ca. de diui. no. Mobile, & acutum dicit, quod dilectio super eminent scientiā, & maior est dilectio quam intelligentia, plus. n. diligit quā intelligitur: & intrat dilectio ubi sciētia foris stat. Secundō modo respondeo, & dico, q; in patria visio Dei, nō erit sine amore in præsētio, sicut nec in via amor fuit sine cognitione in merito, tamen premiū magis attribuit cognitioni in prā: meritū aut magis attribuit amor in via. Cuius ratio est, quia premium est non secundum operationem, sed secundum receptionem, qua aliquis in seipso perficitur, meritum autem est secundum operationem, qua aliquis in remuneratore se extendit, & ei se coniungit. Hac B. Tho. 3. script. sententiarum, distin. 21. art. 4. in sol. primi arg.

CAP. II.

Amor in generali. Post prædicta circa amorem in generali consideranda sunt tria. s. prioritas in essendo, generalitas in agendo, causalitas in peccando. Nam amor præponitur affectibus, attenditur in actibus, ascribitur, vel attribuitur criminibus. Primō circa amorem in generali cōsiderāda est prioritas in essendo. Cum enim sint quatuor principales passiones appetitus concupiscibilis, ut dicit Boetius in lib. de consolatione enumerans eas: Viuere si vis tramite recto, gaudia pelle, timorem, spemque fugato, nec dolor adsit. Quæ ab invicem distinguuntur secundum differentiam boni, & mali præsētis, & futuri, ita quod gaudium est de bono præsēti, dolor, uel tristitia de malo præsēti, spes de bono futuro, timor de malo futuro. Amor est prima causa istarum contrariarum passionum: quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, inductione. Primō auctoritate Aug. 14. de ciui. Dei dicentis, q; oēs animæ passiones p̄dictæ ex amore causantur: vnde subdit: Amor. n. inhiās habere quod amat cupiditas est. Idem autem habens, eoq; fruēs laticia: fugiens quod aduersatur, timor. iō si acciderit, ut sentiatur, tristitia est. Secundō

probo hoc idem ratione sic: Causa est prior suo effectu: sed amor est causa prædictarum affectionum: quod tali ratione ostendo: Omne quod tendit in finem, debet habere tria. s. proportionem, inclinationem, quietationem in fine; oportet enim, quod tendens in finem proportionabilem fini, moueatur ad finem, quietetur in fine: quorum primum est causa aliorum, ut uerbi gratia. Primō enim, proportio appetitus ad bonum est amor, qui nihil aliud est quam complacentia boni. Secundō motus, uel inclinatio appetitus ad bonum est concupiscentia, uel desiderium. Tertiō quietatio appetitus in bono est gaudium, uel delectatio: vnde amor præcedit hæc omnia tanquam cā ipsorum. Hac B. Tho. prima. 2. q. 25. arti. 2. arg. contra, & in cor. q. Tertiō, q; amor omnium istarum affectionum sit cā probo inductione per singulas discurrendo. Est enim cā gaudij, doloris, spei, timoris. Primō. n. amor est causa gaudij, & hoc ppter tres rationes. s. propter beneuolentiam, præsēntiam, inhærentiam. Prima ratio est propter beneuolentiam: nā amari est bene uelle. unde ex hoc, q; aliquis diligit amicum suum gaudet de eo p̄spe rē se habente. Secunda ratio est propter boni præsēntiam: ex hoc. n. q; diligo bonum, quod habeo, sequitur, q; gaudeā de ipso. Tertia ratio est propter boni inhærentiam; ex hoc. n. quod amico inest bonum, gaudium de ipso generatur. Et quia eiusdem rōnis est gaudere de aliquo bono, & cōtristari de eis, quæ ei repugnant, ideō è contrario. Secundo amor est cā doloris, uel tristitiæ propter tres rationes. Prima est ppter mali præsēntiam. Sicut. n. amor boni causat delectationem, uel gaudiū propter eius præsēntiam, ita amor boni est causa tristitiæ propter eius. s. boni absentiam. nam gaudiū, & tristitia, delectatio, & dolor ei cōtrarius respiciunt ide sub cōtraria rōne. Secunda ratio est ppter boni absentiam. Sicut. n. bonū ppter p̄ntiam ipsius delectat, sic ppter absentiam ipsius cōtristat. Tertia rō est ppter boni amici carētiā. Sicut. n. bonū aliterius nos delectat ex eo, q; eū amamus, sic ex eō, q; ille cui bonū uolumus suo bono priuat, aut aliquo mō deprimit, tristimur. Hæc B. Th. 2. 2. q. 28. ar. 1. i cor. q. Tertiō

Amor ē cā gaudij.

Doloris

Spei.

tio

tio amor est causa spei. Vbi nota, quod spes respicit duo. scilicet bonum quod speramus, & illum per quem consequi speramus.

Primò. n. in quantum spes respicit bonum quod speramus, tunc amor est causa spei eò quod spes non est nisi de bono desiderato, & amato. Secundò in quantum spes respicit illum, per quem bonum consequi speramus. eò quod ad illud bonum consequendum non attingimus virtute nostra, tunc spes causat amorem illius, a quo bonum habere speramus, & non amor spei: quod patet, quia ex hoc, quod per aliquem speramus nobis provenire bona, mouemur in seipsum, sicut in bonum nostrum, & incipimus ipsum amare: ex hoc autem, quod amamus aliquem speramus de eo, nisi per accidens in quantum credimus nos redamari ab ipso: unde tunc amari ab aliquo facit non sperare de eo, sed amor eius, scilicet amor, quem habemus ad aliquem causatur ex spe quam de eo habemus. Hæc B. Tho. 1. 2. q. 40. art. 7. in cor. q. per totum. Quarto amor per se est causa timoris, quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, & similitudine. Primò auctoritate Aug. in lib. 83. q. sic dicentis: Nulli dubium est, non aliam esse metuendi causam, nisi ne id quod amamus, adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratum. ergo omnis timor causatur ex hoc, quod aliquid amamus. Secundò hoc idem probo ratione sic, Ex hoc enim, quod aliquis amat bonum aliquid, sequitur, quod timeat omne priuatum illius boni tamquam malum. Tertio probo hoc idem similitudine homicidii: unde Aug. in lib. de libero arbi. sic ait: Nam qui metuens hominem occidit amat uti que sine metu viuere. Et sic patet, quod per se timor nascitur ex amore. secundario verò timor respicit ad id per quod provenit tale malum, & per accidens quòdque timor inducit amorem, in quantum scilicet homo qui timet puniri a Deo seruat mandata eius, & sic incipit sperare de Deo, & spes introducit amorem, ut patet supra. ergo &c. unde hoc modo loquendo Aug. super canonicam Iohannis dicit. quod timor introducit amorem charitatis. Hæc B. Tho. 1. 2. q. 43. art. 1. arg. contra, & in cor. q. & in sol. primi arg. ibid.

CAP. V.

Secundo circa amorem consideranda est generalitas in agendo. Nam omne agens quodcumque sit, quicquid agit, ex aliquo amore agit: quod tripliciter probo. scilicet auctoritate, ratione, & distinctione. Primò auctoritate Dionysij. 4. cap. de diu. no. sic dicentis: Omnia volunt, & faciunt, quæcumque volunt, & faciunt pulcrum, & bonum desiderantia. i. propter amorem, & desiderium pulcri, & boni, & iterum, propter amorem boni omnia agunt quæcumque agunt, ibidem. Secundo probo hoc idem ratione sic: Omne agens agit propter finem aliquem, finis autem est bonum desideratum, & amatum unicuique: ergo omnia ex aliquo amore agunt. Secundò hoc idem probo alia ratione sic: Eiusdem rationis est fugere malum, & appetere bonum: sicut eiusdem rationis est descendere deorsum, & moueri desursum. sed omnia etiam mala inueniuntur malum fugere: quod patet, quia omnia agentia quantum habent de virtute, tantum resistunt corruptioni, quæ apprehenditur, ut malum vniuscuiusque rei, ergo omnia, quæ agunt aliquid, agunt amore alicuius rei. Tertio hoc idem probo sufficienti distinctione, vel diuisione sic: Omne agens agit secundum naturam, vel formæ conditionem: sed in omni agere est amor intellectualis, vel rationalis, animalis: ergo omne agens agit ex aliquo amore alicuius boni. Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod agens non agat omnia ex amore quattuor rationibus. Prima talis est: Si homo agit omnia ex amore, ergo alia affectiones, uel passionis appetitua partis (de quibus patet ca. præcedenti) erunt superflua. Respondeo: & dico, quod omnes animæ passionis ex amore causantur, ut patet ca. præcedenti: unde omnis actio, quæ procedit ex quacunque passione, procedit ex amore, sicut ex prima causa: & ideo non superflua sunt alia passionis, quæ sunt causæ propinqua. Secunda ratio ad idem est talis: Nihil causatur simul a contrariis causis: sed quædam fiunt ex odio, ergo non fiunt ex amore. Respondeo, & dico, quod odium etiam ex amore causatur, & ideo quod fit ex odio, fit etiam ex

amore. Quod autem amor sit causa odij Amor ē probo dupliciter. Primò auctoritate Aug. cā odij. 14. de ciui. Dei sic dicentis: Omnes affectiones ex amore causantur, videlicet supra c. præcedenti, sed odium est quædam affectio animæ, ergo &c. Secundò probo hoc idem ratione sic, Eiusdem rationis est, quod aliquid ametur, & eius contrariū odiatur, sed amor est boni, ergo amor est causa, quod eius contrarium, malum videlicet, odiatur. Tertia ratio est talis: Multi agunt propter turpe, & malum sicut homicide, & fornicarij, ergo nō omnia agunt ex amore pulchri, & boni. Respondeo, & dico, quod tales mouentur in suis operib. ab aliquo, quod habet similitudinem primi pulchri, & primi boni, appetit. n. fornicator delectationem, quæ uerè, & maximè est in Deo. Quarta ratio talis est: Phil. dicit primo Eth. q. multi sūt scientes, & contraria agentes, aut igitur scientia eorum est recta, aut operatio; sed constat, q. scientia recta est, ergo operatio erit non recta, ergo operantur tales contra illud quod per scientiā sciunt pulchrum & bonum, & sic nō operantur ratione aliquius boni, & pulchri. Respondeo, & dico, quod tales quamuis sciant secundū scientiā rectam illud quod agunt esse malum, & turpe in generali, tamen per aliquā passionem apprehendunt illud, ut tunc bonū sibi, & ideò mouentur, & agunt propter similitudinē primi pulchri, & primi boni. Hæc b. Th. 1. 2. q. 28. art. 9. utrū omne agens agat omnia ex amore, arg. contra & in cor. q. & in sol. trium arg. & ibid. 29. art. 2. utrum amor sit causa odij, arg. contra, & in sol. 2. arg. Et iterum Alber. in q. quas fecit super scrip. super Diony. 4. c. de diui. no. utrum omnia agant amore boni, & pulchri in sol. duorum art. Re. infra bonum in communi.

C A P. VI.

Circa amorem, tertio cōsideranda est est proprietas, uel causalitas in peccando, nam amor sui aliquo modo est causa omnis peccati. Vbi sciendum, quod amor sui est duplex, scilicet ordinatus, & inordinatus. Primò. n. amor sui ordinatus est amor rationalis, & naturalis, scilicet cum quis vult sibi bonum, quod sibi congruit, & talis amor est debitus, unde, & præcipitur

homini, ut diligat suum proximum sicut seipsum: Lucæ. 10. Ratio autem naturalis huius est quia amicabilia. i. opera amicitiae, quibus aliquis ad amicos utitur, videntur processisse ex his, quæ sunt hominis ad seipsum, sic. n. uidetur vnus homo esse alteri amicus, si eadem agit ad amicum quæ ageret ad seipsum, ut dicit Philof. Eth. li. 3. Amicabilia autem &c. & b. Tho. in scr. ibi. Secundò amor sui est inordinatus, & talis est uenialis, vel mortalis. Primò est amor sui inordinatus, scilicet dum aliquis seipsum nimis diligit, tamē citra Deum, & tunc est venialis, & stat simul cū charitate, unde non est causa omnis peccati. Secundo est amor sui inordinatus, qui est contra Deum, & talis non potest esse, simul cum charitate, eò quod perducit vsq. ad contemptum Dei: & ideò talis amor sui, est causa prima omnis peccati, non autem causa propinqua. Hoc autem dupliciter probo. Primò auctoritate Aug. super psa. 14. sic dicentis. Duas ciuitates duo faciunt amores. ciuitatem Hierusalem facit amor Dei vsq. ad contemptum sui: ciuitatem Babylonis facit amor sui vsq. ad contemptum Dei. Et subdit: Interroget igitur se quisq. quid amet, & inueniet unde sit ciuis: contemptus autem Dei est causa omnis peccati: ergo amor sui est huiusmodi. Secundò hoc idē probo ratione sic: Propria, & per se causa peccati est accipienda ex parte conuersionis ad commutabile bonum, ex quo verbo talem rationem formo: Inordinatus appetitus alicuius boni temporalis est causa omnis actus peccati: sed talis appetitus inordinatus procedit ex hoc, q. aliquis inordinate amat seipsum: ergo amor sui inordinatus est causa omnis peccati. Sed fortè argues in oppositum, & dices, q. quattuor sunt, quæ uidentur esse causa omnis peccati, concupiscentia, amicitia aliena, superbia, & auaritia, & non amor sui. Primò. n. concupiscentia uidetur esse causa omnis peccati: quod probo, quia super illo uerbo apo. ad Ro. 7. Occasione accepta peccatū per mandatū operatū est in me omnem concupiscentiam: dicit gl. Aug. Omne enim peccatum ex concupiscentia animæ fit excitata a fomite. Respondeo, & dico, q. concupiscentia qua aliquis appetit sibi bonum reducitur ad amorē sui inordi-

ordinatū, sicut ad causam; ut patet ratione prædicta. Secundò amicitia aliena, & non propria uidetur esse causa omnis peccati: quod patet, quia sicut homo quādoque peccat propter inordinatum amorē sui: ita interdum peccat propter amorem inordinatum proximi: ergo amor sui nō est causa omnis peccati. Respondeo, & dico, quod amicus est quasi alter ipse, & ideo qui peccat propter amorem proximi: videtur propter amorem sui peccare. Tertiò argues contra de timore, quia super illo verbo psal. Incensa igni, & suffossa, dicit Aug. Omne peccatū procedit, vel ex amore malè inflāmantæ, vel ex timore malè humiliatæ: ergo amor sui nō est causa omnis peccati. Respondeo, & dico, quod peccatū quod committitur ex timore malè humiliante, reducitur sicut ad causam ad peccatum quod committitur ex amore malè accedente, sicut timor nascitur ex amore, unde sicut appetitus inordinatus alicuius boni temporalis procedit ex inordinato amore sui, sicut ex causa, sic fuga inordinata alicuius mali: propter hoc. n. homo, uel appetit bona, vel fugit mala, quia amat seipsum. Hæc B. Th. prima secundæ. q. 77. ar. 4. utrū hæc passio quæ est amor sui sit causa seu principium omnis peccati, arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg.

Sed forte quæres, si peccatū timoris ex peccato amoris procedit, sicut timor ab amore, propter quid vel quare amor nō excusat a peccato nec a toto nec a tātō sicut timor? Respondeo, & dico, quod non ē simile de amore, & timore. Cuius ratio est, quia principium timoris est extra voluntatē, & ideo quanto plus est de timore, tātō plus est de excusatione peccati: unde ē aliquis timor, qui potest cadere in virum constantē, sicut patet infra Matrimonium de consensu, qui per metū fit. Req. ibi: sed principium amoris est in voluntate, & quātō plus malum est in voluntate, tanto est maius peccatum, & minus excusatur, & plus aggrauatur. Hæc Alex. secunda parte sum. q. 176. attic. 3. in cor. q. Tertiò argues, quod peccata alia sūt causa omnis peccati, & primò de superbia dicitur Eccl. 10. Initium omnis peccati. superbia. Secundo idem dices de auaritia: unde Apost. prima ad Thi. 6. Radix omnium malorum est cupiditas. Respondeo, & dico, quod

inordinatus appetitus dominandi, qui pertinet ad superbiam, & inordinatus appetitus habendi, qui pertinet ad auaritiam, ex inordinato amore sui ipsius procedūt: propter hoc. n. quod homo seipsum inordinatè amat, hoc inordinatè appetit, & contrarium fugit, ut dicit B. Th. prima secundæ, ubi supra in sol. 3. arg. in fine.

Ad euidentiā tamen illarum auctoritatum Eccl. & Apost. est sciendum, quod dictum utriusque est uerū, quod nullū genus peccati est, quod aliquando nō proueniat ex superbia, aliquādo uerò ex cupiditate, vel auaritia, ut uerbi gratia. Est utique aliquis homo, qui cupiditatē sit, superb. & aliquis est, qui ex superbia sit cupidus. Nam aliquis homo est, qui non esset amator pecunie, nisi per hoc putaret se excellentiorem esse, & est aliquis, qui non amaret excellere, nisi putaret per hoc maiores diuitias se habere. Hæc in gl. supra. Radix omnium malorum est cupiditas. Quare autem superbia dicitur esse initium, & cupiditas radix omnium malorum? Respondeo, & dico, quod omne peccatū fit per auersionem a creatore, & per conuersionē ad creaturam: sed peccatum superbiæ fit per auersionem a creatore, peccatum uerò cupiditatis fit per conuersionem ad creaturam: unde cum prius in peccato sit auersio, rectè superbia dicitur initium omnis peccati tanquam prius, & superius, auaritia uerò dicitur radix tanquā inferius, & posterius, nam radix inferius manet. Sed forte quæres, cum a luxuria, sicut a concupiscentia possunt omnia peccata oriri, ut patet infra, quare luxuria non dicitur esse initium, vel radix omnium peccatorū, sicut dicuntur esse initium, uel radix omnium peccatorū cupiditas, uel superbia? Respondeo, & dico, quod ratio huius est, quia habito sine cupiditatis, qui est rerū abundantia, vel habito sine superbiæ; qui ē alijs præesse, cetera peccata facillimè committi possunt: non autem sic est de luxuria, nam eius sine habito, non tamen sequitur, quod mala alia oriri possunt. Tamen omnium peccatorū istorum, & aliorū principium est, & causa amor inordinatus sui, ut dixi. Quod etiam probo auctoritate Apost. qui postquā dixit secunda ad Thi. 3. Instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes subdidit: Su-

Quare
super-
bia dica-
tur ra-
dix om-
niū pec-
catorū.

anamor perbi, elati, cupidi. &c.

Sed forte quæres, vtrum amor sui sit odium sui: respondeo, & dico, quod amor sui est triplex, .s. naturalis, diuinæ similitudinis, vitiosæ corruptionis. Primus amor sui est naturalis, & est debitus, de quo dicit Aug. quod non oportuit præcipuè præcipi, .s. q̄ homo seipsum diligeret, hoc. n. a natura inest, propter quod in primis diligit homo seipsum. Secundus amor sui est diuinæ similitudinis, vel imaginis: de quo dicit Aug. in lib. de vera religione. In eo nihil præter hominem diligit: idest creaturam Dei ad imaginē dei factam. Tertius amor sui est amor vitiosæ corruptionis: de quo in psal. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Talis enim amor indebitus est odium sui: nō per essentiam, sed per cōcomitātiā, eo q̄ ad amorem sui indebitum, idest ad amorē peccati sequitur odium diuinæ imaginis, quæ, per peccatum deformatur, & maculatur, & per cōsequens odium boni naturalis, quod per peccatum corrumpitur, uel diminuitur. Hæc Alex. ubi supra art. 9. in cor. q. Et propter hoc dicitur, Io. 12. Qui amat animam suam p̄det eam: & qui odit animam suam in hoc mūdo in vitam æternam custodit eam. Quæ uerba multipliciter exponuntur. Primò. n. Aug. trib. modis exponit Primò sic. Qui indebitè se diligit, odit, ergo per oppositū si bene te oderis tunc te amasti. Requi. supra immediatè. Secundò modo exponit sic. Qui amat in hac uita, perdet in futuro, unde subdit. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam: non amat, sed animam odit in hoc mundo, qui diligendo deum potius quā in eū peccet eligit occidi. Tertio modo exponitur sic secundū gl. Qui odit animam suam. i. vitam suā in hoc mūdo, .i. qui nō quærit quæ sua sunt; sed quæ Iesu Christi, quæcūq. bona, siue in tēporalib. siue in spiritualib. propter deū faciēs, uitā recipiet eandē in melius cōmutatam, pp̄ quod subdit. In uitam æternam custodit eam. Quarto modo Chry. sic exponit. Ille amat animam suam in hoc mundo, qui desideria eius inconuenientia facit. Ille autem odit eam, qui non credit nec cedit ei noxia concupiscenti. Et non dixit. Qui non credit, nec cedit ei, sed qui

odit. Quemadmodū. n. eorum quæ odio habentur, nec uocem audire sustinemus, nec vultum videre delectamur, ita, & animam contraria ingerit, quæ Deo non placent, cum vehementia doloris, uel displicentia auertere oportet. Quinto modo Theophilus sic exponit. Qui odit animam suam in hoc mundo. Non enim in perpetuum iubetur animam odiri, sed in hoc mundo: & quare? uide emolumentū. In uitā æternam custodit eam. Vbi Chry. sic ait. Dulcis quidē est præsens uita his, qui affixi sunt, si enim quis ad cælum respexerit videns, quæ illis sunt bona, cito contemnet uitam præsentem. cum. n. appauerit melior contemnitur peior, ideo merito dixit, uitam æternam.

C A P. VII.

POST prædicta circa amorem in generali considerata sunt tria scilicet culpa qua reprehenditur: causa qua producit: efficacia qua extollitur. Primò circa amorem considerata est culpa, qua reprehenditur; nam amor bonus est laudabilis, amor uero malus vituperabilis. Sed forte quæres unde habet amor quod sit bonus, uel malus, & per consequens laudabilis, uel uituperabilis? Respondeo, & dico, quod amor tripliciter considerari potest. .s. absolute, & ex parte sui: & ut concordat rationi, & ut repugnat rationi. Primo. n. amor potest considerari absolute ex parte sui, & tunc non est laudabilis, uel uituperabilis, quod dupliciter probō. Primò auctoritate, nam Philo. dicit. 2. Ethic. quod passionib. neq; laudamur, neq; vituperamur, sed amor est prima passio, & causa omnium passionū, ergo amor de se nec est laudabilis, nec uituperabilis, & per consequens, nec bonus, nec malus moraliter. Secundo hoc idē probō similitudine, quia sicut nec laudatur, nec vituperatur, qui timet, aut irascitur, sic nec q̄ amat, uel odit, ut infra patebit. Secundò amor pōt cōsiderari, ut cōcordat rōni, & tūc est amor bonus, & rectus, quod patet, q̄a oēs affectiones aīæ rectas, & bonas facit, ita dicit August. 14. de Trini. Rectus amor oēs istas affectiones aīæ rectas habet. Metuit. n. peccare, cupit p̄seuerare, dolet in peccatis, gaudet in operibus bonis. Et Beda in Homel. super Lucam sic ait:

Amor tripliciter considerari potest.

Amor
inordi-
natus ē
malus.

ait: Verus amor ueritatē amat, in ueritate iudicat, pro ueritate certat, cum ueritate opera consumat. Tercio amor potest cōsiderari, ut repugnat rōni, & tūc est malus, & per consequens vituperabilis sicut & aliæ passionēs: ut timor & ira, & aliæ affectiones præter, uel cōtra rationem sunt malę. Quod autem amor inordinatus. s. cōtra rōnem sit malus probo quattuor rationib.. s. ex parte subiecti, obiecti, modi, & termini. Primò ex parte subiecti sic: Actus indebitus ideò est pētūm, quia uolūtarius, ut dicit Aug. sed amor, uel quęlibet alia passio subiaceret imperio uoluntatis, & rationis: ergo amor indebitus qui. s. est contra rationem, ex eo quod est uoluntarius est peccatum. Vbi nota q̄ affectiones animæ ut amor, gaudiū, spes, ira, timor, & huiusmodi dicuntur uoluntarię duob. modis, uel ex eo q̄ a uoluntate imperantur, uel ex eo quod a uoluntate non prohibentur, Secundò hoc idē probo per locū a maiori sic: Magis subiaceret amor, & ceterę passionēs imperio uoluntatis, & rōnis, eo quod appetitus, sensitius est eis propinquior, quam motus membrorum exteriorū, sed motus membrorum exteriorum sunt boni, uel mali, secundum q̄ sunt uoluntarij: ergo magis amor, & ceterę passionēs. Hęc b. Tho. prima 1 q. 24. utriū aliqua passio animę moraliter sit bona, uel mala, arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg. Secundò hoc idem probo ex parte obiecti sic: Si oppositum in proposito, & oppositum in opposito: sed amor boni cōuenientis est melioratiuus, & perfectiuius amantis, & per consequens meritoriuius, quod patet, quia homo maxime melioratur, perficitur, & meretur per amorē Dei; ergo &c. Per oppositum amor boni quod non est conueniens, & lēsiuus, & deterioratiuus amantis, & pconsequens demeritoriuius, vñ homo maximè læditur, & deterioratur, & demeretur per amorē peccati: secundum illud Osee. 9. Facti sunt abominabiles sicut ea quę dilexerunt: ergo amor boni quod non est conueniens est peccatū, Hęc b. Th. ubi supra q. 28. art. 5. utrum amor sit passio lēsiua, in cor. q. iuxta principium. Sed contra, si amor est bonus, quia boni, cum omnis amor sit boni, & non mali, quia non est amabile nisi bonū, ut dicit Philosoph. 1. & 8. Ethic. ideo

omnis amor est bonus, & nullus malus. Respondeo, & dico, quod amor ille est bonus, qui tendit in id, quod est simpliciter bonum: amor autem autem ille est malus in quantum tendit in id, quod nō est simpliciter uerū bonum, sed apparens bonū: unde in quantum illud quod est secundum bonum apprehenditur, ut simpliciter bonum, & sic ut simpliciter bonum amatur, in tantum ille amor est malus, ut dicit b. Tho. prima 2. q. 27. art. 1. in sol. 1. arg. & infra cap. sequenti patebit.

Tercio amor est contra rationē: & per consequens malus ex parte modi amandi, nam modus importat quandā determinationem mensurę: ut August. dicit 4. super Gen. ad litteram. Modus est quē unicuique propria mensura præfigit: unde amor est boni tantum ut patet, tūc mensura modi debet esse secundū mensuram boni. s. ut tanti sit quantitas amoris, quāta est quantitas boni, uel bonitatis. Si autem bonum sit magnū, & amor parens, tunc amor est contra rationē, & per cōsequens malus: & quia Deus absq. mensura, uel quantitate finita est bonus, eò quod ipse est infinitę bonitatis, ideò sine modo aliquo debet diligī, ut diligatur ex toto corde, id est quantumcunq. potest diligī, ut Aug. dicit in lib. de morib. ecclesię. Et iterum in li. confessionum sic ait: Imensus es domine, & sine mensura debes amari, & laudari, ab his, quos tuo precioso sanguine redemisti. Infinita ergo bonitas diuina meretur ut Deus a uobis infinitē. i. sine modo, uel mensura ametur, preciositas beneficiorum eius, & utilitas consecuta meretur, ut a nobis Deus sine fine laudetur, unde impossibile ē quod homo ad hoc deueniat, uel perducatur, ut semper Deo non sit debitor gratiarum actionis, quasi ab eo habens totum quod est, ut dicit b. Th. 3. scilicet. dist. 2. ar. 3. utrum aliqua pura creatura poterit satisfacere pro humana natura, in sol. primi arg. De modo autem diligendi Deum require infra Dilectio, uel infra Charitas uię, uel patrię.

Quarto amor est contra rationem, & per consequens malus ex parte termini, putā cum amatur bonū non ratione qua est bonum simpliciter, sed ratione qua ē sibi secundum quid bonum, ut uerbi gratia Amor quo aliquis amat Deum non pro-

propter seipsum; sed propter aliquid aliud. si propter commodum, vel bonum proprium, quod inde expectat non est bonus amor. Cuius ratio est, quia amor quo deus amatur non propter seipsum, sed propter commodum proprium, est amor concupiscentiæ, & non amor amicitiae, ratio autem recta vult, ut deus propter seipsum ametur, & honoretur, unde quicquid amoris, vel dilectionis potest esse sine ratione recta non habet rationem boni, & quicquid boni est in amore, vel dilectione est ex ratione recta. Hæc magister. Hæcens doctor egregius ordi. fratrum prædicatorum in lib. de quatuor materijs: de præ eminentia intellectus, & voluntatis. q. 10. utrum actus voluntatis sit propter actum intellectus, in fine. q. unde B. Aug. ostendens quot modis amor sit ordinatus, & malus in lib. de doctrina christiana, sic ait. Ille inordinatam, & malam habet dilectionem, qui diligit quod non est diligendum, aut equè diligit quod minus, vel amplius est diligendum, aut minus, vel amplius diligit quod equè est diligendum, aut non eo fine, vel ea intentione diligit qua est diligendum.

C A P. VIII.

Secundo principaliter circa amorem consideranda est causa qua oritur, vel procedit, nam triplex est causa amoris, scilicet boni perfectio, cognitio, assimilatio. Prima causa amoris est boni perfectio, quod tali ratione ostendo: Perfectio cuiuslibet rei est causa amoris, sed ex hoc unumquodque est bonum, quia est perfectum, nam bonitas rei est perfectio rei, ut dicit B. Th. contra gentiles. lib. 1. ca. 37. Rubric. quod deus est bonus ratione illa; ergo bonum est causa amoris. Quod autem bonum sit causa amoris probo triplici ratione, scilicet ratione vigoris, proportionis, quietationis, vel finis. Primo ratione vigoris, vel uirtutis sic. Illud proprie est causa amoris quod est obiectum amoris, sed proprium obiectum amoris est bonum, quod patet per Aug. 8. de Trinitate. qui dicit, quod non amatur nisi bonum, ergo bonum est causa amoris. Secundo hoc idem probo ratione proportionis sic. Illud est causa amoris, quod est amanti propor-

tionatum seu conueniens, sed tale est bonum, quod patet, quia amor importat quandam conuenientialitatem, & complacentiam amantis, ad amatum, ut patet supra c. de diffinitione amoris, ergo &c. Tertiò hoc idem probo ratione quietationis, vel finis sic. Illud est causa amoris, in quod fertur, uel in quo tendit amor, cum ipsum non habet, sed amor qui nihil aliud est, quam complacentia appetibilis (ut patet supra ex diffinitione ipsius) fertur per desiderium in bonum, quod non habet, & per gaudium, uel delectationem quiescit in bono, quod habet, ergo bonum est causa amoris.

Ex his autem rationibus teneo talē conclusionem, scilicet quod si est bonum, aliquo amore est amabile; & si est amor, est alicuius amabilis, scilicet boni, quod tali ratione, & ostendo: Posita causa ponitur effectus, & per consequens remota causa remouetur effectus, sed bonum est causa amoris, ut patet per rationes: ergo posito bono ponitur amor, & sublato bono tollitur amor, & econuerso. Sed forte argues in oppositum, scilicet quod bonum non est causa amoris duplici ratione. Prima ratio est talis: Bonum non est causa amoris, nisi quia amatur, sed contingit etiam malum amari, ut in psal. dicitur. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam ergo non bonum, sed malum est causa amoris. Respondeo, & dico, quod aliquid amatur, seu desideratur duplici ratione, aut quia est bonum, aut quia apparet, uel uidetur bonum. Et inter ista duo bona, vel inter istos duos amores est talis differentia, quia illud quod est simpliciter bonum est uerum bonum, & ideo amor quo tale bonum amatur, & desideratur est bonus amor, & verus: bonum autem apprensus non est simpliciter uerum bonum; unde non mouet per se ad amorem, sed secundum, quod habet aliquam speciem vel apparentiam boni, & ideo amor, quo amatur id, quod non est simpliciter uerum bonum est malus: & per hunc modum homo diligit iniquitatem, ut in psal. dicitur, non enim ratione iniquitatis, quia malum sub ratione mali non est amabile, sed ratio alicuius apparentis boni in quantum per iniquitatem adipiscitur aliquod bonum puta delectationem, uel pecuniam, uel huiusmodi. Secunda ratio ad idem est talis. Philosophus

Iosop hus. 2. rethoricorū dicit, q̄ eos, qui mala sua dicūt, amamus. & 4. Ethic. dicit, q̄ iactantes, qui bona sua dicūt, & extollunt sunt onerosi, vel odiosi: ergo videtur q̄ malū sit causa amoris, & bonū sit causa odij. Respōdeo, & dico, q̄ illi, qui mala sua dicūt, nō amantur propter mala, sed propter hoc, quod dicunt mala: hoc enim quod est dicere mala sua habet rationem boni, inquantum excludit fictionem seu simulationem, & per oppositum illi, qui de seipsis bona extollunt, nō odiuntur ex hoc quod bona dicunt, sed quia fingunt se esse quod non sunt, vel bona sua extollunt plusquam sunt, quorum vtrumque habet rationem mali, propter quod merito odiuntur. Re. infra Simulatio. Hęc B. Thom. prima. 2. q. 27. arti. 1. vtrum bonū sit causa amoris: argu. contra, & in cor. quærit. & in solu. argum.

C A P. IX.

S E C V N D A causa amoris est boni cognitio, quod tripliciter probō, scilicet auctoritate, ratione, & similitudine. Primo probō auctoritate Beati Aug. 10. de Trin. sic dicētis. Nullus pōt aliquid amare in cognitū, & subdit. Inuisa diligere possumus, incognita autem nequaquā. Secundo hoc idem probō ratione sic. Bonū nō est causa quare amatur, & desiderat nisi prout est apprehensum, vt conueniens, sed non apprehenditur bonum vt conueniens, nisi per aliquam virtutem, vel potentiam cognitiuam, ergo cognitio boni est causa amoris, vel causa qua bonum amatur. Tertiō hoc idem probō similitudine, quia sicut se habet visio corporalis ad amorē sensitiuum: ita visio intellectualis ad amorem spirituales, sed visio corporalis est amoris principiū sensitini, vel corporalis: vt dicit Philosophus. 8. ethi. ergo cognitio, vel contēplatio spiritualis pulchritudinis, vel bonitatis est principiū, vel causa amoris spūalis. Sed forte argues in oppositū, scilicet q̄ cognitio non est causa amoris, & hoc duplici rōne. Prima talis est. Si cognitio est causa amoris, vt dicis, tunc nō posset inueniri amor, nisi vbi esset cognitio, sed hoc est

falsū: eo quod in pluribus est amor quā cognitio: verbi gratia. In lapidibus, & in omnibus rebus naturalibus inuenitur amor naturalis, vt dicit Diony. 4. capitu. de diui. no. Ridiculum autem est dicere, quod in lapidibus, & in alijs huiusmodi rebus sit cognitio: ergo cognitio non est causa amoris. Respondeo duobus modis. Primō q̄ amor, ppriè loquendo, non est nisi in illis in quibus est cognitio: loquendo tamen communiter, & transumptiue nomen amoris transsumitur, & transfertur ad alia, ad quæ nomē cognitionis nō potest extendi. Respondeo secūdo modo, quod amor propriè est in illis q̄ ex seipsis ad aliud ordinantur. Illa autē, quæ ab alijs in aliud ordinantur, nomen amoris recipere possunt ex cognitione aliqua, non quod sit in eis, sed in ordinantibus, & dirigentibus ea, ita quod in omnibus reb. naturalib. causatur amor ex aliqua cognitione: non quidē in ipsis rebus naturalibus existente: sed in eo qui instituit naturam sicut ponitur exemplum conueniens de sagitta, quæ non propria cognitione, sed sagittantis ad signum tendit, sicut etiam de lapide est tendente deorsum. Secunda ratio in oppositum est talis. Si cognitio esset causa amoris sequeretur duo, scilicet quod Deus nō posset immediatē in hac vita amari: & quod deus non posset in hac vita magis amari quā cognosci, sed vtrumque istorum est falsum. Quod autem ita sit probō consequentiā, & falsitatem consequentis quantum ad ista duo. Primō enim si cognitio est cā amoris sequitur, quod illud quod non cognoscitur immediatē nō possit amari immediatē, sed hoc est falsum, quia deum nō cognoscimus in hac vita immediatē, sed per speculum in enigmate, vt dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 13. ergo nec eum immediatē amamus, q̄ est falsum: eo q̄ charitas viē immediatē inhæret Deo. Respōdeo, & dico, q̄ licet amor semper presupponat cognitionē, eo q̄ incognita amari nō possunt, vt patet ex dictis, nō tamē oportet, q̄ sit ibi ordo cognitionis, & dilectionis. Cuius ratio est, quia dilectio est terminus cognitionis, & ideo vbi desinit cognitio in ipsa re quæ per aliam cognoscit, ibi statim dilectio incipere pōt: unde

vnde hæc est causa, ppter quã licet Deus immediatè in hac vita nō possit cognosci, potest tamen immediatè amari. Secunda si cognitio est causa amoris (vt dicis) sequitur q̃ vbi est maior cognitio ibi sit maior amor: sed hoc est falsum, & eius oppositum verum, eò q̃ Deus in hac vita parũ cognoscitur, uel potest cognosci, & tamen potest multum in hac vita amari. Respōdeo & dico, q̃ in hac vita dilectio Dei præminet cognitioni Dei, præcipuè quò ad duo. Primò ex hoc q̃ præsupponit cognitionem: ex hoc enim q̃ dilectio Dei est maius aliquid quã cognitio Dei, maximè secundum statum uiæ, ideò præsupponit eam, & non è conuerso. Secūdò ex hoc q̃ in uita hac Deũ cognoscimus per id, quod parum ducit eius cognitionem, s. per creaturam, & non è conuerso, amamus eum in se, & nō per creaturam, ideò Deus plus potest à nobis in hac vita amari, quam cognosci. Quod autè Deus in hac vita in se, & non in creatura, vel per creaturã possit amari probo tali ratione: Dilectio Dei præsupponit cognitionem Dei, vt patet, quia cognitio, quæ habetur de Deo ex creaturis non requiescit in rebus creatis, sed per eas in aliud tendit, s. in cognitionẽ Dei. In illa cognitione, quæ hic habetur de Deo, dilectio incipit, & per hoc ad alia deriuatur per modum cuiusdam circulationis, dum cognitio à creaturis incipiens tendit in Deum: & dilectio à Deo incipiens sicut ab vltimo fine deriuatur ad creaturas. Hæc B. Thom. prima 2. q. 27. art. 2. vtrũ cognitio sit causa amoris, argu. contra & in cor. q. & in solu. argu. & 3. script. sent. dist. 27. artic. 4. vtrum cognitio sit altior amore in so. 3. & vltim. arg. & iterũ secunda secundæ. q. 27. art. 4. utrum Deus in hac vita possit immediatè amari, in solu. 1. & 2. argumenti.

C A P. X.

T E R T I A causa, uel radix amoris est assimilatio. Vbi sciendum q̃ per se radix amoris est similitudo: per accidens uerò dissimilitudo. Primò dico q̃ loquendo p se radix, & causa amoris, uel amicitie est similitudo amati ad amantẽ: quod tripli-

citer probo, s. auctoritate, ratione, & cõmuni opinione, uel locutione. Primò .n. pbo auctoritate Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile, sicut & omnis homo proximũ sibi. Et subditur: Omnis caro ad similem sibi coniũgitur, & omnis homo sibi simili sociabitur. Secūdò hoc idẽ probo ratione: vt enim dicitur s. metha. q̃ idẽ in qualitate facit simile, ex hoc .n. q̃ aliqui duo sunt similes, quasi habẽtes vnã formam, sunt quodammodo idẽ in forma illa, sicut duo homines qui sunt similes quasi habẽtes vnã formam, sunt quodammodo vnũ in forma illa, sic duo homines sunt vnũ in specie humanitatis, & duo alba in albedine. & ideò ppter hanc similitudinẽ in specie, vel qualitate affectus vnus tendit in alterum, sicut in vnum sibi, & vult ei bonum sicut, & sibi. Tertiò hoc idẽ probo communi opinione quorũdam Philosophorũ naturalium, & præcipuè Empedoclis, qui dixit q̃ simile appetit sibi simile, ad ostẽdendũ q̃ simile p se loquẽdo naturaliter est amabile, & desiderabile. Quartò hoc idẽ probo ex sui oppositione, quia dissimilitudo per se loquẽdo est causa odij, quod tripliciter probo. Primò sic: Contrariorum .n. est pugnare ad inuicẽ: sed amicitia remouet omnẽ pugnam: ergo ex dissimilitudine, vel contrarietate amor, vel amicitia impeditur. Secūdò hoc idem probo auctoritate Aug. in lib. soliloquiorũ: Amo homines nō ex eo, q̃ animalia (ecce dissimilitudo sed quia homines sũt. i. quia rationabiles aĩas habẽt, quas amo (ecce similitudo.) Tertiò hoc idẽ probo auctoritate Apostoli. 2. ad Corinth. 6. dicentis: Quæ est participatio iustitiæ cũ iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis, & infidelis? quasi diceret nulla. Vnde sicut similitudo, vel corporũ, vel morum, vel affectionum, vel virtutum est per se causa amoris, vt patet, ita dissimilitudo horũ est per se causa odij: vnde quia non est conuenientia lucis ad tenebras, lupi ad agnũ, criminis ad hominẽ sanctũ, ideò ad inuicem nō amicitantur, sed mutuo odiunt, & aduersant: vnde Sene. in extrema parte epistolę sic ait: Dissimilitudo morũ, distantia vitę, & ingenia contraria amicitiam soluunt. Pater

ergo

ergo ex supradictis, q̄ radix amoris per se loquendo est similitudo amati, ad amātem, quia fit ei bonum, & conueniens scilicet amatum amanti propter similitudinem talem.

Dissemi-
litudo
quō sit
causa
amoris.

Secundo vero dico, q̄ per accidēs cōtingit dissimilitudinem esse cām amoris, & similitudinem esse causam odij: Et hoc p̄cipuē propter tres rationes. s. propter displicentiam, repugnantiam, indigentiam. Prima ratio est propter sui displicentiam. Cū enim aliquis ex aliqua sui mala p̄prietate displicet sibiip̄si, putā cum quis odit uitium aliquod in seipso: tunc oportet, q̄ odiat illum qui in tali uitio est similis sibi, eo q̄ talis affectui suo contrariatur, & per oppositū oportet, q̄ diligit illum, qui in tali uitio est sibi dissimilis, quia ex hoc ipso, q̄ est sibi dissimilis in conditione, efficitur similis affectui suo. Secunda ratio quare similitudo est per accidens causa odij, & dissimilitudo causa amoris est propter repugnantiam: nam quando aliquis ex similitudine impedit amantē ab amati fruitione; tunc similitudo est causa odij, quod tantū cōtingit in amore concupiscentiæ: quod sic patet. Dictum est. n. supra, q̄ amore concupiscentiæ amans propriē amat seipsum, cui vult illud bonum, quod cōcupiscit. Magis autem vnusquisq; se amat quā alium. Cuius ratio est, quia sibi vnus est in substantia, alteri vero in similitudine alicuius formæ. Et iō si ex eo quod aliquis est sibi similis in participatione formæ, impediatur ipsemet à cōsecutione boni: qđ amat, ei efficit̄ odiosus, non inquantū est sibi similis p̄ se, sed inquantū est boni p̄prij impeditiuus. Videmus. n. quod artifices vnus artis corrixantur ad inuicem: cum alijs autem artificibus pacificē viuūt. Cuius ratio est, quia cum bona temporalia simul a multis haberi non possunt, ille qui amat lucrum de aliqua re impedit̄, ne consequatur, uel habeat bonum, quod amat per alium similis condōnis, uel artis, & inde nascitur odiū, uel inuidia, ex quibus singuli adinuicem corrixantur, eo quod in proprio lucro adinuicem se impediunt, & inter superbos semper sunt iurgia, ut dī Prouerb. 17. quia se inuicem impediunt in propria excellentia, quam concupiscūt, & inter luxuriosos, & lasci-

uos oritur zelotypia, quæ non patitur cōfortium in amato. Tertia ratio est p̄pter carentiam, uel indigentiam. Qui enim est in re aliqua habituatus, non uidet̄ delectari tantum in ea, eo quod ea q̄ cōsueuimus non ita percipimus, sicut patet de fabris, quorum aures sonis malleorū sunt plenæ: sed quando aliquis nō habet præsentiā amati, quo uehementer indiget, quia per seipsum uiuere non potest, nec sine ipso manere cum de nouo trāsformatur in ipsum, & quod vult habet, tunc magis amorē percipit, & magis feruet. Qđ dupliciter probo. Primo exemplo naturali, nam terra desiccata magis desiderat, & amat pluuiam, quā madefacta, uel humefacta (ut dicit Empedocles) quasi magis indigens ea. Similiter stomachus vacuus amat cibum, quem cibus plenus abhorret. Secundo hoc idem probo auctoritate August. 10. de Trini. cap. vlt. qui dicit, quod amor ipse non ita sentitur esse cum eum non prodit indigentia: quoniam cū semper præsento est quod amatur, quamuis apud præsentiā amati non sit amor minor, sed minus perceptus. Hæc Philosophus. ethi. lib. 8. c. 2. Dubitatur autem de ipsa. s. amicitia non pauca. hi quidem. n. similitudinem ponunt ipsos, & similes amicos: hi autem ex contrarietate singulos omnes tales adinuicem aiunt esse, & B. Tho. in scrip. ibi. & iterum. B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 27. artic. 1. & 3. quid sit amor, in solu. 3. arg. Item prima secundæ. q. 27. art. 3. utrū similitudo sit causa amoris: arg. contra, & in cor. q. & in sol. argum. per totum.

C A P. XI.

CIRCA amorem, tertio, principaliter considerata est efficacia qua extollitur. Nam amor diuinus quam plurimas uirtutes, & proprietates uelut eius effectus habet, de quibus quattuor capitula faciemus. Habet enim diuinus amor respectu omnium quattuor singulares uirtutes, scilicet communicatiuam, motiuam, coordinatiuam, eleuariuam. Primò amor diuinus habet uirtutem communicatiuam, uel causatiuam: unde Diony. 4. capit. de diui. nom. dicit

11

Prima
virtus a
moris.

dicit

dicat, q̄ amor diuinus nō dimisit ipsum. s. Deum manere in seipso sine germine. i. quin suam bonitatem communicaret: vnde Diony. dicit ibidem: Amor diuinus cuncta facit, cuncta perficit, cuncta continet, cuncta conuertit. Quæ exponens Alber. sic ait ibidem: Amor diuinus. i. Deus amans, cuncta facit liberaliter, & principaliter, cuncta perficit formaliter, & integraliter, cuncta cōtinet indiuisibiliter, & eminenter, cuncta cōuertit ordinabiliter, & finaliter. Ratio autem huius communicationis est illa, quia cum amor sit boni, & bonū sit diffusiuum sui ipsius, Deus qui est summē bonus, maximē seipsum communicat, & diffundit: unde Diony. subdit ibidem. Amor diuinus est bonus boni, & propter bonum, ubi Alber. sic ait: Amor diuinus. i. Deus amans, est bonus essentialiter, idē optimus: & est boni casualiter, quia est creator, & est propter bonum. s. propter seipsum. Requi. infra bonum 1. & 2. cap.

Secūda Secundō amor diuinus habet uirtutē motiuam, uel inclinatiuā: vnde Diony. ibidem: Amor diuinus mouit, & inclinauit ipsum ad productionem, & communicationem, & ordinationem omnium, & ibi. dicit: q̄ Deus est causa amoris, sicut progenitor amoris. Dicitur. n. Deus emissor creati amoris, secundum, q̄ ipse amor in se consideratur in diuersitate essentiæ procedens, sicut à causa æquiuoca. Dicitur autem Deus, progenitor amoris in quantum anima exemplariter ab ipso procedit. sic enim est quasi causa vniuersa eius propter similitudinem exemplaris, & exemplati.

Tertia. Tertiō amor diuinus habet uirtutem coordinatiuam. Cōstituit enim omnia, & ordinauit amor diuinus in certo numero, pondere, uel mensura, ut patet infra bonum.

Quarta Quartō habet amor diuinus uirtutē eleuariuam: unde Diony. ibidem sic ait: Est autem faciēs extasim amor diuinus, non dimittēs sui ipsorum esse amatores i. esse seipsos amātes, sed amatorum. Et ponit exemplū dicens: Propter quod & Paulus magnus in continentia. i. in excellentia diuini factus amoris, & uirtutē ipsius extasi faciēte participās diuino ore. Viuo ego dicit, nō iam ego: in me autē iā

uiuit Christus, sicut verus amator: & extasim passus, uiuere ipse se dicit Deo, & nō sui ipsius: sed amati uita. Requi. de extasi infra ca. 15. & infra: Raptus Pauli. Specialiter autem amor diuinus in homine hæc quattuor bona facit. Primō inclinatur superiora inferiorib. per humilitatem, & cōtemptum sui. Secundō eleuat superiora. Tertiō ordinat æqualia æqualibus. s. homines bonos per uirtutem cordiū, & uniformitatem morum. Quartō transformatur amantem in amatum secundum affectum, & maximē in Deum ut patet infra.

CAP. XII.

Secundo post prædictos effectus, uel ¹² virtutes amoris nota quattuor actus ^{Amor} diuinus ^{est sui ipsius} ^{us expressi-} ^{uus.} alios, uel effectus ipsius. Est enim amor diuinus expressiuus, diffusiuus, reflexiuus, & excessiuus. Primō enim amor diuinus est sui ipsius expressiuus. Nā amor increatus, qui Deus est, manifestat seipsum per naturam procedentem ab ipso in similitudinem sui amoris, aut secundum suam substantiam: unde Diony. 4. lib. de diu. no. sic ait Ipse Deus dicitur amor sic q̄ est manifestatio sui ipsius per seipsum: verbi gratia: Amor diuinus, quo Deus nō amat, manifestat nobis p̄ amorē sensibili 2. Reg. 1. Sicut mater amat unicum filiū, ita ego te diligebam: David dicit de Ionata, & Deus de omni creatura. Omnia verō alia, quæ causat, et manifestat diuinus amor, resoluuntur in manifestationē amoris diuini. Amor autem diuinus non resoluitur in aliquid aliud, ut uerbi gratia. Si. n. quæretur quare deus cōmunicat, et manifestat sapientiam suam, vel quodlibet aliud creaturæ: dicitur, quod quia Deus amat creaturam: Si autem quæretur quare Deus amat creaturam, non erit in aliud resolvere: & ita talis manifestatio amoris principaliter ei attribuitur.

Secundō amor diuinus est sui ipsius diffusiuus ad omnia producta ab ipso: vnde Diony. dicit ibidē, quod meliora. i. superiora, scđum diuersam speciē amant minora. i. inferiora p̄uoluē. i. prouidendo eis:

eis: & hic amor nū est indigentia: sed gratia, s. prouisionis, & liberalitatis, & minora. i. inferiora secundum ordinem speciei amant meliora. i. superiora conuertendo se ad ea: verbi gratia, sicut elementa conuertūt se ad corpora celestia, & mixta ad elementa sicut ad illa, à quibus accipitur uirtutes formales, quibus conseruantur quātum ad esse, & bene esse, & coordinata in eadē specie amant se ad inuicē cōicatiuē, in quantum cōicant sibi ad inuicem ea, quæ pertinent ad societatem speciei: nam ea quæ sunt eiusdem speciei, quamuis sint æqualia in esse specifico, & unū habeat quod aliud, & per consequēs unum cōicetur alteri, tamen non sunt æqualia in actibus indiuidualib. unde vnū indiuiduorum, quantum ad aliquid, pōt esse superius altero, & aliud habere, quod non habet alterum, & hoc communicare sibi sicut vnus generat & alius generatur, & vnus docet, & alius docetur.

**Amor diuinus est sui-
ipſius re-
flexiuus**

Tertiò amor diuinus est suiipſius reflexiuus. Sicut. n. amor diuinus est emanans à Deo, ita reflectitur, uel conuertitur in Deū: unde Diony. dicit ubi supra, q̄ diuinus amor est quidam æternus, & interminabilis circulus. s. principio, & fine in se carens. Ratio huius similitudinis est, quia sicut diuinus amor procedit à Deo qui caret principio, sed tamen est principium omnium, ita tēdit in Deum, qui caret fine, & finis omnium: vnde subdit ibidem Diony. q̄ amor diuinus est præexistens in bono, & existentib. emanans ex bono, & rursus ad bonum cōuersus q. d. Amor diuinus. s. quo Deus creaturas amat est præexistens in bono, hoc est in Deo, quò ad causam exemplarem, & existentibus. s. creaturis emanans ex bono. i. ex Deo quò ad causam efficientem: & rursus ad bonum. s. ad Deum conuersus, quò ad causam finalem.

Amor diuinus excedit omnes alios amores.

Quartò & ultimo amor diuinus est amor omnium excessiuus: excellit. n. amor diuinus omnem amorē inferiorē rerum naturalium, uel sensibilium, & præcipuē in quattuor. s. in pulcritudine, in bonitate, in veritate, in laude. Primò excellit in pulcritudine, quia amor diuinus hēt mirabilem pulcritudinem: amor autē sensibilis ut mundanus, uel uenericus fantastica. Vbi nota q̄ pulcrum dicitur ef-

se illud, in cuius cognitione, uel aspectu quietatur appetitus: unde & illi sensus præcipuē respiciunt pulcrū, qui maximē cognitiui sunt. s. visus & auditus rōni deseruientes. Dicimus. n. pulcra visibilia i. pulcros colores, & pulcros sonos. In alijs autē sensibilib. aliorū sensuū non utimur nomine pulcritudinis, quia non dicimus pulcros sapores ac odores, sed bonos. Sic ad propositū amor diuinus hēt maximā pulcritudinē, eo q̄ appræhensio siue intellectualis cognitio amoris diuini maximē placet intellectui, & per consequens appetitui: amor autē sensibilis ut uenericus maximē displicet rōni, eo q̄ turpitudinē habet uel fantastica pulcritudinem. Secundò amor diuinus excellit omnē inferiorem in bonitate. Cuius ratio est, quia bonū dicitur esse illud quod simpliciter complacet appetitui, & ita facit amor diuinus: sensibilis autē secundum quid. s. appetitui sensitui, & non intellectui. Hac differentiam inter pulcrum, & bonū ponit B. Tho. 1. 2. q. 27. art. 1, utrum bonum sit causa amoris, in sol. 3. arg. in fi. dicens q̄ bonū dicitur quod simpliciter placet appetitui: pulchrum autē dicitur illud cuius appræhensio, uel cognitio placet intellectui: per quæ duo habetur q̄ amor diuinus est bonus, & pulcher, eo q̄ placet intellectui, & appetitui, & per oppositum amor sensibilis, uel uenericus est malus, & turpis, ut patet. Tertiò amor diuinus excellit omnem amorem mundanū in veritate. Cuius ratio est, quia solus amor diuinus est uerus amor: amor autē sensibilis, uel mundanus non est uerus amor, sed idolum ueri amoris, aut magis casus à uero amore, ut Diony. dicit. 4. c. de diui. no. Dicitur autem amor mundanus idolū ueri amoris, eo q̄ sicut idolum habet similitudinem in exteriorib. & non participat aliud de natura rei, sic amor sensibilis, & mūdānus: & ideò talis amor mūdānus melius dī est casus à uero amore quā idolum eius, quia habet aliquid de natura illius ueri amoris. i. diuini licet imperfectē. Quartò amor diuinus excedit oēm amorem sensibilem in laude, quia amor diuinus habet propriam laudem: amor autē mundanus non habet laudem propriam, sed communem tantū in quantum tetinet quādam obscurā similitu-

litudinem veri amoris, ut dicit Diony. ubi sup. & Alber. in comm. ibidem.

CAP.

XIII.

13

Amor
diuinus
reforma-
tum.

Amor
diuinus
conforma-
tum.

TERTIO præter illa quæ de amore diuino sunt dicta superius nota, quod amor diuinus in animo quattuor habet facere. scilicet deformatum reformare, reformatum conformare, conformatum confirmare, confirmatum transformare. Primo amor diuinus habet deformatum reformare. Sicut enim deformitas animæ est per auersionem à bono incommutabili, quod est Deus in peccatis spiritualibus, & per conuersionem indebitam ad bonum commutabile in peccatis corporalibus, ita reformatio, uel reparatio animæ est per auersionem à bono commutabili, & per conuersionem ad bonum incommutabile: hoc autem principaliter facit amor diuinus quantum in se est. Ita dicit Diony. quarto cap. de diu. no. diuinus amor cuncta efficit, cuncta perficit, cuncta conuertit.

Secundò amor diuinus habet reformatum conformare & hoc per affectus unionem ad Deum: unde Dionysius dicit. 4. ca. de diu. no. quod amor quilibet est virtus unitiua. Vbi nota quod triplex est unio, substantialis, realis, & mentalis. Prima unio est substantialis sui ad seipsum: & talis unio identitatis est causa amoris, quo quis amat seipsum: unio autem similitudinis est causa amoris, quo quis amat aliud. Secunda unio est realis, quæ amans quærit de re amata, & est affectus amoris. Tertia unio est mentalis, & est formaliter, uel essentia ipse amor: & hæc unio est secundum coaptationem affectus, uel secundum convenientiam amoris: unde Philosophus refert. 2. politicorum quod Aristophanes dicit quod amantes desiderant ex ambob. unum fieri: sed quia ex hoc sequeretur aut ambob. aut alterum corrumpi, quærunt unionem quæ conuenit, & decet. scilicet ut in actibus amicitiae, de quibus patet, sup.) adinuicem coniungantur. ita quod ex prædictis breuiter patet quod quædam unio est causa amoris, quædam effectus amoris, quædam essentialiter ipse amor. Hæc B. Tho. 1. 2. q. 28. art. 1. in cor. q. & in solu. 2. arg.

Itē con

Tertiò amor diuinus hæt conforma-

tum confirmare: nam diuinus amor. scilicet charitas duobus modis est inseparabilis, ita quod à mente nunquam recedit. scilicet ex parte Dei, & ex parte sui. Primò. n. charitas ex parte Spiritus sancti mouentis nunquam potest separari, vel amitti. Impossibile. n. est hæc duo simul uera esse, vel simul stare posse. scilicet quod Deus moueat aliquem ad amandum Deum, & ipse charitatē amittat peccando. Secundò potest considerari ex parte sui. scilicet charitatis perficientis: & tunc. n. non potest esse, quod habens charitatē peccet, quia sicut calor non potest infrigidare, ita nec caritas peccare, sicut nec iniustitia, vel iniustus in quantum huiusmodi potest benefacere. Et ideo dicit Apostolus, ad Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi &c. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 24. art. 9. in cor. q. Requiritur infra charitas utrum possit amitti.

Quartò diuinus amor habet confirmatum transformare: unde Diony. c. de diu. no. dicit, quod diuinus amor erasim facit. i. amantem extra se ponit, & in amatum transformat. Vbi nota quod ille, qui transformat aliquid in aliud, facit tria. Primò separat unam formam, & mutat in aliam: unde nihil potest in aliud transformari nisi secundum quod à sua forma quodammodo recedit, quia unius una est forma: & hoc modo amans à seipso. i. ab effectu proprio separatur in amatum tendens: Ita dicit Diony. 4. c. de diu. no. Amor diuinus non dimittens sui ipsorum amator esse, sed amatorum extasim facit. Secundò qui transformat aliquid penetrat intima, sicut forma peruenit ad intima formati, & è conuerso, sic diuinus amor penetrans affectum amantis facit amantem intrare ad interiora amati, & è conuerso, ita ut nihil amati amanti non remaneat unitum: & hoc modo amantem in amatum transformat amor diuinus. Tertiò qui transformat aliquid in aliud mutat unam formam in aliam. scilicet ignobilem in nobiliorem, & inferiorem in superiorem, & sic eleuat, & nobilitat transformatum: sic diuinus amor feruens in anima eleuat intellectum extra seipsum, & supra seipsum in quantum abstrahit ab alijs, & intese facit meditari de Deo, & contemplari seipsum. Et similiter eleuat affectum supra seipsum in quantum amans non cõtētus de bono quod habet, quærīt frui

firmat
cõfirma-
tum.

Itē trās-
format
conforma-
tum.

bono aliquo quo se ebullit, & exaltat. Hec B. Thomas. 3. scrip. sen. dist. 21. ar. 1. quid sit amor, in solut. 4. arg. iuxta finem, & iterum prima secundæ. q. 28. art. 3. utrum ex talis sit effectus amoris in cor. q. iuxta finem: & infra seq. cap.

C A P. XIII.

14
Amor
diu. cāt
in ani-
ma uni-
onem.

QUARTO post supradicta de amore diuino nota, quod diuinus amor habet causare quattuor, scilicet unionem intimam, connexionem mutuam, eleuationem extrinsecam, perfectionem maximam. Primo diuinus amor habet causare in anima unionem intimam. Ita dicit Diony. 4. ca. de diu. nom. Amor est virtus intima, & concretiva. Est n. duplex unio, scilicet separatorum siue congregatorum, & continuorum. Prima unio, scilicet separatorum, & congregatorum est superficialiter se tangentium, & ideo non facit unum simpliciter, sed solū secundum quid, ut in acervo lapidum patet, uel in similibus: talis unio nō est unio amoris, eo q̄ amans in interiora amati transformatur: ut patet cap. præcedenti: quod unio talis non facit. Secunda unio est continuorum sicut materiæ, & formæ quæ facit unum simpliciter: & talis unio est amoris, quia amor facit amatum esse formam amantis: & ideo supra unionem, cum dicit: Amor est virtus unitiva: Dion. addit concretionem ad differentiam primæ unionis, quia concreta dicuntur, quæ simpliciter unum sunt facta: vnde, & alia littera habet continuata. Cuius ratio est, quia continua sunt quorum vltima sunt unum, ad ostendendum, quod ipse amor est unio, uel nexus amantis, & amati. Et ideo dicit Aug. 8. de Trini. q̄ amor est quasi uita quædam duo aliqua copulans, uel copulare appetens, amantem, scilicet, & quod amatur. In qua diffinitione Bea. Aug. tangit duplicem unionem, mentalem, & realem. Primo tangit unionem mentalem, scilicet cum dicit, q̄ amor est copulans, &c. nam talis unio, uel nexus mentalis est formaliter, uel essentialiter ipse amor: quod patet, quia sine unionem affectus non est amor, nam secundum unionem affectus amicus dicitur esse alter ipse: unde Aug. 4. confessionum: Benè quidam

dixit de amico suo, dimidium anime sue. Secundo tangit unionem realem eū subdit, Duo aliqua copulare intendens, & talis unio, scilicet realis est effectus amoris, ut patet secunda unione cap. præcedentis. Req. ibi. Hec Bea. Tho. 3. scrip. sen. dist. 21. art. 1. quid sit amor: in sol. 5. arg.

Sed forte quæres quid istorum magis unit, aut cognitio cognitum cognoscēti, aut amor amatum amanti? Respondeo, & dico, q̄ cognitio quandoque æquē unit obiectum potentiæ cognitiuæ, ut amor amatum uoluntati, aliquando minus, aliquando magis: uerbi gratia: Quando n. aliquid æquē intensē, uel remissē intelligitur, & diligitur, tunc ita intensē, uel remissē unitur intellectus intellecto per cognitionem sicut uoluntas uolito per amorem. Quando uero intensius, uel clarius intelligitur quam diligitur, tunc intellectus magis unitur intellecto, quam uoluntas uolito. Quando autem aliquid intensius diligitur, quam intelligitur, tunc magis uoluntas unitur uolito per amorem, quam intellectus per cognitionem. Generaliter tamen amor est magis unitiuus, quam cognitio. Cuius ratio est, quia cognitio perficitur per hoc, q̄ cognitum unitur cognoscenti secundum suam similitudinem, sed amor facit, q̄ ipsa res, quæ amatur amanti aliquo modo, s. per unionem affectus, sine qua non est amor, uniatur: ideo amor magis unit amatum amanti, quam cognitio uniat cognitum cognoscēti, prima secundæ q. 28. art. 1. utrum unio sit effectus amoris, in cor. q. & in sol. 3. ar. Et reuerendus Magister Hærneus. in lib. de quattuor materijs, quanta materia de intellectu, & uoluntate. q. 15. utrum intellectus magis uniatur intellecto, quam uoluntas uolito, in cor. q.

C A P. XV.

SECUNDO amor causat unionem mutuam, nam amor facit, ut amans sit in amaro, & e conuerso quod dupliciter probō: primo in generali de amore, secundo in speciali de charitate. Primo enim dico, quod amor in generali mutuam inhesionem causat. Ita dicitur Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi: quod uerbū sex modis exponitur. Pant. Pars. 1. H Pri-

Cognitio an magis uniat cognitum cognoscēti, an amor amatum amanti

15
Amor
cāt in-
hesionē

Exponitur illud cant. 2. dilectus meus mihi. Primo sic: Vox est sponsæ, sponsi imperio parituram se promittentis, & dicentis: Dilectus meus mihi, scilicet præcepsit, ut surgerem, & venirem, & faciem meam sibi ostenderem: & ego illi integerrime, & deuotissime obediam, quia ipse diligit me & ego illum, & ideo prorsus una deus esse voluntas sui præcipientis, & mei obedientis. Secundo modo exponitur sic. Dilectus meus mihi intendit, quia sollicitus mihi & ego illi intendo, scilicet sollicitè seruire sibi, quasi dicat. Omnino miranda est sponsi me dignatio, quia intendit mihi, sed non minus laudanda miseratio, quæ efficit, ut ego intendam illi. Tercio modo exponitur sic. Dilectus meus mihi, scilicet congruit, quia si puritas, si speciositas, si generositas, si fidelitas: si quod præcipuum est charitas mutua in alterutrum attendatur, omnino congruit mihi sponsus & ego illi, sed omnia hic habet ipse per naturam, & ego per gratiam. Quarto exponitur sic: Dilectus meus mihi est omnium laborum & fatigationum premium, siue præmium, secundum, quod ipse dixit Abrahæ Gen. 15. Ego merces tua magna æmisi: Et ego illi, scilicet sum omnium laborum dolorum fatigationum merces, & præmium: omnia enim propter me habendam fecit, & dedit, & sustinuit omnes labores, imò seipsum propter me habendam dedit; unde Apostolus 1. ad Corin. 6. Empti estis precio magno &c.

Quinto modo exponitur sic: Dilectus meus mihi. i. ad meam utilitatem bibit calicem passionis: unde tota vita eius, & mors fuit mihi. i. propter me, & econuerso ego illi. i. ad gloriam eius, & honorè bibam, ut dicam. Quid retribuam domine pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem &c. Sexto modo exponitur sic: Dilectus meus mihi, id est totum, quod amo, quod cupio, quod quero, quid. n. venit querere in terris, nisi quem. quæ perierat, & draginam, quam perdiderat? & ego illi. s. sum totum quod amat, quod cupit, quod querit.

Charitas cau- Secundo in hætionem mutua, scilicet
sat in hæ- amantis cum amato, & econuerso specia-
sonem. liter facit charitas. Ita dicitur. 1. Ioan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. ubi Bern. Deus charitas est, quid ergo charitate melius? Qui manet in charitate, in Deo

manet, quid ergo charitate securius? Et Dens in eo; quid ergo charitate iocundius?

Ad cuius euidentiam est sciendum, quod amans dicitur esse in amato: & econuerso duo b. modis, scilicet quo ad intellectum, & quo ad affectum. Primò enim amatum dicitur esse in amante, quo ad intellectum in quantum amatum immoratur, & manet in apprehensione, & in intellectu amantis, sicut dicit Aposto. 1. ad Philip. 1. Eo quod habeam vos in corde &c. Amans vero similiter dicitur esse in amato, quo ad intellectum, in quantum amans non est contentus superficialiter apprehensione, vel cognitione amati, sed nititur singula quæ ad amatum pertinent intrinsecus cognoscere, & sic ad interiora ingreditur cognoscendo intima amati, sicut de Spiritu sancto, qui est amor Dei, 1. ad Corin. 2. dicitur, quod spiritus scrutatur etiam profunda Dei. Secundò amans est in amato, & econtra quo ad effectum, sed aliter, & aliter: quod sic patet: Primò. n. amatum est in affectu amantis, & cum est absens, & cum est præsens. Cum enim absens est amatum realiter, tunc est in affectu amantis secundum desiderium per quod amans, in amatum tendit. Cum uero amatum est præsens affectui amantis, tunc causat in eo complacentiam, & delectationem in quantum affectus amantis, in amati præsentia quiescit, & delectatur, & in quantum in eius absentia per desiderium in ipsum tendit. Econuerso aut amans est in amato diuersis modis, aliter, scilicet amore amicitie, & aliter amore concupiscentie, quod sic patet. Primò enim amans, est in amato amore amicitie, in quantum bona, uel mala amici reputat sicut sua, ut quasi ipse in suo amico uideatur bona, uel mala pati, & affici, nam proprium amicorum est, eadē velle, & eadem nolle, & in eodem tristari, & gaudere, ut dicit Philosophus. 9. Ethic. & 2. Rethoric. Secundò amans, est in amato amore concupiscentie in quantum amans non requiescit in quacunque extrinseca, aut superficiali adeptione, uel fruitione amati, sed requirit amatum perfectè habere quasi ad intima illius perueniēs, & tunc quietatur affectus eius, Hæc. Beatus Thomas prima secundæ. quæst. 28. articul. 2. utrum amor

Amoris
quomo-
do dica-
tur esse
in ama-
to.

causet intimam inhæſionem, ut. ſ. amās ſit in amato, & è conuerſo. in cor. q.

Amor Tertiò amor cauſat eleuationem men-
cauſat e tis, & extaſim, qđ tali ratione oſtendo. Di-
leuatiõe uinus amor extaſim facit, ut dicit Dio-
mentis. ny. 4. ca. de diu. no. ſed quilibet amor eſt
 quardam ſimilitudo participata diuini a-
 moris, ergo quilibet amor extaſim facit.
 Vbi nota, quòd extaſis ſecundum Augu-
 eſt quidam exceſſus, quo mens ponit ex-
 tra ſe. Ponitur autem extra ſe mens duo-
 bus modis. ſ. quo ad potentiam cogniti-
 uam, & quo ad potentiam appetitiuam.
 Primò mens ponitur extra ſe quo ad po-
 tentiam cognitiuam, & hoc duob. mo-
 dis. Primò cum potentia cognitiua ad in-
 feriora deprimitur, putà cum aliquis in
 furiam, uel amentiam cadit, & ſic exta-
 ſim patitur, & huius modi effectus paſſio
 inordi nata amoris, uel iræ eſt cauſa: nam
 aliqui propter uehementiam iræ, & amo-
 ris furiant, & inſaniunt. Secundo mens
 ponitur extra ſe, & per conſequens exta-
 ſim patitur, cum potetia cognitiua ad ſu-
 periora cognoscenda erigitur, uel ſubli-
 matur, putà cum alicuius mens eleuatur
 ad aliqua cognoscenda, quę ſunt ſupra na-
 turalem cognitionem rationis, uel ſen-
 ſus, & ad hoc operatur diſpoſitiuè amor
 inquantum meditari facit de amico, uel
 de amato: intenſa autem meditatio vnius
 abſtrahit ab alijs, unde Grego. in Homel.
 Tanto quiſque à ſuperno amore diſiun-
 gitur, quanto inferius delectatur, & è con-
 uerſo. Secundo aliquis ponitur extra ſe
 ſecundum potentiam appetitiuam, & ſic
 extaſim patitur, & huius cauſa effectiua
 directè eſt amor: nā amor eſt cauſa, qua
 amans extra ſe, ſcilicet in amatum fert,
 & tendit, aliter tamen amor concupiſcen-
 tiæ, & aliter amor amicitia. Nam amore
 concupiſcentia fertur amans quodam-
 modo extra ſeipſum, inquantum, ſcilicet
 non contentus gaudere de bono, quod
 habet, quærit frui aliquo extra ſe. Sed
 in amore amicitia affectus alicuius ſim-
 pliciter exit extra ſe, quia vult amico bo-
 num, & operatur quaſi gerens curam, &
 prouidentiam ipſius, non propter ſeip-
 ſum, ut amor concupiſcentia facit, ſed p-
 bter ipſum amicum: & hoc maximè ſup-
 omnia facit deus, unde Diony. 4. c. de di-
 u. no. dicit, quòd ipſe deus propter amo-

rem eſt extaſim paſſus.

Sed fortè argues in oppoſitum. ſ. quòd O ppo.
 nec amor diuinus, nec amor humanus ex-
 taſim facit. Primò quòd amor diuinus nō
 faciat Deum pati extaſim, ut Dionyſ. di-
 cit, tali rōne oſtendo. Extaſis ſecundum
 Ambro. & Auguſt. in gl. 2. ad Corinth. 5.
 eſt, qua mens eleuatur in cōtemplatione
 ab eo, quod eſt ſibi ſecundum naturā uir-
 tute ſuperioris naturæ in conſcriptū lu-
 men, quod eſt ſibi extra, & ſupra ſe. Sed
 dicere, quòd Deus uirtute ſuperioris na-
 turæ in aliquod, quod eſt, extra ſe, & ſu-
 pra ſe, eleuetur, eſt falſum, & hæreticum,
 ergo Deus propter amorem non eſt exta-
 ſim paſſus. Reſpondeo, & dico, qđ amor
 diuinus, & communiter amor inquantū
 amor dicitur facere extaſim, non quòd
 Deum, uel ſupra ſe, uel extra ſe ponat, ſed
 quia quòd in ſe ſine amore contineret p
 amorem ponitur extra ſe, diffundens ſe
 in amatum. Secundo argues, quòd amor
 non ſit cauſa extaſis in homine tali ra-
 tione. Amor unit amatum amanti, ut in
 c. præce. patet, ſi ergo amans per amorē
 extra ſe tendit, ſequeretur, uel qđ amās nō
 amat ſeipſum, uel quòd amatum plus di-
 ligat quam ſeipſum, quorum utrunq; eſt
 falſum. Reſpondeo, & dico, quòd ille, qui
 amat per amorem intantū extra ſe exit,
 inquantum vult bona amici, & operatur,
 non tamen ſequitur, quòd amor, qui ex-
 tra ad amicum fertur, tollat amorem pro-
 prium, uel quòd uelit bona amici magis
 quam ſua, nec quòd alterum diligat plus
 quam ſeipſum. Hæc B. Tho. prima ſecun-
 da. q. 28. art. 3. utrum extaſis ſit effectus
 amoris, arg. contra, & in cor. q. & in ſol.
 3. arg. & Alber. in quaſt. ſuper Dionyſ. de
 dini. no. c. 4.

C A P. XVI.

Quarto, & ultimo amor, & præci-
 puè diuinus cauſat perfectionē
 maximā. Vbi nota qđ duplex eſt amor. ſ.
 amor boni appetentis, nō tñ cōueniētis,
 & amor boni apparētis & conuenientis.
 Primus amor eſt leſiuus, & deterioratiuus
 amanti, nā talis languor eſt animæ. Can-
 ti. 5. Amore lāgueo, nam ex amore alicu-
 ius nō conuenientis læditur, & deteriora-
 rur homo, & p̄cipuè per amorem peccati
 vilificatur. Oſeæ. 9. Facti ſunt abomina-

biles sicut ea, quæ dilexerunt. Et Isido. in lib. de Symbolis: Grauius interdum peccat, qui diligit peccatum, & non facit, quam qui odit, & facit grauissimum autem est non solum peccatum facere, sed etiã diligere. Secundus amor boni existetis, & conueniẽtis est melioratiuus, & perfectiuius: unde hõ maximè melioratur, & perficitur per amorem. Hæc B. Tho. 1. secundæ. q. 28. utrũ amor sit passio læsiua, in cor. q. Et B. Greg. super Ezech. In quantum quisq; amat, intantum ad ingressum regni appropinquat: inquantum verò amare negligit, intantũ ingredi recusat, quia non studet videre, quod appetit. Et Aug. in lib. confessionum. Tanto nobis melius est, quo magis imus in illũ quo nihil est melius. Imus autem nõ ambulando, sed amando, quoniam tanto habemus eum præsentiozem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, poterimus habere puriorem.

Differẽtia iter cognit. & amorem.

Ad cuius euidentiã nota quatuor differentias inter cognitionem, & amorem. Prima est ex parte boni, uel mali, quia ex cognitione boni, uel mali non est homo bonus, uel malus, sed ex amore, quod tali ratione ostendo: Ille est bonus, uel malus, qui gaudet, uel tristatur benè, uel malè, ut dicit phil. primo Ethi. sed amor, est causa gaudij, uel tristitiæ, non autem cognitio: ergo amor rectus, & nõ rectus, est cum quo aliquis fit bonus, uel malus, & non cognitio. Secundò hoc idem confirmo alia ratione sic: Cognitio fit per hoc quod cognitum vnitur cognoscenti, uel secũdum suam similitudinem, puta cum aliquod ens naturale cognoscitur, uel p hoc quod unitur cognoscenti per similitudinẽ alterius, sicut peccatũ non cognoscitur per similitudinem propriam, cum sit quædã priuatio, sed per bonũ. Vtroq; autem modo illud, per quod aliud cognoscitur, est perfectio intellectus, siue cognoscat aliquid per similitudinem propriã, sicut bonum, siue p similitudinẽ alterius, sicut malũ p bonũ: sed amor facit, quod ipsa res, quæ amatur, siue bona, siue mala amanti aliquo mō vniat per complacẽtiã siue displicentiã: ergo peccatũ est in amore, & non in cognitione. Tertio hoc idem confirmo auctoritate Aug. i li. retractationũ dicẽtis, quod uolũtas est, qua peccat, & rectè

viuit, amor autem est in uolũtate: ergo &c. Per accidens tñ solet, uel pōt in cognitione peccati, & rerum uisibiliũ esse peccatum duplici rōne, & propter abstractionẽ, & ppter affectionem. Prima ratio est propter abstractionem. scilicet ex eò, quòd dum quis peccata mala, uel aliqua uilia considerat, & cognoscit, à nobiliorib. & utilioribus cognoscendis, uel cogitandis abstrahitur, & impeditur. Secunda ratio est propter affectionem. scilicet dum ex consideratione, uel meditatione peccatorum, & aliorum uilium in affectiones indebitas inclinatur, ut dicit B. Tho. contra gent. li. 1. c. 10. ratione quarta. Secunda differentia est ex parte meriti, quia diligere Deũ, in hac vita est meriti maioris, quam cognoscere eum. Cuius ratio est, quia ex hoc, quòd aliquis diligit Deum, amore amicitie sicut dominum, & creatorẽ suũ, magis facit Deũ quasi debitore suũ, ut beneficiat ei, quã ex hoc, quòd cognoscit Deũ: unde licet cognoscere, uel intelligere simpliciter, & absolutè sit actus nobilior nobilioris potetie, quã sit diligere: tñ quantũ ad rōnem meriti diligere est magis necessarium, quia quod non fit ex amore Dei, uel saltem cum amore nõ potest benefici, saltem perfecta bonitate, sicut si diceret, quòd inter alia condimẽta sal est melius, nõ quòd simpliciter sit melius, sed quia magis est necessarium, quia sine eo nõ potest esse sapor bonus. Tertia differentia est ex parte boni impensũ, quia summum quod homo in hac vita potest impendere Deo, est amare Deum amore amicitie. Cuius ratio est, quia ex quo dat sibi amorem suum, si perfectè dat, consequens est, quòd paratus sit dare Deo quicquid pōt, & quantũ a hoc amare Deũ excedit cognoscere Deũ, sed in alia uita summũ quod creatura rationalis pōt Deo impendere, est uidere ipsum, quod summe est manifestatiũ suæ perfectionis. Quarta differentia est ex parte præmij, nam perfectius est amare Deũ amore amicitie, quam amare eum amore concupiscentie, aut uidere Deũ secundum, quòd est cōmodũ hominis: sed uidere Deũ scđm, quod est manifestatiuum diuinę bonitatis, est perfectius quam amare Deũ quocunq; mō, uel quã uidere Deũ secundũ, quod est propriũ cōmodũ hoĩs, sicut ver

bi gratia. Qui dat ouū alicui plus dat ei virtualiter quam si det ei gallinam, quia in ouo virtualiter continetur bonus gallus, uel bonus capo. Et isto modo, qui dat uolūtatem suam siue amorem suum Deo vel alteri, si perfectè dat, consequens est, quòd paratus est dare sibi quicquid potest. Sed actualiter, & formaliter sicut plus dat, qui dat gallinam quàm ouū, sic plus quod potest creatura rationalis impedire ad honorem Dei, est ipsum uidere, eò quòd inter omnia summè est manifestatiuum diuinæ bonitatis, & hoc modo actus intellectus, qui est intelligere, melior, & perfectior est actu uoluntatis, qui est Deum amare. Hæc Reuerendus Doctor Magister Herneus de ordine prædicato. in li. de q. attuor materijs, materia quarta de intellectu, & uoluntate. q. 10. vtrum actus uoluntatis sit propter actum intellectus, in cor. q. & ibidem infra. q. 14. de præminetia intellectus, & uoluntatis, in cor. q.

CAP. XVII.

17
Zelare
est effe-
ctus a-
moris.

QVinto, & ultimo post amoris effectus prædictos est sciendum, quòd quinque sunt præcipui effectus amoris, scilicet zelare, languere, liquefacere, vulnerare, inebriare. Primò dico: quòd zelare est effectus intensi amoris, vel feruoris, quod dupliciter probo. s. diffinitione, ratione, sufficienti diuisione, & auctoritate. Primò probo zeli diffinitione, ut enim dicit Alchimus super illud: Zelus domus tuæ comedit me. Ioh. 2. Zelus cum in bono accipitur est quidam feruor animi quo mens relicto humano timore pro defensione veritatis accenditur. Secundò hoc idem probo ratione sic: Quanto uirtus aliqua intensius tendit in aliquod, tanto fortius repellit omne contrarium, vel repugnans: sed amor est quidam motus per desiderium in amatum dum non habetur intensus, uel amor est quædam quies, uel complacētia in amato cū habetur ergo intensus amor intendit excludere omne, quod adeptio- ni, & fruitioni boni amati repugnat, &

hinc orit̃ eius. Tertiò hoc idem p̃bo sufficienti diuisione sic: Nam omnis zelus est vel cōcupiscentiæ, uel inimicitia, uel inuidiæ, uel beneuolētiæ. Primo. n. est zelus concupiscentiæ. s. cum quis intensè aliquid concupiscit, & hoc modo uiri dicuntur zelare uxores suas refutantes omne cōsortium aliorum, per qđ possit impediri delectationis singularitas, quam in uxore quærunt: & omnis zelus ex concupiscentiæ amore procedit, & orit̃ velut ex radice. Secundus zelus est odij, uel inimicitia. s. dum aliquis odit ea, quæ amato repugnant. Psal. Zelauit super iniquos pacem peccatorum uidens: & talis zelus ex amore sui procedit. Tertius zelus est inuidiæ. Cum enim bona temporalia nō possint simul participari à multis, omne illud quod impedit perfectionem huius communicationis, vel participationis efficitur odiosum, & sic ex amore boni temporalis, uel honoris, quo quis priuatur, procedit odiū eius, qui impedit, uel qui habet, & sic causatur zelus inuidiæ. In psal. Noli æmulari in malignantib. neq; zelaueris facientes iniquitatē. Et Eccl. 9. Non zeles gloriā, & opes peccatoris. Ex his autem quæ integrè possunt possideri à multis zelus inuidiæ non causatur, ut verbi gratia Nullus inuidet alteri de cognitione veri, qđ à multis integrè cognosci potest, sed fortè de excellentia circa veritatis cognitionem. Quartus zelus est beneuolentiæ: nam quādo aliqua dicuntur, uel fiunt contra bonū amici, homo repellere studet, unde talis zelus causatur ex amore amicitia quærentis bonum amici, unde quando amor amici est intensus, facit hominem moueri cōtra omne, quod repugnat bono amici, & repellere illud: & hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea quæ sunt contra honorem, bonitatem, & uoluntatem Dei repellere secundū posse conatur. Quartò, quòd zelus ex amore causetur probo auctoritate Dionysij 4. de di. ui. no. dicentis, quòd Deus appellatur zelotes propter multum amorem quem habet ad existentia.

Vbi nota, qđ Deus zelat pro homine. Cuius ratio est, quia sicut zelus refutat cōsortium amoris contrarij in amato, & si inuenerit indignatur, & nititur repellere.

lere quantum potest, non autem amorem naturalem repellit: vel excludit, ut uerbi gratia. Vir dicitur zelare uxorem suam, & ideo si contrarium amorem inuenerit, indignatur, & nititur repellere, & ab uxore repellit, non autem indignatur uir, si suus filius uxorem piligat. Sic certè Deus diligit creaturam propter gloriam suam, maximè angelum & hominem quib. imaginem suam impræssit: unde in eis Deus non patitur alienum amorem, qui scilicet, non referatur ad gloriam suam. Et ideo si homo amorem, quem ad seipsum, et ad creaturam aliquem habet, ad Dei gloriam referat, eadem dilectione diligit, qua Deus. Quando verò homo in creatura gloriam propriam quærit, amori diuino præferens, & finem in ea constituens, amori diuino suus amor contrariatur: & talem amorem zelus diuinus nō patitur, & ideo soli peccato indignatur: unde Exo, 20. Ego Deus zelotes visitans iniquitatem. Et Prouer. 6. Zelus, & furor viri non parceret in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precib. non recipiet pro redemptione dona plurima. Secundo homo zelat pro Deo, quando iniuriam Dei secundum suum posse conatur repellere, secundum illud. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sum pro domino exercituum. Et super illud Ioan. 2. Zelus domus tuæ comedit me. dicit Aug. in glo. sic: Homo Dei zelo comeditur, qui quælibet praua, quæ uiderit cupit emendare, & si emendare non potest tolerat, & gemit. Hæc B. Tho. prima secundæ. q. 28. art. 4. utrum zelus sit effectus amoris, arg. contra, & in cor. q. & in solu. arg. Et iterum Alber. in quodli. super Dionysii. 4. ca. de diu. nom. utrum zelus Deo conueniat, in cor. q.

CAP. XVIII.

18 SECUNDVS effectus amoris est languorem facere. Nam quando bonum amatum amanti est absens, tunc ex sua absentia tristitiam causat, quæ tristitia per languorem significatur: unde, & Tullius in tertio de Tusculanis quæstionibus, maximè tristitiam ægritudinem nominat, & intensum desiderium de con-

secutione amati. Hæc B. Thom. prima secundæ. q. 28. art. 5. utrum amor sit passio læsiua, in solu. 1. arg. Quod autem tristitia de absentia dilecti languorem animæ significet, pater per illud quod dicitur Cant. 2. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo: & subditur, Leua eius. sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In quibus uerbis sponsa amore vulnerata, & infirmata facit: tria primo quærit remedium: ibi Fulcite me floribus &c. secundo ostendit morbum. ibi Amore langueo: tertio recognoscit seu cognoscit beneficium, ibi Leua eius, &c. Primò quærit remedium, ibi Fulcite me floribus, & stipate me malis. Quod verbum exponitur quattuor modis. Primò sic: Fulcite me floribus, idest adiuuate me uestris orationibus, nam flores arborum orationes sunt sanctorum: & stipate me malis, idest munite me bonis operibus. Secundò sic: Fulcite me floribus, idest consolamini me exemplis bene incipientium: vel proponite mihi exempla bene proficientium: & stipate me malis, idest roborate me exemplis perfectorum. Tertiò sic: Fulcite me floribus, idest virtutibus, quæ sunt initia bonorum operum, sicut flores principia fructuum: & stipate me malis, idest non solum uerborum folijs, sed operibus bonis. Quartò sic: Fulcite me floribus, idest bonis exempli uidelicet uiolis confessorum, lilij virginum, rosis martyrum: & stipate me malis. i. proponite mihi viros fide florentes, opere fructificantes: fama redolentes, & vita efficientes, ut tales me instruant, me fulciant, & defendant. Secundo ostendit sponsa suo cælesti sponso morbum cum ait: quia amore langueo. Quod verbum exponitur quattuor modis. Primo secundum Grego. qui ponit pro hoc uerbo langueo, vulnerata, ut dicat sic: Fulcite me floribus &c. & quare? quia amore langueo. i. vulnerata charitate ego sum. Secundo sic secundum gl. interli. Amore langueo, idest amore supernæ uisionis langueo, & deficio. Tertiò secundum gl. collateralem: Amore langueo, idest defectum in amore temporalium sustineo: quanto enim ad amorem Christi veri spō si se sponsa accendit, tanto ad amorem temporalium languescit. Quarto modo expo-

Exponitur illud cant. 2. fulcite me floribus.

Exponitur illud cant. 2. quia amore langueo.

exponitur sic, Amore langueo, idest præ amore eius pœnas carnis sustineo. quanto enim quis amat sponsum, tanto plus carnem domat.

Vbi nota, quod anima languet tripliciter. scilicet in defectu, in effectu, in affectu. Primò in defectu peccati, eò quod dilectum offendit. Secundò in effectu boni, eò quod quantum vellet pro dilecto pati non sufficit. Tertiò in affectu Dei, eò quod differatur beatitudo, quam appetit.

Tertiò principaliter recognoscit beneficium, ibi Læua eius sub capite meo, & dextera eius &c. In quibus uerbis indicat duo, scilicet beneficium gratiæ in præsentis: unde dicit Læua eius sub capite meo, & beneficium gloriæ in futuro: unde subdit: Et dextera &c. Quod etiam exponitur quattuor modis. Primò sic: Læua eius, idest comminatio eius. Et dextera illius, idest promissio. Secundò sic: Læua eius, idest iustitia. Dextera eius, idest misericordia. Tertiò sic: Læua eius, idest uita actiua. Dextera illius, idest uita contemplatiua. Quartò modo sic secundum glo. Per læuam sponsi uita præsens, per dexteram uita æterna designatur: per caput autem sponsæ mens, quæ ut animæ principalis pars assumitur. Sed læua sponsi sub capite sponsæ esse dicitur, quia uitam temporalem sub mente sua semper ponit, & dextera eius amplexatur eam, quia uitam æternam amplexari concupiscit. Vel aliter: Languet enim anima tribus modis. Primò languet utilitate, quia timet impuritatem, ne sponsus recesserit propter peccatum, & ideo contra hoc in remedium petit florum iocunditatem dicendo: Fulcite me floribus. Secundò anima languet anxietate, qui suam causat paupertatem, ne indignetur uenire propter uirtutum inopiam, & ideo cōtra hoc in remedium petit fructuum ubertatem dicens, stipate me malis. Tertiò languet anima in stabilitate, quia suspectam habet suam longanimitatem ne feruor eius tepescat propter tedium. Et ideo contra hoc in remedium duplex beneficium petit. Primò beneficiū gratiæ ad sustentationem dicens, Læua eius, nam læua aliquis utitur tribus modis, uel propter tria. Primo læua supponitur lapso, ut erigat, & sic dicitur læua quasi læsis ualens psal.

Cum cæciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Secundò læua supponitur actiua, ut in labore sustentetur, & sic dicitur læua quasi læuans uadentes. Ezech. 3. Abij amarus in indignatione spiritus mei, manus enim domini erat mecum confortans me. Tertiò læua supponitur iusto, deuoto, & contemplatiuo, ut in contemplatione quiescat: & sic dicitur quasi uacantibus læta, Isa. 51. In umbra manus meæ protexi te. Secundò petit beneficium gloriæ ad fruitionem, ibi. Et dextera illius &c. Nam dextera specialiter tria facit. scilicet attrahit, stringit, unit, sic spiritualiter gloria dexteræ Dei primò attrahit per cognitionem, psal. Dextera domini fecit uirtutem, dextera domini exaltauit me. Secundò stringit per fruitionem. In psal. Adhæsit anima mea post te: & merito, quia me suscepit dextera tua. Tertiò coniungit, uel unit per amorem. Amor enim unit Deo, ut Aug. dicit: & ideo dicit. Amplexabitur me, idest coniunget me æternaliter sponso, &c.

CAP. XIX.

TERTIVS effectus amoris est liquefacere. Ita dicitur Cant. 5. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. In quo verbo Spiritus sanctus tangit tria: primò subiectum culpæ, ibi: Anima mea: secundo effectum gloriæ, ibi. Liquefacta est: tertiò actum amicitie, ibi. Ut dilectus meus locutus est. Primo tangit subiectum culpæ ibi. Anima mea, scilicet voluntas, quæ est subiectum culpæ, uel gratiæ, amoris, uel odij. Omnis enim anima uel est conuersa ad Deum per amorem, & sic est liquefacta, uel est auersa à Deo per odium, & sic est obstinata, uel indurata: Hierem. 5. Indurauerunt faciem suam supra petram, & reuerti noluerunt: nam congelatio, & liquefactio, durum, & molle, & in se, & in suis effectibus naturaliter opponuntur. Sed spiritualiter liquefactio cordis est conditio amoris conueniens: duritia uero cordis est dispositio repugnans amoris, quod probat ex tribus proprietatibus duri, & mollis, & liquidi. Num du-

rum est quod subsistit propriè terminationi, resistit alienæ incisioni, obstitit facillime susceptioni. Primò. n. durum est quod subsistit propriè terminationi, eo q̃ durum suis terminis continet, liquidum vero suis terminis non continetur, sed alienis, sicut patet de aqua, quæ non continetur aqua, sed terra, uel aliqua re solida. Sic oportet, q̃ ab amante terminatio illa hoc est duritia, uel congelatio cordis qua infra suos terminos sine amore continebatur, amoueat, & insit debita dispositio. s. liquefactio cordis, ut anima sit amoris meritò, & rōnabiliter susceptiua. Cuius rō est, quia sicut res naturalis non amittit unam formam nisi exclusis dispositionib. quibus forma alia in materia continebatur: sic in spiritualib. nisi exclusa cordis duritia, ueluti amoris contraria, non sequitur liquefactio cordis, nec per consequens cor est susceptiuum amoris.

Secundo durum resistit alienæ incisioni, liquidum uero uelocissimè cedit. Sic spiritualiter congelatio cordis, seu duritia mentis impedit sicut contraria dispositione amatum subintrat affectum amantis, & coniungatur ei, sed liquefactio importat quandam mollitiem cordis, ex qua amatum vulnerat, uel penetrat cor amantis. Tertio durum est, quod obstitit facillimè receptioni: liquidum uero est, qd̃ est facillimè receptiuum. Sic spiritualiter sicut duritia, uel cōgelatio cordis est dispositio contraria impediens, ne cor ab amore diuidatur, ita ne amor à corde recipiatur, nam amatum, ab amante nunquam recipitur, nisi prius amans a se ipso separetur in amatum tendens, & secundū hoc dicitur amor extasim facere, & feruere, quia quod feruet extra se bullit, & exaltat. Hæc B. Tho. 3. scri. sen. distin. 27. art. 1. quid sit amor, in sol. 4. arg. & iterum prima secundæ. q. 28. art. 5. utrum amor sit passio læsiua, in sol. arg. contra.

His trib. modis peccat omnis, qui est obdurati, uel obstinati cordis. Primò, quia sicut durum obstitit propriè formationi, uel terminationi, sic qui est obstinata mentis promittit, & præsumit sibi peccati impunitatem, contemnit Dei bonitatem, non cognoscit Dei benignitatem,

Primò qui est obstinata mentis præsumit, & promittit sibi peccati impunitatem: Eccl. 5. Peccaui, & quid accidit mihi triste? Sed contrarium ait Aposto. ad Ro. Aestimās dō homo quā tu effugies iudiciū dei? quasi diceret, non. Require infra præsumptio.

Secundò, qui est obstinata mētis resistit, & contemnit Dei bonitatem, quia à Deo longanimiter expectatur. Sed cōtra hoc dicit Apostolus ad Ro. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ longanimitatis eius contemnis? Ambro. ibidem in gl. q. d. An copiosam bonitatē dei, quæ tibi peccanti bona tribuit, uel copiosam patientiam, quæ tot, & tantos peccantes sustinet, nec citò eos punit, uel copiosam longanimitatē Dei, quæ non solum ad horā, sed per multa tempora, & longa sustinet, contemnis? Tertio qui est obstinata mentis non recipit, id est non cognoscit Dei benignitatem. Contra hoc dicit Apostolus ad Ro. ibidem: An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Ambro. in glo. In his trib. uersib. nota tres peccatorum gradus, peccas enim o homo dum tibi impunitatem promittis, quia non credis, q̃ peccans puniaris, grauius peccas, quia diuitias bonitatis patientiæ, & longaminis eius contemnis: grauiissime uero peccas, quia benignitatem Dei non cognoscis, uel quia ignoras te contemnere.

Secundò tangit actum amicitiae, ibi. Vt dilectus locutus est. nam si proprium amicorum est adinuicem loqui maximè Dei, ideo dixit. Vt dilectus locutus est. Loquitur enim deus suæ sponsæ quattuor modis. Primò cum bonā inspirationem ei immittit. Oseæ. 2. Loquar ad cor eius. Secundò cum suam uoluntatē ei intimat, ut dicit gl. ibidem. Tertio cum maculas suas prius commissas ei ostēdit, & hoc ut erubescat, timeat, & ab eis recedat. Iob. 36. Loquetur, ut reuertatur ab iniquitate. Quartò cū dona, & gratias, quas ei cōtulit ad memoriam reducit, & hoc ut recognoscat, & ad amorem attendat, & inamissibiliter teneat, & custodiat. Isa. 40. Loquimini ad cor Hierusalem, & aduocate eam. Tertio tangit effectum gratiæ, ibi. Liquefacta est, quasi dicat. Postquam locutus est mihi in diuina inspiratione

Quibus
modis
peccet
qui est
obstina-
ti cor-
dis.

ratione, & interna, anima mea liquefacta est, quia dum Christus per spiritum suū animæ se desideranti infundit, oēm cordis duritiā mox excludit, & dissoluit. Liquefcit ergo anima ad verbū tripliciter, scilicet in liquorem aquæ, in molliciem ceræ, in odorem speciei aromaticæ. Primò liquefcit anima in liquorem aquæ, psal. Emitteret uerbum sum. s. inspiratio- nis, & comminationis, & liquefaciet ea, scilicet corda arida, & fluent aquæ cōtri- tionis, & per hoc soluitur glacies cordis. Secūdo liquefcit aīa in molliciem ceræ, & hoc igne dilectionis: psal. Concaluit cor meū intra me &c. & iterū. Factum iest cor meū quasi cera liquefcens in medio uentris. Dicit enim quasi cera lique- fcens, & meritò, ut in ea scribatur sponsi doctrina, pinguat uitæ forma, & sigillet similitudo Dei gratiam nam in cera scribi mus, cera sigillamus. Tertiò liquefcit ani- ma in odorē, uel ad odorē spēi aromati- cæ, q̄ quidē est pulchra in horto: odorifera in mortario, saporosa in electuario. Sic deuota liquefactio, idest cordis dilectio est pulchra in horto religionis, odorifera in mortario tribulationis, sapida, & dele- ctabilissima in electuario, idest in p̄mio æternæ glorificationis. Et quia aīa ad ver- bū dilecti sic liquefcit, ideo crescit, currit, clarescit. crescit in uirtute, currit in chari- tate, clarescit in ueritate. Vel crescit quo ad meritum, currit quasi ad terminum, Deum. s. clarescit quo ad præmium: hæc Gilbertus.

C A P. IIII.

QUARTO effectus amoris est vul- nerare. Ratio huius est. quia pro- prietas alicui est diuidendo pene- trare, idest ad intima rei deuenire, sed bea. Dionysii. 1. cap. cœlestis hierarchiæ dicit: amorem esse acutum intimè, inten- tē, actiue, & reductiue. Primò dicit, quod amor est acutus, eo quod sicut acutum diuidit unam partem ab altera, sic amor amantem diuidit à seipso, idest ab effe- ctu proprio, & coniungit amato: unde di- cit Dionysii. 4. cap. de di. ii. nom. quod a- mor non finit amātem esse sui ipsius, sed amatorū. Secundo dico, q̄ amor est acu- tus intentē, quo ad intellectum, quia a-

mans oblitus super amorem trahitur ad intendendum amato. s. Deo, & proximo. Tertiò dicit, quod amor est acutus inti- mē quo ad effectum, quia amorī nō suf- ficit qualiscunque cōiunctio, sed quærit, & facit subintrare amatum, penetrare a- matum, & unire se sibi, secundum etiam q̄ posset cum amato fieri unum. Quarto dicit, q̄ amor est acutus actiue, & reducti- uē, sicut ignis, qui suam similitudinem in alijs causat excludendo unam formā, & inducendo propriam, sic amor defor- mem facit. Hæc B. Dionysius, ubi sup. & Alber. ibidem & B. Thom. sub breuitate tangit. 3. scrip. sen. dist. 27. arti. 1. quid sit amor, in solu. 4. arg. quod B. Thom. con- firmat ibidem auctoritate sacræ scriptu- ræ. Canti. 4. Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum. In quibus uerbis tan- guntur tres effectus, quos amor, & præci- pue charitatis habet producere, habet. n. diuidere, unire discernere, uel eligere. Primo enim habet amor charitatis diui- dere: unde dicit. Vulnerasti: magna enim & violenta est vis charitatis ipsum affe- ctu Deum attingens, & penetrans, & velut sagitta iecur eius, ubi est cor, & per consequens sedes amoris transfigens, ut dicitur Prouer. Vulnerasti, ergo triplici vulnere, scilicet amoris, compassionis, passionis. Primò vulnerasti vulnere a- moris in incarnatione: unde gloss. Pro amore tuo carnem suscepi. Secundo vulne- rasti vulnere compassionis in progressu huius uitæ. Lucæ. 19. Videns ciuitatem fleuit super illam. Tertiò vulnerasti vul- nere passionis in cruce. Isa. 53. Vulnera- tus est propter iniquitates nostras.

Secūdo amor, & præcipue charitatis ha- bet unire, ideo subdit. Cor meū. nā amor amati penetrat affectū amantis, unde di- cit. Cor meū. Ex quo sequitur, q̄ vulnus sine sensu, quia etiam cor penetrat bonū vulnus: de quo tanta uirtus egreditur. Te- tigit mulier simbriam uestimēti eius, & uirtutē de se Christus sensit exire: quāto magis si cor eius non leuiter tãgitur, sed vulneratur. Respexit Petrum, & cor eius percussit & compūxit ad penitentiā, vulne- ra ergo cordis lachrymæ præbent signa. Tertiò amor charitatis hēt discernere, uel eligere, sed amor mūdi nō, q̄a cæcus: vñ dicit. In uno oculorū tuorū. Qd̄ ver- bum

bum quatuor modis exponit. Primò sic: Vulnerasti cor meum amore in uno, nò in pluribus, quia Martha sollicita est, & turbatur erga plurima: sed in vno, quia vnum amare, uni intendere, unum credere, uni adherere est necessarium. Porro vnum est necessarium. Luc. 10. & in psal. Vnam petij à domino &c. Secundò sic: Si uni adherere est necessariũ, quò magis inhaeret quam oculo, certè nullo: ergo in vno oculorũ: nam ubi amor ibi oculus, & è conuerso. Cuius ratio est, quia potest uidere, & uideri, & idè iudex solet esse amoris. Tertio sic: In uno oculorum uicit se vulneratum, & non in pluribus, ad ostendendum, qd duplex est oculus. scilicet affectus, & intellectus: oculus affectus, vulnerat desiderijs, & suspirijs: intellectus uerò non, quia consistit in plura speculatione. Quarto modo exponitur sic: Nam intentio assimilatur oculo, ut patet infra. Intentio: ergo sicut duplex est oculus, ita est duplex intentio: vna qua intenditur honori Dei: & iste oculus. scilicet rectæ intentionis vulnerat, quia rectissimè in Deum tendit. Alia intentio, quæ intendit reb. mundanis, & iste oculus oblique in Deum intendit: cuius figuram habemus Gene. ubi dicitur, qd Rachel erat uenusta facie, & decora aspectu, Lya uerò lippis oculis erat. Req. infra oculus, per totum.

C A P. XXI.

Quintus effectus amoris est in ebrietate: quod dupliciter probo scilicet similitudine, & auctoritate. Primò probo hoc auctoritate, uel similitudine. quia sicut ebrius ex calore vini, sui, & aliorum omnium obliuiscitur, ita amans ex amore amati sic in amatum tendit, qd suipsius, & omnium rerum præter illũ, quem amat, obliuiscatur. Secundò hoc idem probo auctoritate Cant. 5. Comedite amici mei, & inebriamini charissimi. Quæ quidem uerba possunt esse Christi ad discipulos in cœna, uel Dei ad speciales amicos. In quibus uerbis tanguntur tria. scilicet delectabilis refectio, incomparabilis, & singularis dilectio, mentalis transformatio. Primò tangitur delectabilis refectio, ibi. Comedite. Sed quæres fortè: cum actus non est sine obiecto, sic & co-

mestio non est sine comestibili: quid ergo comedimus? Requ. infra ibidem, & supra immediatè exponitur: Comedi fauũ cum melle meo, bibi uinum meũ cum lacte meo. In quibus uerbis uide tria. Primò modum quo assumitur, quia comedi. gl. i. mihi incorporauit: nam per modũ mädicationis sumitur corpus Christi, ut patet infra Eucharistia. Secundò uide bonum, quod percipitur quia fauũ. scilicet deitatis, prouerb. 25. Mel inuenisti, comede, qd sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud uinum redemptionis. i. sanguinem Christi: Matth. 26. Bibite ex hoc omnes. Tertio uide nexum, quo coniungit, quia fauum cum melle, & uinum cum lacte, dicit ergo: Comedi fauũ cum melle: nã fauus est quoddam compositum ex cera, & melle, & propter sui excellentiam aureis literis scribebat. Est. n. fraus cera continens mel. i. caro continens deitatẽ, uel caro cõtinens Deũ: aut fauus est mel in cera. i. Deus in carne, uel diuinitas in humanitate: unde Cant. 4. Mel, & lac sub lingua eius bene dicit: Sub lingua, eo qd post quã sacerdos sua lingua sup hostiã consecrationis uerba finiuit, ibi est mel diuinitatis, & lac humanitatis. Hoc mel gustauit Ionathas, qñ cũ summitate uirgẽ gustauit de melle, & exhilarati sunt oculi eius, ut dicitur. 1. Reg. 14. Secundo addit ibidem. Bibi uinũ meũ cum lacte meo. Illud uinũ fuit sanguis nostræ redemptionis, qui fluxit de latere eius. scilicet Christi: qd quidẽ uinum, ut infirmis esset salubrius, uel utilius ad bibendum aqua fuit admixtum, prouerb. 9. Bibite uinum, quod miscui uobis: hoc uinũ recusat bibere: qui cõtradicit passioni eius. Bene igitur utriusque nexus. scilicet faui, & mellis, uini, & lactis est necessarius, ubi nota, qd quidam comedunt fauũ sine melle, sicut occulti hæretici, qui comedunt corpus Christi, sed nò credunt ex eo puenire eternam salutem. Quidam uerò comedũt fauum cum melle non suo, sicut christiani existentes in peccato mortali, qui credunt in eo esse salutem, & est quidem, sed non est eorum. Quidam alij comedũt fauum cum melle suo, sicut boni christiani q sumũt, & suã salutem in eo cõstituunt: Et uide, qd dicit fauum: sed non meum. Comedi inquit fauum &c. sed mel dicit meum. Comedi fa-

fauum cum melle meo, quia corpus Christi est salus, antequam inde proueniat nostra salus.

Secundo principaliter tangitur singularis dilectio, cum subditur in principali auctoritate: Amici mei carissimi. Nam suos amicos uocat præcipuè propter tres rationes. Prima est propter uoluntatum, & affectuum unitatem, quia uera amicitia dicitur quando est idem uelle, & idem nolle: ut Tullius dicit. Secunda ratio est propter præceptorum impletionem. Ioan. 15. Vos amici mei istis si feceritis &c. Tertia ratio est propter amoris continuationem: Prouerb. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Vocat autem eos non solum amicos, sed carissimos: unde dicit: Amici mei carissimi, idest charitate plenissimi.

Electo-
rū tripl.
differē-
tia.

Vbi nota quod inter electos, quos amicos appellat, triplex est differentia. Quidam enim sunt onere carnis grauati, qui adhuc gemunt, & hi habentur cari per charitatem quam habent. Quidam alij sunt, qui carnis pondere sunt soluti, qui suat in celo, & hi sunt cariores, eo quod promptiores, & expeditiores facti sunt ad amandum. Quidam uero sunt in celo, utraque stola vestiti, & hi sunt charissimi, eo quod diuino amore fruuntur liberioribus, & alacrioribus quanto de proprio nihil residuum est quod eos aliquo modo sollicitet, aut retardet. Vel dicas quod apostoli, & alij electi sunt cari, cariores, & carissimi, sunt enim cari in quantum sunt creaturæ Dei, cariores quia gratia informati, carissimi quia gloria coronati: Ephe. 5. Estote imitatores Dei, sicut filij carissimi. Tertio principaliter tangitur mentalis transformatio cum subiungitur: Et inebriamini. scilicet diuino amore. Ex quibus uerbis datur intelligi, quod comedere. id est per fidem Christo incorporari est bonum: bibere. idest Christo delectari est melius: sed inebriari. id est sui obliuisci, & in Deum mentaliter transformari est optimum.

Come-
dētium
diuinus
sacramē
tum tri-
plex. est
differen-
tia.

Vbi sciendum quod comedentium hoc sacramentum ineffabile sacramentum corporis, & sanguinis redemptoris nostri Iesu Christi est triplex. est differentia triplex. Quidam enim comedunt, & non bibunt, & illi non sunt amici. Quidam comedunt, & bibunt, sed

non inebriantur, & illi sunt amici, non tamen carissimi. Quidam uero comedunt, & bibunt, & inebriantur, ut illi qui sunt carissimi. id est perfecti: quod probō de omnibus per exemplum. Primò enim dico, quod sunt quidam, qui comedunt, & non bibunt, ut illi qui non sunt amici: sicut uerbi gratia, quidam sunt, qui in sancta ecclesia diuina præcepta, & iustorum exempla audiunt, & addiscunt, nec tamen propter hoc uitam suam corrigunt. Quidam alij sunt, qui comedunt, & bibunt, sed non inebriantur, sicut amici Dei, non tamen perfecti, & charissimi, sicut illi qui in ecclesia sancta præcepta diuina audiunt, & celestia plusquam terrena amare discunt, & uolunt, & pro desiderio celestium multa pauperibus tribuunt: à prauis operibus se custodiunt, nulla alicui uolenter rapiunt, prædicationem libenter audiunt, & tamen uxores, & filios habent, pignora nutriunt, res suas diligunt, quamuis his omnibus Christum præponant: hi profecto comedunt, & amici sunt, quia sine crimine uiuunt: sed adhuc est amplius. scilicet bibere, & inebriari. Et ideo tertio sunt aliqui, qui tanta aueritate diuinam scripturam audiunt, uel legunt, ut potius cunctis terrenis opibus abdicatis, sola celestia ambiunt, parentes, uxores, filios, domos, & omnia transitoria abijciunt, & solummodo Christum sequuntur, uel sequi, uel amplecti concupiscunt, eius desiderio se affligunt ieiunijs, afficiunt lachrymis, exercēt meditationibus diuinis, sola quæ sunt æterna cogitant, contemplationibus uacant, ad hoc laborantes, ut ea, quæ ætrotro sunt, obliuiscantur, ad anteriora magis, ac magis se extendant: & isti quid aliud agunt, nisi quod bibentes inebriantur, dum omnium terrenorum iuri resignant per desiderium? quia in re à sponso celesti non tantum amici, sed etiam carissimi uocari mereantur: bene ergo dicit Inebriamini glo. id est torporem mentis excutite, & ad mortem æternorum accensi temporales penas non sentiat: sicut ebrius, qui obliuiscitur omnium temporalium: unde Psal. Inebriantur ab ubertate domus tuæ.

CAP. XXII.

22 **A**mor Dei ad creaturas. Postquam dictum est supra in præcedentibus capitulis de amore in generali, & de eius effectibus, nunc dicendum est de amore Dei ad creaturas. Vbi sciendum, quod amor Dei ad creaturas est quadruplex. scilicet generalis, æternalis, uirtualis, inæqualis, uel spalis. Primo amor Dei ad creaturas est

Prima ratio. generalis: nam Deus generaliter omnes diligit creaturas: hoc autem tripliciter probatur. scilicet ex amoris diffinitione, triplici ratione, sufficienti diuisione. Primò quia Deus omnes diligit creaturas probatur ex amoris diffinitione sic: Amare aliquid est velle bonum ei: sed Deus vult bonum omnibus creaturis: ergo omnes diligit creaturas.

Quidve Sed fortè quæres quid vult Deus omnibus creaturis? Resp. & dico, quod Deus vult omnibus creaturis assimilationem sibi, uel sui, & hoc in duobus. scilicet in participatione effectus sui, quod vult omnibus creaturis irrationalibus. & in uisione, uel in fruitione sui, quod bonum vult creaturæ rationali uoluntate antecedente, sed uoluntate consequente vult solis electis: unde Deus amando suum esse, & suam bonitatem, vult eam diffundi. secundum, quod est possibile per communicationem, & participationem suæ essentiae omnibus creaturis, & suæ gloriæ omnibus electis, & hoc est bonum cuiuslibet creaturæ, ut similitudinem Dei participet: quod patet, quia quælibet entitas alia à diuina non est nisi similitudo diuinæ entitatis: & quælibet alia bonitas participata non est nisi similitudo diuinæ bonitatis: & quilibet alia felicitas participata non est nisi similitudo propriæ, uel diuinæ felicitatis. Hanc rationem B. Tho. assignat contra gentiles. li. 3. c. 37. ratione secunda.

Secunda Secundo, quod Deus omnes creaturas diligit probatur triplici ratione. Primò ratione creationis sic: Illud quod in omnibus causis actiuis naturaliter inuenitur, necesse est in primo agente. scilicet Deo eminentissimè, siue eminentius inuenire: sed omnia agentia suo modo effectus suos, secundum, quod huiusmodi amant, ut uerbi gratia sicut parentes filios, poeta poemata, & quilibet artifex opus suum: ergo multo magis Deus cum ipse sit omnium causa omnia diligit, & nihil

odit. Ita dicitur Sap. 11. Diligis omnia, quæ sunt, & nihil eorum odisti, quæ fecisti. Expositor: Diligis omnia quæ sunt, tum quia creas esse, tum quia formas esse, tum quia seruas in esse. Primò diligit omnia quæ sunt quia creas esse, nam ipsum dare esse omnibus est diligere omnia. gl. ibidem: Bonus opifex suum opus diligit, etsi aliquando peccat sustinet in multa patientia, & per penitentiam in melius conuertit: impoenitentes autem iusto iudicio damnat, quia dominus iustus, & iustitiam dilexit, in psal. ideò subdit: Nec enim aliquid odisti, seu odiens constituisti educens de non esse ad esse. Secundò diligit omnia, quia formas esse, ideò subdit: Neque odiens aliquid fecisti. scilicet formando educit in specie, sicut multi, qui inuiti, & coacti aliquid faciunt, uel multa faciunt. Tertiò diligit omnia, quia conseruas in esse: ideò addit: Aut quomodo possit aliquid manere, & conseruari in esse, nisi tu uoluisses. quod d. nullo modo: Grego. Omnia in nihilum tenderent &c.

Secundo, quod Deus omnia diligit probatur ratione gubernationis sic: Gubernatio, & prouisio quam Deus habet de creaturis ex amore Dei procedit. unde Dionysius dicit. 4. c. de diu. no. quod amor diuinus mouet superiora ad prouidentiam inferiorum: sed Deus omnia gubernat, & omnibus prouidet, uel de omnibus prouidentiam habet, ut dicitur Sap. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia: ergo ipse diligit omnia. Requiri. quod à diuina prouidentia nihil excluditur infra: Prouidentia quorum sit. Tertiò, quod Deus omnia diligit probatur ratione approbationis sic: Nihil approbat ab aliquo, nisi quod amat ab ipso: sed Deus omnia, quæ fecit approbavit, & approbat. Ita dicitur Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant ualde bona: ubi Augustinus in glo. sic dicit: De omnibus sigillatim dixit, quod erant bona, sed Deus omnibus simul dixit, quod erant ualde bona, quia quod sigillatim bonum est cum omnibus, magis bonum est, sed non conuertitur. Tertiò quod Deus diligit omnes creaturas probatur per locum à sufficienti diuisione sic: Omnis amor, uel est amor beneuolentiæ, uel amicitiae, uel concupiscentiae, uel charitatis: sed quolibet amore modo aliquo omnes diligit creaturas. quod sic probatur: Primo. n. amore beneuolentiæ Deus omnes diligit creaturas, eo quod omnibus

Tertia.

crea-

creaturis aliquod bonū vult, vt patet in principio huius cap. p hoc autē q bonū vult omnibus, & sunt, & bonæ sunt. Secūdo amore amicitie Deus diligit oēs creaturas rationabiles. Cuius ratio est quia amor amicitie requirit redamationem, & cōmunicationem in operibus vite. solē autem creaturę rationales possunt pertingere ad amandū Deum, & ad cōmunicationē intellectūalis, & beatę vite, quā Deus viuit, nō autē creaturę irrōnales: ergo &c. Tertiō amore cōcupiscētie Deus oēs diligit creaturas. s. inanimatas irrōnales, & rōnales, nō concupiscendo aliquid sibi ppi, neq; inquantū concupiscētia desiderij anxietatē importat, vt est in nobis, sed inquantū creaturas inanimatas, & irracionales ad creaturas rōnales, & creaturas rōnales ordinat ad seipsum, nō propter suam necessitatem. s. quasi eis indigeat, sed pp suam bonitatem, & nostram vtilitatem. Quarto amore charitatis diligit omnes creaturas irracionales, & rationales, sed differenter: quod patet, quia creaturas irrōnales diligit amore charitatis, non sicut illas ex charitate amans, sed sicut ordinans illas ad creaturas rationales ad quas Deus charitatem habet.

Oppos-
tio.

Sed fortē argues in oppositum. s. quod Deus non diligit oēs creaturas dupliciter: Primō. n. q ipse odit patet in psalm. Odisti omnes, qui operantur iniquitatē &c. Ecc. 12. Altissimus odio habet peccatores: ergo &c. Respondeo tribus modis. Primō q vnum, & idem secundum aliquid pōt amari, & secundum aliquid odiri, vt verbi gratia, Peccatores, inquantū sunt quædam creaturæ, Deus amat, sic. n. & quædam naturæ sunt, & ab ipso sunt: inquantū verō peccatores sunt, & ab eis se deficiunt, & hoc in eis à Deo non est, secundum hoc à Deo habentur odio: vnde in peccatoribus Deus diligit naturam, quam condidit, & odit in natura culpā, quæ naturam deformauit, & quæ à Deo non procedit. Secūdo modo respondeo, & dico q Deus odit aliquid ex hoc, q Deus amando res, volēs bonum carum esse, vult contrariū bono. s. malum non esse, sicut etiam nos ea, que non esse volumus, dicimus hñe odio. Tertiō modo respōdeo, & dico, q Deus dicitur odi-

re aliquid ex hoc, q volēdo maius bonū qd sine priuatione minoris boni esse nō pōt, vult priuationem illius minoris boni, vt verbigratia, Deus volendo bonū iustitiæ vult malum. s. pœnæ alicuius, secūdum illud psal. Odisti oēs, qui operantur iniquitatem. Secūdo q Deus oēs non diligit creaturas arguo sic: Beatus Diony. 4. c. de diui. no. dicit q amor amantem extra se ponit. & eum quodāmodo in amatum transfert: sed inconueniens, & absurdum est dicere q Deus extra se ponatur, & in alio transformetur: ergo Deus alia a se non amat. Respondeo & dico, q amor omnis, quod ad effectum transfert amantem in amatum duobus modis. Vno modo ad participandum ea bona, q sunt amati: & hoc modo amor diuinus non transfert, Deum in amatum, quod est creatura. Alio modo ad communicandum ea bona, quæ sunt sua, amato: & hoc modo Deus per amorem transfertur in amatum, inquantum bonitatem suam ei communicat, & sic hoc modo Deus in oēs creaturas se transfert omnibus suā bonitatē cōicando: & sic dicit idem Diony. 4. c. de diui. no. quod & ipse Deus per amorē extasim est passus: vnde euidenter ex prædictis patet quod Deus omnes diligit creaturas. Hæc b. Tho. 3. scrip. sen. dist. 3. 2. arti. 1. vtrum Deus creaturam diligit, in solu. 3. arg. & ibid. art. 2. in trib. arg. contra, & in cor. q. & in sol. argu. & prima parte summæ. q. 20. art. 1. vtrum Deus omnia amet, in cor. q. & in solu. 1. arg. & iterum contra genti. lib. 1. c. 91. ratione vltima, & ibid. c. 26. ratione secunda.

CAP. XXIII.

Secundo amor Dei ad creaturas est æternalis, nam Deus ab æterno oēs creaturas dilexit, quod triplici ratione probo. s. ratione eterne notitiæ, præparatæ gratiæ, essent æ creaturæ. Primō ratione æternæ notitiæ sic: Cognitio boni est causa amoris, vt patet sup. de causa amoris: cap. 1. ergo æterna cognitio boni est causa æterni amoris boni: sed Deus ab æterno omnes creaturas cognouit: ergo ab æterno omnes creaturas dilexit. Quod autē ab æterno cognouit patet Dan. 13.

Qui nouit omnia antequam fecit: ergo &c. Secundo hoc idem probo rōne pręparatę gratię sic. Prędestinatio, & electio à Dei gratia, hoc est à Dei amore procedunt: sed Deus elegit, & prędestinauit ab æterno, ergo dilexit ab æterno. Quod autem elegerit ab æterno patet per Aposto. ad Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mūdi cōtēnem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Quę verba exponens Aug. in gl. sic ait. Elegit nos p̄destinās ab æterno ante mundi cōstitutionem antequā essemus, ne quis dicat omnes animas ab æterno fuisse, & subdit ibi: In ipso. i. per Christum nos elegit. Cuius ratio est, quia Deus nos elegit, & prędestinauit in sapiētia sua: Christus autem est sapientia Dei patris: ergo &c. Sed dices: Ad quid elegit? ait Aposto. Vt essemus tempore gratię sancti in virtutib. & immaculati à criminibus: & hoc in cōspectu eius, & non in cōspectu hominis. i. intus ubi ipse conspicit, non extra ubi homines vident, ut in conspectu eius. i. vt eum conspiciamus. s. quod hoc non fecit meritis nostris, sed in charitate Ambro. & Haymo. Amor. n. Dei fecit hoc in Gl. ibidem. Tertiō, quod Deus ab æterno dilexit creaturas probo ratione essentię creaturę sic: Dilectio est boni: ergo æterna dilectio est æterni boni: sed creaturę fuerunt bonę ab æterno: ergo fuerunt dilectę à Deo ab æterno. Sed contra: Amor Dei est æternus. sed ea, q̄ sunt alia à Deo, vt creaturę non fuerunt ab æterno: ergo Deus non dilexit creaturas ab æterno. Respondeo, & dico, quod licet creaturę in propria natura non fuerint ab æterno, fuerunt tamen ab æterno in mente seu pręscientia diuina: unde secundum, q̄ omnes creaturę ab æterno in mente, uel in notitia diuina habuerunt bonitatem: vnde per hoc quod Deus ab æterno oēs res cognouit, ab æterno amauit, ut uerbi gratia: Sicut nos per similitudinem rerum, quę in nobis sunt, cognoscimus res in seipsis, uel in naturis proprij existentes, sic Deus cognoscendo suam essentiā, in qua virtualiter, & eminenter ab æterno omnia continentur in proprijs naturis ab æterno cognouit: ergo dilexit: vnde Aposto. ad Ro. 9. sic ait: Cum. n. nōdum nati fuissent aut aliqd egissent boni aut

mali, dixit Deus: Iacob dilexi, Esau autē odio habui: sicut scriptum est originaliter Malach. 1. per q̄ ostendit, q̄ Deus ab æterno nos dilexit, & q̄ gratis. i. sine proprijs operib. nos dilexit. Hęc B. Tho. 3. scri. sen. di. 32. art. 3. in arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg. & 1. parte summę. q. 20. art. 2. utrum Deus diligat alia à se, in sol. 1. arg. Sed fortē quęres, quid est dictum, Deum creaturam diligere ab æterno? Respondeo, & dico, q̄ aliud est dicere, Deum diligere creaturam in seipso, & aliud Deum diligere se in creatura. Nam diligere creaturam ab æterno, idem est sicut diligere creaturā in seipso, quia creatura ab æterno nil fuit, nisi in Deo: diligere uerō Deum se in creatura, idem est, q̄ diligere creaturam cum tempore, uel in tempore. Hęc Alex. 1. par. summę. q. 3. artic. 32. quid sit dictum Deum creaturam diligere ab æterno, in cor. q.

CAP. XXIIII.

TERTIO amor Dei ad creaturas est uirtualis seu causalis. Nam amor noster ab amore diuino in hoc specialiter differt. quia amor noster causatur à bonitate rei, amor uerō Dei causat bonitatem rerum, & amor noster à bonitate rei mouetur. Ratio autem huius est, quia cum bonitas nostra nō sit causa bonitatis rerum: sed à bonitate rerum, mouetur, sicut ab obiecto, amor noster nō est causa bonitatis rerū, sed potius econuerso bonitas obiecti, uel alicuius rei, uel vera, uel existimata causat, & puocat amorem, quo ei bonū uolumus, & bonum cōseruari, quod habet, & addi qd̄ non hēt, & ad hoc operamur: vnde nō quia rem diligimus, idē res est bona, sed econuerso, quia res est bona, idē eam diligimus, uel vt cōstruetur cum habetur, uel vt acquiritur cum nō habetur, vt patet. Sed amor Dei est profundens, & causans bonitatē in rebus; quod dupliciter probo, scilicet, auctoritate, & ratione. Primo auctoritate beati August. in primo de doctrina Christiana dicentis, quod quia Deus bonus est summus: quod pro tanto dicitur, quod sua bonitas est ratio uolendi omnia alia, & suus amor est causa bonitatis omnium

nium. Secundò hoc idem probò ratione sic: Charitas, vel dilectio est secundum quam diligentes sumus: sed non secundum hoc sumus boni, & Deo accepti, quia sumus diligētes Deum: sed potius èconuerso, quia sumus dilecti à Deo, ergo amor Dei est causa bonitatis, & amoris nostri. Sed fortè argues in oppositum, s. q. amor noster ad Deum sit causa amoris Dei, ad nos: & q. Deo accepti sumus ex eo, quòd Deum diligimus, quia Prouer. 8. dicitur. Ego diligentes me diligo, &c. Respondeo & dico, q. Deus diligit diligentes se, non tamen ita q. dilectio se diligentium sit ratio quare ipse diligit, sed potius èconuerso, dilectio qua nos Deus diligit, est ratio quare nos diligimus Deum. Vbi nota, quòd de rōne charitatis duo possunt intelligi, vel quòd per charitatē homo sit Deo charus: vel quòd per charitatē homo habeat Deum charum. In quantum ergo charitas est quædam dilectio, prius est de ratione charitatis quòd hō sit Deo charus per hoc, quòd a Deo diligitur, & non per hoc quòd diligit Deum: unde diuina dilectio, qua nos diligit est prior quam dilectio, qua nos eū diligimus. Ita dicitur. 1. Ioh. 4. In hoc est charitas, nō quasi nos dilexerimus Deum. s. prius: sed quoniā ipse prior dilexit nos. In quantum verò charitas facit nos idoneos ad merendum boni infinitum. s. vitam æternam, per prius est de rōne charitatis quòd homo sit Deo charus, quā quòd homo habeat Deum charum. Est autē homo Deo charus, & acceptus, & per consequens vita æterna dignus, per gratiam charitatem nostrā ad Deum pręuenientem, & perficientem, ut dicit August. 2. de prædestinatione sanctorum: aliter enim sine gratia præueniente, & perficiente dilectio nostra, qua Deum diligimus, non esset tanto præmio condigna. B. Tho. 1. p. q. 19. art. 4. in sol. 3. arg. & ibidem. q. 20. art. 2. utrū Deus omnia amet, in cor. q. in fi. & iterum in q. dispu. de veritate. q. 11. de gratia. q. 2. utrū gratia gratum faciens sit idem, quòd charitas, in arg. contra, 1. & 4. & in sol. primi argu. & 5. Est autem sciendum ad euidentiam prædictorum, quòd duplex est dilectio Dei, qua scilicet, Deus nos diligit, scilicet æternalis, & temporalis, siue dilectio prædestinationis, & iustificationis. Prima di-

lectio Dei, ad nos est æternalis, qua nos ab æterno dilexit, de qua Malach. 1. Iacob dilexi. Esau odio habui. de qua patet cap. præcedenti: & de hac dilectione non potest dici, quia diligimus Deum, ideò ipse diligit nos, sed potius èconuerso, quia Deus nos diligit, ideò nos diligimus Deum: unde Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, &c. Aug. si pigri eramus ad amandum, non simus pigri ad redamandū, & etiam de hac charitate dicitur. 1. Ioh. 4. In hoc est charitas, &c. ut patet supra. Secunda dilectio Dei ad nos est temporalis, s. dilectio iustificationis, qua nos ex tempore diligit, & istius temporalis dilectionis quadruplex est effectus. Primus est gratiæ infusio, & de ista dilectione nō pōt dici, quòd quia diligimus Deum: ideò ipse diligit nos, sed potius ècōuerso, quia Deus nos diligit per suam gratiam gratificando, & iustificando, ideò nos diligimus Deum, ut dicit B. Iohannes ubi sup. Secundus effectus dilectionis Dei temporalis, scilicet iustificationis, est gratiæ cōseruatio. Tertius est gratiæ augmentatio. Quartus est gratiæ consummatio, quod erit in gloria. Et quātum ad hoc effectus dilectionis Dei temporalis potest dici, quòd quia diligimus Deum, ideò Deus diligit nos, ut dicitur Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Et subditur: Et qui manē vigilauerint ad me, inuenient me, q. d. Et qui mane, metaphoricæ, idest luce gratiæ illumināte: uel mane, idest fugata per gratiam peccati nocte, uel mane, ad litteram, i. in iuuentute vigilauerint ad me, idest propter me habendum. Glo. Manē quippe ad sapiētiam, uigilant, qui in momento mētis studio semper ad Christi visionem attingere satagunt: unde subditur: Inueniet me assistentē forib. cordis sui: sicut pater filio suo prodigo fecit ad se redeunti, Luc. 15. Cum longe esset uidit illū pater suus, & misericordia motus &c. De tali etiam dilectione tēporali dicitur Io. 14. Qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligā illum, & manifestabo ei me ipsum. Super quo uerbo Augu. sic dicit, Nūc. n. ad hoc nos Deus dilexit, ut credamus, tūc ad hoc nos diligit, ut uideamus, quia & nos nūc diligimus credēdo quod uidebimus, tunc diligemus uidādo quod credidimus. Hęc B. Tho. in euang. continuo,

Exponitur illud & qui manē uigilauerint ad me.

Prou. 8.

Dilectio Dei duplex est.

tinuo Ioan. 14. super dicto verbo: & dominus Hugo cardinalis in postilla, quam fecit super libro prouer. super illo uerbo: Ego diligentes me diligo. cap. 8. Requi. quot bona facit amor, & præcipue amor Dei supra in 15. cap. de effectibus amoris diuini.

CAP. XXV.

QUARTO amor Dei ad creaturas est inæqualis. Nam Deus aliquo modo, omnes creaturas equaliter diligit. Alio uero modo Deus omnes creaturas non æqualiter. scilicet specialiter, sed magis, & minus diligit.

Ad cuius euidentiam nota de dilectione maiori, vel minori, vel æquali tres distinctiones. Prima quod dilectio dupliciter considerari potest. Vno modo ex parte diligentis, & sic Deus omnia æqualiter diligit. Alio modo ex parte dilecti: & sic Deus non omnia æqualiter diligit, sed specialiter, quedam minus diligit, ut patet. Secunda distinctio ad idem est: quod dilectio potest dici maior, vel minor dupliciter. Vno modo secundum affectum: & sic Deus omnia, & etiam eundem diuersis temporibus æqualiter diligit. Alio modo secundum effectum: & sic Deus omnia non æqualiter diligit, sed magis, & minus. scilicet cui uult maius bonum, & minus: unde sicut una res melior est altera, & idem homo secundum diuersa tempora est melior seipso, & ideo eundem hominem quandoque plus quinquam minus diligit. Tertia distinctio est quod dilectio dupliciter potest dici maior, uel minor: uno modo ex parte modi, secundo modo ex parte boni. Primo dilectio potest dici maior, vel minor ex parte modi amandi scilicet cum aliquod bonum magis, vel minus intensè amatur: & hoc modo Deus non magis quædam alijs amat, vel intensius unum altero, sed æqualiter omnia. Cuius ratio est, quia intensio, & remissio proprie est nature mutabilis, quæ non potest Deo competere à quo omnis mutabilitas procul est: & ideo uno simplici actu, & uno simplici affectu, & semper eodem modo se habenti, Deus omnia diligit. Secundo dilectio potest dici maior, uel minor ex parte boni, quod quis uult alteri, & sic Deus quædam alijs magis amat: quod probetur triplici-

ci ratione. scilicet ratione finis diligibilis, & ordinis. Primo ratione finis sic: Illud propter quod aliud fit, magis diligitur quam id, quod est ad finem: sed Deus omnia fecit propter hominem, quia homo est quodammodo finis omnium, hominem uero fecit propter se ipsum, qui est simpliciter finis omnium: ergo Deus magis diligit seipsum, quam homines, & homines magis, quam alias creaturas, & inter homines magis diligit meliores. Quod autem Deus sit ultimus finis omnium patet pro uerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus. Quod exponitur tribus modis. Primo sic secundum glo. Vniuersa propter semetipsum &c. i. sola bonitate sua gratuita, non necessitate aut suasionem, aut merito operatus est dominus. scilicet Deus trinitas, unde Damas. Quia bonus est & superbonus Deus, non contentus est contemplatione sui ipsius: sed super abundantia bonitatis acceptauit generari quædam quibus beneficeret, & participata sua bonitate de non ente ad esse deduxit, & condidit uniuersa. Secundo exponitur sic: Vniuersa propter semetipsum. scilicet cognoscendum, amandum, & laudandum operatus est dominus: Sap. 13. A magnitudine speciei, & creature poterit eorum creator cognoscibiliter uideri. Tertiò sic, uniuersa propter semetipsum. i. propter Dei bonitatem, & propter hominis utilitatem operatus est dominus. Secundo quod Deus quædam alijs magis diligit probatur ratione diligibilis sic. Regula, & lex sapientis est quod sit simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime: sed amor est boni in quantum bonum: ergo maioris boni, est maior amor, & maximi boni maxima dilectio, seu amor. Secundo hoc idem confirmo alia ratione sic: Amare est uelle bonum alicui: ergo ubi uult maius bonum, ibi maior amor: unde licet actus, vel effectus uoluntatis diuinæ non possint intendi, uel remitti, quia non potest mutari, ut patet super. tamen bonum, quod Deus uult creature, non est diuina essentia, & ideo potest intendi, & remitti, & per consequens amor Dei. Tertiò hoc idem confirmo ex parte causalitatis alia ratione sic: Cum. n. amor Dei sit causa bonitatis rerum, ut patet cap. præced. non esset aliquod alio melius, si Deus non amaret magis unum quam alterum, &

Exponitur illud prou. 16. uniuersa propter semetipsum operatus est dominus.

sic non vellet vni maius bonum quā alteri. Tertiò principaliter, q̄ Deus quādam alijs magis diligat probo ratione ordinis sic, Ordo charitatis est de perfectione ipsius, sed charitas Dei perfectissima est, ergo secundum ordinem diligit vnum plus alio. Req. infra Charitas. 2. ca. de ordine charitatis. Sed fortè argues in oppositū scilicet, q̄ Deus quādam magis nō diligat alijs duplici ratione, scilicet diuinæ prouidentiae, & notitiæ. Primò ratione diuinæ prouidentiae sic: Prouidentia, secundū Dion. 4. c. de diui. no. est effectus diuini amoris, sed equaliter Deo est cura, vel prouidentia de omnib. vt dicitur Sap. 6. ergo omnia equaliter Deus diligit. Respondeo duob. modis. Primo, q̄ equaliter est Deo cura, vel prouidentia de omnibus non q̄ equalia bona sua prouidentia omnib. dispenset, sed quia ex equali sapientia, & bonitate omnia administrat. Secūdo modo respōdeo, & dico q̄ diuina prouidentia dupliciter potest considerari, scilicet ex parte prouidentis, & prouisi. Primò ex parte Dei prouidentis, & sic: Deus equalē prouidentiam, vel sollicitudinem de omnibus habet. Secūdo ex parte prouisi, & boni de quo fit prouisio, & sic: Nō equaliter Deus omnib. prouidet, quia non equaliter omnia recipiunt effectum prouidentiae, scilicet conseruationem, & gubernationem à Deo eò q̄ non eodem modo oīa sunt capacia effectum prouidentiae Dei, sed meliora nobilius, ut verbi gratia. Demonstrātis duobus pannis vno tamen meliore alio, pōt dici, quia sicut iste pannus est bonus, sic ille, non tamen tantū est bonus, quantū est ille, ita est a simili secundū q̄ creatura plus, vel minus participat de bono secundū hoc plus, vel minus prouidet sibi, & a Deo diligitur. Req. infra Prouidentia Dei. Secūdo ad idem arguo ex parte diuinæ notitiæ sic: Sicut Deus omnia diligit, ita omnia cognoscit, sed equaliter oīa cognoscit, & non vnum magis quā aliud: ergo omnia equaliter diligit, & non vnū magis altero. Respondeo duob. modis. Primò, q̄ non est simile de cognitione veri, & dilectione boni. Cuius ratio est, quia quantitas cognitionis mensuratur tantū ex parte cognoscentis, eò q̄ cognitio est secundū motum rei ad animam, sed quantitas amoris mēsuratur ex parte amātis,

& ex parte amati: quod patet, quia nō dicitur magis cognoscere, quia maiore rē in esse alicui cognoscit, sicut dicitur magis cognoscere illū cui maius bonum inesse vult. vnde non est simile de cognitione, & dilectione ut dixi. Secūdo modo respondeo, & dico, q̄ scire non importat ne significat nisi solū actū intellectus, amare verò importat connotatū. scilicet bonū, ex cuius diuersitate pōt dici aliquid magis, uel minus amari, non tñ magis, uel minus sciri. Tertiò modo respondeo, & dico, q̄ duplex est notitia, scilicet simplex, & beneplaciti. Prima notitia, scilicet simplex, est per motum intellectus speculatiui, & de hoc verum est, q̄ equaliter nouit omnia, quia ipse nouit omnia prout in ipso relucet: & de hac nō est verum, q̄ quantum quis nouit tantum diligit. Secūdo, notitia est beneplaciti, quæ est per modum intellectus practici: & de hac nō est verū, q̄ Deus nouit omnia equaliter: sicut neq. diligit omnia equaliter: immo meliora magis nouit. i. approbat, & minus bona minus, & hoc mō dicitur Deus nescire mala, secundū q̄ dicturus est in iudicio malis, & reprobis. Nescio vos Lucæ. 13. & Matt. 25. Hec b. Th. 3. scrip. sen. dist. 32. art. 4. in trib. arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg. & in prima parte sum. q. 20. ar. 3. in cor. q. & in sol. argu. & iterum contra gent. libr. 2. q. 91. an in Deo sit maior amor in fine ca. & in medio ca. & iterum Alex. prima parte sum. q. 32. art. 3. vtrum Deus æquæ diligat omnem creaturam, in sol. duorum arg.

CAP. XXVI.

Quinto amor Dei ad creaturas est specialis. Nam Deus licet secundū affectum voluntatis, & amoris oēs creaturas equaliter diligat, vt cap. præcedent. immediate tamen secundum effectum vnā creaturam specialiter præ alijs diligit, eò q̄ maius bonum vel vni creaturæ quam alteri. Vbi nota, q̄ anum bonum est maius altero sex rationibus, vel quia est vicinius, uel quia acceptius, uel quia similis, uel quia nobilius, uel quia diuturnius, vel quia perfectius. Primò. n. vnū bonum est maius altero, quia est vicinius Deo: & sic Deus dilexit Christum, non solum plusquam homines, sed plusquā totū vniuersum, non solū in quā

Vnū bonum est maius altero sex rationibus.

tum Deum, sed etiam inquantum hominem, quia eū prædestinavit ad maius bonum. scilicet ad unionē diuinæ personæ. Req. infra Incarnatio, de mirabili vnione naturæ humanæ, & diuinæ in persona Christi. Secundò vñ bonum est maius altero, quia Deo acceptius, & sic Deus magis dilexit Christum, quia per Christū, totū humanum genus fit Deo acceptū, & propter quod vñ quodq; tale, & illud magis: vnde Aug. super Ioh. sic ait: Omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, & de illis eas amplius diligit quæ sunt mēbra filij sui, & multo magis filium vnigenitū suum.

Secūda.

Tertiò vñ bonū est maius altero, quia est Deo similis: nā dilectio causatur ex conuenientia amati cum amante: & ideò vbi est maior conuenientia, vel similitudo, ibi est maior dilectio. Et ideò cū Angelus quantum ad bonū naturæ sit similior Deo quā homo, Deus magis diligit Angelum quam hominem: sed quantum ad bonum gloriæ, Angeli, & homines quantum ad hoc, quod est à Deo diligere habent sicut excedētia, & excessa, quia Deus quosdam homines plus diligit: & quosdam Angelos plus, & quosdam æqualiter. Cuius rō est, quia homines quidam erunt superiores Angelis, quidam inferiores, quidā æquales. Quartò vñ bonū est maius altero quia nobilius: & sic cum status virginis sit nobilior quam status corruptæ, Deus plus diligit virginem, quā corruptam. & hoc quo ad præmium accidentale, non tamen quo ad præmium essentiale: quod patet, quia licet quo ad præmiū essentiale quod charitati respondet virgo, & corrupta possint esse æquales, non tamen quo ad præmiū accidentale, quod correspondet statui: vnde licet corrupta possit resurgere ad tantā charitatem, quantā habet virgo, vel etiā ad maiore; & per cōsequens possit habere tantum de præmio essentiali, quantum habet virgo, vel etiam maius: non tamen corrupta potest ad tantam dignitatē resurgere, quāta est dignitas virginis, cuius argumentum, vel signum est, qd postquā virgo cecidit à sua virginitate aureolā nō habebit, vt incorrupta. Req. infra Aureola, & infra virginitas. Quinto vñ bonum est maius altero, quia diuturnius, &

Tertia.

Quarta

Quinta

sic cæteris paribus Deus magis diligit innocentem, in quo non est corrupta innocentia, quam pænitentē, in quo est innocentia interrupta, nam innocens semper perseverat, ille autē, scilicet pænitens aliquando cecidit. Sexto vñ bonum est maius altero, quia simpliciter est perfectius, & sic peccatorē prædestinat. Deus magis diligit, quā bonum præscitum.

Sexto.

Vbi nota, qd secūdum quid idest, vt nūc Deus plus diligit bonum præscitū, quā peccatorē prædestinatum. Cuius ratio est, quia in bono præscito, vt nunc est duplex bonum. scilicet tam naturæ, quam gratiæ: & nūc nihil est in ipso quod Deus odit, quia Deus nihil odit nisi peccatū. In peccatore autem prædestinatio est tantū bonū naturæ, quod reuera Deus diligit, sed non bonū gratiæ quod Deus diligit, sed malum culpæ quod Deus odit. Simpliciter autem Deus magis diligit peccatorē prædestinatum. Cuius ratio est, quia prædestinatio est pparatio gratiæ finalis: sed nullum donū nulla; gratia est comparabilis in bonitate finali gratiæ, ergo multo magis nec gloriæ. Cum ergo maius bonū simplicitate Deus magis diligit, ergo peccatorē prædestinatum magis diligit, quā iustum, vel bonum præscitū. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 32. art. 5. vtrum Deus plus diligit iustum præscitum, quā peccatorē prædestinatum in quattuor questionibus ibidē, & prima parte summæ, d. 20. art. 4. vtrum Deus magis amet meliora, &c.

Deus an plus diligit bonum præscitū, quā peccatorē prædestinatum. Cuius ratio est, quia in bono præscito, vt nunc est duplex bonum. scilicet tam naturæ, quam gratiæ: & nūc nihil est in ipso quod Deus odit, quia Deus nihil odit nisi peccatū. In peccatore autem prædestinatio est tantū bonū naturæ, quod reuera Deus diligit, sed non bonū gratiæ quod Deus diligit, sed malum culpæ quod Deus odit. Simpliciter autem Deus magis diligit peccatorē prædestinatum. Cuius ratio est, quia prædestinatio est pparatio gratiæ finalis: sed nullum donū nulla; gratia est comparabilis in bonitate finali gratiæ, ergo multo magis nec gloriæ. Cum ergo maius bonū simplicitate Deus magis diligit, ergo peccatorē prædestinatum magis diligit, quā iustum, vel bonum præscitū. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 32. art. 5. vtrum Deus plus diligit iustum præscitum, quā peccatorē prædestinatum in quattuor questionibus ibidē, & prima parte summæ, d. 20. art. 4. vtrum Deus magis amet meliora, &c.

CAP. XXVII.

EST sciendum ad maiorem tamen euidētiā prædictorū, qd dilectio

27.

Dei ad aliquos speciales pōt dici maior, vel minor triplici rōne. scilicet rōne conditionis cōsequētis, liberalitatis, necessitatis. Prima

Primò ratione cōditionis cōsequētis, ratio. & sic licet status innocentiae sit nobilior, vt patet ca. præce. tamen persona pænitentis est melior, quā persona innocentis, eodē

qd pænitens post pænitentiam est melioris conditionis quam fuerit primò, quia secūdum Greg. vt plurimum resurgit cautior, humilior, & feruentior quā primò fuit, nitētis, & ideò personam pænitentis Deus plus diligit, quam personā innocentis, quod pro

Deus plus diligit peccatorē prædestinatum, quā iustum, vel bonum præscitū. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 32. art. 5. vtrum Deus plus diligit iustum præscitum, quā peccatorē prædestinatum in quattuor questionibus ibidē, & prima parte summæ, d. 20. art. 4. vtrum Deus magis amet meliora, &c.

bat B. Greg. per duo exempla. Primum exemplum est de dilectione ducis ad militem dicens, quod dux in praelio plus illum militem diligit, qui post fugam reuersus fortiter hostem premit, & vincit, quam illum, qui nunquam terga vertit, & nunquam fortiter pugnavit. Secundum est de dilectione agricolę erga terram dicens, quod agricola terram illam plus amat, quę post spinas vberę frugem portat, quam illam, quę nunquam spinas habuit, & nunquam fertilę messem fecit.

Secunda. Secundum dilectio Dei ad hominem potest esse, & dici maior ratione liberalitatis, & sic æquale donum diuinę gratię collatum penitenti, qui meruit poenam, est signum maioris dilectionis quam collatum innocenti, qui poenam non meruit.

Tertia. Tercio dilectio Dei erga penitentem dicitur esse maior ratione necessitatis, & sic donum diuinę gratię, a Dei dilectione procedens, est maius, id est necessarius collatum penitenti quam innocenti, quod patet per tria exempla. Primum exemplum est, quia dare certum Marcas uni pauperi est maius donum, eo quod magis indiget, quam si darent uni diuiti, vel regi, qui minus indiget: nam maior indigentia plus facit donum acceptum, quam preciositas doni. Re. infra Donum, vel infra. Venditio de precio. Secundum exemplum est, quod sicut plus homo gaudet domo dico signo sanitatis alicuius infirmatis, quia talis magis indiget ea, quam de magna sanitate, dum eam habebat, sic est Deus dicitur plus gaudere de penitente conuerso propter recuperatam gratiam quam indigebat, quam de innocente, qui ea non indigebat.

Tertium exemplum est, quia sicut paterfamilias aliquid preciosum dat seruo egrotanti, quod non dat filio, eo quod seruus magis indiget, quam filius: quauis pater magis diligit filium, quam seruum, ita Deus maius donum facit penitenti ex sua dilectione remittendo culpam, & infundendo gratiam, quam innocenti, qui non indiget. Similiter Deus maius donum, vel gratiam fecit humanę naturę assumendo eam, quia magis indigebat, quam naturę angelicę, quam non assumpsit, cum non esset reparabilis, quis absolute Deus magis diligit naturam angelicam, & innocentis, quam naturam humanam, & penitentis. Hec b. Th. 3. scri. sen. dist. 32. arti. 5. q. 2. in sol. 4. arg. & prima parte. q. 20. arti. 4. vtrum Deus magis diligit meliora, in so. 2.

arg. per totum. Secundum quod Deus prædictis rationibus magis diligit penitentem quam innocentem probo auctoritate saluatoris Luc. 15. sic dicentis: Gaudium est in celis coram Angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente: quam super nonaginta nouem iusti, qui non egent poenitentia. Ex qua auctoritate formo sic rationem: Gaudium ex amore procedit: sed Deus, & Angeli plus gaudent de penitente, quam innocente, ergo plus eum diligunt. Ad cuius euidenciam est sciendum, quod prædictum verbum Luc. 15. Gaudium. &c. potest intelligi quinque modis. Scilicet quantum ad actum, fructum, consortium, modum, præmium. Primum quantum ad actum sic Gaudium est in celo super uno peccatore poenitentiam agente, eo quod nobilior, & perfectior actus est peccatorum iustificatore, quam iustum creare, ut Aug. super Io. dicit Req. in fra Iustificatio. Secundo potest intelligi quantum ad fructum, & sic anthonomaticę exponendo, maius gaudium in celo de uno peccatore, sicut de Paulo, vel Magdalena propter maiorem fructum, qui ex eorum conuersione, & penitentia est secutus, quam nonaginta nouem iustis, qui & si non peccant, tamen ex eorum operibus non sequitur magnus fructus, unde Greg. super dicto verbo sic ait: Sunt multi in innocentia permanentes, pauca tamen bona facientes, qui rebus licitis libere vtuntur, ab illicitis abstinentes, & quia eis videntur esse in toto, eo quod non faciunt mala, pigri sunt ad bona. Peccator autem qui ad poenitentiam conuertitur, a Deo conuertitur, & tanto feruore charitatis accenditur, & tot bona post poenitentiam operatur, ut maius sit gaudium de eo, quam de nonaginta nouem iustis. Tercio potest intelligi quantum ad consortium: nam maius gaudium est in celo de uno peccatore. id est de toto humano genere reparato, & reconciliato sibi, quam de nonaginta nouem iustis. Et si Angeli tantum gaudent propter eius reconciliationem, & numeri adimpletionem, quanto magis nos gaudere debemus, qui & homines sumus & peccatores? Quarto modo potest intelligi quantum ad reparationis modum, quia maius gaudium est super vno peccatore penitentiam agente. id est super homine reparato, quam super nonaginta nouem iustis. id est quam super 9. iustis ordinibus Angelo-

Probat auctori-
ritate.

Exponitur illud Luc. Gaudium erit.

rum propter reparationis modum. i. propter incarnationem filij Dei. Quinto modo potest intelligi quantum ad præmium. Vbi nota, q̄ duplex est præmiũ. scilicet essentialē, & accidentale. Quantum ad præmiũ essentialē Deus equaliter diligit penitentem, & innocentem si equalē charitatē habeant, uel plus diligit illum qui habet charitatē maiorem, sed quantum ad præmiũ accidentale plus diligit innocentem, quam penitentem propter dignitatem innocentis ad quam penitens peruenire non potest, ut dicit. b. Th. 3. scri. sen. dist. 32. art. 5. q. 2. in cor. q. per totum.

C A P. XXVIII.

Sed forte quæres gratia prædictorũ, utrum Deus semper magis diligat meliores. Et dico quod non, quod duplici exemplo probo. Primò exemplo innocentis, & penitentis sic: Status innocentis est melior statu penitentis, & tamen Deus plus diligit penitentem, quam innocentem, ut patet Lucæ. 15. Dico uobis maius gaudium, &c. Re. supra in duobus c. præcedentib. veritatem huius auctoritatis, & solutionis. Secundò idem argues exemplo Petri, & Iohannis sic, Petrus fuit melior Iohanne. quod tali ratione ostendo: Ille est melior, qui plus diligit Deum: nam mensura, uel quantitas bonitatis accipitur secundum mensuram dilectionis: sed Petrus plus dilexit Christum Iohanne, uel cæteris alijs: quod patet quia dominus interrogauit solum Petrum de dilectione: Ioh. 21. Simon Iohannis diligis me plus his? ubi August. sic ait. Quod scit interrogat: quod patet, quia ut respondit Petrus: Tu scis quia amo te, & tñ Christus plus dilexit Iohannem quàm Petrum, unde super illo uerbo Io. 25. Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Aug. dicit, quod Christus præ cæteris discipulis dilexit Iohannem. Et Beda super eodem uerbo sic ait, Diligebat autem eum Iesus non exceptis cæteris singulariter solum, sed præ cæteris, quos diligebat familiarius unũ: ergo nõ uidetur, quod Deus magis diligentes se, & per consequens meliores diligat. In contrarium arguo tali ratione: Secundum rationem, quantitatem cognitionis est ratio, uel quantitas dilectionis: sed Iohannes plus cognouit

Christum quam Petrus, uel etiam quam omnes alij, quia de ipso diuini pectoris fonte potauit Iohannes, ergo plus cæteris Deum dilexit, & sic Deus sicut diligētes se diligit, ita plus diligentes se plus diligit. Respondeo, & dico, quod Petrus, & Iohannes quantum ad hoc se habent sicut excedentia, & excessa. Et ideo ad prædicta respondeo quattuor modis. Primò secundum Aug. qui dicit, quod per Petrum significatur uita actiua: per Iohannem autem significatur uita cōtemplatiua, & quia uita actiua magis sentit præsentis uitæ angustias, sicut est ille, qui est in agone ipso labore cogitur magis desiderare quietem quam non habet: quam contemplatiua, qui quodā modo tenet Deum & quiescit mente in Deo. Vitam uerò cōtemplatiua, quæ per Iohannem significatur magis diligit Deus, eo q̄ eam magis conseruat, quia cum corpore non finitur sicut aita actiua, sed potius perficitur. Re. infra. Contemplatiua uita. Secundò modo respondeo, & dico, q̄ Petrus dilexit Christum in mēbris, & Christus quantum ad hoc eum magis dilexit, unde ecclesiā suam ei recōmendauit. Iohannes uero plus dilexit Christum in se, ideo Christus eum plus dilexit, quia sibi suam matrem recōmendauit. Tertiò mō respondeo, & dico, q̄ Petrus plus dilexit Christum quantum ad promptitudinem, & feruorē charitatis: Iohannes uerò quantum ad quædā indicia charitatis, & sic etiā quantum ad quædā indicia dilectionis, quæ Christus magis demonstrauit Iohanni propter eius ad Christum feruorem, & affinitatē, & puritatē Iohannem magis dilexit. Quarto Respondeo, & dico, q̄ ipforum merita ponderare temerarium est, eo q̄ hoc est solius Dei, qui spirituum ponderator, ut dicit Prouer. 16. Spirituum ponderator est dominus. Quod uerbum exponitur sex modis. Primo sic: Spirituum. i. animarum ponderator est dominus. eo q̄ Deus animas fecit pondus. scilicet corpus: Iob. 28. Qui fecit uentis pōdus. i. animas, corpus. Secūdo sic: Spirituum. i. cogitationum, & affectionum, quæ spū sunt absconditæ, ponderator est dñs, ut reddat pōdus retributionum ad pōdus meritorum, Isa. vlt. Ego opera, & cogitationes eorum uenio ut cōgregē. Tertiò sic: Spirituum. i. intentionum ponderator est

Exponitur illud Prou. 16. Spirituum ponderator est.

Xps quē magis dilexit, Petrum an Iohannem.

dominus, iuxta quarum pondera iudica opera: Ambro. Intentio tua operi tuo finem imponit. Requ. infra intentio. Quarto sic. Spirituum, idest spiritualium hominum ponderator est dominus, sicut res pretiosae ad pondus venduntur, sed uiles, non talis enim & si ponderosa sit trahens ad centrum in statera: tamen Deo nil ponderat, quia, nil ualet, Dani. 5. Appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Quinto sic, Spirituum. i. angelorum, & animarum omnium ponderator est dominus, mensurans, scilicet in quam partem per amorem singuli inclinentur. pondus enim animae amor est inclinans ad loca sua, ut sursum. scilicet ad caelum, & deorsum, scilicet ad infernum tendat. Vnde Augu. in lib. confessionum: Amor meus pondus meum, eo feror quocunque feror. Sexto sic: Spirituum, idest meritorum omnium hominum. i. praemiorum ponderator Deus est, quia solus Dens habet iudicare merita, & praemia, uel demerita singulorum. Et ideo praesumptuosum est iudicare quis simpliciter sit melior apud Deum, & quis magis diligat Deum, aut sit magis dilectus a Deo, quia hoc est solius Dei corda, & merita omnium scrutantis, ponderantis, & iudicantis ut patet Hae B. Tho. 1. parte sum. q. 20. art. 4. in sol. 3. arg. per totum, & dominus Hugo cardinalis de ord. fra. praedica. in expositione illius auctoritatis, Prouer. 16. Spirituum ponderator est dominus.

De Angelis.

SUMMARIUM.

- 1 Angeli fuerunt necessarii ad perfectum. vniuersi.
- 2 Angeli creati sunt in caelo empyreo.
- 3 Angelorum quantus sit numerus.
- 4 Angeli habent liberum arbitrium.
- 5 Angelorum primus actus est assistere Deo.
- 6 Angelorum est resistere.
- 7 Angeli boni sunt ad custodiam deputati.
- 8 Angeli infimi ordinis sunt ad custodiam deputati.
- 9 Angelorum custodia quibus datur.
- 10 Angeli dantur custodes hominum propter quattuor causas.
- 11 Angeli semper custodiunt homines.
- 12 Angelorum triplex distinctio, & 13
- 14 Angeli an post diem iudicii remanebunt.
- 15 Angelorum ordinibus an homines adscribantur.
- 16 Angelorum, qui Seraphin appellantur, nomen.
- 17 Octo proprietates ignis, quae conueniunt Seraphini.
- 18 De nomine Cherubin.
- 19 De ordine Thronorum.
- 20 De ordine Dominationum.
- 21 Tertia hierarchia tres habet ordines.
- 22 Angelis beatis tres actus conueniunt respectu Dei.
- 23 Angelis superioribus conuenit triplex actus respectu inferiorum.
- 24 In Angelis purgare, illuminare, & perficere possunt fieri tribus modis.
- 25 In Angelis beatis sunt quattuor.
- 26 Angelus naturali dilectione plus diligit Deum quam seipsum.
- 27 In Angelis beatis est mentalis locutio.
- 28 Angeli beati habent hominum generalem praesidentiam.
- 29 Angeli beati habent hominum specialem custodiam.
- 30 Angeli circa homines tria facere possunt, & faciunt.

- 31 *In cælo una tantum erit societas.*
 32 *Angeli circa peccatores exercent tres actus.*
 33 *Angeli circa penitentes exercent tres actus.*
 34 *Angeli circa tribulatos tres habent actus.*
 35 *Angeli circa bene sperantes exercent tres actus.*

C A P. I.



¹
 Angeli
 faciunt
 ad perfe-
 ctio-
 nem u-
 niuersi.

ANGELI. Circa Angelos consideranda sunt tria in generali, scilicet necessitas entitatis, sublimitas dignitatis, varietas proprietatis. Primò consideranda est necessitas entitatis. Fuit enim necessarium ad vniuersi perfectionem, ut Deus crearet Angelos. Hoc autem probo propter quattuor rationes, scilicet propter gradus integritatem, actus puritatem, status generalitatem, intellectus claritatem. Prima ratio quare necesse fuit ad perfectionem vniuersi, ut Deus crearet Angelos est propter gradus integritatem: nam ad perfectionem mundi requiritur, ut omnis gradus creaturarum reperiatur. Inuenitur autem spiritus vnitus corpori, ut in homine, & corpus inuenitur separatum à spiritu, ut in lapide: ergo oportet, quod inueniatur spiritus separatus a corpore, ut Angelus. Ratio huius est: aliquid inuenitur compositum ex duobus, & vnum illorum duorum, quod est minus perfectum inuenitur per se, ut corpus sine spiritu, oportet quòd alterum, quod est magis perfectum reperiatur per se, ut spiritus sine corpore, quod est Angelus.

Secundò ad perfectionem vniuersi necesse fuit esse Angelos propter actus puritatem, & formam sic rationem. Perfectum est prius imperfecto: ergo si aliquis spiritus imperfectus reperitur, qui. i. est forma, vel actus materiæ, eo quod sine materia per se non habet esse completum, oportet, quod aliquis spiritus inueniatur, qui. s. sit actus completus, vel forma completa per se subsistens absque aliqua materia corporali: & talis est Angelus.

Tertiò ad perfectionem vniuersi necesse fuit Deum creare Angelos propter status generalitatem sic. Prius est quod est naturale, & per se, quàm illud quod non est naturale, & per accidens, sed non est generale animæ quod sit à corpore separata, non conuenit animæ per accidens. s. esse à corpore separata: ergo oportet dare spiritum, cui per se conueniat esse, & per se subsistere sine corpore, & spiritus talis est Angelus.

Quarto ad perfectionem vniuersi necesse fuit esse Angelos propter intellectus claritatem sic. Sicut perfectum est ante imperfectum, ita claritas est ante obscuritatem, & lux ante tenebram, sed modus intelligendi animæ imperfectus est, & obscurus cum sit cum phantasmate: ergo oportet, prius dare, & esse intellectum, qui intelligat clare, & sine phantasmate: & hic est Angelus: unde Damasc. dicit, quod Angelus est speculum carissimum recipiens in se (si fas est dicere) totam essentiam Dei. Hec Beatus Thomas contra gentes lib. 2. c. 48. quod sunt aliquę substantiæ intellectuales, & corporibus unitæ.

C A P. II.

Secundo principaliter circa Angelos consideranda est sublimitas per respectum ad nos, quæ ex quattuor considerari potest. s. ex loco, ex numero, ex arbitrio, ex officio. Primò ex loco, quia ipsi angeli in cælo, nos in mundo, ipsi in monte gloriæ, nos in valle miseriæ. Secundò ex numero, quia ipsi excedentes, nos deficientes, ipsi multi, nos pauci. Tertiò ex libero arbitrio: quia ipsi in termino, nos in uia: ipsi confirmati, nos infirmi. Quartò ex officio, quia ipsi domini, nos serui: ipsi principes, nos ministri. Primò dico, quòd sublimitas Angelorum consideratur ex loco. Sunt enim Angeli creati in cælo, quod dupliciter probo. Primò auctoritate Strabi super illo verbo Gen. 1. In principio creauit Deus Cælum, & Terram. Cælum inquit non uisibile firmamentum hic scriptura appellat, sed empyreum. i. igneum, uel intellectuale, non ab ardore sed a splendore dictum, quod statim factum Angelis est repletum. Secundò probo hoc idem, scilicet quod Angeli sunt creati in Cælo triplici ratione. s. ut æternaliter contemplan-

²
 Angelum
 sublimi-
 ores sunt
 homine

Angeli tes, generaliter præsidentes, uirtualiter creati contingentes. Primò. n. sunt Angeli creati in Cælo, ut æternaliter contemplantes. lo tripli ita dicitur Matth. 18. Angeli eorū in Cæci rōne. lis semper uident &c. nam cælum empyreum est locus deputatus contemplationi Angelorum, & aīarum, non propter necessitatem, tum quia spiritus non continetur à corpore, sed è conuerso, tum propter felicitatem, quia contemplatio Dei, in qua felicitas Angelorum, & animarū consistit super omnia corporalia eleuat intellectum, sed propter loci congruitatem, quia ille locus inter omnia alia corporalia ē nobilissimus: unde maximè decet substantias nobilissimas. scilicet Angelos, & animas secundum quem modum dī, quod ecclesia est magis conueniens locus orōni quam platea, uel forum, & ideo cū oēs res denominentur à suo fine, & illi quæ sunt in Cælo empyreo sunt in plena participatione lucis quietis, & æternitatis, ideo decet cælū empyreum esse lucidum immobile, & incorruptibile. Secundo B. Angeli sunt in Cælo empyreo, ut generaliter præsidentes, præsident. n. Angeli beati omni corporeæ creaturæ, & ideo oportet, quod sint in loco supremo. scilicet in cælo empyreo. Tertiò sunt in Cælo empyreo, & uirtualiter contingentes: contingunt. n. Angeli uirtualiter omnia inferiora, & iō oportet, quod sint super omnia creata, uel dicas, quod beati angeli sunt in Cælo triplici rōne. scilicet ratione æternalis gloriæ, generalis præsidentia, uirtualis influentia. Hęc B. Tho. 2. scrip. sen. di. 2. art. 2. utrum Cælum empyreum sit lucidum, in cor. q. & prima par. sum. q. 66. art. 3. utrū Cælū empyreū sit concreatū materiæ informi, in sol. 3. arg. Sed forte quæres quis est cōueniērior locus dæmonū? Respondeo, & dico, quod in dæmonibus possumus tria considerare. scilicet naturam intellectualem, culpā mortalem, nostram utilitatem. Primò. n. considerando in dæmonibus naturam intellectualem, cum eis lux naturalis, idest uirtus intellectualis remanserit, eorum operationi. i. contemplationi cōuenit Cælū, & iō tam boni quā mali in Cælo empyreo sunt creati, quod est contemplationi cōgruū, ut patet sup. Secundo in dæmonibus considerando culpam mortalem, cū eorum natura p culpā sit deordinata, & obtene-

brata, tunc debet eis pro pœna, & p tenebra infernus, qui est locus tenebrosus pœnalis, uel afflictius. Tertiò cōsiderando nostrā utilitatē, sic debet dæmonibus aer, nō quo ad supremam nec quo ad infimā, sed quo ad mediam sui partem. Cuius rō est, quia aer, qui est ī media regione, tres hēt condōnes, propter quas cōpetit eis. Est. n. aer lucidus, uel splendidus, tenebrosus, & nobis propinquus. Primò aer lucidus est, & ideo per naturam lucis sic competit eorū naturæ intellectuali. Scđo aer est tenebrosus, & sic cōpetit eorū culpæ mortali. Tertiò aer est nobis ppinquus, & sic cōpetit nræ utilitati: nam ex ordine diuinæ sapiētia est, quod ex malis eorum nostrum bonū elicitur. scilicet nostri exercitij, & per consequens meriti dum resistimus eorum tentationibus. Ad cuius euidentiam nota hic tria. Primum est quod dæmones libenter volunt hic nobiscum esse, quod patet, quia frequenter leguntur petiuisse a Christo, ut non in infernum mittant, quod ideo faciunt, ut nobis hic possint nocere: non tamē ex hoc, quod circa nos sūt, pœna eorum in aliquo minuitur, nisi quod sibi penale estimant non posse nobis nocere sicut quando sunt in inferno.

Secundū est, quod animabus damnatorū nec permittitur à Deo nobiscū in hoc aere remanere, sed statim in inferna descendūt. Cuius rō est, quia animæ damnatorū non sunt date nobis in exercitium sicut dæmones, & propter nostrum exercitium permittitur dæmonibus esse in isto aere, & non animabus.

Tertiū est, quod sicut Iaco. 2. dicit, in quadam glosa: dæmones quocunq, uadūt secum infernum portant quo semper ardent. Hoc aut non est intelligendum materialiter, uel locali-ter, putā quod semper habeant ignē materialē præsente secū dum locū, quia ignis inferni nō agit modo, uel actione corporali. scilicet calefaciendo, desiccando, & huiusmodi, ut patet infra. Ignis inferni, quia tunc omnia, quæ circa nos essent, cōbureret, sed agit mō spūali: unde non requirit determinatā distantia sicut in actione corporali. Hęc B. Tho. 2. scrip. sent. dist. 6. art. 3. utrum ipsis Angelis malis post eorum casum assignet locus cōueniens, in cor. q. & in sol. argum.

Dæmones nobiscum manētibenter.

Animæ damnatorum statim ad inferna descendūt.

Dæmones quæcunque uadunt secum infernum portant.

Dæmon nū quis sit locus cōueniērior.

CAP. IIII.

3 **S**ecundo sublimitas Angelorum consideratur ex numero: nam numerus Angelorum est maximus, incognitus excessivus. Primum numerus Angelorum est maximus: quod dupliciter probo. Primum auctoritate Dionysii. 14. c. de celestia hierarchia dicentis, quod Angeli in quadam maxima multitudine sunt omnem materialem multitudinem excedentes. Secundum hoc idem probo ratione, quia sicut in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem, quia corpus incorruptibile, ut celum, excedit quasi incomparabiliter secundum magnitudinem omnia corpora corruptibilia, eodem quod tota sphaera actuum, & passiuorum est aliquid modicum respectu corporum celestium, ita in spiritualibus attenditur excessus secundum multitudinem: non quidem materiale, sed formale.

Secundum numerus Angelorum est nobis incognitus, quod tali ratione ostendo. Secundum Hieronymum. unaquaque anima a sui natiuitate habet bonum Angelum ad custodiam, & malum ad exercitium deputatum sibi; sed numerus hominum simul uiuentium est nobis incognitus. ergo, & numerus Angelorum custodiendum qui sunt unius ordinis, & multo fortius omnium Angelorum. Iob. 25. Nunquid est numerus militum eius? Expositor: Nunquid est numerus. scilicet cognitus a Deo numerus electorum, & incognitus a nobis. Militum eius. id est angelorum bonorum, qui sunt milites Dei: Lucæ. 2. Facta est cum Angelo multitudo militiae celestis. Hæc B. Tho. 2. scrip. sent. dist. 3. arti. 3. arg. contra. & in cor. q. & 1. par. sum. q. 50. art. 3. in cor. q.

Tertio numerus angelorum est excessivus, nam numerus Angelorum stantium, uel remanentium in celo fuit maior quam numerus cadentium, sicut dicit Magister sent. 2. li. di. 6. Cuius ratio est, quia in angelis bonum est, ut in pluribus. eo quod sunt intellectuales naturæ, malum uero in Angelis est, ut in paucioribus. In hominibus autem est oppositum. scilicet quod in eis malum est ut in pluribus. bonum uero est, ut in paucioribus. tum propter corruptionem naturæ ex peccato originali, tum quia sensibilia nobis sunt magis nota, ex quibus homines magis sequuntur sen-

sum quam intellectum, unde propter causas, uel rationes predictas multo plures fuerunt angeli remanentes, quam cadentes: & forte etiam multo plures, quam demones, & omnes damnati simul. Et confirmo hoc auctoritate sacre scripturæ secundi Paralyp. 32. Nolite timere plures enim nobiscum sunt quam cum illo. Hæc B. Tho. 1. scrip. sent. dist. 40. de providentia, arti. 2. utrum providentia sit omnium. in sol. 4. arg. & prima parte sum. q. 63. art. 9. in solu. 1. arg.

CAP. IIII.

Potest tertio considerari sublimitas dignitatis Angelorum ex libere arbitrio. 4 sunt enim Angeli liberi arbitrij. quod tali ratione ostendo. Vbiunque est intellectus, qui iudicare potest hoc, uel illud esse bonum, ibi est liberum arbitrium: sed in Angelis est huiusmodi: ergo &c. Quod autem ubi est intellectus ibi sit liberum arbitrium. probo per eius oppositum sic. Quia ubi non est sensus, ibi non est arbitrium, ut uerbi gratia, sicut patet de sagitta, quæ mouetur ad finem, & quæ absque iudicio apprehensionis, uel electionis, mouetur, similiter ubi est sensus, non tamen intellectus, ibi est iudicium, non tamen liberum, ut uerbi gratia sicut animalia irrationabilia: nam ovis fugit lupum ex quodam iudicio naturali, quo æstimat eum nocivum sibi: sed hoc iudicium non est liberum, sed a natura inditum, ergo sequitur, quod ubi est intellectus ibi est libere arbitrio. sed in Angelis clarus, & perfectus est intellectus, ergo &c.

Sed forte quæres, & dices quale liberum arbitrium est in angelis. Respondeo, & dico, quod angeli sicut sunt nobiliores hominibus ita nobiliori, & perfectiori modo in eis est liberum arbitrium. quam in hominibus. Cuius ratio est, quia Angeli beati liberum arbitrium. quale sit habent confirmatum in bono: Angeli uero in angelis. ro mali habent liberum arbitrium. confirmatum siue obstinatum in malo, ita quod nec angeli boni possunt peccare, nec angeli mali possunt bonum facere. Hæc B. Tho. 2. scrip. sent. dist. 2. art. 1. & 2. & 1. parte sum. q. 59. art. 3. in cor. q. Req. infra anima separata. 3. c. de immutabilitate uoluntatis, & infra libere arbitrio.

CAP. V.

Quarto sublimitas nobilitatis angelorum potest considerari ex officio: nam beati angeli triplex officium maxime nobilitatis, & auctoritatis seu potestatis habent, scilicet assistendi, resistendi, insistendi nam ipsi beati angeli assistunt Deo, resistunt diabolo, insistunt hominum auxilio, primo. n. assistunt perenniter diuinæ contemplationi, secundo resistunt sagaciter, & potenter diabolicæ impugnationi, tertio insistunt diligenter, & fideliter humanæ saluationi. Primò beati angeli assistunt perenniter diuinæ contemplationi. Vbi nota, quod assistere angelorum dicitur per similitudinem eorum, qui regi assistunt. Sicut enim regi dicuntur assistere, qui immediatè eius præsentiam vident, & eius secreta cognoscunt, ita regi gloriæ, & æternali illi angeli beati dicuntur assistere, qui immediatè à Deo illuminationes percipiunt, & in alios transfundunt, & illi sunt primæ hierarchiæ.

Ad cuius euidentiam nota, quod assistere, vel est idem quod limpide contemplari, uel est idem, quod intime contemplari. Primò. n. prout assistere est limpide contemplari, sicut dicitur regi temporali assistere qui eius faciem limpide, idest clare, & principaliter contemplatur, sic omnes angeli assistunt Deo, quia omnes faciem eius clare, & immediatè vident, ut dicit Matth. 18. Angeli eorum in celis semper vident faciem &c. Secundo modo prout assistere est idem, quod intime contemplari, potest intelligi, uel contingere intime contemplari trib. modis. scilicet ex parte contemplantis, ex parte contemplati, & ex parte modi contemplandi. Primo ex parte contemplantis, qui liber est ab impedimento peccati: & pænæ grauedinis corporis, & sic oēs angeli intime contemplantur, & hoc non dicitur propriè assistere. Secundo modo intime contemplari potest accipi ex parte contemplati, quia uidetur clare, & sine velamine speculi, & enigmatis, & sic iterum oēs angeli contemplantur, nec etiā hoc propriè est assistere. Tertiò modo intime contemplari potest accipi ex parte modi contemplandi, puta quia diuinas illuminationes immediatius, & perfectius à

Deo recipiunt, & cooperantur Deo in illuminatione, & deductione saliorum ad Deum, & propriè est assistere, & primæ conuenit hierarchiæ. Hæc B. Tho. 2. script. sent. dist. 10. art. 1. in cor. q. & Albe. in comment. super Diony. scripto cæle. hierar. c. 13. art. 1. quid sit assistere.

CAP. VI.

Secundo angelorum officium est resistere. Resistunt. n. sagaciter, & potenter diabolicæ tærationi. Vbi nota, quod inter angelos dicitur esse triplex pugna, vel resistentia, quia angelus bonus dicitur resistere malo: & malus dicitur resistere bono: & angelus bonus dicitur resistere bono angelo. Primò. n. bonus angelus resistit malo angelo quando cohibet potestatem nocendi; unde dicitur Apocalyp. 20. quod bonus angelus ligabit diabolum. id est eius potestatem impediuit, ut non tentaret quantum vult tætare, idest usque ad casum. Vbi nota, quod potestas diaboli ligata est à Deo principaliter, & ab angelo, & ab homine instrumentaliter, in quantum angeli, & sancti homines in uirtute Dei dæmonem arctauerunt, & expulerunt. Secundo malus angelus resistit bono angelo, quando illud quod bonus angelus intendit facere malus angelus nititur impedire, sed non ualet, ut dicitur Apo. 12. Draconem pugnat cum Michael, & angeli eius, & non ualuerunt, neque locus ipsorum amplius in cælo est inuentus. Tertiò angelus bonus dicitur resistere bono angelo. Ita dicitur Dani. 10. Vbi angelus Michael princeps iudeorum loquens de angelo alio principe Persarum sic dicit. Princeps regni Persarum resistit mihi viginti, & uno diebus. Quæ uerba Greg. in mora: exponens dicit, quod uterque angelus fuit bonus, quod tamen pugna, & discordiam adinuicem habuerunt, quæ pugna unitati, & charitati quæ est inter bonos Angelos non repugnat, unde hoc modo est intelligenda. Contingit. n. quod in diuersis gentibus diuersa merita inueniatur, secundum quorum diuersitatē uel, quod una gens alteri subesse deat, uel ab eius dominio liberari, sicut tunc in iudeis erat, quia Danie. oratio quantum in se erat, libera-

6
Inter angelos est triplex pugna.

angelus bonus quomodo contra-rius si alicuius alteri angelo bono.

Assistere angelorum qualiter fiat.

Assistere quid significet.

liberationem populi merebatur, sed peccata populi, & et utilitas quam Iudæi faciebant in regno Persarum, dum per eos Dei notitia diffundebatur in contrariū erat: pugna ergo, q̄ inter tales bonos angelos erat, nihil aliud fuit, quam diuersa relatio meritorum, super quib. vterq; angelus diuinā consulit uoluntatē. Allegabat. n. Angelus, qui iudæis p̄erat, p̄niam iudæorū, & iniustitiā populi, qui eū detinebat, & ideo liberationē eius petebat. Econtra verò angelus regis Persarum dicebat diuinum cultum, & nomen Dei p̄ Iudæos publicari, & ideo cōueniens erat, vt in illa patria remaneret, & sic quantū in se est, allegabat, q̄ populus iudæorum liberari non deberet. Ista ergo contraria allegatio meritorum erat pugna angelorum. Et quia non statim Angeli cognoscebāt quid super agendis diuina uolūtas ordinaret, ita tanto tempore dicitur Angelus unus alteri restitisse, quanto ipse Deus distulit liberationem iudæorū Angelo, qui eis p̄erat, reuelare: uel quanto tempore Deus distulit Danieli liberationem, uel reuelationem huiusmodi reuelare. Hæc B. Tho. 2. script. sent. dist. 11. q. 2. art. 5. in cor. q. & in solu. arg.

CAP. VII.

Tertio Angelorum officium est insistere. Insistunt. n. humanæ saluationi, in quantum boni Angeli sunt ad custodiam hominum deputati. Hoc autē quadrupliciter probō. scilicet auctoritate, Dei proprietate, utilitate, & similitudine. Primò probō scripturæ sacræ auctoritate, quia super illo verbo Isaia. 62. Super muros tuos constitui custodes, &c. dicit glosa, q̄ custodes hominū sunt Angeli. & in psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnib. vijs tuis. Super quo verbo Bern. sic ait: O quantam tibi debet hoc uerbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam: reuerentiam pro præsencia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro custodia. Cautè ergo ambula ubi sunt Angeli, sic eis mandauit Deus, vt custodiant te in omnib. vijs tuis. In quouis diuersorio, in quouis angulo reuerentiam habe co-

ram Angelo tuo, nec facere audeas illo præsente, quod me præsente non audeas.

Secundò hoc idem probō Dei proprietate. scilicet Dei miseratione sic: Pronior est Deus ad miserendum quàm ad puniendum, sed Deus dedit hominibus demones ob hominum exercitium, vt habetur ad Ephe. vlti. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum &c. ergo uidetur, quòd multo fortius, uel multo magis dedit Angelos ad custodiā hominum.

Tertiò hoc idem probō ex utilitate: p hoc. n. q̄ Angeli à Deo hominibus ad custodiam deputantur tria bona præcipuè ostenduntur. Primò enim erga nos Dei bonitas declaratur dando nobis ita nobiles creaturas vt Angelos. Secundò Angelorum charitas propalatur, dū de nobis à principio natiuitatis vsq; ad mortem tam continuam sollicitudinem de custodia gerunt. Tertio nostra indigentia, uel necessitas subleuatur: cum enim malum Angelum ad nostrū exercitium habeamus, & naturam fragilem, magno subsidio, & auxilio indigemus.

Quarto hoc idem probō duplici similitudine. Primò similitudine naturali, quia sicut corpora superiora regunt ista inferiora, & omne mobile reducitur ad aliquod immobile. sic spiritus superiores regunt inferiores, & humanum cōsiliū variabile dirigitur per cōsiliū angelicum inuariabile. Secundò probō hoc idē similitudine Apostoli. Nam Aposto. 1. ad Corinth. 13. comparat statum hominum prout sunt in uia statui puerili. Cuius ratio est, quia sicut puer quamdiu paruus est, & facilis ad casum secundum corpus indiget manu ductione, quousq; ueniat ad ætatē perfectā, in qua fortis est, & sufficiens sibi, ita secundum animā homo quamdiu debilis est, & facilis ad casum spūalem indiget custode spiritali quousq; ueniat ad ætatē p̄fectā. scilicet alterius vitæ: & hic custos est Angelus, quo custode homo indiget semp̄ quādiu est in hac vita. Deus dupliciter nos custodit. Vno modo per seipsum, & immediatè gratiam infundendo, & gloriam indu-

Angelo-
rū custo-
dia tria
bona o-
stendit.

cendo, uel ad gloriam deducendo. Alio modo mediatè, s. per Angelum ad gratiã, & gloriam homines disponendo, ut uerbi gratia: Sicut enim in artificialibus alia est causa disponens ad formam, & alia est causa inducens formam, sicut ignis est disponens ad formam cultelli mollicando ferrum, & malleus dilatando ferrum, & artifex ut principale agens formam cultelli inducit sic Angelorum est officiũ homines ad gratiam, & gloriam præparare per illuminationes, & huiusmodi, quæ erga nos instrumentaliter operantur: sed Dei est ut principalis agẽtis, & custodientis ultimam perfectionem dare. s. gratiam coniungentem nos gratiæ consummatæ, & fini ultimo. s. gloriæ. Hæc B. Thom. 2. script. sen. dist. 11 q. 1. arti. 1. in duob. arg. contra, & in cor. q. & in solu. primi, & secundi argum. & Alexand. 2. parte sum. q. 40. art. 1.

C A P. VIII.

AD maiorem tamen euidẽtiam ea præced. circa Angelorum custodiã quattuor sunt uidenda, primum est qui Angeli sunt ad custodiam deputati? secundum est quibus hominibus sunt deputati? tertium est ad quid. i. ad quem finem sunt deputati? quartum est quamdiu i. quanto tempore sunt deputati?

Primò uidendum est qui Angeli sunt ad custodiam deputati, an s. supremi, an medij, an Angeli infimi. Et quantum ad hoc respondeo, & dico q. Angeli infimi ordinis sunt ad custodiam hominum deputati: quod dupliciter probo. s. auctoritate, & ratione. Primo auctoritate b. Greg. qui dicit Angelos esse qui minima nuntiant; sed minima sunt, quæ ad singulas personas pertinent, quia quanto aliquod bonum communius, tãto etiam dignius: ergo &c. Secundo hoc idem probo ratione sic: Illi Angeli dicuntur homines custodire, qui tres habent conditiones, uel proprietates. s. qui immediatè eos illuminant, & qui habent actus limitatos circa humana officia, & qui procurant ea, quæ ad particulares homines, & singulos specialiter pertinent. sed tales sunt Angeli infimi ordinis, quod patet ex prædictis tribus. Primo enim ex hoc, quòd Angeli

immediatè illuminant homines, excluduntur Angeli supremæ Hierarchiæ. Secundò ex eo quòd Angeli habent actus limitatos ad dirigendum in humanis officijs excluduntur Angeli mediæ Hierarchiæ. Tertiò ex eo quòd procurant ea, quæ pertinent ad aliquas determinatas personas excluduntur Angeli primi ordinis, & secundi ultimæ hierarchiæ, & attribuitur infimo ordini tertiæ hierarchiæ. s. ordini Angelorum. Hæc B. Tho. 2. script. sen. dist. 2. artic. 2. arg. contra, & in cor. q. ibidem.

C A P. IX.

Secundo uidendum est quibus Angeli ad custodiam sunt deputati. Respondeo & dico, q. cum custodia eorum sit quædam executio diuinæ prouidentiæ, & diuinæ prouidentię proprium est conferre ea, quæ promouent ad finem, & remouere ea quæ à fine impediunt, idè illis hominibus sunt Angeli ad custodiam deputati, qui possunt promoueri in bonum, & impedi à malo: unde nec separatæ animæ, nec Angelis bonis, uel malis, nec Christo fuerunt Angeli ad custodiam deputati. Primò animæ separatæ non sunt Angeli ad custodiam deputati. Cuius ratio est, quia anima à corpore separata nullum prædictorum habere potest, quia nec potest promoueri in bonum, neque impedi à malo. Similiter nec Angelis bonis, uel malis deputantur Angeli ad custodiam. Cuius ratio est, quia Angeli beati ex quo q. finem ultimũ gloriæ sunt adepti, sunt confirmati in bono, & idè sunt impeccabiles: Angeli uerò mali ex eo q. sunt obstinati in malo sunt impenitibiles. Similiter Christus non habuit Angelum ad sui custodiam deputatum, quod probo triplici ratione: prima est, quia anima Christi omnib. Angelis superior fuit, immediatè à uerbo sibi unito illuminata. Secunda ratio est, quia erat uerus comprehensor: unde eius bonum non poterat impedi, nec in bonum promoueri. Tertia ratio est, quia custodia respicit indigentiam, uel defectum, sed Christus nullum defectũ culpæ, uel pœnæ habuit, ergo &c. Dicitur tamen Angelus conforasse

Animæ separatæ non habent Angelũ custodẽ Itẽ nec Angeli ipsi.

Nec Xps.

forasse

fortasse Christum in passione Lucæ 22. Non custodiendo, vel aliquid imprimendo in Christum, sed reuerendo eum, & congratulando fortitudini eius, sicut homo naturaliter confortatur in tribulatione ad præsentiam amicorū. Et iō primo loquendo generaliter, omnib. hominibus ab infusione animæ rationalis, postquam ordinantur ad finem salutis vsq. ad mortem deputatur custodia angelorum, quia toto illo tempore potest quilibet impediri à bono, & promoueri ad bonū, & cadere in malum, & resurgere à malo: quando autem terminabitur talis uia, s. præsentis vitæ, vel tale tempus non indigebunt custodia angelorum, vt in beatis, & in damnatis patet. Secundo loquendo in speciali primi parentes habuerunt angelum ad sui custodiā deputatum. Cuius rō est, quia licet in primis parentib. fuerit rectitudo naturæ, tamen quia rectitudo illa nō fuit inflexibilis, sed vertibilis ad vtrunq. s. ad bonum, & ad malū, nec si conuertitur in vnum statim confirmatur in illo, imō statim potest regredi: ergo &c. Vel aliter. Licet in Adam nō esset periculum ex aliqua rebellione carnis instigāte ad malū, erat tamen periculum in potentia peccandi ex demone oppugnanter. & similiter erat debilioris cognitionis, quā angelus, & iō indigebat præsidio, & auxilio custodis angeli. Secundo pueri in materno utero habent angelos ad sui custodiam deputatos, per quos impediuntur impedimenta, quæ demones talibus pueris inferre possunt.

Sed forte quæres. quē Angelum habent pueri in materno utero existentes: ad sui custodiam deputatū, an proprium Angelum, an maternum. Respondeo, & dico, q. puer quandiu est in materno utero non totaliter à matre est separatus, sed per quandam colligationem est quodammodo aliquid matris, sicut & fructus pendens in arbore est aliquid arboris, & ideo probabiliter pōt dici, q. idem angelus, qui est custos matris, custodit prole in matris utero existentem, sed in natiuitate quādo est separatus à matre angelus ei ad custodiam deputatur. Vnde Hiero. exponēs illud verbum Matth. 18. Angeli eorum in cælis, sic ait, Magna est dignitas animarū, vt vnaquæq. habeat ab ortu suæ natiuitatis in sui custodiam angelum delegatum.

Tertio etiam Antichristus in sui custodiam Angelum habebit. Cuius ratio est, quia lex communis propter vnū mutari non debet: & in hoc eius pæna iustior apparebit, quia beneficia toti naturæ humanæ prouisa non accepit, ut debuit, nec tamen erit omnino frustra custodia, quia & si ad bonum non conuertatur, tamen à multis malis cessabit retractus ab angelo custode: vnde quantuncunq. sit obstinatus in malo, hunc tamen effectum consequetur ab angelis per custodiam. Hæc. B. Tho. 2. scrip. sen. dist. 11. art. 3. in cor. q. & in solu. argu. & prima parte sum. q. 113. art. 4. in cor. q. & in solu. arg. & Alex. 2. p. sum. q. 40. art. 4. in cor. q.

C A P. X.

TERTIO videndum est propter quid Angeli ad custodiam hominum sunt deputati. Respondeo, & dico, q. propter quattuor causas Angeli ad custodiam hominum deputantur, prima est ut promoueantur, & præficient in bonū gratiæ. Secunda est vt non cadant in malum culpæ: tertia est si cadunt, ut postmodum resurgant a malo culpæ, quarta est si non resurgunt a malo culpæ, ut non totiens cadant, vel vt non in tantum malum cadant. Nulli enim viatori, in quantum viator est, deficit misericordia Dei, quæ est in dando Angelum homini in custode propter prædictas causas.

Nota tamen q. sicut diuinæ providentiæ est sic impedire mala, vt tamen conditio naturæ saluetur, ita etiam est de custodia Angelorum, quæ est diuinæ providentiæ executio, nam ad Angelos nō pertinet, q. custodiendo homines ad uirtutē cogant, & à vitijs retrahant, quia sic periret libertas arbitrij, & ratio meriti. Hæc B. Tho. 2. scrip. sen. dist. 11. art. 1. utrū angeli custodiant homines, in sol. 5. argu. & Alex. 2. parte sum. q. 40. de custodia Angelorum art. 4. q. 4. in cor. q.

C A P. XI.



VARTO videndum est quandiu angeli custodiant homines, an, scilicet angelus quādoque relinquat hominem cui

Anti-
christus
habebit
angelū
ad sui
custo-
diam,

10

custodia
angelorū
qualis sit.

Primi
parentes
habue-
runt an-
gelū ad
sui custo-
diā,

Pueri in
materno
utero exi-
stentes
quē an-
gelū ha-
beant.

deputatur custos. Respondeo & dico, quod cum custodia Angelorum sit quædam diuine protiditæ executio, sicut diuina prouidentia secundum magis, minus diuersis prouidet, secundum eorum conditionem, non tamen ex toto relinquit hominem, quia in nihilum redigeretur, ita custodia Angelorum, secundum quid uel secundum aliquem effectum dicitur relinquere hominem, in quantum non prohibet omnia nocumenta, vel quia exponit tribulationibus. vel quia iusto Dei iudicio ab aliquo peccato non retrahit: uel quia non ita efficaciter promouet in bonum, nec tueretur a malis, exigente demerito hominem, nunquam tamen Angelus ita hominem dereliquit, quem custodit, quin aliquis custodiæ effectus sequatur, in quantum aliquod malum prohibet, & ad aliquod bonum promouet: quod probatur duplici ratione. Prima est talis, Angeli boni sunt magis proni ad hominem adiuuandum, quam mali ad infestandum: sed mali nunquam cessant ab infestando, ergo nec boni a custodiendo. Secunda ratio est talis. De nemine est desperandum quoadiu est in statu uitæ. sed infirmus non relinquitur a medico propter desperationem, ergo Angelus non dimittit hominem quantuncumque peccatorem. Hæc B. Th. secundo scrip. sen. dist. 11. artic. 4. in duob. arg. contra, & in cor. q. & in parte sum. q. 113. artic. 6. utrum Angelus custos quandoque deserat hominem, cuius custodiæ deputatur, arg. contra, & in cor. q. Sed forte argues in oppositum sic, quia ut Damasc. dicit, cum Angeli sint hic nobiscum, non sunt in cælo: sed quandoque sunt in cælo, ergo aliquando nos derelinquunt. Respondeo, & dico, quod Angelus si interdum derelinquat hominem loco, non tamen derelinquit quod ad custodiæ effectum, quia etiam cum in cælo est, cognoscit quid circa hominem agatur, nec indiget mora temporis ad motum localem, sed statim potest adesse: ibi. in sol. 3. argu. & Alex. 2. parte sum. q. 40. de custodia Angelorum, art. 5. utrum Angelus deputatus custodiæ alicuius aliquando recedat propter peccata eius, qui custoditur, in cor. q.

Angelus
custos an
derelinquat
nos aliquando
quod
ad locum.

Angeli
custo. de damnatione hominum, quos custodes an diunt. Respondeo, & dico, quod non, quod dolcant probatur triplici ratione. scilicet ratione immuni-

tatis, felicitatis, conformitatis. Primo ratione de damnatione immunitatis a culpa sic. Tristitia tione hominis quædam pœna est: pœna autem non nisi eius minus. cui inest, vel infuit, uel inesse potuit peccatum: sed in bonis Angelis non fuit, nec est nec esse potest peccatum: ergo in eis non potest esse tristitia. Secundo hoc idem probatur ratione felicitatis in patria sic: Angeli sunt in perfecta felicitate: sed perfecta felicitas qualis est felicitas patriæ non compatitur secum miseriam aliquam, eo quod sicut includit omne bonum, ita excludit omne malum. sed omnis tristitia ad miseriam pertinet, & est fugienda secundum Philosophum 2. Ethic. ergo beati angeli tristes esse non possunt. Tertiò hoc idem probatur ratione conformitatis ad supremam regulam quæ est Deus sic: Voluntas beatorum est perfecte conformis, & coniuncta uoluntati diuinæ, culpa autem a diuina uoluntate est permissiue, & pœna effectiue: ergo quicquid est uolitum a Deo, & sicut est uolitum a Deo, ita est uolitum ab Angelis beatis: unde sicut nihil est de quo doleat Deus: ita nihil est, de quo dolent Angeli, unde neque de peccatis hominum tristatur cum sint uolita a Deo indirecte. scilicet permissiue, neque de pœna dannatorum cum sit uolita a Deo directe. scilicet effectiue, sed utrobique lætantur de iusta permissione, & punitione. Hæc B. Th. 2. scrip. sen. dist. 11. art. 5. in cor. q. & prima parte sum. q. 113. art. 7. arg. contra: & in cor. q. & Alex. 2. parte sum. q. 41. art. 2. utrum bonus Angelus tristetur ex damnatione custoditi, in cor. q.

CAP. XII.

TERTIO principaliter consideranda est uarietas proprietatis, quæ ex tribus considerari potest, scilicet ex parte ordinum, nominum, & actuum. Primo est uarietas in Angelis ex parte ordinum: nam in Angelis triplex distinctio inuenitur: una est hierarchiarum ab inuicem: secunda est ordinum in eadem hierarchia. tertia est personarum eiusdem ordinis.

Prima diuersitas hierarchiarum est secundum diuersum modum recipiendi diuersas illuminationes, uerbi gratia, oculi, & hominis, & uespertilionis diuersi model sunt capaces luminis solis, quod patet: quia oculus aquilæ est capax luminis

Prima
dist. An
gelorum.

nis solis in fulgore suo: & hoc significat primam hierarchiam, quæ recipit diuinum lumen in fulgore suo: & ideo cōuertitur immediatè ad ipsum. Secundò oculus hominis recipit lumen Solis non in fulgore, sed in alio inferiori a sole: & signat mediam hierarchiam, quæ accipit diuinas illuminationes non in fulgore Solis. i. diuinæ essentię, sed ab alio superiori. s. a prima hierarchia, & conuertitur ad infimam hierarchiam eam illuminando. Tertiò oculus vespertilionis est capax lumini. Solis obtenebrati: & signat vltimam hierarchiam, quæ accipit lumen proportionatum capacitati suę, & cōuertitur ad nos. Hoc exemplum est Alber. super Diony. de cælesti hierarchia c. 6. ar. 4. de dist. hierarchiarum.

Secūda. Secunda diuersitas ordinum est secundum diuersas administrationes, ut patet infra. **Tertia.** Tertia diuersitas personarū eiusdem ordinis est secundum diuersas actiones, quæ sunt purgare, illuminare, & perficere, de quib. patebit infra. De hierarchijs autem, & ordinib. Angelorum assignantur tria exempla. Primum exemplū est, q̄ sicut in ciuitate terrestri est triplex ordo hominū, quorum quidam sunt supremi, quidam mediij, quidam infimi, ita in ciuitate cælesti quidam sunt supremi, ut ordines primæ hierarchię, quidam sūt infimi, ut ordines tertiæ hierarchię. Secundum exemplum est de curia regis temporalis, nam sicut in curia regis temporalis quidā sunt, qui immediatè assistunt circa personā regis, quasi cubicularij consiliarij & assessores, quidam uero habent officia in communi, non deputati huic vel illi prouinciæ vt domini regalis curiæ, & principes militiæ, & iudices curiæ, quidam verò præponuntur ad regimen alicuius partis regni vt præpositi, & balui, & huiusmodi officiales minores: ita in curia æterni regis ordines primæ hierarchię semper assistunt æterno regi, ordines verò secundæ hierarchię pponuntur cōi regimini ciuitatis terrestis, ordines verò tertiæ hierarchię præponuntur particulari regimini. Tertium exemplum est b. Grego. & Bern. qui dicunt, quod sicut in ecclesia militante est triplex status. s. contemplatiuorum, prælatorum, & actiuorum, ita nouem ordines Angelorū tripliciter distin-

guuntur, primo pænes contemplationē, & isti sūt tres ordines primæ hierarchię, secundū pænes prælationem in communi, & isti sunt tres ordines secundę hierarchię: tertiò pænes administrationem in particulari, & isti sunt tres ordines tertię hierarchię, de quib. omnib. patebit infra. Hæc b. Tho. 2. script. sen. dist. 9. art. 3. in cor. q. & prima parte sum. q. 108. art. 2. in corp. q. per totum.

C A P. XIII,

AD maiorem tamen euidenciam præcedentis c. circa Angelorum ordines uota tria, s. distinctionē durationē, assumptionē. Primonota distinctionē: nā ordines angelorum tripliciter distinguuntur. s. pænes fruitionem, prælationem & administrationem. Primò pænes fruitionem uel contemplationem: nam tres sunt actus fruitionis uel contemplationis quib. anima contemplatur Deum, & fruatur eo. s. clara uisio, perfecta dilectio, sempiterna tenio. Primus actus fruitionis uel contemplationis est clarè videre, quo perficitur intellectus, & sic est ordo Cherubin. Secundus actus est perfectè amare quo perficitur appetitus intellectiuis s. uolūtas. & secundū hunc actum accipitur ordo Seraphin. Tertius actus fruitionis & cōtemplationis est æternæ, & sine fine apprehendere, & tenere, & pænes hunc actū accipitur ordo Thronorū. Secundo ordines Angelorum distinguuntur pænes prælationē in cōmuni, & sic sunt tres ordines mediæ hierarchię: q̄ patet, quia Angeli aut præsunt Angelis, & sic est ordo Dominationum: aut præsunt hominibus, & sic est ordo Principatus: aut præsunt arcēdis cōtrarijs spiritib. & sic est ordo Potestātū. Vel aliter, prælatio ut pacifice dispenses, & fiat, indiget trib. s. sententia nte, adiutuāte, imperante. Primò indiget sententiāte quid unicuiq. debeat, & quantum ad hoc est ordo Potestatum. Secundò indiget propugnante, uel adiuuante, & quantum ad hoc ē ordo Virtutū. Tertiò indiget dirigente, uel imperante, & quantū ad hoc est ordo Dominationum: Tertiò ordines angelorum distinguuntur pænes administrationem particularē, & sic sunt tres or-

dines tertiæ hierarchiæ, secundum quod angeli tripliciter ministrant nobis. Primò miracula operando, & sic est ordo virtutū. Secundò maiora nūciando, & sic est ordo archangelorū. Tertiò minora docendo, vel pronunciando, & sic est ordo angelorū. Vel aliter Angeli in ministrando habēt tribus modis potentiam limitatam. Vno modo respectu vnius provincie, & sic est ordo virtutum. Secundò modo habent potentiam limitatam in ministrando respectu plurium hominū, & sic est ordo archangelorum. Tertiò habent potentiā limitatam respectu vnius hominis singularis & sic est ordo angelorum. Hęc B. Tho. secundò scripto sententiarum dist. 6. art. 1. in cor. q. per totum: & prima parte sum. 112. artic. 2.

C A P. XIII.

SECUNDO circa angelorū ordines nota durationē, vtrū .s. post diē iudicii remaneant ordines angelorū. Respōdeo & dico quod in ordinationib. angelorū duo considerari possunt. .s. distinctio graduum, & executio officiorum. Primum est distinctio graduum: nam duplex est distinctio gradus. .s. naturæ, & gratiæ. Prima est distinctio gradus. .s. naturæ, quæ semper in angelis remanebit. Cuius ratio est, quia non posset differentia naturarum auferri ab angelis, nisi eis corruptis. Secunda distinctio graduum. .s. gratiæ etiam semper in angelis remanebit, secundum differentiam meriti præcedentis. Secundum. .s. executio officiorū quantum ad aliquid cessabit, & quantum ad aliquid remanebit. Primò enim executio officiorum angelorum cessabit quātū ad hoc quod alios ad finem perducant. Cuius ratio est quia consecuto iam fine non est necessarium tendere in finem. Secundò executio officiorum remanebit post diem iudicii quantum ad aliquam illuminationem, & Angelorum, & hominum. Primò quantum ad aliquam illuminationem Angelorum, quia cum Angeli inferiores cognoscant plurima illuminatione angelorum superiorum, quorū cognitio dependet ex lumine superiorū, & quò ad nouæ scientiæ acquisitionem, & quò ad conseruationem, ideò rema-

nebit huiusmodi executio. Secundò executio officiorum in angelis remanebit post diem iudicii quantum ad aliquam illuminationem hominum. Cuius ratio est, quia licet post diem iudicii homines non sint vltèrius ad salutem per angelos deducendi, tamen illi, qui iam salutem consecuti erunt, aliquam illuminationē habebunt per officia angelorum.

Sed fortè argues in oppositū. .s. quod post diem iudicii angeli superiores de nullo illuminabunt angelos inferiores, vel homines: tali ratione: Ille qui nouit omnia ab alio non potest instrui nec indiget illuminari: sed angeli, & beati sunt huiusmodi. Ita dicit Greg. Quid est quod ibi nesciant, qui videntem omnia vident: ergo &c. Respondeo & dico quod verbum Beati Greg. dupliciter potest intelligi, scilicet, de his, quæ ad beatitudinem pertinent, vel etiam, quia nihil est ad cuius cognitionem illud mediū non sufficiat. .s. diuina essentia: vnde non est ex defectu diuinæ essentia, vt aliquid lateat ipsam videntem, sed ex defectu videntis, qui ipsam diuinam essentiam perfecte non comprehendit: quanto autè intellectus videntis est perspicacior, tanto plura in ipsa videt, de quibus inferiores illuminati: ad altiore autè perspicacitatis gradū dono ipsius Dei ascenditur, quod qui dem nō communicat necessitate, sed voluntate, ideò dicitur illud speculū voluntarium esse, vt in se solum, quod vult ostēdat. Hęc B. Thom. 2. script. sent. dist. 6. artic. vltim. vtrū ordines post diem iudicii durabunt, in cor. q. & in solu. vlti. argu. & prima parte sum. q. 108. artic. 7. in cor. q. & in solu. argum.

G A P. XV.

CIRCA Angelorum ordines, tertio nota assumptionem, vtrum. .s. homines assumant ad ordines Angelorum. Respondeo, & dico, quod assumi ad ordines Angelorum potest intelligi tribus modis, vel ex parte naturæ, vel gratiæ, vel efficaciar.

Primò ex parte naturæ, & sic nullus, assumi potest ad ordines Angelorū, tum quia in homine naturalis actio nūquā potest pertingere ad æqualitatem Angelorum: nullus enim intellectus humanus secundum

Angeli superiores in aliquo illuminabunt inferiores. 15.

dum suam formam potest pertingere ad cognoscendum Deū, ut angeli, tum quia semper remanebunt distinctæ naturæ. scilicet angelica, & humana. Secundò modo assumi ad ordines Angelorū potest intelligi ex parte gratiæ: & tunc dico, quod non solum ad ordines, sed supra ordines Angelorum assumi pōt, ut patet de B. Virgine, quæ ex eo, quod habuit plus de gratia, super omnes choros Angelorum est exaltata. Tertiò modo potest intelligi assumi ad ordines Angelorum ex parte efficaciz, & tunc dico quod quamvis Angelus inferior non possit mereri, ut ad gloriam Angeli superioris perveniat, tamen homo sic, eo quod meritum hominis est efficacius, quam meritum Angelorum: quod probo propter quattuor rationes. Prima est propter Dei liberalitatem, quæ non obstante humanæ naturæ infirmitate homini tantū vult dare quantum Angelo. Secunda ratio est propter difficultatem, quæ est occasio maioris conatus, & per consequens meriti. Tertia ratio est propter temporis diuturnitatem ex qua homo potest de virtute in virtutem proficere, & de bono in melius, cum diutius sic viator quam Angelus. Quarta ratio est propter gratiæ, & meriti Christi infinitatem, ex qua nostra merita efficaciam habent: & ideo magis possunt homines virtute meriti Christi, quod est infinitum, transferri in gradum altioris naturæ, quam etiam Angelus. Quidam tamen dixerunt, quod omnes electi, & sancti in cælo per se constituunt suum ordinem decimum conditum toti angelorum societati, ut expleatur similitudo de decima dragma perdita quæ ponitur Lucæ 15. Sed Aug. 12. de ciui. Dei ponit contrarium dicens, quod non erunt duæ societates hominum, & angelorum, sed vna. Cuius rationem assignat dicens, quod omnium beatitudo erit ad hærendum vni Deo. Quidam alij dicunt, quod solum virgines assumuntur ad ordines angelorum, eo quod angelis est cognata virginitas ut dicit Hiero. Sed hoc non vñ verum, cum multi non virgines, ut Petrus, & Magdalena multis etiam virginibus sint eminentiores. Et ideo veritas est quod omnes electi assumuntur ad ordines angelorū, ut dñs Matth. 22. dicit de sanctis quod erunt quasi angeli: & Luc. 20. dicit quod filij resurre-

ctionis erunt æquales angelis in cælis: unde quidam ad superiores ordines assumuntur, quidam ad medios, quidam ad inferiores pro diuersitate meritorū suorum. Ita dicit B. Greg. Homel. de Angelorum distinct. Distinctæ conuersationes hominum singulorum ordinibus congruunt, & in eorū sortē, vel ordinem per conuersationis similitudinē deputantur: quod de omnibus probat dicens: Nam sunt plerique, qui parua capiunt, sed tamen hæc eadem parua nunciare fratri non desistunt, isti namque inter Angelorū ordinem currunt. Et sunt nonnulli, qui dum diuinæ largitatis munere sunt refectionis secretorum cælestiū summa, & capere præualēt, & annunciare, quod ergo isti nisi inter Archangelorum numerū deputantur? Et sunt nonnulli, qui mira faciūt, signa valenter operant, quod ergo isti nisi ad supernarū Virtutū sortem, & numerū currunt? Et sunt nonnulli, qui etiam de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosque virtute orationis, & vi acceptę potestatis eiiciūt, & isti Potestatiū cælestiū numerū sortiuntur. Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus, aliorū merita transcendunt, & cum bonis etiā sunt meliores, electis quoque fratrib. principatur, & isti fortem inter Principatum numerū acceperunt: Et sunt nonnulli qui in semetipsis cunctis vitijs omnibusque desiderijs dominantur, & isti in numerū Dominationū currunt: Et sunt nonnulli qui semetipsis vigilantia cura dominantur, qui dum se soli, cita intentione discutiunt, diuino timori semper inhærentes, hoc in munere accipiūt, ut alios iudicare, & regulare possint, quorū profecto mentibus dum diuina cōtēplantur, in his velut in throno dominus præsidet, ut aliorum facta examinet, & isti Thronorū numerū sortiuntur. Et sunt nonnulli qui charitate Dei, & proximi cæteris amplius pleni sunt, & tales inter Cherubin numerum acceperunt, eo quod Cherubin plenitudo scientiæ nominatur, & plenitudo legis est charitas, testante apostolo. Et sunt nonnulli, qui supernæ contemplationis amore accessi nulla in mundo cōcupiscunt, & amant, sed in solo conditoris desiderio anhelant atque concupiscunt, amant, & in eius amore ardēt, atque in ipso ardore requiescūt, quid

Hō pōt mereri ut ad gloriam Angelisuperioris perveniat

Vna erit societas Angelorum, & hominū

quid ergo istos nisi Seraphin dixerim?

Si autem quaeritur utrum assumatur tot de hominib. quot Angeli ceciderunt, vel manserunt, uel plures, uel pauciores. Respon. & dico, quod ille hoc solus scit cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus, & hic est Deus. Hæc B. Tho. secundo scrip. sententiarum di. 9. ar. 8. in cor. q. per totum.

C A P. XVI.

VERITAS proprietatis Angelorum secundo considerari potest ex parte nominum, nam unusquisque Angelorum ordo sicut est altior, ita est a perfectiori nominatur, ut puta superior ordo ab actu excellentiori proprium nomen sortitur. v.g. primò de Seraphin: quauis. n. frui Deo. i. uidere amare, & tenere Deum omnibus Angelis sit cōe, quia omnes Angeli sunt uidentes, amantes, & tenentes Deum, eò quod ista tria sunt de substantia beatitudinis, tamen Seraphin non dicuntur solum amantes, sed ardentes; & hoc duplici rōne. scilicet rōne excessus, & effectus. Primò rōne excessus, quia ordo Seraphin omnes inferiores ordines Angelorum in habitu charitatis excedit. Secundò rōne effectus, non. n. dicuntur Seraphin ardentes, vel incēdentes quasi habitum charitatis influant, sed quia inferiores illuminant de his quod ad amorem pertinent charitatis. Vnde B. Diony. cap. 2. cēle. hierarchia dicit, quod nomen Seraphin potest sumi secundum tres ignis proprietates. Nam in igne sunt tria. scilicet motus cōtinuitas, actus vigorositas, aspectus speciositas, vel claritas. Primò in igne est motus cōtinuitas, nam motus ignis semper est sursum cōtinuus, per quod significatur, quod Angelus indeclinabiliter mente fertur seu mouetur in Deum. Scđò in igne est actus vigorositas, nam in igne non solum inuenitur calor, sed cum quadam acuitate, quia penetratiuus est in agendo, & ptingit usque ad intima, & iterum cum quodā excessu feruoris per quod significat actio Angelorum ordinis Seraphin, quam excellēter habent respectu ordinum inferiorum eos in feruorē consimilem excitantes, & totaliter per incendiū eos purgātes. Tertiò in igne est aspectus speciositas. scilicet lucis

claritas inextinguibilis, & cōicabilis, per quod significatur, quod huiusmodi Angeli Seraphin in seipsis habent lucē inextinguibilem, & quod alios per se illumināt. Hæc B. Th. 2. scri. sent. di. 9. art. 4. utrum nomina Angelorum conuenienter distinguantur, in cor. q. & in solu. 5. & 6. arg. & prima parte su. q. 108. art. 5. in sol. 5. arg.

C A P. XVII.

A De uidentiam autem c. præcedētis est sciendum, quod B. Diony. c. 2. cēlestis hierarchia ponit octo proprietates ignis, quæ conueniunt ordini Seraphin. prima est, quia ignis est semper mobilis, & signat, quod mentes Seraphin semper mouentur in Deum, quia caloris est mouere. Et si quaeris, cuius motionis est calor Seraphin? Resp. hoc Diony. ibid. dicens, quod est motionis intentæ, intimæ, actiuæ, reductiuæ. Primò est motionis intentæ in Deum, quantum ad motum intellectus, qui ex amore totius trahitur ad intendendum Deo quasi sui oblitus. Secundò est motionis intimæ quantum ad motum effectus, cuius est profundari in amatum. Tertiò est motionis actiuæ quantum ad inferiores actus per immisionem luminis. Quartò est motionis reductiuæ quantum ad reductionem inferiorum ad Deum, ex uirtute primæ lucis, per quam conuincitur ad cōsentiendum in ipso. Secunda proprietas ignis est, quia est incessabilis, quia completur circulis, & signat, quod desiderium mouet desiderantē, & desiderans mouetur, ut coniungatur desiderato in quantum potest. Tertia proprietas ignis est, quia est inflexibilis, & significat, quod mens Seraphin nunquam deflectitur ab amore, & hoc duplici rōne, prima est propter consumationē in illo: secunda est, quia non habet contrarium talis amor.

Quarta ignis proprietas est, quia ignis est calidus, & significat, quod amor eorum mouet ad coniungendum amato. scilicet Deo.

Quinta proprietas ignis est, quia ignis est inextinguibilis propter dispositionem luminis, & uirtutem caloris quam ignis existens ignis nunquam potest amittere, & signat, quod uis diuini amoris nunquam a Seraphin potest amitti, & hoc propter dispositionem diuini luminis

quod est in eis. Sexta ignis proprietas est, quia ignis est acutus, & signat, quod non sufficit amori qualiscunq; coniunctio, sed quærit subintrare amatum, & unire se sibi, secundum, quod potest si posset effici sub uno.

Septima ignis proprietas est, quia ignis semper est feruidus, & significat quod amor non solum mouet ad subintrandū amatum, sed facit circumire omnes partes, & differentias amati, amando, delectando, sicut ignis, subintrat combustibile, & profundat se in omnibus partibus eius.

Octaua proprietas est, quod feruor ignis est recalificans, rescitans, purgans. Primò est recalificans. scilicet illa inferiora supposita. i. inferiores ordines Angelorum calore sicut, & ipsum calidum est. Secundò est resuscitans in caliditatem similem sue caliditati, sicut ignis disponendo per suam formam caloris calefactibile suscitatur in caliditatem similem: & dicit ibidem. B. Diony. Calorem celicum. i. calorem similem calori celi, qui mouet, & conseruat ad speciem. Tertiò est purgans. scilicet inferiores Angelos, non tamen a peccati macula, uel immunditia, quæ non est in eis, sed a confusione dissimilitudinis ex toto incendiando per amorem. Hæc Alb. in scri. super Diony. 1. cap. de cœle. hierar. per totum.

C A P. XVIII.

SECVNDVS est ordo Cherubin, quod quidem nomen imponitur a quodam excessu scientiæ: unde interpretatur plenitudo scientiæ. Cuius ratio est, quia Cherubin non dicuntur simpliciter uidentes, uel scientes, sed pleni scientia: unde quamuis scientia, uel notitia de omnibus Angelis sit communis, non tamen omnes Cherubin possunt di ei, eo quod habere scientiam per istum modum, scilicet per modum plenitudinis non est commune omnibus, sed soli ordini Cherubin, idè merito plenitudo scientiæ Cherubin interpretatur, & hoc propter quattuor in quibus consistit plenitudo scientiæ huiusmodi Angelorum. scilicet Cherubin, ut exponit B. Diony. in lib. cœlest. hierarchiæ ca. 1. primo enim plenitudo scientiæ eorū consistit in perfecta

Dei uisione, scdò in plena diuini luminis susceptione, tertio in pulchritudinis ordinis rerū omnium cōtēplatione, quam cōtēplatur in ipso Deo, quarto in cognitionis quā de Deo habet in alios copiosa diffusionem. Hæc B. Tho. 1. parte sum. q. 118. art. 5. in solu. 5. arg. in fine.

Ad cuius euidentiā est secūdū, quod tria sunt nomina quib. ordo Cherubin nominatur. scilicet fusio sapiētiæ, multitudo sciētiæ a B. Diony. & plenitudo scientiæ a B. Gre. quæ tria pro eadem re assumuntur, sed differunt rōne, quod patet. Primò. n. Cherubin prout ipsam lucē immediatē, & copiose illuminant, ut alijs possint cōicare dicuntur fusio sapiētiæ. Scdò prout in eis est lux diuina super omnia irradians, & faciens eos res oēs in propria natura cognoscere, & propria eorū principia, dicuntur multitudo scientiæ. Tertiò prout habent efficaciam lucis ad res plene innotescendas dicuntur plenitudo scientiæ. Hæc Alber. in scrip. super Diony. de cœlest. hierar. cap. 1.

Sed fortè argues, & dices, quod ordines isti. scilicet Seraphin, & Cherubin incōuenienter assignantur, quia prius debuit poni ordo Cherubin, quā ordo Seraphin. Cuius ratio est, quia scientia est prior, quam amor, & intellectus uidetur esse altior, quam voluntas: ergo ordo Cherubin uidetur esse altior, & prior quā ordo Seraphin.

Respondeo & dico, quod ordo Seraphin est altior, & prior quam ordo Cherubin: quod probo triplici ratione. Prima est talis: Dilectio Dei præminet in uita cognitioni Dei: sed per Seraphin intelligitur dilectio Dei, per Cherubin uero cognitio Dei: ergo &c. Quod autem dilectio Dei in uia præmineat cognitioni Dei tali ratione ostendo: Cognitio est secundum, quod cognita sunt in cognoscente, amor autem secundum, quod amans unitur rei amate: superiora autem nobiliori modo sunt in seipsis quam in inferioribus: inferiora uero nobiliori modo sunt in superioribus, quam in seipsis & idè cognitio inferiorum præminet dilectioni eorū, dilectio autem superiorum, & præcipuè Dei præminet cognitioni Dei, & idè ordo Seraphin ponitur prius, quam ordo Cherubin. Hæc Beat. Thom. 1. parte sum. q. 108. artic.

Tria sunt nomina Cherubin.

Ordo Seraphin prior est & altior Cherubin.

6. in sol. 3. arg. Secunda ratio est talis: Donum gratum faciens perfectius est, & per consequens prius, quam donum gratis datum: sed ordo Seraphin sumitur pœnes ignem charitatis, quæ est donum gratum faciens, ordo uerò Cherubin sumitur pœnes plenitudinem, uel communicationem scientiæ, quæ est donum gratis datum: ergo &c. Hæc Alb. super Dion. de cæle. hierar. 1. cap. de ordine istorum duorum: & Seraphin, & Cherubin. Tertia ratio est talis: Perfectius est illud, quod nec peccatum mortale, nec veniale secum cõpatitur, quàm illud quod secum compatitur peccatum mortale: sed feruor charitatis a quo nomen Seraphin sumitur nullum peccatum secum compatitur: scientia uerò a qua Cherubin sumitur: apud nos potest esse cum peccato mortali: ergo Seraphin est prior, & pfectior ordine Cherubin. Hæc B. Thom. j. part. sum. Req. ibid.

CAP. XIX.

29. **TERTIVS** ordo est ordo Thronorum, quorum nomen imponitur p conuenientiam, & similitudinem ad sedes materiales. In quibus est quatuor considerare. scilicet sublimitatem situs, firmitatem status, utilitatem effectus, capacitatem ambitus. Primò in sedibus materialibus est considerare sublimitatem situs. nam sicut sedes materiales super terram eleuantur, sic ipsi Angeli, qui Throni dicuntur, usq; ad hoc eleuantur, quod Deum immediatè cognoscant. Secundo in sedibus materialibus est considerare firmitatem status, nam in ipsis sedibus sedens firmiter sedet, & requiescit; hic autem est è conuerso, quia ipsi beati Angeli firmantur per Deum, requiescunt in Deo: unde Bernar. in lib. de consideratione sic ait: Throni dicuntur inquit ex eo qd sedent, & ex eo qd sedet in eis Deus. nec. n. sedere posset in his, qui non sedent.

Quid significet sessio Thronorum. Quæris quid per illam sentiam sessio- nem? Certè summam tranquillitatē, placidissimam serenitatem, pacē q̄ exuperat omnem sensum: talis enim qui sedet in thronis dominus sabaoth indicās omnia cum tranquillitate placidissimus, serenif-

simus, placatissimus: & talis sibi constituit thronos simillimos sibi. Tertiò in sedibus materialibus est considerare utilitatem effectus, uel fructus: nam sicut sedes suscipit sedentem, & in ea deferri potest, sic & isti beati Angeli, scilicet, throni in seipsis suscipiunt Deum, & quodammodo ad inferiores ordines Deum ferunt. Quarto in sedibus materialibus est considerare capacitatem ambitus, nam sedes ex una parte est aperta ad suscipiendum sedentem, ita & isti beati Angeli, scilicet Throni sunt per promptitudinem aperti, & apti ad suscipiendum Deum, & famulandum, & obediendum. ei. Hæc Beat. Thom. j. part. sum. q. 108. artic. 5. in solu. 6. arg. in fine.

Ad cuius euidentiā est sciendum qd triplex est sedes, scilicet, regalis, magistralis, iudicis. primo. n. Thronus dicitur sedes regalis: secundò cathedra est, uel dicitur sedes magistralis: tertiò tribunal est sedes iudicis. Sed sedes regia cum ornatu regali habet annexam iurisdictionem iudicis: unde etiam consequenter dicunt isti beati Angeli throni ab actu sedis iudicis, ut dicit Greg.

Sed fortè quæres, cum cuiuslibet sedentis sit sedere in sede sua, & throni sint sedes Dei, quare non dicitur Deus sedere super thronos, sed super Cherubin, ut in psal. dicitur: Qui sedes super Cherubin. Respondeo & dico, qd Deus, & sedet super Thronos, & sedet super Cherubin: sedet. n. super Thronos quantum ad iurisdictionem fundendi illuminationes propter regiam, & propter iudiciariam potestatem, & sedet super Cherubin propter plenitudinem scientiæ, & propter facultatem fundendi illuminationes, tum quia ex facultate fundendi proueniunt illuminationes actu, & non ex iurisdictione, tum plerique habentes iurisdictionem ut prælati, non habent facultatem ut magistri, iò dicitur Deus magis sedere super Cherubin, quam super Thronos. Seraphin autem ex suo nomine neutrum habent, & ideo non dicitur Deus sedere super Seraphin. Hæc Albert. super Diony. ca. j. celest. hier. quis sit proprius actus Thronorum, in sol. ult. arg.

Quo Deus se deat super Thronos, & Cherubin.

CAP. XX.

SECUNDO postquam dictum est de nominibus ordinum primæ hierarchiæ, sequitur uidere de nominibus ordinum secundæ hierarchiæ. scilicet de ordine Dominationum, Potestatum, & Virtutum, qui habent potestatem non limitatam circa vnā gentem, vel particulare

Rō triū personam, sed circa bonum commune, ordinū vel circa regimen boni communis. **Ratō** autem numeri istorum trium ordinū hierarchiæ sic potest sumi, quia ad hoc, quod bonum commune pacifice regatur, & dispensetur indiget tribus. scilicet imperante, sententiente, adiuvante.

Primo. n. bonum commune, ut pacifice regatur, & dispensetur, indiget aliquo imperante, vel dirigente: & ad hoc est ordo Dominationum, ad quem pertinet dirigere in ministerijs diuinis, sicut architector in mechanicis, qui est præceptiuus, & directiuus. **Secundo** indiget aliquo concludente, uel sententiente quid unicuique debeatur: & ad hoc est ordo Potestatum, unde dicitur arcere aereas Potestates, sed hoc non est ultimus finis, sed quietem, & utilitatem aliorum dispensare, sicut potestas secularis suspendit latronem ad pacem ciuitatis. **Tertio** indiget aliquo adiuvante, uel propugnante, ut nihil sit impossibile exequi quod per sententiā determinatur, & ad hoc est ordo Virtutum, qui attingit ultimum in operandis omnibus difficilibus pertinentibus ad diuina ministeria, & ideo attribuitur eis miracula facere, quia obuiare legibus naturæ est arduissimum. Isti autem tres ordines secundæ hierarchiæ sic sunt ordinati, quia Dominationis est præcipere, Potestatis est dirigere, Virtutis est perficere. **Primò. n.** Dominationis est præcipere subditis de agendis: & ideo B. Greg. dicit, quod quidam Angelorum agmina pro eo, quod eis cætera ad obediendum sunt subiecta Dominationes uocantur. **Req.** infra. **Dominiū** quid significet. **Secundo** Potestatis est dirigere illud, quod à Domino est præceptum, secundum illud Apostoli ad Rom. 13. Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit: unde nomen Potestatis ordinationem quandam significat, in quantum ad ordinem potestati pertinet ordinare quomodo a subditis

sunt agēda, quæ sunt ad omnes imperata. **Tertio** uirtutis est perficere, quod patet ex nomine, nam nomen uirtutū prout est nomen proprii ordinis signat quendam excessum fortitudinis quantum ad duo, ut Dionysius dicit, **Primò. n.** signat quandā virile, & incōcussam fortitudinem ad operationes diuinas eis conuenientes. **Secundo** signat, quod sine timore aliquo aggrediuntur diuina, quæ ad eas pertinent. quod ut ad fortitudinem animi pertinere, ita quod ordo uirtutum ad duo est ordinatus: **primò** ad suscipiendum diuina celeriter, **secundo** ad operandum, uel aggrediendum difficilia utiliter & sine omni timore, uel difficultate. Si autē vis dicere breuius, dicas, quod Dominationes sunt, quibus ad obediendum ceteri subijciuntur. Potestates sunt, per quos mali spiritus arcentur, sicut per potestates terrenas malefactores arcentur, ut dicitur ad Ro. 13. Virtutes uero sunt, qui habent Potestatem super naturam corporalem in operatione miraculorum. **Hæc B. Th. 1. parte sum. q. 108. art. 5. in sol. 3. arg. per totum, & ibidem art. 6. in cor. q. iuxta finem, & 2. script. sent. dist. 9. arti. 4. in sol. 3. arg.**

CAP. XXI.

TERTIO sequitur tertia hierarchia, in qua Dionysius 9. c. cele. hierar. ponit tres ordines. scilicet Principatus, ut primos. Archangelos, ut secundos, Angelos, ut ultimos. Omnes enim hi tres ordines sunt infimæ hierarchiæ sub media hierarchia. Cuius ratio est, quia omnis potentia limitata est infra potentiam non limitatam: ordines autem secundæ hierarchiæ non habent potentiam limitatam circa vnā gentem, uel vnā singularem personā & ordines infimæ hierarchiæ habent potentiam limitatam circa particularia: ergo &c. Hanc rationem assignat. **Alb. sup. Dion. de cæle. hierar. 6. ca.** Primus ergo ordo ultimæ hierarchiæ est ordo Principatus. Cuius ratio est, quia principati est inter reliquos priorem existere, uel prius efficere quasi primi sint in excussione eorum, quæ imperantur. In executione autem cuiuslibet actus sunt quidam quasi incipientes actionem, & alios ducentes, sicut in cantu præceptores, & in bel-

Rō noī
Principatuum

Archangelus
cur
ita dicatur.

Ea, quæ
Angeli
nunciant
dicuntur
minima
duplici
ratione.

to illi, qui alios ducunt, & dirigunt, & hoc pertinet ad principatus. Hæc b. Tho. 1. parte sum. q. 108. artic. 6. in cor. q. in medio. Vnde illi qui ducunt alios, primi inter eos existentes, & prius efficientes, propriè vocantur principes, secundum illud ps. Præuenerunt principes coniuncti p̄a. Secundus ordo ultimæ hierarchiæ est ordo Archangelorum, & dicuntur Archangeli quasi principes angeli: quod nomen est compositum ex duob. extremis, quia respectu angelorum sunt principes, respectu uero principatum sunt angeli. Secundum autem b. Greg. Archangeli dicuntur ex eo, quod principantur soli ordini Angelorum quorum officium est nunciare hominib. magna, dicuntur aut archangeli nunciare hominib. magna duplici ratione. Prima est, quia eorum officium non est limitatum ad unam personam, sed ad bonum cõe, bonum autem gentis, velut bonum cõe, est dignius quam bonum unius hois secundum Phil. 2. ethi. Secunda ratio est, quia ea, quæ archangeli nunciant, sunt supra rationem, & ideo dicuntur magna, sicut uerbi gratia, ut Gabriel, qui nunciauit natiuitatem Christi, & Io. Baptistæ, Tertius ordo ultimæ hierarchiæ est ordo angelorum, quorum nomen manifestationem designat, cum angelus nuncius dicatur. Vbi nota duo. Primum est, quod illa, quæ angeli nunciant dicuntur minima duplici ratione. Prima est, quia angelorum officium est singulos homines custodire, bonum aut singulare dicitur esse minimum respectu boni communis. Secunda ratio quia angeli nunciant parua, ad quæ ratio naturalis potest se extendere, quæ dicuntur esse minima in comparatione eorum, quæ facultatē naturalis rationis excedunt, ut patet supra. Secundum est, quod duplex est modus, quo angelus nunciat, vel manifestat. scilicet interior, & exterior. Primus est interior. secundum quod angelus inferior lucem superioris angeli manifestat omnib. angelis sub se ordinatis in quantum lumen superioris angeli est sibi magis proportio natum quam angelis sibi inferioribus, & ideo esse manifestatiuum superiorum non est unus ordinis, sed omnib. inferioribus conuenit. Secundus modus nunciandi est exterior. scilicet secundum ministerium quod angelus exercet exterius, & sic angelus

nomen est officij, ut dicit b. Greg. & ultimo ordini conuenit. Hæc b. Tho. 2. scrip. sen. dist. 9. arti. 4. in sol. 2. argu. & 1. parte sum. q. 108. art. 6. in cor. q. in fine. & 2. scr. ubi supra ait. 4. in cor. q.

CAP. XXII.

Tertio principaliter circa angelos consideranda est uarietas proprietatis ex parte actuum: nam alij actus conueniunt angelis respectu Dei, alij respectu inferioris angeli, alij respectu nostri. Primo enim respectu Dei omnib. beatis angelis tres actus conueniunt, scilicet frui æternaliter, loqui mentaliter, obsequi generaliter. Primus actus qui conuenit omnibus beatis angelis respectu Dei, est frui Deo æternaliter: quod tali ratione ostendo. Tres sunt actus diuinę fruitionis. scilicet uidere Deum apertè, amare Deum perfectè, tenere Deum æternè, qui tres actus sunt de substantia beatitudinis, & omnib. angelis beatis communes. Vel dicas aliter si uis, quod tres sunt actus fruitionis, uel contemplationis: primus actus est claræ, uel apertæ cognitionis, secundus est perfectæ dilectionis: tertius est æternæ tensionis. Primus actus fruitionis, uel contemplationis diuinæ est uidere Deum nude, uel aperte, uel clare: nam omnes angeli beati clare, & immediate. scilicet facie ad faciem Deum vident, in hoc sunt beati. Vbi nota, quod in beatis angelis duplex est cognitio Dei, scilicet naturalis, supernaturalis, uel cognitio naturæ, & gloriæ, uerbi gratia. Simul, & semel angelus bonus cognoscit Deum per essentiam Dei, & hæc cognitio pertinet ad cognitionem supernaturalem, quæ est cognitio gloriæ, & beatum facit, & cognoscit Deum non per essentiam suam, & hæc cognitio pertinet ad cognitionem naturæ quæ beatum non facit, licet non cognoscere Deum per essentiam suam, scilicet per creatam essentiam angeli sit imperfecta respectu cognitionis Dei per essentiam Dei, tamen in beatis angelis remanet cognitio naturæ cum cognitione gloriæ. Cuius ratio est, quia cognitio naturæ quæ est imperfecta, subternitur, vel supponitur cognitioni perfectæ, scilicet cognitioni gloriæ, idest beatificæ, & illa manet. Illa uero cognitio imperfecta, quæ opponitur cognitioni perfectæ

Angelis
conuenit
frui æternaliter.

In Angelis
beatis
duplex
est cognitio.

forte tollit, & non manet in patria, sicut cognitio Dei, quæ est per fidem respectu cognitionis diuinæ essentia. unde Apost. 1. Corin. 13. Cum uenerit, quod perfectum est. scilicet clara scientia, vel notitia Dei, euacuabitur, quod ex parte est. scilicet fides quæ est de non visis, vel de non apparentibus.

Hæc b. Th. 1. parte sum. q. 62. ar. 7. in cor. q. & in sol. 1. arg.

Angeli
amant
Deum p-
fectè.

Secundus actus fruitionis, vel contemplationis est amare Deum perfectè. & hic actus omnibus Angelis est communis, eò quod omnes Angeli perfectè diligunt Deum, quod tali ratione ostendo: Modus dilectionis sequitur modum cognitionis, sed omnes beati Angeli vident Deum clarè, & immediatè, ut patet supra, ergo omnes diligunt Deum perfectè.

Aliud è
uidere
Deum q
essentiā
& aliud
per effe-
ctum.

Vbi nota, quod aliud est videre Deum per essentiam Dei, & aliud per effectum: quicumque enim Deum per essentiam Dei uidet impossibile est, quin diligat Deum. Cuius ratio est, quia ille, qui videt Deum per essentiam Dei, non apprehendit Deum, nisi sub ratione bonitatis infinitæ. Ex qua ratione formo aliam sic: Si simpliciter ad simpliciter, & magis, ad magis, & maxime ad maxime: ergo si illud, quod apprehenditur sub ratione maioris boni magis diligitur, & per consequens illud, quod apprehenditur sub ratione perfecti, & infiniti boni perfecte diligitur, sed Deus a beatis Angelis apprehenditur sub ratione perfecti, & infiniti: ergo &c. Sed illi, qui Deum non per essentiam Dei vident, sed per aliquos præclaros effectus, qui interdum voluntati contrariantur, dicuntur odio habere Deum, ut mali Angeli, & peccatores faciunt. Re. supra. Amor sui, quomodo est peccatum mortale, quomodo veniale, & quomodo nullum peccatum. Hæc b. Th. 1. parte. sum. q. 60. art. 5. in sol. 5. argu.

Angeli
omnes
hænt &
tenent
Deum æ-
ternè.

Tertius actus fruitionis, vel contemplationis est habere, & tenere Deum æternè, nam b. Angeli omnes nunquam possunt excludere a visione diuina, aut priuari ea. Cuius ratio est, quia illi quoniam nunquam possunt peccare, visione, & fruitione diuina nunquam possunt priuari, & ea ad momentum carere; sed beati Angeli nunquam possunt peccare: ergo &c. Quod autem nunquam peccare possint, tali ratione ostendo. Quicumque non potest velle, vel agere nisi attendens ad Deum,

& non velit, vel possit à bono diuertere peccare non potest: sed omnes beati Angeli, & omnes, qui sunt in cælo sunt huiusmodi: ergo &c. Hæc b. Th. 1. parte sum. q. 62. art. 8. in cor. q. Re. ibi Beatitudo sanctorum qualiter de sui ratione est æterna.

Sed forte quæres supposito, quod beati Angeli non possint peccare nec diuina visione priuari, utrum b. Angeli in beatitudine possint proficere. Respondeo, & dico, quod non, quod tali ratione ostendo: Mereri, & proficere pertinet ad statum gratiæ, sed b. Angeli non sunt uiatores, sed comprehensores, ergo &c. Et confirmationem tali exemplo. Motus non est in fine, vel termino, sed in medio, & eius quod tendit, vel inouetur ad finem, sic a simili mereri non est habentis finem, sed tendentis per operationem ad finem, sed beati Angeli sunt in fine: ergo &c. Hæc b. Th. ubi supra immediate, art. 9. arg. contra, & in sol. 1. 1. arg. Req. infra Meritum.

Angeli
beati an
possint
profice-
re.

G A P. XXIII.

Secundo conuenit Angelis superioribus respectu inferiorum triplex. scilicet purgare, illuminare, perficere: quod tripliciter probo. scilicet auctoritate, ratione, similitudine. Primum auctoritate Dion. 3. ca. c. xle. Hierar. sic dicentis. Ordo hierarchiæ est quosdam quidem, ut superiores purgare, illuminare, & perficere, & quosdam quidem, ut inferiores purgari, illuminari, & perfici. Secundo hoc idem proboratione: quia sicut corpora superiora agunt in inferiora, ita Angeli superiores operantur ad purgationem, illuminationem, & perfectionem Angelorum inferiorum. Tertiò hoc idem probor similitudine: Sicut enim in illuminatione corporali, ut ad sensum apparet, sunt tria, scilicet obscuritatis remotio, vel exclusio, luminis, & claritatis infusio, cogitationis consecutio, ut uerbi gratia. Sicut dicimus visum corporalem purgari in quantum remouentur leuæ, illuminari in quantum profunditur lumine, perfici secundum quod perducitur ad colorati cognitionem, ita se habet in illuminatione, uel cognitione mentali, & spirituali.

Primum enim tenebras ignorantie pellit, & ideo dicitur purgare: secundo aliquid

ei per q̄ instruatur, tradit, & hoc est illuminare: tertio cum in actualem ueritatis cognitionem deducit, & hoc est eum perficere: sicut in visu corporali hæc tria fiunt. Prius. n. tenebra excluditur, & hoc est uisum purgare, secundo lumen producitur, hoc est illuminare uisum: tertio actualis cognitio uisibilis sequitur, & hoc est uisum perficere. Sic in uisu, uel cognitione mentali sunt ista tria. Primò enim sicut in illuminatione corporali prius ab aere, uel a uisu tenebra pelitur, uel excluditur, & hoc est aerem, uel uisum purgare, sic Angelus superior inferiorem purgat, nō quidem a culpa, nec ab immundicia, quæ in angelis locum non habent, sed purgat, uel a uescientia in quantum superior Angelus docet inferiorem de his, quæ nescit, sicut Magister docet discipulum, uel purgat ab similitudine, uel a confusione potētīæ: nam potentia intellectiua est, de se indeterminata ad plura, & ideo ē confusa uel uaga respectu plurium. Roboratio igitur, uel cōfirmatio potētīæ intellectiuae Angeli uirtute luminis ad persistendum in vno dicitur purgatio Angeli. Secundo in illuminatione aeris est infusio luminis, qua in aere, uel in uiso lumen producitur, sic Angelus superior in notitiā alieius rei, quam inferior Angelus nesciebat, eum deducit: & hoc est eum illuminare, quæ quidem illuminatio non est quā tū ad diuinæ essentiae uisionem, quia diuinam essentiam uident omnes, sed hæc illuminatio intelligitur quantum ad cognitionem aliquorum effectuum contingentium. De quibus Angelus superior, ut puta quantum ad reuelationem occultorum, quæ sunt de natura eius, & quæ ad dispositionem pertinent vniuersi, & mysteria ecclesiæ de quibus Angeli superiores illuminant inferiores. Tertiò in illuminatione corporali est luminis consecutio, uel adeptio, qua in aere illuminatio actualis, & in visu cognitio finalis perficitur: sic Angelus superior inferiorem in perfectam notitiam eius, quod potentia liter nesciebat, & actualiter ignorabat, sicut in finem vltimum, uel completum deducit, & hoc est eum perficere. nam ex cōclusionē obscuritatis, ex adeptione luminis sequitur iam perfectā cognitio, & cōfirmata. Hæc beatus Thomas. 2. scrip.

sen. dist. 9. art. 2. vtrum angelus alium Angelum purget illuminet, & perficiat in corp. q. & in solut. argum. & prima parte summa q. 106. artic. 2. in sol. 1. argum. Si autem aliter uis procedere dicas, quod sicut uidemus in illuminatione aeris, quod quando tenebrositas in aere ex nebula fiunt tria, primò tenebra purgatur, secundo lumen generatur, tertio quando iam perfectum est lumen serenitas aeris perficitur, sic est de cognitione, quæ habetur de Deo ab intellectu creato: primò enim in intellectu creato respectu cognitionis diuinæ essentiae est tenebra, in quantum uidetur Deus, in speculo creaturæ ipsum Deum confuse repræsentante: secundo uidetur Deus clare in lumine diuinæ gloriæ, uel diuinæ essentiae ipsum Deum clare repræsentante: tertio, & vltimo perficitur ista uisio dum ex intuitu diuinæ essentiae fit in mente beati quædam superabundantia gaudij, & delectationis, quæ ex intuitu diuinorum per diuinum lumen percepta dicitur perfectio. Licet enim angeli inferiores in præmio substantiali, quod consistit in uisione immediata diuinæ essentiae sint perfecti, nec ulterius, uel amplius possint perfici, tamen quo ad præmium accidentale inferiores Angeli a superioribus perficiuntur. Hæc Alber. super Dion. de cèle. hiera. 4. ca. in tribus arg. ibidem.

CAP. XXIIII.

AD maiorem tamen euidētiā præcedentis capituli est sciendū, quod prædicta tria, scilicet illuminare. purgare, perficere possunt fieri tribus modis. Primò effectiue, & sic solus Deus purgat a culpa, illuminat gratia, perficit in gloria. Et hoc efficit Deus quattuor modis, efficiēter, principaliter, exemplariter, eminenter.

Primò hæc tria reducuntur in Deū efficiēter, quia ipse est efficiēter purgans illuminans, & perficiens. Secundo reducuntur in Deum principaliter, quia ipse est primum purgans, primum illuminans, primum perficiens: nam tanquam principale agēs ipse Deus ab alio nō ha-

bet quod agat, sicut secundaria perfectiua quę non sunt agentia puta purgantia, vel illuminantia, vel perficientia nisi ab ipso Deo: vnde Greg. dicit, q̄ in vanum laborat lingua doctoris, nisi intus adsit gratia saluatoris. Tertiò ista tria reducuntur ad Deum exemplariter, eò quod ipse per hæc tria per reductionē in seipsum imprimat similitudinem sui. Quartò hæc tria reducuntur ad Deum eminenter, vel essentia liter, quia hæc omnia Deus habet eminenter, nam ipse Deus est purgans non purgatus, illuminans non illuminatus, perficiens non perfectus. Hæc Alber. super Diony. de cæle. hierar. c. 3. in expositione litteræ. Secundo hæc tria. s. purgare, illuminare: & perficere sunt aliquo informatiua, & sic gratia purgat, scientia illuminat, charitas perficit. Requi. infra: Charitas, quot affectus causat in anima, supra. Effectus amoris. Tertiò hæc tria sunt ab aliquo dispositiue, & sic Angelus superior hæc tria facit Angelo inferiori: Deus autem effectiue, & completiue: verbi gratia de primo. s. de illuminatione. Angelus. n. superior non illuminat inferiorem tradendo ei lumen naturę, gratię, vel glorię, quia hæc tria sunt a Deo, quod patet, quia lumen naturę est a Deo creatore, lumen gratię a Deo iustificante; lumen glorię a Deo beatificante: sed Angelus superior inferiorem illuminat disponendo eum ad ipsum lumen recipiendū. verbi gratia. Sicut ad pullulationem, germinationem, uel fructificationem terrę semen, & operans faciunt duo, unum completiue, & aliud dispositiue, completiue quidem fructificatio terrę est a uirtute formatiua, quę est in semine, dispositiue uerò est arustico, qui ad fructificationem disponit, applicando firmum, & huiusmodi. sic operatur Deus ad hæc tria completiue, Angelus uerò dispositiue ad illuminationem inferioris Angeli. Hoc autem facit duob. modis, scilicet intellectus debilitatem confortando. & speciem intelligibilem proponendo. Primo Angelus superior inferiorem illuminat, veritatem docet, intellectus debilitatem confortando: quod probo ratione, & similitudine. Primo ratione, quia illud facit in spiritua lib. ordo conuersionis, quod facit in corporalib. ordo localis propinquitatis, q̄

patet per exemplum, quia sicut minus calidum confortatur, & crescit ex præsentiā magis calidi: ita uirtus intellectiua inferioris Angeli confortatur, & crescit ex conuersione Angeli superioris ad ipsum. Secundo Angelus superior illuminat, & docet inferiorem, speciem intelligibilem proponendo per modum cuiusdam exempli, ut uerbi gratia. Sicut apud nos illud quid magistri, & doctores capiūt in quadam summa, multipliciter distinguunt alijs, eorū prouidentes capacitati, ita Angeli superiores docent inferiores quod non cognoscunt, proponendo aliquam intelligibilem speciem, ut quoddam exemplum, per quam clarius, & melius eos docent quod ipsi sciunt. Hæc b. Th. 1. sum. q. 106. art. 1. in cor. q. & sol. 2. argum.

Sed tortē quæres hic duas quæstiones. Prima est, utrum Angelus superior illuminet inferiorem, vel doceat de omnib. quę ipse cognouit. Respondeo, & dico, q̄ sic, quod dupliciter probo. s. cōparatione, & ratione. Primò ratione sic; De ratione boni est, q̄ alijs se communicet, ergo quanto aliquid magis participat de bonitate diuina, tanto magis communicabit eam: sed Angeli beati sunt in plena participatione bonitatis diuinę, ergo &c. Secundò probo hoc idem cōparatione sic, Beati homines alijs communicant quicquid a Deo boni percipiunt, vnde, & ad hoc monet Petrus Apost. 1. Petri. 4. c. dicens: Vnusquisq. sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores, &c. sed angeli beati magis participant de diuina bonitate quam homines, ergo quicquid a Deo percipiunt subiectis Angelis magis impartuntur. Quamuis autem superiores Angeli omnia quę sciunt Angelis inferiorib. reuelent, & manifestent sicut patet, nō tamen ita excellenti modo cognoscunt inferiores Angeli sicut superiores, ut uerbi gratia sicut vnā, & eandem conclusionem, uel rem magister, plenius, & clarins intelligit quam discipulus, qui addiscit ab eo. Hæc b. Tho. ubi supra immediatē art. 4. in cor. q.

Secunda quæstio est, quid istorū triū, s. purgare illuminare, & perficere sit uel est prius. Respondeo, & dico, ista tria p̄ sunt considerari tripliciter. s. ex parte tēporis,

Angeli superiores an doceant inferiores de oībus, q̄ ipsi sciunt.

Quæ sint priora alt.

Purgare illuminare aut perficere.

poris, agentis, & finis. Primo ex parte temporis recipientis, & sic prius est purgatio, postea illuminatio, ultimo est perfectio: nam prius a materia, vel ab intellectu remouetur, & excluditur contrarium. scilicet tenebra. Secundo percipitur lumen: tertio perficitur in illo. Secundo possunt hæc tria considerari ex parte agentis, & sic prius est illuminatio, post purgatio, & ultimo perfectio. nam agens. scilicet Deus, qui hæc operatur prius infundit lumen: secundo per illud lumen expellit tenebras: tertio perficit in lumine. Tertio possunt hæc tria considerari ex parte finis, & sic est prius perfectio, deinde illuminatio, ultimo purgatio. Hæc Alber. super Dionysii. de cæle. hierar. ca. 3. art. 5. in cor. q. Req. infra de ordine iustificationis Iustificatio.

C A P. XXV.

EST autem sciendum ad euidentiā prædictorum, quod in bonis Angelis sunt quattuor. scilicet cognitio, dilectio, illuminatio, locutio. Primo in bonis Angelis est duplex cognitio. scilicet matutina, & vespertina: unde Aug. 4. super Gen. ad litteram, & 11. de ciui. Dei ad Orosium dicit, quod cognitio matutina est, qua Angeli res in uerbo cognoscunt. Cognitio autem vespertina est qua Angeli res in propria natura, uel in proprio esse cognoscunt. Nam super illo uerbo Gen. 1. Factum est uespere, & mane dies unus. b. Aug. uult, quod per diem, unum intelligatur mens Angelica, vel ipse Angelus, in cuius mente Deus opera sex dierum repræsentauit, ut sicut a Deo res effluunt, ut in proprijs naturis subsistant, ita etiam, ut sint in cognitione angelica. Per mane autem, & uespere intelligit, quod in Angelis est duplex modus, quo Angeli res cognoscunt. scilicet cognitio rerum in uerbo, & cognitio rerum in proprio genere, uel in propria natura. Ratio autem similitudinis est ista. mane. n. importat tria, quæ angelicæ cognitioni conueniunt. scilicet accessum & defectum. Primo. n. mane importat principium dierum, & uespere terminum: & significatur cognitio Angelum matutina: tum quia Angelus cognoscit res in uerbo, tanquam in principio omnium rerum, tum quia ab eo tanquam a primo principio omnis alia cognitio deriuatur, sicut dies a mane. Secundo mane

importat accessum ad meridiem, sicut ad lucem puram, uel claram, ad ostendendum duo: primum est, quod cognitio rerum in uerbo refertur ad laudem creatoris. Secundum est ad significandum, quod cognitio beata euacuat propter sui claritatem omnem cognitionem, quæ ei opponitur sicut fidem. Tertio mane, & uespere importat defectum, quia non habent lucem clarā, sed tenebra admixtam, non quod in cognitione angelica sit tenebra erroris, falsitatis, deceptionis, vel ignorantia. Sed hoc dicit propter quattuor rationes. Prima causa, uel ratio est, quia sicut mane in comparatione ad noctem dicitur lux, & in comparatione ad meridiem dicitur tenebra, ita cognitio rerum in uerbo dicitur lux per comparationem cognitionis rerum in propria natura, quæ dicitur tenebra, uel obscura respectu cognitionis rerum in proprijs naturis dicitur cognitio vespertina, in quantum naturæ omnium creaturarum ex se sunt in declinatione, & casu, sicut uespere declinat, & tendit ad casum. Tertia est, quia sicut uespere non succedit nox, sed mane, ut cum dicitur uespere, & mane, ita & beati Angeli cognoscentes creaturam, non in ea figurantur, quia hoc esset tenebrescere, & nocte fieri, sed ipsum referunt ad laudem Dei. Quarta est, quia aliquid in comparatione ad unum potest dici lux, & in comparatione ad aliud potest dici tenebra, ut patet supra prima ratione, sicut uita fidelium, & iustorum in comparatione ad impios dicitur lux secundum illud Ephe. 5. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, quæ uita iustorum in comparatione ad uitam gloriæ tenebrosa dicitur, secundum illud. 2. Pet. 1. Habemus propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris.

Sed forte horum gratia quæres hic duas quæstiones. Prima quæstio est, cum meridies sit quasi media pars diei inter mane. & uesperam, uidetur, quod debeat esse tertia differentia, cognitionis Angelum, quæ dicitur meridiana sicut dicitur matutina, cognitio, & uespertina. Respondeo duobus modis. Primo quod non oportet, quod alia differentia cognitionis ponatur.

In cog. angeli-
ca quō
dicatur
esse tenebræ,

In Angelis nōda

tur alia
cog. præ
ter su-
praferi
ptas.

In An-
gelis est
cog. ma-
tutina,
& ues-
pertina.

Cognitio qua angeli cognoscunt verbum an dicatur matutina.

natur. Cuius ratio ē, quia angelus res nō potest cognoscere nisi aut in verbo, s. creatore, & taliter dicitur cognitio matutina: aut in creatura, & talis dicitur cognitio vespertina. Secundō modo respondeo, & dico, q̄ merities quæ habet lucem clarissimam, & caret principie, & fine, potest referri non ad cognitionem Angeli, sed ad cognitionem Dei, quæ est clarissima, & æterna, quia nec principium nec finem habet. Secunda q̄, utrū cognitio qua Angeli cognoscunt verbum sit matutina, vel vespertina. Et videtur, q̄ sit matutina, quia sicut aliud est intueri lumen solis, & aliud res in lumine solis, ita aliud est intueri verbum, & aliud res in verbo: ergo est alius, & alius modus viuendi. Respondeo, & dico, q̄ nō est simile, quia alicuius in lumine solis nō est idem quod visio solis: visio autem alicuius in verbo est idem, q̄ visio verbi: sed visio in sole non est idem quod sol, sed visio in verbo est idem, quod verbum, sicut ergo cognitio rerū in verbo dicitur matutina cognitio, ita cognitio verbi. Hæc b. Th. 1. parte sum. q. 58. art. 6. in cor. q. & in sol. 1. & 2. arg. & Alex. 2. parte sum. q. 25. de modis cognoscendi, art. 1. utrum cognitio angelorum debeat dici matutina, & vespertina, in cor. q. & in sol. ultimi arg. & ibi. ar. 5. in sol. primi arg. Sed forte argues, quod in beatis non sit cognitio matutina, sed vespertina tantū, quia nō cognoscunt res in verbo, sed in proprijs naturis solum, quia qui speculum intimè videt, formas in speculo relucens clare videt, nisi diuersitas partium impediatur, ut dum unam partem speculi intuetur, formas in alia parte speculi relucens non videat, sed Dei verbum quod est sapientia genita ē speculum sine macula: ut dicitur Sap. 7. in quo omnes res rerum resplendent, ergo cum verbum Dei sit indiuisibile, Angeli uidentes verbum omnia cognoscunt. Sed hoc est falsum, quia, & futura, & cordis intrinseca, ut cogitationes, & huiusmodi angeli nō cognoscunt: ergo nec res in verbo. Respondeo, duob. modis. Primo q̄ res, vel rationes rerum non resplendent in speculo æterno, sicut formæ visibiles in speculo materiali, magis sicut rationes causatorum, vel effectuum præexistunt in causa sua, ut Dion. dicit in lib. de diu. no. non autem necessarium est, ut qui causam videt, hoc ipso om-

nes rationes effectuum in causa cognoscant, nisi comprehendat ipsam causam Angeli: ergo quamuis videant, & cognoscant res in verbo, ut patet, non tamen sequitur, quod omnes res, quæ resplendent in verbo diuino, & earum rationes cognoscant, eo q̄ diuinam essentiam non comprehendunt. Secundo modo respondeo, & dico, ut communiter dicitur, q̄ speculum æternum voluntarium, quia in eo nō videtur nisi quod ipse vult ostendere: secus autem de speculo materiali, qd̄ ex necessitate naturæ representat formas resplendentes in eo. Hæc b. Th. 2. scr. sent. dist. 9. 2. parte art. 2. utrū Angeli inferiores per superiorum illuminationem in cognitione proficiant, in sol. 4. arg. Re. infra Spec. beati. ca. 3.

C A P. XXVI.

Secundo in Angelis est ordinata Dei dilectio: nam angelus naturali dilectione plus diligit Deum, quam seipsum, quod in generali tripliciter probabo. s. ex parte præcepti, motiui, & exempli. Primo ex parte præcepti diuini sic. Præceptum morale, cum sit de lege naturæ, scriptum est in mente: sed præceptum de diligendo Deum supra se, ut cum dicitur, & præcipitur. Diliges dominum tuum ex toto corde tuo: est præceptum morale legis, ergo de lege naturæ, & sic scriptum in mente angeli, ergo angelus naturaliter Deum plusquam seipsum, & supra omnia diligebat.

Secundō probō hoc ipsum ex parte motiui. Et hoc quinq. rationibus. s. ratione infinitatis, causalitatis, communitatis, utilitatis, cognoscibilitatis. Primò ratione infinitatis sic. Summè seu infinitè bonus est super omnia summè diligendus, sed Deus est summè bonus, angelus vero nō: ergo naturali dilectione angelus plus Deum diligit, quā seipsum. Secundo probō hoc idem ratione causalitatis sic. Illud quod est causa, & ratio omnis entitatis, & bonitatis angelus uel homo naturali dilectione magis diligit quā seipsum: sed Deus causa est entitatis omnib. quia omne ens, & omne bonum dependet a Deo ergo &c.

Tertiò probō hoc idem ratione cōitatis, vel vniuersalitatis sic. Quodlibet singulare bonum naturali dilectione plus diligit suis speciei

Prima probatio propositionis.

Secunda

speciei bonum, idest bonū cōmune, quā bonū suū, sed Deus non solum est bonū vnias speciei, sed est ipsū vniuersale bonū simpliciter: ergo angelus naturali dilectione plus Deū diligit, quā seipsum. Quarto hoc idē probo ratione vtilitatis sic. Naturali dilectione diligit aliquis q̄ sibi est bonum: ergo magis sibi, bonū magis diligit, ergo maxime sibi bonū maxime diligit: sed Deus est maxime bonū, & maxime vtile ipsi Angelo: ergo &c. Quinto hoc idē probo ratione cognoscibilitatis sic. Dilectio sequitur ad cognitionem: ergo naturalis dilectio ad naturālē cognitionē: sed naturali cognitione cognoscit Angelus Deum esse summum bonū simpliciter: ergo naturaliter diligit Angelus Deum, vt summum bonum, & per consequens plus quā seipsum.

Vbi nota, q̄ aliter est de eo, qui nō cognoscit Deum per essentiam suam, & aliter de eo, qui cognoscit, & videt Deū per essentiam suam. Ille enim qui nō cognoscit nec videt Deum, per essentiam suam, interdum odit Deū per aliquos particulares effectus, qui interdum volūtatī contrariantur: & secundum hoc in Angelo peccāte nō manet dilectio Dei, immo dilectio sui ipsius vsq; ad contemptū Dei, vt dicit Aug. 4. de ciui. Dei. Sed in eo, qui cognoscit, & videt Deum per essentiam suam manet dilectio Dei, & quantum ad actum, & quantum ad modū. Primo quantum ad actum, quia uidens Deū per essentiam impossibile est, q̄ nō diligit. Cuius ratio est, quia uidens Deum per essentia suam non apprehendit Deum nisi sub ratione bonitatis, & ideo impossibile est nō diligere. Secundō quantum ad modū, quia cum uidens Deum per essentia apprehendat Deum, ut summum bonum, Angelus, uel homo beatus sic uidens Deū diligit plus quā seipsum.

Sexto hoc idem cōfirmo alia ratione sic. Propter q̄ unumquodq; & illud magis, sed Angelus, uel homo non diligit Deum propter se, quia talis amor esset amor cōcupiscentiæ, & non uerus, & ordinatus amor, ergo diligit se propter Deum, & sic magis Deum, sicut si diligo magistrum propter discipulum diligo magis discipulū, & sic de aliis.

Tertia. Tertiō principaliter hoc idē probo ex

parte exempli. Videmus enim q̄ pars exponit se periculo, propter conseruationē totius, ut uerbi gratia Manus exponit se ictui absq; deliberatione propter conseruationē totius corporis: & ciuis uirtuosus exponit se mortis periculo pro cōseruatione totius reipublice, quia ergo bonum uniuersale omnium est ipse deus, sub quo continentur, & Angelus, & homo, & oīs creatura, quia omnis creatura secundum id quod est, est Dei, ideo oīs creatura naturali dilectione plus diligit Deum quā se, alioquin si Angelus, uel homo, uel alia creatura plus seipsum, quā Deū diligeret, sequeretur, q̄ dilectio naturalis esset peruersa, & q̄ non perficeretur per charitatem, sed destrueretur.

Vbi nota, q̄ Deus dupliciter potest cōsiderari. Vno modo inquantū Deus est bonū uniuersale omnium, à quo omne bonū dependet, & sic naturali dilectione quilibet creatura plus Deū diligit quā seipsam. Alio modo inquantū Deus est bonum beatificans, & sic Angelus, uel homo bonus dilectione charitatis diligit Deum plus quā seipsum. Hęc. B. Thom. 1. parte sum. q. 40. arti. 5 utrum Angelus naturali dilectione diligit Deum plus quam seipsum, arg. contra, & in cor. q. & in solu. arg. & Alex. 2. parte sum. q. 2. arti. 15. titu. ut supra in cor. q.

CAP. XXVII.

TERTIO in Angelis beatis est mentalis locutio, quod tripliciter probo. scilicet auctoritate, ratione, & similitudine. Primo auctoritate Apostoli 1. ad Corint. 13. sic dicētis: Si linguis hominum loquar, & Angelorum. Secundō hoc idem probo rōne sic. Illud quod potest uirtus interior, multo fortius, & nobilius potest uirtus superior, sed homo potest conceptum suum aliquo signo sensibili, scilicet uoce, uel nutu altiori manifestare, & hoc est loqui: ergo multo magis angelus per uoluntatem conceptum suum potest alteri intimare, seu manifestare. Tertiō hoc idem probo similitudine sic. Quia sicut homo absq; uoce, uel nutu loquitur sibi ipsi quasi per imperium uoluntatis conuertit se ad actum cōsiderandū, quem habet in habitu, nā ipse cōceptus

mentis

mentis quē aliquis interiorius format, & exprimit sibi ipsi vocatur verbum, ita Angelus sine voce, vel nutu per voluntatē suā intelligētias, vel cōceptus alij manifestat.

Duplex est, q̄ duplex est locutio, s. exterior, & interior. Locutio exterior fit aliquo signo sensibili putā voce, vel nutu, vel aliquo corporis mēbro, scilicet lingua, vel digito: quā, quia in angelis esse non possunt, cū sint spiritus incorporei, locutio exterior, scilicet corporalis esse in Angelis nō potest. Locutio vero interior, scilicet mētalis est manifestatio verbi interioris, scilicet cōceptus mentis per imperiū voluntatis, & talis est in angelis, sicut patet. Secundum est, q̄ vox, & nutus quibus mediātibus fit locutio corporalis cōueniūt, & differunt. Conueniunt quidem in hoc, q̄ vtrunq; scilicet vox, & nutus est vehiculum verbi, & interioris, scilicet conceptus mentis, & exterioris. Differunt autem in hoc, q̄ vox est vehiculum verbi nostri interioris, s. conceptus mentis ad auditū alterius, nutus vero est vehiculum verbi interioris ad visum. Tertium est, q̄ locutio fit duplici ratione. Vna ratio est ad manifestandū alteri, quod habet in mente: unde conceptus mentis qui latet aliū, expressus ei vocatur verbum: & iō nihil aliud est hominē homini, & angelū angelo loqui, quā cōceptum mentis manifestare ei. Alia rō quare fit locutio est, ad addiscendum sicut discipulus magistro loquit, vt addiscat. Hęc. B. Tho. 1. parte sum. q. 107. art. 1. arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg. Ex prēmisis autem cōcludo, & dico tria. s. q̄ Deus loquit angelis, & q̄ angeli loquuntur Deo, & q̄ angeli loquuntur sibi inuicem. Primo dico, q̄ Deus loquit angelis, vt magister, vel doctor discipulis. Cū. n. Deus occulta sua, & inuisibilia manifestat: tunc eis loquitur, inquātū eos illuminat, faciēs eos scire, q̄ ipsi nesciūt, & q̄ deus vult, vt dicit. B. Grego. 2. moral. & S. Tho. vbi supra. art. 2. in solu. 3. arg. Secūdo angeli loquuntur Deo, & hoc dupliciter. Vno mō sēper. s. Dei excellentiā laudādo, & admirādo. Cū. n. beati angeli Dei essentiam, & excellētiam videant, & hanc propter sui infinitatem non possint comprehendere, semper loquuntur Deo laudantes, & admirantes ipsū, vt dicit. B.

Greg. 2. moral. Alio mō beati angeli loquuntur Deo, diuinā voluntatē de agēdis cōsulēdo: & tunc solū loquuntur Deo qñ aliquid nouū occurrit, sup quo desiderāt illuminari à Deo, ibidē art. 3. in sol. 3. ar.

Tertiō beati angeli loquunt sibi ad inuicē, ita q̄ angeli inferiores loquunt angelis superioribus, vt instruātur ab eis, sicut discipulus loquit magistro, interrogādo eū, vt discat ab eo, quod dupliciter patet. Primo similitudine, quia sicut sensus mouet à sensibili, ita intelligētia ab intelligibili: ergo sicut p aliquod sensibile excitatur sensus, ita per aliquam virtutē intelligibile pōt mēs angelica excitari ad intelligendum. Secundo probo hoc idem auctoritate beati Diony. q. 19. ca. cele. hic rar. exponit, & dicit, q̄ angeli inferiores superiori locuti sunt dicentes. Quis est iste rex gloriæ? Licet. n. inferiores angeli à seculis. i. à principio suę creationis aliqua. n. mysteriū incarnationis cognouerūt: nō tamen ita plenē cognouerunt sicut angeli superiores. Et ideo plenius volentes cognoscere interrogant dicētes. Quis est iste rex gloriæ? & ideo in eius cognitione postmodū profecerūt dū illud mysteriū impleteretur, vt exponit. B. Tho. 1. parte sū. q. 107. art. 2. arg. cōtra. Angeli vero superiores loquunt angelis inferiorib. inquantū conceptus suos ordinant, ut innotescāt eis, vt doctor discipulo loquit ad docendum quā in mente magistri latent, & quā discipulus non cognoscit.

Vbi sciendū, q̄ oīs illuminatio in angelis est locutio, & nō ecōuerso. s. q̄ oīs locutio sit illuminatio. Cuius rō est, q̄ cū loq̄ sit manifestare, quod latet, manifestatio eius quod mēte cōcipitur, secūdū q̄ à prima veritate dependet, est locutio, & illuminatio, ut verbi grā. Si unus homo dicat alij celū à Deo esse creatū, vel huiusmodi est illuminatio, & locutio, sed manifestatio eorū, quē à volūtate intelligētis, & loquentis procedunt, vel dependet, nō potest dici illuminatio, sed locutio tantū, ut verbigratia. Si quis dicat alteri volo hoc, vel illud facere, est locutio tantū, & nō illuminatio. Cuius rō ē, quia volūtas creata nō est lux, nec regula veritatis, sed participās lucem, & ideo communicare, uel manifestare ea, q̄ sunt, uel procedūt à uolūtate creata est loq̄, & nō illuminare

Angeli loquuntur sibi ad inuicem.

Omnis illuminatio in angelis est locutio

nare. Cuius rō est, quia non pertinet ad perfectionem intellectus mei: quid tu velis, uel quid tu diligas, sed solū quid ueritatis habeat, & ideo angelus inferior pōt loqui soli superiori, sed non illuminare eum, quia loquens non influit aliquid in audiētem, sed solummodo proponit sibi, ut cognoscibile. superior autem angelus loquitur inferiori, & illuminat eum, ut patet: & in animabus etiam beatorum non est locutio uocalis, sed spiritualis, qualis dicta est in angelis. Hæc. B. Tho. 1. parte sum. q. 107. art. 2. in cor. q. & 2. scrip. sent. dist. 21. 2. parte distin. art. 3. utrum angeli accipiant notitiam per mutuam locutionem, in cor. q. & in solu. 1 & ultimi arg.

CAP. XXVIII.

28. **T**ERTIO. & ultimo angeli respectu hominum quattuor actus habet, scilicet generalem præfidentiam, specialem diligentiam, uirtualem influentiam, æternalem commanentiam. Primo habet beati angeli respectu hominum generalem præfidentiam. Sicut enim corpora per superiora reguntur, & angeli inferiores per superiores, sic homines per angelos gubernantur. Sed forte quæres rationem, & causam quare angeli super creaturas corporales, & præcipue super homines præfidentiam habent. Respondeo, & dico, qd hoc ex duplici causa contingit. Primo ex naturali angelica dispositione. Habent enim angeli quattuor naturalia dona, uel quattuor excellentias naturales. de quibus ait Magister sen. 2. distin. 3. scilicet simplicitatem essentiae, discretionem personæ, perspicuitatem intelligentiæ, arbitrij libertatem, quæ est quasi dispositio naturalis ad custodiam, & præfidentiam hominum. Secundo angeli habent hominum præfidentiam, & custodiā ex diuina gratia completiue, scilicet ex gratia confirmationis: nam omnes beati angeli sunt ex gratia Dei confirmati in bono, sicut mali obstinati in malo: & ex quo angeli beati sunt confirmati in bono adeo sunt fortes, quod nō sunt lapsi neq; labiles: homines autē quandiu sunt in via, quia nō sunt confirmati in bono adeo sunt debiles, qd uel sunt lapsi, uel labiles, & ideo ex gratia qua beati angeli sunt cō-

firmati in bono super angelos præfidentiam habent. Hæc. B. Tho. 1. parte sum. q. 110. art. 1. utrum creatura corporalis administretur per angelos, arg. contra, & in cor. q. Et Alex. 2. parte sum. q. 40. art. 2. utrū angelus habeat potestatem præfidenti, & custodiendi homines à natura, uel gratia, in cor. q.

CAP. XXIX.

29. **S**ECUNDO angeli beati habent respectu hominum specialem custodiā: nam angeli superiores respectu angelorum inferiorum præfidentiam habent, non tantē habet custodiā, sed respectu hominū angeli nō solū præfidentiam, sed et custodiā habet. Rō autē huius est, quia p̄fide realicui simpliciter nō importat promotionem illius ad bonum, & retractionem à malo sicut facit custodire, & ideo custodia, uel custodire est respectu illius naturæ, quæ retrahi potest a malo, & promoueri ad bonū. Angeli autē beati huiusmodi naturam non habent, quod patet. quia ex quo sunt confirmati in bono, ut boni, & obstinati in malo, ut damnati non possunt retrahi à malo, nec promoueri ad bonum, homines autem ex quo non sunt confirmati utrumque possunt. sc. retrahi à malo; & promoueri ad bonum, & ideo angeli beati respectu hominū habent præfidentiam, & custodiā. Hæc Alex. 2. parte sum. q. 40. art. 3. utrum angelus habeat potestatem custodiendi respectu alterius angeli in cor. q.

Ad cuius euidentiam nota, qd beati angeli ex custodia hominum non impediuntur a Dei contemplatione, non attollunt in Dei uisione, nō affliguntur ex custodia damnatione. Primo. n. beati angeli ex custodia hominum nō impediuntur, nec retardantur a Dei contemplatione, qd tripliciter probo. sc. auctoritate, rōne, similitudine. Primo auctoritate Greg. qui dicit, qd beati angeli sic ad exteriora procedūt, qd ab intimis nunquam recedant. Secundo hoc idem probo ratione sic. Beatitudo angelorū ex eorū ministerio nō minuit, sed tota beatitudo eorum est in contemplatione diuinitatis: ergo ex eorū ministerio in nullo eorū cōtēplatio impeditur nec retardatur. Tertio hoc idē pbo similitudine. Sicut. n.

Angeli propter custodiā hominū non impediunt a dei contemplatione.

Sicut. n. Luna simul recipit lumen a Sole, & corpora inferiora illuminat, ita Angelus simul illuminatur a diuina contemplatione, & illuminat inferiores, & ministrat custodiendo nos.

Quo in Vbi nota q Angelus dicitur discedere
telligi- a Deo non per intermissionem contēpla-
tur An- tionis aut per locum, eo quod intra Deū
gelū di- currunt quocunque mittuntur, ut dicit
scedere Beda. Et Greg. dicit quod Deus ubiq. est:
a Deo. sed p hoc, quod ab inuisibilitate recedēs
uisibilis apparet, sicut etiam filius Dei exiit a patre, & uenit in mundum uisibilis hominibus factus: Ioh. 16. Et similiter Angelus dicitur reuerti ad Deū, ut hī Thobīæ 12. ubi Angelus in ministerio existens dixit: Tempus est ut reuertar ad Deum, qui me misit: qñ deposita uisibilitate spiritus in pristinā inuisibilitatē reuertit. Hæc B. Th. 2. scrip. sen. dist. 11. arti. 4. utrum. Angeli per executionem ministerij a contemplatione retardentur, in duob. arg. contra, & in so. 1. & 2. arg.

Angeli Secundo beati Angeli ex custodia ho-
ex custo minum non attolluntur, uel crescunt in
dia ho- Dei uisione. Vbi nota quod duplex est p-
minum mium Angelorum. s. essentialē, & accidē-
non cre tale. Primū est essentialē quod in Dei vi-
scunt in sione consistit, & istud præmium non ac-
gratia. crescit angelis ex custodia hominum. Cuius ratio est, quia cum Angeli sint beati, in beatitudine existentes non possunt p-
ficere. Secundum præmium Angelorum ē
accidentale. s. gaudium de bonis operib.
a se factis, & istud præmium in beatis po-
test augeri, & hoc de salute hominum qui
saluantur per ministerium Angelorum,
secundum illud Lucæ 15. Gaudium est
Angelis Dei super uno peccatore pænité-
tiam agente. Hæc B. Thom. j. parte sum.
q. 62. art. 9. in sol 3. argum. in fine.

Angeli Tertiò beati Angeli non affliguntur
nō dolēt nec dolent ex custoditi dānatione: quod
de custo probo duplici ratione. Prima est propter
diti dā- repugnātiā sic: Nemo potest esse simul
natione fælix, & miser: sed Angeli sunt fælices: ergo non possunt simul cū felicitate esse
miseri: sed dolor, vel tristitia ad miseriam spectant: ergo &c. Secunda ratio est propter gloriam sic: Angeli sunt beati ergo
ita sunt summo bono repleti, quod
nullius doloris, uel tristitię sunt capaces:
unde licet beati Angeli uellent eos, quos,

custodiunt non damnari: tamen si dā-
tur, ob hoc non dolent, quia non sunt in
statu dolendi. Hæc B. Thom. 2. scrip. sen.
dist. 11. art. 5. & Alber. in scri. super Dio-
ny. de cele. hierar. c. 9. art. 5. utrum Ange-
li doleant de damnatione eorum, quos cu-
stodierunt.

C A P. XXX.

TERTIO Angeli respectu homi-
num habent virtuales influentiam,
& hoc specialiter quod ad tria. s. ad imitan-
dum sensum, illuminandum intellectum,
inclinandum appetitum. Possunt. n. beati
Angeli facere, & faciunt ista tria, ipsi. n.
immutant sensum, illumināt intellectū,
inclinant affectum. Primò Angeli pos-
sunt immutare utrumque sensum. s. inte-
riorem, & exteriorem. & hoc duobus mo-
dis: primò à aliquod sensibile, uel de nouo
formando, uel a natura formatum sensui
opponendo: secundo spiritus, & humores
intus commouendo: unde legitur Gen.
19. qđ Angeli, qui subuerterūt Sodomā,
& Gomorram percusserunt sodomitas cę-
citate, uel arusa, ut ostium domus intra-
re non possent. Et simile legitur. 4. li. Re.
c. 6. de Syris quos Heliseus duxit in Sa-
mariam. Hæc B. Tho. j. par. sumi. q. 111. ar-
tic. 4. arg. contra, & in cor. q.

Angeli
possunt
imutare
re sensū

Secundò Angeli possunt illuminare
hominis intellectum, in quantum docet
homines intelligibilē ueritatē similitudi-
nib. sensibilium, secundum illud Diony.
1. c. cele. hierar. dicentis, quod impossibi-
le est nobis aliter lucere diuinum radiū,
nisi uarietate sacrorum uelaminum cir-
cumueletur: quod etiam probo similitu-
dine speculi. Dicit. n. Diony. in lib. de di-
ui. no. quod Angeli, & animæ sunt specu-
la spiritualia: unde sicut in speculo mate-
riali obiecto alio materiali speculo spe-
cies representatæ in uno se gignunt, &
representant in alio, ita potest esse quod
speculum spirituale. s. Angelus obijcit se
animę, & sic spēs quas de Deo recipit, īfun-
dit animæ, & illuminat intellectum ad co-
gnosendum diuina, & habendum cogi-
tationes bonas. Hoc exemplum ponit A-
lex. 2. parte sum. q. 39. de præsidentia An-
gelorum super partem intellectiuam, ar-
tic. 4. in cor. q.

Angeli
possunt
illumi-
nare in-
tellektū
homi-
nis.

Se fortè quæres, & dices: De quib. An-
ge-

gelus illuminat hominis intellectum? Re-
 De qui spōdeo & dico, q̄ de quattuor. s. de cogitā-
 bus An dis, cognoscendis, credendis, agendis. Pri-
 gelus il mō de cogitādis: ubi nota quod aliter est
 luminet de bonis cogitationibus, & aliter de ma-
 intelle- lis, nam bonæ cogitationes non sunt ab
 ctū hoīs Angelo principaliter, quia boni Angeli
 nō faciūt principaliter bonas cogitatio-
 nes in intellectu, immo bonæ cogitatio-
 nes attribuuntur altiori principio. s. Deo:
 procurantur tamen cogitationes bonæ
 ministerio Angelorum bonorum, secun-
 dum q̄ bonus Angelus illuminat, habili-
 tat, uel excitat intellectum ad habendum
 cogitationes bonas, & hoc duobus modis
 vno modo interius fundendo, vel firman-
 do bona phantasmata: alio modo exte-
 rius remouendo impedimenta omnia.
 Cogitationes uerō malæ effectiue non
 sunt a Deo, uel bono Angelo, neq. a dæ-
 mone principaliter, sed a uoluntate inor-
 dinata, & mala: quod pater, quia demo-
 nes non possunt immittere cogitationes
 malas interius eas cauendo, eo quod u-
 sus cognitiuæ uirtutis non subiacer dæ-
 moni: sed uoluntati. Dicitur tamen dæ-
 moni incensor esse cogitationum mala-
 rum, in quantum incitat ad cogitandum
 mala, uel ad appetendum cogitata duob.
 modis, uel per modum persuadentis, uel
 per modum passionem agitantis. Et his
 duobus modis intelligit Damascenus in
 secundo libro dicens, q̄ omnis malitia,
 & immundæ passiones ex dæmonibus ex-
 cogitate sunt, & inuente. Hęc B. Th. j. par.
 sum. q. iiii. art. 2. in solu. arg.

Ans im-
 peditur
 duplici-
 ter ne
 ad boas
 cogita-
 tiones
 mentē
 erigat.

Nota etiam q̄ anima impeditur ne ad
 bonas cogitationes mentem erigat dupli-
 ci ratione. Prima est rōne corruptionis
 contractæ in anima ex originali crimi-
 ne. Secunda est ratione obtenebrationis
 intelligentiæ ex dæmone. Hęc Alex. 2.
 part. su. q. 39. de præsidentia Angelorum
 circa partem intellectiuam, arti. 4. in cor.
 q. iuxta finem. Secundò boni Angeli illu-
 mināt intellectum hominis de cognoscē-
 dis: nam per bonos Angelos adiuuatur
 homo, & illuminatur, ut ex creaturis p-
 fectius in cognitionē diuinam deueniat.
 Tertiò boni Angeli illuminant de credē-
 dis in quantum per bonos Angelos homi-
 nibus diuina principaliter reuelantur, &
 sic causatur in eis fides. Quartò illumināt

de agendis: ex quo enim de fide, & de cre-
 dendis illuminant ad operationem fidei
 operantur Hęc Bea. Thom. prima parte
 sum. ubi sup. art. j. in cor. q. & in sol. j. & 2.
 argum.

Tertio Angeli possunt immutare ho- Angeli
 minis rationabilem appetitum, s. uolum- pnt im-
 tatem. Vbi nota quod uoluntas hominis mutare
 duob. modis mutari potest. s. ab interio- rōnabi-
 ri, & ab exteriori. Primo ab interiori: & lē hoīs
 hoc modo solus Deus potest uoluntatem appetit:
 hominis mutare. Cuius ratio est, quia cū
 uelle sit inclinare uoluntatem in rem uo-
 litam, sicut inclinatio naturalis non est
 nisi a Deo, qui dat naturam, ita inclina-
 tio uoluntaria non est nisi ab eo qui uo-
 luntatem causat. s. a Deo. Ita dicitur Pro-
 uer. 21. Cor regis in manu Dei, & quocun-
 que uoluerit uertet illud. Expositor; Cor. j.
 uoluntas regis; Est in manu. j. in potesta-
 te Dei non propria. Et quocunque uolue-
 rit uertet illud, uel ad dūritiam, uel ad
 mansuetudinem, uel ad bonum, uel ad
 malum, uel ad sex differentias loci, quæ
 sunt sex meditationes mentis. s. sursum
 ad gaudia paradisi, deorsum ad supplicia
 inferni. s. ad mortem, quæ semper ante
 nostros oculos debet esse, retro. s. ad pec-
 cata uitæ præteritæ, quæ iam retrocessit,
 dextrorsum. s. ad præsentis prosperitates,
 quam breues, quam mobiles, quam fallā-
 ces sunt, sinistrorsum. s. ad præsentis tri-
 bulationes, quam citò transeunt, quam
 gloriosæ, quam dulces sunt. Secundò vo-
 luntas hominis mutari potest ab exteriori:
 & sic Angelus uoluntatem potest mu-
 tare. i. allicere, uel inclinare duobus mo-
 dis: uno modo ostendendo, uel præsentā-
 do exterius obiectum. alio modo concitā-
 do interius appetitum sensitium ad ali-
 quam passionem putā ad iram, uel con-
 cupiscentiam: ex quib. duob. uoluntas ho-
 minis ad uolendum aliquid inclinatur,
 non tamen ex his duobus uoluntas homi-
 nis cogitur, uel nece ssitatur, quia uolun-
 tas semper remanet libera ad consentiē-
 dum exteriori persuasioni, & interiori af-
 fectioni. Hęc B. Thom. prima part. sum.
 q. iiii. art. 2. in cor. q.

CAP. XXXI.

31. **Q**UARTO & ult. Angeli beati cum hominibus electis habent æternalem commanentiam, eo q̃ in cælo non erunt duę societates per se distinctæ, scilicet Angelorum & hominum, sed una sola. Requi. sup. cap. 15. vtrum homines debeant assumi ad ordines Angelorum.

32. Ad maiorem tamen evidentiam prædictorum nota, q̃ Angeli beati actus, uel ministeria operantur erga quattuor genera hominũ. scilicet erga peccatores penitentes, patientes, & bene operantes. Primò .n. quo ad peccatores boni Angeli exercent tres actus, quorũ primus est peccatores impedire ne peccent: secundus est postquam peccauerint de peccato arguere: tertius est, q̃ a cõmisso peccato eruũt, ita q̃ boni Angeli erga peccatores, hæc tria faciunt: primò peccatũ futurum impediunt: secundò peccatũ cõmissum arguunt: tertio a peccato præsentis eruũt.

Explicatur illud Nu. 22. de Balaam. Hæc tria expressa sunt Nu. 22. in Balaam, qui cum mercede corruptus procederet super asinam ad maledicendum Israeli ab Angelo fuit tripliciter impeditus. scilicet p̃ extremi examinis imaginationẽ, per immissionem præsentis tribulationis, per horrorem mortis. Primò. n. Angelus occurrit ei in via cũ gladio euaginato, quẽ cernens asina ab itinere se auerit. Scdò Angelus occurrit ei in loco angusto. scilicet in angustiis duarũ maceriarũ, quẽ videns asina iungens se parieti attriuit pedẽ sedentis. Tertiò Angelus occurrit ei in loco arctissimo, vbi nec ad dexterã, nec ad sinistrã asina poterat declinare. Morali-ter p̃ asinã, quæ est brutalis, sensualitas designat: sessor uerò est rō, quæ quasi alienata fertur ad perpetrandũ peccatũ, nō intelligens sibi Angelũ obuiare. Sed Angelus volẽs eũ auertere, & retrahere a peccato tria facit. Primò occurrit ei cum gladio euaginato ingerens imaginationem extremi iudicij: Exo. 15. Euaginabo gladium meum. Quæ imaginatio ingeritur ab Angelo ipsi asinæ. i. ipsi sensualitati: & quia nō precipitur a sessore. i. a rōne, iō asina dñr uidere Angelum, & non Balaam. Scdò peccatore nolente peccatum deferere Angelus impedit per im-

missionem præsentis tribulationis, quæ significatur per hoc, q̃ Angelus occurrit ei in angustiis duarum maceriarũ, quẽ videns asina attriuit pedem sedentis: nā peccatore in aduersitate constituto asina attriuit pedem sedentis, quia sensualitas dolorem ingerit affectui rationis: ratio enim sessor est, asina sensualitas, attritio pedis dolor est affectionis. Tertiò peccatore adhuc non desinẽte a peccandi proposito, Angelus impedit per horrorem mortis, quæ signatur per locum angustissimum in quo non potest, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare. In hoc loco cadit asina, quia in ægritudine mortali per Angelos immissa ipsa sensualitas obumbrata manet, & hoc totum Angelus facit, vt superinsidens ratio peccatores a peccato auertat.

Secundò boni Angeli peccatores de peccatis commissis arguunt, & hoc tribus modis: primò arguunt de ingratitude collati beneficij, secundò de præuaricatione mandati diuini, tertio de promissione æterni præmij, & eius perditione. Hæc tria expressa sunt Iudicum 2. vbi dicitur: Ascenditque Angelus domini de Galgalis ad locum flentium, & ait: Eduxi vos &c. vbi Angelus increpauit eos de tribus, primò de ingratitude diuini beneficij, scilicet liberationis de Aegypto. i. de peccato: unde dixit: Eduxi uos de Aegypto: secundò de ingratitude collati beneficij: unde subdit: Et introduxi uos in terram, pro qua iuravi patribus uestris: tertio de ingratitude, vel præuaricatione diuini mandati: unde subiunxit: Et præcepti, vt non ferirent sedus cum habitatoribus terræ, & subuerterent aras.

Tertiò boni Angeli peccatores a peccato p̃petrato eruũt. Nā ipsi retrahũt quattuor a peccato. scilicet cogitationem, rationẽ, affectionem, actionem peccatoris. Hæc expressa sunt Gen. 19. vbi legitur Angeli dixerunt ad Loth, cogentes eũ exire: Surge tolle vxorẽ tuã, & duas filias, quas habes, ne & turpiter tu pereas: & subditur: Dissimulante illo apprehenderunt manum eius. & manus vxoris, & manus filiarum; & eduxerunt eum extra ciuitatem: secundum istum modum Angeli boni peccatores electos eruunt a peccatis.

Secundus.

Tertius

Exponitur illud Ge. 19. de Loth.

eis. Moraliter per Loth significatur ratio, per uxore caro, per duas filias cogitatio, & affectio peccati. Cogunt ergo Angeli spiritum, ut exeat a sodomis: voluntati suadet ut tollat uxorem. i. carnem a peccati consuetudine: & duas filias. i. cogitationem, & affectionem abstrahat a peccato. Sed dissimulantibus nobis monitionem, & inspirationem Angelicam, multotiens inferunt quasi uim, ut apprehendant manus eius, præbentis uoluntati spiritus adiutorium, ac manum uxori. i. præbentes auxiliū fragilitati carnis, & cogitationi, & affectioni, quæ sunt quasi duæ filiae ad exendum de peccato.

CAP. XXXIII.

33. **S**ECUNDO principaliter Angeli boni actus, uel ministeria operantur erga penitentes: & hi sunt tres actus, prima est sanare oculos cordis ad contritionem: secundus est purgare labia ad oris confessionem: tertius est congaudere ad satisfactionem. Primus actus Angeli erga penitentes est sanare oculos cordis ad contritionem, quod expressum est Thobias. 11. ubi legitur, quod Thobias iunior edoctus per Angelum Raphaellem liniuit oculos patris sui de felle piscis, & cepit albugo de oculis eius egredi, quæ abstracta uisum recepit. Moraliter per Thobiam significatur liberum arbitrium, per peccatum excæcatum, quantum ad aspectum pænarum infernalium, qui est quasi oculus sinister, & quantum ad intuitum diuitiarum celestium, qui est oculus dexter. Fel piscis, qui per Angelum ministratur est amaritudo cōpunctionis de peccatis commissis. Linitio oculorum ex felle est reuolutio doloris, & amaritudinis ex cogitatione peccati, cuius uirtute egreditur albugo de oculis, per quam albuginem significatur incōsideratio, & obliuio peccatorum, quæ hoc modo, & ordine amota recipitur uisus, quia gratia celestis infunditur, ut iam claris oculis possit uidere, & gloriam æternam quam per peccatum amiserat, & poenam æternam, quam incurrerat.

Secundus. Secundus actus Angeli erga penitentes

est purgare labia ad oris confessionem, quod expressum est Isa. 6. ubi dicitur, quod cum uideret propheta dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum circumstantibus Angelis clamauit: Væ mihi, quia tacui, quia uir pollutus labijs ego sum in medio populi mei. Et uolauit vnus ad me de Seraphin, & in manu eius calculus, & tetigit os meum, & dixit. Ecce tetigi hæc labia tua, quod inferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Moraliter cum penitēs cogitat quasi præsentem iudicem sedentem in solio maiestatis suæ, secundum quod dicitur Math. 25. & prout dicit Apostolus ad Ro. 14. Omnes adstabimus &c. clamat. Væ mihi, quia tacui, hoc est a confessione meorum peccatorum mutus fui, quia ex hoc pollutus labijs ego sum. i. indignus laudare, & uidere Deum. Sed adest Angelus. i. Christus a patre missus, uel sacerdos Christi uicarius Seraphin missus ad purgandum, qui sumpto calculo diuini amoris tangit labia penitētis ad propositum confessionis. per quod aufertur iniquitas ab eo, & peccatum, psal. Dixi confitebor &c.

Tertius actus Angeli est cōgaudere ad satisfactionem: huius habetur Lucæ 15. Aut quæ mulier habens dragmas decem, si perdiderit dragmam unam, nonne accendit lucernam. & euertit domum, & querit diligenter donec inueniat? Et dum inuenerit conuocat amicas, & uicinas dicēs Congratulanimi mihi, quia inueni dragmam quam perdideram. Moraliter dragma perdita est rationalis anima ad imaginem Dei facta perdita per peccatum. Mulier requirēs eā est diuina misericordia: Isa. 49. Nunquid potest obliuisci &c. Hæc lucernam accendit quando Dei sapientia in humanitate apparuit: nam lucerna est lumen in test. idest diuinitas in humanitate, uel lucernæ accensio est gratiæ infusio. Domus propria euertitur cum peccator conteritur, uel cum mens amore peccati ad detestationem immutatur, uel quia in seipso, & in sua conscientia oportet perquirere dragmam perditā, idest regis imaginem. Et querit donec inueniat, quia cum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo cōditoris. Et cū inuenerit cōuocat &c. quia ad participandum gaudiū cōuocat amicas &c. Amicæ ipsius

Exponitur illud Isa. 6.

Tertius

Explicatur illud. Luc. 15.

sunt omnes supernæ uirtutes: vicinæ verò sunt propinquiores. s. Throni Cherubin, & Seraphin: vel vicinas vocat. i. cõtubernales virtutes. i. rationalem, & cõcupiscibilem dicens: Cõgratulamini mihi &c.

C A P. XXIII.

TERTIO boni Angeli erga tribulationem patientes tres actus habet, vel ministeria operantur.

Vbi nota, q̃ anima difficultatem patitur tribus modis s. aggrediendo difficile, sustinendo horribile, perseverando assidue. Contra hæc tria, actus Angelorum ē triplex: primus est confortare aggredientes, secundus lætificare sustinētes, tertius conseruare perseverātes. Primus actus boni Angeli cõt̃ra difficile est confortare, animare, & roborare aggrediētes: hoc exp̃sum est ei in passione dominica Lucę 22. Apparuit autem illi Angelus confortās eum, &c. ubi legitur, q̃ cum imminente Passione Domini, Christus factus in Agonia prolixius orabat, ita q̃ factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, tunc apparuit illi Angelus de cælo confortans eū. Vbi nota, q̃ Christus non habuit Angelos ad custodiam, neq. ex parte animæ, neq. ex parte corporis. Primò quidem non ex parte animæ, tum quia anima Christi omnibus Angelis superior fuit, immediatè a verbo sibi vnito illuminata, tum quia erat uerus cõpræhensor: unde eius bonum nec inuari nec impediri poterat. Similiter non indigebat custodia angelica ex parte corporis, eò quòd diuinitas vnita carni sufficiebat ad custodiam eius. Tamen ratione passibilitatis corpori Christus erat uiator, & ideò secundum hoc non debebat ei Angelus custos tamquam superior, sed Angelus minister tamquam inferior.

Dicitur tamē Angelus cõfortasse Christum duplici ratione. Prima est ad ostendendum gaudium, in quantum. s. Angel. congratulabatur fortitudini eius, ut eius minister, sicut homo naturaliter confortatur in tribulatione ad præsentiam amicorum: unde dicitur Matth. 4. quod accesserunt Angeli, & ministrabant ei, non aliquid imprimendo in Christum, sed solū

congratulando uictoriæ, & fortitudini eius: Hæc B. Tho. 2. scrip. sent. dist. 11. art. 3. in sol. 6. & 7. arg. & prima parte sum. q. 113. art. 4. in sol. primi arg. Secunda quare Angelus dicitur confortasse Christū est, ad probandum exemplum, ut ostendatur, q̃ Angeli assistunt ad confortandū in tribulatione, ut simus strenui, & magnanimes ad aggrediendum quodcunq; terribilium propter Christum.

Secundus actus boni Angeli est lætificare, uel consolari sustinentes omne terribile propter Deum, hoc expressum est Zach. ubi dicitur, q̃ cum existens in miseria uastitatis terræ promissionis populus pateretur aduersa, respondit Angelus, q̃ loquebatur in me turba bona, & confortatoria: in quo ostenditur, quod cum in tribulatione sumus, dominus nos p̃ suos Angelos consolatur. Psal. Secundum multitudinem dolorum meorum consolatio nes tuæ, &c. Tertius actus boni Angeli ē conseruare perseverantes: nam per uiam tribulationis temporalis habemus Angelos conductores, & reductores: hoc expressum est Thobia. 5. ubi dicitur, q̃ Angelus dixit Thobia: Ego sanum ducam, & reducam eum. Inredientes. n. hunc mundum habemus Angelos cõductores: unde Hiero. Magna est dignitas animarum, ut unaquæque a sua origine habeat Angelum ad sui custodiam deputatum. Et similiter egredientes de hoc mundo habemus Angelos reductores, qui in gratia finali sanos, & incolumes nos conseruant, secūdum illud Psal. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te &c.

C A P. XXIIII.

QVARTO, & ultimo boni Angeli erga benè operantes tres actus, vel ministeria exercent. 35.

Vbi nota, quòd in nostris actibus sunt tria inordinata. s. nosse, velle, posse. Primò enim in nobis est inordinatum nosse, & hoc tribus modis, uel in ignorando, uel in iudicando, uel in intendendo. Contra quod dicitur Leu. 19. Non induet vestem lino lanaq. contextam. Secundo est in nobis inordinatum uelle, & hoc est in præligēdo, uel malū bono, uel minus bonum

35. Triasunt in nostris actib. in ordinata

Angel. quō dicat̃ confortasse Christū

num maiori bono Hoc prohibetur Deu.
22. sub figura, Nō arabis in Boue, & Asi-
no. Et Gen. 4. Sub te erit appetitus tuus.
Tertio est in nobis inordinatū esse, qđ
consistit, uel in deficiēdo, uel in omittē-
do facere quod homo tenetur facere, uel
in audendo facere qđ non licet facere, cū
quis æstimat sibi omnia posse licere. Cō-
tra quod Apostolus: Omnia mihi licent,
sed non omnia expediunt. Prima ē inor-
dinatio rationis, secūda affectionis, ter-
tia actiōis. Contra autem has tres inor-
dinationes, boni Angeli tres actus exer-
cent: primus est illuminare rōnē, secūsus
excitare uoluntatem, tertius tribuere fa-
cultatē, ita quod boni Angeli primò illu-
strant intellectum consopitum p̄ in cōsi-
derationem: secundò inflāmant affectū
infrigidatum per torporem: tertio consu-
mant, uel perficiunt effectum impeditū
per difficultatem. Primus actus boni An-
geli est illuminare, uel excitare intelle-
ctū cōsopitum per inconsiderationē. Hoc
expressum est actuum. 12. ubi dicitur, quod
Angelus Domini astitit, & lumē refulsit
in habitaculo carceris, p̄cussioq. latere Pe-
tri excitauit eum dicēs: Surge uelociter.
Moraliter, Petrus dormiens est homo ad
operandum negligens: duę cathenę sunt
prinitas ad malum, & difficultas ad bo-
num. Sic hominē excitatum percutiunt
Angeli immittendo timorem in corde,
ideo dicitur, quod eum percussit in late-
re, & hoc ad uoluntatem excitandā quod
a pluribus sæpius experitur.

Primus
actus.

Explica-
tur illud
Actuum
12. d̄ Pe-
tro ī car-
cere cō-
stituto.

Secun-
dus.

Tertius

Secundus actus boni Angeli est inflā-
mare affectum infrigidatum per torpo-
rē, unde in Psal. Qui facis Angelos tuos
spiritus &c. Req. supra de proprietatibus
ignis, & Seraphin.

Tertius actus boni Angeli est expedi-
re effectum impeditum p̄ difficultatem.
Hoc expressum est. 3. Reg. 19. in Helia,
qui tædio affectus pro eo, quod non pote-
rat efficere, quod uolebat, subter unā iuni-
perum obdormiens petiuit animæ suę,
quod moreretur: & ecce Angelus Dei bis
aduenit, qui panem & potum ostendit. de
quo cum comedisset, & bibisset &c. Mo-
raliter panis ille amor est Christi, qui cor
hominis inflamat, corroborat, & cōfir-
mat ad magna opa faciendum, alioquin
si amor reuult operari, amor non est.

De Anima rationali.

S V M M A R I V M.

1. Anima simul creatur cū corpore.
2. Anima rationalis quomodo sit in corpore quò ad eius assentiam, potentias.
3. Anima rationalis an sit perfectior iuncta corpori, quam separata.
4. Anima rationalis creatur immédia-
tè à Deo, solo, & quare.
5. Anima rationalis septem nominib.
vocatur.
7. Quinq. sunt, quę Deum represen-
tant.
7. Ad imaginem Dei conuenit soli An-
gelo, homini, & mulieri, & qua-
re.
8. Simpliciter loquendo imago Dei
magis est in Angelo, quam in
homine.
9. Non est vnus intellectus omnium
numero contra Auerroem.
10. Debilitas animæ magna est, & ex
tribus cognosci potest.
11. Anima rationalis à Deo creata
est propter quattuor causas.

C A P. I.



ANIMA Rationalis. Circa
animam rationalem quat-
tuor sunt notanda, scili-
ce tēpus creationis, locus
inhesionis, status p̄fectio-
nis, modus cognitionis. Primò circa ani-
mam rōnalē, nota tēpus creationis: nam
quando anima creata fuit duo errores
fuerunt. Primus fuit Platonis, qui posuit
Angelus. & animas ab æterno fuisse: & ra-
lis locutus est cōtra fidem, & contra Aris-
& rationem naturalē, Primò cōtra fidē, se-
cundum

Opinio
Platōis
de crea-
tiōe ani-
marum.

Op. Ori
genis.

eūdū quam nihil est æternū præter Deū. Secundū cōtra Arist. qui nō dicit intellectum esse æternū, sed perpetuū: q̄ potest dici de his qui semper erunt, & si nō semper fuerunt. Secundus error fuit Origē. q̄ primū inter christianæ fidei professores posuit omnes substantias intellectuales. scilicet Angelos, quam animas a constitutione mundi creatas esse æquales, & postea per liberum arbitrium secundum q̄ plus, vel minus adhæserunt, uel recesserūt à Deo ex diuina iustitia diuersimodè sunt promotæ, & punitæ, ut quidam essent Angeli secundum diuersos effectus ordinum, quædam animæ secundū diuersos status, quidā autē demones in diuersis statibus, quædam etiam secundum quantitatē meritorū, vel demeritorū corporib. nobilioribus, & uiliorib. quasi quibusdā carceribus alligatæ, & q̄ Deus instituit diuersitatē creaturarū corporalīū propter diuersitatē creaturarum spiritalīū, ita q̄ anima illa, q̄ minus peccauit, nobilius corpus accepit, & illa, quæ magis peccauit uilius corpus assumpsit. Sed quia hoc dicere est erroneum, ideo confitendum est, & tenendum, q̄ anima simul creatur cū corpore, & non ante: quod tripliciter probō. scilicet auctoritate, ratione, sufficienti diuisione. Primo auctoritate libri de ecclesiasticis dogmatib. ubi sic dicitur. Animas hoīum dicimus nō esse ab æterno inter cæteras intellectuales nās, ut Plato n̄nxit, nec a simula cōstitutione mūdi creatas, sicut Orig. fluxit: sed simul creando infunduntur, & infundendo creantur. Secundō hoc idem probō auctoritate Grego. li. 4. dialogorum, ubi sic ait: Tres uitales spiritus creauit omnipotens Deus, unum, q̄ carne non tegitur, alium qui carne tegitur, & cū carne moritur, tertiū qui carne tegit, & cū carne nō morit: primus est Angelorū, scdus brutorū, tertius hoīum.

Secundō, q̄ anima non creatur ante corpus, sed simul cū corpore. p̄bo, quattuor rationib. scilicet ratione conuenientie naturæ, depēdētie animæ, notitiæ humanæ, sapiētiæ diuinæ. Primō, q̄ anima simul creatur cū corpore p̄bo ratione cōuenientie naturæ sic. Illud, q̄ cōuenit rei secundū naturā, prius est eo, q̄ cōuenit rei p̄ter naturā. Ratio huius est, quia illud, quod cōuenit rei scdū naturā, cōuenit rei per se: quod

aut cōuenit præter naturam cōuenit per accidēs. prius autē est quod est per se, qui quod est per accidens, sed animæ cōuenit secundū naturā esse unitā corpori, p̄ter naturā autē animæ est esse a corpore separatam cū sit imperfecta, ut pars ergo &c. Secundō hoc idem probō ratione depēdētie animæ sic: Quod dependet ab alio, nō pōt fieri sine eo: sed anima dependet à corpore, quia ei naturaliter unitur, ut patet supra ergo &c. Tertio hoc idem p̄bo ratione notitiæ humanæ sic: Anima ad cognoscēdū indiguit sensib. q̄ experientia docet, quia qui caret sensib. caret sciētia, quæ est secundū illum sensum: sensus autē sine organis corporeis non operatur, ergo anima cū corpore fuit creata. Quartō hoc idē p̄bo ratione sapiētiæ diuinæ sic: Nō pertinet ad diuinā sapientiā nobilitare ea, quæ sunt infima cū detrimento superiori, infima autē sunt generabilia, & corruptibilia respectu incorruptibiliū, & corporalia, respectu spūaliū, nō fuisset conueniēs diuinæ sapientiæ animas præexistētes unire corporib. ad nobilitādum corpora, cū hoc sine detrimento aīarū nō possit esse, ut patebit inferius. Tertio principaliter hoc idē ostēdo, & p̄bo sufficienti diuisione. Nā si aīe ante corpora sunt creatæ q̄rēdū ē quō corporib. sunt unitæ: quia aut hoc ē naturaliter, aut uolēter, aut uolūtariē, aut diuina ordinatione, aut secundū merita, uel demerita. Primō. n. mō animæ ante corpora creatæ non sunt unitæ corporib. naturaliter. Cuius rō est, quia aīa ante unionē habuisset esse imperfectum & appetitum nō quietatum & ita habuisset tristitiam sine culpa, quod non conuenit perfectioni sui creatoris. Secundō si animæ ante corpora sunt creatæ non potest dici, q̄ sunt eis unitæ uolēter, Cuius ratio est, quia omne uolentum est contra naturam, & sic homo ex utroque compositus esset quid innaturale, q̄ est falsum. Tertio animæ non sunt unitæ corporib. uoluntariē. Cuius rō est, q̄a nullus uoluntariē facit, illa, p̄ quæ deterioratur: anima autē ex unionē corporis multa detrimenta incorrit, ut puta obliuionē, deceptionē, passibilitatem, & hōi. Quartō si aīæ ante corpora sunt creatæ nō sunt postea unitæ corporib. diuina ordinatione. Cuius ratio est, quia non cōuenit diuinæ sapiētiæ unire.

Op. Ve-
ra, & ca-
tolica.

vnire animā rei qua deteriorat eius cōditiō sine demeritis. Quintò non fuerunt vnitæ secūdū merita, uel demerita, quia vt Apostolus dicit de Esau, & Iacob, ante quā nati fuissent nihil boni, uel mali fecerūt: unde hoc asserere ē erroneū. Hæc B. Th. cōtra gentiles lib. 2. c. 70. per totū.

C A P.

II.

SECVNDÒ principaliter circa animā rōnalē considerandus est modus inhesionis: nā anima nō est ab æterno, neq; a p̄ncipio mūdi, neq; extra corpus, vt patet c. p̄cedēti: sed cū corpore simul, & in corpore est creata. Quō aut̄ aīa sit in corpore, est sciēdū, q̄ anima rōnalis licet sit simplex, & vnica in essentia, requirit tñ diuersitatē potentiārū in corpore prout congruit diuersis operationibus, quas anima cū sit p̄fecta forma operat̄, quas operationes formæ imperfectæ putā animalia anulosa nō habent. Et iō ad sciendū quō habeat esse in corpore, possumus considerare animā quo ad duo. s. quo ad essentiā, & quo ad potentias. Primò quo ad essentiā, & sic anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis: quod tripliciter probo. s. auctoritate, similitudine, & rōne. Primò auctoritate Aug 5. de Trin. qui dicit, q̄ anima in vnoquoq; corpore est tota in toto corpore, & in qualibet parte corporis est tota. Scdò hoc idē p̄bo similitudine, quia sicut albedo secūdū totā rōnē speciei, vel essentiæ albedinis est in toto corpore, & in qualibet parte eius, ita anima. Tertiò hoc idē p̄bo ratione, quia sicut abscedēte anima neq; totū neq; partes remanēt, nisi equiuocē, ut animal pictū, vel lapidē, ita qualibet pars, ut manus oculus, & huiusmodi, non dicuntur nisi æquiuocē, ut dicit Philosophus secundo de anima. Cuius signū est, q̄ recedēte anima nulla pars corporis hēt propriū actū, vel operationē, quæ signū est speciei.

Scdò cōsiderando animā quo ad potētiās eius dico, q̄ quædā potētiæ sunt in anima secūdū, q̄ anima excedit totā capacitatē corporis, ut intellectus, & voluntas: quædā uerò potētiæ sunt in anima cōmunes animæ, & corpori, & taliū potentiārū nō oportet, q̄ quælibet sit in

qualibet pte corporis, neq; in quocūq; est anima, sed solū in illa parte corporis quæ est p̄portionata ad operationē talis potētiæ. Et iō anima primo quo ad potētiā intellectiua, & volitiua neq; in toto corpore neq; in aliqua parte corporis est: nā intelligere, & velle non sunt actus alicuius orgāi corporalis. Cuius rō est, q̄a cū anima excedat corporis facultatē, has operationes hēt. s. intelligere, & velle sine cōitate corporis: vnde hæ operationes nō exercent p̄ organū corporale.

Secūdò uero quo ad potētiā intellectiua modū prout intelligere est cū fantasinate, hēt determinatē aliquā partem corporis in qua est. s. mediā cellulā capitis, quæ dicitur logistica siue rationalis.

Tertiò quo ad potētiā motiua anima principaliter dī esse in corde per quod mouet anima totū corpus: quod patet, quia in corde principaliter est motus vitalis, & localis: primò in corde ē motus vitalis, quia a corde in vigilia sit expāsiō caloris uitalis per totū corpus: in somno uerò, sit reductio, uel reductio caloris uitalis ad cor. scdò in corde ē motus localis, q̄a vis motiua aīæ principaliter ē in corde, p̄ qd̄ anima mouet totū corpus.

Quartò quo ad potētiā sensitīua anima nō est in toto corpore, sed in quibusdā partib. corporis. v.g. secūdū potētiā visuā est in oculo, & secūdū potētiā auditīua est in aure, & sic de alijs. Licet n. vbiq; sit potētia animæ ibi sit essentia, non tamē est ē conuerso. s. vbiq; est essentia animæ, ibi sit potētia sensitīua, sed solū in illa parte corporis, quæ est p̄portionata ad operationē talis potētiæ, ut patet supra. De quo ponit duplex exēplū. Primū exēplum est de rege, quia sicut rex est in regno, ita anima est in corpore: sed rex est in vna parte regni per p̄ntiam, in alijs uerò partib. per virtutē, vel potētiā: sic anima. Secūdū exēplū est de Deo, quia sicut Deus dī esse in mundo vbiq; p̄ principaliter tamē in cœlis, quod est pars eminentissima mundi. Ita anima principaliter dicitur esse in toto corpore, secundum essentiam tamē in corde, vel cerebro principaliter secundum potētiās, sicut patet supra. Hæc B. Tho. contra gentiles, lib. 2. ca. 71. per totū, & 1. parte sum. q. 8. artic. 2. per totum.

Anima
quo ad
potēti-
as quō
sit in
corpore

Anima
quo ad
essentiā
quō sit
in cor-
pore.

CIRCA Animā rōnalē tertio principaliter considerandus est gradus perfectionis animæ, qui quattuor modis considerari pōt. Primo cōsiderando animam, prout est coniuncta corpori absolutē, & prout est a corpore separata. Et tunc dico, q̄ aīa, prout est coniuncta corpori, ē perfectior, quā prout est a corpore separata, & in esse naturali, & in operari. Primo anima, prout est coniuncta corpori, est perfectior in esse naturali, quā separata a corpore. Cuius rō est, quia sicut pars in toto est perfectior, quā per se existens, sic anima, cum sit naturaliter perfectio hominis, est perfectior in toto homine coniuncto ex anima, & corpore, quā a corpore separata. Secūdo anima coniuncta corpori est perfectior quā separata a corpore in suo operari. Cuius ratio est, quia operari sequitur esse: ergo sicut esse totius est perfectius, quam esse partis, ita operatio totius coniuncti est perfectior quam operatio partis.

Primus
gradus
perfe-
ctionis
animæ.

Secun-
dus.

Secundus gradus perfectionis animæ pōt attendi cōparando animā, prout est coniuncta corpori corruptibili, & prout est separata ab ipso. Et tunc dico, q̄ anima separata a corpore corruptibili est nobilioris status, quā coniuncta ei, & hoc duplici rōne. Primæ est, quia anima separata a corpore corruptibili habet aspectū erectū ad superiores substantias, ut ex influentia earū cognoscat: anima autē coniuncta corpori corruptibili hēt aspectū curnatū, & inclinatū ad sensum: nam potentia sensitiva sunt animæ coniunctæ necessario, tanquā representantes animæ obiectū propriū: nobilius autē est cognoscere aliquid per species influxas, quam per species a sensib. acceptas. Scdā rō, q̄a anima a corpore corruptibili separata habet aspectum magis unum, & per cōsequens magis perfectum, & uirtuosum: quod pater, quia illa anima, quæ est cōiuncta corruptibili corpori, cognoscit duabus uirtutib. s. sensibilia, & intelligibilia sensu, & intellectu anima separata unica uirtute cognoscit. s. intellectu.

Tertius

Tertius gradus perfectionis animæ pōt attendi cōparando animā prout est coniuncta corpori in corruptibili, & glo-

rioso, & prout est ab illo separata. Et tūc dico, q̄ anima coniuncta corpori glorioso, & incorruptibili est perfectior, quam separata ab ipso: qd̄ dupliciter probo. s. ex parte coniuncti: & ex parte desiderij. Primo ex parte coniuncti, quia operatio totius coniuncti est perfectior operatione partis, ut patet supra. Secundo ex parte desiderij, quia omne imperfectum appetit suam perfectionē, anima autē a corpore separata appetit coniungi corpori glorioso; & propter hunc appetitum ex imperfectione procedentem, eius operatio, quæ in Deū fertur, ē minus intēsa, & hoc est quod Hiero. dicit, q̄ ex appetitu corporis retardatur anima, ne tota intētionē feratur in illud summum bonum.

Quartus gradus perfectionis animæ pōt attendi cōparando animam coniunctam corpori corruptibili ad coniunctā corpori incorruptibili, & glorioso. Et tunc dico, q̄ anima coniuncta corpori glorioso est nobilior, quā coniuncta corpori corruptibili, & p̄cipue ad quattuor, eo q̄ anima corpori glorioso coniuncta habet quattuor excellentias, quas nō habet anima coniuncta corpori corruptibili: habet. n. esse perfectius, posse liberiorius, nosse nobiliorius, uelle quietius. Primo anima coniuncta corpori glorioso hēt esse perfectius. Cuius ratio est, quia si anima est perfectior coniuncta quā separata a toto: ergo coniuncta perfectiori, ut corpori incorruptibili, & glorioso quod in nullo impedit animā, sed iuuat, erit perfectior quā coniuncta corpori corruptibili, quod aggrauat animam, ut dicitur Sap. 9. Ex qua rōne sequitur, q̄ anima coniuncta corpori corruptibili est Deo similior. Cuius ratio est, quia quanto aliquid est perfectius, tanto est Deo similior, sed anima tali corpori, scilicet glorioso coniuncta est in suo esse perfectior: ergo est Deo similior. Et cōfirmo hoc per exemplum de corde, nam cor cum est ī motu est simpliciter Deo similior, quā si quiesceret, quia perfectio suæ operationis in motu consistit.

Quar-
tus.

Anima
iuncta
corpori
glorioso
habet
quattu-
or excel-
lencias.

Secūda

Secūdo anima coniuncta corpori glorioso hēt posse liberiorius, quā habet anima coniuncta corpori corruptibili. Cuius ratio est, quia anima coniuncta corpori glorioso sēper sine omni corporis impedimen-

dimēto intelligit corpus autem corruptibile frequenter impedit animam ne intelligat.

Tertia. Tercio anima coniuncta corpori glorioso, habet nosse nobilius, limpidius seu clarius, quia intelligit per species influxas, anima autem coniuncta corpori corruptibili naturaliter intelligit per species acquisitas per sensus.

Quarta Quarto anima coniuncta corpori glorioso hēt velle quietius, quod patet, quia anima coniuncta corpori corruptibili cupit dissolui, & supuestiri, & eē cum Christo: anima vero coniuncta corpori glorioso neutrum istorum cupit: sed est plenariē satiata. Quinto ex his omnibus sequitur, q̄ operatio animæ coniuncta corpori glorioso erit conuenientior, & per consequens delectabilior: quanto enim operatio est conuenientior, tāto est delectatio maior, ut dicitur. 10. eth. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 49. arti. 4. utrū sanctorum beatitudo sit maior post iudicium quam ante. in cor. q. & in so. arg. Et ibidem dist. 50. art. 1. in solu. 5. arg.

C A P. III.

4. POST prædicta circa Animam rationalem consideranda sunt tria. scilicet sublimitas originis, varietas nominis, nobilitas imaginis. Primo consideranda est æqualitas uel sublimitas originis: nam anima rationalis non generatur, ut dixit Apollinaris, ex aliqua alia anima, neque ex aliqua materia, ut alij posuerunt, sed immediatē ex nihilo creatur a solo Deo: qđ probo triplici ratione, prima est quia anima est substantia intellectualis: secunda est, quia est immortalis: tertia est, quia anima est immaterialis, uel spiritualis. Prima ratio quare anima ex nihilo a solo Deo creatur est, quia anima est intellectualis substantia. Et formo sic rationem. Illud cuius operatio est sine corpore, nō producitur, uel generatur a corpore, sed propria operatio animæ intellectualis est intelligere, & hoc non fit per organū corporale: ergo non generatur a corpore.

Secunda ratio est, quia anima rationalis est substantia immortalis, & formatur sic.

Quod non desinit esse ad corruptionē alterius: non incipit esse ad generationē

alterius, sed anima non desinit esse corrupto corpore, quia est incorruptibilis, uel immortalis, ergo non generatur ex generato corpore.

Tertia ratio est, quia anima rationalis ē immaterialis, & spiritualis, & formatur sic. Quod non habet materiam partē sui. non pōt fieri ex aliquo. sicut ex materia. sed anima rationalis cum sit spiritualis non habet materiam aliquē partē sui, ergo fit ex nihilo, & creatur immediata a solo Deo.

Quarta ratio est ex parte finis sic, Finis rei respondet eius principio: quod patet, quia tunc res est perfecta, cum ad propriū principium attingit, finis autem animæ rationalis est, ut per cognitionem, & dilectionem ad propriam principium, quod est Deus, attingat, ergo a Deo habet suæ cognitionis, & dilectionis principium: unde aliæ animæ ab anima rationali sunt per generationem quod testatur scriptura sacra Gen. 1. cum dicit. Producant aquæ reptile animæ uiuentis. & similiter de alijs. Ad hominem autem veniēs dicit. Formauit deus hominem de limo terræ. scilicet quantum ad corpus. Et inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, quantū ad animam, & per hoc excluditur error ponentium animas ab angelis esse creatas, Hæc B. Thom. contra gentiles, lib. 2. c. 82. ratione prima, & ult. & ibidem in fine. c. 83.

C A P. V.

5. SECUNDO principaliter circa animam rationalem consideranda est varietas nominis: nā una & eadem, res. scilicet anima secundum diuersa officia, uel actus septem sortitur nomina: uocatur. n. anima, animus, mens, memoria, ratio, spiritus, sensus. Anima enim uocatur, uel est dum uiuificat corpus: animus est dū uult, mens est dum scit: memoria est dum recolit. ratio est dum rectē iudicat: spiritus est dum spirat: sensus est dum sentit aliquid. Nam inde anima sensus dicitur pro his, quæ sentit: unde, & sententia nomen accepit, Hæc Isido. li. 1. 2. etymo. de homine, & partib. eius, & Autor in li. de unima, & spiritu. & B. Tho. allegat in quæstionibus disputatis de anima, q. 12. utrum anima sit suæ potentia. arg. 2.

CAP. VI.

TERTIO principaliter circa ani-

6. **A**nima nobilitas imaginis: nam angelus, & anima sunt nobiliores ceteris creaturis. Cuius ratio est, quia creatura tanto nobilior est, quanto Deum expressius repræsentat, & manifestat. hoc autem facit illa creatura, quæ est ad imaginem Dei creata, ut Angelus, & anima ergo &c. Vnde Aug. lib. de diffinitione animæ sic ait. Anima est substantia creata inuisibilis immortalis Deo simillima, imaginem nullā habens nisi creatoris sui. Et Ber. Ad imaginem quippe Dei facta est anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest, repleri omnino non potest, capax enim Dei est: & quicquid Deo minus est, non eam implebit.

Ad cuius euidentiam nota tria. Scilicet representationis differentiam, conuenientiam, excedentiam. Primo nota representationis differentiam: nam quinque sunt, quæ deum diuersimodè representant. scilicet uestigium, imago, ad imaginem esse, similitudo, æqualitas. Primo. n. uestigium representat illud, a quo causaliter est expressum confusè, sicut impressio pedis relicta in puluere: & similiter cinis dicitur esse uestigium ignis. Secundo imago representat illud, a quo est producta clarè, & expressè: & hoc duobus modis, vel in speciei, vel in figuræ similitudine: ut patet de imagine regis expressa in sigillo, vel numo, vel in naturæ identitate: ut patet de imagine regis in filio. Tertio similitudo representat eandem qualitatem non ut expressam, ut ouis est simile ouo, non tamè est imago oui, quia non est expressum ab ouo: unde ubicunque est imago, ubi est similitudo, non tamen è conuerso. Quarto æquale representat illud a quo expressum est perfectè, nec æqualitas est de ratione imaginis nisi perfectè, qualis est filius Dei. Ex quibus uerbis elicitur, quod aliqua creatura est quæ nec est imago nec ad imaginem Dei creata: ut creatura irrationalis, quæ est uestigium Dei. Aligua uero creatura est, quæ est imago Dei, & nunquam ad imaginem Dei, ut filius Dei: de quo Apostolus ad Colos. 1. dicit. Est Dei filius imago inuisibilis Dei primogenitus omnis creaturæ, & hoc pp

identitatem naturæ, nam filius Dei est imago Dei perfectæ, perfectè implens illud cuius est imago. Aligua uero creatura est imago Dei, & ad imaginem Dei, ut homo, qui pp similitudinem non æqualitatis, sed proportionis inter Deum & ipsum dicitur imago Dei: & pppter imperfectionem similitudinis dicitur ad imaginem Dei, de quo Aug. in lib. de decem chordis exemplum, & similitudinē ponit dicens, quod sicut imago imperatoris aliter est in nummo, & aliter in filio, quia in filio est impressa secundum conuenientiam naturæ, in nummo autè non, sic & tu nummus Dei, es ex hoc melior: quia cum intellectu, & cum quadam vita es, ut scias cuius geras imaginem: nummus autem nescit se habere imaginem imperatoris. Simile exemplum de imagine, quæ est in filio, & in speculo. In filio. n. hominis est imago patris, & ex hoc est pater eius. in speculo autem imago non est ipse homo, quod ipse homo, & ex hoc non est pater eius. In filio regis est imago secundum æqualitatem substantiæ. Sic a simili. Filius Dei est imago patris, & nunquā ad imaginem pp identitatem naturæ expressè quā dei filius representat. Homo uero dicitur imago Dei pp identitatem similitudinis, & dicitur ad imaginem pp imperfectionem similitudinis: unde Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: nā hæc præpositio, ad, instantiam significat. Hæc Beat. Tho. 1. part. summe q. 93. artic. 1. in cor. q. & in so. secundi arg. ibidem.

CAP. VII.

SECUNDO principaliter nota imaginis conuenientiam, nam soli angelo, & homini, & mulieri conuenit esse ad imaginem Dei. Vbi nota, quod in homine, & in muliere inuenitur similitudo per modum imaginis secundum mentem: secundum uero alias eius partes per modum uestigij, ut dicit. B. Thom. 1. par. sum. q. 93. art. 6. in cor. q. in fine. Quod autem in Angelo homine, & muliere sit expressa similitudo imaginis Dei probotali ratione. Illæ creaturæ sunt ad imaginem Dei, quæ summi boni sunt capaces, talis autem est natura intellectualis, qualis est angelus, homo & mulier: ergo &c. Vnde Aug. in lib. de Trin. sic ait. Eo quippe

quippe imago eius est, quo capax eius ē, eiusque particeps esse potest, quo tā magnū bonū est nisi per hoc q̄ imago eius est: unde imago Dei est in anima respectu Dei, & nō respectu sui. Ita dicit Aug. 14. de Trin. Nō propterea Dei imago in mente est, quod sui meminit, intelligit, & diligit, eo q̄ sit redditio super creaturam, & ita super defectibile, & ideo nō est imago summæ Trinitatis. unde oportet q̄ anima secundum vires suas in Deum, vel potentialiter, vel actualiter cōvertatur. Potēcialiter quidem unde Aug. in lib. de Trin. dicit, q̄ anima est ad imaginem Dei; quia potest meminisse, intelligere, & amare Deum. Actualiter vero inquit principaliter meminit Dei, intelligit, & diligit Deū: unde Aug. in lib. de Trin. sic ait. Ex qua parte mens conspectam consulit ueritatē, est imago Dei, ex qua uero intenditur ad agenda inferiora, nō est imago Dei. Potest autem mēs ferri in Deum duobus modis, uno modo directē, & immediatē. s. videndo eum in seipso: alio modo indirectē, & mediatē, scilicet videndo imaginem eius in speculo: & sic mens hominis hoc duplici modo fertur in Deū. Hæc. B. Tho. prima parte sum. q. 93. art. 8. in cor. q. per totum.

Imago
Dei est
triplex i
homine

Ad cuius euidētiā nota tres distinctiones. Prima est, q̄ imago Dei in homine est triplex; scilicet naturæ, gratiæ, gloriæ. Prima est imago naturæ, secundum q̄ homo habet naturalem aptitudinem ad intelligendum Deum: & hæc aptitudo naturalis cōsistit in ipsa natura mentis, quæ omnibus hominibus est communis. Secunda est imago gratiæ qua aliquis ad uim imperfectē cognoscit, & amat: & hoc est iniustus in uia. Tertia est imago gloriæ, qua actu Deum cognoscit, & amat. Immediatē, & in seipso, & talis imago est in beatis.

Secunda distinctio est quam ponit glossa super illo uerbo psal. Signatu est super nos lumen vultus tui domine, dicēs q̄ triplex est imago. s. creationis, recreationis, similitudinis. Prima est imago creationis, quæ in omnibus hominibus inuenitur, in quantum in eis est aptitudo naturæ ad cognoscendum, & amandum Deū. Secunda est imago recreationis quæ est iniustus tantū, in quantum p cōformitatē

gratiæ Deū actu cognoscunt, & amant, imperfectē tamen, quia ex alio. Tertia ē imago similitudinis, quæ solum in beatis per conformitatem gloriæ, in quantum Deum in patria perfectē cognoscunt, & amant: quia immediatē, & ex se, & in seipso. Tertia distinctio est, q̄ imago Dei est quadruplex. s. quasi abolita, obscurata, clara, perfecta. Prima est quasi abolita, uel deleta, ut penē nulla sit, sicut in his, qui vsum rationis non habent. Secunda est deformata, uel obscurata, ut in peccatoribus. Tertia est clara, & pulchra, ut in iustis qui grā mediante feruntur in Deum mētē. Quarta imago est pfecta, ut in beatis qui actualiter, & immediatē feruntur in memoriam, intelligentiam, & amorē. Hæc. Bea. Thum. prima parte sum. q. 93. art. 8. in cor. q. & in sol. 3. arg.

Tertia

C A P. VIII.

TERTIO principaliter nota imaginis excedentiam scilicet in quo magis imago Dei sit, an in Angelo, an in homine. Vbi nota, q̄ loquendo simpliciter & absolutē, imago Dei est in Angelo Dei magis quā in homine, & in angelis superioribus, quā inferioribus; quod dupliciter probo scilicet ratione, & auctoritate. Primo ratione sic. Imago consequitur naturam intellectualem: ergo ubi natura intellectualis perfectius inuenitur, ibi magis ē similitudo diuinæ imaginis: sed natura intellectualis dignior, & perfectior est in angelo quā in homine, in quo ratio intellectualis luminis est obumbrata, ergo &c. Secundo hoc idem probo auctoritate beati Gregorij exponētis illud uerbum Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis &c. & dicentis sic. Angelus non ad similitudinem dei tantū dicitur factus, sed signaculum similitudinis, ut quo nō eo est subtilior natura, eo in illo imago Dei subtilius insinuetur expressa. Sed loquendo secūdū quid imago dei magis est in homine, quā in angelo. qd ostendit quinque modis. Primo, quia sicut ex patre filius, & ex utroque spiritus sanctus, ita ex mente, notitia, & ex utroq. pcedit amor. Scdō quā rō imaginis est ubi est cōfirmatio scilicet mōnem processionis, vnius ab altero. sed i homine pōt esse rō, pcessionis vnius ab alte-

Exponi
tur illud
Facia-
mus ho-
minem
ad ima-
ginem.

ro p generationem, in Angelis autem nō: ergo &c. Tertio, quia sicut Deus domina- tur in toto uniuerso, ita homo domina- tur inferioribus creaturis: non autem Ange- lus. Quarto, quia sicut Deus est simplici- ter finis omniū, ita homo est quodammo- do finis creaturarum, non autem Ange- lus. Quinto, quia sicut Deus est totus in qualibet parte uniuersi, ita anima est to- ta in qualibet parte corporis, ut patet sup- Hæc B. Thom. secundo script. sen. distin. 16. art. vtrum imago Dei magis sit in An- gelis, quā in hominibus, arg. contra, & in cor. q. Vnde singulariter dixit Deus de homine Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginē, & similitudinē nostrā. Quod verbum exponitur quinque modis. Primò secundum glosam, quæ dicit q̄ imago at- tenditur quantum ad naturalia; similitu- do uerò quantum ad gratuita. Secundò per Aug. in lib. de anima, qui dicit. Quæ imago attenditur in cognitione: similitu- do uerò in dilectione. Tertiò secundum Hugonem de sancto Victore, qui dicit, q̄ homo est ad imaginem, quia omnia in ipsa anima sunt secundum sapientiam, ad similitudinē uerò, quia una & simplex est anima secundum essentiam. Quarto secundum Cassiodorū, qui dicit, quia ima- go attenditur secundum immortalitatē, est. n. anima immortalis: similitudo uerò attenditur secundum simplicitatē. Quin- to modo sic, quia anima dicitur ad ima- ginem Dei, quia ratio naturalis: ad simi- litudinē uerò, quia spiritualis. Ad cuius euidētiā est sciendum, q̄ imago di- citur quasi imitatio: hō est ad imaginem Dei quantum ad duo. s. quantum ad imi- tationem naturæ intellectualis, & quan- tum ad imitationē Trinitatis. Primò ho- mo est ad imaginem Dei quantū ad imi- tationem naturæ intellectualis: imitatur .n. homo, secundū nām intellectuā Deū, quātū ad hoc q̄ sicut Deus seipsum intel- ligit & amat, sic homō secundū mētē intel- lectiuā Deum intelligit. & amat, & hoc tribus modis. Primò homo est ad imagi- nē Dei aptitudinaliter secundum q̄ hō ha- bet naturalem aptitudinē, eo q̄ est talis naturæ ad cognoscendum, & diligendū Deum: vnde imago Dei nō est in homi- ne ex hoc solum, q̄ actualiter fertur in Deum cognoscendo, & amādo eum, quia

tunc si sic esset imago Dei non esset in peccatoribus; cum actualiter non conuer- tantur, nec referantur in Deum cognos- cendo, & amando eum. Est ergo imago Dei in homine secundum q̄ aptitudina- liter, uel potentialiter fertur in Deum p̄ actum intellectus, & voluntatis. s. cognos- cendo, & amādo Deum. Secundò homo est ad imaginem Dei actualiter inquan- tum homo secundum mentem actuali- ter fertur in Deum cognoscendo, & amā- do eum, imperfectè tamen sicut in uia, ubi Deum imperfectè cognoscimus, & a- mamus. Tertiò homo est ad imaginē Dei feliciter, in quantum secundum mentem Deum perfectè cognoscit, & diligit, ut in patria. Secundò homo est ad imaginem Dei secundum mentem, quantum ad imi- tationem Trinitatis: & hoc duobus mo- dis. Primò, quia sicut in Deo in trib. per- sonis est una natura, ita in una essentia animæ sunt tres potentia. s. memoria, in- telligentia, & voluntas. Secundò quia si- cut ex patre filius, & ex utroq; spiritus san- ctus: ita ex memoria intelligentia, & ex v- traque procedit amor: vnde homo est ad imaginem Trinitatis, & non ad imaginē filij solum, sicut quidā hæretici dixerunt & August. probat, & hoc duplici rationē. Prima est, quia cum filius sit secundum e- qualitatem essentia patri similis, necesse est ut homo sit factus ad imaginem patris sicut filij. Secunda ratio est, quia si homo esset factus solum ad imaginem patris nō diceret pater, Faciamus hominē ad ima- ginem, & similitudinē nostrā, sed faciā ad meā: fecit ergo Deus Trinitas homi- nem ad imaginem suam. i. totius Trini- tatis. Hæc B. Thom. 1. part. sum. q. 93. arti- 5. in cor. q. & in solu, 4. arg.

C A P. IX.

CIRCA animam rationalem con- sideranda sunt tria: scilicet numera- lis pluralitas, intellectualis capacitas, fi- nalis utilitas. Primo consideranda est nu- meralis pluralitas: non enim est vna ani- ma intellectiua, aut unus intellectus nu- mero omnium hominum, ut fingit Auer- roes in tertia de anima: quod quadru- pliciter probo scilicet similitudine, au- thoritate, ratione, impossibilitate. Primò pro

Hō nō ē
ad ima-
ginē filij
tm, sed
Trinita-
tis.

probo similitudine; nam Arist. in 3. de anima assimilat intellectum, uel animam intellectiuam lumini: sed non est idem numero lumen in diuersis illuminatis: ergo non est idem numero intellectus in diuersis hominibus.

Secūda. Secundò hoc idem probo auctoritate sacre scripturæ Apoc. 7. quæ sic dicit: Vi di turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat &c. sed turba illa non erat hominum corporaliter uiuentium, sed animarum a corpore separatarum: ergo sunt multe anime intellectiue, secundum multitudinem corporum.

Tertia. Tertiò probo hoc idem duplici ratione. Prima est talis: Aut anima est tantum motor, corporis, aut forma: si est tantum motor, oportet multiplicari in diuersis hominibus. Cuius ratio est, quia sicut diuersis corporibus coelestibus, secundum positionem philosophorum assignantur motores diuersi, ita multo fortius in diuersis hominibus assignantur diuersæ anime. Si autem anima est forma corporis, tunc oportet, quod sint diuersæ anime in diuersis hominibus, tñ quia est impossibile plurium indiuiduorum esse unam formam numero, tum quia si intellectus est uirtus anime sequitur, quod sicut ad multiplicationem corporum, est multiplicatio animarum, necessario sequitur multiplicatio intellectuum: Secunda ratio ad idem est talis: Aut homo habet esse ab anima intellectiua, aut ab anima sensitiua. Si ab anima intellectiua: ergo ad multiplicationem hominum est multiplicatio animarum intellectiuarum. Si uerò ab anima sensitiua, vel nutritiua, tunc homo non haberet, unde excederet alia animalia, quod est inconueniens: ergo impossibile est unam animam rationalem numero esse omnium hominum.

Quarta Quarto hoc idem probo ex impossibilitate, quæ sequitur ponentibus esse unum intellectum omnium numero. Quod enim non possit esse unus intellectus omnium numero probo ex quatuor impossibilitatibus, quæ sequuntur. Primum est, quia impossibile est plures perfectiones secundarias esse contrarias, existente una perfectione: sed nos inuenimus plures secundarias perfectiones esse

contrarias in diuersis hominibus. scilicet quod quidam sunt stulti, quidam sapientes, quidam uitiosi: ergo oportet primam perfectionem. scilicet animam intellectiuam uariari, & multiplicari in diuersis hominibus. Secundum est, quia si omnium hominum esset unus intellectus uel una anima numero, tunc omnes homines essent unus homo, & sic non esset distinctio sortis, & Platonis per aliquam formam substantialem, sed solum per aliquod extrinsecum, puta quod unus esset capacior, alius non. Tertium est, quia cum contingat duos uel plures homines simul, & semel unum, & idem obiectum intelligere, si omnes per unum possibilem intellectum intelligunt, sequeretur quod unus & eiusdem uirtutis simul, & semel respectu unius, & eiusdem obiecti sint plures actiones: sed hoc est falsum, & impossibile. Ad cuius probationem, similitudinem talē adduco. Ponatur quod oculus omnium hominum sit unus numero, ita quod omnes homines habeant unum oculum numero, tunc quamuis sint multi videntes, tamē omnium uisio non est nisi una respectu eiusdem obiecti in eodem tempore. Similiter si intellectus sit unus omnium hominum idē intelligentium eodem tempore: sequitur quod sit una actio intellectualis tantum: sed hoc est impossibile: unde sicut duæ visiones numero non possunt esse simul unius uisus, uel uisus unius oculi, quia habentes unum oculum possunt dici duo, uel plures uidentes, non tamē plures visiones, sed una: sic duo uel plures habentes unum intellectum numero possunt dici duo intelligentes: non tamē possunt esse, uel dici duæ intellectiones unius intellectus, sed una tantum. Quartum est, quia tunc homo non beatificaretur, per aliquam operationem anime suæ coniunctam, sed per aliquam operationem extrinsecam, sed per aliquam operationem extrinsecam, cum Philosophus ponat beatitudinem in nobilissima operatione anime. Hæc B. Tho. 2. scri. sent. dist. 17. art. 5. & in q. dispu. de anima q. 2. & 3. & prima parte sum. q. 88. art. 1. in cor. q. & in q. de spiritualibus creaturis q. 9. in corp. quæst. & in tractatu de unitate intellectus contra auerroytas.

10. **C**IRCA animam rationalem secundo, principaliter consideranda est intellectualis capacitas: nam ex una parte magna est capacitas intellectus, eo quod est omnia fieri, & omnia facere. Ex alia vero parte magna est imbecillitas, vel debilitas intellectus, quod patet respectu trium. scilicet respectu superiorum, inferiorum, & futurorum.

Prima Primò enim debilitas animæ intellectualis coniunctæ apparet respectu superiorum, eo quod anima in præsentī uita nō potest intelligere Angelos per seipsos: Cuius ratio est, quia cōmunis cognitio intellectualis hominis est per imaginem, & sensum, quæ sunt materialium, uel corporalium tantum: sed Angeli sub imaginatione non cadunt cū sint spirituales, & multo minus potest homo ipsum Deū, cum sit essentiæ increatæ: ergo &c. unde Sap. 11. Quæ in cœlis sunt, ut Angeli, & ipse Deus, quis inuestigabit? quasi dicat nullus in hac uita mortali existens. Hęc Beat. Thom. prima sum. quæst. 88. artic. 1. & 2. in corp. quæst.

Secūda. Secundò debilitas animæ intellectualis coniunctæ apparet respectu inferiorum, eo quod homo in hac uita naturaliter occulta, scilicet cogitationes cordis non potest cognoscere. Ratio autē huius est, duplex obstaculum, uel impedimentum: primum est grossicies corporis: secundum est uoluntas claudens secreta sua, uel cordis. nam propter corporis grossiciem, & propter uoluntatem secreta sua claudentem, homo in hac naturaliter cogitationes cordis non potest cognoscere.

An aia, Sed fortè quæres, an anima, quæ est in patria, cogitationes alterius cordis cognoscatur. Respondēdo & dico, quod primum obstaculum impediens, scilicet grossicies corporis in resurrectione tollitur, quando corpus gloriosum erit, nec in Angelis est tale impedimentum. Secundum impedimentum, scilicet uoluntas claudens secreta mentis post resurrectionem remanebit, & est modo in Angelis, & tamē qualitatem mentis quantum ad quantitatem gloriæ, & gratiæ repræsentabit claritas corporis gloriosi: & sic unus in cœlo mentem alterius quò ad quædam ui-

dere potest. Hęc B. Thom. prima parte sum. q. 57. art. 4. in solu. 1. argum. Re. infra Beatitudo & infra Cogitatio.

Tertiò debilitas intellectus Animæ coniunctæ in uia ostenditur, & apparet respectu futurorum. Nam futura prout sunt in seipsis non ab homine aliquo cognoscuntur, sed a solo Deo: Isa. 41. Annunciate quæ uentura sunt in futurum, & sciemus quoniam dii estis uos, Eccle. 8. Multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo potest scire nuntio. Quod uerbum duobus modis exponitur. Primò sic, Homo est tantis ignorantia tenebris ante & retro circumdatus, ut nec præterita sua videat, nec futura prouideat: & idē mala præterita, quæ fecit non plangit, & bona, quæ a Deo accepit per ingratitudinem nō cognoscit, nec futura mala, quæ dominus minatur timet, nec bona, quæ promittit desiderat. Secundò exponitur sic. Multa est hominis afflictio in hac uita, quia ignorat præterita, scilicet mala, uel peccata, an sint ei remissa, an non. Et futura. scilicet inconuenientia, atq; nouissima, qualia. scilicet erunt utrum saluandus, uel dānandus sit: Nullo potest scire nuntio, uel iudicio. Hęc B. Tho. prima parte sum. q. 86. artic. 4. argu. contra, & in cor. quæst. ibidem.

CIRCA animam rationalem, tertio, principaliter consideranda est finalis utilitas, scilicet quo fine, uel qua ratione rationalis anima est creata. Et quantum ad hoc dico, quod finis, propter quē creata est anima rationalis est quadruplex, scilicet adimpletio uoluntatis diuinæ, reparatio angelicæ ruinæ, delectatio societatis mutux, præmiatio rationalis animæ.

Prima ratio finalis quare anima rationalis est creata est adimpletio uoluntatis diuinæ, quia illud, quod uult oportet impleri: sed secundū psal. Oīa quæcūq; uoluit fecit: & apostolū prima ad Thi. 2. Deus uult oēs homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: ergo &c.

Secūda ratio finalis est reparatio angelicæ ruinæ, nā secundū apostolū uenit Christus restaurare quæ in cœlis, & in terris sunt.

Tertia,

Explicatur illud Eccl. 8. multa hominis applicatio

11.

Prima causa creationis animæ.

Secūda.

sunt. Sed contra. Reparatio aut est ppter bonos angelos, aut ppter malos: nō ppter malos, quia illi reparari non possunt: non

Tertia. ppter bonos, quia illi reparari nō indigent.

Et ideo est tertia ratio finalis. scilicet congratulatio, vel delectatio societatis metue, scilicet delectatio in multitudine consortij Angelorum, & quantum ad hoc sicut minuebatur numerus fruētium ppter numerū Angelorum, qui ceciderunt, ita augebitur delectatio Angelorum per numerū saluandorū.

Numerus saluandorū quātus sit.

Quantus autem sit numerus saluandorum, & prædestinatorum est triplex opinio. Quidā. n. dicunt, qd tot ex hominib. saluabuntur, quot ex Angelis ceciderunt. Quidam autem, qd tot saluabuntur, quot ex Angelis remanserunt. Quidā autē, qd tot ex hominib. saluabuntur, quot Angeli ceciderunt, & insuper quot fuerunt Angeli creati. Sed melius, & uerius dicitur, qd soli Deo cognitus est numerus electorum in supernā fælicitatē locandus, ut dicit B. Greg. in collecta Hæc B. Thom. 1. p. sum. q. 23. art. 7. in cor. q. in fine.

Quarta ratio finalis quare Deus creauit animam est præmiatio rationalis animæ; unde magister sent. 2. lib. dicit, qd aīa unde magister 2. sent. dicit. si anima rationalis a Deo creata est, ut intelligeret summam bonitatem, & intelligēdo amaret, amando possideret, & possidēdo frueretur. Et B. Aug. dicit qd anima rationalis creata est, ut Deum uideret, amaret, laudaret, & seruiret, ita qd uidere pertinet ad actum rationis, amare ad actum uolūtatis, laudare ad actum sermonis, seruire ad actum operis exterioris, ut iste omnibus fiat ptestatio primæ ueritatis, summæ bonitatis, immensæ maiestatis, æternæ felicitatis, Hæc Alex. secunda parte sum. q. 59. art. 6. propter quid creata est anima rationalis, in cor. q.

De Anima separata.


S V M M A R I V M.

- 1 Anima à corpore separata ad 4. loca vadunt.
- 2 Animæ separata in hoc mundo possunt hominib. apparere.
- Quod aliter puniuntur homines

qui sunt in hoc mundo, & aliter aīa quæ sūt in inferno, et aliter aīe quæ sūt in purgatorio.

- 4 Animab. in purgatorio existentib. quinq. modis subuenitur.
- 5 Anima corpore separata non corrumpitur corpore corrupto.
- 6 Animæ separata, sed non beata nō possunt p se cognoscere illa, quæ in hoc mundo aguntur, & quib. modis possint ea cognoscere.
- 7 Animæ separate habent uoluntatē immutabilem.
- 8 Animæ damnatorum habent uoluntatem obstinatam in malo.
- 9 Animæ in purgatorio existentes habēt uolūtātē immutabilē in bono.

C A P. I.



ANIMA separata. Circa animam separatam quattuor considerare debemus. scilicet receptionem, apparitionem, punitionē, subuentionem. Primò considerare debemus receptionē: nam sicut anima coniuncta corpori est in statu merendi, ita anima a corpore separata est in statu merendi, ita anima a corpore separata est in statu præmissi obtinendi. Anima autem cum decedit, & à corpore separatur, est in quadruplici statu. Primò enim si anima cū decedit est sine omni culpa, tūc eius receptaculū est paradysus, in quo beatificatur. Secundo si anima decedit cū actuali, & mortali culpa, tunc eius receptaculum est infernus, quo damnamur. Tertiò decedit cum insufficienti pænitetia, tunc eius receptaculum est purgatorium, in quo purgatur. Quarto si decedit cū originali culpa: tūc eius receptaculum est limbus, in quo pœnam damni patitur.

Vbi nota qd limbus patrū, & puerorū differunt quantum ad tria. Primò quantum ad spem beatæ uitæ, quia pueris decedentibus cum originali peccato nō adest spes beatæ uitæ: patrib. aut in quib. lumē fidei, & gratiæ refulgebat, spes beatæ uitæ

aderat. Secundò quātum ad crimen, quia culpa in beatis patrib. erat expiata secū- dum q̄ erat infectiua personæ, remane- bat tamē impedimētū ex parte naturæ p̄ qua plene nō fuerat satisfactū: in pue- ris autem est impedimētū ex parte natu- ræ, & personæ. Tertiò quantum ad loci conditionem: quamuis enim probabili- ter credatur utrorumque idē locus fuisse, tamen requies beatorū ad huc erat in superiori loco, quā limbus puerorū, sicut de limbo, & inferno, patet infra Recepta cula animarum. Hęc Beat. Thom. 4. scri- sent. dist. 45. arti. 2. q. 3. in cor. q. & in sol. primi arg. Si autem breuius uis procedere dicas, q̄ animæ post separationem a corpore, aut sunt in statu recipiendi fi- nale præmium, aut non. Si sunt in statu recipiendi finale præmium, aut finale præ- mium est malum: & hoc dupliciter, aut ratione mortalis culpæ, & sic est in- fernus: aut ratione originalis culpæ, & sic est limbus puerorum. Si uerò animæ post separationem a corpore nō sunt in statu immediatè recipiendi finale præ- mium, aut impediuntur propter defectū personæ, & sic est purgatorium, aut pro- pter defectum naturæ, & sic est limbus patrum, qui est idem secundum substan- tiam, cum limbo puerorum, sed differēs secundum gradum, uel situm, quia pue- rorum est locus inferior: patrum uerò su- perior. Hęc B. Thom. 4. script. sent. dist. 48. in cor. q. Requi. infra Receptacula a- nimarum.

C A P. II.

SECUNDO principaliter confide- rare debemus animæ separatæ appa- ritionem: nam apparitio animæ à corpore separatæ ex tribus partibus cō- siderari potest. scilicet ex parte naturæ, gloriæ, diuinæ prouidentia.

Primò ex parte naturæ, & sic animæ a corpore separatæ, naturaliter appare- re non possunt, quia talis apparitio non est naturalis, & ex uirtute propria, tū ex parte earum, quia conuersationi substan- tiarum separatarum, & non conuersatio- ni hominum sunt deputatæ: tum ex par- te hominum quorum cognitio est per sensum, & ideo a reb. sensibilibus: unde apparitio animæ separatæ est mirabilis,

immo inter diuina miracula computan- da, ut dicit B. Thom. prima parte summ. quæst. 89. art. 8. in sol. 2. arg.

Secundò apparitio animæ separatæ potest cōsiderari ex parte gloriæ: & quā- tū ad hoc est differentia inter sanctos, & damnatos, quia sancti possunt cum uo- luerint, hominibus apparere, non autem dānati. Cuius rō est, quia sicut sancti in carne uiuentes ex Dei gratia eis data fa- ciebat qdā signa, qua alij carētes, dicta si- gna nō poterāt facere, ita animab. sancto- rum ex uirtute gloriæ aliqua potestas cō- fertur a Deo, per quē possunt cum uolūt, uiuentib. mirabiliter apparere.

Tertiò apparitio animæ separatæ pōt cōsiderari ex parte diuinæ prouidentia, & tūc dico, q̄ ex diuina prouidentia ani- mæ, q̄ sunt in purgatorio, & animæ dā- natōrum, & mali Angeli permittūtur ui- uentibus apparere, & hoc propter quat- tuor rationes. Prima est propter petitio- nem suffragiorū quātū ad animas, quæ in purgatorio detinētur, ut patet per mul- ta, quæ quarto dialogorū narrātur. Secū- da est propter auxiliatiōem obsessōrū quantum ad animas sanctorum, ut Beat. Fælyx martyr ciuib. nolanis apparuit, cum à barbaris oppugnarent. Tertia est propter eruditiōē, & terrorē hominū, ut animæ damnatorum. Quarta est pro- pter deceptionem incautorū, & hoc quā- tum ad dæmones, sicut Sauli perēti à Phi- tonissa, ut diuinaret, & Samuelē suscita- ret, non apparuit, Samuel, qui a quiete sua non est excitatus, sed aliquod phā- rasma, & illusio imaginaria diaboli ma- chinationibus facta est, quam scriptura Samuelem appellauit, sicut imagines re- rum suarum nominibus aliquando ap- pellantur, Requi. infra Diuiniatio.

Ad maiorem tamen euidētiā præ- dictorum nota hic quattuor. Primum est quod exire de inferno, uel paradiso du- pliciter potest intelligi, uel in perpetuum sine reditu, & sic nullus ibi deputatus per sententiam diffinitiuā absolutam inde exit: uel ad tempus cum reditu, & sic ali- quis potest exire, & hoc, uel ex Dei iusti- tia sicut omnes exhibunt in iudicio, uel ex diuina gratia, quando Deo placet. Se- cundum est q̄ sicut gloria sanctorū nullo dim inuitur, nec quātū ad p̄miū essen-

tiale

Exire d̄ inferno duplici- ter cōsi- deratur, & an de illo exi- re pos- sint aīe.

tiale quantū ad p̄miū accidētale, si sint extra cœlū empyreum, quod aliquo mō in eorū gloria cedit: vt v.g. Sicut Pontifici datur in ecclesia pro honore, ut in cathedra sedeat. qñ ergo recedit nō minuitur eius gloria, quia & si actu ibi non sedeat, locus tamē ille est ei deputatus: sic a simili pœna dānatorum in nullo diminuit si extra infernum ad tēpus ex diuina dispensatione ponunt: sicut ēt captiui extra carcerem existentes a carcere quodāmodo affliguntur, dū ad carcerē se vident dānatos. Tertiū est, q mortui, & si possunt apparere, ut uolunt, nō tamen totiens apparent quotiens apparent in carne uiuentes. Et hoc duplici rōne, uel quia cōformant diuinæ uoluntati, ita q non libeat eos exire nisi secundū, q diuinam dispensationē cōgruere intuent, uel quia ita sunt pēnis oppressi, ut de sua miseria magis doleant, quā curēt alijs apparere. Quartū est, q quāuis aīa sanctorum, uel dānatorum aliquando p̄sentialiter assint, ubi apparent: non tamen credendum est hoc semper accidere. Aliquando. n. huiusmodi apparitiones sūt, uel indormiendo, uel in uigilando operatione bonorum, uel malorum spiritū, uel ad instructionē, uel ad deceptionem uiuentium, vt patet supra, sicut etiam uiui homines aliquando alijs apparent, & eis multa dicunt in somnis: cum tamen constet eos non esse præsentes. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dis. 45. art. 1. q. 3. in cor. q. & in solu. arg. Qualiter autem cognosci potest an spiritus apparēs sit bonus, uel malus: ostendit beatus Anto. sic dicens. Non difficilis est bonorum spirituum malorumq; discretio. si. n. post timorem successerit gaudium, a domino sciamus uenisse auxilium, quia securitas animæ est præsens maiestatis indicium. si aut incussa formido permanserit hostis est qui uidet. Hæc B. Tho. allegat. 3. parte sum. q. 30. art. 3. in solu. 3. argu.

Sed fortē quæres, an liceat alicui require ab aliquo moriēte, q sibi reuelet statum suum post mortem, Resp. & dico, q contingit statum alicuius post mortem suam requirere tribus modis, aut cum præsumptione, aut cum dubitatione, aut cum humilitate, & desiderio, impletione. Primo cum præsumptione, puta cum ali

f quis superbē, uel præsumptuosē de sua acultate cōfidens hoc petit, & talis peccat. Secundo requiritur cum dubitatione, putā quando petens dubitat de futuro statu, & talis etiam peccat. Tertio requirit piē, & humiliter ex desiderij adimpletione, & tunc petens ab aliquo, vt post eius mortem sibi appareat non peccat. Cuius ratio est, quia cum omnes homines natura scire desiderent, requirere adimpletionem desiderij naturalis, non est peccatum, ita q si aliquis requirit ab aliquo moriente, q sibi statum suum reuelet, de uirtute sua præsument, uel de fide dubitando, talis peccat: si vero naturali desiderio moueatur de uita futura aliquid sciendo, talis non peccat. Hæc B. Thom. secundo quodlib. de anima separata. q. 2. in cor. quæst. 2. & in solu. argum.

CAP. III.

TERTIO principaliter considerare debemus animæ separatę punitionem. Nam aliter est in hoc mūdo, aliter in inferno, aliter in Purgatorio quō ad punitionem, & modum punitionis. Primo enim homines quandiu sunt in hac uita, quæ est locus pugnæ, puniuntur quandoque a malis angelis, sicut ab hostibus, ut patet de Iob. quandoque uero puniuntur a bonis angelis, ut patet de Iacob: cuius neruus femoris angelo percutiente emarcuit. Secūdo uero post hanc uitam, scilicet in inferno diuina iustitia succendit ignem: quo damnati in perpetuum puniuntur. Tertio uero loco, scilicet in purgatorio animæ neq; per bonos angelos puniuntur, neq; per malos, sed sola pēna ignis purgantur.

Primò animæ quæ sunt in purgatorio non puniunt per bonos angelos, immo boni angeli animas, quæ sunt in pēnis purgatorij dupliciter cōsolant. Primò uisitacione eorū: nā boni angeli animas in purgatorio existentes, ut suos cōciues, & fratres frequēter uisitant, consolant, exhortant, ut pēnas suas sustineant patienter. Scđò aīa quæ sunt in purgatorio cōsolant expectatione celestium præmiorū, unt. n. certæ de gloria paradisi, quæ certitudo deficit a certitudine beatorum,

An liceat alicui require re ut p rōnē illi appareat.

rum, eo q̄ certitudo illa est cum expecta-
tione, certitudo autem beatorum est cū
visione, & fruitione diuina: & excedit
expectationem illorum, qui sunt in via,
quia certitudo animarum, quæ sunt in
purgatorio est sine timore: illi autē qui
sunt in hoc mundo expectantes gloriam
paradisi timent non habere eam. Cuius
ratio est, quia cum non habeant liberū
arbitrium in gratia confirmatū possunt
amittere gloriam paradisi, & idē timēt.
Secundō animæ, quæ sunt in purgatorio,
non puniuntur ministerio dæmoniorū:
quod probo duplici ratione. Prima ra-
tio est talis: Iniustum est, vt qui de ali-

Animæ
in pur-
gatorio
existen-
tes non
puniun-
tur a dæ-
monib.

quo triumphauit subiiciatur ei: sed illi
qui sunt in purgatorio de dæmonibus
triumphauerunt decedentes sine pecca-
to mortali: ergo &c. Secunda ratio est ta-
lis. Si dæmones præscirent utilitatem pē-
næ temporalis sanctos non punirent, er-
go cum sciant utilitatem pēnæ purgato-
riæ animas pēna purgatoria non puni-
unt. Est tamen possibile, q̄ dæmones, qui
lætantur de pēnis hominum eos ad loca
pēnarum deducant, & comitentur, & as-
sistant purgandis, & hoc propter duas ra-
tiones. Prima est propter satietatem, ut
s. facientur de pēnis eorum. Secunda rō
est propter defectuositatem: cum enim
in exitu animæ de corpore dæmones ali-
quod debitum reperiunt, puta, quia con-
dignam, uel sufficientem pēnitentiam
non fecerunt, idē conueniens est, q̄ dæ-
mones eas ad loca pēnarum deducant,
& comitentur, & assistant purgandis. Ter-
tiō animæ in purgatorio existentes pu-
niuntur sola pēna ignis. Hęc B. Tho. 4.
scrip. sent. dist. 21. artic. 1. q. 5. Req. infra
Ignis, & infra Pēnas huius mundi infer-
ni, & purgatorii.

4. **Q**UARTO, & ultimo principa-
liter considerare debemus ani-
mæ a corpore separate subuētio-
nem. Nam quinque modis subuenitur
animabus in purgatorio existētib. sicut
patet infra. Suffragia de omnib. & infra
Eucharistia, & infra Eleemosyna, & in-
fra Oratio. Requi. diligenter ibidem.

POST prædicta circa animam sepa-
ratā consideranda sunt tria. s. incor-
ruptibilitas entitatis, perspicacitas intel-
lectualitatis, immutabilitas uoluntatis.
Primō consideranda est incorruptibili-
tas entitatis, nā anima rōnalis corrupto
corpore non corrumpit: qđ probo quat
tuor rōnib. Prima rō est intellectuāli ope
ratione sic: Propria operatio hominis p
quā hō differt a brutis, & plātis, & inani
matis, est intelligere: sed intelligere est
incorruptibile, quia est imutabiliū, & in-
corruptibiliū, ergo &c. cū. n. actus, & o-
biectū sit incorruptibile: ergo & potētia.

Prima
ratio.

Scda rō est ex naturali affectione sic:
Impossibile est naturalē appetitum esse
frustra: sed hō naturaliter appetit perpe-
tuō manere, & esse incorruptibilē, nō so-
lum, ut nunc sicut bruta per sensum, sed
semper per intellectum: ergo &c.

Secūda

Tertia rō est per locū a sufficiēti diui-
sione sic: Omne quod corrūpit, corrūpit
trib. modis, primō actione cōtrarij, sicut
calor destruit per actionem frigidi: scđō
corruptione sui subiecti, sicut uisus de-
struō oculo: tertiō defectione sui prin-
cipij effectiui sicut lux ceris deficit defi-
ciente p̄sentia solis. Anima aut nullo ho-
rum trium modorum corrumpit: qđ sic
patet. Primō. n. non corrumpitur actio-
ne contrarij, quia nihil est ei cōtrarium,
immo ipsa est susceptiua contrariorum.
Secundō non corrumpitur corruptione
sui subiecti, quia anima non dependet a
corpore. Tertiō non corrumpitur defe-
ctione sui principij, quia causa effectiua
animæ est æterna, scilicet Deus: ergo ani-
ma nullo modo corrumpitur.

Tertia.

Quartō hoc idem probo auctoritate
duplici. Primō auctoritate catholicæ fi-
dei: unde in lib. Eccl. dogma: dicitur: So-
lum enim hominem dicimus habere a-
nimam substantiuam, quæ a corpore se-
parata uiuit, & sensus suos atque imagi-
naria uiuaciter tenet, neq; cum corpore
moritur sicut Arabs asserit, neq; post mo-
dicum interuallum sicut Zeno, quia sub-
stantialiter uiuit. Secundō hoc idē pbo
auctoritate eccl. qui in fine libri contra
impiorū errorē determinans ueritatē di-
cens, subiungit: Donec reuertat puluis
in

Quarta

in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad eum, qui dedit illum. Hæc B. Th. contra gentiles lib. 2. cap. 78. per totum.

C A P.

VI.

Secundo principaliter circa animam separatam consideranda est perspicacitas, vel subtilitas intellectualitatis. Vbi sciendum, quod differentia est inter animas separatas, beatas, & non beatas, & damnatas, & dæmones quo ad cognitionem. Primo, n. dico, quod animæ separatæ non beatæ virtute propria, vel per se non possunt cognoscere ea, quæ hic aguntur seu facta uiuentium: quod ratione, & auctoritate probō. Primo ratione, quia animæ separatæ non beatæ à conuersatione hominum uiuentium non segregatæ, & ideò facta uiuentium non cognoscunt. Secundò hoc idem probō triplici auctoritate. Prima auctoritas est Iob. 14. sic dicentis: Siue fuerint filij eius nobiles, siue ignobiles non intelligit. Secunda est Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda sic dicentis: Animæ mortuorum rebus uiuentium non intersunt. Tertia est Greg. 12. moral. dicentis, quod mortui uitā in carne uiuentiū post eos qualiter disponatur nesciunt, quia uita spiritus longe est à uita carnis. Cognoscunt tamen animæ separatæ non beatæ, quæ hic aguntur tribus modis. s. infusione, reuelatione, recordatione. Primò infusione alicuius superioris spiritus, uel Dei, uel Angelorum bonorum. Secundò reuelatione, uel equalis, uel inferioris spiritus puta animarum, uel dæmonū ad eas quotidie descendantium. Tertiò priori recordatione, s. memorando eorū, quæ hic gesserunt, uel dixit Abraam diuiti Lucæ. 16. Recordare quia in uita tua recepisti bōa.

Sed forte argues, quod animæ separatæ non beatæ naturaliter ea, quæ hic apud nos agunt cognoscūt tali rōne: Illi qui de re curam aliquā hēt, cognoscit illam, sed diues de suis fratrib. curā habuit dicens, Lucæ. 16. Habeo enim quinque fratres &c. Respōdeo, & dico, quod animæ mortuorum de reb. uiuentium possunt habere curam et si ignorent eorū statum, sicut nos de mortuis curam habemus eis suffragia impendendo, quāuis ignoremus eorum statum.

Secundo animæ separatæ beatorū co-

gnoscunt ea, quæ hic aguntur: unde Greg. 12. Moral. ita dicit: Qui intus claritatem Dei uident, nullo modo credendum est, quod sit aliquod exterius, quod ignorēt. Sed contra Aug. in lib. de cura pro mortuis habenda, sic ait: Nesciunt mortui et sancti, quid agant uiui, etiam eorum filij: quod probat per hoc, quod à matre sua defuncta non consolabatur sicut quando uiuebat, nec est probabile, ut uita foeliciore sit facta crudelior. Respōdeo, & dico, quod B. Aug. loquitur dubitatiuè B. uero Greg. assertiue. Et ideò B. Tho. magis tenens cū Greg. quam cū Aug. declarans B. Greg. dicit, quod omnia quæ pertinent ad perfectionem intellectus, & ad perfectionē uniuersi, beati uidentes essentiam Dei cognoscunt, alia uerò non. Hæc B. Th. 1. p. sum. q. 89. art. 8. in cor. q. & in sol. 1. ar. in fine, & contra gent. lib. 3. q. 57. Req. infra Beatitudo, quomodo beati in patria habebūt communitatem in præmio.

Tertiò animæ damnatorū cognoscūt aliqua, & hoc trib. modis. s. memorando, odiendo, affligendo. Primo cognoscunt aliqua memorando, Recordantur. n. & considerant mala, quæ fecerunt, & quæ incurrerūt, & bona, quæ omiserunt, & quæ amiserunt. Considerant etiam damnum quod ex sua scientia incurrerūt, quia creatoris sui seruitio non uacauerunt. Secundò cognoscunt odiendo: quod patet, nā odio habebunt Deum, ergo cogitabūt de Deo, non in quantum Deus est summum bonū, sed in quantum est eis iustus; & collatiuus pēnarū. Tertiò hoc patet affligendo: nā de Deo in quantum est bonus, nunquā cogitabūt, quia talis cogitatio esset eis delectabilis, sed cogitabunt de Deo in quantum est eis malus. s. in quantum punit impios, & affligit, & hoc eis ad pœnam maximā. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 50. de pœnis damnatorū ar. 2. q. 1. & 2. in cor. q. per totum.

Quartò dæmones secundū B. Aug. cognoscunt aliqua trib. modis, quæ d. a per reuelationē bonorū Angelorū, illa. s. quæ sunt supra cognitionē naturālē, sicut mysteria Christi, & ecclesie, & alia hmoi, quæ dā uerò cognoscunt perspicacia proprii intellectus. s. ea, quæ sunt naturaliter scibilia: quæ dā uerò cognoscunt experiētia longi tēpis. s. euentus futurorū cōtingentiū in singularib. quæ p se nō pertinet ad cogni-

beatorū
cogno-
scūt ea,
q agun-
tur in
mundo

Animæ dā
natorū
cogno-
scūt ali-
qua.

Dæmo-
nes co-
gnoscūt
aliqua.

Animæ se-
paratæ

tionem intelligibilem. Hæc B. Tho. in q. dispu. de anima. q. 18. vtrum anima separata cognoscat oia naturalia, in so. 1. ar.

CAP. VII.

TERTIO principaliter circa animam separatam considerata est immutabilitas voluntatis. Nam animæ post separationem à corpore siue existentes in Cælo, siue in inferno siue in purgatorio habent immutabilem voluntatem siue in bono siue in malo: quod de omnibus probo. Primò. n. dico, qd animæ quæ sunt in cælo, voluntatē immutabilem habēt in bono, qd probo sex rōnibus. s. rōne status, actus, appetitus, cōuictus, defectus, affectus. Primò ratione status sic: Alius ē status viæ, alius patriæ, qd patet, anima quamdiu est coniuncta corpori est in statu viæ, pugnx, & militiæ, potēs mutari de bono in malum & e conuerso, & iō oportet vt sollicitè resistat malo ne ab ipso vincatur, uel conetur, vt à malo liberetur: sed anima à corpore separata non est in statu pugnx, vel militiæ, sed recipiendi præmii seu pēnam pro eò, qd legitimè, uel illegitimè certauit, ergo &c. Et confirmo secundo hanc rōnem sic: Si anima beata posset transmutari de bono in malum, non esset beata, quia fini ultimo nō esset cōiuncta, quod esset contra rōnem status beatitudinis, ergo &c. Secundo hoc idem probo rōne actus, vel aspectus sic: Beatitudo, quæ in Dei visione consistit est perpetua: ergo nō pōt esse, qd aliquis per voluntatem auertatur à Deo eò, qd beatitudo rectam voluntatē requirit. Tertiò hoc idē probo rōne naturalis appetitus sic: Creatura rōnalis naturaliter appetit qd sit beata, vnde nō pōt velle non esse beata, tum quia non apprehendit beatitudinē nisi sub rōne boni, tū quia non apprehendit beatitudinē nisi sub rōne finis ultimi, & sic sufficientis, & perfecti boni: & ideo nō querit aliquid aliud extra ipsum, sed quicunque est beatus ei sufficit bonum quod habet, & per consequens impletur desiderium eius, ergo &c. Quartò hoc idē probo rōne cōuictus sic. Voluntas, quæ est maximè conformis Deo non potest separari à Deo, quia tunc peruersa esset, sed anima videns Deū est maximè conformis Deo:

ergo &c. Quinto hoc idem probo rōne defectus, sic. Nullus defectus peccatum. vel error pōt esse in voluntate nisi prius fuerit in intellectu: sed in intellectu animæ videntis Deū nullū peccatū, defectus, vel error pōt esse, cum omnia videat, quæ pertinent ad eius perfectionē, ergo &c. Sextò, hoc idē probo rōne affectus sic: Qui apprehendit aliquid, vt optimum apprehendit ipsum: vt maximè diligibile: sed anima videns Deum apprehendit ipsum vt optimū, ergo ipsum maximè diligit, & sic non pōt Deum non velle, & non diligere, & per consequens nō potest peccare. Hæc B. Th. cōtra gent. li. 4. c. 92. per totū.

CAP. VIII.

Secundo dico, qd animæ, quæ sunt in inferno habent immutabilem voluntatem, & obstinatam in malo, ita qd non possunt mutari de malo in bonum: quod probo quattuor rationibus. s. ratione iustitiæ, pēnæ, carentiæ gratiæ, & conueniētiæ. Primò ratione diuinæ iustitiæ sic: Ex diuina iustitia peccato mortali debetur pēna æterna. hoc autem non esset, si voluntas damnatorū mutari posset, quod patet, quia iniquum esset ex parte Dei si perpetuo punirentur, ex quo voluntatem bonam haberent, ergo &c. Secundo hoc idem probo rōne pēnæ sic: Inordinatio voluntatis est quædam pēna maximè afflictiva, sed talis voluntas, s. inordinata nunquam separabitur à damnatis: quod patet, quia semper displicebit eis, qd uolūtas Dei cui peccando restiterunt semper implebitur, ergo voluntas damnatorum semper mala nunquā poterit mutari de malo in bonū. Tertiò hoc idem probo ratione carentiæ gratiæ sic: Voluntas à peccato mutari non pōt per displicentiā peccati, & complacentiā boni nisi per gratiam: sed animæ damnatorum totaliter diuina gratia sunt priuatae, ergo &c.

Quartò hoc idem probo ratione cōuenientiæ sic: Sicut se habet voluntas beatorum respectu boni, ita voluntas damnatorum respectu mali: sed voluntas beatorū nō potest cōueri, uel mutari de bono in malum, eò qd dū uiuerent ultimo fini, s. Deo immobiliter adhæserunt, ut patet cap. præce. ergo similiter voluntas dānatorum

torum non potest mutari de malo in bonum, eò quòd dum uiuerent alteri fini à Deo, scilicet creaturæ immobiliter adhæserunt. Hæc B. Tho. contra gentiles. lib. 4. c. 93. per totum.

CAP. IX.

DICO, tertiò, quòd animæ, quæ sunt in purgatorio habent immutabilem voluntatem in bono, ita quòd uoluntas earum in bono ita est cõfirmata, quòd nunquam potest in malũ flecti, uel mutari: quod probo quatuor rationibus, scilicet ratione charitatis, firmitatis, diuersitatis, similitudinis. Primò ratione charitatis sic: Anima quæ decedit in charitate immobiliter adhæret Deo: sed animæ quæ uadunt ad purgatorium decedunt in charitate. ergo &c. Secundò hoc idem probo ratione immobilitatis sic: Animæ quæ hic coniunctæ corpori firmiter, & immobiliter adhærent Deo cum sunt à corpore separata à Deo remoueri non possunt: sed animæ, quæ uadũt ad purgatoriũ sunt huiusmodi, ergo &c. Tertiò hoc idem probo ratione diuersitatis sic: Differentia est inter uolũtatem animæ coniunctæ corpori, & animæ separata in hoc quòd uoluntas animæ cõiunctæ potest semper mutari de bono in malum, & e conuerso, nõ autem postquã fuerit à corpore separata. Ratio autem huius est, quia uoluntas animæ coniunctæ potest peccare in ultimo fine, & ideò est liberi arbitrij, non autem separata, sed animæ quæ sunt in purgatorio sunt à corpore separata: ergo &c. Quartò hoc idẽ probo ratione similitudinis sic: Animæ quæ aliquid purgabile ad purgatorium deferunt non discrepant in fine ab animabus beatis, quia sicut animæ beatorũ decedunt in charitate, ita animæ, quæ ad purgatorium uadunt: sed beatorum uolũtatem immobilem, & confirmatã habent in bono, ergo etiam animæ, quæ sunt in purgatorio. Hæc B. Tho. contra gent. lib. 4. c. 94. per totum.

De Appellatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Circa appellationem notanda sunt institutionis motium, modus formationis, superioris refugium, de liberationis spacium, & iterationis numerus.

CAP. I.



APPELLATIO. Circa appellationem considerare debemus quinque. Institutionis motium formationis modũ, superioris refugium, deliberationis spacium uel terminum, iterationis numerum. Primò considerare debemus, circa appellationem institutionis motium: Nam secundum leges appellatio est inducta, ut iniquitas, uel imperitia iudicantium corrigatur: unde Fabianus Papa sic dicit: Causa uitiata remedio appellationis poterit subleuari, ut habetur in decretis causa. 2. q. 6. liceat. Et ideò ad remouendum inordinatum superioris grauamen appellatio est ordinata.

Vbi sciendum, q̃ appellatio aliquando est iniusta, & tunc non debet admitti: aliquando est iusta, & tunc debet admitti. Primò. n. qñ appellatio est iniusta nõ admittitur, & hoc in septem casibus: primò non admittitur appellatio ab excessu, uel delicto manifesto, sicut in notoria manus iniectione, aut in publica rapina, uel consimilib. extra li. 2. tit. 28. Secundò appellatio à Papa non ualet, quia nullus est superior eo. Tertiò quando appellatio in hibetur à Papa. Quartò si res ex dilatiõe detrimentum patiatur appellatio nõ habet locũ. Quintò quando appellatur sine grauamine tũc remittit̃ ad illũ à quo appellauit, extra lib. 2. titu. 28. Sextò non admittitur appellatio in disciplinis, & correctionibus religiosorũ, & hoc cum modus incorrectionib. non excedit modum peccati: secus autem qñ nimia austeritatis

Cā appella. in stiuen. dx.

Appellatio quādo admitti non debet.

inrepatio nec correctionē accipit nec salutem. Septimò non valet appellatio cū quis causa moræ afferēdæ appellat, ne cōtra eū sententia proferat. Vnde in decretis .c. 2. q. 6. sic dicitur: Quicumque nō cōfidentia iustæ causæ: sed causa afferendæ moræ ne contra eū iusta sententia proferratur appellauerit huiusmodi appellatio non recipiatur, talis enim appellatio est illicita, quia hoc est se calumniosè deffendere. Vnde talis sic appellans dupliciter peccat. Primò, quia talis offendit iudicē, quem impedit ne suū officium exequat. Secundò quia ostendit accusantem, quē impedit ne pro se sententiam exequat, & ideo talis est puniendus, sic dicitur in decretis. .c. 2. q. 6. Omnino puniendus est cuius iniusta appellatio pronunciatur. Hęc B. Thom. secunda secundæ. q. 69. art. 3. in cor. q. in fi. Req. supra. Accusatio. c. 2. Secundò verò appellatio est iusta, data cum sit rōne iniuriæ repellendæ, & in tali casu licet cuilibet appellare. s. cum quis iniustè grauatur à iudice, quia hoc est prudenter euadere, quod licitū est cuilibet: vnde in decretis. c. 2. q. 6. sic dicitur: Omnis oppressus liberè si uoluerit sacerdotū appellet iudicium, & à nullo prohibeat: propter quod Paulus iniustè grauatus Cæsarem appellauit, ut dicitur Act. 25. Hęc B. Tho. ubi supra immediate.

Quo
formari
dēt ap-
pell.

Secundò principaliter circa appellationē considerare debemus formationis modum: nam appellatio quandoquē fit solo verbo, ut si quis dicat Appello: quandoquē aut fit scripto. Vbi nota q̄ forma appellationis ante latam sententiam est talis: Ego talis exprimendo, nomen, condōnem, vel officium, sentiens me grauari à tali, Romanam sedem appello. Postquam verò est lata sententia, appellatio sic debet formari. Ego talis indignus, cōtra sniam talis iniustè in me latam tali die Kalēdarium talis mensis ab incarnatione domini appello, & Aposto. peto. Hęc in decretis. 2. causa. q. c. Forma appellationis &c.

Appell.
fit ad
maiore
iudicē.

Tertiò principaliter circa appellationē considerare debemus superioris refugiū: nam appellatio semper debet fieri de minori iudice ad maiorem: nunquam autē ad parem, uel minorem. Qui autē à maiori iudice ad minorem appellauerit error ei nocebit, quia tunc sententia transibit

in rem iudicatam.

Quartò circa appellationem cōsiderare debemus deliberationis spaciū: nā æquitas iuris ita subuenit uni parti, q̄ altera non grauetur, & ideo tempus decem dierum concessit ad appellandum, quod sufficiens existimauit ad deliberandū an expediat appellare. Si verò nō esset determinatum tempus in quo appellare liceret, semper certitudo iudicij remaneret in suspēso, & ita pars altera damnaretur.

Quintò considerare debemus circa appellationem iterationis numerū. Sicut enim non est licitum post diem decimū appellare ut patet, ita semel, & bis tantū super eodem articulo licet cuilibet appellare: non tamen est concessum, ut tertio aliquis appellet super eodem. Cuius ratio est, quia non est probabile iudices toties à recto iudicio declinare. Hęc bea. Tho. secunda secundæ. q. 69. art. 3. in sol. 3. argum. per totum.

Appell.
fit post
decem
dies, &
sic fieri
potest.

Ascensio.

SUMMARIVM.

- 1 Conueniens fuit Christum ascendere in cælum.
- 2 Christus ascendit in cælum virtute propria.
- 3 Quomodo Christus super omnes cælos ascendit.
- 4 Christus ascendit super omnes cælos spirituales, idest Angelos.
- 5 Christus ascendit in cælum substantialē, idest vsque ad Dei æqualitatem.
- 6 Sedere, stare, & aitare ad dextris differunt.
- 7 Ascensio Christi in cælum fuit causa nostræ salutis.

CAP. I.



ASCENSIO Christi in cælum. Circa Ascensionem Christi in cælum quattuor considerare debemus. scilicet congruitatem, utilitatem. Primò considerare debemus congruitatem. Conueniens enim fuit, quod Christus in cælum ascenderet, & ex parte Christi, & ex parte nostri. Primò fuit conueniens Christum in cælum ascendere ex parte sui: quod probo duplici ratione scilicet, ratione proportionis, & præmonstrationis. Primò ratione proportionis locati, & loci sic: Locus debet esse proportionatus locato, & è conuerso: sed corpus Christi post resurrectionem fuit nobilissimum, quia uitam immortalem, & incorruptibilem habuit: ergo deberetur ei nobilissimus locus: locus autem, in quo nos habitamus, est locus generationis, & corruptionis: sed cælum empyreum est nobilissimus locus, & ideo non fuit conueniens, quod post resurrectionem maneret in terris: sed quod ascenderet in cælum empyreum. Secundò hoc idem probo ratione præmonstrationis, vel promissionis sic: In Christo præmonstrata est gloria resurrectionis, quæ membris eius promittitur: sed promittitur membris eius locus cælestis: unde lucifer cecidit: ergo sicut primus debuit resurgere propter resurrectionis gloriam præmonstrandam, ita primus debuit ascendere propter Ascensionis, & loci gloriam promittendam. Tertio hoc idem probo ratione præparationis loci: nam Christus ideo in cælum ascendit, ut nobis locum ostenderet, & uiam disponderet, Michæ 2. Ascendit pandens iter ante eos. Io. 14. Vado parare uobis locum, ubi ait Aug. Tunc enim locus paratur si ex fide uiuatur, creditus desideratur, ut desideratus habeatur. Vbi nota tria. Primum est quod Christus non ascendit in cælum propter indigentiam aliquam, eo quod post resurrectionem in Christo non erat, uel ex parte mentis, uel ex parte corporis imperfectio aliqua: & ideo Christus propter loci decentiam ut scilicet esset in loco decenti, in quo nondum quantum ad hu-

manitatem erat, & propter nostram indigentiam ascendit, ut pater.

Secundum est quod licet Christi præsentia corporalis fuerit subtracta fidelibus per eius ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus. Secundum quod ipse dicit Matth. ult. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Tertium est quod ipsa Ascensio Christi præsentia qua nobis suam præsentiam corporalem subtraxit magis fuit nobis utilis quam fuisset præsentia corporalis, immò eius præsentia corporalis in tribus nobis poterat esse nociua: quantum scilicet ad fidem, spem, & charitatem. Primò quantum ad fidem, quia uidentes eum in forma, qua erat minor patre non ita de facili crederent eum æqualem patri, ut dicit Gl. super Iohan. Secundò quantum ad spem: si enim Christus in cælum non ascendisset, non habuissimus spem illuc ascendendi. Tertio quantum ad charitatem, quia non eum solum spiritualiter, sed etiam carnaliter diligere mus cum eo corporaliter conuersantes, & hoc est de imperfectione dilectionis. Et ideo etiam ex parte nostri conueniens fuit Christum in cælum ascendere triplici ratione. Prima est propter augmentationem fidei, uel commendationem fidei, nam fides est de non uisis, ut igitur, qui non uiderunt Christum ascendere credant, & beatificentur, ut dicitur Ioh. 20. Beati qui non uiderunt, & crediderunt: qui uerò non crediderint de infidelitate Ascensionis arguetur, & condemnabitur, ideo Christus uoluit in cælum ascendere: unde Aug. super illo uerbo actum primo: Eleuatus est in cælum: sic ait: Ascensio Christi in cælum catholicæ fidei confirmatio fuit, ut securi postea crederemus. Secunda ratio quare Christus ascendit est propter eleuationem nostræ spei in cælum: per hoc enim quod Christus humanam naturam assumptam collocauit in cælo dedit nobis spem illuc perueniendi, quia ubi fuerit corpus illuc congregabuntur, & aquilæ: ut dicitur Matth. 24. & Ioann. 14. Si enim abiero, & præparauero uobis locum iterum ueniā, & assumam uos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Ecce spes, quam nobis dedit ascendendi in cælum, quæ spes ex parte Dei est infallibilis. Tertia ratio est pro-

Xps semper præsens.

præsentia Christi corporalis magis nociua fuisset.

Xps non ascendit in cælum propter indigentiam.

pter exactionem amoris: Christus enim ideo in celum ascendit, ut. s. nostrum amorem, & affectum in caelestia erigat: unde Aposto. ad Collo. 3. sic ait. Quae sursum sunt querite, quae sursum sunt sapite, non quae supra terram. ubi Ambr. in gl. sic ait. Quae sursum sunt, non tantum loco, sed merito querite, & affectu, & actu. Vel aliter secundum Aug. ibidem in gloss. Quae sursum sunt scilicet spiritualia, uel gloria eterna, & quae ad eam deducunt, ubi Christus est in dextera Dei sedens. i. regnans in aequalitate patris. Vbi. n. est thesaurus noster. s. Dei filius ibi debet esse, & cor nostrum. i. amor, desiderium, & intentio nostra, ut dicitur Math. 6. Et Ioha. 16. dicitur. Si. n. n. non abiero paraclitus non ueniet ad uos, si autem abiero, mittam eum ad uos, ubi Aug. sic ait. non potestis capere spiritum, quamdiu secundum carnem nosse persistitis Christiani: Christo autem ascendente corporaliter non solum spiritus sanctus, sed etiam pater, & filius illis affuit spiritualiter. Et B. Greg. ibidem sic ait. Si enim non abiero paraclitus non ueniet ad uos: ac si aperte diceret. Si ab intentionis uestrae oculis corpus non subtraham, ad intellectum uos inuisibilem per consolationem spiritus non perduco.

Est autem sciendum, quod ascensio Christi in caelum fuit dilata usque ad 40. dies, & hoc ad consolationem discipulorum, qui de morte Christi fuerant contristati, ut dicit gl. actu. 1. unde sicut. 40. horae fuerunt mortis Christi, ita 40. diebus est conuersatus cum eis post resurrectionem suam, ad ostendendum, quod consolatio diuina tristitiam humanam excedit: unde sicut dies se habet ad horam, & annus ad diem, sic diuina consolatio ad tristitiam temporalem. Hae. B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 22. art. 1. in cor. q. & in sol. 5. arg. & ibid. art. 2. q. 3. in cor. q. in fine, & iterum. 3. part. sum. quest. 57. art. 1. in cor. q. & in sol. arg.

C A P. II.

Secundo principaliter circa ascensionem considerare debemus ascendentis uirtuositatem: nam aliter est de Enoch: & Helia. & aliter de Christo, quia Enoch, in celum translatus est, sed Christus propria uirtute ascendit. Helias uero curru igneo subleuatus est, rationem huius. B. Grego. in Homelia ascensionis assignat dicens. Notandum, quod Helias in curru igneo legi-

ascendisse, ut demonstraret aperte, quod purus homo adiutorio indiget alieno, redemptor autem noster non curru nec angelis legitur subleuatus, sed uirtute propria ascendit in caelum, quia qui fecerat omnia uirtute super omnia ferebatur. Ad cuius euidentiam nota duo.

Primum est, quod ascendere, & descendere possunt accipi duobus modis. s. proprie, & re, & de improprie, uel methaphoricè. Primo possumus ascendere sunt accipi proprie prout ascendere, & descendere significant motum localem, ut descendere est motus a superiori ad inferius: ascendere uero est e conuerso: & sic non conuenit Christo secundum naturam diuinam, sed secundum naturam humanam, secundum quam descendit ad inferos, & ascendit in celum localiter: secundo modo possunt accipi improprie, uel metaphoricè, & sic conuenit Christo, & secundum naturam diuinam, & secundum humanam. Primo quidem secundum naturam diuinam dicitur descendere in quantum in carne apparuit: tunc. n. descendit, quando seipsum exinaniuit formam serui accipiens, ut dicit Apostolus ad Philip. 2. & dicitur ascendere secundum naturam diuinam, quantum ad notitiam aliorum populorum: secundo Christus secundum naturam humanam descendit secundum ignominiam passionis, ascendit uero secundum, quod exaltatus est ad gloriam resurrectionis. Hae. B. Tho. 3. scrip. sen. dist. 22. art. 1. in sol. 2. arg. Secundum est quod Christus propria uirtute ascendit in celum, eo quod ipse ascendit uirtute diuinitatis imperantis. Cuius ratio est, quia sicut anima participatione, & fructu deitatis fit beata, ut dicit Aug. super Ioh. ita corpus efficitur gloriosum, & immortale participatione aique: unde prima origo ascensionis Christi in caelum est uirtus diuina iuncta animae, & carni Christi. Secundo Christus ascendit in caelum uirtute animae glorificatae: corpus, prout uult, mouentis: licet. n. sit contra naturam corporis humani secundum praesentem statum, in quo corpus eo quod est corruptibile, non est omnino subiectum spiritui sursum ascendere, non tamen erit contra naturam, nec uiolentum corpori glorioso, cuius tota natura omnino est subiecta spiritui sursum ascendere, nam ex redundantia animae glorificatae glorificabitur corpus, ut Augusti. dicit ad Dioscorum. Et similiter tanta erit obe-

obediētia corporis gloriosi ad aīam beatā, ut ubi uolēt spiritus, ibi erit protinus corpus, nec uolet aliquid spiritus, quod nec spiritū posset decere nec corpus, sicut Aug. dicit. 22. de ciu. Dei. Decet autē corpus gloriosum, & immortale esse in loco cēlesti, ut patet c. præced. ergo Christus ascendit in cēlū ex propria uirtute, quæ est uirtus diuina, & propria uirtute, quæ ē animæ beatæ, ut patet Hæc B. Th. 3. parte su. q. 57. ar. 3. arg. cōtra, & in cor. q. & in sol. 2. arg. Sed fortē argues in oppositū. s. q. Christus propria uirtute non ascendit in cēlū tripliciter. Primò sic. Illud quod assumitur, & eleuatur ab alio propria uirtute non uidetur moueri, sed Christus assumptus est in cēlū, ut dicitur Marci ult. Dominus Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cēlum, & similiter eleuatus, ut dicitur act. 1. Vidētib. illis eleuatus est, ergo Christus uirtute propria non ascendit in cēlū, sed aliena. Respō. & dico, q. sicut Christus propria uirtute resurrexit, tamen est suscitatus a patre, eo q. est eadem uirtus patris, & filij, ita ēt Christus propria uirtute ascendit in cēlū. & tamē est assumptus, & eleuatus a patre, ibid. in sol. 1. arg. Secundo sic. Nubes suscepit eum, & portauit in cēlum: ergo propria uirtute non ascendit, sed uirtute nobis. Resp. & dico, q. nubes illa non præbuit adminiculum Christo ascendenti per modum vehiculi, sed apparuit in signum diuinitatis, secundum, q. gloria Dei apparebat super tabernaculū in nube, ibid. B. Th. ar. 4. in sol. 3. arg. Tertiò sic, Ille qui fertur per aliū, non mouetur uirtute propria, sed Christus fuit huiusmodi, in psal. Angelis suis Deus mandauit de te &c. glosa: Manibus angelorum Christus est subleuatus in cēlū, ergo nō uirtute ppria. Resp. & dico, q. aliquis dicitur ferri per alium duob. modis. Vno modo necessitate sustentationis, cum uirtus corporis non sit sufficiens ad se sustentandum, & mouēdum, & hoc modo Christus ab Angelis non ferebatur in cēlum, quia infinitæ uirtutis erat, quia Deus. Alio modo obsequio uenerationis, sicut rex a suis militib. fertur, & Papa a suis Episcopis: & hoc modo Christus in cēlum ab Angelis ferebatur: unde Leo Papa tractans illud

actu. 1. Eleuatus est in cēlū: sic ait. Cū audis Christū eleuatum in cēlum agnosce cēlestis militiæ obsequiū nō auxilium, seruitiū non subsidium, ministeriū non auditoriū. Hæc Alex. 3. parte su. q. 10. de Ascensione Christi in cēlū, ar. 2. in so. 2. arg. unde q. Christus propria uirtute ascendit in cēlum probo duplici auctoritate. Prima ē Isa. 36. dicentis. Iste formosus in stola sua gradens in multitudine uirtutis suæ. Quæ secundum gl. sic exponit: Iste formosus. i. Christus speciosus habitu humanitatis, gradens. i. ambulans super omnes cēlos in multitudine uirtutis suæ. Scda auctoritas est B. Aug. in sermone de Ascensione domini sic dicentis. De nostro fuit, q. filius Dei in Cruce pependit: de suo fuit, q. in cēlum ascendit. Hæc B. Tho. 3. parte sum. q. 57. ar. 3. arg. contra, & 2. in cor. q. in fine.

C A P. III.

TERTIO principaliter circa Ascensionem Christi considerare debemus sublimitatem: nā Christus sup oēs cēlos ascendit. Vbi nota, q. triplex est cēlū. s. materiale, spirituale, supersubstantialiale. Christus ergo ascendit super oēs cēlos materiales, & super oēs cēlos spirituales, & vsq; ad cēlum supersubstantialiale. s. ad æqualitatē Dei patris. Primò Christus ascendit super oēs cēlos materiales, & corporales, quod rationib. & auctoritatib. pbo. Et primo triplici rōne. s. gloriæ, continentiæ, & aīæ. Primò rōne gloriæ sic. Corpus quanto maiori refulget gloria tanto superiori sublimat loco, sicut corpus quārō formalius, tanto superius, sic corpus quārō gloriosius, tanto sublimius, sed corpus Christi oibus alijs corporibus maiori refulget gloria, ergo conuenientissimū est, q. in alto sit super oīa corpora constitutum. Scdò hoc idē probo rōne continentiæ sic. Continens superius est cōtento, sed corpus Christi ē in altissima parte supremi cēli. Sempy rei, nō sicut cōtētū in cōtinente: sed potius ecōuerso sicut cōtinentis in cōtento: ergo &c. Tertio hoc idē probo rōne animæ beatæ sic. Illud corpus est super oēs cēlos, cuius anima est beatior, sed aīa Christi est omnibus beatior: ergo &c.

Vbi nota, q^d corpus gloriosum, nō hēt ex principijs naturæ suæ, q^d possit esse in cēlo, aut supra: sed hoc habet ex anima, de qua recipit gloriam, ergo quantō anima fuerit beatior, uel gloriosior tantō corpus erit in loco superiori: unde & in psal. dicitur: Eleuata est magnificentia tua super cōelos: Quod uerbum exponitur tribus modis. Primō sic: Magnificētia idest filius tuus Deus homo Eleuata est: de terrena humilitate ad cōelos, uel super cōelos: ad litteram, ad dexterā Dei patris sedens. Secundō modo exponitur sic: Magnificētia tua idest fama, & gloria. Eleuata est: super eloquia scripturarum, quia excedit eloquia omnium. Tertiō sic: Eleuata est magnificentia tua. i. infinitas tuæ essentiaē eleuata est in incōpræhensibilitatem. Super cōelos. i. super omnes rationales creaturas. Hoc in Gl. ibid. & Apostolus ad Ephe. 4. Ascendit super omnes cōelos, ut adimpleret omnia. Hæc. B. Th. 3. parte sum. q. 57. art. 4. arg. contra, & in cor. q. in sol. arg. ibidem.

C A P. III.

SECUNDO Christus ascendit super omnes cōelos spirituales idest, super omnes creaturas intellectuales, & spirituales idest, super omnes Angelos, quod probo triplici ratione scilicet ratione perfectionis, unionis, humiliationis. Primō ratione perfectionis sic: Quāto aliqua res est nobilior, uel perfectior, tanto debetur ei locus altior: sed corpus Christi est omni creatura intellectuali nobilior, & perfectior: ergo est in loco superiori. Vbi nota, q^d corpus Christi licet considerando naturam siue conditionem naturæ corporeæ sit infra substantias spirituales, tamen considerando dignitatem unionis, qua corpus Dei est personaliter Deo coniunctum excellit dignitatem omnium substantiarum spiritualium, & idēdō super omnem spiritualem creaturam debetur sibi locus altior. Secundō hoc idēdō probo ratione unionis sic. Illud quod est magis unitum Deo, debet esse conuenienter in loco superiori: sed corpus Christi est magis unitum Deo, quam aliqua substantia spiritualis, quia in unitatem personæ, quod

non contingit de aliqua creatura intellectuali, uel spirituali, ergo &c. Tertiō hoc idēdō probo ratione humiliationis sic: Quāto magis aliquis se humiliat, tantō magis exaltari meretur: sed corpus Christi super omnia humiliavit se, quia usq; ad mortem, ut dicitur ad Phil. 2. ergo meritō sibi debetur locus superior: unde Apostolus ad Ephe. 1. sic ait: Cōstituit illum super omnē principatum, & potestatem, & super omne nomen, quod nominatur siue in hoc seculo, siue in futuro. Hæc Beat. Tho. 3. parte sum. 57. artic. 5. argumen. contra, & in corp. q. & in solu. ar. ibidem.

C A P. V.

TERTIO Christus ascendit in cēlum supersubstantiale idest, usque ad Dei æqualitatem: quod tali ratione ostendo. Qui sedet a dextris Dei ascendit usque ad æqualitatem Dei: sed Christus sedet a dextris Dei, ut dicitur Marci ult. Assumptus est in cōelum, & sedet a dextris Dei idest, in æqualitate beatitudinis cum patre: unde Aug. Beatus enim est in æquali beatitudine, quæ dextera patris uocatur. Ex quibus uerbis elicatur, q^d Christus est superior omnibus localitate, potestate, dignitate, æqualitate. Primo est superior omnib. creaturis corporalib. localitate. Licet enim Christus non ascenderit supra idest, extra oēs cōelos materiales, quia extra omnes cōelos non est locus, ut dicit Philoso. in primo cēli, & mundi: ascendit tamen super omnes cōelos materiales, quia in altissimam partē cēli empyrei ascendit, ut dicit B. Th. 3. scrip. sent. dist. 22. art. 3. in solu. 1. arg.

Christus quō sit superior omnibus.

Secundō Christus est superior omnibus creaturis corporalibus, & spiritualibus potestate. Psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quod omnia subiecit nihil dimisit non subiectū ei: ergo non solum creaturam rationalem, immo omnem aliam etiam irrationalem: Et dicit: Sub pedibus eius idest, sub humanitate eius; sicut enim pes est inferior pars corporis, ita in Christo inferior natura ē humanitas cui omnia sunt subiecta: ergo & ipsi homini Christo omnia subsunt, quia etiam Angeli huma-

nitatē Xpi adorāt. Hæc Amb. in Gl. ibid.

Tertio corpus Christi est superius omnibus dignitate: unde ad Heb. i. Excelsior cœlis factus. Glo. i. omni rōnali creatura, eo q̄ corpus Christi est unitū diuinitati: quæ quidem unio est excellentissima, qua nulla maior potest cogitari in creatura: ergo oportet, q̄ suus locus sit superior omni creatura corporali, & spirituali. Hæc Alex. 3. parte sum. q. 4. art. 6. & 7. in cor. q. Quarto Christus est superior omnibus deitatis æqualitate: unde ad Hebr. i. sic dicitur: Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Quæ

Quid si
gnificet
sedere,
cum de
Christo
dicitur.

verba Hier.in Gl.exponens ait:Sedet.i.
quiescit,& regnat sublimatus ad dexte-
ram maiestatis.i.ad æqualitatem patris:
& locatus non in paradiso: unde Adam
cecidit, sed in excelsis loco, & dignitate:
vnde per hoc, q̄ dicit: In excelsis non cō-
cludit in loco Deum, sed ostendit homi-
nem Christum esse omnibus altiore,
& eminētiore, quia in dextera patris,
hoc est in æqualitate deitatis, honoris,
& potestatis: Est autem sciendum, q̄ no-
men sessionis significat duo. s. quietem
secundum illud Lucæ vlt. Sedete hic in
ciuitate: nā qui sedet quiescit: & regnū,
vel iudiciariam potestatem, secundum
illud prou. 20. Rex qui sedet in solio iu-
dicij dissipat omne malum intuitu suo.
Hæc duo conueniunt Christo. Primò. n.
conuenit Christo sedere ad dexterā in-
quantū ipse æternaliter manet, & quie-
scit incorruptibilis in beatitudine patris
quæ est eius dextera secundū illud psal.
Delectatiōes in dextera tua usq; in finē.
Scdò Christo conuenit sedere in dexte-
ra patris, inquantū Christus conregnat
patri, & ab eo habet iudiciariam potesta-
tem, ut patebit infra. Hæc Bea. Thom. 3.
parte sum. q. 58. art. 1. in cor. q.

Similiter nomine dexteræ tria possu-
mus intelligere. scilicet æqualitatē deitatis, su-
blimitatē felicitatis, auctoritatē iudicia-
riæ potestatis. Primò. n. dextera signat q-

Quid si
gnificet
in Chri
sto sede
re ad
dexterā.
qualitatē deitatis, & hoc modo Christo
inquantū Deo, uel Dei filio conuenit se
dere ad dexterā patris, non per aliquam
unionem, uel assumptionem, sed per æ
ternam originem: unde Ioh. Damasc. sic
ait: Dexteram patris dicimus gloriam, &
honorem deitatis, in qua Dei filius ex-

titit ante sæcula, vt Deus, & patri cōsubstantialis. Secundò dextera significat fēlicitatis sublimitatē, & hoc modo Christus, secundum q̄ homo sedet solus ad dexteram patris. s. in maiori beatitudine, & hoc est esse in potioribus bonis, inquantum Christus secundum naturam humanam fuit gratia copiosior, & gloria beator præ cæteris creaturis alijs: vn de August. in symbolo sic ait: Sedere ad dexteram patris, habitare intellige: sic dicimus de quocunq; homine: In illa patria sedit. i. habitauit per tres annos. Sic ergo credite Christū habitare in dextera Dei patris: beatus. n. est & ipsius beatitudinis nomē est dextera patris. Vel dextera significat æqualitatē honoris, & sic secundū q̄ homo propter unitatē suppositi diuini sedet ad dexterā Dei patris, secundū æqualitatem honoris, inquantum eodem honore ueneratur quis filium Dei cum eadem natura assumpta, vt patet sup. Adoratio.

Tertiò signat dextera auctoritatem iudicarię potestatis, & sic soli Christo inquantum Deo, & inquantum homini conuenit sedere ad dexteram patris. Primò conuenit Christo inquantum Dei filio sedere ad dexteram patris idest, iudiciaria potestas: unde Ioh. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Secundò conuenit Christo inquantum homini. Ita dicitur Ioh. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Aug. in symbolo, & in sermone de symbolo sic ait: Ipsam dexteram intelligere potestatem quam accepit ille homo susceptus a Deo, ut ueniat iudicaturus qui prius uenerat iudicandus. Hęc Beat. Thom. 3. parte sum. quęst. 58. artic. 2. & 3. in cor. quęst. Requi. infra Iudicium futurum, quomodo conuenit Christo, & inquantum Deo, & inquantum homini. Requi. ibidem.

C A P. VI.

AD maiorem tamen evidentiam c.
 preced. est secundum, q̄ ista quat-
 tuor differunt inter se. s. sedere à dextris,
 esse a dextris, stare a dextris. Primò. n. se-
 dere ad dexteram patris conuenit soli
 Christo: qđ dupliciter p̄bo. s. auctorita-
 te,

rè, & rōne. Primò auctoritate Marci vlt. Dñs, quidē Iesus postquam locutus est eis, ascendit in cœlum, & sedet a dextris Dei. Secundò hoc idem probò rōne sic: Dexterā est nobilissima pars corporis, vnde qui alteri ad dexterā sedet nobilissimè ei coniungit, nobilissimus autē modus quo aliquis patri coniungitur, uel est nobilissimus simpliciter, & sic est æqualis patri, & hoc conuenit soli Deo filio secundū naturam diuinam, uel est nobilissimus quantum est possibile creaturæ, & hoc est coniungi in unione psonæ filij eius, & sic conuenit Christo sedere ad dexteram patris secundū naturam humanam, ita q̄ sedere ad dexteram patris, uel est esse æqualē patri in natura, & hoc conuenit soli Dei filio secundum diuinam naturam, uel dicit vnionem in persona filij sui, & sic conuenit soli Christo secundum naturam humanā: sessio autem significat firmitatem illius coniunctionis. Hæc B. Thom. 3. scri. sent. di. 22. art. 3. q. 2 in cor. q. per totum.

Scdò esse a dextris significat, uel est idē quod esse in beatitudine, non quidē per modū æqualitatis naturæ, uel unitatis psonæ, uel Potestatis iudiciariæ connaturalis, & propriè, quia hoc est sedere ad dexteram patris, quod nulli cōuenit alij creaturæ a Christo: unde ad Hebr. 1. Ad quem Angelorum dixit aliquando Deus, sede a dextris meis q. d. nulli, ut patet supra immediatè. Sed esse ad dexterā patris est habere, uel participare beatitudinē a Deo patre: & hoc conuenit oībus sanctis. Nā omnis sanctus, qui est in beatitudine est ad dexterā constitutus: ut dñr Matth. 25. Statuet oues quidē a dextris eius, hædos autem a sinistris. Origenes: Dexterā Dei est æterna requies, uel beatitudo, uel gloria sanctorū. Hæc B. Tho. 3. parte sum. q. 58. ar. 4. in sol. 2. arg.

Tertiò stare a dextris est pugnantis, uel adiuuantis: vnde Gre. in Ho. de Ascensione Dñi dicit, q̄ differētia est inter sedere, & stare, quia sedere est iudicantis, stare verò pugnantis, uel adiuuantis. Stephanus verò in labore certaminis positus Iesum stantē uidit qui adiutorē habuit: sed hunc post Ascensionē Marcus sedere describit, quia post assumptionis suæ gloriā iudex uidebit. Hæc B. Tho. 3.

parte sum. vbi supra. art. 1. in sol. 3. arg.

Quartò astare a dextris Dei cōuenit beatæ uirgini: vnde in Psal. Astitit regina a dextris tuis, &c. Non tamen dicitur beata uirgo sedere a dextris Dei. Cuius ratio est, quia licet beata uirgo sit super omnes Angelos exaltata, non tamen est eleuata vsque ad æqualitatem Dei ad vnionem in persona, ut Christus, & idē non dicitur sedere ad dexterā, sicut Christus, sed astare a dextris, in quantum honor filij aliquo modo participatiuè, & non plenariè redundat in ipsam, in quantum beata uirgo dicitur mater Dei, sed non Deus. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dif. 22. q. 3. in sol. 3. arg. Patet igitur ex prædictis differentia quattuor prædictorum scilicet sedere, eē, stare, astare a Dextris: Nam sedere est quiescentis regnantis iudicantis, quæ conueniunt soli Christo. Esse a dextris est beatitudinem habētis, quod conuenit omni sancto, qui est in patria. Stare a dextris est pugnantis, uel adiuuantis, ut patet de beato Stephano, uel de aliquo in labore certaminisposito. Astare a dextris est singularem honorem participantis præ alijs creaturis, quod conuenit beatæ uirgini in quantum ipsa dicitur, & est mater Dei.

C A P. VII.

QUARTO & ultimo principaliter considerare debemus Ascensionis utilitatem: nam Ascensio Christi fuit causa nostræ salutis specialiter quattuor modis, scilicet locum præparando, Deum interpellando, effectum perficiendo, dona largiendo. Primo Ascensio Christi fuit causa nostræ salutis, & Ascensionis in Cœlum locum præparando. Naturaliter enim uidemus, quod caput membra sua, & præcedit, & dirigit, membra autem sequuntur, & illuc uadunt, quo caput præcessit: sed Christus est caput nostrum, & nos membra, ergo oportuit, ut nos præcederet, & viam præpararet. Ita dicit ipse: Vado parare uobis locum. q. d. Si nō vnusquisq; præpararet sibi locum ex proprijs operibus uado parare uobis locum. Et subdit causam: Vt ubi ego sum, tãquā caput. Et vos sitis, tanquā mēbra, quia mēbra nūquam

quam debet esse a suo capite separata. Et Micheæ 2. Ascendit p̄dēs ante eos. Aug. Via tibi facta est ipse Saluator, surge & ambula, habes quo eas, noli pigrescere. Et Greg. in homel. de Ascensione sic ait: Oportet fratres charissimi ut illuc erigamus corda, ubi Christum credimus corpore ascendisse, et si adhuc hic tenemur infirmitate corporis, sequemur tamē eū passib. amoris, quia is qui placidus ascendit terribilis redibit. Secunda Ascensio Christi est causa nostræ salutis, & Ascensionis in cælum, Deum pro nobis interpellando. Sicut. n. in ueteri testamento Pontifex intrabat sanctuarium, ut assisteret Deo pro populo, ita et Christus intrauit cælum ad interpellandū p̄ nobis, ut dicitur ad Hæb. 9. Ipsa enim repræsentatio sui ex natura humana, quā in cælū intulit est quædā interpellatio pro nobis, ut ex quo Deus humanā naturā sic exaltauit in Christo, etiam eorum miseratur pro quib. filius Dei humanā naturā assumpsit: unde Ber. in quodam sermone sic ait: O homo securū accessum habes ad Deū, ubi mater ante filium, filius ante patrem: mater ostēdit filio pectus, & ubera: filius ostendit patri latus, & vulnera: unde non potest esse ulla repulsa, ubi tot concurrūt charitatis, & pietatis insignia.

Tertiò Ascensio Christi est causa nostræ salutis effectum perficiēdo vel adimplendo: nam bona gloriæ, quæ Christus p̄ suam passionem, & resurrectionem nobis meruit, oportuit, q̄ per suam Ascensionem in cælum perficeret, uerbi gratia Bona gloriæ in tribus consistunt.

Primò in uisione deitatis, quæ est beatitudo animæ, & hoc bonū p̄ effectū contulit. scilicet ad inferos descendēdo: nam descensio Christi ad inferos fuit cā nostræ gloriæ quātū ad cōtēplationem diuinitatis, nam ibi illuminauit hos qui in tenebris, & in umbra mortis sedebant. Secundò bonum gloriæ consistit in gloria, uel docte corporis, uel in uisione humanitatis Christi: & hoc bonum inchoauit in sua resurrectione, quæ fuit causa gloriæ corporis. Tertiò bonum gloriæ consistit incongruitate loci superioris, & iocunditate societatis: & hoc nobis prestitit, uel contulit in sua Ascensione: & sic Ascensio Christi fuit cā nostræ Ascensionis in cælum.

unde Aug. in sermone de Ascensione sic ait: Mors Christi uiuificat nos. scilicet merito, resurrectio exerit. Ascensio inuexit: unde Apost. ad Ephe. 4. sic ait: Ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia: quod exponitur tribus modis. Primò sic: Ascendit ut adimpleret omnia, quæ in lege, & prophetis erant prædicta, ut dicit Gl. Secundò modo sic: Ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia. i. hominem, qui habet communionem cum omnib. & quodammodo est omnia, ut Greg. dicit. Adimpleuit ergo in sua Ascensione omnia. i. hominem. Tertiò modo sic: Ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia donis, & gratia spiritus sancti, secundum Gl.

Quartò Ascensio Christi est causa nostræ salutis dona largiendo: tunc. n. animas sanctorum, quas de inferno eduxerat in cælum traduxit, secūdū illud Eph. 4. Ascendens Christus in altum, captiuā duxit captiuitatem. scilicet eos qui fuerunt capti a diabolo secum duxit in cælum quasi in locum peregrinū humanæ naturæ, ut puta per uictoriam acquisitos, & subdit, Dedit bona hominib. Aug. in Glor. Dedit don. i. spiritū sanctum, qui est donū Dei. Et dicit dona non donum, quia per donum, quod est spiritus sanctus multa dona donauit, nobis. Hæc Beatus Thom. 3. part. sum. q. 59. arti. 6. in cor. q. & iterum 3. scrip. sen. dist. 22. art. 1. in sol. 3. arg.

Sed argues fortē in oppositū. scilicet q̄ Ascensio Christi non est causa nostræ Ascensionis in cælum, nec per consequens nostræ salutis tali ratione. Quicūq. ante Ascensionem Christi in cælo, uel paradiso fuit, per Ascensionem Christi non ascendit in cælum, nec per consequens saluatus fuit in paradiso: unde Lucæ 23. dicitur, q̄ dominus in cruce pēdens dixit latroni. Hodie mecum eris in paradiso: ergo &c. Respondeo & dico, q̄ illud uerbū Hodie &c. nō intelligitur de paradiso corporali. scilicet terrestri, uel celesti, sed de paradiso spirituali, in quo dicūtur eē qcūq. Dei uisione fruuntur: unde latro loco quidē cū Christo ad infernum descendit, ut cū Christo esset: & ideò latro tūc in paradiso nō fuit quo ad locum: sed solum quō ad premiū, q̄ ibi fruebatur diuinitate Christi, sicut etiam

Bona gloriæ in quibus consistant.

Oppositio.

etiam alij sancti, qui erant etiam ibi. In Ascensione autem Christi in cælum latro, & alij sancti qui detinebantur captiui, & quo ad præmium, & quò ad locum ascenderunt in cælum, & propterea dixit dominus Iohan. 16. Expedit uobis, ut ego vadam. i. ut recedam a uobis per Ascensionem, tum propter donorum largitionem, tum propter captiuorum redemptionem, & in cælum deductionem. Hæc B. Tho. 3. part. sum. q. 52. art. 4. in sol. 3. arg.

Auaritia.

S V M M A R I V M.

- 1 Auaritiæ diffinitio.
- 2 Auaritia quocunque modo sumatur semper est peccatum.
- 3 Auaritia non semper est peccatū mortale.
- 4 Auaritia opponitur æquitati, charitati, pietati, liberalitati, & prodigalitati.
- 5 Auaritia an sit maximum omnium peccatorum.
- 6 Auaritia septem peccata producit.
- 7 Quis magis peccet, auarus, plus habens, & amittit, an minus habens.

C A P. I.



AUARITIA. Circa auaritiam quinque considerare debemus scilicet quidditatem, qualitatem, grauitatē, quātitatem, & causalitatē. Primò circa auaritiam considerare debemus quidditatem, nam auaritia, uel cupiditas aliquando est speciale peccatum, aliquando est generale peccatum, uel genus omnis peccati. Primò enim est auaritia specialis, quæ est speciale peccatum. & talis sic diffinitur: Auaritia, uel cupiditas est inordinatus amor, uel appetitus pecu-

nix. Vnde Isido. in libro etymo. dicit, quod auarus dicitur quasi auidus erit. Secundò est auaritia generalis, & generale peccatum quo ad omnia: & talis a Beato Greg. in quadam Homel. sic diffinitur. Auaritia est appetitus inordinatus non solum pecuniæ, sed etiam sciētix, & altitudinis, & cuiuscunque boni temporalis, cuius præmium potest pecunia mensurari cum supra modum ambitur. Et August. 11. super Genes. ad litteram dat de auaritia talem distinctionem dicens. quòd est auaritia generalis, & specialis. Ratio autem huius distinctionis est, quia cum auaritia sit inordinatus amor habendi, vel retinendi; quodcunque bonum, sicut habere, uel retineri potest sumi dupliciter, scilicet communiter, & specialiter, ita auaritia potest esse generalis, & specialis. ut ex diffinitionibus patet. Tertio auaritia, uel cupiditas non est peccatum, sed pœna, & radix peccati, prout auaritia est quædam inclinatio naturæ corruptæ ad bona corruptibilia temporalia, & transitoria inordinatè appetenda, dicit. n. Apost. 1. ad Thimo. vlti. quod radix omnium malorum est auaritia, seu cupiditas, eo quod cupiditate, uel auaritia, ut frequentius mala, & peccata alia oriuntur ad radicis similitudinem, quia sicut radix toti arbori alimentum præstat, sic homo per diuitias facultatem acquirit quodcunque peccatum desiderandi, uel perpetrandi. Sed fortè ex hoc sic argues: Si auaritia est appetitus inordinatus non solum pecuniæ, sed etiam scientiæ honoris, & cuiuscunque alterius boni, cum superbia sit inordinatus appetitus scientiæ, & honoris, sequitur quod superbia sit idem peccatum, quod auaritia: sed hoc est falsum, quia superbia, & auaritia sunt distincta peccata: ergo prædicta diffinitio generalis data de auaritia non est bona. Respondeo & dico quod superbia, & auaritia dupliciter differunt. Primò, quia superbia est appetitus inordinatus excellētix in sciētia, & pecunia, & in alijs. Auaritia uerò, uel cupiditas est inordinatus appetitus sufficientiæ in pecunia, uel scientia, uel huiusmodi. Vel superbia est inordinatus appetitus præcellendi in honoribus, scientia, uel pecunia, uel huiusmodi. Auaritia uerò est inordinatus appetitus acquirendi, uel retinen-

Differētia inter superbiā & auaritiā.

di prædicta: Secundo differunt superbia, & auaritia, q̃a superbia respicit peccatū ex parte auersionis à Deo, cuius præcepto superbus subdi recusat. Auaritia verò respicit peccata ex parte cōuersionis ad cōmutabile bonum. Eccl. 10. & ideo supbia dicitur esse ex parte auersionis à Deo: ex eo. n. quòd superbus recusat subdi Deo, omnia peccata facit. Auaritia verò ex parte inordinatæ conuersionis ad bonū commutabile dī esse radix omnis peccati, vt per Aposto. patet. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 118. artic. 2. in cor. q. & prima secundæ. q. 84. art. 2. in cor. q. & 2. Icrip. sent. dist. 22. art. 1. in solu. 7. argu. & irerū in q. disput. de malo. q. de auaritia. arti. 1. utrum auaritia sit speciale peccatum, uel generale, in cor. q. in principio. & Alexan. 2. parte sum. q. 42. articu. 1. in cor. q.

CAP. II.

Secundo principaliter circa auaritiā considerare debemus qualitatem. Nam auaritia, uel cupiditas siue accipiat specialiter prout est respectu pecuniæ, siue accipiat generaliter prout est respectu cuiuscunque boni temporalis quod potest pecunia mensurari semper est peccatum, quod dupliciter probo, scilicet ratione, & auctoritate. Primo ratione sic. In quibuscunque rebus bonum in debita mensura consistit necesse est in eis prouenire malum per excessum, uel defectum illius mensuræ: unde cum bona temporalia ad aliquem finem sint ordinata, necesse est, quòd in eis accipiat mensura prout conuenit fini, ad quē bona huiusmodi sunt ordinata, sicut medicina sanitate commensurari debet. Bona autem temporalia debēt appeti acquiri, & teneri prout necessaria sunt ad conseruationē uitæ, & iō excessus, uel defectus appetitus huiusmodi, est peccatum: unde formo sic rōnem. Appetitus inordinatus. s. cuiuscunq; boni tēporalis supra modū debitum, uel mensuram. i. supra id, quod necessariū est ad uitā est peccatum, sed auaritia est inordinatus modus habendi, uel inordinatus appetitus acquirēdi pecunias, & alia bona temporalia: ut patet ex diffinitione posita. c. præce. ergo auaritia

est peccatū. Secundo hoc idē p̃bo auctoritate psal. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Ex quo talem rōnem formo. Illud q̃ prohibet a Deo est peccatū, sed inordinatus amor habendi, & inordinatus appetitus diuitias acquirēdi, & cōseruandi p̃hibet a Deo, ut patet auctoritate ps. Diuitiæ si affluant nolite cor apponere. gl. Vos qui diuitijs redūdatis tanquam de pleno fonte curretis. Nolite cor apponere. i. appetitū, & affectū inordinatū, uel nolite sperare in incerto diuitiarū. Aug. Nō dicit diuitias nolite hēre, sed cor apponere: nō, n. damnat diuitias, ex quib. mere mur cēlū, sed prohibet cor apponere. i. inordinatē eas diligere, & in eis confidere, q̃a nihil est uanius, & iniquius eo qui putat plus valere nummū quā Deū: unde Aug. ibi. Nōne uides, q̃ sibi cor appōueris, si tu affluas? Vbi nota, q̃ aliud est diuitias amare, & nō habere, aliud hēre eas, & nō amare: aliud nec hēre, nec amare, aliud amare, & habere. Primò. n. amare diuitias, & nō habere est uanū, & infructuosū. Eccl. 5. Qui amat diuitias. s. nimis fructus nō capiet ex eis. Rō huius est quia fructus nō capit nisi de eo qd prius seminat, sed qui inordinatē amat diuitias nō sustinet inde benefacere sibi, ut dicit gl. ergo minus alijs. Secundo habere diuitias, & non amare est laboriosum. Eccl. 31. Beatus vir. s. diues qui inuentus est sine macula. s. inordinati amoris adeptionis conseruationis. Et qui post aurum non abiit, scilicet mente, & corpore, vt auari qui ubi quē terrarū, immo etiam sub terra sequuntur aurum, & nō Deum. Sed quis est hic, & laudabimus eum? &c. Tertiò nec habere diuitias nec amare est perfectum. Pro. 30. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar, mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, sed tribue tantum uictui meo necessaria, quasi dicat mendicitatē. i. egestatem tantam propter quam ducat ad impatientiā, uel furtū faciam, uel qd cunque peccatum mortale committās. Et similiter diuitias, superfluas, quia diuitiæ, vt frequētius suos possessores peruertūt, incrassatus ē dilatatus, & recalcitrauit, iō hæc ne dederis mihi, sed tantum uictui meo tribue necessaria. Seneca: Non est pauper cui quantulumcunq; paruum est, satis est. Et subdit. Superflua habere cupiditatis

ditatis est, necessaria habere infirmitatis, oīa relinquere pfectionis. Quartò habere diuitias, & amare plus quàm Deum scilicet uel cōtra Deum periculosum est, & perniciosum: tales. n. non solum difficile, immo impossibile est, intrare in regnū cēlorum: vbi Hiero. sic ait. Secundū hoc nullus diuitum saluus erit. Et subdti: Rectè ergo cameli diuitibus comparantur quia sicut cameli cū deposuerint gibbū, & grauem sarcinam ponderum, per foramen acus, idest per angustam, & artam viam intrare, & transire possunt, ita superbus, & diues si dimittat gibbum. i. amorē inordinatum diuitiarum, & sarcinā peccatorum tunc facile intrabit per artam viam in regnum cēlorum.

Auarus tripliciter peccat.

Est autem sciendum, q̄ avarus tripliciter peccat. s. in proximum, in seipsum, & in Deum. Primo peccat in proximum. s. cum plus debito acquirit, & conseruat pecunias, & alia bona temporalia in damnum uel nocumentum alterius. Cum. n. bona temporalia non possint simul possideri à multis non potest vnus homo in bonis temporalibus superabundare nisi alter deficiat: & secundū hoc avaritia est directè peccatū in p̄ximum, vt patet. Secundò avaritia est peccatum hominis in seipsum, quia p hoc peccatū deordinatur eius affectus, licet principaliter nō deordinetur corpus sicut p uitia carnalia. Tertiò avaritia est peccatū hominis in Deū sicut, & omnia peccata mortalia in quantum avarus propter bonum temporale contēnit bonum æternum. s. Deum. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 118. art. 1. in cor. q. & in solu. 2. arg. per totum.

C A P. III.

Tertio principaliter circa avaritiam considerare debemus grauitatem, an scilicet avaritia sit peccatum mortale an ueniale, & quando. Et quantum ad hoc respondeo, & dico, quòd avaritia aliquando est peccatum mortale, aliquando ueniale. Primò enim dico, quòd avaritia est peccatum mortale: quod probo triplici rōne, primo ratione æquitatis quā offendit. secundò ratione charitatis quam excludit, tertio rōne finis quem peruerit. Primò avaritia est peccatum mortale

rōne æquitatis, quam offendit sic. Ad avaritiam pertinet, quòd aliquis iniuste accipiat, & retineat manifestè, uel occultè res alienas in damnum proximi, qd pertinet ad rapinam, uel furtum, sed hæc ex suo genere sunt peccata mortalia: ergo, & avaritia, nā ex debito legali tenet q̄s sua bona pauperib. erogare, & hoc in duob. casibus, scilicet propter periculum necessitatis, uel propter superfluitatem habitorum, quod si nō facit mortaliter peccat. In his casibus loquitur Basilus dicens: Panis famelici est quem tu tenes: nudi tunica quam conseruas: indigentis argētum quod possides, & subdit. Quo circa tot iniuriarum quot exhibere ualeres. Ex quo verbo confirmo, q̄ avaritia est peccatum mortale alia rōne sic. Iniuriari alteri est peccatum mortale, quia contrariatur dilectioni proximi, sed talis ex avaritia in dictis casib. proximo non subueniens iniuriatur ei: vt dicit Basilus. Quo circa tot iniurias quot exhibere ualeres, ergo avaritia est peccatum mortale.

Secundo avaritia est peccatum mortale rōne charitatis, quam excludit. Si. n. tantum amor diuitiarum crescat, quòd charitati p̄feratur, vt. s. p̄p amorem nimium diuitiarum aliquis non uereatur facere cōtra amorem Dei, & proximi, sic avaritia erit peccatum mortale. Et in hoc casu loquitur Chryso. dicens. Tenebra animæ est pecuniarum cupido. Ex qua auctoritate facio rōnem talem. Nullus excecatur spiritali cecitate nisi per peccatum mortale quod priuat animā lumine gratiæ, sed cupido diuitiarum secundum Chryso. p̄prie obtenebrat animam qñ excludit lumen charitatis præferendo amorem diuitiarum amorī diuino: ergo &c. vnde 1. Iohan. 3. sic dicitur. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum

Exponitur illud 1. Io. 3. qui habuerit substantiam.

Expositor. Qui habuerit substantiam &c. Substantia huius mundi intelligitur superfluum non necessarium, nam quilibet tenetur ad erogationem superflui. Qui uero tantum necessarium habet nō tenetur dare, quia plus tenet sibi quàm alteri, & p̄p̄inquis, quam extraneis. Dicuntur autē diuitiæ substantia mundi à sustentando, quia debet sustentare nō dominari,

vel

uel dicuntur substantia à subsistendo, quia debet diligi ad sustentationem non ad superfluitatem, uel uoluntatem. Et subditur. Et uiderit fratrem suum necessitatem, uel maximam, uel extremam habere. Et clausit uiscera sua ab eo, quantum ad effectum, idest non subuenerit sibi, uel clausit &c. sibi retinens quod ex charitate debet alteri subuenire, uel clausit: non dicit, non dedit, sed clausit, quia si non teneretur dare oportet tamen compati. Augusti. Si nondum es idoneus mori, profecto idoneus esto dare, de facultatibus tuis fratri percutiat uiscera tua charitas, ut non de iactantia, sed facias de intimo adipe misericordie. Et subiungit. Quomodo caritas Dei manet in eo? qui non compatitur fratri, suo, quasi dicat, non manet. Cuius ratio est, quia mandatū habemus à Deo, ut qui diligit Deum diligat, & fratrem suum: ut dicitur. 1. Ioan. 4. Qui autem non compatitur fratri necessitatem habenti, non diligit eum: & si non diligit fratrem quem uidet, Deum quem non uidet non diligit ut ibidem subditur, unde non dare non est signum, quod non habeat caritatem, sed non compati est signum. Hec. B. Thom. secunda secundæ. q. 118. art. 4. in cor. q. & in solu. 2. & 3. arg.

Tertio auaritia est peccatum mortale ratione finis quem peruertit sic. Amor, uel desiderium non est nisi boni: ergo sicut duplex est bonum, scilicet bonū propriè, & principaliter dictum, sicut bonū quod est finis, & bonum secundum quid, & non bonum principale sicut bonum, quod est ad finem, ita duplex debet esse amor, scilicet principaliter, & per se boni quod est finis, & secundo, uel consequenter boni, quod est ad finem. Auaritia igitur prout est amor inordinatus, uel desiderium inordinatum temporalium bonorum, ita quod in eis ultimus finis constituitur semper est peccatum mortale. Cuius ratio est, quia auerti ab incommutabili bono est peccatum mortale, sed conuertere ad quodcūque bonum creatū sicut ad finem facit auersionem à bono incommutabili, quod debet esse ultimus finis, eo quod non possunt esse plures ultimi fines: ergo auaritia in quantum bonis temporalibus fruitur semper est peccatum mortale: unde congregare, uel conseruare

bona temporalia spectat ad auaritiam, & est peccatum mortale dupliciter, uel quia congregantur, uel conseruantur contra iustitiam, uel si non contra iustitiam congregantur neque conseruantur, tamen per amorem in eis finis ultimus constituitur. His enim duobus modis auaritia est peccatum mortale. Propter quod dicit Abacuc. 2. Væ ei qui multiplicat non sua. Hec. B. Thom. in q. dispu. de malo. q. de auaritia. art. 2. utrum auaritia sit peccatū mortale, in cor. & in solu. 3. argu. in contrarium facti.

Secundò auaritia est peccatum ueniale duobus modis. Primò cum bona temporalia etsi nimis amantur, & nimis sollicitè procurantur, non tamen amor Dei & proximi præferuntur, & sic in eis finis ultimus non constituitur. Secundò cum contra iustitiā in damnum proximi non procurantur. unde quidam sunt qui ad hoc amant bona temporalia, ut terrenis negotijs sint implicati, ita tamen quod cor eorum à Christo non recedat, & nihil Christo præponat nec temporalia bona acquirendo, & tenendo proximo iniustitiam faciant. De talibus enim loquitur Apostolus, 1. ad Corint. 3. Si quis super ædificat ligna fenum, & stipulam saluus erit sic quasi per ignem. Quæ uerba Augusti. in glo. exponens dicit: Si quis super ædificat ligna, fenum, & stipulam quæ sunt peccata minima, quia uenialia, talis saluus erit sic quasi per ignem. Vel per ignem præsentis tribulationis, ut Aug. ibidem: Si urit eum amor amissorum, non tamen subuertit eum, neque consumit fundamentum stabilitate, & incorruptione munitum, quia amissa non præfert Deo. Vel per ignem futuræ purgationis, nam ignis purgatorij talia peccata minima, scilicet, uenialia facillimè consumit, & purgat, eo quod affectus talium etsi sit superfluous, non tamen est adeo malus, ut destruat fundamentum fidei, qua per dilectionē operatur. Sic igitur prædictis modis auaritia est peccatum ueniale. Hec B. Thom. secunda secundæ quæst. 118. artic. 4. argu. contra, & in corp. q. ibidem: & iterum in quæst. dispu. de malo: quæst. de auaritia, artic. 2. utrum auaritia sit peccatum mortale, in cor. q. in fin.

Auari-
tia ē pec-
catū ue-
niale.

CAP. IIIL.

AD Maiorem tamen euidentiā est sciendum, q̄ peccatum auaritiæ cōtrariatur æquitati, charitati, pietati, liberalitati, & prodigalitati. Primò enim contrariatur æquitati, scilicet iustitiæ, quæ tenet medium inter superfluum, & diminutum: auaritia autem excedit in accipiendo, & deficit in dando. Quod autem aliquis minus habeat quàm sibi debetur, hoc non est iniustum facere, sed iniustum pati, quod minus est, quàm culpa. Sed q̄ aliquis superabundet in accipiendo, uel retinendo vltra debitum iustitiæ, malitia quædam est, & ad auaritiam pertinet: unde auaritia quā quis contra iustitiā inordinate appetit, acquirit, & retinet bona temporalia in damnum, uel nocumentum proximi: & sic ex suo genere est peccatum mortale, sicut furtum vel rapina.

Secundò auaritia opponitur charitati, eo q̄ auaritia est amor inordinatus boni temporalis, vt finis, & sic præfertur charitati quæ solum Deum tanquam vltimum finem amat, & ideò auaritia est peccatum mortale, sicut quodlibet aliud peccatum mortale, inquantum constituit finem vltimum in bono creato. Tertiò auaritia opponitur pietati, & tunc est peccatum mortale in illo casu in quo aliquis tenetur bona sua pauperibus erogare, putà cum ei superfluit, & necessitas cogit, secundum illud Luc. 11. Quod superest date &c. quod si non fit: auaritia talis est pietati contraria. Licet. n. non accipere alienum secundum se consideratum non habet rationē culpæ: tamen non accipere ea quæ ab alijs dantur sub hac intētionē ne ipsi, alijs dare cogantur, hoc est vituperabile, & peccatum ad auaritiam pertinens. Hæc Bea. Thom. secunda secunda. q. 118. artic. 4. in cor. q. & iterum in q. dispo. de malo. q. de auaritia arti. 2. vtrum auaritia sit peccatū mortale, in sol. 3. 4. 5. arg. Quartò opponitur auaritia liberalitati? Cuius ratio est, quia cum virtus liberalitatis, medium teneat circa dationem, & acceptionē pecuniarum, liberalis vtrunque facit, sicut oportet: nam ad decentem dationem sequitur, q̄ sit decens acceptio, sed si acceptio non sit decens oportet, q̄ etiam, da-

tio non sit decens, quia ex contrarijs causis procedunt, verbi gratia, datio enim decens procedit ex hoc q̄ præfert bonum rationis cupiditati pecuniæ, sed acceptio indecens prouenit ex hoc, quòd homo cupiditatem pecuniæ bono rationis præponit: liberalis igitur decenter, vel rationabiliter se habet in datione, & acceptione: qđ sic patet. Primò enim liberalis rectè se habet in datione, eo q̄ ipse in dando obseruat regulam rationis, inquantum ipse dat quibus oportet, & quādo oportet, & quid oportet, & quantum oportet, obseruando semper debitas circūstantias quæ exiguntur ad dationem rectam. Secundò liberalis rectè se habet in acceptione, & præcipuè quattuor modis. Primò, quia ipse accipit vnde oportet, quia a proprijs possessionibus. Secundò accipit quantum oportet, quia minus sibi relinquit, quàm alijs det, eo q̄ ipse est paucis contentus. Tertiò accipit quomodo oportet, quia pauca, & in necessitate, libenter autem dat, & propter hoc interdum minora dans liberalior iudicatur. Quarto accipit eo fine quo oportet, non enim liberalis appreciatur diuitias propter ipsas, sed solum propter Deum. Auarus autem inordinate se habet in his duobus, scilicet acceptione, & datione pecuniarum, vt patet per singula discurrendo, Hæc B. Tho. 2. 2. q. 118. art. 3. vtrum auaritia opponatur liberalitati, in cor. q. & iterum in scri. ethi. lib. 4. ca. 2. q. quæ autem secundum uirtutem; in prin. ca. & in medio.

Quintò auaritia opponitur prodigalitati, & præcipuè in duobus, scilicet in affectione, & in datione, & acceptione. Primò in affectione interius, quia avarus superabundat plus debito, pecunias, & bona temporalia diligēs: prodigus autem deficit. scilicet minus diligēs ea: cuius signū est, quia sollicitudo parua, vel magna uidetur esse signum maioris, & minoris dilectionis avarus autem de pecuniis, & alijs bonis temporalibus nimium sollicitatur: prodigus verò minus debito earum sollicitudinē gerit. Secundò contrariantur sibi adinuicē exterius in datione, & acceptione, quia prodigus excedit in dando, & deficit in acquirendo, & retinendo. Avarus autem oppositum facit, quia ipse deficit in dando, & super excedit in accipiendo, & retinendo.

Hæc

Prodigalitati.

Mec B. Th. secunda secundæ. quæst. 119.
art. 1. utrum prodigalitas auaritiæ oppo-
natur, in cor. q.

Auari-
tia an
fit ma-
ius pec-
catum
pdiga-
litate,
Sed fortè quæres, an prodigalitas sit ma-
gis peccatum quam auaritia? Respondeo
& dico: qd auaritia ē grauius peccatū quā
prodigalitas, quod probō triplici rōne,
scilicet ratione contrarietatis, sanabilita-
tis, utilitatis. Primò auaritia est grauius
peccatum prodigalitate ratione cōtrarie-
tatis sic. Illud peccatum est grauius quod
virtuti magis opponitur, sed auaritia ma-
gis distat, uel magis opponitur uirtuti li-
beralitatis, quā prodigalitas: qd patet, quia
prodigus habet aliqua quæ habet liberalis
.i. quia libenter dat, & non de facili acci-
pit: differt autem a liberali, quia neutrum
horum bene ē. i. secūdū rectā facit rōnem:
& iō si pducatur ad hoc, qd faciat pdicta
secundum rectam rationem, siue per as-
suefactionem siue p quancunq; aliam
transmutationem puta ætatis uel fortu-
næ erit liberalis, ut. s. det quib. oportet, &
non accipiat unde non oportet: avarus
autem in nullo cōuenit cum liberali, ergo
&c. Secundò hoc idem probō ratione
sanabilitatis sic. Illud peccatū qd nō mul-
tum augetur, sed de facili curatur, est mi-
nus graue: sed prodigus est de facili sana-
bilis a suo uitio, & hoc duob. modis. Vno
quidem modo ab ætate, quia quāto ali-
quis magis accedit ad senectutem fit ma-
gis pronus ad retinēdū, & non ad dādū.

Secundò propter paupertatē, quæ con-
sequitur ex supflua pdigi datione, pau-
pertas autem impedit prodigalitatē: tū
propter impossibilitatem dandi, tum pp
experientiam defectus. Auaritia autē est
insanabilis, & hoc propter conditionem
subiecti, quia humana uita continuè uer-
git in defectum: omnis autem defectus ē
imitatiuus ad auaritiā: quod patet, quia
propter hoc bona temporalia quæritur,
ut subueniatur defectibus presentis uitæ:
ergo &c. Tertiò hoc idem probō ratione
utilitatis sic. Illud uidelicet, quod nulli p-
dest est grauius illo, quod multis prodest:
sed illiberalis, uel avarus nulli prodest.
quod patet. non enim prodest alijs, quia
deficit in dando: scilicet quia nō dat. nec
etiam prodest sibi in quantum deficit in
expēdendo: prodigus autem multis pro-
dest per suam dationem: ergo &c.

Sed fortè argues in oppositum. sc. quod
prodigalitas sit grauius peccatū auaritia
tali rōne. Grauius peccat qd sibi nocet, q̃
qui nocet alteri, secundum illud Ecclesi.
14. Qui sibi nequā est, cui bonus erit: sed
prodigus nocet sibi: avarus autem nocet
alteri siue alijs, ut patet: ergo prodigali-
tas est peccatum grauius auaritia. Respō-
deo, & dico, qd differentia prodigi, & aua-
ri non attenditur secundum hoc quod ē
peccare in seipsum, & in alium, eo quod
vterque peccat in seipsum, & in alium:
quod patet, quia prodigus peccat in se-
ipsum, cum bona sua, unde uiuere debe-
ret, cōsumit: peccat etiam in alterum cō-
sumendo bona, ex quib. deberet alijs p-
uidere, & præcipue hoc apparet in cle-
ricis, qui sunt dispensatores bonorum Ec-
clesiæ, quæ sunt pauperum quos defrau-
dant prodigē expēdēdo. Similiter et aua-
rus peccat in alios inquantū in dationi-
bus deficit: peccat in seipsum inquantū
deficit in sumptibus, & nō benefacit sibi
ipsi, ut dicitur Ecclesi. 6. Et aliud malum
quod uidi sub sole &c. comple textū, & ex-
pone sic. Et aliud malum quod uidi sub
sole non supra solem, quia ibi nullum ma-
lum, sed sub sole. Et quidem frequens ap-
ud homines: idcō peius, malum enim
quanto frequentius, tanto peius. Vir, sci-
licet avarus. Cui dedit deus diuitias mo-
bilia. Et substantias, immobilium. Et
honorem, dignitatis, & potestatis. Et ni-
hil deē animæ suæ, idest sensualitati suæ,
& uitæ corporali. Ex omnibus quæ desi-
derat in hoc mundo. Nec tribuit ei Deus
potestatē, idest usum potestatis. Ut come-
dat ex eo: quod ipse diues avarus non
vult, expellēs a se gratiā uitio cupiditatis,
& auaritiæ. Sed hō extraneus uorabit il-
lud, idest superfluè consumeret illud qd aua-
rus multo tēpore congregauit. Et hæc ua-
nitas, qd infructuosè laborauit. Et mise-
riā magna est, quia extraneus, labores
suos uorat, & ipse alio auferente tristat.
Tamē in hoc est minus prauus prodigus,
quia si sibi & quibusdam alijs nocet, qd tū
aliquib. pdest. avarus autē nec alijs nec si-
bi prodest, quia non audet uti ēt ad utili-
tatē bonis suis, ut patet: & ideo avarus ē
peior prodigo: cuius signum est quia p-
digus a multis diligitur, avarus uerò a
nullo, sed oditur ab omnibus. Hæc Beat.

Tho. 2. secunda secundæ. q. 119. art. 3. vtrum. Prodigalitas sit grauius peccatum, quam avaritia: in cor. q. & in sol. 1. arg. p totum: & iterum eth. lib. 4. c. 3. quæ quidē igitur prodigalitas &c. in scr. B. Th. ibid.

C A P. V.

QUARTO principaliter circa avaritiam considerare debemus peccati deformitatem, uel quantitatem, an scilicet avaritia sit maximum peccatum. Vbi nota, qd magnitudo peccati potest attendi ex tribus, primò ex parte boni quod offenditur, secundò ex parte dñi, qd inferitur, tertio ex parte boni, cui quis subijcitur. Primò magnitudo graue dinis peccati potest attendi ex parte boni, quod offenditur, uel communiter, & sic quantò bonum, quod per peccatum contemnitur offenditur, uel corrumpitur est maius, uel nobilius, tantò peccatum est grauius: & sic peccatum, quod committitur contra Deum est grauissimum, omnium peccatorum, eo quod per tale peccatum contemnitur summum bonū, quod Deus est.

Secdò magnitudo peccati potest attendi ex parte damni, quod inferetur, & tūc inter peccata, quæ in proximum committuntur tantò peccatum est grauius, quantò damnum, quod proximo inferitur est maius: unde, & homicidium est grauius, qd adulterium, & adulterium, quam sit furtum. Tertio magnitudo peccati potest attendi ex parte boni, cui aliquis inordinatè subijcitur. nam quantò appetitus humanus bono infimo, uel minimo inordinatè subijcitur, tantò peccatum est deformius, ut uerbi gratia. Bonum rerum exteriorum est inter humana bona minimū, qd patet, quia bonum exteriorum rerum est minus, quàm bonum corporis, & bonum corporis est minus, quam bonum animæ, quod etiam exceditur a bono diuino: unde quia inordinatus appetitus auari minimo bono, ut putat bono rerū exteriorum subijcitur: idē eius peccatū est deformius seu turpius alijs, propter qd dicit Eccles. 10. Avaro nihil est scelestius. Et ibidem subditur. Nihil iniquius, quàm amare pecuniam: hic enim animam suā venalem habet, quoniam contempsit &

proiecit intima sua. Dicit ergo. Avaro nihil est scelestius. Quod uerbum exponitur duobus modis. Primò sic. Avaro nihil est scelestius, idest est peccatū pronius, quia ad omnia peccata avaritia inclinat. 1. ad Thim. 6. Radix omnium malorum est cupiditas. Secundò sic. Avaro nihil est scelestius, idest turpius, uel uilius, eo qd in avaritia præfertur bonum commutabile uilissimum bono incommutabili, nobilissimo, scilicet bono diuino. Et idē subdit. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam, quod uerbum exponitur tribus modis: primo modo sic. Nihil est iniquius, i. æquitati naturali magis cōtrarium, qd amare pecuniam, s. plus debito acquirendo, & retinendo, quia secundū communē legem naturæ omnia erant cōmunia. Secundo modo sic. Nihil est iniquius: idest insatiabilius, quam amari pecuniam. Nō dicit quam qui habet pecuniā nūquā satiatur. Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia. ubi gl. dicit, qd semper avarus eger. Ratio autem quare temporalia bona nō satiant animam est, quia diuitiæ temporales sunt finitæ, corporeæ, transitorie: aīa uero est infinita sua capacitate, incorporea ī sua entitate, sempiterna in sua duratione. Tertio modo exponitur sic. Avaro nihil est iniquius, idest inæqualius, quia avarus dat, & contēnit bonū æternū pro temporali: unde subdit. Hic enim animā suā venalem habet, quia uidelicet animā suā i. vitam suam naturalem cōteplit p temporalibus, uel quia vitam suam exponit periculis, quod est iniquissimum, qd sic patet. Iniquius reputaretur, qui uenderet suum fratrem; uel cognatum, iniquior, qui uenderet patrem, quem diligere plus tenet: iniquissimus, qui corpus, uel seipsum uenderet, quia plus seipsum quā oēs alios tenetur diligere, sed impiissimus, qui spiritum, & animam suā uenderet, hoc facit avarus, qui non solum cognatū fratrem, & patrē, & corpus suū, sed etiam suum spiritum, uel animā uendit p̄icit, & cōtēnit: unde subiūgit. Qm cōteplit, & p̄iecit intima sua, quod uerbum exponitur quattuor modis. Primò sic. Qm cōtempnit, s. avarus uitam suā corporale non curando aliquid inde, ut pecuniam lucretur. Secundò sic. Contempsit, & p̄iecit intima sua, idest virtutes omnes, ut in iustē

Iuste lucretur. Tertiò sic contempnit, & proiecit intima, idest uiscera misericordiae, & pietatis. Requi. c. præceden. quomodo auaritia multis virtutibus contrariatur. Quartò sic. Contempnit, & proiecit auarus intima, idest amicos intimos, quia auarus nullum habet amicum: unde Tullius in primo libro de officijs sic ait. Nihil est tam angusti animi tamque prauum, quam amare pecuniam. Et August. in lib. 8. q. dicit, quod uenenum charitatis est cupiditas, in quantum, scilicet homo spernit bonum diuinum per hoc, quod inhæret bono temporali. Et Apost. 1. ad Ephe. 5. dicit, quod cupiditas, & auaritia est idolorum seruitus, & hoc per quandam similitudinem, quam auaritia habet ad idolatriam.

Auari-
tia assi-
milatur
idola-
triae.

Assimilatur enim auaritia idolatriæ quattuor modis. Primò in genere, ut sicut idololatriæ secundum se est magnus peccatus auaritia secundum se est magnum peccatum. Secundo similitudo secundum Ambr. est, quia sicut idolatria Dei nititur auferre gloriam ne solus Deus nomen deitatis habeat, ita auarus in Dei res se extendit, ut solus usurperet quæ Deus omnibus fecit, utraque ergo sunt inimica Deo, quia negant Deo quæ sunt eius.

Tertia similitudo auaritiam ad idolatriam est secundum Chrys. quia sicut idolatra uenerantur reliquias, uel idola nec ea præ reuerentia tangere audent, ita multi uenerantur pecunias, & eis uti nesciunt, sed ut sacra deponunt, & ut sacra filiis, ne potibus, & pronepotibus intactas conseruant. Illi in multis non obediunt idolo, isti in omnibus subiiciuntur pecuniæ. Illi, scilicet idolatra idolo oues, & boues immolant: auaritia dicit, immola mihi tuam ipsius animam. Quarta similitudo est, quia sicut idolatria se subijcit exteriori creaturæ, ita etiam auaritia, non tamen eodem modo, quia idolatra subijcit se creaturæ exteriori ad cultum. Sicut ei exhibeat cultum diuinum: auarus autem subijcit se pecuniæ inordinatè concupiscendo eam ad usum, non ad cultum. Et ideo quamuis auaritia idolatriæ his modis assimiletur: non tamen habet tantam grauitatem, quantam idololatria habet, nam peccatum, quod est contra Deum est grauissimum, ut patet supra

in principio huius c. Hæc b. Th. secunda secundæ. q. 118. art. 5. utrum auaritia sit maximum peccatorum, in cor. q. & in solut. arg. & Alex. 2. parte, sum. q. 158. art. 9.

CAP. VI.

QVinto, & ultimò principaliter circa auaritiam considerare debemus causalitatem: nam septem sunt vitia, uel peccata, quæ ex auaritia oriuntur, uelut filia a matre: & septem sunt species, uel differentia auaritiæ. Primò. n. dico, quod septem sunt filia auaritiæ, quæ ex auaritia oriuntur, quas. B. Greg. 3. 1. lib. moral. ponit, scilicet obduratio, iniquitudo, violentia, fallacia, periurium, fraus, proditio. Quorum distinctio seu sufficiëntia sic potest accipi. Nam auarus in duobus excedit modum. scilicet retinendo, & accipiendo. Primò auarus excedit modum in retinendo: & ex hac parte ex auaritia oritur obduratio mentis contra misericordiam, qua scilicet auarus cor suum obdurat, ne indigenti subueniat misericorditer, de rebus suis. Prou. 21. Qui obturat aurem suam ne audiat pauperem, & ipse clamabit ad dominum, & non exaudietur. Quod uerbum exponitur tribus modis. Primò sic. Qui obturat autem suam, idest qui clausit uiscera misericordiae suæ pauperi petenti eleemosynam, uel consilium, uel auxilium. Et ipse clamabit ad Deum, uel in vita, uel in morte. Et non exaudietur, ut diues. Aug. de uerbis domini sermone. 83. super illo uerbo. Lucæ. 12. Stultè inquit dominus hac nocte repertet a te animam tuam, & hæc quæ parasti cuius erunt? dicit, Vis uideri sapiens ubi es stultus, si seruaueris tua non erunt, si erogaueris tua erunt: quid igitur reponis quod relicturus es? Et Hiero. Accipisse pauperibus erogandum, & aliquid inde subtrahere omniam prædonum crudelitatem superat, ego fametorqueor, & tu iudicas qui tam uentri meo satisfas est.

Secundò auarus excedit modum in accipiendo: & hoc tribus modis, scilicet in corde, opere, & sermone. Primò excedit modum acquirendi in corde, quia auaritia ingerit homini sollicitudines, & curas superfluas, & sic ex auaritia oritur inquietudo, quæ non sinit eum quiescere. August. de

verbis Apostoli, sermone. 87. Ista duo, scilicet negligentia, & auaritia nequissima onera sunt, secumque pugnantia, præmunt, & dilaniant te, pigritia dicit dormire; auaritia dicit, surge; pigritia dicit, noli pati frigidus dies: auaritia dicit, patere in mari etiam tempestates: pigritia dicit, quiesce: auaritia uero non finit te quiescere, te a somno excitat, & te dormire non finit. Secundò avarus excedit modum acquirendi, in opere, & sic ex auaritia oritur uolentia, in quantum avarus per vim accipit aliena, ut patet in rapina. & furto.

Tertiò avarus excedit modum accipiendi in sermone, & quantum ad hoc quattuor facit. Primò enim avarus in acquirendo utitur fallacia, in quantum avarus simplici verbo decipit alium, ut lucretur. Secundò avarus utitur periurio, in quantum uerbum suum iuramento confirmat, ut iniuste lucrari possit. Tertiò avarus utitur fraude decipiendo alium, in rebus, ut patet infra Venditio. 2. c. Quartò avarus utitur proditioe, in quantum propter lucrum acquirendum, personas prodat, & decipit. sicut patet de Iuda, qui propter avaritiam factus est proditor Christi, Isidorus autem ponit nouem filias auaritiæ, quæ sunt mendacium, fraus, furtum, periurium, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, uolentia, inhumanitas, rapacitas, quæ reducuntur ad illa septem vitia, quæ Beatus Greg. ponit: quod sic patet, quia mendacium, & falsum testimonium sub fallacia continentur, eo quod falsum testimonium est quedam specificatio mendacii, sicut etiam furtum est quedam specificatio fraudis, unde continetur sub fraude: appetitus autem turpis lucri pertinet ad inquietudinem: rapacitas autem continetur sub uolentia, sicut species eius, inhumanitas autem est idem, quod obduratio cordis contra misericordiam. Secundò principaliter dico, quod septem sunt species, uel differentiæ auaritiæ, quas ponit Aris. 4. lib. Ethic. scilicet tenacitas, parcitas, kynibilis, seruitus, meretricium, aleatores, & mortuorum expoliatores. Quarum numerus, uel sufficientia sic distinguitur. Quia avarus peccat in generali duobus modis, scilicet in dando, & in accipiendo.

Primò enim avarus tribus modis peccat in dando: primò, quia aliquando nihil dat, talis dicitur tenax: secundò peccat, quia parum dat, & talis dicitur parcus: tertiò: quia si dat, tamen cum magna difficultate dat, & tunc parum dat, & talis uocatur kynibilis quasi uenditor cimini, quia de paruis magnam uim facit. Secundò avarus peccat in accipiendo: & hoc quattuor modis, scilicet quia lucratur uiliter, turpiter, illiberaliter, uolenter. primò. n. avarus aliquando lucratur uiliter, uel seruiliter, puta quia aliqua uilia, & seruilia opera facit: & talis uocatur seruitus: secundò peccat, quia lucratur aliquando turpiter, puta de aliquibus actibus turpibus, & uitiosis, ut de meretricio, & consimilibus. patet. tertio avarus aliquando lucratur illiberaliter, puta quia lucratur de eo, quod oportet gratis concedere, sicut faciunt usurarii, uel aleatores, ab amicis auferendo: quarto avarus peccat, quia aliquando lucratur uolenter. s. vim alijs inferendo, sicut faciunt latrones, uel mortuorum expoliatores. Hec B. Thom. secunda secunda. quæst. 118. arti. 8. utrum auaritia habeat filias in cor. q. & in solu. arg. ibid. & iterum in quæst. dispu. de malo. q. de auaritia. art. 3. utrum auaritia sit peccatum capitale, in cor. q. & in solu. argum.

CAP. VII.

AD euidenciam prædictorum quæro quattuor casus ad auaritiam pertinentes. Primus casus est de amittendo pecuniam talis. Sunt duo auari unus plus habens alter minus, & uterque eorum amittit, quis eorum plus peccat in amittendo. Respondeo, & dico, quod in hoc casu aut respicimus ad cupiditatem auari, aut ad affectionem. Primò enim si respicimus ad cupiditatem auari, tunc ubi est plus de cupiditate, ibi est plus de culpa: sed maior cupiditas est in illo, qui plus amisit, quam in illo, qui parum amisit, quod probō tali ratione, Quantitas cupiditatis sequitur quantitatem rei concupitæ, ut patebit in casu sequenti immediate: ergo cum ille, qui plus habet & plus amittit plus habeat de cupiditate, uidetur, quod plus peccet qui plus amittit, quam ille qui minus. Scdò uerò si respicimus

Casus primus. punis.

Nouē filie auaritiæ secundū Arist.

Septem species auaritiæ secundū Arist.

ad affectionem, sic plus potest peccare ille, qui minus amittit, quàm ille qui plus. Cuius ratio est, quia ille, qui plus dolet in amittendo plus peccat, sed ille, qui minus amittit plus potest dolere de amittendo quàm ille, qui plus amittit. Cuius ratio est quia amor est causa doloris, sed aliquando, tantam affectionem, uel maiorem potest habere ille pauper circa pauca, quæ habet, quantum diues circa multa, quæ habet, & amittit. Et confirmo per illud quod dicit dominus de vidua Lucæ.

21. ubi glosa sic ait, Nec considerat dominus quantum, sed ex quâto: ergo nō plus peccat, qui plus amittit, quia illa plura minus amabat quàm ille illud minus: ergo non plus peccat, qui magis amittit inspicendo ad affectionem. Secundus casus est talis, scilicet de cōgregando. Sint duo

Secundus casus de duobus pauperibus thesaurizantibus. b.

pauperes auari, & uterq; congreget superfluum: sed unus usque ad mille, alter usque ad centum tantum, quis eorum plus peccat? Respondeo, & dico, quod simpliciter loquendo ille avarus, qui congregat usque ad mille magis peccat, quàm ille, qui congregat usq; ad cētum, quod probotriplici ratione. Prima est ex parte mediij à quo recedit: nam talis magis recedit a uirtute, quæ consistit in medio.

Secunda est ex parte damni, quod facit, magis enim damnificat alium, qui habet iustè mille: quàm qui habet centum. Tertia est ex parte principij. Si enim cupiditas principium est peccandi, ubi est maior cupiditas, ibi est maior culpa: sed in eo, qui plus acquirit est maior cupiditas, ergo est maior culpa. Quod autem sit maior culpa in eo, qui mille lucratur patet, quia super illo uerbo Proverb. 30, Tria sunt insatiabilia dicit glosa.

Tertius casus de duobus clericis

Crescit amor nummi quantum pecunia crescit. Tertius casus est talis. Sunt duo clerici, unus est contentus unico, beneficio, quia tamen avarus est pauca expendit, & quia cupidus est multa congregat: alter vult habere multa beneficia, tamen ut prodigus omnia sua expendit, quis eorum plus peccat. Respondeo, & dico, quod ille, qui plura beneficia habet absolute loquendo plus peccat, quod probotripli ratione, Prima est, quia unicum beneficium uidetur esse deputatum uni, & non plura: ergo qui plura beneficia

habet magis peccat. Secunda ratio est, quia ille qui plura beneficia habet, in scandalum potius aggregat quàm alter. Quartus casus est talis. Est tempus factis, & sunt mille pauperes: est etiā theologus prædicator habens multos libros theologiæ, in quibus studet, ut possit consulere, & prædicare, nunquid talis imminente paupertate hac, debet libros suos vendere, & pauperibus dare, & consilia, uel prædicationes dimittere? Respondeo & dico, quod licet prædicare sit ex suo genere maius bonum quam eleemosynas dare, eo quod eleemosyna spiritalis est melior eleemosyna corporali, tamen imminente necessitate melius est eleemosynam dare, quam prædicare, & hoc duplici ratione. Prima est quia sine libris, uel cum paucis libris potest doctor doctus prædicare. Secunda ratio est, quia posito, quod ita ignarus, uel nescius esset, quod nesciret sine libris prædicare, deberet ad tempus abstinere à prædicatione, ut pauperibus subueniret, nisi sciret, quod propter defectum prædicationis irent homines in perditionem, tūc enim in isto casu debet libros suos retinere, & non uendere, ut tamen moueatur zelo animarum, non cupiditate librorum. Hæc Alexander secunda parte summæ. quæst. 43. artic. 4. in quarta quæstione, in cor. quæstionum.

Quartus casus de theologo tempore famis.

De Aureola.

SUMMARIVM.

- 1 Duplex est præmium beatorum.
- 2 Tres dicuntur esse aureolæ.
- 3 Secunda aureola debetur martyribus.
- 4 Tertia Doctoribus.
- 5 Qua ratione vna aureola dicitur maior altera.

C A



V R E O L A. Circa aureolam consideranda sunt tria. scilicet euidencia essentialis, sufficientia numeralis, eminentia virtua-

lis. Primò circa aureolam consideranda est euidencia essentialis. Nam aureola est gaudium beatorum. Est autem duplex gaudium in beatis, scilicet essentialiale, & accidentale. Primum enim præmium vel gaudium beatorum est essentialiale: quod consistit in perfecta coniunctione animæ ad Deum per visionem, & fruitionem Dei, in quantum anima perfectè coniungitur Deo videndo amando eum, & fruendo eo, & hoc præmium essentialiale similitudinariè corona aurea nominatur, & hoc triplici ratione, scilicet ratione meriti, signi, circuli. Primo ratione meriti, eo quod nostrum meritum cura quædam sine pugna agitur, quia vita hominis est quædam militia super terram. Iob. 7. Secundò præmiū essentialiale beatorum assimilatur coronæ ratione signi: quia corona est proprium signum regis dignitatis: sed per istud præmiū essentialiale quod in Dei visione consistit quodammodo efficitur homo particeps diuinitatis, & per consequens regis dignitatis, ut dicitur Apoca. 5. Fecisti enim nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, &c. Tertio præmium essentialiale beatorum, quod in Dei visione consistit assimilatur coronæ ratione circuli: nam figura circularis est perfectissima: eo quod nihil sibi addi potest, quin sit ea minus: & significat essentialiale gaudium, vel præmiū beatorum: cui nullum præmium addi potest, quin sit eo minus, quod patet, quia omne illud præmium est minus præmio essentiali beatorum, quod in perfecta Dei visione, & fruitione consistit. Vel dicas, quod præmium essentialiale beatorum similitudinariè corona aurea nominatur triplici ratione. Primò, scilicet ratione materiæ in qua præciositas designatur, quia sicut auro nullum metallum est præciosius, ita visione Dei quæ est essentialiale præmiū beatorum nullum aliud præmium maius, & nobilius esse potest. Secundò ratione figuræ in qua æternitas designatur, vel quia

per visionē Dei beati perfectè coniunguntur Deo qui non habet principium neque finem, ut forma circularis, vel quia forme circulari nihil addi potest, quin sit ea minus, ut patet supra. Tertio ratione victoriæ pro qua datur, in qua dignitas designatur: & significat, quod nostrum meritum, & victoria cum quadam pugna agitur: corona enim victoribus datur: unde sicut est triplex sanctarum victoria, ita triplex est corona, quæ datur à Deo sanctis, vel qua sancti coronantur à Deo. Secundum præmium, vel gaudium beatorum additum præmio essentiali ipsorum, scilicet visioni diuinæ similitudinariè aureola designatur. de quo præmio dicitur Exodi 25. Facies alteram coronam aureolam, quæ quidem aureola dicitur gaudium accidentale quo Beati gaudent de bonis operibus a se factis, quæ per victoriam acquisierunt, nam victoribus corona datur, ut patet supra, Hæc Beatus Thom. 4. scrip. sen. dist. 49. art. 1. in corpore. q. per totum.

C A P. II.

S E C V N D O principaliter circa aureolam consideranda est sufficientia numeralis. Tres enim ponuntur esse aureolæ. scilicet virginum, martyrum, doctorum, vel prædicatorum, ita quod una aureola debetur uirginibus, alia martyribus, alia doctoribus, vel prædicatoribus. Prima aureola, scilicet gaudium accidentale debetur uirginibus de bonis operibus a se factis ratione virginitatis. Cuius ratio est, quia corona victoribus datur, ut patet cap. præcedenti; ergo ubi est specialis ratio victoriæ, ibi debetur specialis aureola: unde per virginitatē aliquis vel aliqua singularem, vel specialem victoriā obtinet de carne contra quam bellum geritur, ut patet ad Galatas. 5. Spiritus concupiscit aduersus carnem, & est conuerso, ideo virginitati speciale gaudium accidentale debetur: & datur, quod aureola nominatur. Ad cuius euidenciam est sciendū, quod illis tantum uirginibus debetur aureola quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuo conseruandi, siue hoc propositum fuerit uoto firmatū siue non.

Ratio
cur uir-
gini de-
betur au-
reola.
Nota p
fectā vir-
ginitatē

quod

Vidua
non ha
bent au
reolam.

quod quidem propositū quamuis aliquādo fuerit interruptum integritate tamen carnis manente, dummodo in fine uitæ istud propositum inueniatur debetur aureola. Cuius ratio est, quia licet virginitas carnis reparari non possit, tamen uirginitas, uel corruptio mentis per penitentiam reparatur, & ad plenum restituitur, & ideo si mens finali er remanet incorrupta habebit aureolam. nō enim est dubium quin tales de corporis incorruptione gaudebunt. Hæc autem aureola debet virginibus solum, & non uiduis. Cuius ratio est, quia corona non debetur pugna, sed uictoriæ de pugna: unde quia uictoria virginum, est perfectior quam uictoria uiduarum, eo q̄ perfectissimum, & pulcherrimum genus uictoriæ est hosti nūquam cessisse, ut uirgines faciūt, ideo aureola debetur solum uirginibus, & nō uiduis.

Quæ cō
tinentia
maiorē
pugnā
habet vi
duarum
an virgi
num.

Si autem quæris quæ continentia maiorem pugnam, habet an uirginum, uel uiduarum. Respondeo, & dico, q̄ ex una parte uirgines in continendo habent maiorem pugnam, quam uiduæ: & hoc duplici rōne. Prima est propter existimationem maiorum delectationū, quam sint secundum rei ueritatem: cum. n. uirgines delectationes uenereas non sint expertæ credunt, q̄ sint maiores quā sint, & ideo incontinendo patiuntur maiorem pugnam. Secunda rō est propter inconsiderationem ipsorū incōmodorū q̄ delectationib. huiusmodi adiunguntur. Ex alia uero parte uiduæ maiorem pugnam habent in cōtinendo quā uirgines ppter delectationis memoriam, & in diuersis uana alteri præiudicat, secundum diuersas condōnes, & complexionēs personarū, quia quædam mouentur magis hoc uitio, quædam alio uitio: non tamen ppter hoc uiduis datur aureola. Cuius ratio est quia aureola non debetur pugna, sed uictoriæ de pugna, ut patet supra.

Dubiū
de beata
virgine.

Sed fortē ex hoc sic argues. Si aureola debet uictoriæ de pugna, ubi nulla pugna, uel uictoria, ibi nulla aureola, cum ergo beata uirgo nullā habuit pugnam carnis per cōsequēs nec uictoriam, ergo nec habuit aureolam, quod tamen est falsum. Respondeo, & dico, q̄ beata uirgo pro premio uirginitatis aureolam habet. Cuius

ratio est, quia licet beata uirgo nō habuerit pugnam per tentationē quæ est à carne, habuit tamen per tentationē quæ est ab hoste, qui nec ipsum Christum reueritus fuit tentare.

Concludendo igitur generaliter dico, q̄ si procuretur corruptio carnis ueniens ex corruptione mentis per instrumentū aliquod, uel aliquo alio modo, talis sic faciens amittit aureolam, & in humilitate, & uerecundia permanens debet à consecratione abstinere, tū quia ecclesia iudicat solum secundum ea quæ apparent in foro exteriori, non repellit eum a consecratione. Si uero per uiolētiam amisit integritatem carnis, nō tamen aureolam perdit: nō enim potest corrumpi corpus nisi fuerit corruptus animus: unde si aliqua pro fide ab infidelib. uiolenter corrumpatur, non propter hoc aureolam id est meritum, uel præmium uirginitatis amittit, ut dixit beata Lucia. Si me inuitam violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam: nō q̄ habeat duas uirginitatis aureolas, sed q̄ duplex præmiū reportabit, unum pro uirginitate custodita, aliud pro iniuria, quam est passa. Et plus dico, dato etiam, quod talis uiolēter oppressa cōcipiat, ex hoc tamen meritū uirginitatis non perdit, nec per cōsequēs aureolam. Hæc beatus Thomas. 4. scripto senten. distinct. 49. de aureola. artic. 3. quæst. 1. in cor. quæst. & in solut. argument.

CAP. III.

Secunda aureola debetur martyribus. 3
Cuius ratio est, quia speciali uictoriæ debetur aureola specialis, ut patet capitulo præcedenti, sed martyr de tyranno habet uictoriam specialem: ergo, & aureolam specialem. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod est aliqua uictoria magna duplici ratione, scilicet ratione pœnæ, & causæ. Primo aliqua uictoria est magna ratione pœnæ, scilicet quia magna pœna est maxima, sicut est pœna mortis. Secundo ratione causæ, scilicet quia quando causa pro qua pugnatur est honestissi-

ma, quæ causa est ipse Christus. Et hæc duo in martyrio considerantur, & præcipuè causa, quia martyrem non facit pœna, sed causa, ut patet infra Martyrium: unde sicut uirginitati debetur Aureola propter uictoriam quam habet de carne: ut patet ea præcedenti, ita, & martyrio uel martyri debetur aureola propter uictoriam quâ habet de morte propter Christum. Et ideo ille, qui pro fidei confessione moritur, siue quando à persecutore de fide neganda requiritur quam necessario hoc est de necessitate salutis confiteri tenetur, etiam quando à persecutore non requiritur, & tunc fidem confiteri est supererogationis. In his duobus casib. quando à persecutore requiritur, uel nō requiritur, uel non requiritur, & fidem confitetur, & pro confessione fidei moritur, aureolam meretur: quæ quidem aureola nō debetur martyri ex hoc, quod ab exteriori persecutore pœna mortis inferitur, sed ex hoc quod propter Christum patienter, uel uoluntariè sustinet. Cuius ratio est, quia nō meremur nisi per ea quæ sunt in nobis: & quantò illud quod quis uoluntariè sustinet est difficilius, & magis natum, uel aptum uoluntati repugnare, tantò uoluntas, quæ propter Christum illud sustinet, ostēditur firmiter fixa in Christo: & ideo præmium excellentius debetur ei. Ex quo sequitur, quod cum duobus modis efficiatur aliquis martyr, scilicet uoluntate sola, & opere cum uoluntate, sustinentib. martyrium uoluntate tantum, & non opere aureola non debetur. Cuius ratio est: quia aureola debetur difficultati quæ est in ipsa pugna: unde quia pati martyrium sola uoluntate nō est difficile, ideo licet martyr sola uoluntate possit mereri æquale, uel maius præmiū, essentiali præmio quod martyri uoluntate, & opere debet, non tamen martyri uoluntate sola debetur aureola, propter rationem iam dictā, scilicet quia aureola debetur difficultati, quæ est in ipsa pugna martyrij, quam difficultatem non habet martyr uoluntate tantum, ut patet. Et quia in agis martyrem facit causa quàm pœna, ideo ille, qui mortem sustinet propter bonum commune non relatum ad Christum aureolam nō meretur: sed si pœnam mortis uoluntariè subeat propter Christum martyr erit, &

sic aureola merebitur, ut uerbi gratia. Si quis rempublicam ab hostium impugnatione defendat, qui Christi fidem corrumpere moliantur, & in tali, uel pro tali defensione mortem sustineat, martyr erit, & aureolam merebitur. Si autem aliquis propter fidem vulnus mortale accipiat, & aliquandiu superuiuat non est dubium, quod talis est martyr, & meretur aureolam, sicut patet de Beata Cæcilia, quæ triduo superuixit, & de multis martyribus qui in carcere sunt defuncti. Si autem vulnus mortale non accipiat, & tamen exinde postea moriatur aureolam merebitur, nisi fiat ex parte sua talis negligentiam curando, quæ culpam mortalem inducat, & ei auream, & aureolam auferret, si moreretur in tali statu. Si uero uulnera non mortalia susceperit, & post hoc sustinens carcerem moriatur adhuc aureolam meretur. Concludo igitur ex prædictis, quod qualitercunque afflictio propter Christum illata usque ad mortem continetur, siue mors inde sequatur, siue non, aliquis martyr efficitur, & aureolam meretur. Si uero afflictio propter Christum illata nō continetur usque ad mortem, non propter hoc dicetur martyr, sicut patet de B. Siluestro de quo non solemnizat ecclesia sicut de martyre, quia in pace uitam finiuit, quamuis prius aliquas passiones sustinuerit propter Christum. Hæc beatus Thoma. 4. scrip. sen. dist. 49. de aureolis. artic. 3. q. 2. in corp. q. & in solu. arg.

CAP. IIII.

Tertio Aureola debetur doctorib. uel prædicatoribus illis scilicet qui ea solum docēt, & prædicant quæ ad salutem pertinent animarum. Cuius ratio est quia uictoriæ speciali aureola specialis debet: & ideo sicut per uirginitatem, & martyrium aliquis de carne, & de mūdo specialem uictoriam habet, & per consequens aureolam specialem, ita etiā quando aliquis non solum à corde suo, sed etiam à cordibus aliorum diabolum per errorem impugnantem repellit aureolam meretur. Cuius ratio est, quia talibus salutaribus documentis Diabolum uelut quibusdam spiri-

spiritualibus armis expugnat. De quibus dicitur secunda ad Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia. Prælati autem quib. competit ex officio docere, vel prædicare aureola non debetur nisi actu prædicent. Cuius ratio est: quia corona non debetur pugna, & uictoriæ habituali, sed actuali, secundum illud ad Thimo. 2. Non coronabitur nisi, qui legitimè certauerit. Et ideo quibus cunque legitimè exercentibus actum istum, scilicet docendi, uel prædicandi debetur aureola. Hæc beatus Thomas 4. scripto senten. distinctione 49. de aureolis, articu. 3. quæstio. 3. in corp. quæst. & in sol. 4. arg. in fin.

C A P. V.

S Circa Aureolam tertiò principaliter consideranda est præ eminentia uir tualis. Vbi nota, quod præ eminentia unius aureolæ respectu alterius ex tribus par tibus potest considerari, scilicet ex parte pugnae permanentiæ, materiæ. Primò ex parte pugnae, & sic aureola illa est potior quæ fortiori pugnae debetur, & hoc mo do aureola martyrum alijs aureolis su per eminet, quia ibi est difficilior pugna. Secundò maioritas aureolæ potest cõ siderari ex parte permanentiæ, & sic aureo la uirginum alijs aureolis supereminet. Cuius ratio est, quia pugna carnis pericu losior est in quantum est diuturnior: & magis nobis eminet è uicino. Tertiò ma ioritas aureolæ potest considerari ex par te materiæ de qua est pugna: & sic aureo la doctorum, & prædicatorum inter om nes est potior. Cuius ratio est, quia pugna doctorum, uel prædicatorum uersatur cir ca bona intelligibilia, aliæ uero pugnae, scilicet uirginum, & martyrum uersantur circa passiones. Quamuis autem una au reola sit maior alia secundum quid, sim pliciter tamen loquendo, aureola marty rum inter omnes est potior: quod probo tripliciter, scilicet ratione, auctoritate, & obseruatione: Primò ratione sic. Vbi pugna est difficilior, & uictoria maior, ibi aureola potior, sed pugna, & uicto ria martyrum est huiusmodi, ut pa-

ter supra ergo &c.

Secundò hoc idem probo auctoritate, quia super illo uerbo Matthæ. 5. Beati qui persecutionem patiuntur &c. dicit gloss. quod omnes aliæ beatitudines perficiuntur in ista. Require infra Beati qui perse cutio nem patiuntur propter iustitiã &c. Tertiò hoc idem probo obseruatione Ec clesiæ: nam Ecclesia in connumeratione sanctorum martyres doctoribus, & uirgi nibus præordinat, uel præponit, & hoc ad ostendendum præ eminentiam mar tyrum respectu doctorum, & uirgi num.

Sed fortè quæres, an unus aureolam mar tiri, uel uirginitatis, uel Doctoris alio ex cellentius habeat. Respondeo, & dico, quod meritum alicuius sancti ex duobus augeri potest. Primò ex parte radice, scilicet charitatis, quæ est radix, & princi pium meriti, & augmenti eius, & hoc mo do magnitudini charitatis responderet magnitudo coronæ aureæ, scilicet magni tudo præmij essentialis. Secundò po test considerari, & augeri meritum ali cuius ex parte operis: & sic unus marty rum ex maiori charitate maius tormentum martyrii sustinebit alio, uel magis prædicationi insistit, uel etiam magis à delectationibus carnis elongatur: & sic illa uirginitas est maior alia, quæ magis occasiones corruptionis uitæ, & si cut ignis, uel unus aer est pu rior, & subtilior alio.

Hæc Bea. Thom. 4.

scripto senten.

dist. 49.

de aureolis articu. 5.

in cor. q. & in so-

lu. 2. argu.

Meritum alicuius sancti ex duobus augeri potest.

*Sequitur de li-
tera B.*

De Baptismo.

S V M M A R I V M.

- 1 Quod sex sunt de integritate baptismi, & quæ sex capitula.
- 2 Quod aqua elementaris ex institutione diuina est de necessitate baptismi, & hoc fecit, uel instituit dominus propter sex rationes.
- 3 Nota de qua aqua potest fieri baptismus, & de qua non.
- 5 Circa paruulum baptizandum ponuntur duodecim casus.
- 5 Quis possit baptizari, & quis non.
- 6 Circa adultum baptizandum nota septem casus.
- 7 Quod recipere sacramentum baptismi est de necessitate salutis, & quomodo.
- 8 Nota quo ordine, & quo tempore baptismus fuerit institutus.
- 9 Quod circa tempus baptismi quinque considerare oportet.
- 10 Quod quattuor sunt genera baptismi secundum Damas. & quæ.
- 11 Quod baptismus aquæ differt ab alijs in quattuor.
- 12 Quomodo baptismus unus excedit aliū patet per effectus eorum.
- 13 De comparatione baptismatum.
- 14 Quod primus effectus baptismi est remissione, uel exclusio culpæ.
- 15 Quod secundus effectus est remotio omnis penæ scilicet eternalis, & temporalis.
- 16 Quod per baptismum quattuor bona conferuntur.
- 17 Quod secundus effectus baptismi est bonorum operum fecundatio.
- 18 Quod per baptismum tria bona causantur.

19 Quod tertius effectus baptismi est in corporatio.

20 Quod quartus effectus baptismi est cæli apertio.

C A P. I.



BAPTISMVS. Circa sacramentum baptismi consideranda sunt quattuor. scilicet formæ integritas, materiæ necessitas, conferentis qualitas: suscipientis uarietas. Primò consideranda est formæ integritas. Nam sex sunt de integritate formæ baptismi, id est modi Baptismi, qui exprimeretur sub ista forma, id est sub isto modo baptizandi. Primum est efficientis perfectio scilicet pater, & filius, & spiritus sanctus tanquam principale efficiens sacramentum Baptismi: unde dicitur. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen. Secundum est conferentis ostensio: e de subditur. Ego ut instrumentale conferens. Tertium est suscipientis conditio, uel dispositio: unde additur te, ut rationale suscipiens. Quartum est elementalis, uel naturalis ablutio. unde subiungitur. Baptismo, scilicet aqua. Quintum est vocalis seu verbalis expressio: unde subnectitur voce. Ego te Baptizo. Sextum est mentalis intentio: oportet enim, quòd in Baptismo applicetur intentio ministri, scilicet baptizantis ad baptizatum: unde subinfertur. Ego te baptizo &c. Hæc Beatus Thom. 4. script. sen. dist. 3. de integritate formæ Baptismi, arti. 2. q. 1. in cor. q. per totum.

Primò dico, quod de integritate formæ Baptismi. i. modi baptizandi est efficientis perfectio. scilicet pater, & filius, & spiritus sanctus tanquam principale efficiens: unde dicitur. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ad ostendendum, quod expressio Trinitatis. scilicet patris, & filij, & spiritus sancti, est de necessitate Baptismi: quod tripliciter propter auctoritatem, institutionem rationem. Primò spiritus auctoritate, & primo auctoritate Fulgentii, qui sic dicit. Mysteriorum redemptionis nullo modo haberi si patris, & filij, & spiritus sancti nomen subtrahatur. Secundo hoc idem propter auctoritatem Damas. 4. li. sen. sic dicentis.

tię. Quicunq; non in sanctam Trinitatē baptizati sunt, hos oēs oportet rebaptizari. Rebaptizari autē in sanctam Trinitatē est baptizari in noīe patris, & filij, & spūs sancti. Secūdo hoc idē probo ex Dei institutione sic. Forma instituta à Christo ē de necessitate Baptismi: sed forma expressa à Christo nō solū intelligitur, sed ēt exprimitur nomē Trinitatis: ergo &c. Tertio hoc idē probo triplici ratione. Prima est ex parte reparationis humanę sic. Operatio proprię, & per se debetur actori, & nō mediatori, sed reparatio humana quāuis sit facta per Christum, tanquā per mediatōrē, nihilominus est facta principaliter à Trinitate tanquā ab actore. Secunda rō est ex parte fidei nostrę. Si. n. Baptismus fieret in inuocatione Christi, posset credi virtus operationis tāquā ab actore esse à Christo, & non à Trinitate: & ideo ualde consonū, & conueniens fuit necessitate fidei, q̄ sacramenta, & maximē sacramentū necessitati s, ut est Baptismus, exercetur sub forma exprimente trinitatem, ut sic in fide Trinitatis roboraretur fideles. Tertia rō est ex parte reformationis imaginis animę, nam de peccato deformata est imago Trinitatis in mente, & ideo cōueniens fuit, q̄ illa forma exprimeretur: qua reformaretur imago in mente, unde quia in sacramēto anima reformatur ad similitudinem Trinitatis, ideo in forma Baptismi debuit poni uerbum quod exprimeret Trinitatem, quod fit cū dicitur In noīe patris, & filij, & spūs sancti Hęc Alexan. 2. p. sum. de forma Baptismi quę sit conuenientior forma, art. 2. in c. q.

Nunqd esset baptismus si sub alio noīe fieret baptismus

Si autem omittantur uerba exprimentia Trinitatem, & addantur alia, nō erit baptismus, qđ patet de singulis. Primo. n. si quis uerba proferret sub ista forma. Ego te baptizo in noīe Christi, uel in noīe filij nō esset baptismus. Cuius rō est, quia talis formā institutā à domino p̄termittit: fuit n. in primitiua ecclesia ab Apost. instituta hęc forma Baptismi. Ego te baptizo in noīe Christi, uel in noīe filij Dei. Cuius rō est, quia tunc tpis nomen Christi erat odiosum incredulis, & erubescibile infirmis: & ideo statuerūt Apostoli, ut in noīe Christi baptizaret, ad hoc, ut increduli ad inuocationē noīs Christi uidētes spiritū sanctum in signo uisibili super baptizatū

descendere, ad amorē illius noīs alliceretur, quo facto redierunt ad formā sibi traditā à domino: unde cessāte cā debuit cessare effectus, & iō si qs mō baptizaret sub illa forma. s. in noīe Christi, nō ēt baptizatus. Hęc. B Th. 4. scrip. sen. dist. 3. de forma Baptismi, art. 2. q. 2. in sol. 3. arg. Secundo si quis uerba exprimeret sub ista forma. Ego te baptizo in nomine Trinitatis: non esset baptizatus. Cuius rō est, quia in nomine Trinitatis non exprimuntur ipse diuinę personę, sed numerus personarum, ibidē in sol. 4. arg. Tertio si quis uerba exprimeret sub hac forma. Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & p̄cedentis ab utroq. nō esset Baptismus. Cuius rō est, quia genitor non signat personam patris, sicut hypostasim subsistentē, ut facit hoc nomen pater, sed per modū actus: unde quia nō est eadē significatio dicendo. In nomine genitoris, & in noīe patris. & consimiliter de alijs, s. de genito, & filio, & de procedēte, & spūs sancto, iō &c. ibidem in sol. 5. arg. Quarto si quis uerba exprimeret sub hac forma. Ego te baptizo in nomine passionis Christi nō esset Baptismus. Cuius rō est, quia cā primā à qua Baptismus efficaciam hēt, auctoritatiue ē patet, & filius, & spiritus sanctus: cā autem secundaria, & meritoria est passio Christi, & ideo magis sit mentio de patre, & filio, & spūs sancto, qui de passione Christi, ibidē. q. 1. in sol. 8. arg. Quinto si quis uerba exprimeret sub hac forma. Ego te baptizo in nomine Dei, & sanctę crucis. Rōdetur dupliciter. Vno mō simpliciter, & absolutē secundū Bernardū, in quadā Epist. qui sic dicit. Queris utrū in noīe Dei, uel sanctę crucis imersus sit Baptizatus? Resp. Bern. dicēs. Ego uerō hūc baptizatū puto. Alio mō respōdetur sub distinctione, q̄a si in noīe Dei intelligit distinctā expressionē Trinitatis, uerū dicit q̄a additio ex deuotione facta non nitiat sacramentū: si uero non; falsum dicit. Hęc Petrus de Tharan. 4. scrip. sen. di. 3. Sexto si quis uerba exprimeret sub hac forma. Ego te baptizo in noīe spiritus sancti. Dico, q̄ ēt inuocato spūs sancto, quāuis intelligatur alię personę, nō tamē sufficit ad Baptismū, nisi personę alię exprimatur. Cuius rō est, quia non solum intellectus exigitur Trinitatis, sed ēt trium personarum

rum confessio, & expressio.

Profes- Vbi nota, q̄ confessio trinitatis potest
sio trini fieri quattuor modis. Aut ita, q̄ sit plena
tatis sic in corde, & ore, & tunc plenum est sacra-
ri potest mentum. Aut nec in corde, nec in ore, &
quatuor tunc vacuum est sacramentum. Aut ple-
modis. na in ore, sed non in corde, & tunc iterum
plenum est sacramentum: quia in fide Ec-
clesiæ sit non personæ. Aut plena in cor-
de, sed non in ore, & tunc aut omisio illa
sit ex voluntate, & tunc vacuum est sacra-
mentum. Aut ex necessitate propter impe-
dimentum superveniens mortis, vel infir-
mitatis, & tunc simpliciter non est plenum,
sed tamen ex diuina pietate supplente,
pie potest putari esse plenum: puto tamē,
q̄ securius est rebaptizare sub conditio-
ne si fieri potest. Hæc Petrus de Tharan.
4. scri. sen. dist. 3. circa secundum proble-
ma, arti. 1. q. 2. in cor. q. per totum.

Secundò dico, q̄ de integritate formæ.
i. modi baptizandi est conferentis osten-
sio. s. efficiens instrumentale, & ideo præ-
mittitur pronomen demonstratiuū ego,
Cuius ratio est, quia sicut principale agēs
quod inuisibiliter agit, significatur in in-
uocatione Trinitatis, ita relinquitur, &
requiritur, q̄ circa actum materiale po-
natur agens secundarium, & instrumenta-
le, scilicet minister sacramenti, quod pro-
nomine demonstratiuo designatur. Hæc
B. Tho. 4. scripto sent. dist. 3. de integritate
formæ Baptismi art. 2. q. 1. in solu. 1.
arg. Ad cuius euidētiā nota hæc duo.
Primò pronominis singularitatem. poni-
tur. n. hoc pronomen demonstratiuum
in singulari, & non in plurali, cum dici-
tur. Ego. Ratio huius est, quia vnus actus
qui vno agente expleri potest, non pro-
greditur à plurib. agentibus simul: & ideo
vnus baptizans cum ipse solus baptizare
possit, debet signare actum suum non ut
à plurib. exeuntem, sed vt à se solo, & ideo
non potest dici. Nos Baptizamus vos, si-
cut potest dici secundum quosdam. Ego bap-
tizo vos si necessitas ad sit, ibidem. quæ.
2. in solu. 2. argu. Ratio autem quare non
potest dici Nos Baptizamus uos sicut po-
test dici in singulari. Ego baptizo uos
cum necessitas adest, scilicet cum sint plu-
res, est, quia dicendo. Ego Baptizo uos,
non est aliqua mutatio formæ q̄ antè ad
significationem, quia plurale non est nisi

singulare geminatum. Vnde cū dico. Ego
Baptizo vos, idem est quod ego baptizo
te, & te. & ideo per hoc non fit mutatio
formæ, quantum ad sensum, sed quantū
ad vocem. Sed dicendo in plurali. Nos Ba-
ptizamus, idem est quod ego, & ille, non
autem ego: & ego, vnde non omnino est
idem: & ideo qui dicit in plurali. Nos Ba-
ptizamus, nihil facit: quia autem dicit in
singulari. Ego baptizo vos, si simul plures
baptizet baptizati sunt: sed peccat nisi ex
magna necessitate faciens, ibidem q. 2. in
sol. 2. arg. Secundò nota expressionis, vel
positionis necessitatem: nam positio, vel
expressio istius pronominis demonstrati-
ui Ego, dicitur q̄ nō est de forma Baptis-
mi quantum ad necessitatem sacramēti,
sed ex institutione Ecclesiæ, vt scilicet in-
tentio baptizantis magis feratur ad actū
illū: & ideo si omittatur hoc pronome de-
monstratiuū Ego, erit Baptismus, sed pec-
cat omittēs, ibi. q. 3. in cor. q. Vel dicas, q̄
in sacramentis, & maximè in sacramento
Baptismi est duplex necessitas, s. faciēdi,
& facientis. Primò ergo ad necessitatem
faciēdi hoc pronomen demonstratiuū.
Ego non est necessarium de forma Baptis-
mi imò existimo, q̄ baptizatus asseque-
tur plenariè effectum sacramenti si dica-
tur: Baptizo &c. Cuius ratio est, quia con-
fessio fidei est necessaria ad salutē, ut dici-
tur ad Rom. 10. Corde creditur ad iusti-
tiam. sed in confessione fidei non requiri-
tur de necessitate expressio vocalis perso-
næ credentis: quod patet, quia in confes-
sione fidei non dicitur. Ego credo in vnū
Deum, sed credo in vnum Deum. Sic à
simili sufficit dicere. Baptizo, cum alijs,
quæ sequuntur, nec requiritur expressio
pronominis demonstratiui Ego. Secundò omitti
verò quātum est de necessitate facientis,
scilicet baptizantis, hoc pronomen demō-
stratiuum ego est necessario de forma Ba-
ptismi, vt s. baptizantis intentio coarctetur
& referatur ad actum exercitum. vnde
de quia Ecclesia baptizat sub hac forma, ret
ego te Baptizo &c. ualde peccatur si ali-
quid de forma Ecclesiæ omittitur. Hæc
Alex. 4. p. summæ de integritate formæ, tri. sess.
art. 1. in cor. q. Petrus vero de Tharan. di-
cit, quod illud pronomen demonstrati-
uum Ego, & ly amen non sunt de substan-
tia sacramenti: sed de euidētiā, vbi supra

Cur in
baptiza-
do dici-
mus e-
go non
nos.

Que ec-
clesiasta
tuit nō
posūt
omitti
plibito
sacerdo-
tis ita
ut q̄ cō-
tra
cēt
contra
Concil.
7. conf.
13. &
hæreti-
cum.

quæst. 1. in solut. arg.

Tertiò dico, q̄ de integritate formæ Baptismi, idest modi baptizandi est suscipientis baptismum expressio: & ideò dicitur Te, nā expressio personæ Baptizandæ est de substantia formæ Baptismi. Cuius ratio est, quia per expressionem personæ secūdæ cum dico Te, determinatur & ideò si subtrahatur non erit Baptismus. Hæc Beatus Thomas 4. script. sent. dist. 5. de integritate formæ Baptismi, artic. 2. quæst. 3. in cor. q. unde si quis diceret, ego baptizo Iohannem uel eum, non demonstrando ipsum baptizatum per hoc pronomen demonstratiuum te, non esset baptizatus, quia non esset seruata forma Baptismi. Vnde dicendum est sine præiudicio, quòd nullo nomine imposito ei qui baptizatur alijs concurrentibus in Baptismate necessarijs baptizatus est. Hæc Alexand. 4. parte summa de integritate formæ Baptismi. articulo 3.

Quartò de integritate formæ Baptismi est elementaris, uel materialis ablutio, quod patet, quia si quis uerba dicit. Ego te baptizo &c. & non intingat aqua non baptizat. Cuius ratio est, quia Baptismus abluitionem importat, & ideò si quis baptizandum, aqua non ablueret, non baptizaret. Ablutio autem per aquam pòt fieri per modum trinae immersionis, aliquando per modum asperisionis, uel effusionis: & hoc modo videtur, q̄ Apostoli Baptizarent cum legatur, q̄ semel una die conuersi sunt quinque milia, & alia die tria milia. Actuum. 2. & 3. Hæc B. Th. 4. scripto sent. dist. 3. de integritate formæ Baptismi, art. 4. quæst. 1. in cor. quæstio.

Trina immersio-
num sit
necessa-
ria i ba-
ptismo.

Ad cuius euidentiā nota tria, scilicet consuetudinem, necessitatem, cōgruitatem. Nam consuetudo est in quibusdā Ecclesijs, q̄ aliquando per asperisionem, & non per immersionem celebratur Baptismus, ita q̄ tunc licet pòt quis baptizari absque trina immersione. Cōsuetudo tamen Romanæ Ecclesiæ habet, q̄ Baptismus debet celebrari trina immersione, & licet trina immersio nō sit de necessitate sacramēti Baptismi, si q̄s tamē omittat, contra consuetudinē Ecclesiæ semel tantum immergens grauiter peccat:

& ideò p̄ canones depositionis, p̄na puniatur: ita dicitur de consecratione. distin. 4. ex canonib. Apostolorū. Si quis præf. byter. uel Episcopus non trinam immersionem unius ministerij celebret, sed semel tantum mergat in baptismate, deponetur. Ibidem. quæst. in cor. q. in fine. Secundò nota necessitatem. Nam in casu necessitatis pòt Baptismus celebrari sine trina immersione: & hoc præcipue p̄ tres causas. Prima est propter modicitatem aquæ. Secūda est propter imbecillitatē, uel debilitatem sacerdotis, ut si sacerdos adeo esset debilis manibus, q̄ nō pòt puerum immergere. Tertia est p̄pter timorem mortis pueri, puta quando puer est seminatus nec pòt parēs p̄pter nimiam debilitatem puerum, totaliter committere, & instat hora mortis, uel quando solū caput emittitur, in talib. n. casib. necesse est ut exerceat Baptismus asperisione, uel perfusione aquæ: ubi supra. q. r. in cor. q. Quarta causa est p̄ consuetudinē, de qua patet supra immediatē. Tertiò nota de cōgruitate, nam cōueniētissime in baptismo fit trina immersio: & hoc p̄ quattuor rōnes. Prima ē secūdū Grego. ad significādū ēt misteriū trinitatis. Secūda rō est secundum Damas. ad significādum tres dies dñicæ sepulturæ, dicēs q̄ Christus iacuit in sepulchro trib. dieb. & trib. noctib. Tertia rō est secundum Hier. ad significādum efficaciam Baptismi: nam secundum Hier. triplex immersio in baptismo est, mundatio a triplici concupiscētia de qb. dñr prima Iohan. 2. Quarta ratio est secundum Hug. ad uitādum triplex peccatum. sc. cogitationis, locutionis, operationis: unde Amb. lib. de sacramētis, Interrogatus es, credis in Deū patrē omnipotentem; & dixisti credo: & immersus es. i. sepultus es peccato. Interrogatus es iterum, credis in dominum Iesum Christum, & crucem eius; & dixisti credo: iterum immersus es, & sic Christo cōsepultus: qui enim cū Christo cōsepelitur cū Christo resurget. interrogatus es tertiò, credis in spiritū sanctū; & dixisti credo, & tertiò imersus es, ut multiplicē culpā multiplex spiritus sancti grā in trina cōfessione absolueret, ubi supra q. 2. in cor. q. Et Alex. 4. parte sum. q. 14. de cōgruitate numeri immersionum, artic. 4. in.

Trina
immer-
sio qua-
re ē cō-
grua sa-
cramē-
to bap-
tismi.

in cor. q. Vna autē immersio in Baptismo signat duo. scilicet diuinitatis singularitatem, & unicā mortē domini, quia Christus semel tantū mortuus est: tamen expressior est, trina immersio, quā una, quā in baptismo cum fide Trinitatis expressa dat intelligi fides unitatis, & ideo cōuenientius est q̄ trina immersione in actu baptizandi fides Trinitatis exprimat. Hæc B. Tho. vbi supra. q. 2. in solu. 2. argum.

Unitas
intentionis
in trina
immer
sione fa
cit unitatem
Bapt.

Vbi nota, q̄ unitas intentionis in trinis immersionib. facit unitatem baptismi, & ideo quando aliquis intendit ter immergere, prima immersio non terminat intentionem baptizantis, & p̄ cōsequens nec est Baptismi complet, nec per illā tantū immersionem baptismus habet effectū nisi in ordine ad alias. Si autem non intendit nisi vnā immersionē facere, prima solū complet Baptismum terminans intentionem baptizantis. q. 3. in solu. 3. argu.

Sed forte quæres, an si paruulus prima immersione facta statim decedat, vtrum dicendus sit baptizatus. Respōdeo, & dico, q̄ in tali necessitate baptizatus est, supplente summi gratia sacerdotis. Hæc Alex. ubi supra art. 5. in cor. q.

Quintò de integritate formæ Baptismi est uocalis, uel uerbalis expressio. Si quis. n. puerū immergeret, & formā uerborum nō exprimeret, sanctū Baptisma non facit. Ita dicit decretalis Alexandri Papæ, extra de Baptismo. c. Si quis puerū ter in aqua immerferit, dicendo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, si nō dicat. Ego te baptizo, talis immersio non facit Baptisma. Oportet enim, q̄ per formam Baptismi uirtus Trinitatis inuocatur ad materiam proportionatā determinetur, quod fit in expressione actus Baptismi dicendo. Ego te baptizo. Hæc B. Th. 4. scri. sent. dist. 3. de integritate formæ Baptismi, art. 2. q. 3. in cor. q.

Verba
necessaria
sunt
in Bapt.

Ad cuius euidentiam nota duo. scilicet rōnes uerbalis additionis, & rōnes formalis distinctionis. Primò nota, rōnes uerbalis additionis: nā uerba sunt de substantia Baptismi, & aliorū sacramentorū nouæ legis, & ideo sicut materia ita uerba p̄poni debent, & exprimi in forma baptismi, & hoc triplici rōne, primo rōne repræsentationis, sicut effectus proximus suā cām repræsentare debet, sic Baptismus repræsentat

auctorem suum. scilicet Christum, in quo sint unio uerbi, & carnis, ergo &c. scdò rōne proportionis sic. Medicina dēt proportionari morbo, sed morbus peccati hominē quātū ad animā, & corpus infecerat: ergo oportet in Baptismo, & in alijs sacramētis esse uerba, quæ respondeant aīæ, & res, q̄ respōdeant corpori, ut medicina amborum: tertio rōne significationis, nā baptismus, & alia sacramenta nouæ legis gratiam sanctificationis continent, sanctificatio uerò fit per uerbum Dei ergo &c. unde Aug. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Hæc Beat. Tho. vbi supra dist. 1. art. 3. in cor. q.

Secundò nota rōnes formalis distinctionis. Nā græci baptizant sub ista forma. Baptizetur seruus Christi Iesu, in nomine patris &c. Quæ qdē forma differt a forma latinorū in tribus. Primò in expressione baptizantis: non enim ponunt in forma Baptismi personam ministri, sicut in nostra forma ponitur, & exprimitur sub pronomine demonstratiuo personæ primæ, cum dicimus Ego, quam græci non ponunt. Et hoc ideo, ut dicunt ad remouendum errorem, qui fuit in primitiua Ecclesia, qui efficaciam Baptismi baptizanti attribuebant. Secundo differt in hoc, scilicet in expressione actus. Nā ipsi in sua forma significāt actum Baptismi sub alia persona. scilicet sub tertia, & sub alio modo, scilicet sub coniunctiuo, uel optatiuo: & hoc, ut dicunt, faciunt ad significandum, q̄ actus interior expectatur ab extra. Tertiò differt in expressione personæ baptizatae, quia persona baptizata ponitur in nominatiuo, & in tertia persona. Cuius rō est, secundū eos, quia quāq; ille, qui baptizatur non hēt intellectum, ut ad eum possit sermo dirigi. Nos autē in forma qua baptizamus contra eos facimus ista tria. Primò enim exprimimus personam baptizantis pronomine demonstratiuo primæ personæ, scilicet ego. Secundo in actu Baptismi utimur uerbo indicatiuo. scilicet baptizo. Tertiò exprimimus personam baptizatā pronomine demonstratiuo, cum dicimus Te. Ratio huius est, quia intentio baptizantis magis exprimitur per primam personam baptizantē, & per uerbum indicatiuum, & secundā personam baptizatam, quæ quidē per-

Differētia inter
formam
Baptif.
græcorū,
& latinorū.

sonæ, scilicet, prima, & secunda sunt certæ, & præsentæ, & demonstratiuæ ne intentio baptizantis euagetur, & ideo certum est, q̃ forma nostra est melior, tum quia a domino est instituta, nam dominus formam baptismi instituit actiue, & non passiue. dicens baptizantes eos: tum quia ab auctoritate Ecclesiæ est tradita, ad quam per Apostolos ore domini Baptismi forma est deriuata. Et ideo latinis præcipue in forma græcorum baptizare non licet, quia si præsumerent, secundum quosdam non esset baptismus, secundum quosdam autem esset, sed grauius peccarent. Hæc B. Th. 4. scr. sent. dist. 2. de integritate formæ Baptismi. ar. 2. q. 2. in solut. 1. argu. per totum. Vtrum autem illi qui in forma græcorum baptizantur pro baptizatis sint habendi. Dici potest, q̃ non est undequaq. certum, sed in dubijs securior pars est eligenda, & ideo sanum consilium est, q̃ sub conditione rebaptizentur. Hæc Alex. 4. part. summæ de diuersitate formarum Baptismi, & q̃ sit forma conuenientior an forma latinorū, uel forma græcorū, ar. 3. in cor. q. 6.

Sexto de integritate substantiæ formæ Baptismi est mentalis intentio. oportet. n. q̃ intentio sit in baptizante de conferendo Baptismum, & in baptizato adulto de suscipiendo Baptismum.

Hæc intentio requiritur in baptizante de conferendo Baptismum. Cuius ratio est, quia multæ causæ, & diuersæ non producant unum effectum nisi aliquo modo coniungantur in unum: coniunctio uero diuersorum in unum non fit nisi per intentionem ordinantem illa diuersa ad unum. Cum igitur adesse Baptismi & cuiuslibet sacramenti tria sunt necessaria scilicet materia elementi, & forma uerborum, & applicans, tunc est intentio necessaria iungens, & applicans hæc ad effectum, Hæc B. Th. 4. scr. sent. dist. 6. art. 1. q. 1. in cor. q. 7. 2. cōf.

Intentio est necessaria in baptizante de conferendo Baptismum, & aliter est de instrumentato inanimato, & aliter de animato, quia in instrumento inanimato quale est securis, uel huiusmodi, non requiritur intentio propria, sed intentio principalis agentis, quia ipsa inclinatio instrumenti ad-

effectum per motum principalis agentis, locum intentionis supplet. Sed instrumentum animatum quale est baptismi minister, ut potè agens per imperium uoluntatis requiritur intentio exequendi ministerium ad illud ad quod est applicatum: ibidem in solut. prima argumenti. Secundum est, quod in baptizare non requiritur intentio actualis, sed habitualis: unde quia cogitatio est ualde labilis etiam si quando actu baptizat. s. q̃ uerba perfert non ad sit actualis intentio, dummodo prius intenderit, & contraria intentio non interuenerit, sacramentum non impeditur, quia operatur tunc in ui principalis intentionis. non enim oportet q̃ in opere semper intentio coniungatur in actu, sed sufficit, quod opus ab intentione procedat ibidem in sol. 4. arg. Tertium est, quod in baptizante requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia. Intentio autem ecclesiæ est quando baptismus confertur, quod minister abluat exterius, ut Deus abluat iterius. Quartum est, quod infidelis intendens, quod facit ecclesia baptizat. Cuius ratio est, quia talis licet non habeat fidem, tamen si in baptizando intendit, quod intendit Ecclesia baptizat: nec tamen sequitur infidelis in baptizando intendit, quod intendit Ecclesia, immo est falsa cōsequentia. Hæc Alex. 3. parte summæ de intentione baptizantis.

Secundò dico, quod in baptizato adulto requiritur intentio baptismum suscipiendi, quod dupliciter probo, scilicet per locum a simili, & a maiori. Primò per locum a simili sic. In baptizato fit quoddam spirituale coniugium animæ ad Deum: sed in coniugio requiritur consensus: ergo & in baptismo. Secundò probo hoc idem per locum a maiori sic. Effectus baptismi magis impeditur ex parte baptizati, quam ex parte baptizantis. Cuius ratio est, quia malitia baptizantis non impedit receptionem gratiæ in baptismo, quæ impediri potest per malitiam recipientis, sed defectus intentionis ex parte baptizantis impedit sacramentum: ergo multo magis, & fortius, defectus intentionis ex parte baptizati, ubi supra, dist. 6. art. 2. q. 3. in duob. arg. contra.

In adulto baptizato requiritur intentio ipsius.

C A P. II.

2. **SECUNDO** principaliter circa Baptismum considerata est materię necessitas, uel congruitas, nam ex institutione diuina necessarium est Baptismũ in aqua elementari fieri. Quare autẽ dominus instituit, Baptismum in aqua fieri possunt sex assignari sex rationes. scilicet ratio ne perspicuitatis, humiditatis, frigiditatis, utilitatis, communitalis, facilitatis. Primò dominus instituit aquam esse propriam materiam Baptismi ratione perspicuitatis, uel transparentię: nam aqua ratione suę perspicuitatis, & transparentię habet aliquid de lumine, & ideo ex hoc competit Baptismo, qui habet uim illuminatiuam, secundũ quod in eo confertur gratia quę est illuminatiua mentis: Secundo dominus instituit, ut Baptismus in aqua fieret ratione humiditatis, ex qua habet uim mundificatiuam. Hug. In solo elemento aquę sacrarũ Baptismi est institutum, quia hæc sola plenã habet, & perfectam mundationem, alij liquores omnes aqua purificantur. Et similiter baptismus habet uirtutem sordes spirituales mundi ficandi: & hoc non uirtute proprię naturę, sed per contractum carnis Christi, in qua & ex qua omnis munditia aliena a transfusione peccati fuit, & ideo ex ea confertur causa, quod ratio mundandi ab omnibus sordibus culpę. Tertiò dominus instituit, ut Baptismus in aqua fieret ratione suę frigiditatis: nam aqua per naturam suę frigiditatis, habet uirtutem infrigidatiuam, & caloris repressiuam unde conuenit aquę ut per contractum carnis Christi, in qua non erat concupiscentia peccati, adueniente spirituali uirtute uerbi, refrigeraret carnem a concupiscentia peccati, unde per Baptismum fomitis incendium mitigatur: Quartò dominus instituit, ut Baptismus in aqua fieret ratione utilitatis: nam aqua maximè competit generationi, & augmentationi, rerũ uiuentium: unde in principio mundi ex aqua primitus alia sunt producta, & sic competit Baptismo, in quantum est generatio in spirituales uitam, nam sicut uirtute aquę confertur uita corporalis, ita uirtute nõ aquę sed uerbi uitę confertur

in Baptismo per gratiam baptizato uita spiritualis, si digne Baptismum suscipiat. Quintò dominus instituit, ut Baptismus in aqua fieret ratione suę communitalis, quia aqua in omnibus mundi partibus inuenitur. Sextò hoc idem instituit ratione suę facilitatis, quia aqua est res quę ab omnibus de facili sine magno precio haberi potest. Et hæc duę rationes Baptismo competunt, prout est sacramentum necessitatis, sine quo salus haberi non potest. Hęc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 3. artic. 3. de materia Baptismi. q. 1. in cor. q. per totum. uel dicas breuius, scilicet quod aqua elementaris est materia sacramenti Baptismi duplici ratione, scilicet ratione effectus, & usus. Primò ratione effectus. Nam aqua ratione suę materię repręsentat effectus Baptismi quod patet, quia aqua ex parte suę naturę est elementum diaphanum humidum, & frigidũ, ex quo primo significatur illuminatio gratię, ex secundo ablutio culpę, ex tertio mitigatio concupiscentię. Secundò aqua est materia baptismi ratione usus: nam aqua in suo usu habet utilitatẽ, communitalitatem, facilitatem, propter quę tria conuenienter est materia sacramenti Baptismi, quod est maximè utile in effectũ, & facile in obseruantia, & commune necessitate. Hęc Petrus de Tharan. 4. script. sent. dist. 3. circa tertium problema, artic. 1. in cor. q. per totum.

Cur aqua elementaris sit materia sacramenti.

C A P. III.

TAmen ad Maiorem euidẽtiam prædictorum nota nouem.

Primum est: quod quia permixta aliquando potest esse materia Baptismi, aliquando uero non.

Vbi nota, quod permixtio aquę potest esse duplex. Vna quę tollit speciem aquę, sicut quando transit per putrefactionem in aliam speciem, puta quando per alterationem digestionis, uel putrefactionis aqua transit in uinum, aut per additionem tantam alterius liquoris, quod soluat speciem aquę: sicut si parum aquę multo uino admisceatur, & in omni tali admixtione non potest fieri Baptismus, quia iam non est

est aqua, Alia permixtio est, quæ non tollit speciem aquæ, puta quando alteratur aqua secundum aliquod accidens, & manet species; ut patet in aqua calefacta. inò melius esset, q̄ sacerdos faciat fieri aquam calidam, quia pueri quandoque ita frigore contrahuntur, q̄ infirmantur, & moriuntur, ut dicit Albertus super 4. sent. dist. 3. Similiter cum additur aliquid aquæ quod non commiscetur aquæ, sicut si aliqua solida ponuntur in aqua: uel si sit aliquid commiscibile, puta humidum aliquid ita parue quantitatis, q̄ specie aquæ non mutet, in tali aqua sic permixta potest fieri Baptismus. Quando autem mutata sit species aquæ, uel non potest cognosci ex raritate, uel densitate, uel quando humor aliquis non rarefieret calido, uel non astringeretur frigore sicut aqua, sed aliter, ut patet in uino, oleo, & lacte, & huiusmodi, in quibus Baptismus non potest fieri. Hæc B. Tho. 4. scrip. sen. distin. 3. de materia Baptismi, art. 3. q. 2. in cor. q. per totum. Secundum est, quod ratio quare in uino, lacte, & oleo non potest fieri Baptismus est triplex. Prima est, quia hæc non habent speciem aquæ quam dominus instituit materiam Baptismi. Secunda est, quia non habent abluionis, uel mundaionis effectum ut aqua: quod patet, quia ex eis sordes aliquando contrahuntur. Tertia est, quia non habentur in usu, ut aqua, ibidem art. 3. q. 2. in solu. 5. argum. Tertium est, q̄ si aliquis in articulo mortis baptizaret in uino, uel in oleo, uel in lacte, uel in sanguine, uel in alio liquore propter defectum aquæ, non esset baptizatus. Et ratio huius est, propter institutionem diuinam, quia dominus instituit materiam Baptismi esse aquam, & non liquorem alium: non etiam contulit alijs liquoribus uirtutem regeneratiuam sicut aquæ. Hæc Alber. ubi supra. Quartum est, quod Baptismus potest fieri in lixiuio sicut, & in aquis sulphureis, & in alijs aquis quæ ex terra per quam transeunt immutantur. Cuius ratio est, quia lixiuum non differt ab alia aqua nisi per hoc, q̄ per cineres transiit, & hæc est differentia accidentalis. Hæc B. Thom. ubi supra immediate quæst. 2. in solu. 5. arg. Quintum est, quod si aqua paludis esset intantum ingrossata, q̄ a uera raritate aquæ re-

cederet, non esset Baptismus, sicut si esset lutum: alias esset Baptismus, quia adhuc species aquæ maneret, ibidem. q. 3. in solu. 3. argumen. Sextum est, quod in aquis quam faciunt Alchimistæ ad mutanda metalla non potest fieri Baptismus. Cuius ratio est, quia mutantur specis aquæ. Septimum est, quod non solum aqua Iordanis, sed omnis alia aqua est materia Baptismi. Cuius ratio est, quia dominus tangendo illam aquam Iordanis dedit uim regeneratiuam non solum illi aquæ, sed toti speciei aquæ in tota specie aquæ eam instituens materiam Baptismi esse. Hæc B. Tho. ubi supra immediate quæst. 3. in solu. 1. argum. Octauum est, quod si aliquis baptizaretur in mari, uel in aliquo flumine, non tota aqua maris, uel fluminis, uel totum mare, uel totum flumen pertineret ad Baptismum, sed solum illa aqua maris, uel fluminis pertinet ad Baptismum, quæ potest aliquem effectum habere in baptizando, uel lauando, uel in frigidando, ibidem in solu. 2. argum. Nouum est de quantitate aquæ, nam aqua Baptismi debet esse in tanta quantitate extra articulum necessitatis, ut totum corpus debeat intingi. In articulo autem necessitatis sufficit tantum de aqua, quod ibi possit immergi principalis pars corporis, scilicet caput, cum ibi appareant omnes perfectiones animæ: & uigeant omnes sensus. Req. supra de integritate formæ Baptismi rubrica. 4.

CAP. IIII.

CIRCA Baptismum, tertio, principaliter considerata est conferentis, scilicet baptizantis qualitas. Ad cuius euidentiam propono hic sub quæstione duodecim casus. Primus est, an non habens ordinem possit baptizare. Respondeo. & dico, quod in Baptismo aliquid est de necessitate Baptismi quod non potest omitti, & aliquid de solemnitate sacramenti Baptismi, quod potest omitti: uerbi gratia: Sicut. n. de necessitate uel de substantia Baptismi est aqua quæ non potest omitti, ut patet supra de materia Baptismi primo capit. & de solemnitate siue de cōuenientia Baptismi est sanctificatio

4 Baptizare non p̄t qui non habet ordinem.

Panth. Pars. 1. O aquæ

aquæ quæ in casu necessitatis pōt omit-
ti, ita & ordinatio ministri non est de ne-
cessitate Baptismi, sed de solemnitatem, &
ideò non habens ordinem pōt baptizare
imminente necessitate. s. in articulo mor-
tis, peccat tamen si non ordinatus bapti-
zat non imminente necessitate. Hæc. B.

Nec Dia-
conus ut
talis.

Tho. 4. scrip. sent. dist. 5. art. 1. q. 1. in cor.
q. Secundus casus est, an diaconus ex suo
ordine possit baptizare. Respondeo, & di-
co, qd diaconus non est proprius minister
baptismi, vel alicuius sacramenti, sed ali-
quorū sacramentaliū, sicut exorcismi, &
expulsionis immundorū à diuinis, & eru-
ditionis eorū, qui ignorat qualiter habe-
re se debeant ad diuina, vt cū dicit Flecta-
mus genua, vel Humiliate vos ad benedi-
ctionē, vel aliud hmōi, ibidē. q. 2. in cor. q.

Itē non
baptiza-
tus.

Tertius casus est, an non baptizatus pos-
sit baptizare. Respondeo, & dico, qd non
baptizatus pōt baptizare dummodo ser-
uet formam ecclesiæ, & habeat intentio-
nem baptizandi. Cuius rō est, quia sicut
aqua absq; omni sãctificatione est mat e-
ria baptismi quantum ad necessitatē sa-
cramenti, ita homo absq; omni sacramē-
tali sãctificatione quantū ad necessitatē
sacramenti pōt esse minister huius sacra-
menti, ibidem. q. 3. in cor. q. Quartus ca-
sus est, an aliquis possit baptizare seip-
sum. Respondeo, & dico, qd quamuis non
baptizatus possit aliū baptizare, ut patet
supra immediatē, non tamen pōt bapti-
zare seipsum: & hoc duplici ratione. Pri-
ma est, quia sicut nulla res potest genera-
re seipsam vt sit, secundum Aug. ita nul-
lus potest regenerare seipsum: baptismus
autem est quādam regeneratio. Secunda
rō est, quia non posset seruari forma ec-
clesiæ. Quod autem dicit Innocētiū ter-
tius in quodam decretali, qd iudæus, qui
seipsum in aquam immergit dicens: Ego
baptizo me in nomine patris, & filij, &
spiritus sancti, si decessisset ad patriam euo-
lasset: intelligendum est propter vim con-
tritionis, & deuotionis, ex cuius magni-
tudine hoc procedere videbatur, vt inter
iudæos existens quasi mortis periculo se
offerret, ibidem. q. 3. in sol. 2. arg.

Malus
mini-
ster ba-
ptizat.

Quintus casus est, an malus minister
possit baptizare. Respondeo, & dico, qd sic.
Cuius ratio est, quia subtracto eo quod
non est de substantia sacramenti sacra-

mentum esse non desinit, sed bonitas mi-
nistri nō est de substantia sacramēti, sed
de conuenientia: ergo &c. ibidem art. 2.
q. 1. in cor. q.

Sextus casus est, an baptismus datus
per meliorem ministrum habeat maiore
effectum, quam datus per peiore. Respō-
deo, & dico, qd non. Cuius ratio est, quia
baptismus non habet suum effectum ex
agente instrumentali quale est minister,
sed ex agente principali, quale est Deus:
nam secundum Philosophum actio non
attribuitur propriē instrumento, sed prin-
cipali agenti: vnde quia in baptismo prin-
cipale agens est Deus, non refert ad perci-
piendam rem sacramentum, utrum mini-
ster habeat gratiam, uel nō, vnde propriē,
& per se loquendo iste malus minister
non est, qui mundat, sed Christus de quo
dictum est Ioannis. 1. Hic est, qui bapti-
zat, ibidem. q. 2. in sol. 1. arg.

Septimus casus est, an sacerdos in pec-
cato mortali existēs peccat mortaliter cū
baptizat. Respondeo, & dico, qd sacerdos
vel quicumq; alius baptizans cum solēni-
tate quasi ministrum ecclesiæ se exhibēs,
peccat mortaliter: si autem simpliciter ba-
ptizet in art. necessitatis non quasi mini-
ster ecclesiæ, sed sicut uerba baptizare pos-
set: non peccat, ibi. q. 4. 1. cor. q.

Octauus casus est, an recipiens baptis-
mum, vel aliquod aliud sacramentū à ma-
lo sacerdote peccet. Respondeo, & dico
hic duo. Primum est, qd malus sacerdos,
vel minister alius, aut est p̄cisus ab ec-
clesia aut non. Si est p̄cisus ab ecclesia
recipiens ab eo aliquod sacramētum pec-
cat, nisi in casu necessitatis. in quo posset
etiam à pagano, uel iudæo suscipere, Si nō
sit p̄cisus ab ecclesia accipiens ab eo sa-
cramentum non peccat nisi per accidēs,
scilicet si eius peccato communicet, ibi-
dem. q. 5. in cor. q. Secundum est, qd malus
sacerdos, qui solēnitatem baptizat sicut ec-
clesiæ minister licet peccet baptizādo, nō
tamen oportet, qd ille, qui ab eo Baptismū
exigit, uel recipit etiam excepto casu ne-
cessitatis peccet propter duas rationes.
Prima est, quia isti non potest esse cer-
tum, qd ille sit in peccato mortali, cum in
vno instanti spiritus operatur iustificatio-
nem impij. Secunda ratio est, quia iste
petit quod iustum est, quia à suo sacerdo-

Sacer-
dos in
peccato
mortali
existens
nū pec-
cet ba-
ptizādo

te debet sacramenta percipere: nec propter hoc cogit, uel inducit eum ad peccandum, quia ille potest reddere quod debet non peccando, ibi. q. 5. in sol. 1. arg.

Nō lice
at dare
pciū pro
baptis-
mo sacer
doti nō
lenti ba
ptizare.

Nonus casus est, quod dēt facere baptizandus si sacerdos nō vult eum sine precio baptizare. Respondeo, & dico, q̄ in hoc casu ille, qui est baptizandus, aut est adultus, aut non. Si est adultus sufficit ei baptismus in proposito, uel in desiderio ad salutē, quia baptizatur baptismo flaminis, id est contritionis, nec debet ppter hoc simoniam committere baptismū precio emendo. Si aut, qui est baptizandus sit puer: tunc ille, qui offert puerum prius debet ipsemet puerū baptizare quam precium sacerdoti pro Baptismo simoniacē dare: tamē licitum est ei aquā emere si alias aquam habere non possit, quia aqua non est sacrum quid: & si sit sanctificata, non operatur ad Baptismum de necessitate eius existens quasi sanctificata, sed quasi aqua, & ideo nō emit aquam sanctificatam, sed aquam. Quidam uerō dicunt, q̄ potest precium dare, quia non est hoc simoniam committere, sed vexationem suam redimere: sed primum melius uidetur. ibi. q. 5. in sol. 2. argum.

Hæreti-
ci bap-
tizant, &
cōtradi-
cere cō-
tradi-
hereti-
cū ut hē
in Cōc.
Trid.
Sess. 7.
can. 4.

Decimus casus est, an sacerdos hæreticus, uel alius infidelis baptizans cōferat sacramentum baptismi. Respondeo, & dico, q̄ hæreticus sacerdos, uel quicumq; infidelis dummodo debitam formā seruet, & intentionem baptizandi habeat, uerū sacramentum confert: quod dupliciter prob. Primò ratione, quia baptismus nō habet efficaciam ex merito baptizantis, sed ex merito Christi: quod operatur in baptismo in adultis baptizatis per fidem propriam, & in paruulis baptizatis per fidē ecclesiæ, ubi supra dist. 6. de his quæ requiruntur ad baptismum ex parte baptizantis. artic. 3. q. 2. in cor. q. Secundò hoc idem probō alia ratione sic, quia habere ius, uel Potestatem baptizandi conuenit alicui ex duobus. Vno modo ex ordine sacerdotali: & quantū ad hoc sacerdos hæreticus ab ecclesia p̄cisus habet ius baptizandi. Cuius ratio est, quia ius baptizandi ex ordine est sacerdotali, ut patet: sed ordo sacerdotalis non tollitur per hæresim: quod patet, quia si ordo sacerdotalis in hæretico non maneret, sed per hære-

sim tolleretur, tunc rediens hæreticus ad unitatem ecclesiæ iterum ordinaretur: sed non ordinatur, igitur, & ipsum consequens ordinem, ius uel potestas baptizandi per hæresim non amittitur. Secundò conuenit habere ius baptizandi ex iurisdictione ecclesiæ: & quantum ad hoc in hæretico ab ecclesia p̄ciso ius Baptizandi non manet, tum quia caret fidei catholica unitate & ueritate, tum quia caret uirtutis bonitate, nam iurisdictione baptizandi stat in unitate ecclesiæ: sed tales ab unitate ecclesiæ recesserunt, ergo iurisdictionem baptizandi non habent, ibidem. q. 3. in sol. 2. arg.

Sed fortē argues, q̄ sacerdos hæreticus, uel alius infidelis baptizare nō possit sic: Baptizans propinquus se hēt ad baptismum quam offerens puerum: sed in offerente requiritur fides, ergo multo magis in baptizante, & sic uidetur, q̄ infidelis baptizare non possit. Respondeo, & dico, q̄ non requiritur fides personalis offerentium puerum ad baptismum, sed solū fides ecclesiæ militantis quam nō est possibile totaliter deficere, Deo hoc ordinante, qui dixit Matth. ult. Ecce ego uobiscū sum usq; ad consummationem sæculi: si tamen deficeret suppleret illud, quod de fide remansit in ecclesia triumphante. scilicet uisio: nec offerens puerū in persona sua dicit: Credo: sed in persona pueri, ut sit sensus Credo, id est sacramētum fidei præstosum recipere, ibid. dist. 6. art. 3. q. 2. in solu. 3. arg. per totum.

Vndecimus casus est, an demon in figura sacerdotis apparens possit baptizare. Respondeo, & dico, q̄ Diabolus in figura sacerdotis apparēs potest immergere, sed non baptizare, uel baptismi sacramētum conferre: quod probō quinque rēnibus. Prima ratio est talis: Ille non potest sacramenta dispensare: qui nullo mō est de ecclesia, sed dā mō nullo modo, scilicet nec; actu neque potentia est de ecclesia, ergo &c. Secunda ratio est: Ille non potest sacramenta dispensare, cui sacramentorum dispensatio non est concessa: sed dispensatio sacramentorum nō est concessa nisi hominibus, qui cōueniūt cum uerbo incarnato a quo sacramēta fluxerunt, ergo &c. Tertia ratio est talis: Nam in sacramētis est uirtus spiritualis in corporeis elemē-

Dēmō i
figura sa
cerdo.
tis non
baptiza.
ret.

ris, sic & homines sunt ex natura spūali, & corporali compositi, non autem demones. Quarta ratio est, quia si dæmon baptizare se fingeret, semper esset timēdū, q̄ non faceret intētionē baptizandi, sed intentione decipiendi, quia nō esset probabile, quōd tantum bonum homini procuraret, sicut est regeneratio spiritualis. Quinta ratio est moralis, quia sicut mors fuit ministrata per hominem, ita, & vita, quare oportuit satisfactionem pro offensa peccati originalis, per hominem fieri, eo quōd homo ostendit. Hæc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 5. art. 3. q. 1. in cor. q. Et Alexan. 4. parte summæ de conditionib. baptizantis. artic. 9. in cor. q. Duodecim casus est, an Angelus bonus in figura hominis, uel sacerdotis apparēs possit baptizare. Respondeo, & dico, quōd Angelis bonis non est collata potestas baptizandi propter tres rationes. Prima ratio est, q̄a baptizare est actus ecclesiæ militantis, sed Angeli neque actu neque potentia sunt de ecclesia militante, sed de triumphante, cum semper sint compræhensores, ergo baptizare non possunt. Secūda ratio est, quia Angeli non habent prædictā convenientiam cum sacramento, & cū Christo, qui est auctor sacramenti, ergo &c. Tertia ratio est, quia ad necessitatem Baptismi non ualeret potestas eis concessa, cum non sint in promptu hominib. ut per eos baptizarentur: sed sicut Deus potentiam suam sacramentis non alligauit, ita nec potestatem conferendi sacramenta alligauit aliquibus ministris: unde qui dedit hanc potestatem hominib. posset dare Angelis: nec Angelus bonus baptizaret nisi diuinitus potestate sibi cōmissa: unde si aliquis baptizaretur ab Angelo non esset rebaptizandus, dummodo constaret, quōd bonus Angelus esset, sicut & iudicatum est templum quod est per Angelum consecratum, non oportet per hominem consecrari, sicut legitur in historia dedicationis sancti Michael. ibidem, q. 2. in cor. q.

Circa Baptismum, quartò, & ultimò principaliter considerāda est suscipiētis uarietas. Nā ille, qui est baptizandus, uel est paruulus, uel adultus. Primò igitur si est paruulus, circa paruulum pono decem casus sub quæst. Primus casus est, an paruulus existens in utero matris sit baptizandus. Rñdeo, & dico, q̄ nō: quod auctoritatib. & rationibus probo.

Primò auctoritate Aug. dicētis, q̄ sicut, qui non uixerit non potest mori, ita qui non fuerit natus non potest renasci, uel regenerari: sed baptismus est quædam regeneratio spiritualis, ergo &c. secundò hoc idem probo duplici ratione. Prima est talis: Baptismus, & quodlibet sacramentum est actio ecclesiæ militantis: sed quādiu puer est in uentre matris, nondū connumeratur membris ecclesiæ militantis: ergo non potest sibi exhiberi Baptismus. Secunda ratio est talis. Baptismus per ministros ecclesiæ, uel per eos, qui in casu necessitatis uicem ministrorum supplēt, & obtinent, est exercendus: sed puer quādiu est in utero matris non pōt subijci operationi ministrorum ecclesiæ, nec est hominib. notus, ideo etiam baptizari nō potest. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 6. art. 1. q. 1. arg. cont a, & in cor. q.

Secundus casus est, an paruulus dū est in utero matris, baptizetur baptizata matre, ad minus dum est in periculo mortis. Respondeo, & dico, q̄ non: quod probo duplici ratione. Prima talis est: Si enim baptizata matre puer in utero eius existēs esset baptizatus, cū nulli sacramēto quod caracterem imprimit de iterando sit iniuria facienda, ipse filius postea à materno utero natus, & separatus non baptizaretur baptizatur autem, ergo existens, uentre matris non baptizatur baptizata matre. Secunda ratio est talis: Baptizata una persona non propter hoc baptizatur altera: sed cum iam est unita anima rationalis corpori paruull, efficitur iam altera persona: ergo &c. unde licet puer in utero matris existens sit coniunctus matri secundum corpus quod à matre traxit, sicut fructus pendens in

a matre taxit, sicut fructus pendens in arbore est pars arboris, tamen est distinctus omnino a matre secundum animam rationalem, quam ab extrinseco. scilicet a Deo habet: & ideo secundum immutationem corporalem matris immutatur, non autem secundum mentem: unde non oportet, quod baptizata matre filius baptizetur, ibid. in sol. 2. arg. & arg. & Alex. 4. parte sum. de baptizandis, arti. 2. q. 2. in cor. q.

Parulus
semina-
tus an
sit bap-
tizandus.

Tertius casus est, an paruulus seminat^{us} sit baptizandus, an sit expectand^{us} auniuersalis, & totalis egressio eius antequam baptizetur. Respondeo, & dico, quod aut non timetur periculum mortis, aut timetur. Primum ergo modo si non timetur periculum mortis, tunc est expectanda vniuersalis egressio antequam baptizetur, quod tali ratione ostendo. Natiuitas secundum carnem debet esse proportionata natiuitati secundum spiritum: sed natiuitas, quae est secundum spiritum non est secundum partem, sed secundum totum: ergo natiuitas secundum carnem, debet esse secundum totum, & non secundum partem. Si autem timetur de periculo mortis debet baptizari. Unde fundenda est aqua baptismalis cum inuocatione Trinitatis secundum formam ad hoc institutam antequam expectetur totalis egressio. Cuius ratio est, quia procuranda est salus animae, quae est ad imaginem Dei facta, quantum fieri potest, eo quod zelus animarum maxime placet Deo; sed si expectaretur totalis egressio antequam baptizaretur, vel aqua tingeretur, frequenter paruuli sine Baptismo morerentur, & damnarentur, ergo &c. Hæc B. Th. ubi sup. dist. 6. ar. 1. q. 1. in sol. 3. arg. Et Alex. ubi sup. art. 3. in cor. q.

Quartus casus est, supposito, quod in articulo necessitatis sit baptizandus, facta particulari egressione indifferenter in quacunque parte sit baptizandus, an in aliqua parte determinate. Respondeo, & dico, quod egressa principali parte. scilicet capite, in quo omnes perfectiones, vel operationes animae magis manifestantur, debet baptizari. Secus autem est de alijs partibus. ut de manu, & pede quamuis non noceat etiam si tunc aspergerentur illae partes baptismali aqua, quia diuina misericordia non est arctanda. Si tamen postea plenarie nascatur non est rebaptizandus secundum quosdam: sed nihil periculi accidit, si ad

maiorē cautelam rebaptizetur sub hac forma. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine patris &c. Hæc B. Th. ubi sup. immediate, art. 1. q. 1. in sol. 3. argu. per totum.

Quintus casus est, an mater parturiens, vel alias quando est in mortis periculo debeat scindi, ut extrahatur puer, & baptizetur, & a morte eterna liberetur, an antequam scindatur debeat expectari natiuitas pueri ex utero. Respondeo, & dico, quod scindi non debet: quod dupliciter probō. Primum auctoritate Apo. ad Ro. 3. qui dicit, quod non sunt facienda mala, ut eueniant bona, & ideo homo potius debet dimittere infantem perire, quam ipse pereat, homicidij crimen in matre committens. Secundum hoc idem probō ex incertitudine: nam incertum est an puer uiuus possit haberi ut baptizetur, certum autem est, quod mulier pregnantis occiditur, unde Aug. dicit, quod tenendum est certum, & dimittendum incertum. Certum autem est, quod ibi est peccatum homicidij, & ideo cauendum est. Incertum autem est si puer uiuus possit haberi, ut baptizetur, & ideo dimittendum, si autem est certum, quod sectio sine mortis periculo posset fieri: secus esset, quia tunc in casu isto mulier scindi debet, & puer extrahi, & baptizari ne puer damnetur. Hæc B. Th. ubi sup. immediate, in sol. 4. argu. & Alex. ubi supra immediate art. 4.

Sextus casus est, an paruuli in utero possint sanctificari. Respondeo, & dico, quod sic. Cuius ratio est, quia sicut Deus non alligauit uirtutem suam reb. naturalib. ut non possit præter eas cum uoluerit operari, quod in actibus miraculosis facit, ita non alligauit uirtutem suam sacramentis, ut non possit sine sacramentorum ministris aliquem uel aliquos sanctificare, & ideo aliquos præter legem communem quasi miraculose in maternis uteris legitur sanctificasse: & præcipue illos qui ordinabantur, ut ad sanctissimam Christi conceptionem Hierem. Iohannem Baptistam, & Virginem beatam. Et quia secundum gradum propinquitatis ad Christum est gradus sanctificationis, ideo in beata uirgine fuit plenior sanctificatio, quam in Iohanne Baptista, & in Hieremia Propheta, eo quod in Virgine fomes adeo debilitatus est, uel extinctus, ut nunquam inclinaret

Mater si
est in pe-
riculo
mortis
an scindi
debeat.

Paruul
in utero
an possint
sanctifi-
cari, &
nati, an
debeant
baptiza-
ri: & qua-
re.

ad aliquod actuale peccatum: in alijs aut inclinavit ad veniale, non autem ad mortale, & ideo in Iohanne Baptista etiam fuit expressior sanctificatio quam in Hieremia, in cuius utero sanctificatio exultatione quadam in notitiam hominū prodijt, quia dictū est. Exultavit infans &c. Lucæ. 1. Hæc b. Tho. vbi supra immediata. q. 2. in cor. q. per totum.

Septimus casus ē, an sanctificati in utero sint postea baptizandi. Respondeo, & dico, qd sic, quod patet de Iohanne Baptista, qui in utero sanctificatus dicit se debere baptizari a Christo, Mat. 3. Ego a te debeo baptizari. Et Cornelio iam iustificato dicit Angelus act. 10. Hic dicit tibi &c. ergo post sanctificationem in utero nihilominus requiritur Baptismus: ibidem. q. 1. in arg. contra.

Duplex
cā reci-
piēdi ba-
ptismū.

Octavius casus est propter quā causam sanctificatus in utero baptizetur? Respondeo, & dico, qd necessitas recipiēdi Baptismum est duplex: una est propter indigentiam remedij, in quantum Baptismus ē in remediū originali peccati, alia causa est propter obligationem præcepti. Primò ergo sanctificatus in utero non recipit Baptismum, & non baptizatur propter indigentiam remedij, originalis peccati, eò qd gratia sanctificationis sufficit ad curationem originalis: & si reciperet, quantum ad hoc esset in eo inordinatio vanitatis, & cōtemptus: primò esset in eo vanitas, qā quod potest facere per unum frustra facit per duo: sed peccatū originale sufficenter per gratiā sanctificationis curatur, ergo frustra Baptismus assumitur. Secūdo esset in eo contemptus: nam qui post sanctificationē baptizatur gratiā sanctificationis cōtemnit, in quantum insufficiens reputat sanctificationis remedium ad excludendū, & curandum ab originali peccato. Secūdo sanctificatus in utero recipit Aaptismum in præceptū, & in signū: primò in præceptum, quia nulla sanctificatio ab observantia diuini mandati absoluit: ergo nec a susceptione Baptismi: secūdo in signū. scilicet ad ostendendū, qd sanctificatus cū baptizatur habet tria cōiuncta bona. scilicet obedientiam, humilitatē, caractere: nā ppter istas tres causas sanctificatus in utero baptizatur, prima est ppter acquirēdū caractere, quo annumeretur po-

pulo Dei, & quo ad accipienda sacramēta deputetur, secunda est, ut Baptismi per ceptione passioni Christi corporaliter cōformeretur: tertia est propter bonū obedientiæ, quia præceptum de Baptismo omnib. datum est, & ab omnib. debet impleri: nisi artic. necessitatis sacramentū excludat. Hæc b. Tho. vbi supra immediata. q. 3. in cor. q. Et Pet. de Thar. & Alex. Nonus casus est, an paruulus non habēs vsum rationis cum baptizatur recipiat sacramentū, & rē sacramēti. Respondeo, & dico, qd sic: quod dupliciter probo. scilicet rationē, & similitudine: primò ratione sic, Gratia superabundat plusquam delictū: sed delictū peccati originalis peccato parentum transiit in paruulos: ergo multo fortius gratia, & misericordia per Christū trāsit in paruulos sacramento Baptismi. Secūdo hoc idem probo similitudine de matrimonio carnali, & spiritali, quia sicut in matrimonio carnali, requirit vtriūsq. consensus in adultis, sic in spiritali. scilicet in Baptismo requiritur ppius cōsensus in adultis. Re. sequenti c. de consensu. Et sicut in paruulis de cōsensu parentum sponsalia contrahūtur, sed non omnino ratificantur, nisi per cōsensum illarum personarum, cōuenerint ad ætatē adultā, ita in paruulis contrahitur matrimoniū spirituale per duo: primo per gratiā passionis Christi à qua Baptismus habet uirtutem: Secūdo per consensū, uel fidē ecclesiæ: unde Isid. de officiis: Paruuli alio profitente baptizantur, qui ad huc loqui, vel credere nesciunt. Vel dicas, qd tria sunt propter quæ paruuli saluātur: primū est passio Christi, secūdo est fides Ecclesiæ: tertiū est sacramentum Baptismi. Hæc Pet. de Thar. 4. scrip. sent. dist. 4. art. 1. q. 1. in cor. q. in fine.

Decimus casus est, an sit melius in pueritia Baptismum recipere, an vsq. ad ætatem adultam differre. Respondeo, & dico, qd Baptismus in pueritia debet dari, & nō differri: quod probo propter quattuor rationes. Prima est ppter criminis durationē sic. Medicina debet quam citius pōt morbo apponi: sed baptismus est medicina cōtra originale peccatū quod et: a in pueris est. ergo quā citius fieri pōt commode pueris dari debet, nō expectata perfecta ætate. Secūda rō ē propter corporis, uel cōplexio-

Paruu-
lus cum
baptiza-
tur an
recipia-
sacramē-
tum, &
rē sacri.

Baptis-
mus de-
bet dari
pueris,
nōdifer-
ri.

nis imbecillitatem ex qua paruuli subito, & de facili possunt mori, & damnari: unde ut damnationis periculum euitetur debet in pueritia presentari Baptismus. Tertia ratio est propter demonis oppressionem, nam demon non habet tantam Potestatem in pueris baptizatis, quantam in illis, qui adhuc peccatum habent originale, nec etiam quantum ad nocumeta corporalia. Quarta ratio est propter boni operis assuetudinem: nam in pueritia facilius homo ad aliqua inducitur, & firmiter inhaeret, ut dicit Phil. 2. Eth. 1. Hec B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 4. de recipientibus Baptismum art. 1. q. 2. arg. 1. contra, & in cor. q.

C A P. VI.

DETERMINATIS conditionibus, quae in Baptismo requiruntur ex parte paruuli baptizandi, nunc dicendum est de conditionibus, quae requiruntur ex parte adulti baptizandi. Ad cuius euidentiam propono septem casus sub quaestione. Primus casus est, an inuitus, vel coactus possit Baptismum recipere. Respondeo, & dico, quod duplex est coactio. scilicet sufficiens, & inducens. Prima coactio est sufficiens, puta cum principium eius est extra ex toto nil conferente vim passo, ut cum aliquis reclamans violenter immergitur: & talis nec sacramentum suscipit, nec rem sacramenti. Cuius ratio est, quia nullo modo fuit in eo consensus, vel voluntas, immo fuit omnino repugnans. Alia coactio est inducens, ut cum aliquis minis, vel flagellis ductus immergitur, ita quod aliquis potius eligit Baptismum suscipere, quam talia pati, & talis exterius recipit sacramentum, sed non rem sacri. Vbi nota, quod consensus voluntatis in baptizato adulto requiritur, non quasi causans deletionem culpae originalis, sed solum quasi remouens prohibens. scilicet contrariam voluntatem. Hec B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 6. de baptizando adulto, art. 2. q. 3. in cor. q. & in solu. 1. arg.

Secundus casus est, an adultus usu rationis orbatus, vel priuatus, ut est furiosus amens, vel stultus possit sacramentum Baptismi recipere. Respondeo, & dico, quod de amentibus est distinguendum: quidam enim sunt qui ex natiuitate amentes fuerunt, & nunquam habuerunt, vel habent aliqua lu-

cida interualla: & de talibus uidetur esse idem iudicium, quod de pueris. Sicut enim pueri qui nunquam habuerunt usum rationis cum baptizantur, & baptismum, & effectum baptismi recipiunt, & hoc in fide ecclesiae, ita amentes praedicti. Quidam ante amentiam incurrerunt ex infirmitate, vel aliquo huiusmodi accidente, & habent lucida interualla. Et de istis dicendum est, quod si antequam amentiam incurrerunt, vel dum habent lucida interualla fuerunt in proposito Baptismi recipiendi, si necessitas sit, possunt baptizari, & sacramentum accipiunt, & rem sacramenti, etiam si tunc actu dissentiant, quando baptizantur in amentia existentes. Cuius ratio est, quia effectus Baptismi in mente suscipitur, nec impeditur nisi ex contradictione mentis. Illi autem qui mentis, vel rationis usum non habent, non contradicunt menti, sed magis fantasia ducti: & ideo talis contradictio non impedit effectus Baptismi. Si autem ante amentiam contraxerunt, non recipiunt sacramentum, neque rem sacramenti. nam sicut consensus voluntatis proficit, ita dissensus impedit. Aug. Qui creauit te sine te &c. Hec B. Tho. ubi supra dist. 4. de recipientibus Baptismum, art. 1. q. 3. in cor. q. & in solu. 2. arg.

Tertius casus est, an dormientes sint baptizandi. Respondeo, & dico, quod dormientes actu baptizandi non sunt nisi periculum mortis immineat. Et tunc similiter est distinguendum de dormienti. sicut de illis, qui amentiam incurrunt post statum sanae mentis, ibidem in solu. 3. arg. Re. de amentibus supra immediate.

Quartus casus est, an fictus possit baptizari. Vbi sciendum, quod fictus secundum Aug. dicitur tribus modis. scilicet qui non credit, qui indeuotus. id est non contrite accedit, qui contemnit. Primum secundum Aug. fictus dicitur, qui non credit: & ideo est quartus casus, an incredulus. id est non habens fidem Baptismum recipiat. Respondeo, & dico, quod in paruulo, & in adulto fides est necessaria, sed aliter, & aliter, nam in paruulis sufficit fides Ecclesiae ad percipiendum Baptismum, & effectum Baptismi. In adultis autem est necessaria fides propria ad recipiendum Baptismi effectum, non autem ad suscipiendum Baptismum, quia sacramentum Baptismi percipit aliquis etiam si non credit: ita dicit Augustinus: Proxius fieri potest, ut aliqui

An dormientes, & qui fingit possit baptizari.

Adultus coactus an recipiat sacramentum Baptismi.

Adultus usu rationis orbatus an possit baptizari.

verū baptisma habeant, & non habeant veram fidem. Hæc Beatus Thomas vbi supra dist. 6. de his quæ requiruntur ad Baptismum ex parte baptizati, ar. 3. q. 1. in cor. q. Ratio autem quare fides in adultis requiritur ad suscipiendum effectus Baptismi ē, q̄ fides dat efficaciam sacramentis, inquantum per fidem sacramenta quodammodo continuantur causæ principaliter agenti, scilicet Deo, & ipsi recipienti: vnde fides passionis à qua immediate sacramenta efficaciam habent, est necessaria: & defectus fidei ad fictionem pertinet inquantum aliquis ostendit exterius credere, & tamen interius nō credit, impedit effectum baptismi, ibidem dist. 1. art. 4. q. 3. in sol. 3. arg. & iterum ibidē dist. 4. art. 2. in sol. 2. arg. Secundō modo fictus dicitur secundum August. qui inde uotē. i. in contritē ad Baptismum accedit. Et ideo est quintus casus, an indeuotus, idest in contritus Baptismum suscipiat. Respondeo, & dico, q̄ licet in contritus recipiat sacramentum, non tamē recipit rem sacramenti, idest gratiam sacramēti. Cuius ratio est, quia ad percipiendum effectū Baptismi, oportet q̄ aliquis dupliciter disponatur, scilicet per fidem, & deuotionem. Primō modo oportet vt habeat habitum necessarium. s. fidē quæ cor purificat secundum Apostolum. Secundō oportet vt remoueat contrarium. s. peccatum per contritionem: vnde dicit Ambro. q̄ ad percipiendū effectus Baptismi non sunt necessaria nisi duo. s. fides, & cōtritio, tamen cōtritio in deuotione includitur. Vbi nota, q̄ deuotio accipitur duobus modis. Vno modo deuotio est volūtas consequendi Baptismum totaliter. s. quantum ad sacramentum, & quantum ad rē sacramēti, & tunc indeuotio, quæ est huiusmodi deuotionis defectus, nō potest esse sine peccato mortali. Alio modo deuotio importat feruorem charitatis in reuerentia Dei, & diuinorum, & tunc indeuotio quæ est huius deuotionis defectus pōt esse sine peccato mortali, vnde indeuotus hoc modo secundo recipit sacramentū, & rem sacramēti, vbi supra. dist. 4. de recipiētibz Baptismum art. 2. q. 2. in cor. q. & in sol. 3. arg. Tertio modo secundum Aug. fictus dicitur, qui Baptismū recipere cōtemnit, & ideo est sextus casus, an cōtē-

ptus sacramenti, vel qui cōtemnit sacramentum Baptismi recipiat Baptismum. Respondeo, & dico, q̄ duplex est contemptus. vnus quo aliquis abiicit sacramentum non existimans in ipso esse efficaciam ad saluandum: & talis qui sic cōtemnit. i. sacramentum partiipendit recipit sacramentum, vel baptizatur, non tamen rem, vel efficaciam sacramenti, vbi supra immediate in sol. 5. arg. Septimus casus est, an fictione cessante Baptismus consequatur effectum suum. Respondeo, & dico, q̄ sic: quod probō triplici ratione. Primō ratione exclusionis obstaculi sic: Remota causa remouetur effectus: sed causa impediens effectum Baptismi est fictio, ergo remota fictione Baptismus habebit effectum suum. Secundō hoc idē probō ratione collationis remedij sic: Cuilibet culpæ in statu viæ pōt remediū adhiberi: sed contra culpam originale non est aliud remedium, quam Baptismus: ergo cum fictē accedentibus peccatum originale non remittatur, oportet Baptismū iterari, si recedente fictione Baptismus non haberet effectum suum, quod est inconueniens, & hereticum scilicet iterare Baptismum. Tertiō probō hoc idem ratione impressionis signaculi sic: In Baptismo imprimitur caracter, qui est causa immediata disponens ad gratiam: cum ergo fictio non auferat caracterem, sed impediatur, recedente fictione caracter, qui est impressus in anima incipit habere effectum suum. Sed forte argues contra. s. q̄ recedente fictione Baptismus non habeat effectum suum sic: Sicut aliquis fictē accedit ad Baptismum, ita etiam ad Eucharistiam: sed recedente fictione Eucharistiae effectum nō recepit, qui prius fictus ad Eucharistiā accesserat, ergo nec recedente fictione aliquis effectū Baptismi recipit. Respondeo, & dico q̄ nō est simile de Eucharistia, & Baptismo. Cuius ratio est, quia in Eucharistia nō imprimitur caracter, cuius virtute aliquis efficaciam sacramenti Eucharistiae percipere, fictio ne recedente possit, sicut in Baptismo, vbi supra dist. 4. arr. 2. q. 3. in duobus arg. contra, & in cor. q. & in sol. 3. arg.

Differētia inter Baptismū, & Euchar.

CAP. VII.

Post hæc amplius circa Baptismum consideranda sunt quatuor. scilicet necessitas recipientium, congruitas temporum, varietas baptismatum, multiplicitas effectuum. Primò consideranda est necessitas recipientium. Est enim necessarium ad salutem recipere sacramentum Baptismi, hoc, uel in fide Ecclesiæ, in parulis, uel in fide propria in actu, vel in proposito, & desiderio, ut in adultis: quod tripliciter probò. scilicet auctoritate, ratione, similitudine. Primò probò auctoritate Aug. de fide ad Petrum sic dicentis: Paruuli qui in utero matris moriuntur, vel de utero nati sine Baptismo exeunt æterno supplicio punientur. Supplicium autem illud æternum vocat hic B. Aug. pœnā damni. i. carentiam diuinæ visionis in paruulis: & pœnam diuini, & sensus. i. pœnam carentiæ uisionis Dei, & pœnam gehennæ in adultis. Secundo probò hoc idē ratione sic: Aut aliquis non est sanctificatus in utero aut est sacrificatus in utero si non est sanctificatus in utero indiget Baptismo propter remedium peccati: si est sanctificatus indiget Baptismo propter obligationem præcepti, quia nulla sanctitas ab obseruantia diuini mandati absoluit, ergo nec a susceptione Baptismi, ita quod omnes ad Baptismum obligantur aut propter remedium peccati, aut propter debitum præcepti. Tertiò probò hoc idem similitudine Penitentiæ, & Baptismi, quia si cut pœnitentia data est in remedium peccati actualis, ita Baptismus in remedium peccati originalis: sed non potest quis saluari ab actuali mortali, nisi per penitentiā, ergo nec a peccato originali, nisi, per Baptismum in actu, vel proposito, ut dictum est supra propter quod dicit Dominus Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua spiritu sancto &c. Hæc Petr. de Tha. 4. scrip. sen. dist. 6. circa secundum problema, art. 1. q. 3. arg. cōtra in cor. q. ibi. Sed fortē argues, quod Baptismus non sit necessarius tali ratione: Baptismus datus est in remedium contra originale peccatū, sed circumcisio erat contra originale peccatum, ergo sufficiebat circumcisio sine baptismo. Respondéo, & dico, quod necessarium fuit post circumcisionē baptismū

instituire triplici ratione: prima ratio est quia baptismus est facilius in actu: secunda est, quia est communior in usu: tertia est, quia est perfectior in effectū. Prima ratio quare baptismus post circumcisionē debuit de necessitate institui, est quia baptismus est facilius in actu, nam circumcisio inferebat dolorem in carne: unde fuit sacramentum pœnosum, & laboriosum propter quod multi a circumcisione retrahebant: & ideo post illud necessarium fuit, ut institueretur sacramentum baptismi quod esset sine labore, & dolore, ut sic nullus se subtraheret a baptismo, immo omnis libenter, & facilius ad suscipiendum baptismum inclinaretur: unde hac ratione dicit propheta: Conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Et sequitur: Haurietis aquas cum Gaudio de fontib. Secunda ratio est, quia, baptismus est communior in usu, quia utriusque sexui est communis: circumcisio autē erat sacramentum particulare, quia solū dabatur uiris, & non mulieribus. & ideo erat remedium particulare, & non generale, propter quod necessarium fuit institui sacramentum baptismi quod est uniuersale remedium. unde hac ratione dicit propheta, Omnes sitientes. scilicet salutem, uenire ad aquas. i. nolite iam retrocedere. Tertia ratio est, quia baptismus est perfectior in effectū. Est. n. baptismus perfectior circumcisione in quatuor. scilicet in remotione culpæ, in collatione gratiæ, in ablatione pœnæ, in repræsentatione passionis, & resurrectionis dominicæ. Primò baptismus est perfectior circumcisione in remotione culpæ, & hoc tribus modis: primo quia circumcisio non tollebat principaliter pactum actuale, sed consequenter nā directè, & principaliter cōtra peccatum originale fuit circumcisio ordinata: ex consequenti etiam actuale tollebat ubi inueniebat Hæc b. Th. 4. Secundò circumcisio quāuis a peccato originali liberaret, non tamen per eam aliquis fructum liberationis consequi poterat, quia ianuā cæli non aperiebat, & propter hoc Iohan. Baptista circumcisus a peccato originali mundari indigebat, unde dicebat Christo: Ego a te debeo baptizari &c. ibidem in sol. 2. arg. Tertiò licet circumcisio purgaret originalem culpam, non tamen debebat omnē pœnam, ut infra statim patebit.

Baptismus ē perfectior circumcisione.

bit. baptisimus autem tanquā circuncisio
ne pfectior facit hæc tria: primo purgat
omnem culpā. Secundò liberat ab omni
pæna satisfactoria. Tertiò reſerat cæli ia
nuam, ut patet inf. 2. Effectus baptisimi.
Secundo baptisimus est perfectior circūci
ſione in collatione gratiæ, nā gratia per
fectius in Baptismo confertur, quā in cir
cūciſione, & hoc trib. modis. Primò quia
gratia in circuncisione principaliter or
dinatur ad effectus priuationis, ſ. ad re
motionem culpæ, conſequenter verò ad
effectus poſitiuos, ſ. ad ornatum animæ,
quod facit in quantum priuatio vnius ē
cauſa poſitionis alterius, vel poſitio alte
rius: gratia verò, quæ in baptismo datur
uel confertur principaliter ordinatur ad
effectus poſitiuos, vel ad effectum utrūq;
ſ. poſitiuum, & priuatiuum. Secundò
quia gratia, quæ in circuncisione daba
tur ordinabatur ſolum ad effectum pur
gationis: gratia vero, quæ in baptismo
cōfertur, ordinat ad utrūq. effectū. ſ. pur
gationis, & operationis. Tertiò quia gra
tia, quæ in circuncisione dabatur, erat di
minuta, quia non conferebat gratiam bo
num meritorii operandi, in merito pro
ficiendi, gratia autem quæ in Baptismo
confertur est perfecta quantum ad iſta
duo. Hæc b. Th. 4. ſcri. ſen. diſt. 1. art. 4. q.
2. & Alex. 4. par. ſum. de efficacia Circun
ciſionis art. 4. & in cor. q. Tertiò Bapti
ſmus est Circuncisione perfectior in abla
tione pænæ. Cuius ratio est, quia ex pecca
to originali est duplex pæna ſecuta. ſ. pæ
na ſingularis, & pæna generalis: pæna ſin
gularis est infectio perſonæ: pæna genera
lis pæna naturæ, quæ est carentia viſio
nis diuinæ. Prima ergo pæna ſingularis
ſ. infectio perſonæ ex peccato origina
li illata ex Circuncisione tollebat, in
quantum Circuncisio originalem culpā
purgabat, & animam ornabat, & dignū
vitæ æternæ faciebat, Sed ſecunda pæna. ſ.
naturæ, communis omnib. puta carentia
uiſionis diuinæ non tollebat, & ideo
dicitur, quod Circuncisio ianuam vitæ
æternæ non aperiebat. Hæc b. Th. ubi ſup.
immediatè q. 2. in ſol. 3. arg. Quarto ba
ptisimus est perfectior Circuncisione in
repræſentatione paſſionis, & reſurrectio
nis dominicæ ſepulturæ, quod probo ſic:
Tanto est perfectius; ſacramentum, quā

tò euidentius, & clarius mortem, uel paſ
ſionem, & reſurrectionem Chriſti repræ
ſentat: ſed effuſio ſanguinis Chriſti in
Circuncisione nō ita repræſentabat mor
tem, & reſurrectionem Chriſti, ſicut facit
Baptisimus. quod patet, quia in Baptismo
ē immerſio in aqua, & eleuatio ab aqua.
Immerſio in aqua ſignificat immerſionē
Chriſti in morte. Eleuatio ab aqua ſigni
ficat reſurrectionem Chriſti a morte: vin
de Apoſt. ad Rom. 6. Conſepulti ſumus
cum illo per Baptiſmum in mortem, ubi
dicit Glo. quod per immerſionem, & ele
uationem, quæ ſit cū aliquis baptizatur,
ſignificatur Baptiſmus paſſionem, & re
ſurrectiōem Chriſti. Hæc Alex.

C A P. VIII.

AD maiorem tamen euidentiam ca.
pcedenti circa institutionem, &
obligationē baptisimi nota hic quattuor.

Primum est, quod Baptisimus hoc ordi
ne, & modo incepit: primo enim fuit in
ſtitutus quantum ad materiam in Ba
ptismo Chriſti, tunc enim Chriſtus ta
ctu ſuæ ſanctiſſimæ carnis vim regenera
tiuam contulit aquis: ſecundo Baptisimus
aliquo modo fuit præfiguratus quò ad
formam per præſentiam trium perſona
rum in ſigno viſibili, quia pater appar
uit in uoce, filius in carne, ſpirituſ ſanctus
in ſpecie columbæ. Secundò etiam fuit
præfiguratus quantum ad eius efficaciam,
nam fructus baptisimi fuit præfiguratus
ibidem, quia cœli aperti ſunt ſuper eū.
Tertiò Baptisimus fuit obligatorius quò
ad noſtram indigentiam, quæ fuit decla
rata 1o. 3. ubi dixit: Niſi quis renatus fue
rit &c. Quarto fuit inchoatus, & notifica
tus quò ad obſeruantiam. ſ. quando miſit
diſcipulos ad prædicandum, & baptizan
dum, ut patet Mat. 10. quinto fuit virtu
ſus, & hoc in paſſione ex qua habuit effi
caciam, quantum ad effectum ultimum
quieſcit aperitio cœli, ſexto fuit diuulgatus
quò ad noſtram de eo notitiam, quando
ad omnes rationes eius diuulgatio, & no
titia facta eſt, dicente domino ſuis diſci
pulis Mat. ultim. Euntes docete oēs gen
tes baptizâtes eos &c. Hæc b. Th. 4. ſcrip.
ante, & ſent. diſt. 3. art. 5. q. 2. in cor. q. Secundum poſt paſ
ſionem.

Duplex
pæna ſe
quitur
peccatū
originale.

te passionem: & post passionem, & resurrectione Christi, sed ad alium, & ad aliū finem. Primò enim ante passionem, & resurrectione Christi fuit institutus Baptismus solum ad exercitandum, si præparandum fideles, & non ad obligandum, in cuius signum dominus Iesus discipulos suos, ad prædicandum, & baptizandum misit, ut patet Matt. 10. vnde tunc a tempore prædicationis Christi usq. ad passionem eius sacramenta nouæ legis simul concurrebant cum sacramentis legis antiquæ, & utraq. ad salutem operabantur. Hæc b. Th. 4. scrip. sen. dist. 2. ar. 4 q. 3. in cor. q. Secundo post passionem, & resurrectionem Christi Baptismus fuit institutus ad obligandum, & hoc postquam Circuncisio mortua fuit postquam Paulus dicit ad Gal. 5. Si circuncidimini, Christus nihil uobis prodest, deinceps. n. non poterat Circuncisio percipi ad salutem: vnde tunc Baptismus fuit obligatorius postquam ad notitiam venit, ibi. in cor. q.

Baptismus fuit obligatorius duobus modis.
Tertium est, quod Baptismus fuit obligatorius, duobus modis, quibus modis innotuit. s. per consilium, & præceptum. Primò Baptismus fuit obligatorius, quando innotuit per consilium, sicut Nichodemus quando Christus dixit ei Io. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo &c. Secundò fuit obligatorius quando innotuit per præceptum, sicut illis, quibus innotuit per prædicationem Apostoli. Nam consilium antequam sit inspiratum, & præceptum antequam sit diuulgatum non obligat, sed post, vnde Hugo de sancto Vict. sic ait: Veritati, & rationi consonum esse probatur ex eo vnumquemq. obligari expisse ad Baptismum, ex quo post institutionem præceptum, vel ante institutionem consilium cæpit baptizandi: qui enim nec prius contemptor consilij, nec post præuaricator præcepti extitit, culpandus non fuit, nisi fortè quis, aut prius, aut postea ita ignorans fuisse dicatur, ad quem diuine institutionis notitia peruenisset, nisi eius culpa obstitisset. Hæc Alex. 4. parte sum. de tempore institutionis, & obligationis Baptismi, art. 2. in cor. q.

Non baptizatus etiam si non ei in
Quarto quæro hic duos casus. Primus est, an si non innotuit alicui institutio Baptismi, uel quia esset in loco occulto, vel remoto, & non baptizatus decederet, dā-

naretur. Respondetur secundum Hugo. non nec de sancto Vict. qui sic dicit: Ego neminem non saluto talem, ad quem non peruenerit de uatur. Baptismo suscipiendo mandatū, vel si forte est talis, puto eū audire, & scire potuisse, & debuisse, si eius culpa non obstitisset, maxime cum scriptura euidenter clamat. In omnem terram exiuit sonus eorum, & ideo talis si decederet non baptizatus dānaretur tanquam præuaricator præcepti. Hæc Alex. ubi sup. immediate in fine. Secundus casus est, an puer, qui nascitur in deserto, ubi non potest haberi aqua, moriens sine Baptismo salueretur in fide parentum. Respondeo, & dico, quod talis non saluaretur in fide parentum. Cuius ratio est talis: Aliquis tribus modis potest saluari. Vno modo per Baptismi susceptionem. s. in actu vel effectu: secundum illud Apostoli ad Gal. 3. Omnes qui baptizati estis Christum induistis. Secundo modo per sanguinis effusionem propter Christum, quia per hoc aliquis conformatur Christi passioni a quo Baptismus efficaciam habet; unde dicitur de martyribus. Apocal. 7. Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Tertio modo per fidem, & dilectionem, per quam Christus peccata purgat, vnde dicitur prouer. 15. Per misericordiam, & fidem purgantur peccata, & Act. 15. Fide purificans corda eorum. Et similiter Christus per fidem in cordibus habitat, ut dicitur ad Ephe. 3. Paruulus autē qui in deserto sic moritur nullo horum modorum baptizatur, ergo saluari non potest: quod patet: Primò enim talis non potest habere motum fidei, dilectionis, & sic non potest baptizari Baptismo fluminis. i. contritionis. cum uisum rationis non habeat. Secundo talis ut supponitur non baptizatur Baptismo sanguinis, propter quem aliquis non solū christianus, sed etiam martyr efficitur, ut dicit Aug. de innocentibus. Tertio supponitur, quod talis puer non baptizatur Baptismo fluminis: ergo non saluatur in fide parentum, quia talis fides. s. parentum Baptismum fluminis præsupponit, & sic puer ille in deserto natus moriens sine Baptismo non saluaretur in fide parentum, ut dicit dominus Io. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. Hæc b. Tho. 6. quodlibet. to. 9. 4. in cor. q.

Tribus modis saluatur homo.

C A P. IX.

Circa Baptismum, secundò, principaliter consideranda est congruitas temporis. Ad sciendum autem quo tempore Baptismus debeat celebrari considerare debemus quinque; scilicet quidditatem, necessitatem, solemnitatem, iniquitatem, conformitatem. Primò debemus considerare Baptismi quidditatem, siue substantiam, & quantum ad baptismi substantiam non est aliquod tempus determinatum ad Baptismum celebrandum, immo quo libet die, qualibet hora potest celebrari baptismus. Secundò possumus considerare baptizandi necessitatem, & tunc necessitatis articulo imminente, non debet tempus aliquod expectari, sed statim celebrari debet: unde pueri propter imbecillitatem, & infirmitatem temporis ad vitam penam æternæ damnationis cum non possint aliter liberari, quàm per Baptismum, debet sine mora aliqua baptizari, nec tempora aliqua expectari, sicut olim in adultis expectari solebat. Tertiò possumus considerare Baptismi solemnitatem, nam sollemnis celebratio Baptismi non omni hora, vel tempore debet fieri, immo habet tempus determinatum. scilicet duplex, Sabbatum Paschæ & Pentecostes. Cuius ratio est, quia baptismus habet efficaciam ex duobus. scilicet ex passione Christi, & ex uirtute spiritus sancti. Primò habet efficaciam ex passione, Christi, cuius morti aliquis per Baptismum configuratur, quasi conscriptus Christo in mortem, ut dicit apostolus ad Ro. 6. & ideo Baptismus, solemniter celebratur in die sepulture Christi. scilicet in vigilia Paschæ. Secundò Baptismus efficaciam habet ex uirtute spiritus sancti: & ideo in uigilia spiritus sancti, Baptismus ab ecclesia solemniter celebratur. Quarto possumus considerare hæreticorum iniquitatem. Quamuis enim Christus in die Epiphaniæ sit baptizatus, & illa die per suum Baptismum uim regenerationis contulerit aquis, non tamen illa die, sed duobus sabbatis supradictis Baptismus debet potius celebrari: & hoc ad excludendum, & extirpandum errorem quorundam, qui dicebant nunquam baptismum posse conferri nisi illa die, qua do-

minus est baptizatus, Quintò possumus considerare nostri ad Christum conformitatem, & sic non oportet, quod Baptismus in festo natiuitatis domini celebretur quasi per eius natiuitatem fratres eius efficiamur, ut quidam dixerunt, eo quod nos non efficiamur, sed secundum natiuitatem spiritus: & ideo potius temporibus supradictis, debet Baptismus solemniter celebrari ab ecclesia, quàm alijs temporibus supradictis propter rationes prædictas. Hæc b. Th. 4. scr. sen. dist. 6. de ritu Baptismi. art. 1. q. 2. in cor. q. & in sol. arg.

C A P. IX.

Circa Baptismum, tertiò, principaliter consideranda est varietas Baptismatum. Nam secundum Damascenum quattuor sunt genera baptismatum. scilicet Baptismus fluminis. i. aque, flammis. i. penitentiae: in linguis igneis. i. spiritus sancti; & sanguinis. i. martyrij propter Christum: quæ quattuor baptismata sumuntur ratione quadruplicis purificationis. Primò. n. est purgatio a culpa, & poena satisfactoria, & sic est baptismus fluminis. Secundò est purgatio a culpa tantum: & sic est Baptismus flammis. i. penitentiae. Tertiò est purgatio a peccati sequela: & sic est baptismus in linguis igneis. scilicet spiritus sancti. Quarto est purgatio ab omni miseria: & sic est Baptismus sanguinis. i. martyrij. Hæc Alex. 4. parte sum. de pluraliter baptismatum, art. 2. in fine. Secundò super illo uerbo ad Hæb. 6. baptismatum doctrina. Gl. dicit, quod tria sunt genera baptismatum. i. Baptismus fluminis, flammis, i. contritionis, & sanguinis. Et n. Baptismus in aqua, in penitentia, in sanguine martyrum. Et magister sen. hæc tria allegat, & ponit quarto sen. dist. 4. Ratio autem istorum trium baptismatum secundum b. Th. est ista: Nam baptismus dicitur duobus modis. scilicet propriè & metaphoricè. Primo enim Baptismus dictus propriè est Baptismus, qui celebratur in aqua sua determinata forma uerborum, de quo Dominus dicit Matth. ult. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos &c. Dicitur autem talis Baptismus propriè Baptismus, quia in eo est duplex ablutio. scilicet exterior corporis, & interior men-

Tres de
signant
Baptis-
mi.

tis,

Efficacia
Baptismi
ex duobus.

ris. Secundo modo dicitur Baptismus metaphorice, & sic dicitur esse Baptismus fluminis, & sanguinis, in quib. est ablutio interior. s. mētis, & sic conueniūt cū principali effectu baptismi aquæ, non tamen est in eis ablutio exterior: propter quod licet hæc duo sint baptismata non tamen sunt sacramenta, ut cap. se. patebit. Hæc beatus Tho. 4. scrip. sent. dist. 4. de recipiētib. baptismum. art. 3. q. 1. in cor. q. Et idē dixit Petrus de Tharan. ibidem.

CAP. XI.

11

AD maiorem tamen euentiā prædictorū quæ dicta sunt in c. præcedenti nota hic duo. s. prædictorū baptismatū differentiam, & peminētiā. Primò nota ipsorum differentiam: nam illa baptismata. s. fluminis, & sanguinis differunt à baptismo fluminis quadrupliciter. s. ex parte dependētiæ, indigētiæ, cōtinētiæ sufficiētiæ. Primò ex parte dependētiæ, quia illa baptismata. s. fluminis. i. cōtritionis, & sanguinis. i. martyrij dependēt à baptismo aquæ in pposito, uel desiderio: quod patet, q̃a baptismus fluminis, & sanguinis. i. penitētiæ, & martyrij nō valent ad regenerationē nisi ei q̃ baptismū aquæ in proposito, uel desiderio habet. s. qñ articulus necessitatis non contemptus religionis, sacramentum baptismi aquæ excludit, ut dicit magister in lra: & sic quodāmodo. s. in proposito illa duo baptismata agunt in uirtute baptismi aquæ, ibi. in solu. 1. arg. Secundò differūt ex parte indigentia, eo quod maioris necessitatis est quod est necessarium absolute, & simpliciter, quam illud quod est necessarium conditionate, & secundū quid: sed baptismus aquæ in actu, uel in proposito est necessarius absolute: sed illa duo baptismata. s. fluminis, & sanguinis solum sunt necessaria sub condōne. s. ubi baptismus aquæ hñi non posset, ergo &c. ibidē in solu. 2. argu. Tertiò differunt ex parte continentia, quia baptismus aquæ duplicem uirtutem cōtinet. s. uirtutem in significando, & uirtutem in causando, uel efficiendo, & propter hoc baptismus aquæ est sacramentū, quod habet significare, & causare: sed illa duo baptismata. s. sanguinis,

& fluminis solū causant sp̃ialem effectū in anima: unde nō sunt sacramēta, sed baptismata, quia cōueniūt cū baptismo aquæ solū in causando, nō aut in significando. ibi. in solu. 3. arg. Req. infra Sacramentū. Quartò aut differūt ex parte sufficiētiæ, q̃a baptismus aquæ per se sufficit sine illis duob. illa aut duo baptismata. s. fluminis, & sanguinis nō sufficiūt sine baptismo aquæ in actu, uel in pposito, quod patet: primò de baptismo fluminis. s. penitētiæ, nam licet penitētia sit sine baptismo aquæ in actu, est tñ cum proposito, & desiderio baptismi aquæ, & voluntas pro facto reputatur ei qui non habet r̃ps operandi. ibid. q. 2. in cor. q. Et magist. sen. dicit ibi. q̃ conuersio, uel contritio cordis pōt quidem inesse nō percepto baptismo, sed contēpto baptismo nō, nec ullo mō dicenda est cōuersio cordis ad Deū cū Dei sacramentū contemnit. Hæc magist. sent. li. 4. dist. 4. Secundò patet hoc idē de baptismo sanguinis, nam baptismus aquæ sufficit ad salutē sine baptismo sanguinis, sed baptismus sanguinis aliquo mō sufficit sine baptismo aquæ, & aliquo mō non sufficit. Vbi nota, q̃ aliter se hēt in paruulis, & aliter in adultis, nā & paruulis sufficit ad salutē baptismus sanguinis, sine baptismo aquæ: quod patet, quia pueri quāuis usum libe. arbi. nō hēant, sed occidant pro Christo, ut accidit innocentib. Matth. 2. in suo sanguine baptizati saluantur: sed in adultis baptismus sanguinis nō sufficit ad salutem simpliciter, & absolute sine baptismo aquæ, sed solum sub condōne. s. in casu qñ articulus necessitatis sacramentū excludit: ubi gr̃a. Sicut enim aliquis habens fidem, & charitatē uoluerit baptizari, & non potest necessitate puentus, supplet omnipotentis benignitas, quod sacramēto defuerat: dum. n. soluere potest nisi soluat teneatur: sed cum iam non potest tamen, & uult, nō imputat ei Deus qui suam potētiā sacramentis non alligauit. Similiter baptismus sanguinis cū desiderio baptismi aquæ in casu quo actu haberi nō pōt sufficit ad salutem. Cuius rō est, quia sicut in baptismo aquæ liberatur homo ab oī culpa præcedente, & p̃na, ita etiam in baptismo sanguinis, ut patet de latrone crucis cui non baptizato dictum est à Chri.

Differētia baptismi ī paruulo & adulto.

Præstantia baptismi aquæ.

Duo re-
quisita
ad com-
pletum
marty-
rium.

à Christo: Hodie tecum eris in Paradi-
so. Vbi nota, quòd ad completum marty-
rium requiruntur duo. scilicet iusta uoluntas: &
iusta cā. Primum. scilicet iusta uoluntas defuit
in innocentib. cum usum liberi arbi. nō
haberēt. Secundū. scilicet iusta causa defuit in
latrone, quod patet, eo q̄ ille latro neq;
pro nomine Christi crucifixus est, sed p̄
meritis facinorū suorū, neq; quia credi-
dit passus est, sed dum patitur credidit:
vnde latro non per passionem, sed per fi-
dem saluatus est sine Baptismo. Sed do-
minus innocentibus suppleuit, qđ defuit
ex parte uoluntatis, sicut in latrone sup.
sicut in latrone suppleuit quod deerat ex
parte causæ: propter quod dicit Hieron.
quòd Christus homicidij pœnam fecit
esse martyrium. Hæc magister sent. 4. li.
4. & B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 4. de diuer-
sitate baptismatum. arti. 3. q. 3 in cor. q.
& in sol. 1. arg.

C A P. XII.

Secundo nota istorum trium baptis-
matum præminentiam: nam ista
tria baptismata in perfectione, uel digni-
tate se habent adinuicem sicut exceden-
tia, & excessa, quod patet per effectus Ba-
ptismi: primus est liberatio à malo: secū-
dus est adeptio boni. Primus effectus est
liberatio à malo: & hic est triplex: pri-
mus est liberatio à malo culpæ: secundus
est liberatio à malo pœnæ: tertius est libe-
ratio à malo sequelæ. Primus effectus Ba-
ptismi est liberatio à malo culpæ: & quā-
tum ad hunc effectum Baptismus aquæ
excedit alia baptismata extensiuè, tum
quia plures personas liberat. scilicet paruulos,
& adultos, tum quia à pluribus morbis,
vel culpis liberat. scilicet peccato originali, mor-
tali, & ueniali. Baptismus autem flami-
nis. scilicet contritionis non liberat nisi adul-
tos, nec liberat nisi ab actuali. Similiter
Baptismus sanguinis paucos liberat. scilicet
adultos, & solum a ueniali. Sed nūquid
Baptismus sanguinis liberat à mortali?
Dico quòd non, quia præsupponit chari-
tatem, aliter ad salutem nihil ualeret. Ex
alia verò parte Baptismus flaminis res-
pectu liberationis à culpa est melior, uel p-
fectior alijs extensiuè, quia non tantum

semel, sed pluries à culpa liberat. Secun-
dus effectus Baptismi est liberatio à ma-
lo pœnæ. Vbi nota, q̄ duplex est pœna. scilicet
præsens, & sequens. Primò dico, q̄ res-
pectu pœnæ præsentis Baptismus aquæ est
melior, & perfectior alijs. Cuius ratio est,
quia Baptismus aquæ à pœna liberat si-
ne pœna, non autem de alijs, quæ conti-
nent in se pœnam. Secūdo dico, q̄ res-
pectu pœnæ sequentis Baptismus sangui-
nis est melior, quia liberat ab omni pœ-
na. Similiter Baptismus fluminis est per-
fectior Baptismo flaminis. i. cōtritionis,
& spāliter quantū ad duo. Primò quia Ba-
ptismo fluminis, & sanguinis tollit om-
nis pœna, nō autem baptismo flaminis.
Cuius ratio est, quia cum baptismus à pas-
sione Christi efficaciam habeat, est uni-
uersale satisfactorium, & remedium ad
omnem culpam, & pœnam personæ de lē-
dam: Baptismus verò flaminis, uel pœni-
tentia est satisfactorius ex parte no-
stra de contritione plus, & minus, ita
de satisfactione: unde fides cum pœnitē-
tia nō delet simpliciter, & absolutè oēm
culpā, & pœnā, sed proportionabiliter, se-
cundū cōtritionē cordis. Secūdo baptis-
mū fluminis excellit baptismus flami-
nis, quia paruuli baptizant fide parētū.
Cuius ratio est triplex. Prima est, quia cō-
tritio non est remediū culpæ originalis,
ut est baptismus: vnde ubi nō fuit delecta-
tio in commissione, non requiritur dolor,
uel pœnitentia in remissione. Secūda rō-
est, quia cōtritio non est remediū nisi p̄
prijs delictis: unde ille diuina iustitia puni-
ri debet, qui delectatus est in peccato.
Tertia rō est, quia cōtritio non habet il-
lam uirtutē impetrandi, quā hēt fides,
nam inter omnes uirtutes fides habet ef-
ficaciā impetrandi. Cuius ratio est, quia
fides captiuat ipsum credentem, immo an-
nihilat ipsum in se, ex quo efficit maxi-
mè potentē in merito, propter qđ opera-
tio miraculorum est merito fidei, Mar-
ci 9. Oīa possibilia sunt credenti. gl. Quæ
in nomine Iesu Christi postulantur. Igi-
tur propter efficaciam fidei merendi, &
impetrandi fides unius pōt alij mereri, &
impetrare, non autem contritio, quia cō-
tritione unius nō purgatur alius, sicut fi-
de unius saluantur alij, ut patet de paru-
lis, & etiam de adultis in quibusdam. Hęc
Alex.

Baptis-
mus a-
quæ quō
alios ex-
cedat.

Baptis-
mus san-
guinis
non in-
quinat
secundis
maculis

Alex. 4. p. sum. de effectu baptismi respectu collationis boni, ar. 1. in cor. q. in fin. Tertius effectus baptismi est liberatio à malo sequelæ, & sicut quantum ad hunc effectum baptismus sanguinis est melior alijs, eo quod in baptismo, uel per baptismum sanguinis liberatur homo ab omni miseria. scilicet tentatione, culpa, & pena. Vnde Damas. dicit, quod baptismus sanguinis secundis non inquinatur maculis. Ratio autem quare baptismus sanguinis secundis non inquinatur maculis non est ratione martyrij, quia hoc contingit in omni morte iusti: sed hoc potius est ratione qua per ipsum martyrium terminatur status uiatoris. Si autem baptismus fluminis baptizatos poneret extra statum uiatorum, similiter statim introduceret in regnum: unde si baptismus sanguinis extra statum uiatorum non poneret, adhuc posset secundis sordibus, uel maculis inquinari, ut patet per exemplum Ioannis Euangelistæ, qui dicitur passus martyrium immisione dolij feruentis olei, qui nihilominus potuit secundis maculis inquinari: sed per accidens est, quod baptismus sanguinis non potest secundis maculis inquinari. scilicet ratione qua ponit hominem extra statum uiatorum. Hæc Alex. 4. p. sum. de præ eminentia trium baptismatum, art. 1. in cor. q. dist. 4. Secundus effectus baptismi est collatio boni. Vbi nota quod baptismus triplex bonum confert. Primum enim confert bonum quod est principium merendi: & sic baptismus aquæ est melior alijs, quia confert gratiam in habitu. Secundò baptismus confert bonum, quod est meritum: & sic baptismus fluminis est melior alijs, quia habet gratiam in usu. Tertio baptismus confert bonum, quod est præmium, & sic baptismus sanguinis est melior. Hæc Petrus de Tharan. 4. scri. sen. dist. 4. circa secundum problema artic. 3. in cor. q.

CAP. XIII.

AD maiorem tamen euidentiā prædictorum præcedent. cap. nota hic duo. Primum est, quod baptismus aquæ excedit baptismum sanguinis in duobus. Primum quia baptismus aquæ est maioris efficaciam, & uirtutis, quam baptismus san-

guinit extensiuè loquendo. Cuius ratio est, quia maioris uirtutis, & bonitatis est quod potest in bonos, & malos, quam quod potest in bonos tantum, sed baptismus aquæ potest in bonos, & malos: quod patet, quia malos simpliciter. scilicet existentes in peccato mortali, & indignos uita æterna efficit bonos, & dignos uita æterna. Baptismus uero sanguinis. scilicet martyrium solummodo bonos efficit meliores: ergo &c. Secundo baptismus aquæ est melior, quia excedit sacramentaliter baptismum sanguinis, eo quod baptismus aquæ confert gratiam gratis datam. scilicet quia imprimat caracterem, & etiam confert gratiam gratum facientem.

Ex alia uero parte baptismus sanguinis, quantum ad rem sacramenti excedit baptismum aquæ: & hoc in duobus. Primum est, quia gratia, quæ per baptismum sanguinis confertur est plenior, in quantum gratia magis augetur habenti. Secundum est, quia gratia, quæ per baptismum sanguinis confertur est efficacior, quia secundis maculis non inquinatur; & sic gratia ibi confertur perfecta. Hæc Alex. ubi sup. Secundum est, quod baptismus fluminis, & sanguinis efficaciam æqualis sunt in duobus. Primum in remissione culpæ, nam in uno baptismo non fit plenior remissio, quam in alio, eo quod uterque baptismus. id est fluminis, & sanguinis omnem culpam, & poenā tollit. Secundò in collatione gratiæ, quia in utroque baptismo confertur gratia, quod primum patet de baptismo fluminis: secundò idem de baptismo sanguinis patet, in quo gratia confertur, ut patet in pueris, qui pro Christo occiduntur, & etiam in adultis quibus potest in ipso actu passionis gratia dari, sicut est in baptismo aquæ, si ad eam se deposuerint, & spiritu sancto obicem non posuerint, quod patet per B. Aug. qui ad Fortunatum de comparatione istorum baptismatum loquens sic dicit: Baptizatus confitetur fidem coram sacerdote, martyr coram persecutore: iste post confessionem aspergitur aqua, hic sanguine, ille per impositionem manus Pontificis recipit spiritum sanctum, hic templum efficitur spiritu sancti: sed nullus efficitur templum spiritu sancti nisi accipiendo gratiam, ergo paruuli, & adulti in baptismo sanguinis recipiunt gratiam, ut baptizati baptismum aquæ,

Ter-

Tertium est q̄ in Baptismo p̄nitētiæ, & in alijs operibus supererogationis nō ita est expressa conformitas ad passionem Christi, sicut in Baptismo sanguinis, & ideò non oportet, q̄ in eis communis p̄na dimittatur, in Baptismo fluminis, & sanguinis propter virtutē passionis Christi à qua hæc duo efficaciam habent. Secundo fortē argues contra, quia in Vitis patrum dicitur, q̄ quidam patrum vidit eandem gloriam super eum qui habitum religionis assumit, & super eum qui baptizatur. Respondeo, & dico, q̄ hoc non est, quia talis s. ingrediens religionem vi religionis à satisfactione absoluitur, ut illa duo baptismata faciunt: sed quia eo ipso, q̄ suam voluntatem in seruitutem redigit propter Deum plenariē iam pro omni peccato satisfacit, eo q̄ voluntatem Deus cariores habet omnibus mūdi, de quibus tantum possit quis dare, quod eleemosynis omnia peccata redimeret etiam quantum ad p̄nā. Hæc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 4. art. 3. q. 3. in solo. 3. arg. & q. 4. in cor. quæstionis.

CAP. XIII.

Quarto & ultimò circa Baptismum consideranda est multiplicitas effectuum. Nam duplex est effectus Baptismi in generali: primus est remotio mali: secundus est collatio boni. Primus effectus est remotio mali: & quia duplex est malum. s. culpæ, & p̄næ, ideò etiam remotio mali est duplex effectus Baptismi, primus est remotio mali culpæ: secundus est remotio mali p̄næ. Primus effectus Baptismi est remotio mali culpæ: quod dupliciter probo. s. in generali de culpa, & in speciali de omni culpa. Primò enim uirtute Baptismi aquæ fit remotio, vel exclusio culpæ in generali, quod tali ratione ostendo: Sicut se habet forma in generatione naturali, ita gratia in generatione spiritali, quæ est regeneratio mentis: sed in generatione naturali per introductionem vnius formæ omnis contraria forma excluditur, & expellitur, ergo in generatione spiritali in vitam spiritualem, quæ fit per Baptismum per introductionem, vel infusionem gratiæ gratum facientis excluditur forma cōtra-

ria gratiæ s. culpæ ergo &c. Si vis formare aliter rōnem, dicas sic: gratia excludit culpam, ut patet infra Gratia. sed in Baptismo aquæ confertur gratia, ut infra patebit, ergo &c. secundum ostendo in speciali, q̄ Baptismus tollit, & delet omnem culpam. s. culpam originalem, culpam actualem mortalem, & culpam actualem venialem. Primò. n. Baptismus tollit culpā originalem; quod tali rōne probo. Baptismus est circumcissione perfectior: ut patuit supra, & ideò succedit ei tanquā perfectū imperfecto: sed circumcissio erat in remediū contra culpam originalem, ergo multo perfectius tale remediū est baptismus.

Secundo Baptismus tollit culpam actualem mortalem: quod ostendo duplici rōne. Prima est talis: Baptismus est ordinatus ad tollendam culpam originalem, ut patet sup. immediatē: sed originale nō pōt tolli, sine actuali mortali in eo, qui vtrūq. habet, quia impium est à Deo dimidiam sperare veniā: ergo Baptismus tollit et culpam actualem mortalem. Secunda rō est talis: Baptismus non ordinatur tantum contra culpam originalem, aliās Circumcissio in primitiua Ecclesia Baptismus necessarius fuisset, sed ordinatur ad regenerandum in nouam uitam, omni vetustate destructa: sed hoc non pōt fieri nisi destruendo prius omnem culpam quā inuenit: ergo &c. Tertiò Baptismus tollit culpā actualem venialem, quod tali ratione ostendo: Baptismus non solū tollit culpam mortalem, ut patet, sed etiam omne illud quod disponit ad priuationem gratiæ quam confert Baptismus: sed culpa venialis disponit ad priuationem gratiæ: ergo cum in Baptismo gratia conferatur Baptismus tollit omnem culpam actualē venialem quam inuenit.

Sed fortē argues contra. s. q̄ Baptismus culpam venialem non tollat tali ratione ostendo: Contritio de se & per se culpam venialem delet, ergo Baptismus ad culpæ deletionem venialis nihil facit. Respondeo & dico, q̄ Baptismus requirit contritionē, non quidem ad deletionē culpæ, uel peccati venialis quasi Baptismus hoc de se non faciat, sed solum ad remouendum si-

Per Ba-
ptismū
tollitur
p̄ id, q̄
hēt rō-
nē pec-
cati, ut
dī ē in
Concil.
Tri. scil.
5.

Quo
Baptis-
mus re-
quirat
cōtritio

venialis peccati. Cuius ratio est, quia. s. peccatū veniale, quod in actu, uel in effectu, uel in proposito est, facit fictum secundum quid, sicut etiam est peccatum secundum quid. s. ut dispositio ad peccatum: & ideo impedit effectum Baptismi non simpliciter, sed quantum ad remissionem illius venialis peccati: unde patet quod virtute sacramenti Baptismi, fit remissio omnis culpae in generali, & in speciali. s. culpae originalis, culpae actualis mortalis, & culpae actualis venialis: quod confirmo auctoritate B. Aug. qui in Enchiridion sic dicit: Baptizati non uni tantum peccato, sed multis aut magis omnibus moriuntur, quaecumque iam propria commiserunt, uel cogitatione, uel locutione, uel opere. Hæc B. Th. 4. scri. sen. di. 4. de effectu Baptismi respectu remotio- nis mali, ar. 1. q. 1. in corp. q. per totum.

C A P. XV.

15. **S**ECUNDVS effectus Baptismi est remotio mali poenae: nam uirtute sacramenti Baptismi fit remotio poenae. Vbi nota, quod duplex est poena. s. æternalis, & temporalis. Prima poena est æternalis. s. carentia uisionis diuinæ. Secunda poena est temporalis, & hæc est duplex. Una est iniuncta, & assumpta. s. poena satisfactoria temporalis debita actuali peccato. Alia est poena temporalis contracta: & hæc sunt multæ, de quibus patebit infra statim. Primò ergo dico, quod uirtute sacramenti Baptismi fit remissio poenae æternalis, s. carentiæ uisionis diuinæ, quæ per Baptismum tollitur, quod patet, quia si baptizatus moritur uirtute Baptismi statim cælum euolat, ergo baptismus poenam æternam tollit. s. carentiam uisionis Dei. Sed fortè dices contra, quod Baptismus institutus fuit ante passionem, sed tunc non tollebat carentiam uisionis Dei: quia quotquot baptizati erant etiã Baptismo Christi descēdebant ad limbum: ergo &c. Resp. & dico, quod Baptismus tollit carentiam uisionis Dei, & hanc uirtutem habet a passione Christi a qua Baptismus habet totam uirtutem suam. Quòd autem ante passionem non habuerit hunc effectum, hoc erat quia nondum fuerat nostra redemptionis solutum precium: soluto autem precio redemptionis per pas-

sionem, baptismus est consecutus effectum suum. Secundò dico, quod Baptismus tollit omnem poenam temporalem iniunctam, & assumptam. s. omnem poenam satisfactoriam temporalem debitam actuali mortali peccato. Cuius ratio duplex est. Prima est, quia Baptismus quantum in se est efficaciam totam habet a passione Christi, ut dictum est supra, & ideo sicut caput influit uirtutem suam in membra, ita Christus totam efficaciam passionis suae, in baptizatum influit, & propter hoc absoluit non solum ab omni culpa, ut patuit c. præc. sed etiã ab omni poena satisfactoria. Secunda ratio est talis, & est per modum exempli sic: Per Baptismum homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius numero, & merito, & ideo poena quam Christus sustinuit: reputatur illi in satisfactionem, quia si patitur unum membrum omnia membra alia patiuntur, ut dicit Apostolus. 1. ad Cor. 11. ergo Baptismus tollit, & absoluit ab omni poena satisfactoria debita peccato actuali mortali. Hæc B. Th. 4. scri. sen. di. 4. de effectu Baptismi, qui est remotio mali poenae, ar. 1. q. 2. in cor. q. & in sol. 1. argu. Tertia poena temporalis est poena contracta, quales sunt poenae corporis, ut fames, sitis, mors, & huiusmodi: & poenae animæ, ut rebellio carnis ad spiritum, & contrarietas appetituum: & has poenas Baptismus non tollit: quod tali ratione ostendo: Sicut se habet de culpa ita etiam de poena, quæ consequitur culpam: sed Baptismus tollit culpam originalem in quantum est infectiua personae, non tamen tollit eam in quantum est infectiua naturae per actum generationis, quod patet ex hoc, quia baptizatus per actum naturae, originale transmittit in prolem. Similiter est de poena, quia Baptismus illam poenam tollit, quæ actum personae priuabat. s. carentiam uisionis diuinæ, ut patet supra hoc eodem c. sed poenas, quæ ad corruptionem naturae pertinent Baptismus non tollit. Si autem natura tolleretur etiam omnes poenae naturam consequentes remouerentur: quod patet per hoc, quia baptizatus euolat ad cælum, quia nulla poena debetur sibi ratione personae, sed ratione naturae humanæ, quæ post mortem non manet, secundum hunc statum in quo poena sibi debetur.

Cur poenae per peccatū contractæ post Bapt. remaneant

Idem in C. c. tr. sess. 5.

betur. Tamen per gratiam baptismi efficitur, ut hæc remanentes non dominentur in personam, sed magis ei subijciatur, & in utilitatem eius cedant, inquantum sunt materia uirtutis, & occasio humilitatis, & exercitij, ubi supra immediatè q. 3. in cor. q. & in sol. 3. & 4. argu. Si autem quæritur quare Baptismus non deleuit, & abstulit supradictas pœnas. Resp. & dico, quod propter octo rationes hoc facit. Prima est, quod

Soluit qd̄ qua-
re tales
pœnæ
nō au-
ferantur
pro Ba-
ptis.
et si huiusmodi pœnæ sint personales, sunt tamen a natura: unde debentur ipsis personis ratione qua sunt de massa peccati, & per consequens maledictionis, propter quod remanente persona in tali natura etiam remanent tales pœnæ. Secunda ratio est, quia tales pœnæ faciunt homines cognoscere miseriam suam. Isaie. 28. Vexatio dabit intellectum. Tertia est, quia talium pœnarum cognitio, deterret, & a culpa auertit, ex quarum consideratione, Iob dicebat: Terrores domini, militant contra me. Quarta est, quia recognitio harum pœnarum, est causa humilitatis, Mich. 6. Humiliatio tua in medio tui. Quinta est, propter exemplum non peccandi: Zac. 13. Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Sexta est propter exercitium uirtutis: Iudicum. 3. Hæc sunt generationes quas reliquit dominus, ut erudiret Israel. Septima est, quia tales pœnæ excitant ad desiderium celestium, Micheæ. 2. Surgite & abite, quia non habetis hic requiem. Et Isid. de summo bono: Soluta reatu peccati, manet quædam temporalis pœna, ut illa uita feruentius queratur, quæ erit a pœnis omnibus aliena. Octaua est, quia tollit occasionem erroris, ne credatur ablatio pœnæ esse præmium Baptismi, siue fructus, & non uita æterna. Si autem quæritur an pœnæ mentis, puta concupiscentia, & rebellio carnis ad spiritum, & contrarietas appetituum, per Baptismum tollantur? Resp. & dico, quod concupiscentia, & pœnæ huiusmodi remanent post baptismum, tamen diminuuntur: quia post Baptismum non dominantur unde Aug. Cum post Baptismum ad ætatem peruenierint, ibi habent cum qua pugnent, atque adiuuante Deo superent si gratiam inuacuum non susceperunt. Hæc Alex. 4. parte sum. de effectu Baptismi, qui est remotio mali pœnæ, art. 1. & 2. in cor. q.

Menta-
les pœ-
næ dimi-
nuuntur
pro Ba-
ptis.

SECUNDVS effectus Baptismi est collatio boni, & hæc est quadruplex. **AD** Dam. diffinitio, illuminatio, fecundatio, incorporatio, & Ianuæ aperitio. Primus effectus est illuminatio: nam per Baptismum lumen spirituale causatur in homine, quod dupliciter probo. scilicet auctoritate, & similitudine. Primò auctoritate Dam. qui Baptismum diffiniens attribuit ei uirtutem illuminationis dicens: Baptismus est per quam fit nobis alterius uitæ regeneratio, sigillum, custodia, & illuminatio. Ratio autem quare hæc quattuor attribuit Baptismo est ista, nam per Baptismum quattuor bona consequimur: primò spirituales filiationem: & quantum ad hoc dicit, quod Baptismus est regeneratio. Secundò per Baptismum acquirimus genitum ad generantem assimilationem, & hoc per formam, idest, gratiam infusam, & ideo dicit, quod Baptismus est sigillum. Tertiò per Baptismum acquirimus geniti conseruationem, & ideo dicit, quod baptis-mus est custodia. Quartò per baptismum acquirimus operationem, cuius forma, idest, gratia per baptismum collata est principium: & ideo dicit, quod baptis-mus est illuminatio. Hæc bea. Tho. 4. scrip. sent. dist. 3. de integritate formæ baptis-mi, ar. 1. quæst. 4. in expositione litteræ in fine. Secundò, quod baptis-mus sit lumen anime probo similitudine luminis, quia sicut lumen corporale, est quo dirigimur in uisione alicuius rei, ita baptis-mus perfectius dirigit in uisionem spiritualem interiorem, & exteriorem. Primò dirigit in uisionem interiorem mentis, inquantum baptis-mus dicitur sacramentum fidei, quæ oculum mentis ad uisionem diuinorum idoneum facit. Secundo baptis-mus dirigit in uisionem exteriorem, quia baptizatis conceditur inspicere sacram Eucharistiam, & non alijs. Itaque baptis-mus habet duplicem uirtutem illuminationis ut patet ubi supra di. 4. de effectu baptis-mi respectu collationis boni, ar. 2. quæst. 3. in corp. quæst.

CAP. XVII.

Secundus effectus Baptismi est fecundatio contra sterilitatem bonorum operum, quam non baptizatus incurrit. quod tripliciter probo. scilicet auctoritate, ratione, & distinctione. Primò auctoritate. Nam super illo uerbo psal. Super aqua refectionis educauit me. gl. sic dicit. Anima peccatorum ariditate, sterilis fecundatur per Baptismum. Secundò probo ratione, quia sicut res naturalis ex eò, quod generatur habet, quod faciat operationes eius nature, ita homo cum per Baptismum regeneratur in uitam spiritualem per Baptismum efficitur actiue secundus, & quasi genitor operum spiritualium. Tertiò probo hoc idem diuisione, vel distinctione: nam in Baptismo anima dupliciter fecundatur: uno modo cum uirtute non habentibus per baptismum intenduntur, & augmentantur. Hæc b. Tho. 4. script. sent. distinct. 4. de effectu baptismi respectu collationis boni, arti. 4. q. 4. argu. contra, & in cor. q. & in sol. argu. ibidem.

CAP. XVIII.

Circa quod sciendum, quod per baptismum tria bona causantur. scilicet gratia, & uirtutis infusio, gratia, & uirtutis augmentatio, & alia, & alia operatio. Primò. n. per baptismum causatur in paruulis gratia, & uirtutis infusio, quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate Aug. qui dicit, quod fides datur, & nutritur in baptismo: datur quantum ad paruulos, nutritur quantum ad adultos: sed fides est uirtus, ergo uirtus fidei, & alia uirtutes in baptismo dantur. Secundò hoc idem probo ratione sic: Nullus admittitur ad gloriam nisi uestem nuptialem habeat, quæ est charitas, sed pueri baptizati, si moriantur, statim ad cæli gloriam euolant, ergo habent charitatem, quæ est in gratia uirtutum, & per consequens habent alias uirtutes. Vbi nota, quod sicut est de ueste materiali, ita est de spirituale, scilicet de uirtute. Sicut enim actus uestis materialibus est du-

plex, unus essentialis, scilicet ornare corpus, & iste actus semper conuenit uesti: alius quasi accidentalis, scilicet protegere a nociuo extrinseco, & iste non semper conuenit uesti, sed iuxta congruitatem loci, & temporis. Simile est de ueste spirituali animæ, scilicet de uirtute: nam duplex est actus uirtutis. Primus est perficere animam, & potentias eius, & hunc actum etiam pueri habent. Secundus actus uirtutis est operari cum electione, & hunc actum non habent pueri: & hoc duplici ratione. Prima est, quia licet pueris dentur gratia, & uirtutes secundum habitum, tamen illi habitus propter pueritiam sunt ligati, sicut in dormiente propter somnum, sed pueritia discedente, habitus illi, seu uirtutes ad bene operandum inclinant: nisi aliquis spiritui sancto resistat. Secunda ratio est, quia operationes uirtutum sunt voluntariæ, & uoluntas non habet necesse semper agere etiam in adultis, ubi supra immediatè, arti. 2. q. 1. in duob. argu. contra & in cor. q. in fine, & in solu. 3. argu. ibidem.

Secundò dico, quod in adultis uirtute baptismi fit gratia, & uirtutis intensio, vel augmentatio; quod tali ratione ostendo: Per easdem causas uirtus generatur, & augetur, ut dicit Philosophus. 2. Eth. unde quia baptismus confert gratiam paruulis non habentibus oportet, quod augeat gratiam in adultis habentibus. Sed forte quæres, et dices, usque ad quem terminum quantitatis, baptismus auget gratiam in adultis? Respondco, & dico, quod aliter est de quantitate rei corporalis, et spiritualis, nam quantitas rei corporalis habet terminum ultra quem non potest pertingere, sicut patet de quantitate arboris, animalis et cuiuslibet rei corporalis, uel naturalis: sed res supernaturalis, & spiritualis, ut est gratia non habet aliquem terminum ad quem pertingat, ut ultra possit pertingere uel procedere, ibidem. q. 2. in cor. q. & in solu. 2. argumen. Tertiò dico, quod in adultis uirtute baptismi creatur uaria, idest alia, & alia operatio. Si enim quæretur an effectus baptismi in omnibus sit æqualis. Respondeo & dico, quod quadruplex est effectus baptismi: primus est impressio characteris, & hic in omnibus est æqualis: secundus est infusio

Bapt. in adultis auget uirtutē,

sio muneris. s. diuinę gratię, & hic in par-
uulis est æqualis, in adultis uero est diffe-
rens secundum maiorem, & minorem di-
spositionem, & deuotionem suscipientis.
Tertius effectus est restitutio innocen-
tiæ, & puritatis, & hic penes terminū a
quo potest esse inæqualis, sed penes ter-
minum ad quē semper est æqualis, quia
licet ab inæquali impuritate, tamen ad
æqualem puritatem restituit. Quartus ef-
fectus baptismi est repressio fomitis, uel
concupiscentiæ, & quantum ad hunc ef-
fectū est inæqualis. Hæc Petrus de Tha-
ren. 4. scrip. sent. dist. 4. circa tertium p-
blema, art. 3. q. 2. in cor. q. & sanctus Th.
ibidem.

CAP. XIX.

19. **TERTIVS** effectus baptismi est
incorporatio. Vbi nota, q̄ incorpo-
rari Christo idem est, q̄ fieri membrum
Christi, sed per Baptismum aliquis effici-
tur membrum Christi, ut dicit B. Aug.
ad Bonifatium, ergo &c. incorporari aut
Christo. i. fieri membrum Christi, con-
tingit dupliciter, s. merito, & numero. Pri-
mo quidem modo potest aliquis de eccle-
sia effici, & Christi membrum fieri, quod
est Christo incorporari: merito etiam, an-
te baptismum actu susceptum, sed nō an-
te baptismi propositum. Secundo modo.
s. numero non potest aliquis de ecclesia
effici, & Christi membrum fieri, nisi per
baptismum actu susceptum; unde aliquis
ante baptismum actu susceptum, non ad-
mittitur ad perceptionē eucharistiæ, &
aliorum sacramentorum ecclesiæ: nam
sacramenta ecclesiæ nulli non baptizato
conferri debent. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen-
dist. 4. de effectū baptismi, qui est colla-
tio boni, artic. 2. q. 3. arg. contra, & in cor.
q. ibidem per rotum.

CAP. XX.

20. **QVARTVS**, & ultimus effectus
baptismi, est cæli aperitio. Cuius
ratio est quia, in hoc differebat cir-
cuncisio a baptismo, q̄ aditum regni cæ-
lestis non aperiebat, ut facit baptismus.
Ad cuius euidentiam nota tria, s. impedi-
mētū, effectiuum, & modum aperitionis
cæli. Primò nota impedimentum aperi-
tionis cæli: nam impedimentum ingres-

sus in regnum cæleste est triplex sci- ut cælū
licet deformatio imaginis, offensio hoīes
creatoris, corruptio, uel mortaliter ex non in-
parte corporis. Primum impedimentum gredian-
aperitionis cæli, & ingressus in cælum, est tur.
deformatio diuinæ imaginis ex parte a-
nimæ, & hoc impedimentum tollitur per
baptismum, quo anima reformatur ex-
cludendo culpam, & ornando animam
virtutibus, & gratia. Secundum impedi-
mentum est offensio creatoris, & per
consequens creaturarum, quod impedi-
mentum amotum fuit in Christi passio-
ne, quando Christus placauit offensam
patris piē moriendo, quem prouocauē-
rant primi parentes impiē uiuendo: un-
de Christus moriendo satisfecit pro pec-
cato primorum parentum, & offensam
Dei placauit: unde Apostolus ad Colo. 1.
sic ait: Pacificans per sanguinem crucis
eius siue quæ in cælis, siue quæ in terris
sunt: ubi gl. sic dicit: Pacificauit per mortē
crucis celestia, & terrestia. Tertium impe-
dimentum est corruptio siue mortalitas
ex parte corporis. Hester. 4. Non erat lici-
tum iadutum sacco. i. corpore corrupti-
bili, & mortali, intrare aulam regiam, vn-
de. 1. ad Cor. 15. Oporteret corruptibile hoc
induere incorruptionem, & hoc mortale
induere immortalitatem. Et hoc
impedimentum amotum est in Christi
resurrectione, quæ est causa exemplaris
& effectiua nostræ salutis, & resurrectio-
nis generalis, & spiritalis: unde Aposto-
lus. 1. ad Chori. 15. Si Christus resurrexit,
& nos resurgemus. Secundò nota effecti-
uum aperitionis cæli, & ingressus in cæ-
lum: nam effectiuum aperitionis cæli est
duplex, scilicet principale, & instrumen-
tale. Principale est passio Christi. Cuius
ratio est, quia aperire ianuam cæli nihil
aliud est quā amouere impedimētū quo
ingressus ad regnum cæleste prohibebat
toti humanæ naturæ. Hoc impedimētū
dupliciter fuit per passionē Christi amo-
tum: vno modo sufficienter qm̄ ad oēs,
eo q̄ Christi passio fuit sufficiens cā aperi-
tionis ianuæ cæli, secūdò modo efficiē-
ter, quātū ad illos, qui sunt, & fuerūt par-
ticipes passionis Christi iam factę. Scdū
effectiuū aperitionis ianuæ cæli, ē instru-
mētale, & sic baptismus instrumentaliter
apit cælū. s. in uirtute passionis Xpi iam
factæ.

Duo cæ-
lum ape-
riunt.

Tria f.
pediunt

facta: unde Baptismus ante passionem Christi ianuam cœli non aperiebat sed post. Cuius ratio est, quia instrumentum nunquam agit nisi in uirtute principalis agentis: unde quia Christi passio nondum facta erat, ideo Baptismus ianuam cœli non aperiebat, sed passione facta; ita quod Baptismus aperit Paradisum, ut instrumentum in uirtute passionis, resurrectionis, Ascensionis Christi. Primum paradisum aperit Baptismus in uirtute passionis: quod patet, quia per immersionem, Baptismus aperit paradisum in uirtute passionis, quia quodammodo homo configuratur Christo passo, & sic consepelitur ei. Patet etiam, quod Baptismus aperit paradisi uirtute resurrectionis: & hoc quantum ad nitorem, qui consurgit ex aqua Baptismi, quo nitore homo configuratur Christo resurgenti. Patet etiam, quod Baptismus agit a uirtute Ascensionis, nam per elevationem baptizati de sacro fonte homo configuratur Christo ascendenti: tamen Baptismus passioni appropriatur, quia. n. gloria animæ principalior est, & cā quodammodo aliorum, in cuius signum baptizato domino cœli aperti sunt super eum: Matth. 3. Tertiū nota modum apertionis ianuę cœli, nam ianua regni est tribus modis aperta: uno modo quantum ad gloriam animæ, & sic ianua cœli aperta est in passione: unde dictum est latroni tunc Lucæ. 23. Hodie mecum eris in paradiso: secundo modo ianua cœli est aperta quantum ad gloriam corporis, & sic aperta est in resurrectione: tertio modo ianua cœli aperta ē quantum ad locum glorię, & sic aperta est in Ascensione. Patet igitur, quod Baptismus agit in uirtute passionis, resurrectionis, & ascensionis Christi: tanquam instrumentum agit in uirtute principalis agentis. Vel dicas quod ianua cœli aperta fuit quatuor modis. scilicet per præfigurationem, per precij solutionem, per stolę secundę receptionem, per Christi actualem imitationem. Primum ianua cœli fuit aperta per præfigurationem, & sic fuit aperta in Baptismo: & hoc duplici ratione. Prima est ad signandum, quod Christus per Baptismum aperiebat nobis ianuam cœli: unde super illo uerbo Matth. 3. Baptizato domino cœli aperti sunt super eum. Beda sic dicit: Dum aquas iordanis subiit, ianuam cœli nobis

aperuit, id est aperiendam ad Baptismum nobis ostendit. Secunda ratio est ad ostendendum uirtutem baptismi: nam in baptismo Christi, ianua cœli fuit aperta, quia tunc fuit collata aquis uirtus regeneratiua, qua uirtus in quantum habet efficaciam in baptizato regenerato ex passione Christi, aperit illi ianuam cœli: secundo ianua cœli fuit aperta per precij solutionem, & sic aperta fuit in passione: tunc. n. Christus seipsum dedit, & soluit quasi precium hominis perdit, pro solutione, & redemptione ipsius, qua solutione, uel redemptione facta placata fuit offensa Dei, & sic patuit ingressus in paradisum: tertio ianua cœli fuit aperta per stolę secundę receptionem: & sic in resurrectione Christi fuit aperta, ut patet super quarto ianua cœli aperta fuit per Christi actualem imitationem, & hoc in ascensione fuit: ingressu enim Christo actualiter cælum, ingressę sunt animę paradisum. Hęc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 4. de effectu baptismi, qui est collatio boni, art. 2. q. 6. in cor. q. & in sol. arg. ibidem. Et iterum Alex. 4. parte summę de effectu Baptismi, qui est collatio boni, art. 6. in cor. q. per totum.

De Beatitudine.

SUMMARIUM.

- 1 Quod beatitudo non consistit in delectationibus corporis.
- 2 Quod beatitudo perfecta non consistit in diuitijs temporalibus.
- 3 Quod beatitudo non consistit in honoribus.
- 4 Quod beatitudo non consistit in gloria, vel fama mundana.
- 5 Quod beatitudo non consistit in potentia mundana.
- 6 Quod in mundana potentia beatitudo non consistit.
- 7 Quod potentia mundana ordinatur ad tria.
- 8 Quod beatitudo non consistit in potentia mundana.

- 9 Quarta ratio quare beatitudo non consistit in potentia mundana.
- 10 Quod perfecta beatitudo animæ in hac vita esse non potest.
- 11 Quod ad uidendum diuinam essentiam nullus intellectus creatus sua virtute naturali potest attingere, sed est necessaria gratia Dei.
- 12 Quod beatitudo quæ in Dei uisione consistit non habetur ex virtute propria, sed ex diuina gratia, probatur duab. auctoritatib.
- 13 Quod ad videndum Diuinam essentiam requiritur ex parte vidētis lumen gloriæ propter tria.
- 14 Quod Deus ab intellectu creato, tribus modis cognosci potest, & quibus.
- 15 Quod in cognitione, quæ habetur de Deo per fidem nō consistit perfecta beatitudo.
- 16 Quod Diuina essentia cognoscitur, vel videtur per gloriam à beatis.
- 17 Quod Deus in patria per essentiam suam uidetur.
- 18 Quod octo sunt beatitudines secundum Matth.
- 19 Quod paupertas spiritus accipitur, & intelligitur quattuor modis.
- 20 Secunda beatitudo est, beati mites.
- 21 Tertia beatitudo est beati, qui lugent.
- 22 Quarta beatitudo est, beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.
- 23 Quinta beatitudo est, beati misericordes.
- 24 Sexta beatitudo est, beati muni-

do corde.

45 Septima beatitudo est, beati pacifici.

26 Octaua beatitudo est, beati qui persecutiones patiuntur propter iustitiam.

C A P.

I.



BEATITUDO in voluptatibus corporis. Quod beatitudo non consistat in delectationibus corporis, ut dixerunt quidam, probatur triplici ratione: prima est, quia beatitudo mentem eleuat in contemplatione, secunda est, quia beatitudo mentem nobilitat in coniunctione: tertia est, quia beatitudo mentem satiat in fruitione, quæ tria impedit, & excludit voluptas corporis. Primò enim beatitudo mentem eleuat in contemplatione, ex quo rationem sic formo: In illo est ponenda beatitudo per quod anima attingit ad Deum: sed anima ad Deum attingit per contemplationem, quam inter omnia vitia magis impedit delectatio carnis: ita dicit Aug. 1. de Trini. Contemplatio est illa species, quæ omnem animam rapit desiderio sui, quæ tanto ardentior est, quanto mundior, & tanto mundior, quanto ad spiritualia surgit, & tanto ad spiritualia surgit, quanto à carnalibus delictis & terrenis affectibus moritur.

Vbi nota, quod per contemplationem causantur specialiter tria bona, Per contemplationem scilicet, quod Deo appropinquatur, intellectus perficitur, Deus attingitur. Causantur tria bona, Primò enim per contemplationem Deo appropinquatur, eo quod contemplatio est quidam morus, uel quidam ascensus mentis in Deum, sed per delectationem carnis mens longatur à Deo. Secundò per contemplationem intellectus perficitur. Cuius ratio est, quia propria operatio rei est perfectio rei: intelligere autem, & contemplari est propria operatio intellectus, ergo est perfectio intellectus: sed per delectationem carnis impeditur iudicium intellectus: nam delectationes sensibiles vehemētes quales sunt carnales

nales maximè obnubilant rationem. Ter-
tiò per cõtemplationem Deus attingitur.
Cuius rō est, quia aliquis coniungitur rei
per hoc, q̃ ad substantiam rei attingit:
sed per operationem intellectus, s; per in-
telligere homo pertingit ad cognoscen-
dum essentiam Dei, ergo &c. Attingere au-
tem mente ad Deum est magna beatitu-
do: sed per delectionem carnalem mens
impeditur in sua operatione, & per con-
sequens diuina visione priuatur. Hæc
B. Tho. contra gentiles. lib. 3. cap. 25. 1. &
2. ratione. Secundò principaliter beatitu-
do non consistit in delectionibus car-
nis, eò q̃ beatitudo mentem nobilitat in
coniunctione. Vbi nota, quòd beatitu-
do nobilitat mentem ex tribus, scilicet
ex parte mentis quam coniungit, ex par-
te finis, ex parte laudis. Primò beatitudo
nobilitat ex parte mētis, nam summa no-
bilitas, & perfectio mentis; est per hoc, q̃
rei nobiliori, & perfectiori coniungitur,
& per oppositum summa miseria est rei
inferiori, & se viliori cōiungi, sed per bea-
titudinem mens coniungitur Deo, & per
delectionem carnis inferiorib. coniun-
gitur, ergo &c. nam operationes mentis
sunt nobiles, quia circa diuina: operatio-
nes verò carnis sunt ignobiles, quia cir-
ca sensibilia, & vitia, & infima occupan-
tur. Secundò beatitudo mentem nobilitat
ex parte finis, nam finis nobilior, & perfe-
ctior est his, quæ sunt ad finem: sed beati-
tudo mentem coniungit Deo, qui est om-
nium nobilissimus finis: delectatiō verò
carnis hominem inferioribus rebus scili-
cet sensibilibus tanquam ultimo fini con-
iungit, ergo &c. Tertio beatitudo mentē
nobilitat ex parte laudis, nam actus virtu-
tum sunt laudabiles ex eò q̃ ad fœlicitatē
ordinantur: si igitur in delectionib. cor-
poris consisteret fœlicitas, tunc actus vir-
tutum magis essent laudabiles in accedē-
do ad delectiones prædictas, quā in ab-
stinendo ab eis: sed hoc est falsum, quod
patet, quia actus sobrietatis temperatiæ,
& continentia maximè laudantur, quæ
consistunt in abstinendo ab hmoi delecta-
tionibus, ergo &c. Tertio principaliter
beatitudo non consistit in delectionib.
corporis, scilicet carnis, eo q̃ beatitudo
mentem replet, & satiat in fruitione, dele-
ctiones autem nunquam satiant, sed

magis prouocant, & inflāmant: vnde Phi-
losophus. 2. Ethic. loquens de eis sic dicit:
Insatiabilis est delectabilis appetitus. Ra-
tio autem quare beatitudo appetitum mē-
tis quietat, & satiat est, quia beatitudo est
bonum finale: quod sic patet: Illud bonū
est vltimus finis, propter quod omnia ap-
petuntur, & quærantur, & quod appetitur
propter seipsum, & ipsum non propter
aliquid, sed alia propter ipsum, sed dele-
ctiones corporales non propter seipsas,
sed propter alias appetuntur, & quærun-
tur, sicut delectatio quæ est in cibis ad cō-
seruationem corporis & delectatio, quæ
est in veneris, quæritur propter genera-
tionē proolis, ergo &c. Secunda rō quare
beatitudo mentē quietat, & satiat est, quia
beatitudo est bonum essenziale quod se-
cundū se beatificat, & nō secundū aliquid
aliud. vnde sicut actus calidi est caleface-
re, & actus magis calidi magis calefacere,
& actus maximè calidi est maximè calefa-
cere, ita vsus eius quod est bonum essen-
tiale est quid optimum, quod non cōtin-
git de delectionibus corporis: imò vsus
delectionū corporalium continet in se
specialiter quattuor mala. Primò. n. vsus
talium delectionum est vitiosus, sicut ab-
stinentia ab eis est virtuosa. Secundo vsus
talium corpori est nocius. Tertio vsus ta-
lium est rationis obnubilatiuus. Quartò
est delectionis alterius nobilioris. i. spi-
ritualis impeditiuus. Tertia ratio quare
beatitudo mentem quietat, & satiat est,
quia beatitudo est bonum intellectuale,
& non corporale, nō sensibile. Primo bea-
titudō non cōsistit in aliquo bono corpo-
rali, & hoc triplici ratione, prima est, quia
bonum corporale bonis & malis est com-
mune: beatitudo autem nō conuenit nisi
bonis. Secunda est, quia bonum corpora-
le est instabile quodcūq; sit illud: beati-
tudo autem bonum est indeiciens. Tertia
rō est, quia omne bonum corporale est vi-
le respectu animæ, nam omnis delectatio
corporalis est minimè bona in cōparatio-
ne ad bonum animæ: secundo beatitudo
non est aliquod bonum sensibile, seu non
consistit in aliquo bono sensibili. Cuius
rō est, quia delectiones sensibiles bru-
tis, & hominibus sunt communes: fœlici-
tas autē est propriū bonum hominis: ergo
cōsistit in intellectu: vnde Boet. 3. de con-
sola-

Corpo-
rea dele-
ctatio 4.
mala af-
fert.

Beatitu-
do nobi-
litat mē-
tem ex-
tribus.

solatione sic ait: Tristes esse exitus uoluptatū quisquis reminisci, libidinū suarū uolet, intelliget, q̄ si beatos efficere possunt, nil causæ est quin pecudes quæque beatæ esse dicant. Sed fortè argues, & dicces, q̄ delectatio corporalis sit bonū optimum tali rōne: Illud quod oīa appetunt videtur esse optimum: sed delectationes corporales oīa appetunt, & sapientes, & insipientes, et rōne carentia, ergo delectatio corporalis est bonū optimū, & sic beatitudo consistit in uoluptate, uel delectatione corporis. Resp. & dico, q̄ eo mō oēs appetunt delectationē, sicut appetunt bonū, & tamē delectationē, appetunt rōne boni, non è conuerso. s. bonū pp delectationē: unde formo sic rōnem: Illud quod non est appetibile simpliciter, & propter se non est essentialiter bonum: sed delectatio est huiusmodi: nō enim delectatio est appetibilis pppter se, sed pppter aliud. s. propter bonum quod est delectationis obiectum, & principium, dans ei formā: ergo si delectatio non est appetibilis propter se, sed propter bonum ut patet, in delectatione non est ponenda beatitudo. Hæc B. Th. contra gent. li. 3. c. 27. & ibid. 25. & c. 30. ibid. & iterū. 1. 2. q. 2. ar. 6. arg. cōtra, & in cor. q. & ī sol. primi, & 3. arg. Req. īfra delectatio carnis, di. 2. c. 1. & 2.

C A P. II.

2. **B**EATITUDO in diuitijs. Quod beatitudo non consistat in diuitijs, ut quidam dixerunt, probo sex rationib. prima est, quia beatitudo propter se appetitur: secunda est, quia beatitudo est qua Deus beato coniungitur: tertia est, quia beatitudo est qua beatus perficitur: quarta ratio est, quia beatitudo fortunæ non subiicitur: quinta ratio est, quia beatitudo fruenti nunquam tollitur: sexta ratio est, quia beatitudo peccatori non cōceditur, uel tribuitur. Prima ratio quare beatitudo in diuitijs, non cōsistit, est, quia beatitudo propter se appetitur: qd̄ sic patet: Ultimus finis propter se appetitur, & omnia propter ipsum: sed beatitudo est ultimus finis rationalis creaturæ, ergo &c. unde August. de ciui. Dei sic dicit: Illud est finis boni nostri propter quod amantur cætera, illud autem pro-

pter se. Diuitiæ autem non appetuntur propter seipsas: quod dupliciter probo. Primò sic: Illud bonum quod per se nihil confert, sed solum in ordine ad aliud non appetitur, nec quæritur propter se: sed diuitiæ nihil boni per se conferunt, sed solum eis utimur ad aliud, scilicet ad sustentationem corporis, uel aliquid aliud: ergo &c. Secundò hoc idem sic probo. Bonum utile cum non sit ultimus finis, sed ordinetur ad finem non quæritur propter se, sed propter aliud, ad quod est ordinatum, sed diuitiæ habent rationem boni utilis, ergo &c. Ex hoc autem, quòd beatitudo est ultimus finis rationalis creaturæ, & propter se appetitur, beatitudo tres habet excellentes conditiones: prima est, q̄ beatitudo attingit supremum bonum: secunda est, quia beatitudo includit omne bonū: tertia est, quia beatitudo attrahit omnem appetitum, uel desiderium. Prima beatitudinis conditio est, quia beatitudo attingit supremum bonum. Cuius ratio est, q̄ summū bonum consistit in speculatione, uel cōtemplatione optimi speculabilis, quod est Deus: sed hoc ad beatitudinē spectat, ut dicitur Ioh. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te, &c. & Hier. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatus se ire, & nosse me, scilicet fortè in præsenti per fidem: & nosse in futuro per speciem. Glo. Vera gloria est scire, & intelligere Deum. Secunda beatitudinis conditio est, quia beatitudo includit omne bonum, quod ratione, & auctoritate probo: primò ratione sic: Beatitudo attingit primum, & supremum, uel summum bonum, quod Deus est, ut patet ex prima conditione, sed Deus est efficienter, excellenter, & uirtualiter omne bonum, ut dicitur Exod. 33. Ego ostendam tibi omne bonum, dixit dominus ad Moysen: ergo &c. Secundò probo hoc auctoritate Boetij. 3. de consola. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: propter quod dicit Aug. super Psal. 26. Quicquid præter Deum est, mihi dulce non est: quicquid mihi uult dare dominus meus: totum auferat, & se mihi det. Et sicut beatitudo includit omne

Beatitudo tres habet excellentes conditiones.

bonum ut patet, ita excludit etiā omne malum. Iudicium. 18. Tradet nobis dominus locum in quo nullius rei est penuria. Tertia beatitudinis condō est, quia beatitudo attrahit omnem appetitū, uel omne desiderium. Sicut n. omnes miseriam fugiūt, ita oēs beatitudinē appetūt. Ita dicit Boetius. 3. de consola. Mentibus omnium hominū ueri boni cupiditas est inferta: unde si bonū est, quod omnia appetunt, ut dicit Philosophus. 1. Ethic. summum bonum est quod omnia summē appetunt, siue illud sit bonū existens quod appetunt uirtuosi, siue sit apparēs, quod appetūt peccatores: ergo non est ponenda beatitudo in diuitijs, cum sit apparens bonum: tum quia ordinantur ad finē aliū, ut patet supra: tum quia nō perducunt ad supremum bonum ut plurimum, immo auertunt, tum quia non includunt omne bonum, nec excludunt omne malum, tū quia non attrahunt omnem appetitum, uel desiderium. Req. infra diuitie. Secunda rō principalis, quare beatitudo in diuitijs nō cōsistit, est, quia beatitudo est, quae Deus beato cōiungitur, & format sic rō: Summum bonum hominis cōsistit in retinendo beatitudinem, & non in amittēdo ipsam. Cuius rō est, quia tenendo beatitudinem tenetur Deus, qui est obiectū beatitudinis, diuitiae autem cōferunt in hoc, q̄ expenduntur, & amittuntur. Vnde Boetius 3. de cōsola. dicit: Diuitiae effundendo, quam coaceruādo melius nitent: unde ex hoc probat dicēs: Siquidem auaritia semper odiosos, claros largitas facit: ergo beatitudo in diuitijs nō cōsistit. Tertia ratio principalis quare beatitudo in diuitijs non cōsistit, est, quia beatitudo est, quae beatus perficitur. & formo sic rōnem; In illo est ponēda beatitudo quod est homine nobilius, uel p̄fectius: sed diuitiae sunt homine uiliores: ergo in re uiliori se, homo non dēt beatitudinē ponere. Quod autē homo melior sit diuitijs tamen rōne ostēdo: Finis est nobilior his quae ordinantur ad finem: sed diuitiae sunt ordinatae ad usum hominis, ut ad finē, quia hō est quodammodo finis omniū, ergo &c. Quarta rō quare beatitudo ī diuitijs non cōsistit, est, quia beatitudo fortunae non subiicitur, ut diuitie, & formo sic rōnem: Finē ultimum, & propriū, qui est Deus hō

non pōt consequi nisi per rōnem: sed in consecutione diuitiarum, maximū locū habet fortuna, quia ut plurimū, bona fortunae qualia sunt diuitiae absq; studio rōnis eueniūt: ergo &c. Secundō probō hoc idem rōne sic: Aliquis dē fortunatus qñ bonū aliquod sibi euenit p̄ter eius intentionē, sicut uerbi gratia: Fodiēs agrum dicitur fortunatus, qñ thesaurū inuenit quē non q̄rebat, nec intēdebat: sed infortunatus dē qñ p̄ter eius intentionem, malum aliquod sibi euenit: uerbi gratia: Sicut p̄gens ad forū cā lucrādi, occidit a latronibus. Beatitudo autē seu dānatio nunquam à fortuna, uel in fortuna cōtingit, quae est p̄ter intentionē, & sic p̄ter rōnem contingeret, qd̄ est falsum, & impossibile. Quinta rō quare in diuitijs nō cōsistit beatitudo est, quia beatitudo fruenti nunquā tollit: unde in psal. Non cōmouebit in aeternū, qui habitat in Hierusalē. sed diuitiae sunt instabiles, tū quia ex seipsis corrumpuntur, tū quia ab alijs dolo, & uolentia rapiuntur, tū quia usu dñorum suorum cōsumuntur, ut Chry. dicit super illo uerbo Matthe. 6. Vbi erugo, & tinea demolit, ergo &c. Sexta rō quare beatitudo in diuitijs nō cōsistit, est, quia beatitudo peccatori nō cōcedit, uel tribuitur, & formo sic rōnem: Diuitiae ut plurimū malis eueniunt, sed beatitudo nūquā, ergo &c. Quod autē beatitudo peccatori, nunquā cōferat, in quantum peccatori, tali rōne ostendo: Beatitudo, q̄ est summum bonum creaturae rōnalis, in Dei uisione cōsistit: sed peccator, inquantū peccator, l̄ eum uidere non pōt: ita dicit 1. Ioh. 3. Qui malefacit non uidet Deum, & Isa. 26. secundū 70. Auferat impius, ut nō uideat claritatē Dei: ergo beatitudo in diuitijs non cōsistit.

Sed fortē argues in oppositum tali rōne: Beatitudo cōsistit in illo bono, qd̄ habet uniuersalem utilitatem respectu omniū bonorū: sed tale bonū est pecunia: ita dicitur Eccl. 10. Pecuniae obediūt omnia: ergo &c. Respondeo duob. modis. Primō secundū opinionē, & iudiciū iustorū, qui sola bona corporalia cognoscentes dicūt q̄ pecuniae obediūt omnia. s. corporalia, q̄ pecunia acquiri possunt: tñ eis non est credēdū, eo q̄ iudiciū de bonis humanis nō debet sumi à stultis, sed à sapientib. sicut iudicium de saporib. nō debet sumi

Quomo
do fortu
na, in di
uitijs lo
cum ha
beat.

ab his qui habēt gustum infectū, sed ab his qui habent gustum bene dispositum. Secundo modo dico & respondeo, quod pecuniæ obediunt omnia corporalia, nō autem spiritualia, quæ nec uēdi, nec emi possunt, ut dicitur Prouerb. 17. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapiētiā emere non possit? Hæc B. Thom. contra genti. lib. 3. c. 28. per totum. Et iterum prima secundæ. q. 2. art. 1. argu. contra, & in cor. q. & in solu. 1. & 2. arg. ibidem. Req. infra Diuitias corporales, per totum.

CAP. III.

Beatitudo in honoribus. Quod beatitudo non consistat in honoribus, ut quidam dixerunt, probo quattuor rationibus: prima ratio est, quia beatitudo consistit in propria operatione: secunda ratio est, quia beatitudo consistit in operatione ultima: tertia ratio est, quia consistit in operatione voluntaria: quarta ratio est, quia consistit in operatione cōdigna. Primò beatitudo consistit in operatione propria, & non aliena ita dicitur ad Rom. 2. Reddet unicuique secundum opera sua: & Iacobi primo. Hic beatus in facto suo erit: honor autem mundanus originatur, uel creatur ab operatione alterius, qui honorato verbo signo facto exhibet reuerentiam, ut dicit Apost. ad Hæbr. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron &c. Vel formo aliter rationem sic: Beatitudo est in beato: honor autem non est in honorato, sed magis in honorante, qui exhibet reuerentiā honorato, ut dicit Philosoph. 1. Ethic. ergo in honore mundano non consistit beatitudo.

Secundò beatitudo non consistit in honore mundano, eo quod beatitudo consistit in operatione ultima, na beatitudo est ultimus finis creaturæ rationalis: unde Aug. Beatitudo est omnium nostrorum desideriorū finis honor autem mundanus nō est ultimus finis, sed ad finē alium ordinatur. scilicet ad alicuius uirtutis excellentiam ostēdendam, quod patet, quia honor importat testimonium quoddam de excellentia uirtutis, uel bonitatis alicuius: unde uolētes habere testimonium de sua uirtute

à magis sapientib. & de magnis appetūt honorari, ut dicit Philosoph. libro 7. & 8. Ethic. Requi. infra honor, de quibus, & à quibus homines cupiunt honorari. Tertia ratio, quare beatitudo nō consistit in honore mundano est, quia beatitudo consistit in operatione uoluntaria, aliās nō esset laudabilis: sed quod aliquis assequatur honorem non est in potestate honorati, sed honorantis. Ita dicitur Hæster. 6. Hoc honore dignus est quem rex uoluerit, uel desiderat honorare: ergo &c.

Quarta ratio est quare beatitudo non consistit in honore mundano est, quia beatitudo consistit in operatione uirtuosa: & formo sic rationem: Beatitudo nō potest inesse nisi dignis, & uirtuosis. Cuius ratio est, quia cum honor sit testimonium uirtutis, uel excellentiæ alicuius, non debetur, nec conuenit nisi uirtuosis, & optimis, ut dicit Philosoph. 1. Ethic. & Ecclesi. 14. dicitur: Omne opus electum. i. opus uirtutis, quod est propriè electorum: iustificabitur. i. iustum esse monstrabit, quia iustitiæ mercedem recipiet: sed honorari possunt etiam in hoc mundo mali: ergo beatitudo non consistit in honore mundano. Vbi nota duo. Primū est, quod melius est esse, uel fieri honore dignum, quam honorari. Cuius ratio est, quia esse honore dignum præsupponit uir uitem inesse alicui, honorari autem non semper. Secū dum est, quod licet honor mundanus peccatori aliquando tribuatur eternus autē se dignū honor nunquam. Ita dicit Aug. ib. 2. de ciui. Dei: Verus honor nulli negabitur digno, & nulli deferetur indigno. Sed forte argues in oppositum. scilicet quod beatitudo in honore consistat sic. Beatitudo consistit in illo bono quod desideratur ab omnib. sed omnes appetunt honorari: ergo &c. Respondeo, & dico, quod homines desiderat honorari ex naturali desiderio beatitudinis, quam consequitur honor. Cuius ratio est, quia honor exhibetur alicui propter excellentiam eius, quæ est in honorato: excellentia autem hominis maxime attenditur secundum beatitudinem, quæ est hominis perfectum bonum. Hæc B. Tho. contra genti. lib. 3. c. 26. per totum: & prima secundæ. q. 2. art. 2. argu. contra in cor. q. & in solu. 3. arg.

Differt honorari, & esse dignū honore.

CAP. IIII.

BEATITUDO in gloria mundana. Quod beatitudo non consistit in gloria. i. fama, vel laude mundana, ut quidam dixerunt, probo propter sex conditiones, uel proprietates beatitudinis: prima est, quod beatitudo est bonum propter se volitum: secunda est, quia est bonum vltimum: tertia est, quia est bonum nobilissimum: quarta est, quia est bonum perfectissimum. Quinta est, quia est bonum stabilissimum: sexta est, quia est bonum veracissimum. Prima ratio, quare beatitudo in fama, vel laude humana non consistit, est, quia beatitudo est bonum propter se volitum, & formo sic rationem: Beatitudo propter se queritur cum sit finis vltimus animæ rationalis, ut patet supra, sed gloria i. fama, uel laus mundana non propter se queritur, sed propter honorem: quod patet, quia ad hunc finem volunt homines laudari & in fama haberi, ut ab eis quibus innotescunt honorentur: unde secundum Tullium: gloria est frequens de aliquo fama, cum laude: & secundum Ambro. gloria est clara cum laude notitia. igitur quia fama, vel laus humana propter aliud queritur, puta propter honorem, ut patet, ipsa non est hominis summum bonum, & ideo in ea beatitudo non est ponenda. Secunda ratio quare beatitudo in fama, vel laude humana non consistit, est, quia beatitudo est bonum vltimum, & formo sic rationem. Beatitudo attribuitur ei, qui est finem vltimum affectus: sed laus non attribuitur tali, sed aliquid maius laude. scilicet honor, ut dicit Philosoph. 2. Ethic. ergo cum gloria, vel fama, vel laus non sit summum bonum hominis, ideo beatitudo non consistit in ea. Tertia ratio est, quia beatitudo est bonum hominis nobilissimum: & formo sic rationem: Nobilius est cognoscere, quam cognosci, quod patet, quia non cognoscunt nisi illa, quæ sunt nobiliora in rebus, cognoscuntur autem, & infima: sed beatitudo est, uel consistit in cognoscere: gloria, vel fama est cognosci cum laude, ergo &c. Quarta ratio est, quia beatitudo est bonum perfectum cum appetitum quietet, sed cognitio humana de fama alterius est valde imperfecta, quia talis cognitio est, ut plurimum incer-

titudinis, & erroris: ergo &c. Quinta ratio est, quia beatitudo est bonum stabilissimum, quia perpetuum aliàs, appetitum non quietaret: quod patet, quia naturaliter desideratur diuturna boni constantia: gloria autem, quæ in fama, uel laude humana, uel mundana consistit, est instabilissima. Cuius ratio est, quia nihil est mutabilius opinione, & laude humana. Sexta ratio est, quia beatitudo est bonum veracissimum; sed gloriam. i. famam, uel laudem humanam contingit, ut plurimum esse falsam, ut dicit Boetius in 4. lib. de consolatio. Plures magnum sepe nomen falsis vulgi opinionibus attulerunt, quo quid turpius excogitari potest? nam qui falso prædicantur suis ipsi necesse est laudibus erubescant.

Ad cuius euidentiam nota duo. Primum est, quod laus, vel fama mundi aliter se habet ad notitiam humanam, & aliter ad diuinam. nam ad notitiam humanam ita se habet, quod bonitas famæ: & laudis notitiam humanam causat, & non causatur: non enim quia cognoscitur ab homine ideo bonus, sed quia bonus ideo notitiâ sui causat in homine: sed cognitio Dei est causa bonitatis famæ, uel laudis, nam bonum hominis ex cognitione Dei tanquam ex causa procedit. Secundum quod ex hac sequitur est, quia notitia humana falli potest, notitia autem diuina nullo modo, & ideo fama vel gloria, seu laus diuina de aliquo semper est vera: ita dicit Apost. 2. ad Corin. 10. Ille probatus est, quem Deus commendat, non qui laudatur à seipso, nec ab alio, sed à Deo, quia ut Greg. dicit, sæpe sordet in conspectu iudicis, quod fulget in æstimatione operantis: & hoc in psal. dicitur: Apud te laus mea. Hæc B. Tho. contra genti. lib. 3. c. 27. per totum. Et prima secundæ q. 2. art. 3. arg. contra, & in cor. q. ibidem.

Notitia
Dei, &
homi-
nis cir-
ca famā

CAP. V.

BEATITUDO in potentia humana. Quod beatitudo non consistat in potentia mundana, ut quidam dixerunt, probo quattuor rationibus. Prima est, quia beatitudo est bonum perpetuum esse non desinens. Secunda est, quia beatitudo est bonum vltimum ex se alliciens

ciens, & sufficiens. Tertia est, quia beatitudo, est bonum perfectum summè perficiens. Quarta est, quia beatitudo est bonum possessum non vitiosè, sed rectè, quod est expediens. Primò non consistit in potentia mundana, ratione qua beatitudo est bonum perpetuum, esse non desinens: & formo sic rationem. Beatitudo consistit in illo bono, quod est stabile, & perpetuum: aliàs desiderium non quietaret: de quo Dan. 2. sic dicit: Suscitabit dominus regnum quod in æternum nō dissipabitur, sed potestas humana est brevis, debilis, & instabilis: primo est brevis, unde Eccles. 10. Omnis potentatus vita brevis, Requi. in seq. c. secundo est debilis, eo q̄ potestas mundana à multis dependet: quod autē à multis dependet destrui vniuersaliter potest: tertio est instabilis, eo q̄ potestas mundana radicatur in voluntatibus hominum, in quibus est maxima inconstantia. Secundò beatitudo non consistit in potentia mundana, eo q̄ beatitudo est bonum vltimum ex se alliciens, & sufficiens. & formo sic rationem: Beatitudo consistit, & est ponenda in illo bono, quod nō requiritur propter aliud, sed propter se solum. Cuius ratio est: quia cum beatitudo est summum bonum hominis, non est ad alterum: sed omnis potentia est ad alterū, ut patebit in sequenti ca. ergo &c. Tertio beatitudo in potentia humana non consistit, eo q̄ beatitudo est bonum perfectum, summè perficiens, & formo sic rationem: Beatitudo est ponenda in illo bono ex cuius adeptione, homo maximè efficitur bonus. Sed ex duobus homo, virtuosus, & perfectus efficitur. scilicet ex operatione recta, & ex Dei uisione: ergo &c. primò homo, bonus, uel virtuosus efficitur ex actione recta, quod patet, quia sicut ex operatione iniusta, & mala quis efficitur malus, ita ex operatione iusta, & recta homo efficitur bonus: secundo in futuro homo perfectus efficitur ex Dei adeptione, quæ causatur ex uisione Dei: unde super illo uerbo psal. Mihi autem adherere Deo bonum est: dicit Glo. quòd nihil est melius in futuro, quam facie ad faciē Deum uidere: sed ex potentia benefaciendi, uel malefaciendi, homo non dicitur bonus, uel malus, & multo minus miser, uel felix: quod dupliciter probo. Primò ratione, q̄ si ali-

quis ex potentia benefaciendi, diceretur bonus, uel felix, tunc beatitudo, seu felicitàs conueniret actu dormientibus, & infortunatis, & ociosis, eo q̄ in talibus potentia benefaciendi manet: hoc autem est inconueniens. ergo, & primum. Secundo hoc probo similitudine: nam in quodam monte Macedoniæ quidam ludi fiebant ad exercitium pugnæ, qui ludi olimpiaci dicebantur, in quibus ludis non coronabantur aliqui ex eo, quòd essent fortissimi, & optimi pugnatores cum non pugnarent, sed illi qui pugnabant, & obtinebant uictoriā coronabantur, iuxta illud, quod dicit Apostolus. 2. ad Thimo. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Sic a simili non omnis est bonus, qui potest benefacere, sed qui potentiam ponit in actum. scilicet qui benefacit, neq; malus est aliquis ex hoc, q̄ pōt malū facere, sed qui potentiam ponit in actum. scilicet qui malefacit. Similiter homo non dicitur felix, qui ad summum bonū, quod Deus est, pōt attingere, sed qui per actum attingit. Quartò beatitudo in mundana potentia non consistit, eo q̄ beatitudo est bonum possessum non vitiosè, sed rectè quod expediens est: & formo sic rationem: Beatitudo semper est in bono meliori, uel excellentiori ponenda: sed melius, uel excellentius bonum est, quo nullus pōt malè uti, quale est bonum gloriæ, quam illud quo homo potest bene, uel male uti, quale est bonum mundanę potentię: nam potentia aliquis bene, uel male uti potest, eo q̄ potentię rationales sunt ad opposita. ut Philosoph. dicit. Hæc B. Thom. contra genti. lib. 3. c. 29. per totum.

CAP. VI.

CONSEQUENTER q̄ beatitudo in mundana potentia non consistat ut quidam dixerunt, probo secundo quattuor rationibus: prima ratio est quòd potentia mundana est duratione modica, secunda est, quia ad aliud est ex intentione relata: tertia est, quia perfectione uacua est: quarta ē, quia executione est noxia: quæ quidem quattuor beatitudini sunt contraria. Prima enim ratio, quare beatitudo in mundana potentia non consistit, est, quia mundana

Ex duobus fit homo, perfectus.

potentia duratione est modica, & formo sic rationem, Beatitudo cum sit summū bonū hominis est æterna: sed omnis mūdana potentia est brevis, & transitoria: ergo &c. unde Eccles. 10. Omnis potentatus uita brevis: ubi dicit Glosa, q̄ nulla potentia humana est longa: quod sic p̄bo: Omnis potentia, uel est regia, vel tyrannica. Prima potentia. s. regia est multum brevis: quod dupliciter probo: primò auctoritate. Eccles. 10. Rex hodie est, & cras. i. statim moritur: secundò probo ratione: Nam ratio quare potentia regia est brevis, tangitur ibid. sub illo uerbo allegato a Glo. quæ est, quia potestas, & diuitiæ uitam prolongare non possunt: unde Eccles. 8. Nec habet potestatem in die mortis. s. animam retinēdi, eo q̄ positus est terminus uitæ, & mortis, qui præteriri non potest: ut dicit b. Iob. ubi dicit b. Thom. q̄ terminus uitæ hominis dupliciter potest considerari. Vno modo in se, & absolute, & sic terminus uitæ ex bono regimine, uel ex malo prolongari potest, & etiam abbreviari. Alio modo terminus uitæ potest considerari, secundum prouidentiam diuinam, sub qua cadunt omnia, & sic terminus uitæ, & numerus dierum diuinam prouidentiam præterire in plus, uel minus non potest. Secunda uerò potestas. s. tyrānica cum sit uiolēta, multò magis est brevis: nam nullum violentum perpetuum, immo quamuis in principio sit intensum, in fine tamen remittitur & annullatur, unde in psal. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. In quo uerbo de tyranno tanguntur duo. Primo tyranni prosperitas, & sublimitas, ibi Vidi impium superexaltatum. s. super minores sublimatum, & eleuatum sicut cedros libani: qđ duob. modis exponitur. Vno mō secundum Cassiodorum sic: Vidi impium eleuatum, & exaltatum super bonos. Alio modo secundum Hier. sic exponitur, Vidi impium. i. tyrannum Superexaltatū. i. sublimatum super minores. Et eleuatū sicut cedros libani. i. super maiores. Nam sicut cedrus est arbor altissima, excedēs etiam altas arbores, sic impius non solū paruos, uel mediocres. sed etiam homi-

nes magnos in dignitatibus, & honoribus supra modum excedit: eleuatur. n. impius cum unam dignitatem habet, super exaltatur autem cum habet duas, uel plures. Secundò tangitur eleuari depressio, uel deiectio, & aduersitas, unde subditur, Et transiui, & ecce non erat &c. In quo tāgitur duplex deiectio, uel aduersitas. s. in proprio subiecto cum dicitur, Et transiui, & ecce non erat. quod uerbum exponitur quattuor modis. Primò sic, Et transiui. i. intellectu, eius nouissima consideraui. Et non erat. Et quare? quia certè hodie extollitur, & cras non inuenietur. Secundò exponitur sic, Et transiui. s. intellectu ad contemplandum cælestia, & terrena. Et ecce non erat. i. consideraui, et uidi, q̄ suum esse, & sua dignitas comparata æternæ nulla erat. Tertiò modo exponitur sic, Et transiui. s. uitam eius consideraui. Et ecce non erat. i. uidi, q̄ uita eius, ita erat parua, uel brevis, quod non debebat aliquid reputari, Iacobi 4. Quæ est uita nostra; uapor est ad modicum patēs: Quartò modo exponitur sic. Et transiui. i. consideraui eius peccata. Et ecce non erat, eo quod peccatū est nihil, & homines nihil fiunt cum cum peccant, ut dicit Aug. super Io. Secundò ponitur annihilatio in proprio officio, ibi, Quæsiui eum, id est ad memoriā duxi eum. Et non est inuentus locus eius. i. uestigium domini, gaudij, honoris, & dignitatis, Dan. 4. Ostensum est Nabuchdonosor regi, qđ videbat arborem eleuatam usq. ad cælū, & subito succisam, unde uersus, Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Et propter hoc dicitur, quod olim in promotione summi pontificis incendebatur stuppa coram eo & dicebatur sibi, Sic transit gloria mundi.

C A P. VII.

Secunda rō principalis, quare in potētia humana, uel mundana non est ponenda beatitudo est, quia potentia mundana ad aliud est intentione relata: & formo sic rationē, Beatitudo nō est ponenda in illo bono, q̄ ad aliud ordinat, et propter illud q̄rit, cū beatitudo sit bonum ultimū rationalis creature, p̄pter quod oīa alia bona q̄rūt, & ipsum p̄ter se

Potētia
munda-
na ordi-
nat ad
tria.

Exponi-
tur il-
lud eccl.
7. Noli
querere
fieri iu-
dex.

Secūda
exposit.

ſæ ſolum, ex ſuperioribus patet, ſed po-
tentia mundana ad finē aliū ordinatur:
ergo &c. Vbi ſciendum q̄ potentia mū-
dana ꝑcipue ordinatur ad tria: primò ad
culpæ punitionē, ſecundò ad rei publicæ
defenſionē: tertio ad æternæ gloriæ ade-
ptionē. Primò enim potentia mundana
eſt ordinata tanquam ad finē, ad culpæ
punitionem, uel cohibitionem: unde A-
poſt. ad Gala. 3. Lex propter tranſgreſſio-
nem poſita eſt. Ambr. Lex propter tran-
greſſionem. ſ. cohibendam, & puniendā
poſita eſt, ut ſaltem timore ceſſarent
homines tranſgredi, quod ꝑꝑꝑue fit
uoluntate: & quia mundana potentia eſt
obſeruatrix & executrix legis, ideo ad
hoc ꝑꝑꝑue mundana potentia debet
intendere, vt mala, uel uitia corrigātur.
Ita dicitur Eccl. 7. Noli quærere fieri iu-
dex, niſi ualeas uirtute irrumperē iniqui-
tates, ne forte extimeſcas, & ponas scan-
dalum in agilitate tua. In quo uerbo fa-
cit duo: primò enim diſſuadet ꝑꝑꝑatio-
nis ambitionem, ibi Noli quærere &c. ſe-
cundò ponit duplicem rationem, ibi Ne
forte extimeſcas &c. Primò diſſuadet ꝑꝑꝑa-
tionis ambitionem uires proprias, exce-
dentis, ibi Noli quærere &c. q. d. Non ap-
petas ꝑꝑꝑationem ſeu dominium niſi vi-
riliter audeas malis reſiſtere, & eorū pec-
cata corrigere, uel punire: unde Aug. lib.
13. de ciui. Dei ſic dicit: Optandum eſt
itaq. ut poteſtas non dominetur niſi cō-
tra uitia, & peccata, propter quæ uitāda
potentes homines nolunt eſſe, ſed
propter uincendos homines. ut quid
hoc? niſi ut uerò uicti falſè uincant, nec
ſint ueritate, ſed opinione uictores. Et
Greg. 25. moral. ſic dicit: Summus locus
bene regitur, cum is qui ꝑꝑꝑeſt uitijꝝ po-
tius quam fratribus dominatur. Secun-
dò modo exponitur ſic: Noli quærere fie-
ri iudex. ſ. alterius, niſi ualeas uirtute cor-
rigere iniquitates tuas, deinde alterius.
Nam ut dicit Prou. 36. Melior eſt qui do-
minat animo ſuo. i. animoſitati, uel ani-
malitati. i. ſenſualitati ſuæ, expugnatore
urbium. Cuius ratio eſt, quia quantò pu-
gna eſt fortior, tantò uictoria eſt laudabi-
lior: qui autem impugnat, uel expugnat
urbem, toto ſe pugnat, qui uerò animū,
medietate ſua. Vel ſecundū Gloſ. Maior
Victoria eſt expugnare urbes quam ꝑꝑꝑ-

rium animum. Cuius ratio eſt, quia ur-
bes, quæ uincuntur ſunt extra, animus
autem eſt intra: maius autem eſt quod ꝑ
patientiam uincitur, quia animus a ſeip-
ſo ſuperatur, & ſe ſibi ſubiicit, & patien-
tiæ humiliatē ſubſternit. Secundò ponit
duplicem rationem. Prima eſt peccatum
propriū, cum dicit ne fortè extimeſcas.
i. ut peccatum ex timore facias, uel pecca-
tum ex timore non punias. Ro. 13. Vis
non timere poteſtatem bene fac. Secū-
da ratio, quam ponit eſt aliorum ſcanda-
lum: unde ſubdit: Et ponas ſcandalum in
agilitate tua. i. ne ſubditi ſcandalizentur
in tua timiditate, qua non audeſ malis re-
ſiſtere: nam cum ſubditi uident ſuum do-
minum, uel ꝑꝑꝑatum fugere, uel timere,
de ſacili ſcandalizantur.

Secundò potentia mūdana eſt ordina-
ta tanquam ad finem ad reipublicæ de-
fenſionem, & conſeruationem: unde Lu-
cæ. 12. Fidelis ſeruus, & prudēs quem cō-
ſtituit dominus ſuper familiam ſuam, di-
cit dominus de ꝑꝑꝑato. Requi. ex poſitio-
nem huius auctoritatis infra ꝑꝑꝑatio.
Et de domino ſeculari, dicitur Iſaiæ 32.
Princeps, ea quæ digna ſunt principatu
cogitabit. Et Bern. in apologion: Vñ ti-
bi ſi ꝑꝑꝑes, & non prodes, ſed vñ gra-
uius ſi cum ꝑꝑꝑes metuis, prodeſſe reſu-
gis. Tertio potentia mundana eſt ordina-
ta tanquam ad finem ultimum ad æter-
næ gloriæ adeptionem: nam ut dicit Apo-
ſtol. 1. ad Thimo. 5. Qui benè ꝑꝑꝑunt
duplici honore ſunt digni. Et Chriſoſt. li-
br. de curialium nugis ſic ait: Sicut
potentes tormenta patientur, ſic, & iu-
ſtitix ꝑꝑꝑio plenius fruuntur, ſi rectè
exercuerint poteſtatem, & tantam in fu-
turo ꝑꝑꝑ ſubditis habebunt gloriam, quā
ta uirtute eos in magna delinquendi li-
centia ꝑꝑꝑeſſerunt. Vnde patet, q̄ cum
potentia mundana non ſit ultimus finis,
ſed a ꝑꝑꝑꝑꝑa tria ſint ordinata, non eſt
in ea ponenda beatitudo, quæ eſt ulti-
mus finis.

C A P. VIII.

T E R T I A ratio principalis qua-
re in potentia mundana non
eſt ponenda beatitudo eſt, quia
mundana potentia perfectione eſt va-
cua: & formo ſic rationem: Beati-
tudo eſt ponenda in illo bono ex cu-
ius

Cōpara
tio iter
actū, &
poten-
tiam.

ius adeptione hō nō solū bonus, immodē
maximē efficitur perfectus: sed ex opera
tione recta in præsenti hō efficitur uir-
tuosus, & ex actu intellectus, respectu no-
biliſſimi obiecti, qd' est Deus in futuro,
hō efficitur perfectus, quia beatus, non
autē ex potentia mundana: quod patet,
quia ex potentia benefaciendi, uel male
nullus dī bonus, uel malus: sed ex actu
bono, uel malo: ergo &c. propter quod di-
citur Isa. 41. Bene aut male facite si pote-
stis: Vbi sciendum, q' actus & potētia si-
ne agere, & posse agere in bonis, & ma-
lis se habent sicut excedentia, & excessa.
nā in bonis actus ē melior, quā potētia:
in malis uerō potentia est melior, quā sit
actus. Primō dico, q' in bonis actus ē me-
lior, quā potentia. Cuius rō est, quia id
quod est bonum in actu est tantū bonū,
& non malum. Illud aut quod est bonū
in potentia non est determinatum ad v-
num, quia non est tantum bonum, uel tā-
tum malū, sed indifferenter, seu æquali-
ter respicit bonum, & malum. Scdō hoc
idē probo similitudine, uel exemplo, ut
v.g. Sicut illud, quod est actu sanum, ita
est sanum, quod non est infirmum: sed
illud quod est in potentia sanum se hēt
similiter, uel æqualiter ad vtrunq;, & qā
in bonis actus est melior, quā potentia,
sicut patet, idē dicitur Prou. 3. Si uales,
& ipse benefac q.d. facias, q' ualitudini,
uel potentie respondeat bonus actus: &
Eccl. 9. Quodeūq; pōt manus tua instan-
ter operare. Secundō dico, q' in malis po-
tentia, & actus cōtrario modo se habet,
edō q' in malis potentia melior est, quam
actus: & posse agere in malis melius est
agere. Cuius ratio est, quia id quod sim-
pliciter malum est, peius est eo, q' est se-
cundum quid malum: & id quod est tan-
tum malum, ut ens actu malum est pe-
ius eo, q' est in potentia ad malum, & bo-
num: unde cum malum in actu, sit sim-
pliciter malum, & malū, in potentia nō-
dum habeat malū, nisi secundū quid. s.
secundū potentiam, quæ eadē est ad bo-
nū, sequitur, q' malum in actu peius sit
quam malum in potentia: propter quod
dicitur Ecclesiast. 31. in laudē uiri iusti.
Potuit transgredi, & non est trāsgressus,
facere mala, & non fecit. Hæc B. Tho. in
scrip. methaphisicæ lib. 9

QUARTA ratio principalis qua-
re beatitudo in mundana poten-
tia non consistit est, quia poten-
tia humana, executione est noxia: & for-
mo sic rationem: Beatitudine nullus pōt
iniuste, uel malē uti: sed potentia mun-
dana sic: ergo &c. Quod autē aliquis po-
tentia mundana, possit iniuste, uel malē
uti, duplici auctoritate ostendo. Primō
auctoritate. Eccl. 20. Qui potestatem iniu-
stē sibi assumit, odietur. In quo verbo tā-
git tria: primō auctoritatem, cum dicit:
Qui potestatem. Glo. interli. idēst, magi-
sterij, uel aliquam dignitatem. secundō
tangit auctoritatis usurpationem cum
subdit: Iniuste sibi assumit. s. ingerendo
se sine merito uitæ, sine studio scientiæ,
sine electione, & alijs, quæ requiruntur:
tertiō tangit usurpationis detestationē,
cum subiūgit: Odietur, & primō a Deo,
quia uicem eius, ut deberet, non supplet
nam ut dicitur. Sap. 11. Data est a Deo
potestas nobis: secundō odietur ab homi-
nibus, quia non soluit subditis, quod de-
beret. Secundō q' homo iniuste, uel ma-
lē possit uti potentia mundana, probo
auctoritate Eccl. 8. Dominatur homo ho-
mini in malum suum: cum. n. triplex sit
malum. s. pœnæ temporalis, culpæ mor-
talis: æternæ damnationis: primō enim
homo dominatur in malum suum. s. pœ-
næ temporalis. Cuius ratio est, quia quā-
tō gradus altior, tātō casus grauior, sicut
domus altior magis exponitur uento.
In figura huius suspensi sunt principes
in patibulo contra solem, iubente domi-
no Num. 25. ubi sic dicit Greg. Hoc si ho-
mines attenderent prælaciones nō am-
birent: secundō dominatur in malū suū.
s. culpæ mortalis: Eccl. 7. Non alliges tibi
peccata duplicia, neque eris omnino im-
munis: tertio dominatur in malū suum.
s. pœnæ æternalis, uel eternæ dānationis:
Sap. 6. Iudicium durissimū his, qui præ-
sunt, fiet. Expositor: primō enim malis
prælati, & dominis fiet iudicium durū,
quia malē intrauerunt: secundō fiet iudi-
cium durius, quia malē uixerunt: tertio
fiet iudicium durissimum, quia malē
rexerunt. Vel aliter: Mali prælati,
& domini punientur durē pro pecca-
tis.

ris subditorum, durior pro peccatis ministrorum, durissime pro peccatis proprijs. Punientur. n. domini, vel praelati durius ceteris quinq; rationib. primò ratione peccati, quia ceteris parib. grauius est peccatum domini, uel praelati, quam subditi: Hier. 5. Magis hi simul confregunt iugum, ruperunt vincula: secundò ratione commissi: Lucæ. 12. Cui plus committitur, ab eo plus exigitur: tertio ratione damni, quia malo suo exemplo corrumpunt alios. Gregor. Cum pastor per abrupta graditur, necesse est, ut in præcipitium grex labatur: quarto ratione officij, quia etiam exercendo officium peccat: Rom. 2. in quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Nam Sene. in quadam epistola: Vt in corporibus, sic in imperio grauissimus est morbus, qui a capite diffunditur. quinto ratione scandali, quia ciuitatem, uel ecclesiam scandalizant. Requi. infra Prælatio.

C A P. X.

BEATITUDO in præsentī vita. Quod beatitudo perfecta in præsentī vita haberi non possit (vt quidam dixerunt) probo quattuor rationib. Prima est, quia beatitudo perfecta, essentia, vel præsentia primæ ueritatis intellectum illuminat. Secunda est, quia beatitudo perfecta affluentia, & redundantia summæ bonitatis desiderium satiat. Tertia est, quia beatitudo perfecta indeficiētia, vel permanentia sempiternæ stabilitatis, motum quietat, & terminat. Quarta est, quia beatitudo perfecta carentia omnis imperfectibilitatis, uel penalitatis, statum nobilitat. Hæc autem quattuor in præsentī vita haberi non possunt: quod de singulis patet: primò enim in hac vita plenè ueritas non cognoscitur: secundò animæ capacitas non impletur, & per consequens non satiatur: tertio uitæ, uel permanentiæ stabilitas non acquiritur: quarto omnis, & culpæ, & pœnæ defectuositas non excluditur. Primò beatitudo in præsentī uita haberi non potest, eo quod beatitudo perfecta, essentia, uel præsentia primæ ueritatis intellectum illuminat: & formo sic rationem: Vltima felicitas hominis in altio-

ri cognitione, quæ de Deo haberi potest, consistit. Altior aut cognitio, quæ de Deo haberi potest, ut prima ueritas, quæ Deus est per suā essentiā, uel præsentia cognoscatur: sed non est possibile in hac uita per suā essentiā Deū cognoscere: ergo &c. Quod autē in hac uita Deū uidere, uel cognoscere non possumus, tripliciter probo: primò per locū a maiori negatiue sic: Ille qui non potest cognoscere, quod sibi magis est cognoscibile, non potest cognoscere, quod sibi minus est cognoscibile: sed nullus in hac uita angelos potest cognoscere, qui tamen a nobis magis sunt cognoscibiles ratione qua angeli sunt quid creatum, & finitū: ergo minus potest cognoscere diuinā essentiam, quæ est quid increatum, & infinitum: scdò hoc probo sufficienti diuisione sic: Omnis visio, uel cognitio qua aliquid cognosci potest, est quadruplex. scilicet corporalis, spiritualis, intellectualis, cōprehensionis: sed nulla istarum cognitionū in hac uita, essentia diuina cognosci potest ergo &c. Requi. infra Visio. 4 c. per totum: tertio probo idem ratione naturali sic: In hac uita nihil potest intelligi nisi aliqua eius similitudo prius in sensu extiterit: sed per nullam certam similitudinē, diuina essentia potest repræsentari: ergo nec intelligi. Requi. sup. immediatè. Sed post hanc uitam mens humana cognoscet Deum, eo modo quod substantiæ separatæ cognoscunt. scilicet per essentiam suā: unde Matth. 22. dicitur, quod sancti erunt sicut angeli Dei, qui patris faciē semper vident. Scdò beatitudo perfecta in præsentī uita haberi non potest, eo quod beatitudo, affluentia, uel abundantia summæ bonitatis desiderium satiat: & formo sic rationē: Beatitudo consistit, & est ponenda in illo bono, quod naturalem appetitum implere potest, & satiare: sed in præsentī uita nullum bonum est, quod possit desiderium hominis satiare: quod sic patet, quia sicut se habet quietatio ad intellectū, ita ad appetitum qui sequitur intellectum, sed intellectus hominis nunquā quietatur in præsentī uita, quia quātō plus quis intelligit, tātō magis desiderium intelligendi augetur: ergo appetitus hominis nunquam satiatur in uita ista. Rō huius est, quia sicut obiectū intellectus non est aliquod uerū particulare, sed uniuersale, quod

Deū in hac uita non possumus cognoscere.

Appetitus nō satiatur hominis.

quod intellectum quietat, ita obiectū uoluntatis quæ est appetitus humanus est bonum vniuersale, quod nō inuenitur in aliquo pono creato, eo q̄ omnis creatura hēt bonitatem partic:patam, sed in solo Deo, qui hēt bonitatē infinitam, imō est essentialiter summa bonitas: vnde solus ipse uoluntatem hominis implere pōt, & satiare: unde in psal. Qui replet in bonis desiderium tuum. Tertiō beatitudo perfecta in præsentiā uita haberi non pōt, eo q̄ beatitudo indeficientia, uel permanentia sempiternæ stabilitatis motū quietat, & terminat: & formo sic rationem. Beatitudo perfecta requirit omnis boni stabilitatem, quietudinem, & certitudinem. Primo requirit boni stabilitatem, uel continuitatem, oportet enim, quod ille qui est beatus bono stabiliatur, & perpetuetur, aliās eius desiderium nō quietaretur. Vnde dicit Philosophus. 7. Ethic. q̄ non enuciabimus aliquem esse felicem ad modū cameleontis, qui est animal inutās diuersos colores secundum colores diuersorū corporū obiectōrū, sed in hac uita nulla stabilitas est in bono, quod per infortunia amitti pōt, quæ sēpē contingunt, ut patet: ergo &c. Secundō beatitudo requirit quietudinem: quod patet, quia ille est beatus, qui ita perfectē finem consequitur ultimū, q̄ nihil amplius quærit, sed perfectē in eo quiescit, sicut graue cū fuerit in infimo loco quiescit, sed homo in hac uita existens in carne mortali non pōt ad finē ultimum peruenire: ergo in hac uita nunquam quiescit. Tertiō beatitudo requirit permanentiæ in bono certitudinem: & formatur sic rō. Ille qui est incertus utrū bonū, quod habet sibi semper duret, non est beatus, sed miser: sed homo in uita præsenti est incertus, an bonum quod hēt duret sibi semper, ergo &c. Præterea ille qui est certus de amissione boni non est beatus, sed miser, eo q̄ uita talis semper est cum timore, sed cuilibet certum est, q̄ bona omnia præsentiæ uitæ amittētur, ergo &c. Quartō, & ultimō beatitudo perfecta in præsenti uita haberi non pōt, eo q̄ beatitudo, carētia omnis defectibilitatis, uel pēnalitatis statum nobilitat. & formo sic rationem. Beatitudo in bono perfecto cōsistit: bonum autē perfectum est, quod omnino caret admixtione mali: sicut perfe-

ctū album est, quod oīno est impermixtū nigro, igitur beatitudo requirit adeptiōnē omnis boni cum exclusionē, uel carētia omnis mali: sed neutrum horū est possibile in hac uita: quod tali rōne ostendo. Qui non potest totaliter esse immunis a malis omne bonum non habet, nec per consequens est talis beatus: sed in statu uitæ præsenti non est possibile, q̄ homo omnino sit immunis, a malis: quod patet de malis corporis, & de malis mentis. Primō de malis corporis quæ sunt fames, sitis, estus, frigus, infirmitas, & huiusmodi, sine quib. malis uita præsens duci nō pōt. Similiter homo refugit mortem naturaliter, & de ea tristatur, non solum cum eam sentit, sed et cum recogitat eam, hoc autē, q̄ homo non moriatur, non pōt consequi in hac uita: ergo &c. Secundō hoc idem probō de malis mentis. Nam a malis animæ nullus omnino pōt esse immunis: quod patet ex quattuor specialiter, scilicet ex passionibus actionibus. deceptionibus. affectionibus. uel conatibus. primo enim, q̄ nullus sit omnino immunis a malis animæ patet ex passionibus. quia nullus inuenitur, qui non aliquando inordinatis passionibus inquietetur. Secundo hoc idem patet ex actionibus. quia nullus inuenitur, qui, uel in plus, uel in minus nō prætereatur terminum, in quo cōsistit uirtus. Tertio hoc idem patet ex deceptionibus. quia nullus inuenitur qui non ēt in aliquibus. non decipiatur, uel saltem ignoret, quæ scire desiderat. Quartō hoc idem patet de conatibus. quia nullus inuenitur qui non aliquādo debili opinione desideret ea de quibus certitudinem habere uellet. Patet igitur ex præmissis rationibus q̄ nullus in præsenti uita pōt esse beatus, sed post hanc uitam. Hæc B. Tho. contra genti. lib. 3. c. 46. per totum. Et iterū 1. 2. q. 2. art. 8.

A malis animæ nullus pōt esse immunis.

CAP. XI.



BEATITUDO perfecta Nota, q̄ ad perfectam beatitudinem consequendam tria sunt necessaria, scilicet diuini muneris influentia, clari luminis refulgentia, immensi uisibilis euidentiæ. Primō requiritur ad perfectam beatitudinem consequendā diuini muneris influentia, eo

Panth. Pars. 1.

Q̄ ad

q̄ ad videndū diuinam essentiam in qua perfecta beatitudo consistit: nullus intellectus creatus humanus, vel angelicus sua naturali virtute potest attingere, sed ex diuina gratia: hoc autem tripliciter. scilicet auctoritatibus, similitudinibus, rationibus.

Primò auctoritatibus. & primo auctoritate Apostoli ad Roma. 6. qui sic dicit. Gratia Dei vita æterna; sed vita æterna in Dei uisione consistit: ergo Deus per suā essentiam non pōt videri nisi per Dei gratiam. Secundo hoc idem probō auctoritate Apostoli 1. ad Thim. vlti. sic dicentis. Lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum vidit. ubi gl. sic dicit. Quā nullus hominum vidit, quia nullus ad eā ex se accedit, sed cui datur ex dono Dei, ergo &c. Tercio hoc idem probō auctoritate Ambrosij super Lucam, quam repetit August. in lib. de videndo Deum. Non est in potestate nostra videre Deum, sed in potestate illius apparere. Et subdit. Si non est potestas nostra uidendi Deū, est tamē gratia promerendi, vt uidere possimus. quartò hoc idem probō auctoritate Ambrosij in eod. lib. sic dicentis. Non similiter sensibilia videntur, & id in cuius uoluntate situm est videri; uoluntas Dei est videri, nam si vult uidetur, si non vult nō uidetur. Apparuit autem Deus Abrahæ quia uoluit, alijs non apparuit quia noluit. Secundo, q̄ nullus intellectus creatus sua virtute diuinam essentiam uidere possit, sed Dei gratia probō similitudinibus. aquæ, & ferri. Similitudine aquæ sic. Sicut n. aqua cum sit igne inferior, & naturaliter frigida sua uirtute non pōt esse calida nisi per actionem ignis qui est superior, sic nullus intellectus creatus cum sit naturaliter infra Deum ad diuinæ essentiae uisionem pōt attingere: nisi Dei uirtute, & gratia adiuuetur, & eleuetur. Secundo hoc idem probō similitudine ferri, quia sicut grāue ex se: uel propria uirtute ferri nō pōt sursum nisi à uirtute superiori aliqua attrahatur, vt patet de ferro quod trahitur a magnete, ita intellectus humanus qui uirtute, vel mole corporis naturaliter ad inferiora deprimitur, ut dicitur Sapientia. 9. corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, quæ ad superiora, idest ad diuinam essentiam ferri non potest, nisi per gratiam eleuetur a patre, ut dicatur Ioan.

6. Nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Req. expositio nem huius seq. c. Tercio hoc idem probō duabus rationibus. Prima ratio est talis. Illud, quod est per se, est causa eius, quod est per aliud, sed intellectus diuinus per seipsum essentiam suam uidet: ergo uisio diuinæ essentiae per seipsam intellectui creato non conuenit nisi per actionem Dei. Secunda ratio est talis. Sicut enim uisus corporalis quattuor modis impeditur à uisione rei corporeæ, ita intellectus quattuor modis impeditur à uisione diuinæ essentiae. Re. infra Visio. 2. ca. Hæc B. Tho. contra genti. lib. 3. c. 52. per totum.

C A P. XII.

Consequenter, q̄ beatitudo perfecta, quæ in Dei uisione consistit nō habetur ex uirtute propria, sed ex diuina gratia, probō in hoc capitulo duabus auctoritatibus. Et primò auctoritate Iohan. 6. ubi saluator dicit. Nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. In quo uerbo tanguntur tria, primò insufficiencia generalis ibi. Nemo potest uenire: secundo excellentia salutaris ibi. Ad me, tertio omnipotentia cōditoris ibi. Nisi pater qui misit me traxerit eum. Primò tangitur insufficiencia generalis ibi. Nemo potest uenire. Regula enim est generalis, q̄ qui non potest minimum non potest maximum, sed nullus ex se potest dicere Dominum Iesum, ut dicit Apostolus prima ad Corin. 12. Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in spiritu sancto: ergo nullus pōt obtinere Iesum nisi per spiritus sancti gratiam: Secundo tangitur excellentia salutaris ibi. Ad me, scilicet ad me qui sum splendor nunquam deficientes, qui sum uita indefessa non moriens, qui sum fons semper scaturiens, ut dicit Alanus in lib. de q̄one nature, undē Matth. 19. Veni, & sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Expōitor. Veni per uiam obedientiae. Sequere per constantiam patientiae. Me qui sum ianna uitæ. Et habebis thesaurum in cœlo: ecce excellentiam gloriæ. In quo notatur primo infallibilitas, quia habebis. Secundo præciositas, quia thesaurum: tertio securitas, quia in cœlo. Tertiò tangitur omnipotentia cōditoris

Exponitur illud Io. 6. Nemo pōt uenire ad me.

Similitudo de uisione diuinæ essentiae

ditori sibi. Nisi pater qui misit me traxerit eum. Quod verbum Aug. & Chryso. exponunt. Primò Chryso. sic ait. Hic autem insaniunt Manichei dicentes, quoniam nihil in nobis positum est, & per consequens liberum arbi. negant. Et respondet Chryso. cōtra eos dicens, q̄ per hoc verbum. scilicet. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum: hoc, quod in nobis est, scilicet liberum arbi. nō destruitur, sed ostendit nos saluator diuino auxilio indigere, ut dicatur, nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit illum, idest gratia Dei illum prauenerit. Secundò Aug. super illo uerbo sic ait, & quærit sic. Si trahitur quis, ergo inuitus venit, & non credit, si vero credit non inuitus trahitur, quia cetera exteriora puta intrare ecclesiam, & huiusmodi potest homo nolens, credere verò non potest quis nisi uolens. Et respondit August. dicens. Qd̄ in tractu quo Deus pater nos trahit non uolentia adhibetur, uel exercet, sed uoluntas excitatur. Et subdit rationē dicens. Nō enim ad Christum ambulando currimus, sed credendo: nec motu corporis, sed uoluntate cordis accedimus, ergo non uolentia, sed uolūtate traheris. Sed quærit postea Augusti. Quid est autē uoluntate trahi? Respondet. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et subdit. An habent corporis sensus voluptates suas, & animus deferitur à uoluptatibus suis? & subdit, quòd est quædā uoluptas cordis: cui dulcis est ille panis celestis patriæ. Si poetæ dicere licuit. Trahit sua quemque voluptas. quātò magis nos dicere debemus, trahi hominem ad Christū, qui delectatur ueritate, beatitudine, iustitia, & sempiterna uita, qd̄ totum Christus est. da amantem, da desiderantem, da feruentem, da ad fontem æternæ patriæ mētem suspirantem, & sentit, quod dico. Et exponit, da amantem. Si. n. terrenæ delectationes, quæ reuelantur amantib. trahunt, non trahet Christus reuelatus a patre? Da desiderantem. Quid enim desiderat anima fortius quā ueritatem q̄ Deus est? Da feruentem, uel esurientem, sed hic homines esuriunt, ibi saturabuntur. Da ad fontem æternæ patriæ suspirantem. In psalm. Sirituit anima mea ad Deum uiuū, quādo ueniam, & appa-

rebo ante faciem domini. Et concludit B. Aug. sic. Quem trahat & quem nō trahat, quare hūc trahat, illum non trahat, noli uelle iudicare si non uis errare. Si nōdum traheris, ora ut traharis, quia nemo uenit nisi tractus. Vbi sciendū, quòd Deus præcipuē quattuor modis nos trahit: primò præuenienti delectatione, ut calor solaris humorem, & fructum superius trahit. Hieremiæ. 31. In charitate perpetua dilexi te, idē traxi te miserans. Secundò trahit sui beneficii exhibitione, ut pastor ouem sibi cibum præbendo. August. super Iohannem. 6. Ostendis oui rārum uiridem, & trahis eā. tertio trahit sui delectabilis prægustatione, ut odor rosæ olfactum delectat, & allicit. Canti. 1. Trahe me post te: & Iohannis. 12. Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. quartò trahit flagelli illatione uel immissione, ut pater de tabernaculo suum filium per capillos trahit, & uerberat sic Deus trahit hominem de peccato tribulationes uarias inferendo. Osee. 11. In funiculis adam traham eos. Secundò, q̄ beatitudo ultima quæ in Dei uisione consistit non uirtute naturali, sed Dei gratia acquiratur, probo secunda auctoritate Iohannis 10. Ego sum ostiū, per me si quis introierit saluabitur. Sicut enim ostium, qd̄ est principium introitus domus dupliciter saluat. s. interius ne prodantur, & exterius ne inuadantur, sic Christus interius saluat, & exterius protegit. Req. infra Hostia. Secundò ponit nostræ salutis modum, ibi, ingreditur.

Quod uerbū exponitur sex modis. primo. sic secundum Aug. super Iohannem. Ingreditur, idest qui bene se habet exterius quo ad exteriorē actū, secūdo modo sic secundum Aug. ibidem: & est quasi idem modus cū primo. Ingreditur quādo quis interius bene aliquid cogitat, & egreditur quando exterius bene aliquid operatur, tertio modo etiam secundum Aug. sic. Ingreditur. s. ecclesiam, & hoc est ualde bonum, egreditur. s. ecclesiam, & hoc est malum. quarto modo exponitur sic scdm. B. Greg. super Ezech. Ingreditur ad fidem crescendo in ecclesia militante, egreditur. s. exeundo de ecclesia militante ad ecclesiam triumphantē, vel ingreditur ad fidem, & egreditur ad

Deus
nos tra-
hit qua-
tuor mo-
dis.

Exponi-
tur Ioa.
10. ego
sum o-
stium.

speciem, quinto modo exponitur sic. In gredietur ad uitam aliā, & egredietur quod ad istam. Require. sup. Anima separata, de eius apparitione. Sexto exponitur sic. Ingredientur sancti ad cōtemplationem diuinitatis, & egredientur ad contēplationem humanitatis. Tertiō ponit nostrā salutis terminum suauissimum, cū subiungit. Et pascua inueniet, idest delectationem in tribulationis passione, & saluationis consecutione. Actuum. s. Ibāt Apostoli gaudentes &c. Secundo modo exponitur secundum. Bea. Grego. sic. Pascua inueniet, idest delectationem in ecclesia militante, scilicet misericordiē, doctrinā, gratiā, & in ecclesia triumphāte. s. gloriā. Tercio modo exponitur sic. Pascua inueniet, quia in utroquē. s. in diuinitate, & humanitate Christi sancti gaudia contemplationis habebunt. Isa. Regē in decore suo videbunt.

C A P. XIII.

¹³ **S**ecundo principaliter ad perfectam beatitudinem requiritur clari luminis refulgentia. Est enim necessarium lumen gloriā non quidem ex parte diuinę essentię, eō quod diuina essentia secundum se absque aliquo alio medio est intelligibilis, sed ex parte intellectus nostri. Nam intellectus creatus in uisione beata indiget lumine glorię propter tria, scilicet quia habilitatur, fortificatur, eleuatur ad uidendum Deum per essentiam suam lumine glorię. Primō intellectus creatus lumine glorię habilitatur, uel disponitur ad diuinę essentię uisionem. Cuius ratio est, quia sicut lux non recipitur in corpore nisi corpus habilitetur, uel disponatur per Diaphanum, ita quod diaphanum, idest transparentia est quādam dispositio corporis ex qua corpus lucem suscipit, ita intellectus creatus disponitur per lumen glorię ad suscipiendum istum actum, qui est uisio diuinę essentię, de hoc lumine dicitur in psalm. Amictus lumine sicut uestimento. Quod uerbum exponitur tribus modis. s. de ecclesia, de Deo, de intellectu beato creato. primō exponitur secundum glo. de ecclesia sic. Amictus lumine, idest ecclesia ipsa ve-

stis sine macula, & ruga. hæc est tunica inconsutilis, quæ scindi non potuit, eō quod ipsa est uelut amictus lumine. s. Christo, qui rogauit, ut istud lumen. s. fidei nō deficeret, nam ipsa ante fuit tenebra, sed nunc lux in domino secundum Apostolum, secundo modo exponitur secundum glo. de Deo sic. Ille qui est ineffabilis in essentia est amictus lumine sicut uestimento, quia undiquē lux sibi est, qui habitat lucem inaccessibilem ad quam nemo per se ualet accedere. tertio modo exponitur de intellectu creato respectu premi, nam per amictum luminis intelligitur lumen, quo disponitur intellectus ad uidendum Deum per essentiam. Secundo intellectus creatus lumine glorię fortificatur ad uidendam essentiam Dei, nam virtus naturalis intellectus creati est adeo debilis, quod ex se non sufficit ad diuinā essentiam uidendum quamuis diuina essentia de se maximē sit intelligibilis: sicut sol qui de se quamuis maximē sit uisibilis propter excessum sui luminis a nostra, uel uespertilionem uideri non potest, & ideo oportet, quod virtus naturalis intellectus creati lumine glorię fortificetur.

Ad cuius rōnis euidentiam nota duo. Primum est, quod in intellectu beati est duplex lumen creatum. Vnum est generale ipsi intellectui, quo in specie suę naturę completur, & per hoc lumen intellectus beati non uidet diuinam essentiam. Aliud lumen est supernaturale. s. lumen glorię: quo intellectus diuinā uisione beatificetur. Secundum est, quod virtus intellectus creati, uel cuiuslibet agentis potest fortificari duobus modis. Vno modo per virtutis intensiōem, sicut virtus actiua calidi augetur per intensiōem caloris, nam calor quāto est uehementior, tātō calidum uehementiorem calorem facit. Alio modo fortificatur, uel augetur virtus alicuius agentis per formę appositionē, sicut virtus diaphani augetur ad hoc, quod possit illuminare per formam lucis in ipso diaphano denouo receptam. Mō igitur virtus naturalis intellectus creati nō sufficit ad uidendam diuinam essentiam & ideo oportet, quod uirtus intellectus creati augeatur ad hoc, quod ad diuinę essentię uisionē perueniat, nō autem sufficit augmentū per intensiōem naturalis virtutis.

Cuius

Lumen glorię ioborat.

Lumen glorię habilitat intellectum.

Cuius ratio est, quia uisio Dei nō est eiusdem rationis cū uisione naturali intellectus creati, eo q̄ obiectū uisionis naturalis intellectus creati, est quid creatum, & quid naturale: obiectum autem uisionis beatificæ est, quid increatum, & quid super naturale, .s. Deus, & ideo oportet, q̄ fiat augmentum virtutis intellectiue p̄ alicuius nouæ dispositionis adeptionē, .s. per lumen gloriæ, & propter hoc dicitur Apoc. 21. Ciuitas illa non indiget sole neque luna, ut luceat in ea, nam claritas Dei illuminabit eam. Ad litteram Ciuitas illa, .s. beatorum. Non indiget lumine solis, .s. ad faciendam diurnam operationem, neq. indiget lumine lune, quō humana infirmitas indiget nocte, nam beneficium Solis, & Lunæ non erit post diem iudicii, necessarium ad implendū diurnum officiū sicut modo: immutatio enim claritatis Solis, & Lunæ quam Isa. ponit 30. c. non erit ad necessitatē: quod ostendit per causam dicens. Nam claritas Dei, idē lumen gloriæ creatū a Deo illuminabit eam, .s. sanctos dando intellectui beatorum diuinę essentię perfectam cognitionē. Tertiō intellectus creatus lumine glorię eleuatur ad diuinę substantiæ uisionem. Licet enim diuina essentia distet in infinitum a quolibet intellectu creato, tamen lumen gloriæ nō ex virtute propria, cum sit etiā quid creatum, sed ex virtute quam ex Deo sortitur intellectum creatum beati Deo cōiungit, non secundū esse, sed solū secundum intelligere: & hoc est, quod in psalm. dicitur.

In lumine tuo videbimus lūmē. In quo verbo de beatitudine patrię tangit tria.

Primō actum in quo cōsistit, ibi Videbimus. nā ī actu intellectus qui est intellectualis uisio, & nō in actu voluntatis cōsistit beatitudo, idē dicit Videbimus, eo q̄ uisio diuinę essentię, secundū B. Aug. est tota merces. Req. infra Visio. c. 3. per totum. Secundō tangit medium, sub quo existit cum subdit. In lumine.

Vbi sciēdum, q̄ mediū in uisione corporali, & intellectuali inuenitur triplex, .s. medium sub quo, ex quo, & in quo. Primum est medium sub quo: & hoc est, q̄ perficit visum, ad uidendum in generali nō determinans visum, ad speciale obie-

ctum, sicut se habet corporale lumen ad visum corporalem, & lumen intellectus agentis ad intellectum possibilem. Secundum est medium quo uidetur: & hæc est forma uisibilis qua determinatur uterq. uisus. .s. corporalis. & intellectualis ad speciale obiectum, sicut per formam lapidis ad cognoscendum lapidem. Tertiō ē medium in quo: & hoc est id per cuius inspectionem visus ducitur in aliam rem, sicut inspiciendo speculum ducitur uisus ad cognoscendum ea, quæ in speculo repræsentantur, & uidendo imaginē ducitur in imaginatum, & sic etiam intellectus p̄ cognitionē effectus ducitur in cognitionē causæ, uel econuerso. In uisione igitur patriæ non erit tertium medium. .s. in quo, ut. .s. Deus per species aliorum cognoscatur, sicut non cognoscitur, ratione cuius dicimur uidere in speculo, nec erit ibi secundum medium, scilicet quo, quia essentia diuina erit qua intellectus noster uidebit Deū, sed erit ibi tantū primū mediū, scilicet sub quo, & hoc est lumen gloriæ, quod eleuabit intellectū nostrū ad hoc, q̄ possit coniungi essentię increatæ, non tamen ab hoc medio dicitur esse cognitio mediata, quia istud medium, .s. lūmē glorię non cadit inter cognoscentem, & rem cognitam, sed est illud quod dat cognoscenti vim cognoscendi. Hæc b. Th. contra gen. lib. 2. cap. 51. & 25. ibidē per totū. Et 1. parte sum. q. 12. art. 5. in cor. q. & in sol. arg. & 4. scrip. sen. dist. 49. de uisione Dei art. 1. q. 1. utrum intellectus humanus possit peruenire ad uidendam diuinam essentiam, in sol. 15. arg.

De illo medio supradictō est sciendū ut dicit auctor perspectiuæ, q̄ triplex ē lumen, .s. reflexum, fractū, & directum. Primum est reflexum, sicut patet in speculo & in alijs politis corporib. quę lumen receptum a se reijciunt. Secundum lumen est fractum, sicut quando lumen uenit ad corpus aliquantulum densum, uel durū, quod nō omnino est densum, & tale corpus in se recipit lumen, sed propter materiam non omnino obedientem lumen illud non tenet rectum incesum, sed diuertit, & uocatur fractio radij. Tertiū lūmē est directum, quod non impeditur, neq. inuenit materiam aliquo modo indispositam, & inobedientē, & transit liberē, &

Triplex
ē lūmē.

Lumen
gloriæ
eleuat.

Mediū
in uisio
ne corporali
& intellectu
ali ē
triplex.

directas operationes facit, & tali lumini assimilatur lumen gloriæ, quod est in beatis. Tertiò in præmissa auctoritate tangit obiectum quod perficit, cum subiungit. Lumen In lumine inquit tuo uidebimus lumen: quod uerbum quattuor modis exponitur. Primò sic. In lumine tuo &c. idest in lumine virtutis intellectiue, quod est quædam participatio diuini luminis, quasi a prima luce deriuatur: uidebimus lumen, idest Deum ad ostendendum, quod non sensu, sed intellectu cognoscitur Deus, licet hic imperfectè. Secundo modo exponitur sic. In lumine tuo .s. fidei in præsentì uidebimus lumen. .s. diuinæ essentia in futuro. Nam per lumen fidei æqualiter cognoscimus Deum .s. esse trium, & unum, & alia quæ habentur de Deo, ex fide, & huic lumini fidei in præsentì succedit visio in futuro. Tertiò exponitur sic. In lumine tuo, .i. in Christo, uel per Christum, qui est lumē de lumine, uidebimus lumen in futuro, .s. te Deum patrem. Quarto modo exponitur sic. In lumine tuo. .s. diuinæ gloriæ, uidebimus lumen, .s. diuinæ essentia. Cuius ratio est, quia diuina essentia, ut infinita cognosci non potest, nisi lumen gloriæ, eo quod ipsa excedit facultatem cuiuscunque intellectus creati, non quasi omnino extranea ab intellectu creato, sicut sonus excedit visum tanquam extraneus a visu, uel omne-immateriale excedit sensum, quia tunc sicut uisus nunquam attingit ad notitiam soni, nec sensus ad notitiam rei spiritualis, sic nec intellectus attingeret ad notitiam Dei: quod est falsum, & contra desiderium naturale: sed diuina essentia excedit virtutem intellectus creati sicut excellentia sensibilia excellunt sensum. Vnde sicut sol, qui de se maximè est uisibilis propter excessum sui luminis a uespertilionis uideri non potest, ut dictum est supra, ita diuina essentia quamuis de se maximè sit intelligibilis ab intellectu creato non potest cognosci nisi per lumen gloriæ, quod disponit, perficit, & coniungit intellectum creatum non secundum esse, sed solum secundum intelligere diuinæ essentia. Hæc b. Tho. contra gentiles & 1. parte sum. ubi supra.

CAP. XIII.

Tertio ad perfectam beatitudinem requiritur summi uisibilis euidentia: Vbi sciendum, quod Deus ab intellectu humano, trib. modis potest cognosci. primò naturali ratione, scilicet per creaturam, secundò supernaturali lumine, scilicet fidei per gratiam, tertiò essentiali cōtemplatione. .s. per gloriam. Primò potest deus a nobis cognosci naturali ratione per creaturam, ita dicit Apost. ad Ro. 1. Quod notum est Dei, manifestum est in illis, ubi glos. dicit sic. Quod notum est Dei. .i. quod est cognoscibile de Deo per humanā rationem. Manifestum est in illis, idest interiori intellectu eorum. Et Damasc. Non misit nos Deus in omnimoda sui ignorantia, omnib. enim cognitio essendi Deum ab ipso inserta est: non tamen in cognitione, quæ de Deo per rationē naturalem habetur, consistit perfecta beatitudo: quod quattuor rationibus probo. prima est, quia beatitudo consistit in cognitione Dei consecutione generali. tertia est, quia consistit in exclusionem omnis mali. quarta est, quia consistit in quietatione mentali. Primò beatitudo consistit in cognitione Dei essentiali. sed per rationem naturalem essentia Dei sicut in se est uidere non possumus, ergo in cognitione Dei quæ per naturalem rationem habetur non consistit beatitudo. Ratio autem quare ratione naturali non potest cognosci essentia Dei est ista. Ratio naturali per sensibiles creaturas Deū cognoscimus, sed sensibiles creaturæ nō adæquant virtutem Dei, eo quod adæquant virtuti Dei non sunt affectus sensibiles, ergo ratione naturali per ista sensibilia essentiam Dei uidere non possumus. Vel aliter. & breuius. Effectus nō adæquans uirtutē causæ nō ducit in expræssam cognitionē causæ, sed sensibiles creaturæ ex quib. naturali ratione Deum cognoscimus, sunt effectus dei totam uirtutē eius non adæquantes: vñ ex cognitione effectuum sensibilibus tota Dei uirtus cognosci nō potest, & per consequens nec essentia Dei uideri. Hæc b. Tho. 1 parte sum. q. 15. ar. 12. in cor. q. Secundo, quod per effectus sensibiles ratione naturali nō possumus essen.

Deus cognosci potest per creaturam & per rationem naturalem in qua tamen non consistit perfecta beatitudo

essentiam Dei in seipso, quid sit videre probo similitudine. Sicut. n. cū videmus hominem loqui, moueri, & similia facere, dicimus eum habere animam quę harum operationum principium est, & causa, non tamen cognoscimus quid sit anima in seipsa. Quod etiā de vestigio hoc idem patet ita. Licet ratione naturalis ex creaturis sensibilib. cognoscimus Deū esse creatorem, ordinatorem, & gubernatorem earum, non tamen ex hac cognitione cognoscimus qualis Deus est in sua essentia. Tertio hoc idē probo auctoritate Dionysii, qui in primo ca. de mystica theologia dicit, quod intellectus noster hac uita Deo coniungitur quasi ignoto, in quantum ipse est supra omnem formā quam intellectus noster potest concipere in hac uita, sed in patria ei coniungimur quasi noto, in quantum per suā formam quę est sua essentia eū uidebimus, Hęc b. Th. 4. scri. sen. dist. 49. q. vtrū intellectus humanus possit peruenire ad vidēdum Deum per essentiam, in sol. 3. arg. Secundo beatitudo consistit in Dei consecutione cōmuni, uel generali sic. Beatitudo est quoddam cōmune bonum possibile ex se omnib. hominib. peruenire, nisi accadat impedimentum aliquod aliquib. quo sint orbatī. Ad cognitionem autē de Deo per uiam rationis, uel demonstrationis habenda pauci perueniunt: ergo &c. Ratio autem quare beatitudo est bonū commune de se possibile omnib. peruenire est triplex, scilicet ex parte largientis, affectantis, & muneris perficiētis. Prima ex parte largientis, quia Deus in quantum est ex se uult omnes homines saluos fieri, ut dicit Apost. 1. ad Thi. 2. Secunda est ex parte appetentis. quia homines naturaliter beatitudinem appetūt, sicut naturaliter miserā fugiūt, ut dicit Boet. 3. de conso. Veri boni cupiditas omnib. naturaliter est inserta. Et Dionys. 4. de diuino. dicit: quod omnia bonum, & optimū concupiscunt. Rationes autem quare in Dei cognitionē per uiam rationis naturalis pauci perueniunt, quere infra Fides. ca. 2. per totum.

Tertia ratio est, ex parte muneris perficientis. Licet enim quodlibet finitum quantumcunque magnum ex sui subtractione diminuat, & finaliter totaliter

consumatur, infinitum tamen bonū quale est ultima beatitudo quem Deus principaliter largitur nobis, neque consumi neque diminui potest. Ratio huius est quia Deus essentialiter sua beatitudo, quam Deus nobis communicat.

Tertio Beatitudo consistit in exclusionē omnis mali. Sicut. n. beatitudo omne bonum includit, ita omne malum excludit, non enim potest aliquis simul esse felix, & miser; sed cognitio, quę est per uiam rationis naturalis, & demonstrationis, & multorum errorum admixtione suscipiens, quod patet, quia quidam rerū mundanarum non alium ordinatorem esse crediderunt, quam corpora cęlestia: unde corpora cęlestia deos esse dixerunt; quidam uerō elementa principium omnium rerum dixerunt, quidam uero humanos actus non alicuius ordinatione sub esse credens nisi humanę, & homines qui alios ordinant Deos esse dixerunt, de quibus ait Apost. ad Rom. 1. Qui cum Deum cognouissent, .s. ex naturali ratione, & creaturę inspectione non sicut Deum glorificauerunt: immo obscuratū est cor insipiens eorum propter multos ergo, in quos inciderunt, ergo in cognitione, quę de Deo per uiam naturalis rationis, & demonstrationis habetur, non cōsistit beatitudo. Quarto, & ultimō beatitudo perfecta cōsistit in quietatione mentali, & formo sic rationem. Illa cognitio Dei essentialiter est ipsa beatitudo, qua habita non restabit alicuius scibilis desideranda cognitio, talis autem non est cognitio quę de Deo per uiam naturalis rationis, & demonstrationis habetur, quod patet, quia habita de Deo cognitione per uiam naturalis rationis, & demonstrationis, alia desideramus de Deo cognoscere, quę per hanc cognitionem nondum cognoscuntur de Deo, ergo in cognitione quę de Deo per naturalem rationem, uel demonstrationem habetur non consistit beatitudo perfecta. Hęc b. Tho. contra gen. li. 3. ca. 36. & cap. 37. per totum Re. infra Fides. cap. 2. ad quid est utilis cognitio per naturalem rationem de Deo.

CAP. XV.

Secundo Deus cognoscitur supernaturali lumine, .s. fidei per gratiam. Vbi sciendum, quod cognitio quam de Deo habemus per fidem, cognitionem quam de Deo per naturalem rationem habemus excedit, ut patet infra. Fides. c. 2. non tamen beatitudo perfecta consistit in cognitione quæ habetur de Deo per fidem. Hoc autem quattuor rationibus probo. Scilicet ratione intellectus, affectus, auditus, appetitus. Primo ratione intellectus sic. Beatitudo consistit in perfectissima operatione intellectus, quæ est ut intellectus uideat essentialiter, quod intelligit, sed operatio uel cognitio fidei est imperfecta ex parte intellectus, eo quod credens, id quod credit non uidet, ergo &c. Vel forma aliter rationem istam si vis. Beatitudo consistit in illo actu per quem Deus sit præsens intellectui, fides autem est de absentibus, & non de præsentibus, ergo &c. unde Apost. 2. ad Corin. 5. Dum per fidem ambulamus & non per speciem, peregrinamur a domino, ubi Aug. sic dicit. Dum per fidem ambulamus, .i. ad Deum tendimus, Et non per speciem aut per penitentiam, Peregrinamur a domino, id est in uia sumus. Qui. n. peregrinatur, & per fidem ambulat nondum est in patria, sed in uia: qui autem non credit, nec in patria est, nec in uia. Vbi sciendum, quod licet Deus per fidem intellectui non sit præsens, eo quod fides est de absentibus, & non de præsentibus. ut patet, est tamen Deus per fidem præsens affectui cum uoluntarie credens assentit Deo: unde Apost. ad Eph. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris, ubi Aug. sic dicit. Cum fidem habemus Christum habere uideamur, fides, enim in nobis Christus est in nobis: fides tua de Christo in corde tuo est Christus. Secundo beatitudo non consistit in cognitione, quæ habetur de Deo, per fidem ratione affectus sic. Beatitudo non consistit in actu uoluntatis, ut patet infra Visio. c. 3. sed in cognitione, quæ est per fidem uoluntas est principalis, in quantum uoluntas assentit his quæ intellectus sibi proponit per fidem ergo &c.

Tertio beatitudo non consistit in cognitione quæ de Deo habetur per fidem ratione auditus sic. Beatitudo in nobilissi-

ma Dei cognitione consistit: sed cognitio quæ de Deo habetur per fidem non est huiusmodi, quod sic patet. Nobiliori modo cognoscit ille qui immediate ueritatem uidet, quam ille qui immediate ueritatem audit, sed fides magis debet cognitionem similem auditui quam uisui: ita dicit Apost. ad Ro. 10. Fides est ex auditu, auditus autem per uerbum Christi, ergo ille, qui audit non assentit nisi illi, qui meliori modo cognouit, uel illi qui ueritatem immediate uidet: sicut Christo credimus, uel illis, qui immediate habuerunt a Christo: sicut credimus prophetis, & apostolis, ergo &c. Quarto, & ultimo beatitudo non consistit in cognitione, quæ habetur de Deo per fidem ratione appetitus sic. Beatitudo naturale desiderium satiat cum sit ultimus finis, sed cognitio quæ habetur de Deo per fidem appetitum non satiat, sed prouocat, & accendit, quod patet, quia unusquisque desiderat uidere quod credit, ergo &c. Hæc b. Th. contra gentiles lib. 3. cap. 38. per totum.

CAP. XVI.

Tertio Deus cognoscitur essentiali contemplatione per gloriam, & sic beati, qui sunt in patria clare essentiam Dei uident, uel Deum per essentiam suam; Hoc autem quattuor rationibus probo. scilicet ex parte desiderij, premij, exempli, modi. Primo ex parte desiderij sic. Sanctorum desiderium omnino frustrari non potest: alias naturale desiderium esset uanum, quod est impossibile: sed desiderium sanctorum est ut Deum per essentiam uideant, ut patet Exod. 33. Ostende mihi gloriam tuam. & Ioh. 14. Ostende nobis patrem, & sufficit nobis, ergo &c. Secundo, quod sancti, in patria Deum, per essentiam uideant probo ex parte premij sic. Beatitudo perfecta consistit in hoc, quod deus cognoscatur perfecte, sed hoc non potest esse nisi per suam essentiam uideatur, ergo &c. Quod autem per suam essentiam uideri possit sic probo.

Ad hoc, quod intellectus intelligat nihil aliud requiritur nisi, quod intelligibile fiat actu, & quod intellectui coniungatur: sed essentia diuina per seipsam est intelligibilis in actu, cum sit immateria-

lis est etiam: intellectui præsens, quia ut dicit Aug. deus unicuique rei intimior est, quam ipsa res sibi, ergo intellectus creatus essentiam Dei immediate uidere potest. Tertiò probo hoc idem ex parte exēpli. nam unio animæ ad corpus est quodam exemplum illius beatæ uisionis, qua spiritus uiuetur Deo. Sicut enim anima per suam essentiam unitur corpori, ita diuina essentia per seipsam unitur intellectui, ita quod in patria essentia diuina est quæ intelligitur, & qua intelligitur.

Quartò hoc idē probo ex parte modi.

Nam quattuor modis uidetur Deus in patria, ex quibus probari potest, quod Deus per essentiam suam uidetur: primo. n. Deus in patria uidetur perfectè: secundo uidetur sicuti est: tertio uidetur facie ad faciem: quarto uidetur perfectè, ita dicitur. 1. ad Corin. 13. Non cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut, & cognitus sum. Ex quo uerbo aperte datur intelligi, quod hic, scilicet in uia non cognoscitur Deus per essentiam suam, sed in patria sic, ita exponit glosa dicens. Nunc in præsenti uita, Cognosco ex parte, id est obscurè, & imperfectè, eo quod diuina essentia non ex se, sed ex defectu intellectus nostri, uel modi intelligendi est uelata. Isa. 6. Cherubin duab. alis uelabant faciem Dei, & subdit. Tunc autem, .s. in patria cognoscam sicut, & cognitus sum. quasi dicat plene, & perfectè, id est essentialiter cognoscam. Sicut nunc cognoscor, uel cognitus sum a Deo, quasi diceret. Sicut Deus me cognoscit per essentiam suam: eodem modo: .s. per essentiam suam cognoscam Deum. Vbi nota, quod ista similitudo sicut nō notat omnimodam æqualitatem, eo quod Deus in infinitum limpidius me cognoscit, quā ego ipsum possim cognoscere, sed notat mediū cognoscendi identitatem, quia idē medium ē quo Deus cognoscit seipsum, & quo nos in patria cognoscimus Deū, scilicet essentia sua.

Secundò Deus in patria uidebitur sicuti est: ex quo talem rationem formo. Illud per essentiam suam uidetur, quod uidetur sicuti est, sed in patria Deus hoc modo uidebitur, ita dicitur. 1. Ioh. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, quia uidebimus

eum sicuti est. Quod uerbum exponitur rit sim: secundum gl. & secundum b. Th. Primo les ei exponitur secundum glo. sic. Cum appar erimus. uerit, .s. Christus in secundo aduentu. Si miles ei erimus secundū corpus immortales, impasibiles, sicut ipse filius: quia mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptionem, ut dicit Apo. 1. ad Corin. 15. Secundo modo exponitur a b. Tho. sic. Nos in patria uidebimus Deum eo modo quo ipse uidet seipsum, & similes ei erimus, quia sicut ipse per suam essentiam substantiam suam cognoscit, ita nos etiā uidebimus Deum per essentiam suam. Hæc b. Th. cōtra gen. lib. 3. c. 15. Vbi nota, qd si iste modus sicuti est referatur ad modū ipsius uisi, tunc uidebitur Deus a sanctis habere illum modum quem habet, sed si referatur modus ad ipsum cognoscentem, tunc non uidebitur sicuti est: quia non erit tāta efficacia intellectus creati ad uidēdū, quanta est efficacia essentiæ diuinæ ad hoc, quod intelligatur.

Tertiò, uidetur Deus in patria facie, ad faciem. Vnde Exo. 33. Faciem meam uidebis. Nā aliter dixit Deus Moyse, p statu præsenti uita, & aliter pro statu sequentis. Primò. n. pro statu præsenti uita dixit Deus Moyse ibi. Posteriora mea uidebis, quod sibi similitudinariè dictum est: sicut. n. homo cum a tergo uidetur scitur, qd homo sit, sed nō qualis homo, ita Deū esse, & gloriam eius esse cognoscere poterat non tamen quis, uel qualis sit. unde subdit. Non enim poteris uidere faciem meam, id est aperte hoc cognoscere, sicut sum. à facie enim cognoscitur homo. Vnde glo. Non poteris uidere faciem meā, id est ipsam uim diuinæ essentiæ, non. n. uidebit me homo, .s. per incircumscriptā essentiam, & uiuet, .s. carne mortali. Et Apost. 1. ad Corin. 13. Videmus non per speculum in enigmate: tu ne autem facie ad faciem. Ex quo uerbo talem rationem formo. Illud quod uidetur facie, ad faciem uidetur per suam essentiam, sed Deus in patria uidebitur facie ad faciem, ut per Apostolū patet: ergo &c. Vbi sciendum, qd creature corporales quamuis facie ad faciem uideantur, tamen secundum similitudinem earum uidentur, eo qd non sunt coniungibiles uisui per essentiam suam: ratio

Quat-
tuor mo-
dis deus
uidetur.

Exponi-
tur illud
1. Ioh. 3.
cum ap-
paruerit

ratione materialitatis earum, & ideo tunc immediate videntur quoniam earum similitudo visui coniungitur, sed Deus per essentiam suam est inconiungibilis intellectui: & hæc visio immediata dicitur visio faciei. Hæc Beat. Thomas 4. scrip. senten. dist. 46. art. 1. utrum intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deum per essentiam, in argu. contra, & in cor. q. & in solu. 14. argu. & 15. ibidem. Quartò videtur Deus in patria in se. Vbi nota, quod aliud est videre rem seipsam, vel in seipsa, vel per seipsam, verbi gratia. Aliud est videre lucem seipsam, & aliud est uidere lucem in seipsa. nam lux videtur seipsa effectiue quia non est alia causa quæ faciat lucem videre nisi ipsa: unde uidere lucem seipsa effectiue est uidere lucem per seipsam: non tamen uidetur lux in seipsa materialiter: hoc est in sua spiritualitate, & absolutione naturæ suæ, sed in alia materia, ut in aere, uel colore. Eodem modo lux æterna quæ Deus est in presenti uidetur seipsa, scilicet effectiue, eo quod ipse est causa effectiua omnis cognitionis: non tamen ipsa lux spiritualis, quæ Deus est, uidetur in seipsa in presenti, sed in creatura quæ est quasi medium materiale deferens ipsam lucem ad intellectum, in patria autem uidebitur in seipsa, id est per seipsam, & in seipsa. & non in re alia. Hæc Alexan. 1. parte sum de medio cognoscendi Deum, art. 13. in sol. 1. argu.

CAP. XVII.

SECUNDO quod Deus in patria per suam essentiam uideatur probo auctoritate Iohannis. 17. Hæc est uita æterna ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. In quo uerbo de beatitudine patriæ taguntur tria, primò enim appetibilis boni amor attenditur, ibi Hæc est uita æterna. secundò delectabilis ueri splendor infunditur, ibi Ut cognoscant te. tertio incomprehensibilis præmij ualor attingitur, ibi Solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Primò enim de beatitudine patriæ appetibilis boni amor attenditur cum dicitur. Hæc est uita æterna. In quo uerbo exprimuntur tria: primò dignitas

singularis, ibi. Hæc est, secundò iocunditas affectabilis, ibi Vita, tertio perpetuitas interminabilis, ibi Aeterna. Primò enim exprimitur dignitas singularis, ibi Hæc est. Licet enim mundani iudicium corruptum habentes in rebus exterioribus beatitudinem ponant dicentes beatum populum cui hæc sunt, ut in psalm. dicitur, tamē uera beatitudo consistit in habendo Deum: unde in psal. ibidem subditur. Beatus populus cuius dominus Deus eius: unde in psalm. Gloria hæc est, scilicet uidere Deum omnibus sanctis eius. Quæ beatitudo, uel gloria bona quattuor præcipue in se habet, primò est iocunda sine dolore. unde in ps. Exultabunt sancti in gloria. secundò est securus sine timore, & in ps. Excelsus super omnes gentes dominus, & super celus gloria eius. tertio est libera sine seruitute, ad Ro. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei id est in gloriosam libertatem quam habebunt filij Dei, & hæredes regni. Quartò est copiosa sine defectu. Isa. ult. Diuitijs affluatis, scilicet hic fide uirtutibus, & operibus bonis, & in futuro affluatis ab omnimoda gloria eius cognitionis diuinitatis, & humanitatis Christi. Secundo exprimitur iocunditas affectabilis cum subditur. Vita. Vbi nota, quod uita signat duo. scilicet esse, & operari in se, primò signat esse, ita dicitur. 2. de anima. Uiuere uiuentibus est esse. Secundo quia perfectio potentie est actus eius, ideo uita, uel uiuere signat operationem ad quam aliquis seipsum mouet: quod dupliciter probo, scilicet exemplo, & communi dicto. Primò exemplo: nam plantæ dicuntur uiuere ex eo, quod crescant, & homines ex eo, quod mouent se ad intelligendum, & volendum. Secundo hoc idem probo communi dicto. nam communiter dicitur. Iste ducit talem, uel talem vitam secundum operationem illam cui maximè intendit quasi ad illam operationem totum esse suum sit ordinatum: unde quia beatitudo consistit in quadam operatione intellectus, scilicet in Dei cognitione cui maximè homo intendit, ideo talis operatio dicitur uita: unde Hilarius. 3. de Trinitate. super hoc uerbo sic ait Vita est uerum Deum nosse. Et Augu. in lib. de spiritu, & littera sic dicit. Quid hoc bono melius quid hac felicitate felicius, uiuere Deo

Exponit
illud Io.
17. Hæc
est uita
æterna.

Beatitu
do quat
tuor ha
bet præ
cipuè.

Beatitudo q̄ stat in visione Dei non p̄t deficere.

viuere cum Deo. Tertiò exprimitur perpetuitas interminabilis cum subiungit: aterna. Non. n. beatitudo, quæ in Dei visione consistit potest deficere: ideò dicit. Hæc est vita æterna. Cuius ratio est, quia illa actio, quæ non est successiua, sed tota simul non mensuratur tempore, sed est in quadã participatione æternitatis, sed visio Dei ē huiusmodi. Quod tripliciter patet. Primò ex parte eius quod videtur qđ est substantia diuina, quæ est æterna. Secundò ex parte eius qua videtur: nam essentia diuina qua Deus videtur est æterna. Tertiò ex parte eius, qui intuetur. s. ex parte intellectus, cuius esse non subiacet tempori cum sit incorruptibile. ergo nec eius actio scilicet visio Dei: & ideo est æterna: vnde Ioh. 10. Ego vitam æternā do eis. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 46. art. 2. q. 3. vtrum beatitudo sit idem quod vita æterna, in cor. q. Et contra gent. lib. 3. cap. 91. Secundò principaliter in præmissa auctoritate delectabilis veri splendor infunditur: ibi. Vt cognoscant te. q. d. hæc est vita æterna. i. hæc est causa vitæ æternæ, meritoria quidem, vt cognoscāt te, scilicet in via per finem, effectiua vero, vt cognoscant te in patria per speciem: vnde Aug. super Iohannem sic dicit: Porro si cognitio Dei est vita æterna, tantò magis viuere tendimus, quantò magis in hac cognitione proficimus, non autē moriemur in vita æterna. tunc ergo cognitio Dei perfecta erit quando nulla mors erit. Vel dicit Euangelista: Vt cognoscāt te. Ex quo verbo saluator dat intelligere, qđ beatitudo principaliter, & substantia liter consistit in visione Dei. i. Ioh. 3. Videbimus eum sicuti est: ibidem. cap. 3. quoniam beatitudo cōsistit in actu intellectus, qui est videre Deum: & non in actu voluntatis. Tertiò principaliter in comprehensibilis præmij valor attingitur: ibi Solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quod verbum exponitur tribus modis. Primò secundum Chryso. sic: Te solum verum Deum dicit, vt nō excludatur filius, & spiritus sanctus, sed vt excludantur idola, quæ à quibusdā dicuntur dii sed non sunt veri Di. Secundò exponitur secundum B. Aug. 7. de Trini. sic: Per hoc, quod dicit, te solum verum Deum, ipsam Trinitatē intelligit

patrem, & filium, & spiritū sanctū. Et dicit Deū in singulari intelligens ipsam Trinitatem simul non tres veros Deos, sed vnū verum Deū. Et ideo subdit Iesum. Quod quidem nomen scribitur tribus litteris. s. Iesus hebraicè. Sothar grecè, saluator latinè, ad significādum mysterium Trinitatis quod clarè secundum B. Aug. in patria cognoscemus. Tertiò modo exponitur sic: Nā in missione filij intelligit incarnationem filij, & ideo per hoc, qđ dicit Et quē misisti Iesum Christum: datur intelligi, qđ in vita æterna gaudebimus nō solum de diuinitate, sed etiā de humanitate Christi: Isa. 33. Regem. i. Christum in decore suo videbunt. & Ioh. 10. Ingredietur, & egredietur &c. Hæc B. Thom. in postilla quam fecit super Iohannem ibidē. Nota etiam, qđ hoc nomen Iesus tres terminationes habet s. primā in sui in nominatiuo, vt Iesus, secundā in sum in accusatiuo, vt Iesum, tertiā in su: in reliquis casibus. s. genitiuo, datiuo, vocatiuo, & ablatiuo, vt Iesu: qđ in nullo nomine quartæ declinationis inuenies, ad significādū, qđ in Christo sunt tres substantiæ. s. diuinitas, anima, & caro. Hæc in catholicon.

Nomen Iesus hēt terminationes.

CAP. XVIII.

BEATITVDINES. Secundum B. Matthæ. 5. ca. octo sūt beatitudines. Ratio autē huius numeri dupliciter pōt accipi, per respectum ad diuersas opiniones de beatitudine, & per respectum ad diuersas operationes veræ beatitudinis. Primò per respectum ad diuersas opiniones de beatitudine: nam quidam posuerunt suam beatitudinē in vita voluptuosa, quidam in vita actiua, quidam in vita contemplatiua. Prima uita, scilicet voluptuosa impedit, & retrahit à uera beatitudine. Secunda, scilicet actiua disponit ad ueram beatitudinem. Tertia uita scilicet contemplatiua essentialiter in patria ipsa est uera beatitudo. Primò enim quidam sunt, qui suam beatitudinem quærunt in uita voluptuosa, & mūdana, & isti tripliciter distinguuntur. Primò enim sunt quidam, qui in diuitijs, & honorib. abundantia, & excellētiā quærunt, & qđ hoc p̄stat impedimētū veræ beatitudinis, ideo dominus volens ab hoc retrahere,

Explicatur sufficiētia octo beatitudinis

pauperibus spiritu promittit regnum cælorum dicens. Beati pauperes spiritu &c. & sic paupertas spiritus est prima beatitudo. Secundò quærunt homines inimites, & feroces per litigia, & bella securitatem sibi acquirere, inimicos suos destruendo, & quia hæc a vera beatitudine impediunt, ideò dominus ab hoc volens retrahere re-promisit mitibus securam, & quietem possessionem terræ viuentium. vnde dixit. Beati mites, & est secunda beatitudo. Tertiò quærunt homines mundani in delectationibus, & concupiscentijs mundi affluentiam cōtra labores præsentis vitæ, q̃ quia huiusmodi delectationes corporis impediunt a vera beatitudine, ideò dominus volens eos retrahere a delectationibus præsentis vitæ lugentibus consolationem promittit: ideò est tertia beatitudo, scilicet beati qui lugent. Secundò quidam alij ponunt suam beatitudinem in actiua vita. Vbi nota, q̃ opera vitæ actiue disponunt, & ordinant ad opera vitæ contemplatiue. Ab operibus autem vitæ actiue discedunt aliqui duobus modis. Primò enim quidam discedunt ab operibus iustitiæ debitum nō reddentes, sed potius aliena rapientes, & cōtra hoc vitium dominus promittit esurientibus iustitiæ saturitatem, & ideò est quarta beatitudo, scilicet Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Secundò homines discedunt ab operibus misericordiæ ne immisceant se miseris alienis, & ideò contra hoc dominus promittit misericordibus misericordiā: vnde ē quinta beatitudo. Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiā cōsequuntur. Tertiò quidam alij ponunt beatitudinē suam veram in vita contēplatiua, ad quā disponunt duo tanquam præuia. Primū est munditia cordis, quæ ad visionē Dei disponit, & ideo est sexta beatitudo, scilicet beati mūdo corde quoniam ipsi Deū videbunt. Secundum est ordinatio pacis, vel in alio vel in seipso cui promittitur p̃ premio gloria filiationis diuitæ, q̃ est imperfecta coniunctione ad Deū per sapiētiā cōsumatam, & ideò est septima beatitudo. Beati pacifici qm̃ filij Dei vocabuntur. Octaua verò beatitudo. Beati q̃ persecutionē patiūtur p̃ iustitiam, qm̃ ipsi

est regnum cælorū, & hæc beatitudo ē firmitas q̃dam omniū beatitudinū, & ideò debetur sibi p̃mia omniū beatitudinum. Hęc. B. Tho. prima scđæ. q. 96. arti. 4. in cor. q. p̃ totum, & in solu. 2. arg. ibidem.

Secundo modo numerus beatitudinū accipit̃ ex operatione futurę b̃titudinis. nā futura b̃tudo cōsistit in euasione omnis mali, & adoptione oīs boni. Primò cōsistit futura beatitudo in euasione omnis mali. Est autem triplex malum, scilicet indigentia p̃cæ, & culpæ. primò igitur ex euasione indigentia quæ affligit pauperes in hac vita erit prima beatitudo. scđæ. adeptio regni. secūdò ex euasione mali p̃cæ quod perturbat mites erit scđa beatitudo scilicet possessio terræ: tertiò ex euasione mali culpæ quod cōtristat lugentes erit tertia beatitudo, scilicet consolatio. Secūdò beatitudo cōsistit in adeptiōe omnis boni, & hoc quattuor modis. primò enim merito iustitiæ in p̃senti erit p̃ p̃mio in futuro saturitas, & sic ē quarta b̃tudo. scđo merito misericordiæ erit quinta beatitudo. scđ. cōsecutio misericordiæ: tertiò merito mūditia in p̃senti erit in futuro sexta beatitudo. scđ. visio dei. quarto merito pacis in p̃nti erit p̃ p̃mio in futuro septima beatitudo. scđ. filiatio dei, vt p̃ visionē Dei sp̃s ēdeat imago dei in aspectu, p̃ filialē amorē similitudo in affectu.

C A P. XIX.

BEAT I pauperes spiritu, qm̃ ipso rū est regnū cælorū. Secundū Ambro. hęc beatitudo ordine prima est, & parens quædā virtutū, quia qui contēpserit secularia ipse merebitur sempiterna. In quo verbo t̃git tria. primò doctrinæ nouitatem in paupertatis commendatione, ibi Beati. secūdò suauitatē in spiritus humilitate, ibi Pauperes spiritu, tertiò utilitatem in regni possessione ibi. Quoniā ipso forum est regnū celorum: bene ergo dicit. Beati pauperes: nō simpliciter, sed spiritu: qm̃ ipso rū est regnū cælorū. Quod verbū exponitur septē modis secundū q̃ paupertas accipit̃ septē modis. Primò enim modo scđm Augu. in sermone dñi in monte. Paupertas spiritus dicit̃ timor sp̃s, quo homo de se diffidit, vel diffidētia de seipso quæ ex timore procedit, vnde vulgariter dicitur

Secūda
explica-
tio.

16.

Qui sūt
paupes
spiritu.

gariter dicitur pauper corde timidus, & huiusmodi paupertas spiritus, id est diffidentia sui beatum efficit, quia quanto quis de seipso diffidit, & insufficiētem se reputat, tanto amplius in Deo confidit, & in eo abundat. unde prouer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. Secundo modo secundum B. Aug. ubi supra paupertas spiritus dicitur humilitas spiritualis quæ spiritum inflantem extenuat. nam spiritus ventus vocatur, quis verò nesciat supbos, & presumptuosos inflatos dici tanquam vento distentos? & ideo beati pauperes spiritu, id est humiles. prouer. 29. Humile spiritu suscipiet gloria.

Tertio modo secundum Chryso. in Homel. paupertas spiritus dicitur abiectio temporalium pro Christo uoluntaria: unde dicit. Beati pauperes spiritu, id est qui uoluntariè sunt pauperes, quod. n. multi sunt humiles, id est pauperes nolētes rerū necessitate coacti, nō est laus. unde illos beatificat qui sunt pauperes spū, id est qui propter spū sanctum se bonis temporalib. priuant. Iaco. 2. Nonne pauperes elegit Deus diuites in fide, & haeredes regni?

Quarto modo paupertas spiritus dicitur indigentia, uel mendicitas boni spiritualis, & hoc nō facit beatum, sed miserum. Apocalip. 3. Dicis quia diues sum &c. & nescis quia pauper es, & nudus, miser, & misetabilis. Quinto modo secundū Chryso. super Matthæum pauperes spiritu, id est aīo sunt, qui omninō nihil habere se reputant, nec se ipsos siue corpus siue animam siue mēbra, sed oīa cōmodata hēnt, & quasi alienis utantur, & ideo non dixit manifestè. Beati humiles spiritu, sed beati pauperes spiritu, ut sic ostēdat humiles adiutorium dei semper esse mēdicantes: unde in græco habetur. Btī mendici, uel egeni qui semper pulsant adiutoriū Dei tanquam ex seipsis nihil se reputātes habere. Sexto modo secundum Basilium exponitur sic. Non aut omnis quē paupertas præmit beatus est, sed qui Christi præceptū mundanis prætulit opib. plures autē pauperes sunt in substantia auarissimi verò secundum affectum, quos non saluat paupertas, sed affectus dānat. nihil. n. nisi uoluntariū beatificabile est, eō quod omnis uirtus libero designatur arbitrio. Septimo modo secundum Chryso. in Ho-

mel. exponitur sic. Sunt. n. quidam naturaliter, & ex complexione pauperes, id est humiles, & uirtuosi, sed tales nō sunt beati: unde Beati pauperes spiritu, id est illi qui ex uoluntate, & electione se humiliant, ideo hic incipit radicatus euellere superbiam, quia hæc fuit radix, & fons malitiæ uniuersæ, contra quam posuit humilitatē uelut quoddam stabile fundamentum qua, subiecta uelut quoddā stabili fundamento cum stabilitate, alia superedificantur, hac. n. destructa percunt quæcunque congregaueris bona. Et iterum Chryso. super Matthæ. nam sicut cætera uitia disponūt ad inferos: maximè tamen superbia, sic omnes virtutes ducunt in regnum cælorum, maximè tamen humilitas: quia proprium est, ut qui se humiliat exaltetur. Aug. ibidem. Superbi ergo appetunt regna terrarum, sed humilium est regnum cælorū. Dicuntur. n. pauperes spiritu beati, eō quod paupertas uoluntaria facit impassibiles, agiles, subtiles, diuites, primo facit impassibiles. si in mente, quia non dolent de amissione temporalium. secundō paupertas uoluntaria facit agiles ad sequendum Christum: unde Matthæ. 19. Ecce nos reliquimus oīa &c. tertio facit graciles. i. subtiles ad intrādum paradysum: unde Matthæ. 19. Facilius est Camelum per foramen &c. quarto facit diuites ad emēdum regnum cælorum, quod constitutum est sub p̄cio paupertatis. unde Aug. in p̄sona Christi. Venale habeo, quid? regnum cælorum, quo emitur? paupertate regnum, utilitate gloria, labore requies, morte vita. Benè ergo respōdet præmium merito, quod patet. primō n. diffidentia sui respōdet securitas, ibi. Ipsorum, secundō abiectiōni, & humilitati p̄pria respōdet sublimitas, ibi. Regnum. tertio paupertati uoluntariae, & indigentia respōdet copiositas, ibi. Cælorum: ipsorum igitur est regnum cælorum.

Effectus
pauper-
tatis spi-
ritualis.

CAP. XX.

Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terrā. Post primam beatitudinē, scilicet paupertatis, sequitur secunda beatitudo. scilicet mititatis, vel mansuetudinis. Qui enim pauper est multis lacessitur iniurijs, & ideo necessariū est, quod sit mitis. unde Ambro.

bro.

Mitis,
& mansuetus
idē sūt
secūdū
rem.

bro. super Lucam. Cū simplicitate contēptus fuero inops, supest: vt mores meos temperem, quid. n. mihi prodest carere secularibus nisi mitis fuero? vnde post pauertatem congruē sequitur Beati mites. Vbi nota. quod mitis, & mansuetus idē sunt secundum rem, sed differunt secundum rationem. nam mitis est, qui alios se offendentes tolerat, unde papias. Mitis est lenis, & ad sustinendum iniuriā tacens quasi mutus. Māsuetus autem quasi manu assuetus est, qui nulli iniuriam irrogat, uel mansuetus cui facile est sustinere, non malum pro malo reddere: mitis verò est qui nulla animi ascēsiōe turbatur, sed in animi tranquillitate, & bonitate perseuerat iugiter: uel mitis dicitur aliquis in affectu: mansuetus verò in effectū. Mitis secundum gl. exponitur trib. modis. Primò sic. Mitis est quem mentis amaritudo non afficit. vnde Augusti. ibidem: Mites sunt qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed uincūt in bono malum. Secundo modo exponitur sic. Mitis est quem rācor, uel ira nō deijcit, sed omnia equanimiter sustinet. vnde Ambro. super Lucam. Mitiga ergo affectum tuum, vt non irascaris, aut certe iratus ne peccaueris, præclarū est. n. motum animi temperare consilio, nec minoris virtutis dicitur cohibere iracūdiam, quam omnino nō irasci, cum plurimum istud. s. non irasci sit leuius. hoc aut. s. motum iræ cohibere fortius æstimeretur. Tertiò exponitur sic. Mitis est qui non irritat nec irritatur, nec nocet nec nocere cogitat. Et sic comprehendit tres uirtutes, scilicet lenitatem, æquanimitatem, & innocentiam. Lenitas est quantum ad motum mentis, æquanimitas quantum ad insultum hostis: innocentia quantum ad actum hominis. Et sic excludit triplicem amaritudinem. s. rancoris, per lenitatem, liuoris per innocentiam, impatiētiæ per æquanimitatem. Et ideò beati mites. Qd tripliciter patet. s. per oppositum, per effectum, per fructum. Primò. n. q. mites sūt beati patet per oppositum, quia mititas, & rabies opponuntur, sed rabies in corde humano est miseria: ergo mititas est beatitudo. Secundo, quod mites sunt beati patet per effectum, quia mititas, vel māsueto facit impassibilem, quod patet,

nam mitis secundum Philosophum patitur, sed non deijcitur. i. lēsiōes non sentit. Mitis enim est sicut mollis culcitra quæ dura suauiter recipit, in quo animus leniter, & suauiter requiescit. Ecclesiastici. 14. Felix qui non habuit animi sui tristitiam &c. Tertiò, quod mites sint beati patet per fructum, quoniam ipsi possidebūt terram, terram triplicem. s. terram quam terunt, quam gerunt, quam quærun, idest terram mundi, terram corporis proprii, terram paradisi. Primò. n. immites, & feroces terram mundi destruūt, ideò eam non merentur possidere, sed mites, quia terram mundi pacificè regūt sic. vnde Ecclesi. 10. Sedes ducum superborū destruxit, & sedere fecit mites pro eis. In psal. Mansueti autem hæreditabunt terram. Secundo modo immites, & feroces non possidebunt terram corporis proprii, immo ipsum destruunt, quia non subiiciunt sensualitatem rationi. Mites autē, vel mansueti, qui hoc habent dominium sui corporis subiiciendo sensualitatē rationi possidebunt terram Lucæ. 21. In patiētia uestra possidebitis animas uestras: vnde gl. Mites enim qui seipsos possiderunt hæreditatem patris in futuro possidebunt. Tertiò immites, & feroces de terra uiuentium, idest de paradiso excludentur, mites autem quietē, & pacificè, & securè possidebunt dominum in terram uiuentium, unde Augu. ibi. Litigent igitur immites, & dimicent pro terrenis, & temporalibus rebus. sed beati mites quoniā ipsi possidebunt terram: terram de qua euelli non possunt, illam in quam terrā, de qua in psalm. dicitur. Portio mea domine sit in terra uiuentium. Significat enim quandam stabilitatem hæreditatis perpetuæ ubi anima per bonum affectum tanquam in loco suo requiescit, sicut corpus in terra, quia inde cibo suo alitur sicut corpus ex terra, ipsa enim est requies, & vita sanctorum. Et subdit glo. ibidem. Plus autem est possidere terram, quam habere regnum cœlorum. multa. n. habemus quæ statim amittimus. Et Beda ibidem. Si cœlorum regnum pauperibus, & terram mitib. promittitur, quid ergo superbis, & cōtentiosis nisi infernus relinquitur

Terra
mansuetorum
triplex.

CAP. XXI.

21 **B**EATI qui lugent; quoniam ipsi consolabuntur. Ecce tertia beatitudo quæ rationabiliter primam sequitur, & secundam. Nam post contemptum mundi per paupertatem, post quierem mentis per mansuetudinem, uacans homo sibi ipsi nihil ibi inuenit nisi flebile, & ideo lugere debet: unde Ambro. super Lucam sic dicit. Cum feceris ut scilicet sis pauper, & mitis, memento, quod peccator es lugeto peccata tua: unde sequitur. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Reddit autem Ambro. causam quare lugere peccata sit tertia beatitudo dicens. Et bene tertia beatitudo est peccata deflentis, quia trinitas est quæ peccata condonat.

Vbi nota, quod homo debet lugere misérias proprias, & alienas. Primò proprias: & hoc quadrupliciter, primo culpas proprias, secundo uitam præteritam erroneam, tertio præsentis uitæ incolatum, & tedia, quarto periculum, & incertitudinem uitæ futuræ. Primò debet homo lugere peccata propria: unde Hilarius super hoc uerbò Beati qui lugent sic ait, Lugentes enim hic dicuntur non orbitates aut contumelias aut damna mærentes, sed peccata uetera flentes. Chrysosto. autem in Homel. ostendit modum lugendi peccata propria dicens. Notandum autem quod hanc beatitudinem cum intensiōne quadam proposuit. ideo non dixit beati qui tristantur, sed beati qui lugent. inde etiam perfectæ sapientiæ magisteriū dedit. Si enim quæ filios, uel alios defunctos lugent secundum illud tempus non desiderant pecuniam, vel gloriam, nec conuitijs acuuntur nec aliqua passioe alia capiuntur, multo magis seruare hoc debent, qui lugent peccata sua. Et Isido. de summo bono. Duplicem fletum debet habere omnis peccator in pœnitentia, vel quia bonum per negligentiam non fecit, vel quia malum per audaciam, & malitiam perpetravit. Et Grego. super illo uerbò Hieremiæ. Tren. 3. Diuisiones a quarum deduxit oculus meus sic ait. Diuisas quippe in oculis aquas deducimus, cum peccatis singulis dispartitas lachrymas damus. Et super illo uerbò psalm. Po-

tum dedit nobis in lachrymis in mensura. Greg. sic ait. Vt vestrum vniuscuiusque; metus tanto penitendo compunctionis suæ bibat lacrymas quantum se meminit iuisse per culpas. Basilius in exameron: Grandia peccata grandia lamenta desiderant, ita quod pro modo, & mensura culparum sit modus, & mensura penarum. August. ibidem. Quid mirum si lachrymæ erant ei potus cum post mensuram lachrymarum futura erat ei corona gaudiorum. Secundo debet homo lugere uitam præteritam erroneam: unde August. in sermone domini in monte sic ait. Luctus est tristitia de amissione carorum: conuersi autem ad Deum ea quæ in hoc mundo cara habebant amittunt, non igitur gaudent his rebus quibus ante gaudebant, & donec fiat, nullis amor æternorum nonnulla mæstitia satiantur.

Consolabuntur ergo spūs sancto, qui maxime propterea paraclytus nominatur, i. consolator, ut temporalem amittentes æterna lætitia ditet, ideo dicit. Quoniam ipsi consolabuntur. Tertio dēt homo lugere præsentis miseriæ incolatum, & tedia: unde gl. ibidem sic ait. Per luctum duo genera compunctionis intelliguntur: scilicet pro miserijs huius mundi, & pro desiderio celestis regni: unde filia caleph. petiuit irriguum inferius, & irriguum superius. Huiusmodi autem lucrum non habet nisi pauper, & mitis, qui cum mundum non diligat quod miser est recognoscit, & ideo cœlum concupiscit. Quarto debet homo lugere periculum, & incertitudinē uitæ futuræ. Eccle. 10. Nemo scit utrum sit dignus odio, vel amore: unde Ambro. attendens hæc quattuor dicit super psalm. Ablue te lachrymis tuis. lانا te fletibus, quia nisi super te fleueris alius te non flebit.

Secundo principaliter debet homo lugere misérias alienas, & hoc trib. modis, scilicet misérias culpæ, impenitentiae, penæ alienæ. Primò debet homo lugere misérias culpæ alienæ. Vnde Christo. super Matth. sic ait. Et qui sua quidem lugent peccata beati sunt, sed mediocriter beati, beatiores autem sunt, qui aliena lege peccata, certum est enim quia non habent sua quæ lugent, tales conuenit esse omnes doctores: Ioelis. 2. Sacerdotes ministri domini plorabunt dicentes: parce &c. Secundo homo debet lugere misérias impœnitentiae

Homo dēt lugere misérias proprias, & alienas

Pœnitēs duplicē fletū habere debet.

tiæ alienæ: vnde Hiero. super hoc uerbo. Beati qui lugent: sic dicit. Luctus. n. hic nō mortuorum ponitur cōi lege naturæ. s. peccatis, & vitijs mortuorum, sic fleuit Samuel Saulem, & Paulus eos qui post immunditiam non egerunt penitentiā. Tercio debet homo lugere miseras pēnæ alienæ: vnde Chryso. super Matthæum sic ait. Qui verò peccata aliena lugent consolabuntur, quia cum in seculo illo prouidentia Dei cognouerint, & intellexerint manifestè, q̄ qui Dei fuerunt perire non potuerunt, qui aut perierunt, nō fuerūt Dei, de cuius manu nemo rapere pōt, ideo de eis luctu derelicto cōsolabūtur, & sine mixtura alicuius doloris in sua sola beatitudine letabuntur. Et subditur. Quoniā ipsi consolabūtur. Vbi Chryso. in Homel. sic ait. Licet talibus, s. peccata propria & aliena lugentib. sufficiat uenia frui, non tamen consolationem terminat in peccatorum remissione, sed, & multorum consolationes participes facit, & hic, & in futuro, semper, n. maiores in laborib. & tribulationibus dat Deus consolationes. Et gl. ibidem. Conuenienter ergo lugentib. promittitur cōsolatio, vt qui tristatus est in præsenti gaudeat in futuro. Et concludit gl. ibidem excellentiā istius tercię beatitudinis dicens. Maior aut est tribulatio lugentis quā pauperis, & mitis, igitur ex merito, est maius præmiū, plus. n. est gaudere in regno quam hñre, & possidere, multa, n. cū dolore habemus, & possidemus.

C A P. V X I I.

BE A T I qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Ecce quarta beatitudo, quæ rectè sequitur tres prædictas. Qui enim mundana contempsit, mores mansuetudine rexit, & ēt suas miseras, & alienas luxit, iam pōt esurire, & sitire iustitiam. æger enim cum in graui morbo est, non esurit. unde sequitur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Et dicit. Qui esuriūt, & sitiunt, quia vt Hiero. dicit, non sufficit, uelle iustitiam nisi iustitiæ patiamur famem, vt sub hoc exemplo nunquam nos satis iustos, sed semper esurire iustitię opera intelligamus. Chryso. autem super Matthæū ponit rationem, quare debemus esurire, & sitire iustitiam dicens. Quoniam omne

bonum, quod non ex amore ipsius boni homines faciunt ingratum est ante Deū, ideo debemus esurire, & sitire iustitiam. Et ostendit Chryso. qui sint illi qui esuriunt, & sitiunt iustitiam dicens. Quod illi esuriunt iustitiā, qui secundū iustitiam Dei desiderant conuersari: & illi sitiūt iustitiam, qui scientiam eius acqui ere cupiunt. nam iustitia quam aliqui esuriunt, & sitiunt est iustitia quæ tribuit vnicuiq̄, quod suum est, s. Deo proximo, & sibi. primo. n. talis iustitia tribuit Deo tria, scilicet honorem creatori, amorem redēptori: timorē iudici, secundò iustitia proximo tribuit tria. s. obedientiam superiori, concordiam pari, beneficentiam inferiori. terciū iustitia tribuit sibi tria. s. munditiā cordi, custodiam ori, disciplinam carni. Chryso. autem in Homel. dicit, vel uocat iustitiam vniuersalem uirtutē, & ideo illi qui esuriunt ea quæ sunt uirtuti contraria, non sunt beati, sed miseri, v g. primo enim qui esuriunt scientiam vana, sicut curiosi sunt miseri. In psal. Esurientes, & sitientes aīa eorū &c. secundò qui esuriūt pecuniā terrenā sicut cupidi. In psal. Diuites eguerūt, & esurierunt: tertio qui esuriunt carnis concupiscentiā, vt voluptuosi, & luxuriosi, sicut filius prodigus, Luc. 15. quartò qui esuriunt secularem potentia sicut superbi, prouer. 28. Leo rugiēs, & vsus esuriēs. s. mel in arbore, princeps impius super populum pauperē, omnes isti non sunt Beati, sed miseri, quia semper esuriunt, & nunquam saturabuntur. de quibus dicitur Isa. 65. Ecce serui mei comedent, & uos esuriētis &c. In quib. uerbis implicantur quattuor mala, s. fames sine cibo, sitis sine refrigerio: confusio sine solatio, vulnus, sine remedio, sed qui esuriunt iustitiam quam semper plus hñre desiderant, secundum illud Eccles. 24. Qui edunt me adhuc esurient, ipsi saturabuntur, teste Beata uirgine Lucæ. 1. Esurientes impleuit bonis, nam qui esuriunt, & sitiunt iustitiam saturabuntur in præsenti, & in futuro, primò quidē in præsenti, ita dicit Aug. Illo cibo saturabūtur in præsenti, de quo dominus dicit. Meus cib. est, ut faciā uoluntatē patris mei, quod est sūma iustitia: & illa aqua de qua quisquis biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in uitā æternā. Secundo in futuro cū apparuerit gloria

CAP. XXIII.

gloria domini satiabuntur: quod patet, nā in presenti rationalis esurit, uel sitit, primam ueritatem, cui datur mō p̄libatio fidei. Concupiscibilis sitit, uel esurit suam bonitatem, cui datur modo p̄libatio charitatis. Irascibilis sitit, uel esurit diuinam sublimitatem, cui datur modo p̄libatio spei. Caro esurit, & sitit suam glorificationem unde in spal. Sitiuit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. Sed in futuro rationalis satiabitur uisione, concupiscibilis delectatione, irascibilis satiabitur fruitione, corpus sua glorificatione: secundum illud. Isai. 60. Tunc uidebis quo ad rationalem, & afflues quo ad concupiscibilem, & mirabitur quo ad irascibilem, & dilatabitur cor tuum quo ad corporis glorificationē q̄a non solum sistet gloria in anima, sed etiā dilatabitur usq; ad corporis glorificationem, ut totus homo remuneretur: unde Hilarius. Sirientibus, & esurientibus iustitiam beatitudinem tribuit, significans auiditatem perfectā in cālo satietate repleti, gl. Iustitia est sua unicuiq. tribuēs, scilicet Deo, sibi, & proximo: hęc iustitia non plenē implebitur donec Deus sit oīa in omnib. & ideo hic possumus esurire, & non saturari, & hoc est q̄ dicitur. Qm̄ ipsi saturabuntur. unde Chrys. super Mattheum sic ait. Saturabuntur. s. largitate remunerantis dei, quoniam maiora erunt Dei p̄mia quam sanctorum desideria.

Exponitur illud quod dicitur me, adhuc esurient.

Esuries dicitur duobus modis.

Sed contra. quia Eccl. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: & loquitur de Beatis secundū illud. Fruuntur nec fastidūt, quo frui magis sitiunt ergo beati non saturabuntur cum ibi esuriant. Respondeo, & dico, & esuries dicitur duob. modis: vno modo indigentia rei quam non habent appetit, & talis esuries in beatis non erit: alio modo esuries dicitur complacentia rei quam habēs non fastidit, & talis esuries erit in beatis. nam quantō beati plus delectantur de Deo, tantō plus desiderant delectari. Vnde Greg. Quando ad ipsum fontem uitæ uenerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis simul atq. satietas: sed longē erit a nobis necessitas, longē a satietate fastidium, quia & sitientes satiabimur, & satiati sitiemus.

BEati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Hęc est quinta beatitudo & merito: quia secundum gl. ibidem misericordia de p̄cedētib. nascitur, quia si p̄cesserit uera humilitas, & animus mansuescat, & suorum, & aliorum casus fleat, & iustitiam esuriat postea nascitur uera misericordia tunc enim alienas miseras facit suas, & pro uiribus iuuabit, & si iuuādi facultas deest, compassio non deerit & de hac dicitur. Estote misericordes: & ideo, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequentur. Ratio autem quare misericordia ponitur post iustitiam secundū gl. ibidem est: quia iustitia, & misericordia ita coniunctæ sunt, ut altera ab altera debeat temperari: nam iustitia sine misericordia crudelitas est, misericordia uerō sine iustitia dissolutio, uel remissio: dicit ergo Beati misericordes: sup̄ quo uerbo sic Remigius dicit. Misericors dicitur quasi miserum habens cor, quia alterius miseriam quasi suam reputat, & de malo alterius quasi de suo dolet. Talis autē miseretur alterius p̄cipue tribus modis. primō releuando inopiam: secundō condonando iniuriam, tertio compatiendo si uiderit miseriam. Primō aliquis est misericors releuando in opiam. Eccl. 29. Cōclude eleemosynam in sinu pauperis, idest da occultē: Matth. 5. Cū facis eleemosynam noli ante te tuba canere, sicut hypocritæ faciunt, causa uanę glorię. Et hic pro te orabit, ut tibi peccata omnia dimittantur. Re. infra elemosyna.

Misericors ē alius tribus modis.

Secundo modo aliquis est misericors condonando iniuriam, Ecclesiastici. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tūc deprecanti tibi peccata soluentur. quasi dicat Relinque, idest dimitte, & indulge iniuriam, & rancorem proximo tuo: Nocenti te, idest tibi, Non dicit qui nocuit tibi, sed nocēti principaliter quando ultionis ita solet magis feruere. Collos. 3. Donantes uobismet ipsis si quis aduersus aliquem habet quærelam, sicut & dominus donauit uobis: & sequitur. Et tunc deprecanti tibi pro peccatis

R tuis

ruis dimittēdis. Tibi peccata soluentur: sicut cera soluitur ad ignem, & glacies ad solem: Lucæ. 6. Dimittite, & dimittite mihi. Re. infra Cōtumeliā: & infra Iniuria. Tertiō modo aliquis est misericors compatiendo si uiderit miseriam Iob. 30. Flebam quōdam super eo, qui afflictus erat, & cōpatiebatur anima mea pauperi. q. d. tanquam misericors flebam, scilicet fletu compassionis per afflictionem exteriorem, ad Rom. 12. Flete cum flentibus: vnde sudit: Super eo, qui afflictus erat. s. afflictione exteriori. Et compatiiebatur anima mea. s. interius pauperi indigenti. q. d. Non solum ostendebam compassionem exteriorem, sed etiam interiorem: nam secundum Greg. ibidem, plus est cōpassio quam datum: & probat duplici ratione. Prima est quia plus est dare de se ipso quam de suis. Ille autem, qui compatitur dat aliquid de seipso, scilicet dolorē & compassionem cordis: Secunda ratio est, quia rem quamlibet plerumq. dat ēt qui non compatitur: nunquam autem, q. uerē compatitur quod necessarium conspicit proximo negat: unde Hiero. Misericordia hic non solum in eleemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus. Et Aug. super Matthæum Beatos autem dicit esse, qui subueniunt miseris, quoniam eis ita impenditur, ut ipsi a miseria liberentur: unde sequitur: Quoniam ipsi misericordiam consequentur: quod patet. Primō. n. qui impendit misericordiam in collatione eleemosynæ, & subleuatione indigentia consequitur misericordiā in adeptione gloriæ: Prou. 14. Qui misereatur pauperi beatus erit. Secūdō, qui impedit misericordiam in remissione omnis culpræ, uel iniuriæ, cōsequitur misericordiā in remissione culpæ: Prou. 16. Misericordia & ueritate redimiet iniquitas. Tertiō, qui impendit misericordiam in compassionē alterius pænæ, uel angustia, consequitur misericordiam in remissione omnis pænæ, & infusione gratiæ, & collatione benedictionis diuinæ: Prou. 22. Qui pronus est ad misericordiam benedicet: unde Hilarius: In tantum enim Deus beneuolentiæ nostræ in omnes delectatur affundere misericordiam sit solus

Vbi nota tria. Primum est, quod secundum misericordiæ gradum consequitur quilibet indulgentiæ locum, ita quod ubi nulla erit exhibitio misericordiæ, nulla erit consecutio ueniæ, uel indigentia: nā qui in nullo inuentus fuerit misericordiæ gradu, in nullo erit, uel recipietur indulgentiæ loco. Secundum est, quod misericordie est triplex diuisio. Est. n. misericordia magna est cum quis dat de suis, ita dicitur. Date eleemosinam &c. Misericordia maior est cum quis dat omnia sua, de qua dicitur. Matth. 19. Ecce relinquimus omnia. Misericordia maxima ē cum quis dat seipsum: de qua Apostolus: Libenter impendat, & super impendat ipse pro animabus uestris, ita quod primi, qui dant eleemosynam cōsequuntur misericordiam: & qui dant eleemosynam maiorem consequuntur misericordiam maiorem: & qui dant eleemosinā maximam consequuntur misericordiam maximam: vnde Chrys. in Hom. Videt autē esse æqualis retributio, sed est multo maior: non enim est æqualis humana misericordia, & diuina. Et gl. ibidem: Merito ergo misericordibus misericordia impenditur, ut plus accipiant quam meruissent, & sicut plus recipit, qui ultra saturitatem habet, quam ille, qui habet tantum ad saturitatem, sic maior est gloria misericordiæ quam præcedentium. Tertium, est quod aliquando inuenitur misericors seuerus, & aliquando seuerus misericors: uerbi gratia: Perniciosus, uel seuerus misericors est, qui amore præce ac persuasionē alterius peccat. Seuerus autē misericors, est qui nullo modo propter alium peccare uult. Satisfacere uerō pro alio libenti animo quis debet. sic enim oportet fieri, ut nunquam propter alium homo peccet quod est iustitiæ. sed libenter aliorum peccatorum pœnam portet, quod est misericordiæ. Beati ergo misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: & per oppositum iudiciū sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam. Iacob. 2.

Misericordia triplex.

CAP. XXIIII.

24. **B**EATI mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Conuenienter, ut dicit gloss. sexto loco ponitur mundicia cordis, quia sexta die homo conditus est ad imaginem Dei, quæ quidem in homine obtenebrata erat per culpam, sed in mundis corde reformatur per gratiam: nam imaginem Dei quam homo sexta die per culpam amisit: Christus sexta ætate recuperauit, & mundis corde infundit gratiam. Merito igitur post prædicta sequitur: Beati mundo corde, quia nisi illa quinque prædicta præcedant mundum cor in homine non creatur: unde Ambr. Qui misericordiam defert, misericordiam amittit nisi mundo corde misereatur: nam si iactantiam quærit, nullus est fructus misericordiae: unde sequitur: Beati mundo corde. Et Chry. in Hom. Quia. n. multi misereantur, sed impudica agunt, monstrant, quod non sufficit primum. scilicet misereri, & impudica agere, ideo hoc de mundicia appoluit dicens, Beati mundo, non in superficie, non tantum corpore, sed corde. Primò. n. non dicit, beati in superficie, ut fallaces hypocritæ, qui non sunt beati, sed miseri, de quibus dicit Matth. 23. Veh uobis scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui mundatis quod de foris est, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Super quo uerbo Origenes sic ait: Hic sermo nos instruit, ut festinemus iusti esse, non apparere. qui. n. studet, ut appareat iustus, quæ foris sunt mundat, & quæ uidentur curat, cor autem, & conscientiam negligit. Qui autem studet ea, quæ intus sunt. i. cogitationes mundare consequens est, ut etiam ea, quæ foris sunt faciat munda. Secundò non dicit, beati tantum corpore, ut diuites mundani, & uani: de quibus dicitur Matt. 12. Inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Vacantem a bono opere. Mundatam in corpore. Ornatam in ueste: unde Chrys. super illo uerbo superius allegato Matt. 23. Veh uobis scribæ &c. sic ait: Hæc dominus dicit, quia iudæi quotiens ingressuri erant in templum, aut sacrificia oblaturi, aut per dies festos seipsos, & uestimenta sua, & utensilia sua lauabant: & a peccatis seipsum nemo purgabat, cum

Deus neque corporis munditiâ laudet, neque sordes condēnet. Pone tamē, quod Deus odit sordes corporum, uestimentorum, & vasorum, quæ necesse est, ut ipso usu sordidentur, quantum magis sordes conscientie horret, quam si uolumus mundam semper seruamus. Tertiò dicit: Beati mundo corde, ut mundus sit rationalis ab errore male instruent, concupiscibilis ab amore male inflamante, irascibilis a timore male humiliante: debet. n. munditia cordis esse in intellectu, & in affectu. Primò munditia cordis in intellectu debet esse a tribus, scilicet a duplicitate intentionis, a falsitate opinionis, a prauitate cogitationis. Primò munditia cordis debet esse in intellectu a duplicitate intentionis: nam qui simulatam, & malam intentionem habet. scilicet qui facit aliquid malo fine, uel qui unum habet in corde, & aliud in opere, non est beatus, sed miser: Ecclesiast. 2. Veh duplici corde, talis enim est miser, quia uult ingredi terram duabus uis, unde Eccl. 2. Veh peccatori ingredienti terram duabus uis. Rabanus. Duab. uis ingreditur quis tribus modis. scilicet qui mala facit, & bona sperat, uel qui carnis sectatur opera, & sanctificationem spiritus se arbitratur perficere, uel qui quo ad exteriora uiam ingreditur paradisi, & quo ad interiora uiam inferni: contra quos dicitur Hier. 4. Laua a malitia, scilicet prauæ intentionis cor tuum. Secundò mundicia cordis debet esse in intellectu a falsitate opinionis: nam ille, qui cor prauum corruptum, & iniquum habet, inter alia duo mala facit, scilicet machinatur, & scrutatur malum alterius. Primò machinatur malum alterius: Prouer. 6. Corde prauo machinatur malum: cum tamen potius deberet excogitare bonum, & precipue quomodo alijs posset prodesse: quod patet, quia cor hominis naturaliter est piissimum: unde ad singulas læsiones corporis plus, & minus compatitur, sanguinem per uenas ad singula membra emittens, ut eis subueniat. Secundò ille, qui cor corruptum, & prauum habet alterius mala, & non bona scrutatur: Prouer. 27. Cor iniqui exquirat mala, scilicet eius quem odit, uel ad infamandum, uel ad nocendum. Re. infra Suspectio. Tertiò mundicia cordis debet esse.

Munditia quō
debeat
esse in
intellectu.

in intellectu a prauitate cogitationis: Matt. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? tales. n. sunt miseri, & non beati, eò q̄ ex malis cogitationibus peccata omnia oriuntur Matth. 15. De corde enim exeunt cogitationes malæ. Glo. Ex cogitationibus autem malis proueniunt, & mala facta, & mala verba, quæ lege prohibentur, scilicet homicidia, quæ prohibentur illo præcepto legis. Non occides, & sic de alijs, de his tribus dicitur Isa. 1. Lauamini, mundi æstote, aufer te malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Lauamini. s. a corrupta intentione Mundamini: a falsa opinione. Aufer te malum cogitationum uestrarum, a uestro corde: & subdit: Ab oculis meis, eò q̄ de mentibus suis debent auferre malas cogitationes, non solum a conspectibus hominum, sed etiam a conspectu Dei cui nihil potest celari.

Munditia cordis dēt esse in affectu.

Scdō dēt eē cordis mundicia in affectu: & hæc mundicia dēt eē a trib. primò ab amore terrenæ affectionis. Scdō ab amore prauæ delectationis, Tertiò a consensu noxiæ operationis. Primò dēt esse mundicia cordis in affectu ab amore terrenæ affectionis, Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus ibi, & cor tuum. Vbi Chrys. sic dicit: Et si nihil tibi ulterius mali eueniat non paruam sustinebis iacturam inferioribus affixus, & eorum seruus factus, a cælestibus cadens, & nihil excelsorum cogitare potens. Scdō dēt eē mundicia cordis in affectu ab amore prauæ delectationis, vt dicat illud Thobias. 3. Mundam seruau animam meam ab omni concupiscentia. s. mētis, & carnis, & meritò, quia vt Hier. dicit mundus Deus a mundo corde conspicitur, templum enim Dei non potest esse pollutum. Et hoc est quod dicitur: Quoniam ipsi Deum uidebunt. Tertiò dēt eē cordis mundicia in affectu a consensu noxiæ operationis: unde in psalm. Quis ascendit in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius? Et subditur: Innocens manibus, & mundo corde: & Prouer. 21. Qui est mundus, scilicet corde, rectum est opus eius.

Sed fortè argues, & dices, q̄ nullus potest eē mundus corde, & per consequens nec videre Deum sic: Qui non pōt esse mundus corde non potest Deum uidere, &

per consequens nec esse beatus: sed Prouer. dicitur. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum a peccato? q. d. nullus, ergo &c. Resp. & dico, q̄ aliud est dicere se esse beatum, & aliud est dicere se mundum a peccato, & per consequens beatum. Primum. n. s. dicere, & asserere se beatum est temerarium uel periculosum: & hoc triplici rōne. Prima est propter statum incertitudinē. Eccle. 9. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nesciunt utrum amore, uel odio &c. Secunda est propter mundorum raritatem: Eccle. 9. Nō est homo in terra, qui non peccet &c. Tertia est propter venialium inseparabilitatem. 1. Ioh. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. Secundu. s. esse mundum a peccato, & per consequens dicere se beatum pōt intelligi duobus modis. Vno modo ex propria natura, & sic nullus potest esse ex peccato conceptus sua natura esse beatus, eò q̄ nullus ex propria natura est corde mundus: unde Isa. 1. Omne caput languidum, & omne cor marens a planta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Quod verbum exponitur sic: Caput est liberum arbitrium, cor consilium, pes carnale desiderium. Caput ergo languet, quia liberum arbitrium ad omne bonum torpet. Cor maret, quia malum quod patitur consilium, sicut nec ignorare sic nec simulare ualet. Pes cū toto corpore dolet, quia concupiscentiæ malum undiq; habet. Alio modo dicitur quis corde esse mundus, & per consequens beatus ex diuina gratia: & ita dicitur hic: Beati mundo corde qm̄ ipsi Deum uidebunt. Quod patet per exemplum de tribus. s. de Iacob de Isaia, & Paulo: Primò. n. Iacob facie ad faciem uidit Deum Gen. 22. sed prius emarcuit neruus femoris eius, quod signat extinctionem oīs affectus carnalis. Secundò Isaia uidit dominum sedentem super solium excelsum: Isa. 6. sed prius ab Angelo purgatus, & significat purgationem ab omni falsitate, & iniquitate, & crimine. Chryso. super Matth. Deus ipsa iustitia, uel bonitas est, secundum ergo, quod quis eripuit se a malis & fecerit bona, hic Deum uidet aut turbulente, aut mundè, aut modicè, aut amplius, aut interdum, aut semper, aut secundum pos-

Beatū se dicere ē temerarium.

Mundū esse a peccato duobus modis consideret.

sibilitatem humanam. In sæculo autem illo Deum uidebunt facie ad faciem, uon in speculo, & in enigmate sicut hic: tertio Paulus raptus usq; ad tertium cœlum uidit Deum, ut haberetur 2. ad Corin. 12. sed primo squamæ ceciderunt ab oculis eius, propter quod significatur, quod ille qui uidit Deum sicut est, debet esse intellectu eius ab omni phantasmate deputatus, & umbra rationis humanæ: nam ratio naturalis est quædam intelligentia obumbrata: unde Aug. super Gen. ad litteram sic ait: Nemo autem uidens Deum uiuit uita ista, qua mortaliter uiuitur in istis sensib. corporis; sed nisi ab hac uita quisq; funditus sensibus moriatur, siue omnino exiens de corpore, siue ita alienatus à carnalib. sensibus, ut merito nesciat, sicut ait Apost. ut in corpore an extra corpus sit, non in illam subuehitur uisionem. Et subdit Glo. comparisonem istius beatitudinis respectu aliarum dicens: Maiorum autem remunerationem ista, s. mundo corde habent quamplurimi, sicut illi, qui in curia regis non solum præminent, sed etiam faciem regis uident.

CAP. XXV.

25 **B**EATI pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Hęc beatitudo, ut dicit Glo. septimo loco ponitur, quia in Sabato ueræ requiei dabitur uera pax, sex ætatibus transactis. Ambr. autem super Lucam reddit rationem, quare hęc beatitudo. s. pacis immediatè sequitur sextâ. s. munditiam cordis dicens: Cum interiora tua uacua feceris ab omni labe peccati, ne dissensiones ex affectu tuo procedant, a te pacem incipis, ut alijs pacem feras: unde sequitur Beati Pacifici &c.

Ad cuius euidentiam quattuor sunt notanda. s. pacis quidditas, auiditas, integritas, sublimitas. Primo considerata est pacis quidditas: unde August. 19. de ciui. Dei ostendit quid sit pax dicens: Est autem pax tranquillitas ordinis: & exponit, quod sit ordo dicens: Ordo autem est parium dispariumq; sua loca tribuens, dispositio: Secundo notanda est pacis communis auiditas. Nam B. Aug. ibid. ostendit, quod omnes appetunt pacem, quod dupliciter probat. s. ex gaudio, & bello: pri-

mo probat ex communi gaudio dicens, Quia sicut nemo est, qui gaudere non uelit, ita nemo est, qui pacem habere non uelit: secundo probat hoc idem per exemplum de bello dicens, quod etiam hi qui bella uolunt, nihil aliud cupiunt, quàm per bellum peruenire ad pacem. Tertio notanda est pacis integritas, s. quot modis aliqui sunt pacifici. Sunt. n. aliqui pacifici trib. s. sibiipsis, Leo, & proximo. Primo aliqui sunt Pacifici in semetipsis, de quibus Aug. in sermone domini in monte sic ait: Pacifici in semetipsis sunt, qui oēs animi sui motus complimentes, & subijcientes rationi, carnalesq; concupiscentias habentes edomitas fiunt regnū Dei. In quo ita ordinata sunt omnia, ut quod est in homine præcipuum, & excellens, imperet cæteris reluctantis, quæ sunt nobis bestijsq; communia. Et ostendit Ang. in lib. retract. quod ista subiectio carnis ad mentem, & sensualitatis ad rationem non potest perfectè fieri in hac uita dicens: Non tamen cuiq; prouenire potest, ut lex carnis repugnans legi mentis omnino non sit in membris: sed hæc nunc pacifici agunt domantes concupiscentias carnis, ut quandoq; ad pacem plenissimam ueniatur.

Secundo aliqui sunt Pacifici Deo totaliter obtemperando. Vnde Aug. in ser. do. in monte sic ait: Sicut enim, quod est in uobis superius. s. mens, uel rō debet cæteris inferioribus reluctantis imperare, ita quod est in nobis superius. s. mens, uel rō subijci debet potiori se. s. Deo. Et subdit causam dicens: Neq; enim imperare inferiorib. potest nisi superioribus subijciatur: & hæc est pax quæ datur in terra hominibus bonæ uoluntatis.

Tertio alii sunt Pacifici ad alios, de quibus Chrysost. super Matth. sic ait: Pacifici autem ad alios sunt, non solum, qui inimicos in pace reconciliant: sed etiam illi, qui immemores malorum diligunt pacem: pax enim illa beata est, quæ in corde posita est, non tantum in uerbis, ergo beati Pacifici sunt habentes pacem cum Deo, secum, & cum proximo: primo beati Pacifici sunt habentes pacem cum Deo ei in omnibus obtemperando, ad Rom. 5. Iustificati ex fide pacem habemus ad Deum: secundo Pacifici sunt habentes pacem secum motus illicitos refrenando

Pax tribus esse potest.

Diffinitio pacis.

Oēs appetunt pacem.

do: Iob. 5. Scies q̄ pacem habeat tabernaculum tuum. Tertio pacifici sunt habentes pacem cum proximo concordiam nutriendo, ad Rom. 12. Si fieri potest cum omnibus pacem habentes.

Quo sē su accipiat hic Pacifici. Vbi sciendum, q̄ pacifici dicuntur hic non animo placati, quia hoc pertinet ad secundam beatitudinem. s. mititatem, sed dicuntur pacifici qui inuigilant paci faciendæ, reformandæ, conseruandæ. Primo illi sunt pacifici, qui inuigilant paci faciendæ inter se, & Deum. Secundò isti sunt pacifici, qui inuigilant paci reformandæ inter carnem, & spiritum. Tertiò illi sunt pacifici, qui inuigilant paci conseruandæ. s. proximi ad proximum, proximi ad Deum, proximi ad seipsum, ut patet in hoc capitulo. Et subditur præmium. Quoniam filij Dei vocabuntur, & hoc est quartum s. pacis sublimitas, quia pacifici filij Dei vocabuntur. Vbi nota, q̄ filium Dei faciunt tria. Primum est fides formata: Io. 1. dedit eis Potestatem filios Dei fieri his qui credunt. &c. Secundum est charitas perfecta, Matth. 5. Diligite inimos vestros, & benefacite his, qui oderunt uos, ut sitis filij patris, &c. Tertium est pacis concordia sicut hic Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Quod uerbū exponitur tribus modis. Primo secundum Chryso. super Matth. sic: Beati pacifici. i. qui pacem diligunt, eo q̄ tales vocabuntur filij Dei, qui est pax nostra. Secundo modo exponitur secundum B. Aug. sic: Pacifici vocantur filij Dei, quia in Deo est summa quies, & nihil ei repugnat, sic in pacificis est perfectio pacis, ubi nihil repugnat, filij autem debent habere similitudinem patris. Tertio mō exponitur secundum Chryso. in Homel. sic: Pacifici, qui nec odiunt, nec litigant, sed litigantes cōgregant rectè filij Dei uocantur, quia uni geniti hoc est opus congregare dispersa, & pacificare contra se præliantia. Vltimò nota profectum istius septimæ beatitudinis respectu omnium præcedentium: nā secundum gl. maximam dignitatem habent pacifici, sicut, qui filius regis dicitur in domo regia summus est, nam inter omnia præcedentia maximum iudicatur filius regis vocari.

BEATI qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hæc octaua beatitudo est quædam manifestatio, & cōfirmatio præcedentium, ex hoc enim q̄ aliquis est firmatus in paupertate spiritus, & mititate, & alijs sequentibus: prouenit, q̄ ab his bonis propter nullam persecutionem recedit: unde octaua beatitudo ad septem præcedētes pertinet: & sicut est confirmatio quædam omnium beatitudinum præcedentium, sicut patet, ita debentur sibi omnia beatitudinum præmia. Hæc B. Tho. 1. 2. q. 69. art. 3. in solu. 5. arg. per totum, & art. 4. ibidem in solu. 2. arg. Chryso. autem in Homel. reddit causam quare beatitudo persecutionis immediate sequitur pacis beatitudinem dicens: Posita pacificorū beatitudine, ne aliquis æstimaret, q̄ semper pacem sibi quærere sit bonum, subdit: Beati qui persecutionē patiuntur &c. August. in sermone Domini in monte reddit causam aliam quare beatitudo persecutionis immediate ponitur post beatitudinem pacis, dicens sic: Pace. n. intrinsecus constituta ac formata quasunque persecutiones ille, qui soras missus est forinsecus concitauerit, auget gloriam, quæ secundum Deum est: & ideo dicit: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Vbi nota tria. s. supplicium, motiuum, & præmium. Primò nota supplicium, cum dicit, Beati, qui persecutionem patiuntur, & hoc tripliciter. Primo quantum ad supplicia corporum. Secundò quantum ad contumelias verborum. Tertio quantum ad damna rerum. Requiritur infra. Contumelia, & inf. Iniuriæ. Secundò nota motiuū: unde addit: Propter iustitiā. Hier. Signanter aut addidit, pp iustitiā. multi. n. propter sua peccata patiuntur, & non sunt beati, sed miseri, Exponitur illud ut malefici, hæretici, latrones, homicidæ, & hmoi, qui propter sua scelera patiuntur, pp iusti prima Petr. 4. Nemo vestrum patiatur tiam. quasi homicida aut fur aut maledicus, sed propter iustitiā: iustitia autem consuevit pro omni uirtute animæ poni: unde Chryso. super Matth. sic ait: Quidam patiuntur persecutionem à gentibus propter idola non colenda: & ideo beati, quia

quia propter iustitiam fidei patiunt. Ali-
qui verò patiuntur persecutionem ab hæ-
reticis propter ueritatem non relinque-
dam: & isti etiam sunt beati, quia propter
iustitiam patiuntur. Sed & si quis ex potē-
tibus, qui Christiani uidentur forsità pro-
pter peccata sua correctus à te, fuerit te
persecutus, beatus es cum Iohanne Bapti-
sta: si enim verum est, quod prophetae marty-
res sunt, quod à suis occisi sunt, sine dubio,
qui propter causam Dei aliquid patitur,
& si à suis patitur mercedem martyrii ac-
cipiet, & ideo non posuit scriptura perso-
nam persequentium, sed solam causam per-
secutionis, ut non aspicias quis te persequi-
tur, sed propter quid. Tertiò nota præ-
mium cum subiungit: Quoniam ipsorum
est regnum celorum. Vbi nota, quod regnū
celorum est illorum, qui persecutionem
patiuntur tribus modis. Primò uoluntate
spontanea, in psal. Voluntariè sacrificabo
&c. Secundò cū perseuerantia, Marci.
13. Qui sustinuerit usque in finem hic sa-
luus erit. Tertiò cū intētionē recta, vel ex
ca legitima. scilicet propter iustitiam: unde sub-
ditur: Quoniam ipsorum est regnum cœ-
lorū. gl. Qui gloriā cœli optat, opprobriū,
& suppliciū nō timet in terra: Et subdit.
Quantū quis de laude hominū lætatur,
tantū de opprobrio contristatur, quem
laus extollit uituperatio deprimit, ubi
quis quærit gloriā, ibi timet confusio-
nem, qui quærit tantū laudē apud deum
nō timet confundi in conspectu hominum.

Vbi nota, quod regnum cœlorū ponitur, &
promittitur pro premio in prima beatitu-
dine, & octaua: & hoc triplici rōne. Pri-
ma est, quia verè Martyrii genus pauper-
tas uoluntaria est: unde Hilarius: His. n.
regnū seruatur, quia in conspectu seculi
sunt, qui persecutionē patiuntur pauperes
spū. Secunda cā est, quia paupertate emi-
tur regnū cœlorū, sed persecutione, & pas-
sione pro Christo absque omni dilatione
precipit. Tertia rō est, quia secundū Ambr.
pauperib. spiritu promittitur regnū cœ-
lorum quantum ad gloriā aīæ, sed pas-
sis in corpore passionem pro Christo pro-
mittitur regnum cœlorū, quantum ad glo-
riam corporis. Vnde idem præmiū. Reg-
nū cœlorū promittitur in prima, & octa-
ua beatitudine, & tñ sub alia, & alia rōne
ut patet. Hec B. Tho. 1. 2. q. 69. art. 4. in so.

2. arg. Et Chrys. in Homel. Ne autem mi-
reris si secundum unamquamque beatitu-
dinem regnū cœlorū nō audis, quia cum
dicit: Consolabuntur, misericordiam cō-
sequent, & cetera huiusmodi per hæc v.
niuersa nihil aliud quā regnum cœlorū
ostēdi occultē insinuat, ut nihil sensibile
expectes: neque. n. beatus est, qui in his co-
ronatur, quæ cū præsentī uita discedunt.

De Beatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Quod beati in patria omnes habent
communitatem in premio.
- 2 De modis quibus beati videbunt
Deum.
- 3 Quod beati uidentes Deum aliqua
vident, aliqua non.
- 4 Quod diuersitas visionis pronenit
ex tribus causis.
- 5 Quod videntium vnus perfectius
alio videbit.
- 6 Quod desiderium beatorum est per-
fectè quietatum.
- 7 Quod homines desiderant quinque
quæ sunt in patria.
- 8 Quod beati in patria habebunt
sempiternitatem, vel perpetui-
tatem.
- 9 Quod omnes volunt esse beati, &
quis est beatus.

C A P. I.



E A T I. Nota, quod
beatus in patria ha-
bebit inter alia quat-
tuor. Primò cōitatē
in obiecto cognito.
Secundò disparitatē
in visionis mō. Ter-
tiò satietatē in desi-
derio. Quarto æternitatē in premio. Primò
beati omnes in patria habebūt cōmuni-
tatem, vel idētitatem in obiecto cognito:

Idē erit nā idem erit præmium omnium beatorū præmiū s. videre Deū facie ad faciē sicuti est, hoc omnium aut tripliciter probō. s. auctoritate, ratio beatorū ne, similitudine. Primò auctoritate Hier.

31. Post hæc non docebit uir ultra proximum suum, & uir fratrem suum dicens, cognosce dominum, omnes. n. cognoscēt me à minimo usq; ad maximū. Quod uerbum exponens gloss. sic dicit. Post hæc. i. post crucem, resurrectionem, ascensionē, iudicij distractionē, mundi inuolutionē, non docebit ultra uir proximum suum, ut q̄rant magistros, & mandata hominum: quasi dicāt: Cognosce dominū: sed tunc docebuntur à spiritu sancto uirtute cuius subditur: Omnes. n. cognoscent me à minimo usq; ad maximum: nam omnes immediatē essentiam Dei uidebunt, & quantum ad hoc omnes erunt pares, ita q̄ nec superior Angelus inferiorē illuminabit, nec unus homo alium docebit. Hæc B. Tho. 1. par. summæ. q. 106. art. 1. in sol. 1. arg. Secūdo hoc idem probō ratione sic: Felicitas cuiuslibet beati ex hoc est, quod Dei substantiam, uel essentiam Dei immediatē uidet: sed idem est quod oēs beatos facit. s. Deus uisus, uel uisio Dei: ergo &c. nam ex eo qd̄ uidetur. s. ex Deo uiso est gloria in beatis. Se cūdo probō hoc idem alia ratione sic: Deus promittit hominibus gloriam Angelorū: ita dicit Matth. 22. de hominib. loquens: Erunt sicut Angeli Dei: sed gloria Angelorū in hoc consistit, q̄ ipsi semper uident faciem patris, qui in cœlis est, ut d̄r Matth. 18. ergo gloria hominum consistit in habendo immediatā, & clarā, & certam cognitionem Dei, qualis (more humano loquendo) est cognitio faciei: unde Diony. in lib. de diu. no. sic ait: Tunc. n. quando incorruptiles, & immortales erimus, uisibili quidē ipsius Dei apparitione castissimis contemplationib. adimplebimur. Intelligibilis autem luminis dationem participabimus in impassibili, uel immortalī mēte, secundum imaginationem diuiniorum supercœlestiū mentium: propter qd̄ d̄r, q̄ erimus Angelis æquales, ut dicit Matthe. 22. Tertiò hoc idem probō similitudine. Nam p̄miū omnium beatorū assimilatur denario, ut habetur Matth. 20. ubi dicit, q̄ omnib. in uinea laborantib. licet nō æqualiter laborauerint, ultimò da-

tus est p̄ mercede unus denarius, per quē denarium dat̄ intelligi, q̄ unum, & idem est quod omnib. datur in p̄miū ad fruendū, & uidendū. s. Deus: unde Aug. in li. de sancta uirginitate sic ait: Quia uerò ipsa uita æterna pariter omnib. erit sanctis æqualis, denarius est omnib. datus qui est oīum merces. Et Greg. ibi. sic ait: Eūdem denarium acceperūt, qui laborauerūt uel decima, & prima, quia æqualem æternæ uitæ tribulationē sortiti sunt cū his, qui ab initio mundi vocati fuerant, hi qui in fine mundi ad Deum uenerunt. Quartò hoc idem probō figura: nam Apoc. 21. dicit, q̄ eadem erat mensura hoīs, quæ est Angeli. s. æquale p̄miū est Angeli, & hominis, p̄pter qd̄ ferē ubiq; in sacra scriptura Angeli apparuisse in forma hominū describuntur, & per hoc excluditur error quorundā, qui dicebant, q̄ aīa humana quantūcūq; eleuetur nō pōt ad æqualitatē superiorū intellectuū, Angelorum uidelicet peruenire: unde ne aliquis crederet p̄miū hominis, & Angeli esse incomparabile, ideò dicit, quod eadē est mensura hominis, & Angeli. Hæc B. Tho. contra gent. lib. 3. c. 25. & 56. iuxta finem.

CAP. II.

AD maiorem tamen euidentiam præcedentis. c. est sciendum, quod licet omnes beati in hoc sint æquales, quod Dei essentiam immediatē uident, uidebunt tamen Dei essentiam his trib. modis. Primò sine cogitationis uel cognitionis successione. Secundò sine diuinitatis cōprehensione. Tertiò sine omnis essentia cognitione. Primò. n. immediatē Dei essentia uidebunt sine cogitationis, uel cognitionis successione: nā Dei essentia, & oīa alia, quæ in diuina essentia uident̄, nō successione, sed simul beati oēs uidebūt, & uidēt. Hoc aut dupliciter p̄bo. s. auctoritate, & rōne. Primò auctoritate B. Aug. ultimo de trinitate. Nō erūt inquit volubiles nostræ cogitationes, ab alijs in alia euntes atq; redeuntes, sed oēm scientiam nostram uno simul cōspectu uidebimus. Hæc allegat B. Tho. 1. parte sum. q. 12. artic. 10. per totum. Secūdo probō hoc idem rōne. Vbi nota, q̄ in cognitio-

Essentia Dei quod debetur à beatis.

ne aliquando est successio cum discursu rōnis, aliquando est successio sine discursu, al quādo verò nec successio nec discursus. Primò. n. in nostra cognitione aliquñ est successio cognitionum cum discursu rationis quando diuersæ cogitationes sibi inuicē succedunt, quarum una est causa alterius, sicut cognitio pmissa est causa cognitionis conclusionis. Secūdo est aliquando successio cognitionis sine discursu, putà quando cognitio unius non est causa alterius cognitionis, uel quando cognitio unius non dependet à cognitione alterius: verbi gratia: Sicut si primò videam album, & postea nigrum tunc ibi est successio cognitionum sine discursu rōnis, quia nō est cognoscere hoc per aliud, sed post hoc aliud putà nigrum post albū & ideò in talibus cognitionib. non est discursus syllogisticus. Tertio aliquādo non est successio cognitionū, sed una tantum licet sint diuersa cognita: uerbi gratia: Sicut dicimus, q̄ uidens Deum p̄ essentiam videt creaturam per essentiam Dei uisam, non q̄ sint ibi diuersæ cognitiones, sed una tantum visio, uel cognitio ad quam alterum istorū cognitorum mouet. s. essentiam Dei, & ideò dicitur aliud cognosci. s. creaturam absq; omni successione, & discursu. Hæc frater Hieronymus ordinis prædicatorum magister, & doctor subtilis sacre theologiæ in tractatu de cognitione primi principij. q. 1. in cor. q.

Secūdo oēs beati immediatē essentiam Dei uidebunt sine deitatis cōprehensione. licet. n. mēte Deum attingere sit magna beatitudo, ut Aug. dicit, impossibile est tñ cuiusq; intellectui creato diuinam essentiam cōprehendere, ut patet infra 4. c. in fin. Et ēt probat̄ auctoritate Iob. 11. sic dicentis: Forsitan Dei uestigia comprehendes, & vsq; ad perfectum omnipotentem reperiēs excelsior cœlo est, & qui l facies? profundior inferno: & unde cognosces? longior terra mēsurā eius, & latior mari. In quib. uerbis tangunt̄ tria. Primò reprehenditur præsumptio, ibi. Forsitan uestigia Dei comprehendes. Secundo excluditur cōprehensio in futuro ibi: Et usq; ad perfectum omnipotentem reperiēs. Tertio subiungitur ratio de utroq; ibi: Excelsior cœlo & c. Primo reprehenditur p̄sumptio uolētium diuinam essentiam com-

prehendere in præsentī. Nam duplex cognitio habetur de Deo, una in uia per fidem, alia in patria per spēm, uel una per creaturarū similitudinem, alia in se. s. immediate. Reprehendit ergo primò p̄sumptionem uolentis per creaturas diuinam essentiam comprehendere dicens: Forsitan uestigia Dei comprehendes. Vbi nota, q̄ creaturæ Dei dicuntur uestigia Dei, quia in creaturis representatur potentia Dei in magnitudine, sapientia in decore, bonitas Dei in utilitate, Sapientiæ. 13. A magnitudine. n. speciei, & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum uideri. Sed nec per creaturarum cognitionem diuinam essentiam possumus comprehendere, tum quia creaturas homo perfectē nō potest cognoscere. Eccl. primo. Cūctæ res difficiles, & non ualet eas homo explicare sermone. Expositor, idest cause omnium rerum naturæ proprietates, & rationes earum sunt difficiles. s. ad sciendum, & inueniendum, quia nec possunt numerari multitudine, nec comprehendere quantitate, nec inuestigari profunditate: & quia difficiles non potest homo eas plenē alijs explicare sermone: nam intellectus noster, ita est tenebris inuolutus, q̄ vix pauca, & in superficie tantum potest attingere: ita dicitur Ecclesiast. 8. Intellexi, quod omnium operum Domini nullam possit homo. s. per seipsum nō adiutus à Deo, inuenire rationem: nam rationem gubernationis, & ordinationis humanarum rerum, quare iste pauper, ille diues, cur iste cæcus nascitur, iste mancus, cur duorum genitorum unus statim saluetur baptizatus, alter statim mortuus damnetur, & de alijs occultis diuinis iudicijs nullam p̄p̄iam rationem, uel causam homo potest inuestigare, nec per cōsequens diuinam essentiam comprehendere: tum quia dato, q̄ homo perfectē cognosceret creaturas, & rationes, & p̄p̄ietates earum, tamen nō possit perfectē cognoscere creatorem, qualis est in seipso, eo q̄ nulla creatura per se, nec omnes simul adæquant uirtutem Dei. Et propter hoc benē dicitur, q̄ creaturæ sunt uestigium Dei, quia sicut uestigium ducit in cognitionem confusam eius cuius est, ita etiam creaturæ ducunt in cognitionem confusam, & imperfectam ipsius Dei.

Dei. Secūdo excluditur Dei comprehensio in futuro, ibi. Et vsq; ad perfectum omnipotentem reperies: id est compræhendes: q. d. non, quia eius essentia à nullo intellectu creato compræhendi potest. Licet. n. beati Deum videāt, infinitum, aliās non viderent sicuti est, nisi eū infinitum viderent: non tñ vident eū infinitè, quia hoc mō Dens uidet seipsum. Similiter licet beati videant Deum totum, eo q̄ cum Deus sit simplicissimus in eo non est dare partē, quæ pateat, & partem, q̄ lateat, tñ non vident Deum totaliter. i. omnib. modis, quib. Deus est uisibilis, quia hoc modo solus Deus cognoscit seipsum. Vbi sciendū, q̄ sicut oculus noster dupliciter impeditur ne rem aliquam compræhendat: primò propter excessum quantitatis virtualis, sicut non pōt compræhendere totum solem pp̄ solis claritatem uirtutē visuam excedentem: secundò propter excessum quantitatis dimensionalis, sicut non potest compræhendere totā terram, sed partem uidet, & partem nō uidet, ita intellectus beati non impeditur à cōpræhendēdo diuinam essentiam, ppter quantitatem dimensionum diuinæ essentiae, eo q̄ cum diuina essentia sit simplicissima non est ibi dare partē, quæ uideatur, & partem q̄ à beato non uideatur, ut patet sup. sed impeditur intellectus beati ne diuinam essentiam compræhendat, ppter excessum quantitatis uirtualis. s. quia diuina essentia, qua Deus à beatis cognoscit excedit lumen cuiuscunq; intellectus creati, q̄ o lumine intellectus creatus est cognoscitiuus: vnde nō ita pfectè cognoscitur diuina essentia ab aliquo intellectu creato, sicut Deus cognoscit seipsum, vel sicut cognoscibilis est. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 49. q. vtrum sancti in patria uidendo Deum compræhendāt Deū: & in quæstionib. de ueritate. q. 8. arti. 3. & contra gentiles. lib. 3. c. 55. per totum, & præcipue in fin. cap.

Tertiò subiungitur ratio de utroq; ibi. Excelsior cælo &c. Quæ uerba exponuntur quattuor modis. Primò enim ostēdit hic Dei essentiam esse infinitam per similitudinem quattuor dimensionū non quidem, q̄ diuina essentia quattuor dimensionib. corporalibus distendat, sed p similitudinem corporeæ magnitudinis

ostendit magnitudinem infinitę uirtutis Dei, & per hoc ostendit Dei essentiam, & uirtutem esse incompræhensibilē, & hoc quattuor modis: primò, quia in circumscriptione sui spiritus omnia excedit, uel transcendit, ibi. Excelsior cælo: secundò quia sua profunditate intra omnia non inclusus oīa subuehit, sustinet, & gubernat, ibi. Profundior inferno: tertiò quia suæ essentiae æternitate omnem modum creature excedit: ibi. Terra longior: quarto, quia p̄sentia suæ potentiae temporalium rerum fluxum restringit: ibi. Et mari latior mensura eius. Secūdo exponitur sic, Cælum angeli, infernus dæmones, terra iusti hoīes, mare peccatores intelligunt: primo ergo angeli diuinę essentiae altitudinem non compræhendūt: vnde dicit: Excelsior cælo est: secundò Deus dæmonum astutias longè subtilius iudicat: unde subdit: Profundior inferno: tertiò iustorum longanimitatem patientia eius superat: vnde subiūgit. Terra lōgior mensura eius: quarto ubiq; facta peccantium p̄sentia eius occupat: unde subinfert. Et latior mari. Tertio modo exponitur sic: His quattuor. s. cælo, inferno, terræ, mari hō assimilatur: nam cælum est hō dum contemplatur, infernus dū tētat, terra dum fructificat, mare dum fluctuat: sed Deus: primò est excelsior cælo. i. contemplatione hominis, quia cōtemplatio hominis in Deo deficit: secundò Deus est profundior inferno, quia si hō se tentationibus discurret subtiliora Dei iudicia timet: tertiò terra lōgior est mensura eius, quia dum hō fructificat, & bene operatur, plus tamen à Deo remunerat, & sic opera eius Dei retributio superat. quarto Deus est latior mari, quia quātumcunq; mēs hominis fluctuet in inquirendo, iudicij tamē distictionem futurā non agnoscit. Quarto modo exponitur sic, secundum Apōit. super illo uerbo: Ut possitis compræhendere com omnib. sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. primo. n. Deus est sublimitas, quia, & intelligētiam beatorum glorificatorum trāscendit: secundò Deus est p̄fundum, quia damnatis iudicium incompræhensibile facit: tertiò Deus est lōgitudō, quia longanimitèr tolerando in regnum perducit: quarto Deus est latitudo,

Exponitur illud excelsior cælo.

rado, quia eius charitas etiam persequen-
tes conuertit, & colligit. Patet ergo q̄ diui-
na essentia uirtus, & operatio nec in uia,
nec in patria, ab intellectu creato com-
prehendi potest.

C A P.

III.

3 Beati
vident
Deū si-
ne oīs
entita-
tis co-
gnitio-
ne.

TERTIO omnes beati in patria
uidebunt immediatē Dei essentia
sine omnis entitatis cognitione. Vbi no-
ta, q̄ omnia, quæ pertinent ad perfectio-
nem uniuersi, & ad perfectionem intelle-
ctus cognoscent uidentes essentiam dei:
quod tripliciter probō. s. ratione, simili-
tudine, & auctoritate. Primò ratione sic:
Omnis res cum ad suum finem peruene-
rit quietatur: sed naturalis appetitus ho-
minis est omnium rerum genera species
virtutes, & totum ordinem uniuersi co-
gnoscere, quod demonstret humanum
studium erga singula, ergo in uita æterna
ubi perfectē humanum desiderium quie-
tabitur omnia pertinentia ad perfectio-
nem mundi, & intellectus beati cogno-
scent essentiam Dei uidentes. Secundo
hoc idem probō ex diuersa operatione
sensus, & intellectus: nam in hoc speciali-
ter differt sensus ab intellectu, quia sen-
sus a sensibilibus excellentibus, aut cor-
rumpitur, aut debilitatur, & propter hoc
ille qui excellens sensibile, & uisibilia ui-
det, postmodum minus sensibile, uel uisi-
bile videre non potest: sed intellectus à
maxime intelligibili, neq; corrumpitur,
neque debilitatur, & ideo cum intellectus
cognouerit maius intelligibile etiam mi-
nus intelligibile intelligere potest. Cum
igitur intellectus beati summè intelli-
gibile. s. essentiam Dei clare, & perfectē ui-
deat lumine gloriæ eleuatus eodem per-
ficietur lumine ad omnia alia naturalia
cognoscenda. Tertio hoc idem probō au-
thoritate B. Grego 4. lib. dialogorum sic
dicentis: Quid est quod non uideant qui
uident omnia uidentem: & Bernar. in
quodam sermone sic ait: Tripliciter in
illa æterna, & perfectā beatitudine frui-
mur Deo. s. uidentes eum in omnib. crea-
turis, habentes eum in nobis ipsis, & quod
his omnibus ineffabiliter iocundius sit
atque beatius, ipsam quoque trinitatem
cognoscentes in semetipsa.

Intelle-
ctus cre-
ati vidē-
tes diui-
nā esse-
ntiā non
vident
oīa quæ
Deus ui-
det, uel
facit.

Omnia uero alia, quæ Deus, uel uidet
in se, uel facit, uel facere pōt, intellectus
creati uidentes diuinam essentiam nō ui-
debunt. Hoc autem probō triplici ratio-
ne. s. ratione comprehensionis, perfectio-
nis, quietationis. Primo ratione compræ-
hensionis sic: Videre Deum per essentia
suam, & omnia, quæ in seipso Deus uidet,
& facit, & facere potest est compræhendere
virtutem, & essentiam Dei; sed nullus
intellectus creatus potest Dei essentiam,
& virtutem compræhendere: ergo &c. Se-
cunda ratio ad idem est talis. Non est ne-
cessarium, q̄ sciens causam sciat oēs effe-
ctus causæ, nisi causam compræhendat:
sed nullo intellectui creato cōpetit Deū
compræhendere; ergo licet uideant per es-
sentiam Deum, qui est omnium causa, nō
sequitur, q̄ omnia uideant, quæ Deus, uel
uidet, uel facit, uel facere pōt. Tertia ratio
ad idem est talis: Licet sit maius diuinā
essentiam, uel substantiam intelligere, quā
quicquid est aliud præter ipsam quod in
ipsa cognosci potest, tamen maioris perfe-
ctionis est cognoscere diuinam essentia,
siue substantiam, & in ea omnes effectus
eius uidere, quā uidere diuinam substan-
tiam, sine hoc, q̄ uideantur oēs eius effe-
ctus in ipsa. Cuius rō est, quia uidere diui-
nam substantiam potest fieri absq; compræ-
hensione: sed uidere omnia, quæ per
ipsam intelligi, & fieri possunt, non pōt
fieri absq; compræhensione: ergo &c. Se-
cundò ratione perfectionis sic: Uidentes
diuinam essentia uident omnia, quæ per-
tinent ad perfectionem eorum, alias non
essent beati: sed multa sunt, quæ ad perfe-
ctionem beatorum non spectant, puta ali-
qua singularia, & cogitata, & facta eorum:
ergo &c. Tertiò uidentes diuinam essen-
tiam non uident omnia rōne quietatio-
nis sic: Sicut enim desiderium beatorum
complebitur in hoc, q̄ Deum habebunt,
eo q̄ Deus, qui est perfectus, & summa bo-
nitas affectui sufficit: quod patet, quia eo
habito omnia bona quodammodo habē-
tur, ita desiderium beatorum cōplebitur
ex hoc solo, q̄ Deū uidebunt. ita q̄ eius
visio sufficiat intellectui. Iohan. 14. Do-
mine ostende nobis patrem, & sufficit no-
bis; & August. 6. confess. Infelix homo
qui scit omnia illa. s. creaturas, te autem
nescit: beatus, qui te scit etiam si illa ne-
sciat,

sciat, qui autem te, & illi nouit, non propter illa beatior, sed propter te tantum beatus.

Sed fortè argues in oppositum, & dices, q̄ videntes diuinam essentiam omnia videant sic: Quicumq; videt Speculū, videt ea quæ resultant, & relucēt in speculo, sed in verbo Dei, sicut in speculo resultant, & relucēt omnia, quia ipsum verbū est ratio, & similitudo omnium, ergo videntes verbum per essentiam omnia creata vident.

Respondeo tribus modis. Primo. n. distinguo de speculo, & dico, q̄ triplex est speculū. s. eleuatum; depressum, & æquale: primò enim speculum eleuatum est, cuius extrema sunt depressa, & medium est eleuatum, & gibbosum: & istud speculum repræsentat rem minorem, quam sit, vt creaturæ Deum. Secundum speculum est depressum, vel concauum, cuius extrema sunt eleuata, & medium est depressum: & istud speculum repræsentat rem semper contrario modo quam est: sicut peccator Deum. Tertium speculum est æquale totum. s. in medio, & termino, & istud repræsentat rem vt est, & quanta est, & tale est diuina essentia. Secundo respondeo, & dico, q̄ uidens speculum nō est necessarium, quòd omnia in speculo videat nisi speculum suo visu comprehendat: sic à simili videns diuinam essentiam non est necessarium, ut omnia in eo videat, nisi diuinam essentiam cōprehendat, quod nulli intellectui creato est possibile, ut patet sup. Tertio modo respōdeo, & dico, q̄ speculū increatum quale Deus est, differt a speculo creato in tribus: primo quia uoluntariè se offert: secūdo quia indistinctè res continet tertio quia in propria specie apparet: primò differt, quia speculum increatum uoluntariè se offert. Est enim uerbum Dei speculum uoluntarium: quod patet, quia sicut Deus se ostendit cui vult, ita in se ostendit, quæ uult, & non ostendit quæ non vult. Speculum autem creatū est, quid materiale, & inuoluntarium, in cuius potestate nō est, q̄ uideatur, uel non uideatur: secūdo differt speculum increatū à creato, quia speculum increatum indistinctè res continet. quod patet, quia in diuina essentia res non sunt actu distinctæ, sed omnia sunt unū, ut Dionysius dicit. eomō, quo multi effectus uni-

untur in una causa, in qua uideri nō possunt. ut multæ rolæ in rosario uirtualiter, in quo nec uideri possunt, nec numerari, nisi postquam sunt actualiter ortæ. Sed imagines in materiali speculo resultantes sunt ibi actu distinctæ, & per consequens distinctè possunt cognosci, uideri, & numerari: tertio speculum increatum differt à creato, quia in speculo increato. s. in uerbo Dei, res uidentur per formā ipsius speculi. i. per essentiam Dei: sed in speculo materiali res uidentur non per formam speculi, sed per formam rei in speculo resultantem. Hæc B. Tho 4. scrip. sent. dist. 49. art. 5. utrum uidentes Deum per essentiam, omnia uident, quæ Deus in seipso uidet. in cor. q. & in solu. 6. & 7. argum. & prima parte. q. 12. art. 8. in corp. q. in sol. argumentorum, & in quæst. de ueritate q. 8. art. 4. & contra gentiles lib. 3. ca. 57. per totum.

C A P. IIII.

SECUNDO principaliter beati habebunt in patria disparitatem, uel in æqualitatem gloriæ, ex diuerso uisionis modo. Sicut enim ex eo quòd uidetur est eadem gloria in beatis, ita ex diuerso modo uisionis est diuersus gradus gloriæ in beatis, ita q̄ licet idem sit, quod omnes beatos facit, non tamen ab eo omnes æqualiter beatitudinem accipient propter inæqualem modum uidendi Deum. Hæc B. Tho. contra gentiles lib. 3. cap. 56.

Quomodo autem unus alio perfectius Deum uidere pōt, est sciendum, q̄ diuersitas uisionis prouenit ex tribus causis. s. ex parte rei uisæ, ex parte mediij uidendi, ex parte uidentis: primo diuersitas uisionis prouenit ex parte rei uisæ, sicut dicimus, q̄ aliter uidetur lucidū, & aliter tenebrosū. secundo prouenit ex parte mediij uidendi, sicut aliter uidetur res mediante uitro rubeo: & aliter mediante uitro albo. Tertio prouenit ex parte uidentis, sicut aliter uidetur res oculo acuto, & claro, & aliter oculo tenebroso. Modò igitur diuersitas uisionis Dei in patria, uel in uia nō prouenit ex prima causa. s. ex parte Dei, quia ipse Deus quantū est de se ab omnibus æqualiter uidetur, eo q̄ omnib. æqua-

⁴ Bti habebunt diuersitatem uisionis. Quæ diuersitas ex trib. oritur.

liter se offert . Ex secunda uerò, & tertia causa prouenit hac diuersitas : quod patet, quia aliter uidetur Deus in uia per istas similitudines corporales, & aliter per similitudines spirituales: similiter aliter uidetur hic ab uno, & aliter ab alio. In patria autem diuersitas uisionis non erit ex parte rei uisæ, quia idem erit, qui ab omnibus uidebitur, nec ex parte mediij uidentis, quia non uidebitur ibi per similitudines aliquas : sed uidebitur Deus in se, & per se, sed solum erit ibi diuersitas uisionis Dei ex parte uidentis, quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & similitudine . Primò auctoritate 1. 2. 1. qui dicit, quòd omne quod apprehenditur est in apprehendente per modum apprehendentis, & non per modum rei apprehensæ, quia ergo sicut in gloria erit differentia perspicacitatis intellectuum, ita erit etiam differentia apprehensionum. Secundò probo hoc idem similitudine, uel exemplo : uidemus enim, quòd luce manente eadem non intensa, uel remissa unus oculus secundum, quòd est impidiior plus de ea uidebit, sic etiam luce diuinæ essentiae manente in eadem dispositione quantum est de se ille intellectus, qui erit perspicacior per gloriam plus de ipsa percipiet quam alius minus perspicax . Hæc Alex. prima parte sum. q. 5. art. 2. in cor. q.

C A P. V.

AD maiorem tamen euidenciam c. præcedentis est sciendum, quod uidendum Deum in patria unus alio clariùs, & perfectiùs uidebit: quod probo triplici ratione: prima est ex lumine clariori: secunda est ex ordine propinquiore: tertia est ex uirtute sublimiori, ita quod ille modo perfectiori uidebit Deum, qui erit splendidior lumine, propinquior ordine, sublimior uirtute. Prima ratio quare unus alio perfectiori modo in patria uidebit Deum est ex lumine clariori: & formatur sic ratio: In lumine gloriæ Deus a beatis in patria uidebitur, nam principium uisionis diuinæ est lumen gloriæ, in psal. In lumine tuo uidebimus lumen. Req. supra sed quidam alijs, maiori lumine replebuntur: ergo qui isto

lumine perfectiùs illustrabuntur perfectiùs essentiam Dei uidebunt. Scdò hoc idem, probo similitudine sic: Claritas corporis, indicabit claritatem mentis, sed quidam habebunt plus alijs de claritate in corpore, ergo clariùs Deum uidebunt. Tertiò hoc idem probo auctoritate apostoli. prima ad Corinth. 13. sic dicentis: Alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum. & stella differt a stella in claritate. Quod uerbum tribus modis exponitur. Primò modo sic: Alia est claritas solis, 13. alia i. prælati maioris. qui dēt alios illuminare tripliciter scilicet uerbo, exemplo, beneficio. Alia est claritas lunæ, scilicet prælati constituti in dignitate minori, qui non lucet nisi a sole. i. non habet potestatem nisi prælatus maior permiserit. Alia est claritas stellarum, scilicet doctum noctem ignorantiae illuminantium: Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Secundò modo exponitur secundum B. Aug. sic: Sicut enim ista corpora cælestia sol luna, & stellæ cum sint unius naturæ sunt tamen claritatis diuersæ, ita homines cum sint unius naturæ tamen in resurrectione erunt dissimilis gloriæ, & probat per exemplum dicens: primò quod claritas solis significat gloriam uirginalē, quæ centesimum fructum habet, non. n. uirgines per opus carnale uoluerunt multiplicari in alijs, sed in seipsis per opus spirituale, & ideo significantur per centenarium numerum, qui fit ex ductu denarij in seipsum. Secundo claritas lunæ signat gloriam continentium, qui sex opera charitatis perpetrando propter denarium, meruerunt accipere, & istius denarij sexagesimum fructum Tertiò claritas stellarum signat gloriam coniugatorum, quia tria bona matrimonij obseruantes propter denarium, id est propter remunerationem futuram meruerunt consequi istius denarij trigessimum fructum. Tertio modo exponitur sic: Alia est claritas lunæ, illa solis, alia stellarum, per hæc uerba significatur diuersitas gloriæ Dei, & beatorum, sicut. n. solex seipso est clarus. ita Deus essentialiter est beatus: & sicut sol omnis luminis principium est, & causa, ita Deus est causa omnis beatitudinis, & gloriæ in beatis. & sicut corpora cælestia

Exponitur illud ad Cor. 13. alia est claritas solis

stia sunt magis, & minus clara, & splendida, secundū q̄ magis, & minus de luce solis participant: ita beati plus, & minus uident Deū, secundum q̄ magis, uel minus participant de lumine gloriæ. Et hoc est qđ Apost. subdit: Differt stella a stella in claritate. Quæ uerba Aug. exponēs dicit, q̄ per hæc uerba significatur, q̄ non solū in gehenna suppliciorum, sed in regno cœlesti multæ sunt differentiæ præmiorū: nam sicut inter stellas una plus alia, alia minus alia splēdet, ita beatorū alius alio minus fulgebit: nam claritas corporis claritatem mentis ostendet, ut patet.

Secunda rō principalis, quare vidētiū Deum unus alio perfectiori modo videbit, est ex ordine propinquiore: & formosior rationem: Homines debent assumi ad ordines Angelorum, ut dicitur Lucæ 20. Require. sup. Angeli: sed superiores Angeli Deum clariū uident, quam inferiores: ut patet per Diony. de cœlesti hierarchia: ergo hominum quidā alijs clariū Deū videbunt. Et confirmo hanc rationem tali similitudine, vel exemplo: Sicut enim se habet propinquitas in corporalibus, ita in spiritualibus: sed in corporalibus ita se habet, q̄ quanto corpus aliquod igni, uel soli, propinquius fuerit, tanto magis calidum est, & lucidum: sic in spiritualibus accidit, q̄ spiritus quanto fuerit Deo propinquior, & magis cōiūctus, tanto clariū, perfectiū, & feruentiū videbit, & diliget Deum.

Tertia ratio quare videntium Deum in patria unus alio perfectiori modo videbit, est ex virtute sublimiori, & formosior rationem: Virtus est quædam dispositio mentis ad mensuram gloriæ percipiendam: sed quidam sunt maioris virtutis, quidam uerō alij sunt minoris: ergo in patria illi, qui erunt maioris uirtutis alijs perfectiū Deum videbunt.

Vbi nota, q̄ triplex est virtus pp̄ quā unus perfectiū alio mereť uideri Deum: prima est præueniens, s. gratia gratū faciens: secūda est contrarium prohibēs, s. humilitas: tertia est perficiēs, s. charitas. Prima uirtus, qua aliquis plus alio meretur uideri Deum est præueniens, s. gratia gratum faciens unde sic: Gratia ad cōsequendū gloriā necessario ordinat̄ p̄sal. gratiam, & gloriā dabit dominus: ergo

quantō gratia erit maior, tātō gloria erit copiosior: Vbi est sciendum, q̄ triplex est gratia. s. gratia gratis data, gratia gratum faciēs, gratia cōsummata. Prima gratia. s. gratia gratis data non sufficit ad Deū per essentiam uidendum, quia tunc peccator cum habeat gratias gratis datas, p̄ essentiam posset uidere Deum. Secunda gratia. s. gratum faciens non sufficit ad faciendum uidere Deum per essentiam suam, quia tunc uiator in mortali carne existens posset per essentiā uidere Deū, quod ē impossibile. Et ideo tertia gratia ad hoc requiritur. s. gratia consummata, quæ est lumen gloriæ, non q̄ gratia consummata sit imediata dispositio ad uisionem Dei, sed quia per talem gratiam homo meretur lumen gloriæ sibi dari, per quod essentiam Dei uideat. Hæc B. Tho. in quæstionibus de ueritate. q. 8. art. utrū Angelus ex puris naturalibus potuerit pertingere ad uidendum Deū per essentiam, in solutione 6. & 10. arg.

Secunda uirtus qua aliquis mereť plus alio uidere Deum, est humilitas. Nā humilitati p̄mittitur exaltatio spiritualis, ita dicitur: Omnis qui se humiliat exaltabitur: non q̄ sola humilitas exaltationem spiritualement mereatur: sed quia humilitas contemnendo terrenam sublimitatem, expellit superbiam, cui Deus resistit; unde ipsa humilitas præbet hominē subditum, & quasi patulū ad diuinæ gratiæ suscipiendum influxum, in quantum euacuat inflationem superbiæ. Iacobi 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 161. art. 5. in sol. 2. & 3. arg. Propter quod dicitur Matthæi. 18. Quis putas maior est in regno cœlorum? & subdit: Quicumque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cœlorum. Gloss. Quanto enim quis erit humilior, tātō in regno cœlorum efficietur maior. Et merito, quia ubi maior cōcauitas, ibi maior capacitas; & ubi est maior capacitas, ibi est maior fœlicitas.

Tertia uirtus a qua aliquis mereť plus alio uidere Deū est charitas, ut pficiens ratio, seu causa merendi, & ideo secundū charitatis diuersitatem præmia distinguuntur: unde Beat. August. homel. 4. super Io.

&

Trip. ē
virtus
qua hō
Deū vi-
dere me-
retur.

Triplex
est gra-
tia.

Secūda
virtus.

Tertia
virtus.

& ex.de pæni.dist.2.sic dicit: Non numeritas operum, non diuturnitas tēporū, sed maior charitas meliorq. uoluntās auget meritum, nam quod patet, & quod latet in diuinis codicibus, tenet qui charitatem seruat in moribus.

Dup. est caritas. Vbi est sciendum, q̄ duplex est charitas, s. uiæ, & patriæ. Charitas uiæ distinguit mansiones per modum meriti: eo q̄ actus noster non habet, quod sit meritorius, ex ipsa substantia actus, sed ex charitate, qua informat. Charitas autē patriæ distinguit mansiones per modū præmij. Cuius ratio est, quia charitas patriæ quāto in aliquo erit perfectior, tanto magis reddit beatum diuinæ uisionis, & charitatis capacem: unde secundum charitatis augmentum augetur perfectio uisionis diuinæ: unde diuersæ mansiones de quib. dī Ioh. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. distinguuntur penēs diuersos gradus charitatis: diuersæ autē mansiones diuersorum meritorum in uita æterna sunt dignitates: unde Aug. in lib. de sancta uirginitate sic dicit: Quia uerò ipsa uita æterna pariter omnibus erit sanctis equalis, denarius omnibus est attributus, qui est omnium merces: quia uerò in ipsa uita æterna, distincta fulgebūt lumina meritorum. hinc multæ mansiones sunt apud patrem, ac in denario quidem non impari non uiuet alius alio prolixius: sed in multis mansionibus honorabitur alius alio clarius. Et iterum Aug. super illo uerbo Ioh. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt: sic dicit: Licet enim alius alio sit fortior, sapientior, iustior, sanctior, nullus alienabitur ab ista domo. ubi mansionem pro suo q̄que accepturus est merito, denarius quidem ille æqualis est omnib. quem paterfamilias eis, q̄ operati sunt in uinea dari iubet. Quo utiq. denario uita significat æterna, ubi amplius alius alio nemo uiuit, quoniam uiuendi nō est diuersitas in æternitatis mēsurā, sed multæ mansiones diuersas meritorum, in uita æterna significant dignitates: & Greg. 4. lib. moral. sic dicit Quoniam electis in hac uita est descriptio operum, in alia quoque uita erit proculdubio discretio dignitatum, ut in quo hic alius alium superat, illic alius alium in retributione transcendat: & quā

uis in alia retributione non sit eadem dignitas, una tamen omnib. uita beatitudinis erit. Patet ergo ex dictis, q̄ una & eadem erit modus participandi hanc gloriā: primò enim ex parte obiecti beatifici. s. Dei uisionis, beati æqualiter erunt beati, quia omnes idem præmium habebunt: secundò ex parte modi uiuendi Deum, unus uidebit perfectius alio p̄ tres rationes: prima est propter maioris luminis claritatem: secunda est propter maiorem ad Deum propinquitatem: tertia est propter maiorem charitatē. Hæc B. Th. 4. scr. sen. distin. 49. de uisione Dei in patria, art. 4. per totum: & prima part. sum. q. 12. art. 6. in cor. q. Et contra genti. libr. 3. c. 58. quod unus alio p̄fectius Deū uidere potest per totum.

CAP. VI.

EST autem sciendum ad euidentiā 6. præcedentis capituli, q̄ licet uidentium Deum unus alio clarius, & perfectius uideat, quilibet tamen ita uidebit, & modo uidet, quod tota eius ita impleatur capacitas, q̄ perfectè quietabitur, & nihil amplius uolet, propter quod in beatīs non erunt tria, quæ consueverunt esse in uita ista scilicet inuidia, discordia, damna.

Primò in beatīs non erit inuidia. Cuius ratio est, quia ubi est perfecta charitas, ibi inuidia esse non potest: sed in beatīs ē perfecta charitas: unde Greg. super Ezech. Hac ratione conueniunt mansiones multæ cum uno denario, quia & si alter minus, alter amplius exultat, omnes tamen unum gaudium conditoris sui uisione letificat: & Aug. super Ioh. Nō erit itaq. aliqua inuidia imparis claritatis, qm̄ regnabit in oīb. unitas charitatis.

Secundò in beatīs non erit discordia. Cuius ratio est, quia ibi nulla est dissensio cordis, uel uoluntatis ad Deum, & ab beatos omnes, ergo &c. unde Chrysost. de reparatione lapsi sic ait: Nulla erit in futuro discordia, sed cuncta consona, cuncta conuenientia, omnium. n. sanctorū una concordia erit.

Tertiò in beatīs nulla erunt damna. Licet, n. uidentium Deum unus alio perfectius uideat, tñ alius qui non ita perfectè Deum uidebit nullum dānū incur-

ret

ret inde, & hoc propter duas causas. scilicet propter sufficientiam, & propter beneuolentiam. Prima ratio propter sufficientiam est, quia quilibet Beatus tantum uidebit Deum quod sufficiet sibi, & erit contentus: unde Grego. ultimo moral. sic ait, Eiusdem. n. disparilitatis damna non sentiunt, quia tantum sibi unusquisque quantum percipit sufficit. Secunda causa est propter charitatis excellentiam, & abundantiam, ex qua quilibet beatus in alio amabit, & sibi reputabit habere quod alius habet quam uis ipse illud non habeat: unde Aug. super Iohannem Regnabit in omnibus unitas charitatis per quam Deus qui charitas est erit omnia in omnibus, per quam fiet, ut quod habent singuli commune sit omnibus: sic enim quisque etiam ipse habet cum amat in altero quod ipse non habet. Hæc B. Tho. contra gentiles. lib. 3. c. 57. & in euangelijis continuis super illo verbo Iohannis. 4. In domo patris mei mansiones multe sunt.

CAP. VII.

7. **T**ERTIO principaliter Beati habebunt in patria satietatem in desiderio: nam ex uisione diuinæ essentiae in qua est omnium bonorum eminentia, & perfecta sufficientia, desiderium in patria complebitur, & quietabitur uel satiabitur. Hoc autem tripliciter probo. scilicet inductione ratione, auctoritate. Primo inductione, nam manifestum est per singula discurrenti, quod desiderium beatorum perfecte in patria complebitur, & satiabitur: quod sic patet. Nam homines in hac uita desiderant specialiter quinque, primum uiuere, ex cuius appetitu efficiuntur homines timidi, & nimis a laboribus sibi parcunt: secundum desiderant cognoscere ex cuius appetitu efficiuntur curiosi, superbi, auari, eo quod multi desiderant scire hoc sine ut sciant & hæc est curiositas: alij uero desiderant scire ut sciant, & hæc est superbia, alij uero multi desiderant scire ut lucrentur, & hæc est cupiditas secundum Ber. tertium homines desiderant honorem, ex cuius appetitu multi efficiuntur ambitiosi & superbi: quarto desiderant homines delectationem, ex qua multi intemperati, & uoluptuosi efficiuntur & quodammodo bestiales: quintum desiderant homines boni temporalis plenitudinem, ex cuius appetitu inordinato homines ut plurimum illiberales raptores, & iniusti efficiuntur. Beati autem in patria hæc quinque bona sine omni defectus admixtione habebunt: quod de singulis patet primum enim habebunt vitam sine corruptione, secundum notitiam sine errore, tertium famam, & gloriam sine confusione, & depressione, quartum letitiam sine mærore uel dolore uel desolatione, quintum abundantiam sine defectu. Primum beati in patria habebunt uitam sine corruptione, nam per uisionem dei quilibet beatus efficitur particeps uitæ æternæ, ut patet: supra in expositione. Hæc est uita æterna: unde Sapietia 5. Iusti autem in perpetuum uiuent: non enim sufficit multum uiuere sed bene uiuere, ut dicit Senec. in quandam Epistola, quia sapiens semper cogitat qualis sit uita non quanta sit: ad hoc autem debet unicuique prodesse bene uiuere, ut detur illi semper uiuere, ut dicit Origines super illud uerbo Ioh. 10. Qui per ostium non intrat &c. Secundum beati in patria habebunt notitiam sine errore, nam ex uisione clara diuinæ essentiae beati cognoscunt omnia, quæ pertinent ad perfectionem intellectus, & appetitus eorum, ut patet supra. Tertium habebunt beati in patria famam uel gloriam sine omni depressione uel confusione, tunc enim de quolibet beato dici poterit uerbum psalmi. Gloria, & honore coronasti eum domine. In quo notatur triplex excellentia cuiuslibet beati: prima est in clara Dei cognitione, ibi Gloria: secunda est in bonitatis perfectione, ibi Et honore: tertia est in dignitatis adeptione, ibi Coronasti eum scilicet aurea, & aureola: uel Gloria. i. Exponitur illud corpus cum claritate incorruptibili. Honor. scilicet ab alijs in ueneratione mirabili: psal. Gloria, & honore coronasti eum. quilibet enim beatus omnibus creaturis redditur uenerabilis cum sic excellenter honoretur a Deo, Ioh. 12. Honorificabit eum pater meus: ubi Aug. sic ait. Quæ maiorem honorem recipere poterit ad optatus quam ut sit ubi est unicus. Quartum beati habebunt in patria letitiam sine mærore uel desolatione. Require infra gaudium beatorum. Quintum beati in patria

patria habebunt abundantiam ^{sine omni} ~~ni defensione~~. & meritò, quia beati habent perfectè, & inamissibiliter Deum, qui sufficientiam, excellentiam bonorū omnium in se habet: Sapientiæ. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet uisione diuina.

Secundò, quod desiderium beatorum in patria quietitur, & satietur, probò ratione, sic Desiderium alicuius tunc perfectè completur, & satiatur quando caret, vel priuatur omni malo, & habet, uel fruitur omni bono: sed beati in patria habent hæc duo. Primò enim sunt immunes ab omni malo. Apoc. 7. Non esurient neq. sitient amplius, neq. cadet super illos sol neq. ullus æstus. Secundò beati in patria sunt pleni omni bono, quod pater: Nam beati uidendo clare diuinam essentiam inter alia consequuntur quattuor bona. Primum bonum est, quod beati per uisionem diuinæ essentiae uniuntur, uel coniunguntur Deo, quo nihil perfectius. Secundo beati per uisionem diuinæ essentiae sublimantur, quo nihil sublimius, & nobilius: unde beati uidētes Deum dicuntur reges, Apoca. 20. Regnabunt cū Christo. Tertiò beati per uisionem diuinæ essentiae fruuntur Deo quo nil delectabilius. Req. infra Fruitio. Quartò per uisionē diuinæ essentiae perfectè quietantur & satiantur Deo, & hoc nihil appetibilius. In psal. Replebit in bonis desiderium tuum: & meritò, quia secundum Boeciū beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Hæc b. Th. contra gentiles lib. 3. c. 61. per eorum.

Tertiò, quod beatorum desiderium in patria compleatur, quietetur, & satietur probò auctoritate psalmi dicentis, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Quod uerbum exponens Hugo de sancto Vict. dicit: Multa bona sunt in hoc mundo, & hæc omnia cor hominis satiare non possunt: unum autem bonum est apud Deū, scilicet uisio Dei, & hoc solum cum percipitur in eo satietas inuenitur: quod Hugo tali ratione ostendit cum dicit: Quando satietas est: quando satis est tunc satietas est, pone modo ex his multis, quæ in mundo sunt, quod aliqua habeas quæ diligis, & uidebis, quia non sufficiunt tibi: veniant plura, & habeas ea: adhuc non

dices, sufficit, apponantur vniuersa, & inuenies te egentem, & nondum satis habere. in omnibus ergo his satietas esse nō potest. Veniat autem illud unum bonum, & satietas erit, quare satietas ibi, quia satis est: propter quod benè dicitur in psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nam satietas consistit in adimpletione omnium desideriorum: & hoc erit cū apparuerit gloria tua. Et merito, quia Deus in patria erit beatis omnis ueritas intellectui, omnis speciositas aspectui, omnis suauitas auditui, omnis copiositas indigenti. Primo Deus in patria erit beatis omnis ueritas intellectui, unde Aug. 12. confessio. sic ait: Si ambo uerum uidebimus quod dico & ambo uidemus uerum quod dicis, ubi quæso illud uideamus? nec in te ego nec tu in me, sed ambo in ipsa. (quæ supra mentes nostras est) in commutabili ueritate: & iterum Aug. super illo uerbo. psal. Diminutæ sunt ueritates a filiis hominum. Sicut ab una facie resultant multæ in speculo, ita ab una prima ueritate resultant multæ ueritates in mentibus hominum beatorum.

CAP. VIII.

Quartò & ultimò beati habebunt in patria sempiternitatem, uel perpetuitatem in præmio.

Nam beati uidentes per essentiam Deū, nunquam separabuntur a uisione diuinæ essentiae: sed in perpetuum essentiam Dei uidebunt. Hoc autem sex rationibus probò, scilicet ratione æternitatis, satietatis, indeclinabilitatis, immutabilitatis, propinquitatis, felicitatis. Primò beati in perpetuum Deum uidebunt ratione æternitatis sic, Illud quod quandoque est, & quandoque non est mensuratur tempore, us patet primo physicorum: sed uisio diuinæ essentiae, quæ creaturas intellectuales beatas facit, non mensuratur tempore, cum sit absq. omni successione, sed æternitate, ergo impossibile est, quod beatus postquam est factus participes uisionis diuinæ essentiae ipsam amittat. Secundo probò hoc idem ratione satietatis sic: Beatitudo est qua

In patria Deus erit omnia beatis.

Beati Deū uidebunt in æternū ratione æternitatis.

Societas.

S crea-

Beati uidebunt diuinam essentiam 4. bona consequuntur.

creaturæ intellectualis desiderium perfectè quietatur, & satiatur: unde sicut aliquis naturaliter desiderat fælicitatem, ita desiderat certitudinē de fælicitatis perpetuitate, alias nec appetitus esset quietus, nec per consequens beatus. Ad cuius rationis evidentiam nota hic tria, primū est, q̄ beatitudo inter omnia maximè ē desiderabilis non habentib. amabilis possidentib. delectabilis fruētib. secundum quod est causa primi est, q̄ uera beatitudo importat adoptionem omnis boni, & exclusionem omnis mali. tertium est, q̄ beati perfectè cognoscunt qualis sit illa beatitudo, an perpetua, an defectura. Ex his trib. formo talem rationem: Illud q̄ maximè amatur si sciatur, q̄ quandoque amittatur maximā tristitiam infert: sed beatitudo inter omnia maximè amatur, ut patet ex primo, ergo cum sciant pro certo quales sint, ut patet ex tertio, si scirent se quandoq. beatitudinem amissuros, impossibile esset eos non tristiari, sed hoc est impossibile euenire beatis, .s. tristitia seu timor, eò q̄ beatitudo importat adeptionem omnis boni, & exclusionē omnis mali, ergo beati a uisione Dei nunquā separabūtur. Tertiò hoc idē probo ratione indeclinabilitatis sic, Omne quod ad suum naturaliter inclinatur nō potest ab eo nisi per alicuius superioris uolentiam remoueri, ut patet de graui cum proijcitur sursum: sed omnis creatura intellectualis desiderio naturali tēdit ad istum finem, .s. ut Deum per essentiam uideat. Ita dicitur sub figura tertiò li. Re. 10. quod uniuersa terra desiderabat videre faciē Salomonis, unde hac uisione, .s. Dei creatura intellectualis priuari nō potest, nisi per uolentiam alicuius superioris, sed Deo a quo est omnis beatitudo nulla uirtus pōt esse superior, immo omnem uirtutem excedit in infinitum, ergo Dei uisio amitti nō potest, unde Can. 3. Tenui eum nec dimittam. Quartò hoc idem probo ratione immutabilitatis sic, Si aliqua Deo prius fuerunt cōiuncta, & postmodum separantur, oportet q̄ hoc accidat per mutationē alicuius eorū, intellectus autē creatus uidet Deum per hoc q̄ ei quodammodo unitur: si ergo illa uisio desinat, oportet q̄ hoc sit, uel per mutationem diuinæ essentię, uel per muta-

tionem intellectus beati uidentis ipsam: sed utrunq. est impossibile, q̄ patet. primò enim diuina essentia est immutabilis: secundo intellectus beati cū Dei essentiam & substantiā uidet eleuatur supra tempus, ergo & supra omnem mutationē, & ideo impossibile est, q̄ aliquis beatus decidat ab illa fælicitate qua Dei substantiā uidet. Quinto hoc idē probo ratione propinquitatis sic, Quanto aliud est propinquius Deo, qui est omnino immobilis, tanto est minus mutabile, & magis perseverans, sicut per exemplum patet in corporibus. Nam quedam corpora, .s. cælestia, quia sunt propinqua Deo, in perpetuum durant. Alia uero corpora propter distare longè a Deo in perpetuum durare non possunt. nulla autē creatura intimius potest Deo appropinquare, quā creatura intellectualis, uel rationalis, q̄ Dei substantiam uidet, ita q̄ Deo immediatè per intellectum, & affectū coniungitur cognoscendo, & diligendo perfectè. ergo Dei uisio a beato remoueri, uel auferri non potest. unde in psal. Nō cōmouebitur in æternū, qui habitat in Hierusalem. Sexto hoc idē probo ratione fælicitatis sic. Beatitudo perfecta in Dei uisione cōsistit, unde sicut se habet in uisione corporali, ita in uisione intellectuali. In uisione autem corporali, .s. quod aliquis nō uideat quod prius uidebat, potest esse propter quattuor causas. Prima est, si potentia uidendi sibi deficit sicut cū moritur, uel excecatur, uel aliter impeditur. Secunda est, cum obiectum uisibile, scilicet color, uel coloratum se subtrahit. Tertia est cum diaphanum per quod coloratum defertur ad uisum obumbratur. Quarta causa est, cum uoluntas a uidendo subtrahitur, puta cum aliquis non uult amplius uidere quod prius uidebat. Propter istas autē quattuor causas nō potest esse, q̄ aliquis in patria uidens diuinam essentiam desinat uidere eam. Primò per hoc q̄ intellectus beati nunquā corrumpitur & sic nunquam desinit esse: unde Aug. in libr. de diff. animæ sic ait: Anima est substantia increata: inuisibilis, incorporea, immortalis Deo similis, imaginem habens sui creatoris. Secūdo uisio diuinę essentię nunquam deficit, uel amittitur a beatis ex parte obiecti, scilicet Dei, eo q̄

Deus

Propinquitatis

Itē fælicitatis.

Indeclinabilitas.

Immutabilitatis.

Deus nū
quā elō-
gatur à
nobis.

Deus nunquam se subtrahit à beato. Cuius ratio est triplex. Prima est, quia cum Deus sit omnino immobilis, semper eodē modo se habet. Secunda est, quia Deus nunquā elongatur à nobis, nisi inquārum nos elongamur ab ipso. Tertia est, quia cum subtractio beatitudinis sit quēdā pēna, immo maxima, nunquam potest talis subtractio fieri à iusto iudice nisi mediāte culpa quæ nō potest esse in eo, q̄ essentiam Dei videt: ergo &c. Terriō visio diuinæ essentiae nunquā amittitur à beatis ex parte medij, scilicet luminis glorię, sub quo beatus Dei essentiam videt. Cuius ratio est, quia lumen glorię tā ex parte dātis quā etiam ex parte recipientis est incorruptibile, eō q̄ secundum dantis, & recipientis conditionē infundatur, & recipiatur: vnde Sapientię. 7. Inextinguibile est lumen eius: & Eccl. 24. Ego feci in cœlis vt oriretur lumē indeficiens. i. lumē glorię in beatis. Quartō visio diuinæ essentiae nunquam amittitur à beatis ex parte voluntatis: eō q̄ voluntas beati à visione diuinæ essentiae nunquā potest discedere, scilicet, q̄ nolit videre Deum, non enim potest beato deesse voluntas fruendi visione Dei, ex quo percipit in illa visione esse suā vltimā fælicitatē, sicut nō p̄t velle nō esse fælix. Cuius ratio est, quia impossibile est, q̄ aliquis à bono quod habet, & fruitur, velit discedere nisi propter quattuor causas: prima est, quia voluntas illud quod habet reputat malū: secunda est, quia illud licet reputet bonum, tamen reputat imperfectum: tertia est, quia illud reputat maioris boni impeditiuū: quarta est, quia illud bonum habet in se annexum fastidium. Ex istis autem quattuor causis manifestē ostēditur impossibile esse, q̄ voluntas videntis Deum à visione Dei velit discedere. Prima ratio est, quia voluntas sicut nihil respuit, vel refugit nisi sub ratione malī, ita nihil appetit nisi sub ratione boni. Appetit autem voluntas fruitionem Dei, ergo in fruitione Dei non potest esse aliquod bonum: secūda ratio quare voluntas respuit bonum, quod habet est, q̄ illud bonū est insufficiens, & imperfectum: & hoc modo voluntas non potest non velle videre Deū, cum visio Dei sit optimum, & perfectissimum bonū ad quod creatura intellectua

lis peruenire potest, vnde Aug. in sermo. super Ioh. loquens de perfectione diuina sic dicit: Deus tibi totum est: ipse enim omnia est in omnibus: tertia ratio quare voluntas non vult, sed respuit bonū quod habet est, quia illud bonū est maioris boni impeditiuum, & hoc modo voluntas beati non potest non velle videre Deum, eō q̄ Deus nullius boni est impeditiuus, immo à Deo est omne bonum, & sine Deo nullum: vnde Aug. in soliloquijs: Deus est vera, & summa vita, in quo, & à quo, & per quem beata sunt omnia, quę sunt beata: Deus est à quo auerti cadere, in quem conuerti surgere, in quo manere consistere, à quo exire mori, in quem redire reuiuiscere, in quo habitare est viuere. Quarta ratio quare voluntas non vult bonum quod habet est, quia illud bonum habet annexum fastidium: & hoc modo voluntas beati non potest non velle hoc bonum quod est videre Deum, eō q̄ diuina essentia intellectū beati nunquā fastidit: sed semper summē delectat: quod probo duplici ratione. Primō ratione perfectionis sic: Illud quo intellectus beati non corrumpitur, non alteratur, sed perficitur semper delectat: sed essentia Dei est qua intellectus beati perficitur, ergo essentia diuina intellectum beati videntis eam nunquam fastidit, sed semper delectat. Secundō hoc idem probo ratione admirationis sic: Illud q̄ semper cum admiratione videtur nunquā fastidit, sed semper delectat: sed diuina essentia semper cum admiratione uidetur, cū nullus intellectus creatus eam comprehendat: & ideo diuina essentia intellectū beati semper delectat, & nunquam fastidit: & ideo voluntas beati nunquam potest hoc velle, q̄ intellectus uisione Dei priuetur: unde in psal. Beati qui habitant in domo tua in sæcula sæculorum laudabunt te. Et propter hoc excluditur duplex error. Primus est platoniorum, qui dicebant animas separatas à corpore finita illa fælicitate iterū ad corpora redire, & miserijs huius uitę inuolui. Secundus est origenis, qui amplius errauit dicens animas, & Angelos post beatitudinem iterum ad miserijs posse deuenire. Hæc B. Tho. contra gentiles lib. 3. ca. 50. per totum.

Contra
errorē
Platonis
& orige-
nis.

CAP. IX.

BEATVS Augustinus cū causa in firmitatis esset in aquis balneis loquens de vita beata sic ait: Erant autem mecum in primis nostra mater, cuius merito credo, q̄ uiuo: Nauigius Frater meus: Lacidianus, & Rusticus consobrini mei, quamuis non grammatici: Trigetius, & Licentius ciues, & discipuli mei. Erat etiam nobiscum etate omniū minimus, sed ingenio magnus filius meus Adeodatus. Quibus attentis de vita beata loqui cēpi sic dicens: Beatos nos esse volumus inquam. Vix hoc effuderam, occurrunt omnes consentientes. Aug. ad eos ait: Videtur vobis beatus esse, qui quod vult nō habet? Respondentes omnes negauerunt. August. Quis igitur est beatus? Respondent omnes. Beatus est, qui quod vult habet. Responsio matris: Si bona inquit velit, & habet beatus est: si autem mala velit, quamuis habeat miser est. Placuit omnibus responsio matris. Trigetius Discipulus Augustini sic ait: Sunt multi fortunati, qui multa possident in hac vita nec quicquam illis eorum, quæ volunt desit, quid de istis, sunt ne beati? August. ad Trigetium. Qui timet videtur tibi beatus esse? Trigetius: Non videtur, inquit: Augustinus ad eum: Ergo quod amat quisq; si amittere potest, potest ne nō timere? Trigetius. Non potest inquit. Augustinus ad eum: Amitti ne possunt illa fortuita? possunt. nō igitur hæc, qui amat, & possidet potest vllō modo beatus esse. Trigetius: Nihil inquit repugnat. Mater. Etiam & si securus est inquit ea omnia amissurum non esse, cū talibus satiari non poterit. ergo, & eo miser quo semper est egens. Augustinus ad matrem: His omnibus rebus abundans atq. circumfluens si cupiendi modū sibi statuatur, eisq; contentus decenter iocūdeq; perfruatur, nonne tibi videtur beatus? Mater ad Augustinum: Optimē inquam, nec aliud debuit responderi. Augustinus ad matrem: Non ergo rebus illis, sed animi sui moderatione beatus est. Augustinus: Beatus igitur est, qui illud bonum habet quod semper manet nec vlla sæuiente fortuna eripi potest. Trigetius, & August. Hoc

iam dudum concessimus. Augustin. ad Trigetium: Deus inquam vobis æternus, & semper manens videtur? Trigetius ad Augustinum: Hoc iam certum est, vt interrogatione non egeat. Augustinus ad Trigetium Deum igitur, qui habet beatus est. Quod verbum cum omnes libentissimē acciperent, dixit Augustin. Quis vobis videtur hic, scilicet, qui habet Deum? Licentius alius Discipulus ait ad Augustin. Deum habet, qui bene viuit. Trigetius ad Augustin. ait: Deum habet, qui facit, quæ Deus vult. In cuius sententia Lacidianus consensit. Puer Adeodatus ait ad Augustinum: Deum habet, qui spiritum immundum non habet. Mater verò omnia, sed hoc maximē approbavit. Nauigius Frater Augustini interrogatus ab Augustin. Respondit vltimum sibi placere. Rusticus consobrinus Augustini de tanta sententia Trigetio consensit. Augustin. Quid sit Deum habere, tres sunt datæ sententiæ, quidam dixerunt illum Deum habere, qui ea facit, quæ Deus vult, quidam quòd Deum habet qui bene viuit, quidam verò alij quòd Deum habet, qui immundum spiritum non habet, vel in quibus non est spiritus immundus: sed fortasse omnes diuersis verbis vnum idemq̄ sensistis: nam duo prima sunt eadem: nō enim est aliud bene viuere quam ea facere, quæ Deo placet. Tertium, scilicet, quòd Deum habet, qui immundum spiritum non habet, considerandum, quòd spiritus immundus duobus modis solet appellari, vel qui extrinsecus animam inuadit sensusque conturbat, & quendam hominibus infert furorem, vel spiritus immundus est anima immunda vitij, & erroribus inquinata. August. ad Adeodatum: Quæro à te puer quis tibi immūdum spiritum videatur habere. Adeodatus ad Augustinum: Is immundum spiritum habet nō qui demonem habet à quo vexari homines solent, sed qui non castē viuit, ergo qui castē viuit spiritum immundū non habet. August. ad Adeodatū: Castū quem vocastem qui nihil peccat an cū tantum qui ab illicito tantum concubitu sese abstinens cæteris peccatis nō desinit inquinari. Adeodatus ad Aug. Ille inquit est

Quid sit
Deū ha-
bere.

est uere castus qui Deū attendit, & apud ipsum solum se tenet. Aug. cōsensit pueri uerbis, & dixit, Ergo ut quis sit beatus necesse est, ut bene uiuat, & q̄ bene uiuit necessariò est beatus. Responderunt oēs q̄ sic. Hac q̄stione soluta Aug. q̄rit tres q̄stiones ab eis. Prima est, an Deus uelit ut hō Deum quærat? Responderunt omnes q̄ sic. Secunda quæstio est, an ille q̄ Deū quærit possit dici male uiuere? Responderunt omnes q̄ nullo mō. Tertia quæstio est, an spiritus immūds Deū q̄rere possit? Negauerūt omnes excepto Nauigio fratre Augustini, qui postea socijs acq̄euit. Aug. arguit contra eos dicens. Si igitur qui Deū quærit id facit, quod Deus vult, & benè uiuit, & spiritum immundū non habet, qui autem quærit Deū nō habet Deum: nō ergo qui bene uiuit, at qui facit; quod Deus vult, aut qui spiritum immundum non habet credēdus ē Deū habere. Ex hac Augustini argumentatione cum omnes suis concessionibus se deceptos conspicerent: Mater postulauit ab Aug. ut quod dixerat explicaret. Augusti. respondit. Mihi uidetur, inquit, omnem hominem Deum habere, sed qui bene uiuit habet Deum propitium: qui uerò male uiuit habet Deum infestum, uel iratū, si quidem omnis homo habet Deū, nec tamen omnis homo beatus est: adde ergo eū beatum esse, qui habet Deum propitium. Nauigius ad Aug. Si oīs qui q̄rit Deum beatus est, omnis autem quærens nōdum habet quod vult: ergo beatus est homo qui quod vult nō habet. Trigētius matri Augustini quærenti sic dicit: Ego inquit Trigētius non continuò concedo Deum aduersari cui nō sit propitius, sed esse aliquod medium. Cui mater: Istum hominem cui nec ppitius est Deus, nec infestus, nec iratus quomodo Deū habere concedis? Ad quem mater: Aliud est Deum habere, aliud est sine Deo nō esse. Quod ergo ait mater melius ē, utrū habere Deum, an nō esse sine Deo. Trigētius respōdit matri: Qui benè uiuit hēt Deū sed propitium, qui uerò male habet Deū: sed aduersum: qui autem adhuc quærit nondum inuenit, nec propitium, nec aduersum habet Deū, sed nō est sine Deo. Arguit Aug. cōtra eos sic: Illi uidet Deus esse propitius cui fauet. Concedunt. Aug.

Fauet Deus quærenti se? Concedūt Aug. Ergo quærens Deum habet Deum ppitium, & omnis qui habet Deū propitiū beatus est: & subdit: Iam uerò quisquis uitij ac peccatis a Deo se alienat beatus nō est. Placuit omnib. Aug. ēt arguit mouendo aliam quæstionem sic: Quisq; beatus est, miser, non est: ergo omnis, qui miser est, beatus non est: Mater uidete inquit: an omnis miser sit egens, & omnis egēs miser? Augustinus: Si uerba matris sint uera, & egestas est miseria, & ē conuersa: beatus qui miser non est: ergo beatus est qui egestate caret. Cui Licentius: Nihil uerius: nihil diuinius dici potuit: nā maior & miserabilior egestas nulla est quā egere sapientia, & qui sapientia nō eget nulla omnino re pōt egere: ergo egestas animi est stultitia cōtraria sapientiæ, ut mors uitæ, & beata vita miseriæ, unde sicut oīs nō mortuus uiuit, & oīs non stultus est sapiens, ita oīs non beatus est miser. unde sicut omnis miser stultus est, ita omnis, qui eget stultus est: & omnis qui eget miser est: Aug. Sicut omnia concessi stis: ita credo etiam uos cōcedere animū stultum uitiosum esse, omniaq. animi uitia uno stultitiæ nomine includi: ergo si beatus est, qui non egens, uel miser, hoc aut est sapientem esse: hæc aut sapientia nihil aliud est, quam modus animi quo animus, neq; excurrit in nimium, neque infra quod rectum est coartatur: & ideo sapiens nil egestatis, uel miserię pertimescit: habet igitur sapiens modum suum. s. sapientiam quisq. beatus est: hæc autem sapientia est Dei filius, qui est idem, q̄ beatus: unde qui ad sapiētiā peruenierit catus est: hoc est Deū habere, Deo frui.

De Bello.

S U M M A R I V M.

- 1 Quòd ad bellum iustum requiruntur tria secundum B. Tho.
- 2 Quòd bellum potest fieri sine omni peccato, & quomodo.
- 3 Quòd bellare est licitum Laicis, & non Clericis, & quare:
- 4 De bello 4. documenta utilia.

5 *Quomodo insidia in bello sint licita, quomodo non.*

6 *Virum bellum in festo sit licitum vel illicitum, uel necessarium.*

CAP. I.

Bellum Ad hoc, qd bellum sit iustum requiruntur tria. scilicet iurisdictio indicētis: offensio patientis, intentio finis conuenientis. Primò enim ad iustum bellum requiritur iurisdictio indicētis: non enim pertinet ad priuatā personam mouere bellum. Cuius ratio est, quia priuata persona non potest ius suum psequi sine iudicio sui superioris, & ideo requiritur ad iustū bellum iurisdictio indicētis scilicet principis: quod tripliciter probo.

an ad iustū bellū requiritur iurisdictio.
Primò ratione sic: Illi licet mouere bellum cui reipublicæ auctoritas est commissa: sed publica auctoritas principibus est commissa: ergo ad iustum bellum requiritur auctoritas principis. Secundò hoc idem probo auctoritate psal. nam in liberando a malo eum, qui iniuste patitur principib. in psal. dicitur: Eripite pauperē & egenū de manu peccatoris liberare. Tertiò hoc idē probo auctoritate Augustini: nam in promouendo commune bonum Aug. contra Faustum manicheum sic dicit: Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiēdi belli auctoritas atq. consilium penes princeps sit.

Offensio patientis.
Secundò ad iustum bellum requiritur offensio patientis, oportet enim, qd sit iusta causa in personas contra quas mouetur bellum, scilicet, ut illi, qui impugnantur impugnationem mereantur: unde August. in lib. 83. q. dicit: Iusta bella solent diffiniri, quæ ulciscuntur iniurias si gēs, vel ciuitas plectenda est, quæ uel uindicare neglexerit quod a suis improbē factū est, vel reddere quod per iniuriam ablatū est. Et iterum Augusti. super psal. Duo ista nomina cum dicimus, homo peccator, utique nō frustra dicuntur, quia peccator est, corripe, quia homo, miserere, omnino non liberabis hominem nisi psecu-

tus fueris peccatorem. Et iterum August. ad Bonifacium comitem ita dicit: Est persecutio iniusta quam faciunt impij ecclesie Christi. Ista nanq. beata est quæ persecutionem patitur propter iustitiam, illi verò miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam, proinde ista psequitur diligendo, illi sequendo, ista ut corrigat: illi ut evertant. Tertiò ad iustum bellum requiritur intentio finis conuenientis: potest enim cōtingere etiam si sit auctoritas legitima ex parte indicētis bellum, & causa iusta ex parte patientis, qd propter prauam intentionem, scilicet indicētis, & mouentis bellum, bellum erit iniustum: unde Aug. contra Faustum manicheum sic ait: Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacabilis animus, feritas debellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia. Hæc sunt quæ in bellis iure culpantur, & ideo intentio præcipiētiū bellum & bellantium debet esse recta: intentio autem talium tunc est recta quando intenditur correctio malorū, subleuatio & promotio bonorū, & pax omnium: unde Aug. de diuersis ecclesie obseruationibus in libro de uerbis domini sic ait: Apud veros Dei cultores ipsa bella peccata non sunt. quæ. scilicet non cupiditate ac crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut marli coarceantur, & boni subleuentur. Et iterum Aug. ad Bonifacium comitem sic ait: Esto bellādo pacificus, ut eos quos expugas ad pacis utilitatem uincendo pducas. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur: Matth. 5. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 40. aut. 1. in cor. q. per totum, & Alex. 3. parte sum. q. 65. in cor. q. Secundum autem Ray. Inn. Host. Goffre. quinque exiguntur ad iustum bellū, scilicet auctoritas, persona, res, causa, animus. Primò requiritur auctoritas. scilicet ut fiat auctoritate Ecclesie p̄sertim cū pugnat pro fide, & auctoritate principis cui reipublicæ auctoritas est commissa. Secundò requiritur persona, ut sit secularis licitum est bellare, & sanguinem fundere, non autem ecclesiastica, cui hoc est prohibitum. Tertiò requiritur res, scilicet ut fiat pro rebus reperēdis, vel pro defensione patriæ. Quartò requiritur causa, scilicet propter necessitatem pugnetur, & ut per bellū pax acquiratur. Quintò requiritur

Quinq: exiguntur ad iustū bellum.

ritur animus, ut non fiat propter odium, vel ultionem, uel cupiditatem, sed propter cohortantem iustitiam, & obedientiam, quæ quinque continentur in trib. causis Beati Thomæ. Hæc in summa confessio. lib. 2. titulo 5. rubrica de bellis q. 45. in principio q.

C A P. II.

2. **S**ECUNDO ad maiorem euidentiã capituli præcedentis, & propter solutiones argumentorum circa bellum nota hic quinque. Primum est, qd bellum pōt fieri sine omni peccato: unde Augustinus in sermone de puero cēturionis sic ait: Si Christiana Disciplina omnino bella culparet, hoc potius consilium salutis petentibus in Evangelio daretur, ut abijcerent arma, seq; militiæ omnino subtraherent: dictum est autem eis: Neminem concutiatis: Estote contenti stipendijs uestris, quibus proprium stipendium sufficere præcipit, militare non p̄hibuit. Hæc Beatus Thomas allegat secunda secundæ. q. 40. artic. 1. argumento contra. Non solum autem iustum bellū exercetur sine peccato: sed cum Dei beneplacito, & cum bellantis merito. Ita dicit Augustinus ad Bonificium comitem: Noli existimare neminem placere Deo posse, qui rebus bellicis ministrat. In his enim erat sanctus David: cui dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his etiam illius temporis plurimi iusti, & Iosua. cui dicitur Exod. 17. Egressus pugnavit contra Amalech. In his etiam erat ille centurio, de quo dominus tale testimonium dedit Matth. 8. Non inveni tantam fidem in Israel. Secundum est, qd aliquis bellat duobus modis. Vno modo auctoritate principis, vel iudicis si sit priuata persona, uel ex zelo iustitiæ quasi ex auctoritate Dei si sit persona publica, & talis non ipse accipit gladium, sed ab alio sibi commissio utitur gladio: unde talis non peccat nec pœna ei debetur. Alio modo quis bellat specialiter sine aliqua superioris auctoritate: de quo Augu. contra Faustum exponens illud verbum Matth. 16. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt; sic dicit: Ille non utitur gladio, sed accipit

gladium, qui nulla superiore aut legitima potestate, uel iubente, uel concedente in sanguinem alicuius armatur. Et subdit: Nam utique dominus iusserat, ut ferrum discipuli eius ferrent, sed non iusserat, ut ferirent: ergo qui contra iussum superioris gladio occidit, gladio peribit. Quod uerbum exponitur quinque modis. Primò secundum Remigium sic: Qui gladio utitur, ad occidendum hominem, ipse suæ prius malitiæ moritur gladio, cum iniuste occidat. Secundò exponitur secundum Hierony. sic: Quo ergo gladio perimerit quicumque gladium sumpserit? illo nempe qui igneus uertitur ante paradysum, & gladio spiritus, qui in Dei describitur armatura. Tertiò modo exponitur sic secundum Hilariū: Rectè ad necem eorum gladius exercebatur, qui eodem utebantur ad facinus. Quarto modo etiam secundum Hilariū exponitur sic: Recondi ergo gladium præcipit dominus, ad ostendendum, quòd eos non humano, sed oris sui gladio esset perempturus. Quinto modo exponitur secundum Beatum Thom. qui dicit: quòd ille, qui nulla sibi potestate concessa, gladio utitur, non tamen semper gladio occiditur, quia frequenter alio modo mortis moritur, ut febre, uel accidente alio: sed qui gladio occiderit, ipse suo gladio eternaliter peribit, nisi pœniteat. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ ubi supra artic. primo in solu. primi argument. & in Evangelio continuo beati Matthæi super allegato verbo: Omnes qui acceperint gladium &c. Tertium est, quòd illi qui iusta bella gerunt intendunt pacem bonam, ita dicit Augu. ad Bonifacium comitem: Non quæritur pax, ut bellum exerceatur: sed bellum geritur, ut pax acquiratur: unde tales non contrariantur paci nisi malè, quam dominus non uenit mittere in terram, ut dicit Matth. 10. ibidem in solu. 4. argu.

Quartum est, qd exercitationes ad bella iusta non sunt prohibitæ, scilicet quando fiunt propter experientiam propriæ fortitudinis, & usus armorum, & bellicæ industriæ, ut acquiratur, & habeatur idoneitas bellandi pro fide, & pace ecclesiæ. Si uerò tales exercitationes fiât ad ostē-

Exponitur illud
Qui gladio ferit
gladio perit.

Exercitationes
ad bella iusta nō
sunt p̄hibitæ.

rationem em roboris, & potentiae seu uanae gloriae, uel quae sunt avaritiae, & praecipue cum sunt tempore quo ecclesia non habet pugnare contra haereticos uel paganos, tunc simpliciter sunt illicitae, & prohibita: nam omnes exercitationes inordinatae, & periculosa ex quibus occisiones, & depredationes proueniunt sunt prohibita: nam illi, qui huiusmodi exercitijs. scilicet tyrocinijs intendunt, & insistant temporibus praedictis, primo ab ecclesia excommunicantur, quia nocent saluti publicae, & impediunt bonum ecclesiae. Secundo, quia morientes in huiusmodi tyrocinijs ecclesiastica sepultura priuantur ad terrorem tyrocinantium, ne scilicet sic vires experiant, ut aliquis incurrat mortem, uel mortis periculum, ibidem in fol. 4. arg. Et Alex. 3. parte sum. q. 3. ar. 5. utrum exercitium tyrocinantium sit licitum. Quintum est, quod vir iustus si obedit regi, uel principi sacrilego in bellando non peccat, dum tamen illud quod iubet est licitum, & non est contra Dei praeceptum. Vnde Aug. contra Manicheum sic ait: Vir iustus si sub rege homine sacrilego militet recte potest illo iubente bellare, si vitae pacis ordinem seruans quod sibi iubetur, uel non esse contra Dei praeceptum certum est, vel utrum sit certum non est. unde quauis in principe sacrilego sit affectus cupiditatis, uel affectus dominandi, uel affectus ulciscendi, quae faciunt iniustum bellum, subditus tamen obediens his, quae debet non peccat: unde in praedicto casu iniustum bellum est ex parte imperantis, sed iustum ex parte militis obediens. Ita dicit Aug. contra Manicheos loquens in praedicto casu. Reum facit regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ordo seruendi. Haec Alex. 3. parte sum. ubi supra immediate, ar. 2. per totum.

C A P. III.

TERTIO circa bellum etiam consideranda sunt tria, primo actus cui liceat. Secundo modus qui conueniat: Tercio tempus quo expediat. Primo considerandus est actus cui liceat, nam laicis licitum est bellare, non autem clericis. Primo dico, quod laicis licitum est bellare: quod dupliciter probo. Sauctoritate,

& rationibus. Primo auctoritate canonis Iohannis Papae. 23. q. 8. qui sic ait: Seculare rem militiam exercere, terram defendere, & praelijs tractare, & de armis terrenae potestatis est. Secundo hoc idem probo rationibus. Req. infra Homicidium, c. 5. & 6. per totum. Secundo bellare non licet praelatis, & clericis: quod dupliciter probo. scilicet auctoritatibus, & rationibus. Primo auctoritate domini dicentis cuilibet praelato, uel clerico in persona Petri, Matth. 26. Conuerte gladium tuum in locum suum. Secundo hoc idem probo auctoritate canonis concilij Meldensis. 23. q. 8. qui sic ait: Quicumque ex clero uideatur esse, arma militaria non sumant, quia non possunt simul Deo & seculo militare. Tercio auctoritate Ambr. qui dicit, quod arma Episcoporum sunt lacrymae, & orationes, secundum illud Apost. 2. ad Cor. 10. Arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed spiritualia. Tercio, quod clericis bellare non liceat probo quattuor rationibus. scilicet quia clerici deputantur, contemplantur, obligantur, ordinantur. Prima ratio quare clericis bellare non licet est, quia melioribus deputantur: & formo sic rationem: Illi qui maioribus, & nobilioribus deputantur, prohibentur exercere, uel tractare minora, uel uilia: u. g. Sicut secundum leges humanas milites, qui ad exercitia bellica ordinantur, prohibentur negotiationes, uel mercationes exercere, quia negotiationes repugnant actibus bellicis, quibus milites deputantur, sed praelati, uel clerici deputantur diuinis quibus exercitia bellica maxime repugnant, ut statim patebit, & ideo clericis bellare non licet. Secunda ratio est, quia clerici contemplantur: & formo sic rationem: Officium clericorum est diuinorum contemplationi vacare, & diuinae laudi, & orationi pro populo: sed exercitia bellica propter maximas inquietudines mentis, & corporis quas habent multum impediunt animum a contemplatione diuinorum, & ab actibus supradictis, ergo &c. Tertia ratio quare clericis bellare non licet est quia clerici ad alia obligantur: & formo sic rationem: Illis qui ad maiora sunt obligati non licet minoribus & uilioribus se implicare, sed clerici sunt huiusmodi, ergo &c. unde licet exercere bella iusta sit meritorium, ut patuit supra

pra 1. & 1. c. tamen illicitum redditur clericis propter hoc, q̄ sunt ad opera magis meritoria deputati, vt v. g. Sicut matrimonialis actus potest esse meritorius, & tamen uirginitatem vouentibus damnabilis redditur propter obligationē eorum ad maius, ita est de clericis sicut pater. Quarta ratio quare clericis non licet bellare est, quia clerici ad bonum excellentius ordinantur: & formo sic rationem: Omnes ordines clericorum ordinantur ad ministerium altaris, in quo sub sacramento repræsentatur passio Christi, secundum illud Apostoli 1. ad Corint. 11. Quotiescunq; manducabitis panē hūc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis: sed Christus non sanguinē aliorum, sed proprium sparsit, & ideo nō competit clericis occidere, uel sanguinē fundere, sed magis esse paratos ad sanguinis proprii effusionem pro proximo, vt opere imitentur quod gerunt ministerio, & propter hæc est ab ecclesia institutum, vt effundentes sanguinem etiam sine peccato sint irregulares. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ. q. 40. art. 2. in cor. q. in sol. 4. arg. per totum.

CAP. IIII.

4 **A**D maiorem tamen euentiam eorum, quæ dicta sunt in c. præc. nota hic quattuor. Primum est, q̄ prælati debent resistere non solum lupis idest, hæreticis, qui spiritualiter interficiunt gregem, sed etiam raptoribus, & tyrānis nō armis materialibus in propria persona vtendo eis, sed spiritualibus, secundum illud Apostoli. 2. ad Corint. 10. Arma militiæ nostræ non sūt carnalia, sed spiritualia. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ. q. 40. art. 2. in sol. 1. argu.

Secundū **S**ecundum est, q̄ prælati, & clerici ex auctoritate superioris possunt interesse bellis, non quidem, ut ipsi propria manu pignent, sed ut iustè pugnantibus spiritualiter subueniant suis exhortationibus, & absolutionibus, & spiritualibus subuentionibus, ibidem in solu. 2. arg. unde dicitur. 23. q. 8. q̄ hortatu, & precibus Hadriani Romanæ urbis Episcopi Karolus bellum contra Longobardos suscepit.

Tertiū. **T**ertium est, quod si illi, qui iusto bel-

lo interfunt moriuntur a Deo remunerantur: ita dicitur 23. q. 8. Quod si aliquis pro ueritate fidei, & saluatione patriæ ac defensione Christianorum mortuus fuerit a Deo cœleste præmium consequetur.

Quartum, q̄ dominus aliquando dixit gladium emere, aliquando gladium abscondere, aliquando gladium multiplicare, alia, & alia ratione. Primò enim mandauit gladium emere Lucæ. 20. dicens: Qui non habet gladium uendat tunicam suam, & emat gladium: & hoc fecit ratione defensionis sui ipsius non uisionis, ita dicit Ambr. super illo verbo: Qui ante ferire prohibuit cur emere gladium iuber: nisi fortè, ut sit parata defensio non ultio necessaria: & uidetur potuisse uindicare, sed noluisse.

Secundò Christus mandauit abscondere gladium: Matth. 26. Conuerte gladium tuum in locum suum: quod Christus dixit triplici ratione. Prima rō est ostendendum, q̄ nullus debet impedire Christi passionem: & hæc est Leonis Papæ in sermone de passione sic dicentis super illo verbo Conuerte &c. Contra sacramentū enim erat redemptionis nostræ, vt qui mori pro omnibus uenerat capi noller, ideo ait: Conuerte &c. Secunda rō ppter nostrā eruditionē. s. vt patienter toleremus aduersa, & hanc rationem tangit Rabanus ibidem dicens: Oportuit etiam vt auctor gratiæ fideles suo exemplo doceret, & potius ad sustinendum fortiter aduersa instrueret quam ad uendicandū prouocaret: ideo ait: Conuerte gladium tuum &c. Tertia ratio est, ad ostendendum, q̄ ecclesia non habet gladium materiale. s. sanguinis effusionem. Vbi nota secundum Bern. ad Eugenium Papā, q̄ mouere bellum siue accipere gladium materiale fit tribus modis. s. manu, iussu, nutu. manu a milite, iussu a principe, nutu ab Episcopo, uel sacerdote. Et subdit: Qui materiale gladium tuum negat non satis mihi uidetur attendere uerbum Christi dicentis: Conuerte gladium tuum in uaginam, tuus ergo est ipse: tuo forsitan nutu etsi non manu euaginandus. Tertiò Christus sufficere dixit multiplicare gladiū: Lucæ 22. At illi dixerunt. Domine ecce duo gladij hic: & dixit

Quo ca
su Do-
minus
dixerit
nose me
re debe-
re gla-
dium.

Et quo
abscon-
dere.

dixit Christus eis, sufficit satis est. Quod
Exponi verbū exponit quattuor modis. Primò se-
 tur illud cundū Chry. ad literā sic. Et quidē si hu-
 Luc. 22. mano eos uolebat uti auxilio nec cētum
 sufficit suffecissent gladij: q̄ si uolebat eos uti hu-
 satis est mano subsidio ē et duo superuacui sunt:
 secundo mō exponit secundū Theophi-
 lū sic: Voluit ergo dominus eos repræhē-
 dere quasi non intelligentes, sed dicens,
 satis est, eos dimisit, sicut cū nos aliquē
 alloquentes cum uidemus non intellige-
 re quod dicitur, dicimus benē, Sine ne ip-
 sum molestemus: tertio mō exponit se-
 cundū Ambr. & Hugo. de sancto victore
 sic, Duo gladij sunt lex uetus quæ ferire
 non uetat, & lex spiritualis quæ non feri-
 re præcipit. Vnus gladius. s. legis ueteris
 est corporalis, qui secundum legē peccā-
 tib. penā irrogat. Alter est spiritualis, qui
 secundū Euangeliū culpam hominis fe-
 riens sanat. Et subdit Hugo de sancto vi-
 ctore, Hi sunt duo nummi, quos miseri-
 cors samaritanus pro cura languidis ad-
 hibenda prælatis cōmisit, vnus monetæ
 ueteris, ut addantur legis ueteris medica-
 mina quæ mordent: alius monetæ nouæ
 ut addant medicaminā legis nouæ quæ
 fouent, & mulcent. prima dantur ad pur-
 gandum membra putrida, secunda ad
 confirmandum membra debilia. Quar-
 to modo exponitur secundum Bern. ad
 Eugenium Papam sic, Vterque ergo gla-
 dius Ecclesiæ est: scilicet materialis, &
 spiritualis: & propter hoc dicitur, Ecce
 duo gladij hic: sed his quidem pro eccle-
 sia, ille uerò ab ecclesia exercendus, ille
 sacerdotis, hoc militiæ manu: sed sanē ad
 nutum sacerdotis, & iussu Imperatoris.
 Hæc Beat. Thom. in Euangelij continuis
 super dicta auctoritate. Et Alex. 3.
 parte summa. q. 31. de persona bellantis,
 artic. 5. utrum Episcopi, & ecclesiasticæ
 personæ possint bella agere.

CAP. V.

5.

Duplici **S**ECUNDO principaliter circa bel-
 lum considerandus est modus qui
 conueniat. s. an in bellis sit licitum uti in
 fidijs, uel non. Vbi nota, q̄ infidiæ ordi-
 nantur in bellis ad fallendum hostes.
 Dupliciter autem aliquis potest fallere.
 Vno modo falsum dicendo, uel promif-

sum non seruando: & hoc semper est illi-
 citum propter tres causas. s. propter frau-
 dem, & propter uoluntatē inordinatā, &
 propter iustitiæ contrarietate. Prima rō
 est propter fraudem sic, Fraus semper est
 peccatum, sed talia. s. falsum dicere, &
 p̄missum nō seruare in bello sunt fraudes,
 eò q̄ sunt mendacia: ergo &c. Secūda rō
 est propter inordinatā uolūtate sic, Illud
 quod uoluntati ordinatæ repugnat est
 illicitū, uel peccatū: sed tales fraudes in
 bello ordinatæ uoluntati repugnant: qd̄
 patet, quia cum nullus uelit sibi infidias,
 vel fraudes parari, nullus dēt in bello in-
 fidiōse agere, & alium fraudare dicendo
 falsum, & non seruando promissū. Ter-
 tia rō est propter infidelitatem sic: Illud
 quod fidelitati repugnat semper est pec-
 catū, & illicitum: sed facere tales fraudes
 in bello. s. falsum dicere, & promissum
 alteri parti nō seruare, repugnat fidelita-
 ti: cum. n. ad oēs homines fidem debea-
 mus habere, nulli homini mētiendum.

Alio modo potest aliquis falsum dice-
 re sine dicto: putā non dicendo falsum,
 vel non seruando promissum: sed non
 apperiendo, uel manifestando propo-
 situm aut intentum: & talis occultatio in
 bellis iustis licitè potest fieri: unde uti in
 bellis iustis talibus infidijs, scilicet non
 manifestando alteri parti intentum est
 licitum: hoc autem quadrupliciter pro-
 bo: primò ratione: Sicut enim in sacra-
 doctrina multa sunt infidelibus occultā-
 da ne irrideant ea, ut dicitur Matth. 7.
 Nolite sanctum dare canibus: ita multo
 magis ea quæ ad impugnandum inimi-
 cos paramus, sunt eis occultanda: secun-
 dō hoc idem probo utili eruditione, quia
 inter cetera documenta rei militaris hoc
 præcipue ponitur de consilijs occultan-
 dis, ne ad hostes perueniant: tertio hoc
 idem probo auctoritate: nam Aug. in lib.
 q. sic ait: Cum iustum bellum suscipitur,
 utrum apertè pugnet aliquis, an ex infi-
 dijs nihil ad iustitiam interest: quarto
 hoc idem probat Aug. ex iniunctione do-
 mini: nam dominus mandauit Iosue, ut
 infidias poneret habitatoribus ciuitatis
 Hai, ut habetur Iosue 8. Hæc Beat. Tho.
 secunda secundæ quæst. 40. artic. 3. per
 totum.

CAP. VI.

Tertio principaliter circa bellum cōsiderandum est tempus quo fieri licet, an scilicet in diebus festiuis licitū sit bellare, an non. Ad cuius euidētiā dico hic tria. Primum est, q̄ nulla existēte necessitate bellandi in diebus festiuis bellare non licet. Secundum est, quod existēte necessitate bellare est licitum. Tertium est, quod imminente necessitate bellandi non est licitum abstinere a bello. Primò dico, quod nulla imminente, vel existente necessitate bellandi non est licitum in dieb festiuis bellare, quod quadrupliciter probō: primò quia omne opus seruile repugnat p̄cepto diuino, de quo dicitur: Omne opus seruile non facietis in eo: secundò quia die Sabbati oportet uacare quieti contemplationis diuinæ: vnde & Sabbatum quies interpretatur: sed bella propter eam maximam inquietudinem quam habent maximè perturbant quietem mentis, ergo &c. tertio hoc idem probō ratione sic: Maius est bellū agere, quam debitum repetere, sed hoc non licet in die sabbati: immo reprehēduntur quidā, qui in dieb. ieiunij repetebant debita, ut dicitur Isa. 58. ergo non licet in diebus festiuis bellare. Quartò probō hoc idem auctoritate canonis: nā canon Nicolai. 23. quæst. 7. dicit ad consulta bulgariorum. Si nulla urget necessitas non solum quadragesimali tempore, sed etiam omni tempore, est a p̄lijs abstinendum.

Secundò dico, qđ imminēte, & poscēte necessitate etiam in dieb. festiuis licitum est bellare: quod tripliciter probō. Primò auctoritate domini: Nā dominus ostendit, qđ necessitas facit licitum: quod aliās non esset licitum, & sine peccato soluit sabbatum in casu necessitatis, ut dixit Matth. 12. Nonne legistis quid fecit Dauid? esu iijt: & panes propositionis comedit quos nō licebat ei comedere. Et subdit Quis ex uobis habens ouem, & si ceciderit in foueam nonne leuabit eam? quantò magis homo est melior oue. Itaque licet sabbatis benefacere. Secundò hoc idem probō per locum a minori sic: Licitum est in die festo facere minus bo-

num. sc. curare hominē, iuxta illud Ioh. 7. Mihi indignemini quia totum hominem sanum feci in sabbato, ergo magis est licitum in die festo facere maius. sc. bellare. Quòd autem maius bonum sit bellare quam curare sic probō. Magis est cōseruanda salus reipublicæ, quam salus corporalis unius hominis. sed pro salute unius hominis homines possunt operari in die festo: ergo pro tuitione uel defensione reipublicæ licitum est iuxta bella exercere in dieb. festiuis. Tertio hoc idē probō auctoritate primi machabeorum. 2. ubi dicitur, quod postquam interfecti erant illi uiri qui habebant conscientiam pugnandi in diebus sabbatorum, salubriori consilio cogitauerunt qui remāserunt dicentes: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri, & non pugnauerimus pro animabus nostris, & iustificationibus, disperdes nos de terra, & idē cogitauerunt laudabiliter dicentes: Omnis homo quicunq. uenerit ad nos in bello in die Sabbatorum pugnemus aduersus eū. Quartò hoc idem p̄bo canone Nicolai: nam canone. 23. q. 8. sic dicit ad consulta bulgariorum. Si autem ineuitabilis urget importunitas, nec quadragesimali tempore pro defensione tam sua quam patriæ seu legum paternarum, bellarum est proculdubio p̄parationi parcendum.

Tertio dico, quēd imminente necessitate bellandi non est licitū abstinere a bello: unde qui in casu necessitatis abstineret a bello peccaret, quia hoc esset tentare deum. Ita subdit Nicolaus in canone supradicto: Ne uidelicet Deum tentare uideatur homo, si habet quid faciat, & suæ ac aliorum saluti consulere non p̄curat, & sanctæ religionis detrimēta nō p̄cauet. Hæc B. Tho. secunda secundæ

quæst. 40. articu. 4. argumen. contra,

& in cor. quæst. per totum &

Alexander. 3. part. sum.

quæst. 31. articu. 6.

utrum omni tē

pore pos-

sita-

gi belli, an in diebus festiuis licitum sit bel-

lare an non.

De Benefactore.

S V M M A R I U M.

1. *Quod benefactor magis diligit beneficiatū quā ē conuerso quare.*
2. *Quod amor benefactoris ad beneficiatum est maior quam ē conuerso & quare.*

C A P. I.

1. **B**enefactor. Nota q̄ benefactor magis diligit beneficiatū quā ē conuerso: hoc autem probo quattuor rationibus: prima est ex dilectione naturali, secunda ex inspectione maioris boni, tertia ex operatione nobiliori, quarta ex difficultate maiori. Primò enim benefactor magis diligit bñficiatum quam ē conuerso ratione naturalis dilectionis sic: Illud quod est naturale, & per se, uel ex se est potius, seu maius eo quod non est naturale sed accidētale, nec a se, sed ab alio: sed benefactor naturaliter diligit beneficiatum non p̄tuoatus ab eo: sed motus ex seipso: beneficiatus autem diligit benefactorem quasi per accidens. s. per beneficium prouocatus ab eo, ergo &c. probo. Et probo hoc p̄ simile, q̄a sicut artifex plus diligit opus proprium, quam diligatur ab ipso etiam si esset proprium opus animatum, sicut ad sensum uidemus in poetis, qui maxime diligunt sua poemata, ita etiam benefactor plus diligit beneficiatum, quam ē conuerso, quasi beneficiatus sit quoddā opus benefactoris: unde consuevit dici de aliquo bñficiato: Ista est factura illius.

Sed fortè argues contra sic: Sicut se habet artifex ad artificiatum, uel faciens ad factum, ita benefactor ad beneficiatum, sed nullum faciens est idem quod opus factum ab ipso: unde cum opus artificis sit factum ab ipso, uidetur falsum dicere, quod artifex sit opus suum, & q̄ benefactor sit idem, q̄ opus suum. s. beneficiatus. Respondeo, & dico, q̄ artifex non est materialiter opus suum, neq; faciens est materialiter factum suum, sed formaliter in quantum forma operis est in ani-

ma artificis. Similiter benefactor nō est beneficiatus materialiter sed formaliter in quantum ipse beneficiatus in mente benefactoris, uel ipsum beneficiū, quod ipsi beneficiato impenditur, subsunt operationi uirtutis propriæ, quæ in benefactore relucet.

Secundò benefactor magis diligit bñficiatum, quā ē cōuerso, ratione cognitionis boni maioris sic: Sicut inspectio: uel cognitio boni est cā dilectionis: ita cognitio maioris boni est causa maioris dilectionis, sed benefactor inspicit, uel cognoscit in beneficiato maius bonum. s. bonum honestū, beneficiatus autem inspicit in benefactore bonum utile: ergo cum magis sit diligibile bonum honestum, quam bonum utile, benefactor diligit beneficiatum, quam ē conuerso. Sed fortè argues, & dices, q̄ sicut benefactor scit, & cognoscit beneficium quod facit, ita etiam regiam recipiens: ergo cognitio boni non est causa, quare faciens beneficium magis diligit recipientem, quā ē conuerso. Respondeo & dico, q̄ quāuis recipiens sciat substantiam beneficij sibi dati, sicut etiam dans, tamen nescit quantum fuit de effectu, & necessitate dantis, sicut scit dans, & ideò non tm diligit recipientem beneficium quantum diligit dās.

Tertiò benefactor magis diligit beneficiatum, quā ē conuerso ratione operationis nobilioris sic: Operatio quātò est nobilior, tātò magis est diligibilis, sicut nobilius est agere, quam pati: sed amare, & benefacere sunt actiones diligentis, & beneficientis, amari autem, & bene pati sunt passionēs dilecti, & beneficiati: ergo amare, & benefacere magis insunt illi q̄ in agendo abundat sicut benefactori. Vbi nota duo. Primum est, q̄ sicut lucere est actus lucis, ita bñfacere est actus uirtutis, unde sicut potentia perficitur p̄ habitum, uel uirtutem, ita habitus, seu uirtus p̄ operationē. Secūdū est, q̄ operatio quæ præcedit habitum, uel uirtutē est imperfecta, sed operatio quæ procedit ab habitu, uel uirtute, & demonstrat eam est intensior, & perfectior, & delectabilior.

Quartò benefactor magis diligit beneficiatū, quā ē conuerso ratione actionis difficilioris, & formo sic rationē, Illa quæ fiunt sine labore nō tantum diliguntur si-

Secūda.

Tertia.

De beneficiis duo documenta.

cur illa quæ fiunt cū labore: quod duplici exemplo probo: primo exemplo diuitum, quia illi qui possident pecunias ex proprio labore magis amant, & custodiunt illas, quam illi qui acceptum eas ex successione.

Secundo probo hoc idem exemplo matrum: unde matres plus diligunt filios, quam patres, quia plus laborauerunt in portatione, & parturitione eorum. A simili cū bene pati sit in laboriosum, uel facile, & benefacere non dico quod sit laboriosum, eo quod virtus tollit laborem, sed est operosum. i. difficile, & multo opere indigens, ideo benefactor magis diligit beneficiatum, in quo magis laborat benefaciendo ei quam econuerso.

Oppositio. Sed forte argues contra sic: Non est idē causa amoris, & causa fugæ: sed labor est causa fugæ: ergo maior labor nō est causa maioris amoris, sed minoris. Respondeo & dico, quod labor præsens, vel expectatus in futuro est causa fugæ, alicuius boni operis, & minoris amoris: sed quando iam terminatus est labor consecutionem boni magis delectabilem. Et addit ad maiorem dilectionem, & delectationem duplici ratione. Prima est, inquantū considerat, quod ubi plus laborauit, ibi posuit plus de suo. Secunda est, inquantum considerat, quod ibi plus laborauit, sequitur terminatio maioris mali. scilicet maioris laboris, quod accipitur ut bonum quoddam. scilicet carere labore ut malo. Sed fortē argues, quod beneficiatus non diligit benefactorem eo quod in eo non uideat aliquod bonum suum sic: Principium fugæ semper est aliquod malum, sed beneficiatus semper fugit benefactorem, ergo fugit in ipsa aliquod malū, & sic non diligit ipsum. Respondeo, & dico, quod beneficiatus non fugit benefactorem ut malum, neque in benefactore fugit malum obligationis reddendi, sed fugit eum propter minorationem suam, quia beneficiatus comparatus benefactori semper minor inuenitur eo, secundum quod dicitur actuum 20. Beatius est magis dare, quam accipere, & inde est quod communiter dicitur, quod si aliquis liberet aliquem de morte maxime turpi, quod semper fugit, & abhorret eum propter maximam sui minorationē ad illum. Hæc b. Tho. secunda secundæ

q. 26. art. 12. in cor. q. per totum. Et Albe. de Alemania in scri. Eth. quod recollegit B. Tho. actu audiens ab eo libro nono.

CAP. II.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorum nota hic quattuor. Primum est, quod amor benefactoris ad beneficiatum est magis spontaneus, & liberalis, quam econuerso, & ideo amor benefactoris ad beneficiatum est maior, quam econuerso. Cuius ratio est, quia benefactor diligit beneficiatum non prouocatus ab eo, sed notus a seipso: sed beneficiatus diligit benefactorem prouocatus ab eo, & ideo non tantum diligit, eo quod illud quod est ex se, potius est, uel maius eo quod per aliud. Secundum est, quod amor beneficiati ad benefactorem est magis debitus, quam econuerso, eo quod beneficiatus benefactorem diligit, ut prouocatus ab eo: & ideo si beneficiatus benefactorem non diligit plus peccat, quam econuerso: unde Aug. in lib. de catechizandis rudibus sic ait: Nulla est maior prouocatio ad amandum, quam præuenire amando, nimis enim durus est animus, qui dilectionem etsi non vult impendere nolit rependere. Hæc b. Thom. secunda secundæ q. 26. artic. 12. in solut. 1. argum. Tertium est, quod non semper oportet, quod quoslibet beneficiatos plus diligamus, quibuslibet benefactoribus, sed secundū beneficia, quæ recepimus: nam benefactores a quibus maxima beneficia recepimus. scilicet Deum, & parentes præferimus his quibus aliqua beneficia minora impendimus: unde inter omnia diligenda maxime diligendus est Deus, & post Deū pater, ut Hiero. dicit, eo quod ab eis maxima recipimus beneficia, ibidem in sol. 3. arg. Quartum est, quod beneficiatus debet recompensare, & retribuere suo benefactori beneficium, uel excedens, uel æquiualens, uel sufficiens: primo enim in cōpensatio fieri beneficiatus debet recompensare benefactori debet suo non solum æquale beneficium ei, beneficio quod recepit, sed excedens, & maius, puta quantum fuit adiutus: nam tantum fuit pro-

be-

beneficium benefactoris, quantum recipiens fuit ex eo adiutus, & ideo debet recipiens beneficium reddere quantum ex collato beneficio ei acceperit de adiutorio, & si plus faciet melius facit. Si autem benefactor beneficium confert non propter utilitatem, sed solum propter virtutem, bonitatem, uel charitatem, debet recipiens beneficium recompensare secundum uoluntatem eius qui beneficium contulit, etiam si paruum aut nullum auxilium est ex beneficio consecutus. Hec b. Th. in scri. super lib. Ethic. ca. 13. in fine secundo beneficiatus debet recompensare suo benefactori beneficium æquale ei quod accipit. Cuius ratio est, quia iustitiæ æquitas hoc requirit ut illud beneficium quod retribuitur tanquam debitum in eadem quantitate uel qualitate restituatur & propter hoc oritur diffensio inter quosdam benefactores, qui conqueruntur dicentes, quod non tantum receperunt quantum fecerunt, non receperunt beneficium quale fecerunt: ubi sup. immediate li. 9. c. 1. Req. sup. Amicitia. 3. c. Tertiò beneficiatus debet recompensare suo benefactori beneficium sufficiens. scilicet quod est sibi possibile. Et n. quoddam beneficium reddibile, ut patet duobus modis prædictis: & est quoddam beneficium non reddibile, sicut beneficium creationis, quod habemus a Deo, & beneficium generationis, quod habemus a patre, & matre, & propter hoc Deus principaliter; & post Deum parentes sunt maximi benefactores: Deo autem non possumus benefacere, dicitur Iob. 35. Quid dabis ei aut quid de manu tua accipiet? q. d. nihil nisi solum honorem. Possumus autem, & tenemur eum honorare. Dei autem est ex sua dilectione nobis benefacere. Hec b. Tho. secunda secundæ q. 31. art. 1. in sol. 1. arg. Si militer parentibus tenemur quædam, ut patet infra Honor parentum. In his autem honoribus: qui sunt ad Deum, & ad parentes secundum phil. 4. & 9. Ethic. impossibile est æquiualens reddere secundum quantitatem, sed sufficit quod homo reddat, quod potest, quia huiusmodi amicitia quæ est inter nos, & Deum, & parentes non exigit æquiualens, sed quod est nobis possibile, & hoc est æquale non secundum quantitatem, sed secundum propor-

tionabilitatem. Hec b. Tho. 4. scrip. sem. dist. 15. de satisfactione, art. 2. utrum homo possit satisfacere Deo, in cor. q.

De Beneficientia.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficientia est actus quattuor virtutum.
- 2 Omnibus est benefaciendum, & quare.
- 3 Non omnibus est æqualiter benefaciendum.

C A P. XIII.



BENEFICIENTIA. Circa beneficentiam considerare debemus duo. scilicet effectiuum, & inductiuum. Primò considerare debemus beneficentiæ effectiuum, nam beneficentia est effectus charitatis, liberalitatis, equitatis, misericordiæ, uel pietatis. Primò beneficentia est actus, uel effectus charitatis: quod tali ratione ostendo. Charitas est quædam amicitia: sed inter alios actus amicitia iste est unus. scilicet bene operari ad amicos, quod est amicis benefacere: ergo beneficentia est actus charitatis. Secundò beneficentia est actus liberalitatis: & hoc duobus modis: primò in quantum benefacere alicui non ex debito, sed gratuito a liberalitate procedit: secundò in quantum liberalitas moderatur passionem interiorem, in non excessiue amando, concupiscendo, & tenendo diuitias, ex hoc enim liberalis efficitur maximè emissiuum diuitiarum, unde si homo det aliquod donum magnū, & tamen quadam concupiscentia retinendi, datio non est liberalis. Ex alia uero parte. scilicet ex parte exterioris dati collatio beneficii pertinet ad amicitiam, uel charitatem: unde hoc non derogat amicitia si aliquis rem, quam concupiscit retinere, det alicui propter amorem, sed magis ostenditur ex hoc perfectio amicitia. Tertiò beneficentia est actus iustitiæ, uel æquitatis in quantum benefacere alicui, quod est debitum iustitiæ.

Beneficentia est actus charitatis, & liberalitatis.

Item iustitiæ.

per

pertinet ad iustitiam:& hoc modo nō est debitum Deo benefacere nobis: sed solū gratuitum,& liberale:nobis autem est debitum nō benefacere Deo: quia ipse nec indiget,nec nos possumus, ut dicitur Io. 35. Quid dabis ei, aut quid de manu tua accipiet? q.d. ex beneficio tuo non confertur Deo aliquid, quia sicut in malis nullus potest nocere Deo, ut dicitur ibidem: Si peccaueris, quid ei nocebis? q.d. nihil, ita in bonis nullus potest prodesse Deo. Cuius ratio est, quia cum ipse sit perfectissimus, non habet naturam receptiuam alicuius boni, sed causatiuam omnis boni. Possumus tamen & ex parte nostra est debitum honorare eū nos ei subiiciendo. Quarto beneficentia est actus misericordiae, uel pietatis, in quantum beneficium impenditur propter releuandam inopiam, & miseriam patientis, nam misericordia in beneficio respicit rationē releuantis patientis miseriam, uel defectum. Hæc b. Thom. secunda secundæ q. 31. art. 1. arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg. Re. infra Eleemosyna, & in tui Misericordia.

CAP. II.

Circa beneficentiam, secundò, principaliter considerare debemus inductiuum: nam omnib. est benefaciendū, & omnib. non est æqualiter benefaciendū, sed quibusdam magis, & quibusdam minus, ita quod in benefaciendo alijs obseruanda sunt duo. scilicet generalitas, & inæqualitas. Primò generalitas, nam omnibus est benefaciendum consideratis debitis circumstantijs, quib. actus virtutum sunt limitandi. Hoc autem tripliciter probatur, ex charitate, mutabilitate, auctoritate: primo probatur ex parte charitatis sic: Bñficientia est actus charitatis, ut patet cap. præcedenti. sed dilectio charitatis se extendit ad omnes in gradu suo: ergo beneficentia debet se ad omnes extendere pro loco, & tempore, & alijs debitis conditionibus obseruari: secundo probatur hoc idem ex mutabilitate hominum sic: Homines non sunt immutabiles sicut Angeli, unde quia homines possunt defectus multiplices pati, contingit frequenter, quod qui est maior, uel superior secundum ali-

quid, ut minor, & inferior, secundum aliquid, & ideò potest omnib. subueniri cū omnibus possit inesse aliqua indigentia: tertio hoc idem probatur auctoritate Apo. ad Galat. ultimo, sic dicentis. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Hoc autem debemus facere consideratis specialiter quattuor circumstantijs scilicet casu, affectu, statu, & profectu: primò considerato casu. Licet enim non possimus simpliciter, & absolute omnibus benefacere in speciali, & ut dicit Augu. in libro de doctrina christiana: tamen nullus est de quo non possit occurrere casus, in quo oporteat ei benefacere in speciali: secundo omnib. est benefaciendum considerato affectu. Licet enim actu non possit homo omnib. benefacere, debet tamen habere in præparatione sui animi, ut benefaciat cuicunq. si tempus adesset tertio est omnib. benefaciendum considerato statu. nam in statu, uel casu necessitatis non solum est benefaciendum iusto, sed etiam peccatori. Vbi nota, quod in statu, uel tempore quo aliquis est peccator, est subueniendum peccatori, uel benefaciendum ad sustentamentum naturæ, & non ad fomentum culpæ: ita dicitur Eccl. 12. Da iusto, & nō receperis, uel dederis peccatori. Cuius ratio est, quia dare aliquid peccatori ad fomentum culpæ non esset benefacere, sed potius malefacere ei. quarto est omnib. benefaciendum considerato profectu. Vbi nota, quod omnibus est benefaciendum quando est utile, quando autem esset inutile, uel periculosum, est beneficium subtrahendum, uerbi gratia. Excommunicatis, & inimicis reipublicæ sunt beneficia subtrahenda in quantum per hoc arceantur a malis. Est etiam talibus subueniendum ne fame, uel inopia moriantur: ita quod sicut beneficium subtrahendum est propter bonum, ita etiam impendendum, uel conferendum est propter bonum. Est tamen aliquod beneficium, quod possumus omnibus impendere etsi non in speciali, saltē in generali, sicut cum oramus pro omnibus fidelibus, & infidelibus. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 31. art. 2. arg. contra, in cor. q. & in sol. arg. per totum.

In bene
ficijs
quatuor
notāda.

Et Misericordia.

C A P. I I I.

Secundo in beneficio conferendo obseruanda est inæqualitas: non. n. omnib. est æqualiter beneficiū conferendum, sed quibusdam magis, & quibusdā minus. Ad quod faciendum quattuor sunt pensanda: primū est propinquitatis affectus, secundum est necessitatis defectus, tertium est cōmunitatis profectus, quartum est obligationis pondus. Primò. n. in beneficio conferendo considerandus, uel pensandus est propinquitatis affectus, & sic magis subueniendum est magis nobis coniunctis, quam extraneis, cæteris paribus. Hoc autem tripliciter probo. s. similitudine, ratione, & auctoritate. Primò probo similitudine, uidemus enim & experimur, quod ignis magis calefacit rem magis propinquā, quam magis remotā: & similiter Deus in substantias sibi propinquiores per prius, & copiosius donæ suæ bonitatis diffundit, ut dicit Dion. 4. c. de cælest. hierarchia. A simili ita oportet, quod ad nobis magis propinquos simus magis benefici. Secundò hoc idem probo ratione sic: Nocere amico est iniustius, & maius peccatum, quam nocere extraneo, ergo per oppositum amico est iustius, & magis uirtuosum, uel meritorium subuenire, quam extraneo. Quod autem nocere amico, uel magis amico sit iniustius, quam nocere extraneo, probo dupliciter. s. per exēplum, & rationem: primò per exemplum: Sicut q̄ aliquis priuet pecunijs per furtum, uel rapinam hominem sibi familiarem, & coniunctum est durius, & iniustius, quā si priuaret extraneum: & similiter, si subtrahat auxilium fratri, quam si subtraheret extraneo: & si percutiat patrem, quam si percutiat quēcumq. alium, uel si subtraheret auxiliū patri, quam cuicunq. alteri. secundo hoc idem probo per rationē, eo q̄ iustitia, & iniustitia accipiūt augmentū ex hoc, q̄ sunt ad magis amicos, ut patet per exemplum inductum. Hæc ratio est Arist. 4. li. Ethic. c. 9. iuxta mediū: & format eam b. Tho. in scrip. quod fecit ibidem. Req. infra Peccati grauitas: tertio hoc idem probo auctoritate Augu. in lib. de doctrina christiana sic dicentis, cum omnib. prodesse non possis, his potissime consulendum est qui locorum, & temporum, uel

quarumcunq. rerum oportunitatib. restrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 31. ar. 3. arg. contra, & in cor. q. in principio.

Secundo in beneficijs conferendis est pensandus necessitatis defectus. Nam in aliquo casu est magis subueniendum extraneo, putā si sit in extrema necessitate, quam etiam patri non tantam necessitatem patienti, ibidem in cor. q. in fine.

Vbi nota, quod magis coniunctis magis est subueniendum, cæteris paribus, quā extraneis: si autē sint duo, quorum vnus sit magis indigens, non potest vniuersali regula determinari, cui sit magis indigens, non potest vniuersali regula determinari, cui sit magis subueniendū, quia sunt diuersi gradus, & indigentia, & propinquitatis: sed hoc iudicium prudentis requirit, ibidem in sol. 1. arg. in fine.

Tertio in beneficijs conferendis est considerandus cōmunitatis profectus, & tunc uirtuosum est, quod aliquis non solum res, sed etiam vitam periculo mortis exponat. Cuius ratio est: quia bonum commune multorum est dignius, quam bonum particulare: & ideo miles in bello magis debet iuuare commilitonem extraneum, quam propinquum secundum carnem. Cuius ratio est, quia commilitoni auxilium, uel beneficium impendit, non tanquam priuatæ personæ, sed sicut totam rem publicam iuuans, quæ est præferenda bono particulari, ibidem in sol. 1. argom.

Quarto in beneficijs conferendis est considerandum obligationis pondus, & tunc si aliquis habet pecuniam, uel rem aliam alterius, uel forte sublatam, uel mutuo acceptam, siue depositam, uel aliquo aliquo simili modo, quantū ad hoc plus debet homo reddere debitum, quam ex eo benefacere coniunctis, nisi forte esset tantæ necessitatis articulus, in quo etiā liceret rem alienam accipere ad subueniendum patienti necessitatem, nisi forte etiam ille cui res debetur in simili necessitate esset, in quo tamē casu pensanda est conditio vtriusq. secundū alias cōditiones iudicio prudentis, ibi. in sol. 3. arg. per totū. Vltimò quæro hunc casum: aliquis habet patrem; & filiū vtrumq. in articulo extremæ necessitatis quē debet deserere

Subueniendū ē magis coniunctis quā extraneis.

Nocere amico, quā extraneo ē iniustius.

deserere, & cui debet potius subuenire ne pereat, posito q̄ non possit subuenire am-
 bobus? Viderur q̄ relicto patre magis de-
 beat filio subuenire. Cuius rō est, quia ma-
 gis dēt subuenire, & iuuare illum quem
 magis diligit, sed magis diligit filium quā
 patrem, sicut benefactor magis diligit be-
 neficiatum, quā e conuerso, vt patet su-
 pra &c. Respondeo, & dico, q̄ in articulo
 necessitatis siue per famem siue per carce-
 rem siue per quamcunq; aliam rem eue-
 niat talis casus, magis debet quilibet de-
 serere filios quam parentes. Cuius rō est,
 quia licet plus diligat absolutē filios quā
 parentes, tamen in tali casu parentes nul-
 lo modo licet deserere, & hoc propter ob-
 ligationem susceptorum beneficiorū, vt
 patet per Philosophum. 8. Ethic. ibidem
 in solu. 4. Arg. Re. infra Eleemon syna cui
 sit magis danda, & infra Donum.

De Beneuolentia.

SUMMARIUM.

Cap. vnicum, quod tria sunt opera a-
 micitiæ, & quid est beneuolentia.

CAP. I.

BENEVOLENTIA

Circa beneuolentiam con-
 siderare debemus tria scili-
 cet subiectū quod perficit,
 effectum quem efficit, pro-
 fectum quem aspicit. Pri-

mo circa beneuolentiam considerare de-
 bemus subiectū quod perficit. Sunt enim
 tria opera amicitiæ, scilicet beneuolen-
 tia, concordia, beneficentia, quæ sic ab in-
 uicem distinguuntur, quia beneficentia
 consistit in exteriori effectū. Re. immedia-
 tē supra. Beneficentia, concordia verò cō-
 sistit in interiori affectū eorum quæ sunt
 personæ. Re. infra Pax. 1. c. Beneuolentia
 aut consistit in interiori affectū respectū
 personæ. Re. infra Charitas. 1. cap. Vnde
 beneuolentia sic describitur ab Hugone
 de sancto victore. Beneuolentia est bona
 erga aliquem voluntas. Vel secundum
 Philosophum. Beneuolentia est qua alicui
 amico bene volumus, & optamus, vt in-

fra patebit. Secundo circa beneuolentiā
 considerare debemus effectum, quem ef-
 ficat. Licet. n. beneuolentia uideatur simi-
 lis amicitiæ: in quantum oportet omnes
 esse beneuolos, non tamen ē idem quod
 amicitia, sed est principium amicitiæ. Pri-
 mō dico, q̄ beneuolentia non est idem
 quod amicitia, quod probo duplici rōne.
 Prima ratio est, quia beneuolentia potest
 fieri ad homines ignotos quorum expe-
 rientiā aliquis non accepit, cum eis fami-
 liariter conuersando, si audiantur de ipsis
 bona: sed amicitia nunquam potest esse
 ad ignotos. Secunda ratio est, quia bene-
 uolentia potest esse latens ad eum, ad quē
 beneuolentiam habemus: sed nulla amici-
 tia potest esse latens, ergo &c. ut patet, su-
 pra Amicitia. Secundō dico, quod bene-
 uolentia est principium amicitiæ, quod
 dupliciter probo, similitudine, & ratione.
 Primō similitudine, quia sicut delectatio
 in aspectu mulieris pulchræ, uel speciosæ
 est principium amoris libidinosi, eo q̄
 nullus incipit amare aliquam mulierem
 nisi prius in aspectu eius pulchritudinis
 fuerit delectatus, ita beneuolentia est prin-
 cipium amicitiæ. Secundō probo hoc idē
 ratione, quia non est possibile aliquos ēē
 amicos nisi prius fuerint facti beneuoli.
 Vbi nota duo. Primum est, quod sicut il-
 le qui delectatur in aspectu mulieris non
 statim amat eam, sed tunc tantum amat,
 quando eius præsentiam concupiscit, &
 de absentia contristatur, ita quamuis be-
 neuolentia sit principium amicitiæ, nō ta-
 men sequitur propter hoc, quod qui sunt
 beneuoli statim possint dici amici, sed
 quādo pro illis quorum sunt beneuoli ali-
 quid boni operarentur, & pro eorū malis
 turbarentur. Secundū est, q̄ beneuolentia
 eorum, qui pro eorum amicis nihil boni
 operantur, & de eorum malis non contri-
 stantur, & quædam amicitia ociosa, quia
 operationem amicabilem adiunctam nō
 habet, sed quando durat homo in beneuo-
 lentia, & cōsuescit bene uelle alicui firma-
 tur eius animus ad uolendum bonum, &
 tunc uoluntas nō erit ociosa, sed efficax,
 & sic fit amicitia. Tertio circa beneuo-
 lentiam considerare debemus profectum
 quē aspicit: non. n. beneuolentia respicit
 bonū delectabile, uel utile propriū, sed al-
 terius: vñ dicit Philosophus, q̄ beneuolē-
 tia

Beneuo-
 lentia
 non est
 idem q̄
 amici-
 tia.

Beneuo-
 lentia ē
 princi-
 pium a-
 micitiæ

tia quæ est principiū amicitia nō est principiū amicitia quæ est propter delectabile. Cuius rō est, quia amicitia quæ est propter delectabile quandoq; est cū malo alterius, & sic tollitur beniuolentia. Secūdo beniuolentia non est principiū amicitia quæ est propter vtile, puta si aliquis de aliquo velit, q̄ benè se habeat, & benè opere tur propter spem quam habet, ut per illū in bonis abundet, non uidetur esse beniuolus ad alium per quem sperat se abundare, sed magis ad seipsum, sicut non uidetur esse amicus alicuius qui aliquam curā apponit ad bonum eius propter aliquam sui vtilitatem, ut scilicet ad aliquid ipso vtatur, sicut dicimus amare vinum, vel equum, aut aliquid hmōi quæ amamus, & quibus benè uolumus, non propter ipsa, sed propter nos: & ideo ad talia non habemus beneuolentiam. Ex alia vero parte in amicitia quæ est propter utile pōt esse beneuolentia quantum ad eum qui iam recepit beneficia, qui si iustè operetur retribuit saltem beneuolentiam pro beneficijs quæ recepit. Tertiò beneuolentia est principium amicitia, quæ est propter honestum bonum, scilicet cum alicui uidetur q̄ ille ad quem beneuolentiam habemus sit bonus aut fortis aut aliquid hmōi propter quæ homines consueuerunt laudari, sicut patet de agonistis quibus effici mur beneuoli propter fortitudinem, quæ apparet in eis, vel propter aliquid hmōi, ut eis bonum uelimus non propter nos ipsos, idest propter bonum aliquod, quod inde nobis proueniat, sed propter bonū suum quod in eo existit, & nobis apparet. Hæc B. Tho. in scri. super librum ethi. li. 9. c. 5. quod incipit. Beneuolentia aut &c. Vnde Ambro. in lib. de officijs sic ait. Beneuolentia quædam cōis parens est quæ amicitiam connectit, & copulat, in consilijs fidelis, in prosperis læta, in tristib. mæsta, tolle ex vsu hominum beneuolentiā tanquam solem è mundo tollēs, ita erit, q̄ sine ea usus hominum est non pōt, ut peregrinanti monstrare uiam, errantem reuocare, deferre hospitium. Et subdit. Beneuolentia etiam gaudiū iracundo extorquere consuevit, ipsa enim ex plurib. facit unum, quia si plures amici sunt unū fiunt, & spiritus vnus, & sententia una. Et Aug. super primam canonicam Ioan.

Amicitia est cum quadam beneuolentia, ut aliquando præstemus aliquid eis quos amamus: quod si nō sit quod præstemus, sola beneuolentia sufficit amanti; non enim optare debemus esse miseros, ut exercere possimus opera, sed optare æquali cui nihil præstare possis.

De Bono.

SUMMARIVM.

- 1 Quòd bonum in communi diffinitur tribus modis.
- 2 Quòd bonum increatum quale est Deus tripliciter diffinitur.
- 6 Quòd bonum creatum describitur, & cognoscitur tribus modis.
- 4 Quòd omne bonum creatum potest defficare duplici ratione.
- 5 Quòd malum est in bono, & in quo & quomodo.
- 6 Quòd bonum est triplex.
- 7 Quòd Deus promittit mala esse, & quare.
- 8 Quòd non licet facere malum propter bonum.
- 9 Quòd ratio boni consistit in tribus.
- 10 Quomodo hæc tria conueniunt omni bono, scilicet modus, species & ordo.
- 11 Quòd actus moralis est bonus uel malus ex tribus.
- 12 Quòd quadruplex est bonum.
- 13 Quòd unum bonum maius est altero sex rationibus.
- 14 Quòd vnum bonum est eligibilius altero sex rationibus.
- 15 Quòd unum bonum est maius, & eligibilius altero octo rationibus.
- 16 Quòd bene operari est difficilius quam malè operari triplici ratione

tione.

17 De omissione boni respectu omnium

CAP. I.



ONVM. Circa bonū considerare debemus quinque. scilicet euidētiā suā descriptionis, consistētiā rōnis, differētiā distinctionis, eminentiam suā pfe-

ctionis, in sufficientiam nostrā operationis. Primò debemus considerare circa bonum euidētiā suā descriptionis. Nam bonum tripliciter potest considerari, & sumi. primò in communi, & absolutè. scilicet bonum, ut bonum, secundò in speciali bonum essentialē. scilicet bonum increatum quale est Deus, tertio bonum naturale, uel accidentale quale est bonum creatū. Primò potest considerari, & sumi bonum absolutè. scilicet bonum, ut bonum, & tale describitur, & cognoscitur tribus modis. Primò sic. Bonum est appetitus motiuum secundum Philosophum. Secundo modo describitur sic. Bonum est suipsius diffusum secundum Diony. tertio sic. Bonū est uirtutis, uel potentiā perfectiū secundum Tho. Primo modo bonum sic describitur. Bonum est appetitus motiuū, ita dicit Philosophus primò Ethic. in principio libri. Benè enunciauerunt dicētes bonum esse quod omnia appetūt. Sed forte argues, q̄ non omnia desiderant bonū triplici rōne. Prima ratio est, quia multi desiderant, & operantur malum, ut homicidē, & fornicarij, latrones, & huiusmodi: ergo non omnia appetunt bonū, & agūt gratia boni. Respondeo, & dico, omnes tales, & similes appetunt malum nō sub ratione mali, sed sub rōne boni in quātum aestimant illud esse bonū, & sic optant bonum, etsi non existens, saltē eis apparens, & in suis operationibus mouentur ab aliquo quod habet apparētiā, uel similitudinē boni. Secunda rō est talis. Multi sunt sciētes, & cōtraria agēs his quā sciunt, aut ergo scientia eorum est recta, aut operatio: sed cōstat, q̄ scientia eorum est recta, ergo operantur cōtra illud, quod per

scientiam sciūt bonum, & sic nec appetunt bonum, nec agūt aliquid boni. Respondeo, & dico, q̄ quamuis tales sciant secundum scientiam rectam in uniuersali, & in habitu illud, quod agunt esse malū, non tñ sciunt in particulari, & in actu illud esse malum. Cuius rō est q̄a p passionem aliquam quam eorū rō obfuscatur apprehendūt illud malū, ut bonū, & iō mouent ad appetendū illud, uel operandū gratia illius per similitudinē apparentis boni. Tertia rō est talis. Desiderium non est nisi animatorū, & horum non oīum, sed solum sensibilibus, sed nō omnia animata sunt sensibilia: ergo nō omnia desiderant bonū. Respondeo, & dico, q̄ quāuis nō oīa habeant aīam, uel sensum, uel cognitionem per principium cōiunctum eis: habent tñ cognitionem per principium separatum, quod est primus motor, qui dirigit omnia in p̄mū bonū, & desiderium eorū est in omnib. his quā mouētur ab ipso, sicut desiderium, & intētio sagittantis: est in sagitta directā: nam ex ordinatione diuina quilibet res ē cognitione carēs tendit in bonū, ad modum quo sagitta tēdit ad signum ex directione sagittantis, ipsum aut inclinari, & tendere in bonum est appetere bonū. Patet ergo ex dictis, q̄ omnia entia desiderant bonum. Hæc B. Tho. in scrip. qd̄ fecit super li. Ethic. li. i. c. i. super illo uerbo. Enunciauerūt bonum esse illud quod omnia appetunt. Et Alber. in commento quod fecit super librum Diony. de diu. no. 4. ca. q̄ an omnia entia deberent bonum.

Sed forte q̄res, an non ens, uel non exns desideret bonū. Respondeo, & dico, q̄ non ens nō desiderat bonū, eō q̄ desiderium nō pōt esse oīo nō entis, sed nō ens in actu, & ens in potētia desiderat bonum, sicut pater de materia q̄ cū sit ens in potētia desiderat suam perfectionē. scilicet in actu, & hoc, ut primo bono quod est actus purus assimiletur: unde Aug. dicit, q̄ malum materiæ est priuatio formæ, & bonitas materiæ est susceptibilitas formæ. unde materia habet desiderium esse sub forma propter priuationem formæ. omnis autem motus est propter malum indigētiam. Hæc Alber. ubi sup. immediatē.

Sed forte q̄res hic de appetitu boni duo. Qd̄ est illud

An non ens desideret bonum.

T 2 est

Omnia
et desi-
derāt bo-
num.

bonum, est illud bonum quod oīa cōiter appetūt. qđ om Respondeo, & dico, qđ illud bonum quod nīa com oīa cōiter appetunt est ppetuatio in esse. muniter Nam appetitus nō solū est boni non ha- appetūt bitū, sed ē est boni habitū, ut melius ha- beatur, & talis est appetitus omnium ip- sius esse, cū mō. s. cum perpetuatione ip- sius esse. Et hoc p eiūs oppositū proba- ri pōt, quia sicut nulla res appetit corru- ptionē suipsius, eō qđ corruptio est non ens, & p cōsequēs malū nō cadit in appe- titū, ita cū cōseruatio in esse sit bonum ab omni appetitu cōiter appetit. Secūdo

An ap- petitus boni fa- ciat ap- petere bonum. quæres an appetitus boni faciat appetere bonum. Et videtur, qđ non : tali rōne sic. Quicunque appetit bonū est bonus, pari ratione quicūque appetit beatitudinem est beatus, sed non omnes appetētes bea- titudinē sunt beati, ergo nec omnes appe- tētes bonum sunt boni. Quæro ergo qua- re appetitus boni, & intentio in bonum per appetitū facit bonū, non aut appeti- tus beatitudinis facit beatū? Respōdeo, & dico, qđ non oēs dicuntur, uel sunt beati qui appetunt, & tendunt in beatitudinē: sicut omnes sunt boni, qui appetunt, & tendunt in bonū. Cuius rō est, quia beati- tudo dicit adeptionē, uel cōiunctionem vltimi finis, qui est status omnium bono- rum aggregatione perfectus, & ideō nul- lus propriē beatus est nisi fuerit ultimo fini cōiunctus. Dicitur aut aliquis esse bo- nus nō solū qđ est vltimo fini cōiunctus, sed qđ per appetitū tendit in illū. Hęc Alex. 1. par. sum. q. 8. art. 16. in sol. 2. ibi. in fin.

Secūda descrip- tio boni Secundo modo describitur bonum, ut bonum secundum Diony. in lib. de diui. no. 3. ca. sic. Bonum est diffusiuum, uel cō- municatiuum suipsius. Ratio autem hu- ius eō, quia in omni bono est essentia, & èconuerso, eō qđ ens, & bonū conuertun- tur, & ècōuerso. Ab essentia autem fluit potētia, & à potētia actus: uel actio: actio autem boni est cōmunicare seipsum: ad hoc. n. ordinatur tanquā ad finem. s. ad communicandum seipsum. Vbi nota dif- ferentiam inter bonum creatum, & in- creatum, nam bonum creatum aliter dif- fundit, & cōicat seipsum, & aliter bonum increatum quale est Deus. Bonum. n. crea- tum diffundit, & cōicat seipsum trib. mo- dis. Primò per sui diuisionem sicut unū totū diuiditur in multas partes: sed talis

multitudo tollit plenitudinem, & aduna- tionē quæ erat in toto secundo mō bonū creatum se diffundit per sui communi- cationem numeralem, sicut ex uno gene- re proueniunt multæ species, & ex una specie multa indiuidua, sed illud vnū sic multiplicatū non est unum singulare, sed cōc: tertio modo bonū creatum influit, & se diffundit ad alia per effusionē, sicut ex vno fonte proueniunt multi riuuli, se t hoc est cum quadam egressione, inquan- tum. s. aqua a fonte egrediens in riuulos multos diffunditur. Sed ipsum bonū ius creatum quale est Deus ad omnia alia en- tia se diffundit sine sui diuisione, sine sui multiplicatione, sine sui diffusionē, eō qđ diuina bonitas secundum suam essentiā manēs, una indistincta in se collecta mul- tiplicatur in sua similitudine. s. in effecti- bus participantibus bonitatem diuinā. Vnde bonitas diuina tripliciter se cōmu- nicat. Primò. n. producendo diuersa non diuiditur, quia ipse Deus in sua essentia supersubstantialiter est ab omnibus enti- bus segregatus; secundo diuina bonitas producendo diuersa, & successiue infini- ta non minoratur. Cuius rō est, quia cū eius bonitas sit infinita ex communica- tione bonorum infinitorū minorari non pōt, unde nō est dicendū, qđ sic aliqua bo- na communicet, qđ non amplius possit cōicare. tertio diuina bonitas diuersa nō multiplicatur. Cuius rō est cum bonitas dei sit idem, qđ eius essentia, sicut essentia Dei sic est una, qđ non potest multiplica- ri, ita bonitas Dei successiue infinita pro- ducens in se manens una, multiplicari non potest. Et manifestat hoc per exem- plum de sole dicēs. Quod sicut noster sol sensibilis illuminat omnia, quæ eius lu- mē participare possunt, quantū est ex seip- so lucē nō amittendo, lucē in seipso non diuidendo neq; multiplicando, non mi- norādo, non ratiocinando, non præligē- do unum alteri, ita etiam diuina bonitas facit per suum intellectum, & uoluntatē. Hęc B. Diony. de diui. no. c. 4. & B. Tho. in scrip. quod fecit super eo. lib. ibidem. Tertio modo bonum describit sic. Bonū est virtutis, uel potētiæ perfectiū. nam tūc dī esse aliquid bonū, quādo hēt suam perfectionē. Et secundū hoc bonū dī trib. modis. Primo mō bonū dicit ipse perfe- ctio.

Etio rei, ut uerbi gratia. Sicut acumen visus dicitur bonum oculi, & uirtus dicitur bonum hominis, secundo modo bonū dicitur res quæ habet suam perfectionē, sicut oculus acutē uidens, & homo uirtuosus. Tertio modo bonum dicitur ipsū subiectum secundum, q̄ est in potentia ad perfectionem, sicut anima ad uirtutē, & substantia oculi ad acumen uisus &c. Hæc B. Th. in quæst. disp. de malo. q. 2. vtrum malum sit in bono, in cor. q.

C A P. II.

2. **S**ecundo modo bonum increatum quale est Deus, describitur, & cognoscitur tribus modis secundum B. Dion. in libr. de diui. no. 4. c. Primò sic. Bonum increatum est in quo omnia præexistunt, ex quo habet rationem omnia continentis. Secundò modo sic. Bonum increatum ē ex quo omnia subsistunt, & ex hoc habet rationem omnia efficientis, & conseruantis. Tertiò sic. Bonum increatum est qđ omnia appetunt, vel concupiscunt, & ex hoc habet rationem causæ finalis, uel ultimi finis.

Prima descriptio boni increati
Primò. n. dico quod bonum increatū quale est Deus sic describit. Bonū increatum est illud in quo omnia præexistūt, ex quo habet rationem omnia continentis. Vbi nota, q̄ omnis res a Deo p̄ducta nobilius esse habet in Deo, quā in seipsa. qđ tripliciter p̄bo. s. rōne, similitudine, sufficienti diuisione. Primò rōne sic. Nobilius est aliquid in aliquo sicut in radice causante, & sustentate, quam in ramo creato, & sustentato, sed oīs res creata hēt esse in Deo, ut in radice creante & sustentante in se aut hēt esse, ut in ramo creato & sustentato, ergo &c. Secundò p̄bo hoc idē alia ratione sic. Licet. n. res nobilius eē habeat in seipsa quā in cā instrumentali, in cā p̄ducēte partē rei, sicut hō nobilius eē hēt in seipso, uel quælibet alia creatura nobilius esse hēt in seipsa, quā in parte generante, vel in sole, tamen res nobilius esse habet in causa principali à qua totum esse rei dependet, sicut a Deo. Hæc magister Hervæus in tractatu de uerbo diuino quæst. 2. utrum res uerius esse, vel nobilius habeat in Deo quā in seipsis. Secundò probo hoc idē similitudine. Nam effectus nobiliori modo inuenitur

in causa æquiuoca quam uniuoca, sicut calor excellentiori modo est in sole, quā in igne, sic omnia bona quæ reperiuntur in creaturis excellentiori modo sunt in Deo quā in seipsis. Hæc B. Th. 1. p. sum. q. 6. art. 3. in cor. quæst. Tertiò hoc idem probo sufficienti diuisione sic. Nobilius esse, est esse spirituale æternale, & diuinum, quā esse materiale temporale, & humanum: sed esse cuiuslibet rei creatæ in Deo est æternale spirituale, & diuinum, quia creatura in Deo, est Deus, in se autem habet esse materiale, & temporale, & humanum. ergo &c.

Secundò modo bonum increatū quale est Deus sic describitur. Bonū increatum est ex quo omnia subsistūt, & ex hoc habet rationē nō solum omnia efficientis, sed et omnia conseruantis. qđ triplici ex quo ter probo. s. auctoritate, similitudine, & oīa subsistunt. Primò probo auctoritate Gregorij qui sic dicit. Omnia nec ad momentum subsistere possent, sed in nihilū rēderent, nisi operatione diuinæ uirtutis in esse conseruarentur. Et Aug. 4 super Gen. ad litteram sic ait. Virtus Dei ab eis, quæ creata sunt regendis si aliquando cessaret, simul, & illorum cessaret species, omnisque natura concideret. Secundò probo hoc idem similitudine. Quia sicut aer statim præsentē lumine fit lucidus, sic homo Deo p̄sentē illuminatur: & sicut aer nec ad momentum remanet illuminatus, sed cōtinuo obtenebratur cessante actione solis: ita creatura nec ad momentum in esse remanet cessante actione Dei, ut dicit Aug. 8. super gen. ad litteram. Ratio autem quare aqua calefacta retinet calorē cessante actione ignis, nō aut aer (etiam ad momentum) remanet illuminatus cessante actione solis, est, quia aqua est susceptiua caloris ignis secundum eandem rationem, uel formā secundum quam est in igne: & idē si p̄fecte perducatur ad formam ignis retinebit semper: si aut imperfecte participet calorē ignis calor non semp remanebit in igne, sed plus, uel minus secundū participationem caloris. Aer aut nullo mō lucē recipit secundum eandem rationē qua est in sole, ut recipiat formam solis, quæ est principiū luminis. vnde quia nō hēt lux solis radicē in aere statim cessat,

cessante actione solis. Sic a simili, quā eē nō recipitur in creatura secundū eandē rōnē qua est in Deo, ideō statim cessat cessante influentia diuinæ uirtutis, Hæc B. Th. 1. parte. q. 140. arti. 1. in cor. q. per totum. tertio probō hoc idem rōne sic. Effectus qui dependet a causa quō ad suum fieri tantum, & non quō ad suum esse, bene pōt manere subtrācta causa: & hoc duplici rōne. scilicet propter subiectum, & propter respectum. Prima rō est propter subiectum, sicut uidemus, q̄ cessante actione edificatoris nō cessat esse domum, eō q̄ durities seu soliditas ligni lapidū & huiusmodi nata retinere formam impressam ab artifice, & cuius formæ artifex est cā cessante influētia artificis: sed Deus non est causa solius fieri creaturæ, sed potius esse, & ideō creatura ad momentum seruari non pōt cessante influētia Dei. Secunda rō est propter respectū, sicut uidimus, q̄ lumen unius candelæ generatum, uel accensum a lumine alterius candelæ non extinguitur extincto lumine alterius candelæ a quo generatum est, eō q̄ lumen unius candelæ postquā est accensum hēt immediatū ordinē in suo esse ad aliquod tertiū a quo utrūq; immediatē depēdet in suo esse, ut ad uirtutem cōlestē, sicut ignis est generans: unde quia esse omnis creaturæ immediatē respicit Deum a quo dependet, ideō conseruari non pōt cessante influentia Dei. Et ideō sicut Deus non pōt cōicare creaturæ, ut creatura si, & Deus non sit causa eius esse: ita non pōt cōicare creaturæ, ut creatura conseruetur in esse sua operatione cessante. Hæc B. Tho. 3. parte sum. q. 140. arti. 1. in cor. q. & in sol. 2. arg. ibidem. Et magister Herueus in tractatu de materia cœli. q. 6. utrum cœlum sit causa tantum in fieri, & non conseruationis rerum, in cor. q.

Tertia
descri-
ptio bo-
ni.

Tertio mō bonū increatum quale est Deus describitur sic. Bonū increatum est, quod oīa appetunt, uel concupiscunt. Nā omnia suo modo desiderant Deū: & hoc quattuor rōnib. ut dicit Diony. in lib. de diu. no. 4. ca. Primō enim omnia desiderant Deum, ut principium quo creantur. Nam ipse est omnia in omnibus per causalitatem, inquantū omnes perfectiones est ipse Deus causaliter. Licet enim quē-

libet res creata sit bona seipsa formaliter, non tamē est bona seipsa causaliter, exēplariter, & finaliter. Nam licet quilibet res creata sit bona p̄ bonitatē propriam ei formaliter inherētem, & perficientē, multō magis est bona bonitate Dei efficiente, & ideō cessante bonitate Dei efficiente, exēplari, & finali cessaret tota bonitas creaturæ, unde Aug. 8. de tri. sic ait. Bonum hoc, & bonum illud: tolle hoc, & tolle illud, & uide ipsum bonum si potes, ita Deum uidebis nō alio bono bonum, sed omnis rei bonum, scilicet causaliter, ita q̄ una est bonitas omnium per causalitatem, scilicet bonitas diuina, & multæ sunt bonitates formaliter, quælibet. n. res formaliter, sua bonitate est bona.

Secundō omnia desiderant Deum, ut auxilium quo in esse conseruantur: nam ipse Deus portat, idest conseruat omnia verbo uirtutis suæ, ut dicit Apost. ad hēbreos. 1. Require. supra quomodo omnia in esse seruantur a Deo.

Tertio omnia desiderant Deum, ut terminum quo omnia quietantur.

Quarto oīa desiderant Deū, ut bonum quo nobilitant. Nā Deus ē bonū primū, totū: pfectū, integrū. Primō. n. desiderat Deū, eō q̄ ipse est bonū primū: nā sicut oēs numeri participant unitatē, unitas aut non est participans numerū aliquē, sic Deus est per se bonus, idest, essentialiter bonus: unde sicut ipse est essentialiter sua deitas, ita est per se. i. essentialiter sua bonitas, omnis aut creaturæ bonitas, est participatione bonitatis diuinæ. Vel hoc Diony. dicit, ad excludendum errorem Arrij, & Origenis, q̄ posuerūt deitatem, & bonitatem filij esse participatam a patre: ut ergo ostendat, q̄ deitas, entitas, bonitas, æqualiter conuenit filio, sicut patri, dicit filium esse bonum primum.

Secundō oīa desiderat Deū: eō q̄ Deus est bonū totū. Vbi nota, q̄ totū dicitur duobus modis. 1. totū ex partib. & totum qd' est ante partes, v. g. Domus prout est in materia est totum ex partibus: domus uero prout est in arte, uel mente edificatoris est totum ante partes, quia præexistit domui fiendæ. Deus igitur non est bonum totum ex partibus, eō q̄ tale totum est cōpositum, quod diuinæ simplicitati repugnat: est ergo Deus bonum totum ante par-

re pres, q̄a ipsa deitas patris, filij, & spiritus sancti est quasi p̄habēs uniuersa bōa.

Quo Deus dī perfectus. **Deus dī perfectus.** Tertio omnia desiderant Deum, eō q̄ Deus est bonum perfectū. Vbi nota, qd̄ perfectū dicitur duob. modis. Vno mō perfectū quasi cōpletē factum, sicut perfecte perambulasse nos dicimus, quando ambulationem compleuimus, & sub hac significatione perfectum non conuenit Deū, quia quod non est factū, ut Deus nō pōt dici perfectum: idest completē factum. Alio modo perfectū dicitur quando habet naturam, & uirtutem propriā speciei: & hoc mō Deus est bonum perfectum in quantum maximē est in sua natura, & uirtute.

Quarto omnia desiderant Deum, eō q̄ Deus est bonum integrum. Nam integrū dicitur p̄ exclusionē, uel remotionē diminutionis, sicut dicimus hōiem non eē integrū si aliquo mō priuet, uel trungetur: & q̄a Deus nō hēt alicuius mali admixtionē, neq; alicuius boni diminutionē, nec ei aliqd boni subtrahi pōt, iō dī bonū integrū, & per cōsequēs ab oībus concupitū. Hęc Dion. in li. de diu. no. c. 2. quod incipit Thearticam totam essentiam, infra. eo. c. ibi. Quid me iterrogas, nemo bonus. s. essentialiter, & causaliter nisi solus Deus hic igitur quidem, & in alijs acquisitum a nobis est demonstratum, omnes semper Deo conuenientes Dei nominationes nō particulariter, sed in tota, & perfecta, & itegra, & prima deitate ab eloquijs laudari, & B. Tho. in scr. qd̄ fecit super illo uerbo ibidem.

C A P. III.

Tertio bonū creatū dī, uel cognoscitur trib. modis. primō. n. dicitur aliquid esse bonū. quia a bono causatur, ex quo bonum habet modum: secundō bonum dicitur, quia in bono fundatur, ex quo bonum habet speciem. tertio bonum dicitur, quia ad bonum ordinatur, ex quo bonum habet ordinem. Requi. c. immediate sequenti, quomodo ratio boni in trib. consistit. s. in modo, specie, & ordine. Primō igitur dicitur aliquid esse bonum quia a bono causatur. quod probo auctoritate Matthæ 7. bona arbor bonos fructus facit, & mala malos, quod exponēs Aug. dicit, quod sicut a mala uolūta-

te non procedit nisi opus malū, ita a bona uoluntate non p̄cedit, uel non causatur nisi opus bonum: ergo illud dī bonū, quod est a bono. Sed contra, quia non solum bonum dicitur, quia a bono, sed et malū est a bono: quod sic p̄bo. Sicut. n. Malum mala arbore, uel mala radix p̄ducit ex bona terra, ita mala uolūtas est, uel creatur a ex aliquo bono, & sic nō dī bonū, quia bono p̄ a bono, eō q̄ malū et est a bono. Respō. se, sed p̄ deo, & dico, q̄ malū nō causatur per se a bono sicut bonū, sed causatur per accidens. Primō dico, quod malum non causatur per se a bono: q̄ p̄bo triplici rōne. Prima, ē quia effectus cāe p̄ se catur ex intētionē agentis: malū aut nō est ab intētionē boni agentis, sed prater, uel cōtra intētionē eius. Secūda est, quia effectus per se suæ causæ assimilatur: malū aut non assimilatur bono agentis. Tertia rō est, quia effectus p̄ se intētus in sua cā ordinatur in finem, malum autem nō ordinatur in finē immo a fine debito deuiat, & deordinatur. Secundō dico, quod bonum est causa mali per accidens. Vbi nota, quod cā per accidens alicuius dupliciter dicitur. Vno modo ex parte causæ, sicut causa domus per se dicitur edificator, cui accidit esse musicum, uel albū, & sic musicus, uel albus ē cā domus p̄ accidens. quia accidit edificatori, qui est causa domus per se. Alio modo dicitur aliquid esse causa per accidens alicuius ex parte effectus, ut si dicatur, q̄ edificator, quia est cā domus per se, est causa alicuius, quod accidit domui p̄ accidēs sicut, q̄ domus sit foruita hoc est, q̄ alicui in domo facta accidit benē, & malē. Istis igitur duob. modis bonum est cā mali per accidēs, & ex parte causæ: & ex parte effectus. Primō ex parte causæ bonū est causa mali, in quantum bonū est cā nō efficiens, sed deficiens. Nam bonū in quātū aliquem defectum habet in actu est causa mali, & hoc mō uoluntas est causa peccati. nam uolūtas iō peccat, quia nō seruans ordinē rōnis, uel diuinæ legis aliquid eligit, uel operatur. Non. n. dico, q̄ uolūtas ad talē regulam rationis, & diuinæ legis semper in actu attēdere teneatur, eō q̄ non pōt semper in actu ad regulam rōnis, & diuinæ legis attendere: & ideo

non semper actu attendere ad talem regulam non est malum culpæ, uel penæ, quia non potest, nec ad hoc tenetur, sed ex hoc uoluntas peccat, quia aliquid eligens, uel agens non attendit, uel seruat regulam rationis, & diuinæ legis, uerbi gratia, Artifex non peccat in eo quod non semper actu regulam, uel mensuram suæ artis tenet, quia hoc semper in actu non potest facere, nec ad hoc tenetur, ex hoc artifex peccat, quia non seruans mensuram, uel regulam suæ artis aliquid eligit operari, & talis est culpa uoluntatis, ut patet supra, immediate, ita quod peccatum in uoluntate ex duobus causatur, scilicet ex defectibilitate uoluntatis, & ex libertate eius. Primum ex defectibilitate uoluntatis, ex eo enim, quod uoluntas ex nihilo est, & non est summum bonum potest deficere. Secundum ex libertate uoluntatis, ex eo. n. quod uoluntas habet libertatem in agendo deficit quando uult, ita quod ipsa libertas uoluntatis respectu eligendi, uel non eligendi, agendi aliquid, uel non agendi est causa peccati, nec est aliqua causa querenda alia, sicut si scriptor habeat exemplar, ad quod debeat respicere, quando scribit ex hoc ipse peccat, quia non secundum exemplar scribit. Quare autem secundum exemplar scribit non est querenda, uel assignanda alia ratio nisi sua uoluntas. Hoc autem probat Aug. ualde bene per quoddam exemplum. i. 2. de ciuit. Dei dicens, quod si sunt duo iuvenes equalis complexionis quibus æquale delectabile proponatur, & æqualiter ad illud delectabile moueantur, unus consentiet, in peccatum alius uero non consentiet nulla est ibi ratio, uel causa consentiet peccati nisi sola uoluntas. Et concludit ibidem Aug. ualde bene dicens. Quod querere causam mali efficientem, est uelle uidere tenebras, & audire silentium. Secundum modo bonum est causa mali per accidens ex parte effectus, hoc est ratione alicuius boni accidentis, quod accidit effectui, in quantum bonum est per se causa alicuius cui accidit quedam priuatio, quæ dicitur malum: quod per exemplum probatur in naturalibus, quam in moralibus. Primum per exemplum in naturalibus, quia ignis per se semper inducit formam ignis: ad formam autem ignis sequitur priuatio

alterius formæ, ita quod ignis unum causat per se, scilicet formam ignis: aliud causat per accidens. scilicet priuationem formæ alterius, hoc modo bonum est causa mali per accidens: nam bonum semper intendit aliquid bonum: sed aliquando ad illud bonum intentum coniunctum est aliquod malum: & tunc per accidens causatur malum a bono: secundum hoc idem probatur per exemplum in moralibus. Nam iste. scilicet incontinens intendit delectationem habere: isti delectationi coniuncta est auersio à summo bono, & sic per accidens ad bonum intentum sequitur malum.

Sed forte argues, quod bonum non est causa mali per accidens tali ratione. Illud quod prouenit per accidens prouenit, ut in paucioribus. sed malum prouenit, ut in pluribus. ergo malum habet causam per se, & non per accidens. Respondeo, & dico, quod illud euenit per accidens, uel est, ut in paucioribus, & raro, uel ut in pluribus. & frequenter, uel ut semper. Primum ergo cum illud, quod est per accidens concomitatur effectum principaliter intentum, ut in paucioribus. & raro, tunc agens cum intendit effectum per se non oportet, quod intendat effectum per accidens, sicut uerbi gratia. Quia fossioni agri est adiuncta inuentio thesauri per accidens, & raro, ideo inuentio thesauri est præter intentionem fodientis. Et similiter si aliquis incidens ligna in silua, per quam raro transit homo, proiciens lignum interficit hominem, a peccato excusatur, quia illud accidens, scilicet interfectio hominis, quod sequitur effectum per se intentum, scilicet incisionem ligni, est præter intentionem, cum eius transitus sit raro. Secundum cum illud quod est per accidens concomitatur effectum principaliter intentum, ut in pluribus. uel ut frequenter, tunc accidens non separat a intentione agentis, ut uerbi gratia. Sicut uadens ad forum causa emendi, aut semper aut frequenter inuenit multitudinem hominum, quod quamuis hoc non intendat, uel si homines frequenter transirent per siluam, tunc in casu interficiens hominem proiciens lignum, quod præcidit ex arbore, a peccato non excusatur. Similiter quia potationi uini frequenter est coniuncta ebrietas, ideo qui a uino læditur, non excusatur a culpa, eo quod facit

Oppo.

Quando effectus causæ, per accidens sit culpa bilis, uel non.

Peccatum causatur in uoluntate ex duobus.

facit illud, ad quod sequitur malum, vel peccatum ebrietatis. Tertiò cum illud, quod est per accidens semper cōcomitur effectū principaliter intentum, tunc semper est cum peccato, sicut uerbi grā. Delectationi quæ est in adulterio semp cōiūgit malū. s. priuatio ordinis iustitiæ, unde adulter nō excusat a peccato, quia ex hoc ipso q̄ eligit bonū cui semp cōiūgitur malū, & si non uelit malū secūdū seipsū, magis tñ vult incidere in hoc malum, quā carere tali bono. Hæc B. Tho. in q. disp. de malo q. 1. art. 3. utrum bonū sit causa mali. in cor. q. & in sol. 15, arg. & etiam. 7. ibid. Et 2. scr. sen. dist. 34. arti. 3. in cor. & q. & in sol. arg. Et etiam. contragenti. lib. 3. c. 10. per totum.

C A P. II II.

AD Maiorem tamen euidētiā capituli præcedentis nota hic quatuor, scilicet boni defectionē, mali originē, peccati reductionem, boni, & mali distinctionem. Primò nota boni defectionem: nam omne bonum creatum potest deficere. Cuius rō est, quia illud qd̄ est subiectum regulæ, uel mensuræ, & nō est sua regula, uel mensura, a sua regula pōt deficere: sed omne bonum creatū est subiectum boni sicut suæ regulæ, vel mēsuræ, ergo omne bonum creatum quantum ē ex se pōt deficere a sua regula, uel mensura. Si autem ipsum bonum esset sua regula, uel mensura non posset sine regula ad opus procedere, nec per consequens posset deficere: uel peccare: & ppter hoc Deus, qui est sua regula, peccare non potest, sicut nec artifex peccare posset in incisione ligni si sua manus regula esset incisionis. Secunda ratio quare omne bonum creatum pōt deficere, & esse causa alicuius mali est ista, quia omne bonum particulare causando aliquid bonum determinatum excludit bonum alterum, quod nō se cum illo compatitur, sicut adulter appetendo delectationem carnis excludit bonum rationis & iustitiæ, q̄ cum tali declaratione non se cōpatitur. Bonum autem completum, q̄ uniuersaliter omnis boni est cā, quale ē Deus, nō est cā defectus alicuius boni, nec per suam præsentiam, nec per suā absentiam, quia inquātum in se est semper est præsens, uicissitudinem nō patiens

absentiæ, & præsentia.

Secundò nota mali, uel peccati originem: nam peccatum ex duabus partibus potest contingere, scilicet ex parte intenti, & ex parte instrumenti. Primo ex parte intenti. In omnib. n. peccatis quæ per deliberationem rationis procedunt peccatum incidit ex parte eius qd̄ est intētum: qd̄ probo in naturalib. & in moralibus. Sicut. n. in naturalib. nō possunt esse duæ formæ substantiales ultimæ actu perficiētes eandem partem materiæ, ita nō possunt esse duo fines ultimi uoluntatis: unde sicut agens naturale ex hoc quod inducit unam formam, causat defectum alterius formæ, ita & uoluntas ex hoc quod alicui fini, tanquam ultimo fini, inhæret, qui nō sibi debetur avertit a fine ultimo sibi debito, in quo completur ratio mali culpæ præter intētionē uoluntatis. Secundò peccatum cōtingit ex defectu instrumenti. Nam peccata q̄ rōnis deliberationem præcedunt, ut primi motus incidunt ex defectu instrumenti, id est inferiorum uirium quæ sunt sicut instrumenta uoluntatis aut rationis, sicut patet in primis motibus.

Tertiò nota mali, uel peccati reductionem. Licet enim bonum creatum sit cā mali, & cā prima omnis boni sit Deus, non tamen sequit, quod malum reducatur in Deum sicut in causam. Cuius rō est, quia secunda causa habet per se effectum, secundum quod est sub causa prima, & idē talis effectus, qui est effectus per se cāæ secundæ, in causam primam reducitur. Sed si sit aliquis effectus per accidens causæ secundæ, inquātum cā secunda exit ab ordine cāæ primæ, nō oportet qd̄ effectus ille per accidens in cām primā reducatur, sicut patet per exemplum in crure claudicante: nam quicqd̄ est de ratione gressus in claudicatione, totum efficitur mediante crure a uirtute gressiua, sed crux in quantum est improporcionatum uirtuti gressiue inducit deformitatem, quæ est in claudicatione, unde oportet qd̄ talis deformitas sit ipsius crucis prout exit a uirtute gressiua. Ita et bona particularia non sunt causæ per accidens aliquorum defectuum, nisi secundum, q̄ deficiunt a perfectione sūmi boni: vñ nō oportet, q̄ defectus illi, qui sequuntur

Malum
uel pec-
catū un-
de oria-
tur.

Malum
uel pec-
catū nō
reduci-
tur in
Deū, si-
cut pri-
mam
causam.

sequuntur in summum bonum sicut in causam reducantur.

Malū ē nem, uel operationē, nā malum est causa mali per se, & bonum est cā mali per se, & accidēs: uerbi gratia. Volūtas q̄ ē res bona est cā peccati, q̄ est in interiori actu uoluntatis: cā dico per accidens in quantum uoluntas in actu interiori suo deficit a regula rationis, & diuinæ legis. Secūdo dico, q̄ malū est cā mali per se, uerbi gratia. Voluntas mala secundum actū interiorem est cā secūdi mali, q̄ est in actu exteriori, ita q̄ primi mali culpæ, quod est in actu interiori uoluntatis res bona, scilicet uoluntas est causa, sed per accidens; ut dixi: secundi autem mali quod est in actu exteriori ipsa uoluntas iam facta mala secundum interiorem actum est causa per se.

Defect' uoluntatis excusat a malo culpæ. Sed forte argues contra, & dices, qd' uolūtas, in quantum est bonum deficiens, non est causa mali tali ratione. Illud, qd' excusat a malo non est causa mali, sed defectus uoluntatis excusat a malo culpæ, ergo defectus uoluntatis non est causa mali. Quod autem defectus uoluntatis excuset a malo culpæ sic probo. Tria requiruntur ad operandum, scilicet ratio dirigens, uoluntas imperans, & potentia exequens. sed defectus in ratione, qui est ignorantia excusat a malo culpæ, similiter defectus potentia, qui est in uoluntate excusat a malo culpæ: ergo etiā defectus, qui est in uoluntate excusat a malo culpæ, & sic non est causa mali. Respondeo, & dico, quod non omnis carentia bonitatis est malum, sed carentia illius bonitatis, quam nata est habere, & debita est ei, est malum: uerbi gratia. Carere enim uisu nō est malum in lapide, sed in oculo: hoc enim est commune oī priuationi, quod aptitudinem ad actum in subiecto requirit. A simili, licet. n. uoluntas non semper actu attendens ad regulam rationis, & diuinæ legis non sit cā mali, quia hoc est impossibile nec ad hoc tenetur: tamen dum uoluntas actu se applicat ad aliquid uolendum eiigendum, uel operandum, non attendens a actu regulam rationis, & diuinæ legis est cā mali, & culpæ, & ideo sicut defectus intellectus non excludit ignorantiam,

& defectus impotentia nō excludit malum infirmitatis, ita defectus uoluntatis non excusat a culpa cum, qui actualiter uult, & eligit aliquid operari ad prædictas regulas non attendens.

Si autem quæris utrum sit idem causa mali per accidens, & causa deficiens. Respondeo, & dico, quod aliquando ista separantur ab inuicem, aliquando uerō iunguntur uerbi gratia. Ignis est causa priuationis aeris per accidens, non tñ ē causa deficiens, quia hoc non est ex defectu ignis, sed potius ex uirtute, quod priuet aerē sua forma. Aliquando uerō causa per accidens est causa deficiens sicut uoluntas est causa mali per accidēs in quantum uoluntas uult aliquod particulare bonum cui est coniunctum malū offensionis diuinæ, & priuationis uisionis eiusdem: & est causa deficiens, quia hoc uolendo deficit a summo bono. Tñ si bene aduertimus ubicunque est causa per accidens, ibi est defectus aliquis, & quia summum bonum quale est Deus non potest esse subiectum alicuius defectus, ideo non est causa per accidens alicuius mali, ut patebit sequenti capitulo. Hæc B. Tho. 2. scilicet. sen. dist. 34. art. 3. utrum bonum possit esse causa mali, in cor. q. & in solut. arg. Et iterum in quæstio. disput. de malo. q. 1. arg. 3. utrum bonum possit esse causa mali in sol. 12. & 13. argum. & 14.

C A P. V.

Secundo modo bonum creatum cognoscitur, quia in bono tanquam in suo subiecto fundatur: unde dicit Beatus Diony. 4. cap. de diui. nom. quod est aliquod bonū, quia est in bono, Sed contra si bonum est aliquid quia est in bono cum malum sit in bono: ergo malum, & dicetur bonum, & erit bonum. hoc autem est falsum, & Isaia. 5. prohibetur. Vbi qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Respondeo & dico, qd' malum est in bono, ut in subiecto, non sicut aliqua res positiua, ut pars, uel accidens sicut calor in corpore, sed sicut priuatio alicuius boni: priuatio autem alicuius boni debiti malum dicitur, ut infra patebit. Vt autem melius sciatur in quo bono possit esse malum, & qualiter, est sciendū, q̄ triplex est bonum. scilicet. essentialē,

Causa per accidēs, est causa deficiens.

riale, naturale, & particulare. Primò ergo dico, q̄ in bono essentiali quale ē Deus non pōt esse nec cogitari malū, nec a tali bono pōt esse, uel fieri aliquod malum simpliciter, nec a tali bono pōt fieri malū secundū aliquod tēpus. Primò dico, q̄ in bono essentiali, & summo quale est deus, malum aliquod nec est, nec cogitari potest: quod probō similitudine, & ratione. primò similitudine. Sicut. n. frigidū in igne esse nō pōt, sic nec malum in Deo cum sit essentialiter bonus. Secundò probō idē triplici rōne. Prima rō, quia cum Deus sit bonum perfectum nihil bonitatis ei deest, neque deesse pōt. Secūda ratio est, quia cum Deus sit bonum simplicissimum, & purissimum, omnes bonitates in Deo unum sunt, ut una ab altera separari non possit. Tertia rō est, quia si in Deo esset aliquod malum sequeretur, q̄ Deus non esset simpliciter beatus, nec summum bonum. Scdò dico, q̄ a Deo nō pōt esse aliquod malum simpliciter. s. sub rōne mali, quod probō duplici rōne. Prima rō est talis. Quicquid fit Deo uolente, fit Deo actore, & econuerso, sed mala non fiunt uolente Deo: ergo mala nō fiunt Deo actore. Scda rō est talis. Illud non est nec pōt eē cā mali in quo nullo mō pōt eē defectus a fine, sed in Deo non pōt esse defectus in recedendo a fine, cum oīa agat propter finē, malum autem dicit deordinationē a fine ergo &c. Tertiò dico, q̄ a Deo non pōt esse aliquod malum secundū aliquod tēpus. quod tali ratione ostendo. Aut. n. Deus est bonus per suam essentiā, aut per participationem. Si Deus est per suam essentiam bonus, idē erit Deo recedere a sua bonitate, & recedere ab essentiā, sed hoc s. recedere a sua essentiā Deo est impossibile, ergo nec recedere a sua bonitate potest, ut de bono transmutetur in malum. Si autem Deus est bonus per participationem oportet, q̄ habeat causam suā bonitatis: sed hoc est impossibile, cum sit primum bonum ergo &c. nam nomine Dei intelligimus primum bonum.

In bono naturali tāquā in subiecto non pōt esse malum.

Secundò dico, q̄ est bonū naturale, & in tali bono tāquā in subiecto malum esse non pōt. Cuius ratio est, quia licet tale bonū naturale non perfectē omnē bonitatē habeat, sed in aliquo a summo

bono deficiat, quia tamen non deficit sibi aliqua bonitatē, quæ sibi debita est, ideò tale bonum naturale subiectum mali esse non pōt. Quod probō per exēplū in quattuor. s. in Dæmonibus, hominib. animalibus irrationabilibus, rebus naturalibus. Primò in Dæmonibus: nam Dæmones habent naturalem bonitatē, quæ subiectum mali esse non potest, quod p̄ Bonitas bo duplici ratione. Prima est talis. Om. Dæmonia quæ sunt in mundo, sunt creata a Deo qui causa mali esse non potest, ut patet supra īmediatē, sed inter alia quæ sunt in mundo sunt Dæmones: ergo in natura Dæmonum malum esse non potest. Secunda ratio est talis. Illud quod naturaliter est tale semper quam diu est, est tale, si igitur natura Dæmonum est mala, uel Dæmones sunt naturaliter mali, semper fuissent mali, & non fuissent transmutati de bono in malum, ut fides catholica confitetur. Scdò probō hoc idē in natura hominum. Possēt. n. aliquis dicere, q̄ natura hominū est mala tam ex parte animæ, quam ex parte corporis. primò ex parte aīæ sic. Illud est malū, quod assistit malis, sicut aliquis homo dicitur esse malus, quia cohabitat malis, sed aīæ coexistunt malis. s. corruptionibus corporis, & passionibus animæ inordinatis: ergo natura animæ est mala. Respōdeo duobus modis. primò, quia hoc non est malum sed bonum, & ex primo bono deriuatum. s. ex Deo, cuius uirtute etiam mala fiunt bona, uel inquantum ex malis ex ordinatione diuina fiunt bona, secundò, quia illud quod coassistit malis propter malum illud est malum, sed aīa coassistit corpori, & eius passionib. propter bonum. s. ut refrenet, dirigat, & saluet, ergo natura animæ non est mala sed bona. Tertiò probō hoc idem in natura animalium irrationabilium. Possēt enim aliquis dicere, q̄ naturæ, & passionibus animalium irrationabilium sunt naturaliter mala, puta animositas leonis, & superbia, & huiusmodi, hoc autem est falsum, quia si ista auferantur, non remanebit natura eorum, quod patet, quia cū leo perdiderit animositatem, & superbiam, non erit leo. Similiter cum canis amiserit superbiam, & audaciam, & sit omnibus mansuetus non habet naturam

Bonitas
num.

Bonitas
humana.

Bonitas
brutorū

ram canis:& hoc apparet ex vtilitate quā facit in rebus humanis, quia officium canis est custodire domum, & alia huiusmodi. Quartò hoc idē probo in natura omnium rerum: nam nulla natura rei, uel nulla res naturalis est mala, ita dicit Diony. 4. c. de diuin. no. q. malum nō est in bono tanquam aliquod existens.

Tertiò dico, q. est bonum aliquod particulare quod dicitur tribus modis. Vno modo bonum dicitur ipsa perfectio rei, verbi gratia. Sicut acumen uisus dicitur bonum oculi, & uirtus dicitur bonum hominis: secundò bonum dicitur res, q. habet suam perfectionem: sicut homo uirtuosus, & oculus acutè uidens: tertio modo bonum dicitur ipsum subiectum secundum, q. est in potentia ad suam perfectionem, sicut anima ad uirtutem, & substantia oculi ad acumen uisus. Malum autem non importat priuationem, uel carentiam omnis boni, & patet hoc triplici ratione. Prima est, quia si malū diceret priuationem omnis boni, ita q. omnino bonum auferatur a malo, tunc neque erit substantia, neque uita, neque desiderium, neque motus, neq. aliquod aliud. Secunda ratio est, quia si malum priuationem diceret omnis boni, sequeretur, q. illa quæ nullo modo sunt, essent mala. Tertia ratio est, q. si priuatio oīs boni esset malum, tunc sequeretur, quod quolibet res esset mala ex hoc, quod non habet bonū alterius, ut potè, quod homo esset malus, quia non habet uelocitatem capri, uel fortitudinem leonis, quæ omnia sunt falsa, & ideo malum dicit priuationem non omnis boni, uel omnis perfectionis, ut patet, sed boni, quod est natum, & debitum habere, uerbi gratia. Infirmitas non dicit priuationem omnis proportionis, sed proportionis humorū, in qua consistit sanitas. Similiter cecitas non dicit priuationem omnis perfectionis, sed cuiusdam quæ ab oculo nata, & debita est haberi, scilicet uisus, non autē dicit priuationem in lapide: unde priuatio uisus in lapide non est malum sed in oculo, & ideo cum malum sit priuatio debite perfectionis, ut patet, priuatio autē non sit nisi in ente in potentia, quia priuari dicimus, quod natum est habere aliquid, & non habet: sequitur, quod malū

fit in bono secundum, quod ens in potentia dicitur bonum. Hæc B. Th. 3. scri. sent. dis. 34. art. 4. vtrum in bono sit malū in cor. q. & in q. disp. de malo. q. 1. art. 2. in cor. q. in fi. & prima parte sum. q. 48. artic. 3. in cor. q. Et B. Diony. 4. c. de diuin. no. & in scrip. Th. ibidem, & iterum contra gent. li. 3. c. 11.

CAP. VI.

AD Maiorem tamen euidenciam capituli præcedentis qualiter in bono sit malum nota hic quattuor. Primū est, quod bonum est triplex. Est. n. quoddā bonum, quod est oppositum malo, ut uisus cecitati, quoddam est, quod est subiectum malo, ut animal cecitati, quoddam est qd est ordinatum ad bonum, utabilitas ordo, uel dispositio naturæ ad bonū. Modo igitur malum non est in bono ei oppositum, sed in bono sibi subiecto, sicut cecitas non est in uisu sicut in subiecto, sed est in animali sicut malū moris est in bono naturæ: malum autem naturæ, quod est priuatio formæ, est in materia, quod est bonum sicut ens est in potentia. Hæc B. Th. contra gent. lib. 3. cap. 5. in fine c. Secundum est, quod cum triplex sit bonum, ut patet, quoddam est, q. per malum totaliter, & ex toto tollitur, ut bonum gratiæ, quoddam est quod per malum nec tollitur nec diminuitur, ut bonum naturæ: quoddam bonum est, quod per malum non tollitur, sed diminuitur: ut bonum habilitatis naturæ ad gratiam. Ita malum, uel peccatum quoddam bonum ex toto tollit ut bonum gratiæ, quoddam bonum supponit nec tollit nec diminuit, ut bonum naturæ, quoddam bonum non tollit, sed diminuit, ut bonum habilitatis naturæ ad gratiam. Primò dico, quod bonum naturæ nec tollitur nec diminuitur per malum culpæ: quod tali ratione ostendo. Illud bonum non tollitur nec diminuitur per peccatum, quod non opponitur peccato, & per consequens in eo existit peccatū: sed bonum naturæ non opponitur malo culpæ, immo in tali bono consistit malum, ut in subiecto, uel causa: quod patet, quia peccatum non tollit uoluntatem, immo in uoluntate consistit pecca-

Malum
nō im-
portat
carentiā
omnis
boni.

Bonum peccatum ergo &c. Hæc B. Tho. in qñibus de malo. q. utrū peccatū diminuat bonū naturæ, argu. cōtra. Secundò dico, qd bonum græ ex toto tollit per peccatū, qd tali rōne oñdo. Vnū oppositorū tollit, & excludit reliquū, sicut tenebra excludit lucē sibi oppositā: sed peccatū opponitur gratiæ: ergo &c. Vbi nota: qd bonū, & malum dupliciter possunt considerari. Vno inō secundū cōem rōnem boni, & mali: & sic qd libet malū opponit cuilibet bono: & sic quantū ad hoc dicit Aug. fallere dialecticorū regulam, dum malum est in bono. Alio mō bonum, & malum possunt cōsiderari secundū specialem rationem huius, uel illius boni, aut mali, & sic non qd libet malū opponit cuilibet bono, sed hoc malum huic bono, ut cæcitas visui, & intēperantia temperantiæ: & hoc mō malum nunquā est in bono sibi opposito, nec in hoc fallit dialecticorū regula ubi sup. immediatē. q. utrū peccatū diminuat bonū nāæ in sō. 10. arg. p totū.

Bonū, & malum possunt dupliciter cōsiderari.

Bonum habitatis animæ ad grām diminuit per peccatum.

Tertiò dico, qd bonū habitatis animæ ad gratiā diminuit per peccatū: qd probo tali similitudine. Quia creatura rōnalis ita se hēt ad gratiā, sicut oculus ad lumē: sed oculus in tenebris existens fit minus habilis ad uidendū lucē: ergo anima quā tō plus in peccato manet tantō fit minus habilis ad pēpiendā diuinā gratiā. Licet aut talis habitas aīæ ad gratiam per peccatū in infinitū diminuat, uel remittat, nunquam tñ tale bonū habitatis totaliter tollitur manēte naturā animæ, & si peccata in infinitū multiplicentur. Verbi gratia. Sicut si in infinitū interponantur corpora opaca, vel obscura inter, solē, & aerē, in infinitū diminuitur habitas aeris ad susceptionē luminis, nūquā tñ totaliter tollit manēte aere. Similiter in infinitū pōt fieri additio in peccatis p q semper magis ac magis minuitur habitas animæ ad susceptionē diuinæ græ: nā peccatū est quoddā obstaculum inter animam, & Deū, ut dicitur Isa. 59. Pētā uestra diuiserunt inter vos, & Deū. Cuius ratio est, quia sicut interior aer domus nō illuminatur a sole nisi directē respiciat solē, & hoc dicitur obstaculū qd huiusmodi respectus rectitudinem impedit, ita anima non pōt illuminari a Deo, per gratiæ susceptionē nisi directē conuertatur

in ipsam. Oē aut obstaculū quantō magis multiplicatur tantō magis susceptionum fit minus aptū ad alicuius forme receptionem: nūquam tñ intantū multiplicantur obstacula peccatorū, qd totaliter ab anima habitas ad susceptionē gratiæ auferat, eō qd habitas ad receptionē gratiæ cōsequitur naturam ipsius animæ. Sed fortē argues cōtra, & dices, qd peccatū nō solū tollit bonū græ, sed et auferat habitatē animæ ad grām tali rōne. Ibi habitas ad receptionē græ remanere nō pōt ubi est impossibilitas grām cōsequēdi, sed in damnatis est impossibilitas grām cōsequēdi: ergo p culpam tollitur tota habitas animæ ad grām remanēte bono naturæ ipsius animæ. Rñdeo, & dico, qd impossibilitas consequendi gratiam, qd est in damnatis non est ex totali subtractione habitatis naturalis ad bonum, immo ipsa habitas naturæ non est remota, sed remanet in damnatis: sed impossibilitas cōsequendi grām in damnatis est ex obstinatione uoluntatis puerſæ, & ex inflexibilitate diuinę iustitię, & ex immobilitate diuinę sentētiæ. Hæc B. Tho. 1. par. sum. q. 58. art. 4. in cor. q. in 6. & in qñib disp. de malo. q. utrū pētū diminuat bonū naturæ, in cor. q. & ibi. q. 2. utrū pētū possit corrūpere totū bonū nāæ, in sol. 6. argu. p totū. Et iterū. 2. scri. sen. di. 34. art. 5. utrū malū totū bonū corrūpere possit. in cor. q. ibi. Tertiū principale est qualiter malū culpæ auferat, uel excludat ab aīa bonū græ totaliter. Vbi no. qd aliquid dī agere duob. modis. s. effectiuē, & formaliter, effectiuē sicut dicimus, qd pictor facit albū parietē, formaliter verō sicut dicimus, qd albedo facit albū parietē. Nā paries formaliter ē albus albediē, & effectiuē pictore, pētū aut nō corrūpit, uel tollit bonū græ, effectiuē. Cuius rō ē, quia qd nō ē nō pōt agere sed corrumpit formaliter. Vbi no. qd sicut in actiōe nāli est talis ordo qd primò est agēs scdò est dispō qua agēs agit, tertiò ē forma introducta p actionem agētis, ita in actiōe pētī sūt tria: primò agēs. s. ipsa uolūtas, scdò ipsa dispō uolūtat. s. sua defectibilitas, uel libertas, tertiò forma, uel deformitas introducta. s. ipsū pētū. Qñ aut aīa informat, uel deformat culpa nō pōt in ea esse grā, ita qd peccatū non per se. i. per formā propriam corrū-

Qualiter malum culpæ auferat ab aīa bonū græ.

pit gratiā, sed per accidens inquātū peccatum est quoddam obstaculū excludēs ab anima ipsam gratiam, & prohibēs influxum, uel aduentū gratiæ ad animam, uerbi gratia. Per se sol illuminat domum per accidens autem illuminat domum, qui aperit fenestram, quæ erat obstaculū luminis. A simili, sicut lumen a sole in aerem diffunditur, quod lumen est supra naturam aeris, ita gratia a Deo infundit̃ animæ, quæ quidem gratia est supra naturam animæ. & sicut ille qui fenestram claudit obstaculum ponit ne lumē solis domum ingrediatur: ita peccatum p accidens corrumpit gratiam, quia quādiu peccati deformitas est in anima, ponitur obstaculum influentię diuinæ quæ per se erat causa gratiæ. Hæc B. Tho. in quęstionib. disputatis de malo. q. utrū peccatum diminuat bonum naturæ, in corpore. q.

Oppo. Sed forte argues, quod peccatum non qd peccatū nō semper tollat bonū gratiæ. **Quali** **ter fiat** **talis di-** **minu-** **tio.** Sed forte argues, quod peccatum non semper tollit bonum gratiæ sic. Postquā peccator per unum peccatum priuatus est grā, tunc cum secundō, uel terciō, uel quartō, & sic de alijs peccat, tunc per nullum peccatum sequens tollitur gratia, & sic peccatum non semper tollit gratiam, ut dicebas. Respondeo, & dico, qd peccatū semper gratiam quā inuenit tollit, & diuinæ influentiæ, obstaculum ponit, ut p̃dixi. Quod aut̃ secundū peccatū, uel tertium, & sic de alijs non tollat gratiā hoc est per accidens. s. qui eam non inuenit, semper tamē habilitatem animæ ad gratiam magis diminuit secundum peccatū quam primum, & tertium quā secundum, & primum, & sic de alijs, ut supra patuit per exemplum.

Quartum, vltimum est uidere qualiter fiat ista diminutio habilitatis ad receptionem diuinæ gratiæ. Vbi nota, qd omnis diminutio fit altero duorum modorum. s. vel per subtractionem partis, uel per appositionem cōtrarietatis. primō ergo diminutio habilitatis animæ ad gratiā non fit per subtractionem partis, & partis. Cuius ratio est: quia illud quod sic diminuitur tollitur, uel corrumpitur: natura autē animæ est incorruptibilis. Secundo modo diminuitur aliquid per appositionem contrarietatis, uerbi gratia. Frigiditas a. quæ diminuitur, non quia aliqua pars aquæ subtrahatur, sed quia cōtraria qua-

litas. s. caliditas apponitur. Appositio autem contrariæ qualitatis si non tollit naturam non potest tollere habilitatem naturæ. Si autem contraria qualitas potest subiectum corrumpere. potest totaliter habilitas subiecti tolli, ut uerbi gratia.

Tantum posset augeri calor in aqua, qd corrumpere aqua, & sic corrumpere tur habilitas aquæ quæ speciem aquæ consequeretur. Si autem per appositionem cōtrarij quantumcunque ipsum contrariū multiplicetur non posset subiectum corrumpi, tunc quamuis semper minuatur habilitas subiecti in quo talis habilitas radicat̃, nunquam tñ ex toto tolletur: unde quia natura animæ semper manet talis habilitas ad gratiam, licet per infinitum diminuat̃, nunquam tamen tollitur. Ista aut̃ remissio habilitatis ad gratiam, fit per maiorem elōgationem ad gratia: uerbi gratia. Quātō homo magis peccat, tantō magis distat, uel eiingat̃ a gratia, & fit in eo minor habilitas ad gratiā, ita qd post primum peccatum non tollit̃ potentia ad secundum peccatū, immo in eo est maior pronitas ad secundum peccatum, & minor pronitas ad susceptionem diuinæ gratiæ. Vbi nota, quod duplex est priuatio. quædam quæ tollit potentiam, & hæc tollit totaliter habilitatem, sic cæcitas quæ tollit potentiam uisui, tollit totaliter habilitatem uidendi, nisi forte secundum, qd habilitas, uel aptitudo uidēdi remanet in radice potentiæ uisui. i. in essentia animæ. Quædam verō priuatio est quæ non tollit potētiā, sed actū, & talis non aufert habilitatē, & talis priuatio, est priuatio quam facit peccatum, nam peccatum non tollit potentiam ad peccandum, immo auget, quia quātō magis multiplicantur peccata, tantō magis augetur habilitas, & pronitas ad peccandum, sed tollit actum. s. appropinquationem ad diuinā gratiā, quia quātō magis multiplicantur peccata, tantō magis elōgatur a Deo & minus habilis, uel pronus efficitur ad susceptionem diuinæ gratiæ, tamen manente uoluntate semper manet possibilitas ad diuinam gratia, ut patet supra. Hæc B. Tho. secūdo scri. sen. di. 34. art. 15. utrum malum totū bonum corrumpere possit, in cor. q. Et prima parte sum. quæstio. 48. articu. 4. in cor. quæst. &

duplex
est pri-
uatio.

in quæstionibus disputatis de malo. utrū peccatum diminuat bonū naturę in cor. q. & in solu. 3. argumenti ibidem.

C A P. VII.

TERTIO bonum creatum cognoscitur, quia est ad bonum: ita dicit Diony. 4. cap. de diui. nom. Bonum est, quod ordinatur ad bonum. Sed forte argues contra tali ratione. Omne ordinatū ad bonum in quantum huiusmodi est bonum. si igitur malum est ordinatum ad bonum, ergo malum est bonum: sed hoc est falsum, quia vnum oppositorum nunquam est reliquum. Respondeo, & dico, qd aliquid dupliciter est ordinabile, uel ordinatum. Vno modo ordine qui est in se, & hoc modo bonum semper est ordinatum, uel ordinabile in bonum. Alio modo ordine qui est in alio, & hoc modo malum ordine qui est in Deo semper est ordinatum in bonum. Hęc Alex. 1. p. sum. q. 14. de ordine malorū, ar. 1. in sol. 1. arg.

Deus habet differentiam prouidentiam de bonis & malis

Ad cuius euentiam nota, qd Deus differenter habet prouidentiam de bonis, & malis: nam de bonis habet prouidentiam quadrupliciter, quia bona sunt a Deo pre-scita, uel preuisa, causata, intenta, ordinata: mala autem in quantum mala, non sunt a Deo causata, neque intenta, quia Deus nec est auctor mali, nec malum, ut malū hēt: unde possit intendi: ergo mala sunt a Deo pre-scita, uel preuisa, & ordinata.

Si autem queris quare Deus uoluit esse mala. Respondeo, qd Deus non intendens mala, preuidit, & ordinauit mala in multa bona, quæ ratio humana nō sufficit explicare. Possunt tamen ad præsens assignari sex rationes propter quas Deus permisit mala esse, & ea ordinauit in bonum. prima est, quia ex malo bonū necessarius in esse producit, secunda quia ex malo bonum uirtuosius efficitur: tertia, quia ex malo bonum speciosius redditur: quarta, quia ex malo bonum limpidius cognoscitur: quinta, quia ex malo bonum ardentius appetitur: sexta quia ex malo bonum amplius attollitur.

Prima ratio quare Prima ratio quare diuina prouidentia permisit mala est, quia ex malis bonū necessarius in esse producit: quod dupliciter probo, scilicet de bono naturali, &

morali. Primò de bono naturali sic. Nul-lum agens creatum intendens malū ali-re Deus quod operatur: ergo multò minus agens mala p increatum quale est Deus, sed agens natu- misericordie rationale opatur malū corruptionis, intendēs bonū generat onis: nā sine corruptione vnus non pōt esse generatio alterius, ut patet per exēplum, nā mors muscæ est victus araneæ: & si non esset occisio animalis non esset vita leonis. & sic de alijs, ergo similiter Deus nunquā permittit malum propter malum, sed propter bonum. Secūdo probo idē de bono morali, quia si nō esset persecutio tyrannorum non esset patientia martyrum, & si non esset pœna aliqua non esset patientia, uel cautela, & si non essent, uel fuissent peccata nō fuisset diuina misericordia, uel iustitia: unde Aug. in Enchi. sic dicit. Deus omnipotens nullo modo finiret aliquod malum eē in suis operib. nisi adeo esset omnipotens, & bonus, ut beneficeret etiam de malo.

Secūda.

Secunda ratio quare diuina prouidentia permisit mala fieri, & esse est, quia ex malis bonū uirtuosius efficitur. Si. n. malum totaliter excluderetur ab uniuersitate rerum, oporteret etiam multitudinem bonorum diminui, quod non debet, eo qd uirtuosius est bonum in bonitate quā sit malitia in malum, tum quia est dare primum bonum, non autem primum, & ultimum malum, tum quia bonū agit in uirtute propria, malum autem semper in uirtute boni, tum quia cum malum sit in bono, ut in subiecto non totaliter consumit ipsum, unde sicut uidemus, qd artifex abscondit fundamentum sub terra, ut inde tota domus habeat firmitatem, ita diuina prouidentia uidetur permittere quosdam defectus in partibus uniuersi, ut tota rerum uniuersitas sit perfectior.

Tertia. Tertia ratio quare diuina prouidentia permisit mala fieri, & esse est, quia ex malo bonum speciosius redditur: nā bonum uniuersi pulchrius ex ordinata malorum, & bonorum ordinatione confurgit. unde Aug. in Enchi. sic ait. Et omnib. consistit uniuersitatis admirabilis pulchritudo, in quo etiam id quod malum dī benē ordinatum, & suo loco positum eminentius commendat bona, ut magis placeant, & laudabiliora fiant dum cōparatur malis, & probat per duo exēpla.

Prima

Primum exemplum est in sono, nā sicut sonus pulchrior redditur priuatione soni per silentium, ita & vniuersum positio ne mali: unde dicit in libro de natura boni, q̄ sicut nos continendo vocem decen ter interponimus loquendo silentiū, quā tō magis Deus quarundam rerum priua tiones decen ter esse facit, sicut rerum om nium perfectus artifex? Secundum exem plum, quod ponit est de coloribus: unde dicit. 11. de ciuitate Dei, q̄ sicut pictura cum colore nigro suo loco posita apparet pulchrior, sic vniuersitas creaturarum cū peccatoribus, ita q̄ malum non facit ad pulchritudinem vniuersi per se quasi ali qua res positiua, vel aliqua forma inhe rēs, sed per accidens in ordine per aliud; & hoc tripliciter, s. respectu boni, respec tu proximi, respectu sui. Primò respectu boni, quia in comparatione mali bonum apparet pulchrius. Secundò respectu pro ximi, quia malū Neronis fuit occasio pul chritudinis in Petro. tertio respectu sui, sicut peccatum est occasio humilitatis in aliquo nondum est, sed postquam abiit. Hæc Alber. in scriptis: super librum Dio nysij. de diui. no. 4. c. q. utrum malum fa ciat ad perfectionem vniuersi.

Vniuer sum an sit pulchrius cū peccatis, sicut est cum peccatoribus, respondeo, & dico, q̄ vniuersum nō est pulchrius cum peccatis sicut est cum peccatoribus. Cuius ratio est: quia pecca tum non dicit naturam aliquam, vel ordi nem aliquem, sed puram priuationē, sed peccator dicit naturam quæ quamuis pri uata sit bono gratiæ per peccatum, est ta mē ordinabilis in bonum, & propter hāc causam vniuersum est pulchrius cū pec catoribus non tamen cum peccatis. Hæc Alex. prima parte sum. q. 14. de ordine malorum art. 1. in fine q.

Quarta ratio quare Deus permisit ma la fieri, & esse est, quia ex malis bonum limpidius cognoscitur, nam secundum Philosophum contraria iuxta se posita maximē elucescunt, ut verbi gratia. Quan tum bonum sit sanitas infirmi maximē cognoscunt, & sic de alijs.

Quinta rō quare Deus permisit mala fieri & esse est, quia ex malis bonū arden tius appetitur: nā carentia boni, & indi gentia ipsius auget appetitū ipsius, & præ

cipue quando quis aliquo bono caret, quod aliās habuit, vt de infirmis pater: qui ad sanitatē magis exardēt quā prius.

Sexta rō quare Deus permisit mala fieri, & esse est, quia ex malis bonū amplius attollitur. Nā Deus qui est summū bonū magis est laudabilis, uel dignus laude si in mundo sunt mala, quā si non essent. q̄ tali rōne ostendo. Magis est laudabile ma lum ordinare in bonū quam bonum ordi nare in bonum: sed Deus omne malū in bonū ordinat: quod sic probo. Omne ma lum uel est malum pœnæ, vel est malum culpæ, sed Deus omne malum pœnæ, & culpæ in bonum ordinat, quod dupliciter probo, primo de malis pœnæ, secundo de malis culpæ. Primo. n. omne malū pœnæ, vel est castigatiuum, uel exterminatiuū, & desperatiuum. primo enim si est malū castigatiuū quale est malū pœnæ præsen tis uitæ, tunc tale malū Deus semper in bonū ordinat: & hoc uel in bonū perso nale, uel in bonum particulare, uel in bo num generale. Primo Deus malum pœ næ ordinat in bonū personale, s. quando affligit aliquem, ut emendetur, secundo Deus malum pœnæ ordinat in bonū par ticulare, sicut quādo ex punitione vnius alius corrigitur: tertio malum pœnæ ordi nat in bonū generale, sicut quando ex pu nitione vnius, ciuitas conseruatur, ita q̄ diuina prouidentia ad triplex bonū ordi nat mala pœnæ. Primo ad utilitatē patien tis, sicut infirmitates corporales, uel etiā spirituales (Deo id agente) cedunt in utili tatē eorū qui patiuntur eas. secundò ad utilitatē alterius sapientis, sicut cū ex pœ na eius, alius emendatur: tertio ad utilita tem cōitatis, sicut cū pœna malefactorū ordinatur ad pacem communitatis. Hæc B. Diony. de diui. no. 4. c. & B. Thom. in scrip. ibid. Secundo Deus ordinat malum desperatiuum in futuro, ad duo bona, sci licet ad iustitiam Dei, & ad lætitiā san ctoꝝ. Hæc Alexan. prima parte sum. q. 12. de modis diuinæ prouidentię: art. 1. in cor. q. Si verò est malum culpæ, tunc dico, q̄ diuina prouidentia omne pecca tum quod fit ordinat in bonū, & hoc vel in bonum diuinæ iustitiæ per punitionē, vel in bonum misericordiæ per remissio nem, ita quòd omne peccatum Deus or dinat: aut in bonum quod ab homine fit,

aut

Deus ordinat oē malū in bonū siue fuerit pœnæ, siue culpæ.

aut in bonum quod in homine fit. Primo modo peccatum Deus ordinat in bonum quod ab homine Dei gratia, & misericordia fit, puta cum post peccatum resurgens humilior, & feruētior, & cautior efficitur. Secundò peccatum Deus ordinat in bonum quod in homine fit. s. dum per diuinam iustitiam peccator obstinatus punitur. Hæc B. Tho. in quæstionib. disputatis de veritate de prouidentia Dei, artic. 5. vtrum humani actus prouidentia regantur, in cor. q. Et per hoc excluditur error quorundam qui propter mala quæ videbant in mundo dicebant Deum non esse. Sicut Boetius primo de consolatione introducit quendam Philosophum quærentem: Si Deus est vnde malum esset? aut è contrario arguendo, si malum est quomodo Deus est? vnde Isaia. 45. Ego dominus faciens pacem, & creans mala. Et Amos, 3. Non est malum in ciuitate, quod Deus non faciat: quod intelligitur, vel effectiue, vt malum pœnæ, vel permissiue, vt malum culpæ, vel ordinatiue, vel dispositiue, vt malum culpæ, sicut per dicta patet. Hæc B. Tho. contra gent. lib. 3. cap. 69. per totum.

CAP. VIII.

8 **A**D maiorem tamen euidenciam præcedent. nota hic octo. Primum est, qd aliud est facere malum propter bonum: aliud est permittere malum propter bonum, & ordinare malum in bonum. Primum. n. s. facere malum propter bonum nullo modo bonis competit. vnde hoc in homine est reprehensibile. Et ideo ad Roma. 3. dicitur: Non sunt facienda mala, vt veniant bona, nec hoc. s. mala facere propter bonum Deo potest attribui, sed secundum, scilicet permittere malum propter aliquod magnum bonum, & ordinare malum in bonum, hoc est bonum, & ideo Deo attribuitur, qui mala permittit propter aliqua bona ex eis elicienda. Hæc B. Thom. in quæst. dispu. de veritate. q. de prouidentia Dei, art. 4. vtrum motus, & actiones horum inferiorum corporum subdantur diuinæ prouidentia: in sol. 1. arg. vnde Boetius de consola. sic ait. Sola vis diuina est cui mala bona sunt, mala inquam ipsi creaturæ cum eis competen-

ter utendo alicuius boni elicit effectum. Et Aug. super illo uerbo ad Roma. 9. Sustinuit in multa patientia vasa, &c. in gl. sic ait, Nullum Deus, vel hominum, uel Angelorum crearet, quem malum esse præsciret, nisi pariter nosset quib. bonis vsib. eos accommodaret, vel iustitiæ, uel misericordiæ.

Secundum est, qd duplex est ordo scilicet naturæ, & diuinæ prouidentia, uel ordo particularis, qui est ordo naturæ, & generalis, qui est ordo diuinæ prouidentia. Bonum igitur est dupliciter ordinatum, scilicet ordine propriæ naturæ, & ordine diuinæ prouidentia: sed malum quamuis, secundum qd exit ab agente proprio, & particulari sit inordinatum, & ex hoc per priuationem ordinis diffiniatur, semper tamen à superiori agente, scilicet à prouidentia Dei malum semper est ordinatum in bonum, ibidem in sol. 3. arg.

Tertium est, qd bonum ordinatur in bonum quattuor modis, vel quattuor rationibus. Primo ratione eius à quo est. s. ex parte causæ efficientis, quia bonum est à bono. Secundo ratione eius in quo est, s. ex parte causæ materialis, quia bonum est in bono. Tertio ratione eius quod est, s. ex parte causæ formalis, eo qd bonum est quædam formalis perfectio alicuius.

Quarto ratione eius ad quod est, scilicet ex parte causæ finalis, quia bonum semper ordinatur, vel ordinabile est ad bonum tanquam ad finem. Malum autem ordinabile est ad bonum non ex se, sed ex alio. Et hoc triplici ratione, uel tribus modis. Primò ratione eius in quo est, quia malum semper est in bono: vnde Aug. in Enchir. & in lib. de natura boni dicit, qd natura in qua est malum semper est bona. Secundo ratione eius contra quod est, scilicet ratione boni contrapositionis: vnde Aug. in Enchir. 11. c. dicit, qd malum bene ordinatum, & suo loco positum eminentius commendat bona, vt magis placeant, & laudabiliora sint dum comparantur malis. Tertio ratione eius quod ex ipso est, scilicet à Deo, uel ratione eius quod ex ipso malo à Deo elicitur: nam ex malo à Deo non elicitur nisi bonum: vnde August. de natura boni dicit, quod Deus nunquam pmitteret malum fieri, nisi ex ipso eliceret

Panth. Pars. 1. V bonum

Bonum ad bonum, & maius ad maius ordinantur.

Exponitur illud Amos, 3. non est malum in ciuitate, qd Deus non faciat.

bonum. Hæc Alex. prima parte summæ. q. 14. de ordiue malorum, & bonorum, art. 1. in cor po. q.

Quartum est, q̄ bonum aliquod est, quod non potest elici nisi ex malo, vt uerbi gratia. Sicut bonum patiētix non elicitur, nisi ex malo persecutionis, uel tribulationis, & bonum pœnitentiæ &c. non elicitur nisi ex malo culpæ. Hæc B. Tho. ubi supra in solu. 5. arg.

Bonum duplex.

Quintum est, quod duplex est bonum, quoddam quod non habet admixtionem mali, & quoddam quod habet admixtionem mali, uerbi gratia de utroque bono. Est enim quoddam bonum hominis intrinsecum, scilicet bonum mentis, uel uoluntatis, quod est bonum virtutis: quod quidem bonum virtutis non habet admixtionem mali, imò opus virtutis semper habet adiunctum sibi in consecutione beatitudinis præmium. Et è contrario est de malis extrinsecis, scilicet de malis culpæ, quæ semper habent sibi adiunctum in consecutione pœnæ supplicium. Quædam vero sunt bona, quæ non sunt bona intrinseca hominis in quantum est homo, sed sunt bona extrinseca, scilicet bona corporalia, naturalia, & temporalia, & hæc habent admixtionem mali: tamen ista admixtio semper ordinatur à Deo in bonum misericordiæ, gratiæ, & gloriæ, secundum Apostolum ad Roma. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Frequenter n. prosperantur impij in hac vita, ut manifestior appareat in iudicio contra eos diuina sententia. Ratio autem quare bonis mala temporalia eueniant, & impijs mala temporalia non eueniant, nobis nō apparet, sed ratio huius ordinis scitur à Deo, sicut medicus scit quare quibusdam agris quandoque det calida, & quandoq; frigida, & similiter sanis, quod non ignorans artem admiratur, ut Boetius dicit. Hæc b. Tho. 1. scrip. sent. dist. 39. de prouidentia Dei, art. 2. in solu. 5. arg.

Sextum est, q̄ bonum est in plus etiam quantum ad numerum quam malum: quod dupliciter patet, s. in rebus naturalibus, & uoluntarijs. Primo in rebus naturalibus, quia bonum est in rebus incorruptibilibus, scilicet in corporibus cœlestibus: malum autem est in corporibus,

uel rebus corruptibilibus, quæ sunt parua quantitatibus respectu corporum cœlestium, in quibus nullum malum esse potest: nam corpora cœlestia, quo ad substantiam sunt incorruptibilia, & quo ad motum, nec inordinationē habent nec possunt habere, quia semper eodem modo se habent. Secūdo bonum est in plus, quod patet in rebus uoluntarijs, in quibus bonum est in plus quam malum: ut in natura angelica, quia multo plures fuerunt remanentes quam cadentes, & forte etiā plures quam omnes damnandi, & demones, & homines. Hæc B. Thom. prima scrip. sent. distinctio. 39 de prouidentia Dei; artic. 2. utrum prouidentia Dei sit omnium, & præcipuè malorum, in corpore. q.

Septimum est, q̄ in hominibus malum inuenitur, ut in pluribus, & bonum, ut in paucioribus: hoc autem contingit triplici ratione. Prima est propter radicis corruptionem, nam ex peccato originali quod in primis parentibus, ut in radice fuit natura humana est corrupta. Secunda ratio propter deuiationem rationis, nam facilius est malè agere quam benè. Cuius ratio est, quia pluribus modis contingit deuiare à medio rationis, quā medium rationis tenere: unde Diony. dicit, q̄ bonum contingit vno modo: malum autem multifariò. Tertia ratio est propter boni sensibilis cognitionem, nā bona sensibilia apud multos sunt magis nota quam bona intelligibilia, & ideo multi magis sequuntur sensum quam rationē. Hæc B. Thom. ubi supra immediatè in cor. q. & in quæstionibus disputatis de malo q. 1. artic. 3. utrum bonum sit causa mali, in solu. 18. art. tamen Deus præordinauit omnia mala, sed non prohibuit, ut natura maneret in sua libertate, qua subtracta naturæ ratio deperiret, ibidem in solu. 4. arg.

Octauum est, q̄ Deus habet prouidentiam bonorum, & iustorum uirorum quodam excellētiori modo quam impiorum, in quantum non permittit circa eos aliquid euenire, quod finaliter impediat eorum salutem. nam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ut dicit Apostolus ad Roma. 8. Malos autem, & impios Deus dimittere dicitur, in psal.

Dimi-

Malū inuenitur in hoīb. ut ī plurib. bonum autem in pauciorib.

Dimisit eos secundum desideria cordis eorum: dum impios non retrahit à malo culpæ, non tamen quod etiam impijs non provideat, & conseruet, aliàs in nihilum tenderet secundum beatum Grego. Hæc B. Thom. in prima parte summæ. q. 22. art. 2. in solu. 4. arg.

CAP. IX.

Sētētia
Sap. oīa
disposui
sti, expo
nitur.

Secundo principaliter circa bonū consideranda est cūstantia rōnis: nam ratio boni, ut bonum dicit esse perfectum cui nihil deest, consistit in tribus, scilicet in modo, specie, & ordine: unde Augusti. in lib. de natura boni sic ait: Omnia quāto magis moderata speciosa ordinata sunt, tantō magis bona sunt. Hæc tria ubi magna magna bona sunt, ubi parua, parua bona sunt, ubi nulla, nulla bona sunt. Et iterum Augusti. exponens illud verbum Sap. 11. Omnia disposuisti in numero, pondere, & mēsurā dicit ibidem, q̄ idem est mēsurā quod modus, idem est ordo quod pondus. Rō autem quare bonum in his trib. consistit est ista, quia vnumquodq; in tantum est bonum, & per consequens appetibile, inquantū est perfectū, est autē aliquod bonum perfectū, cui nihil deest eorum, quæ requiruntur secundū modum suæ perfectionis. Perfectio autem boni siue ratio boni ut perfecti integratur ex tribus. Primò ex parte causæ efficientis. Secundò ex parte formæ distinguētis. Tertiò ex parte naturæ inclinantis. Primò enim ratio boni, ut perfecti integratur ex parte causæ efficiētis, quæ quidem constituendo bonum in esse dat sibi certum modum essendi, scilicet esse commensuratum, uel proportionatum, & talia sunt modus, uel mēsurā, nam causa efficiēs dat modum, uel mēsuram bono ex qua efficitur proportionatum, uel conueniens appetitur, & sic efficitur appetibile: unde dicit Aug. q̄ mēsurā modum præfigit. Secundò rō boni ut perfecti integratur ex parte formæ specificantis, & distinguētis, nam præter causam efficientem ad perfectionem boni requiritur causa formalis, q̄ bonum spe-

cificat, & distinguit: & propter hoc ab Augustino ponitur secundò forma, uel numerus. Ratio quare ponitur forma est, quia unumquodq; à forma sua speciē habet. Ratio autem quare ab Augustino dicitur, q̄ numerus speciem præbet est, quia sicut numeris vnitas addita, uel subtracta variat speciem numeri, ita in diffinitionibus differentia addita, uel subtracta variat speciē boni, & cuiuslibet rei creatæ, ut dicitur in 3. lib. Metaphysicæ. Tertiò ratio perfecti boni integratur ex parte naturæ inclinantis. Sicut. n. à forma creatur specificatio, ita etiam ex forma sequitur inclinatio ad conuenientem actionē, vel finem, nam vnumquodque per formā suam agit, & tendit in illud, quod sibi cōuenit secundum suam formam: & quantum ad hoc ponitur ab Augusti. pondus, vel ordo: sicut enim corpus pondere fertur ad locum suum sursum, uel deorsum, ita quælibet res sua forma, uel natura inclinatur, & ordinatur ad finē suum. Hæc B. Tho. prima parte sum. q. 5. art. 5. argu. contra, & in cor. q. per totum ibidem. Si autem sufficientiam horum breuius uis ponere, dicas, quod hæc tria, scilicet species, modus, & ordo sunt quædam disponentia, quæ conueniunt bono, & cuiuslibet rei creatæ per respectum ad causam efficientem formalem, & finalem. Primò. n. modus, uel mēsurā est dispositio rei prout refertur ad causam efficientem, quæ dat esse terminatum, & mensuratum cuiuslibet rei. Secundò species, vel numerus est dispositio rei prout refertur ad causā formalem, secundum, quod quælibet res per formam specificatur, & ab alia re distinguitur. Tertiò pondus, uel ordo est dispositio rei prout refertur ad causam finalem: unde dicit Augusti. super Genesim ad litteram, quod mēsurā modum præfigit quo ad primum, numerus enim rei speciem præbet quo ad secundum: pōdus vero in suo loco ordinat, & quiescere facit quo ad tertium. Hæc Alexand. 1. par. sum. q. 8.

Epilo
gat req̄.
sita ad
bonum.

CAP. X.

T Amen ad maiorem euidentiā. c. præcedentis est sciendum, q̄ istę tres conditiones, uel proprietates prædictę. s. modus uel mensura, species uel numerus, pondus, uel ordo: de quib. loquitur Aug. & Sap. 11. scribitur, conueniunt

Modus, tam creatori quam omnibus creaturis. spēs, & Primò enim conueniunt creatori unde ordo cō Aug. ad Orosium sic dicit: Numerus, pondus, & mensura est ipse Deus, ipse enim Deo, & est numerus sine numero à quo est omnis quomō.

nis numerus: Ipse. n. est mensura sine mēsurā à quo est omnis mensura: ipse enim est pondus sine pondere à quo est omne pondus. Distinguit B. Aug. ibidem duplicem numerum duplicem mensuram, & duplex pondus dicens, q̄ est mensura mēsurans, & mensura mensurata, & numerus numerans, & numerus numeratus, & ordo ordinans, & ordo ordinatus: nam mensurans est ipse Deus, mensuram cuiuslibet rei præfigens. Mensura mensurata est cuiuslibet rei quantitas, qua dicitur magna, uel parua, uel mediocris. Numerus numerans est ipse Deus; numerus numeratus est vniuscuiusque rei ppria qualitas, qua una res distinguitur ab alia. Ordo ordinans siue pondus ponderans est ipse Deus, omnibus dans ordinem, uel pondus proprium. i. inclinationem ad locum, uel finem suum. Pondus ponderatū siue ordo ordinatus est ipsa rerum proprietas, qua res ad suum locum, uel finem naturaliter tendit, & in eo quiescit. Secūdo hæc appropriantur, & cōueniunt Deo sic. Nam pondus ad potentiam operātis, numerus ad Sapientiam ordinātis, mēsurā ad clementiam conseruantis Et ita pōdus refertur ad patrem, cui appropriatur potentia, numerus ad filium cui appropriatur sapientia, mensura ad spiritum sanctum, cui appropriatur clemētia, ita q̄ omnis creatura habet pōdus à patre creatore, habet numerum à filio ordināte, habet mensuram à spiritu sancto conseruante.

Eadē cōueniunt creaturę Secundò hæc condōnes conueniunt omni creaturę: unde Aug. 11. de ciuit. Dei sic ait: A Deo est omnis modus, omnis spēs, omnis ordo, sine quib. nihil rerum inueniri pōt uel cogitari: nam esse oīs creati

non pōt intelligi nisi 'in relatione ad primam causam sub triplici rōne causę. s. efficientis, formalis, & finalis, unde Aug. 5. de ciu. Dei sic ait: Tria de omni re quarimus. s. quis eā fecerit, quō facta est res, ppter quid facta est res. Et in lib. 8. q. sic dicit: In omni eo quod est, aliud est quod constat, ecce cā efficiens, aliud est quo discernit, & distinguit, ecce cā formalis, aliud est quo suis partib. congruit, ecce cā finalis. Tertiò hæc tres condōnes, uel proprietates. s. mensurā numerus, & pōdus appropriant aīa: vnde Aug. super Gen. ad litteram distinguit in animab. hæc tria dicens, q̄ mensura est aliquid agendi ne fiat irrenocabilis, & immoderata pgressio, hoc pertinet ad intellectum, ne plus, uel minus sapiat quam oporteat: numerus aut est affectionum, & uirtutū: pōdus est uolūtatis, & amoris ubi appetit, & fertur in id quod debet, & respicit quid cui præponatpr.

Item cōueniunt animæ.

Quartò hæc tres condōnes. s. modus, uel mensura, & species, & ordo inueniuntur et in in uoluntate, quod patet de singulis. Primò. n. modus, uel mēsurā uolūtatis est in quantum uoluntas innititur summę bonitati productiuę, uel effectiuę oīs boni secundum suę mensurę quauitatem, & modū. Secundò spēs uoluntatis est, secundum, q̄ uoluntas habet suam rectitudinē naturalē, & maximē ex cōformitate ad rectitudinem uolūtatis diuinę. Tertiò ordo uoluntatis est cū uoluntas sequit uoluntatem diuinam, & eius bonitatē supra omnia diligit: malum autē uoluntatis est priuatio istorum trium. quod patet, quia cū creatura amat, ut Deus, uel plus Deo, est priuatio, uel defectus modi seu mēsurę: cum non amatur Deus propter se est defectus speciei, uel rectitudinis: cū non amat Deus super oīa est defectus ordinis.

Quintò hæc tres conditiones. s. mēsurā, numerus, pondus requirūtur in actione humana. Et i leō Deus fecit omnia in mensura contra uitium superfluitatis, in pondere contra uitium leuitatis, & in numero contra uitium singularitatis, & hæc quę creaturis contulisse noscitur hæc requirit. Habe ergo pondus, serua numerum, mensuram tene: & sic faciendo diuidi non poteris ab auctore, superfluitas non habet mensurā: vnde fertur,

&

& euolat in certū pondus nescit leuitas, cor non fuit esse stabile, neq. firmum, numerum nō seruat singularitas cum sit numerus collectio unitatum, singularitas autem est diuisio unionum. Ratio numeri reddit socialem: ratio vero mensuræ reddit frugalem. Habe ergo pondus. i. stabilitatem in fide, habe numerum. i. socialitatem in charitate, habe mensuram. i. fragilitatem in consolatione. Sexto hæc tres conditiones, numerus, mensura, & pondus appropriantur diuinæ sententiæ in extremo iudicio, ut dicatur, q̄ Deus disposuit omnia. i. omnes pœnas quas infliget peccatorib. in numero, ut numerus, uel multitudo pœnarū respōdeat numero uel multitudinī peccatorum: de hoc numero pœnarum dicitur Apocal. 18. Duplicate ergo ei duplicia secundum opera eius: & Eccl. 33. Intuere in omnia opera altissimi duo contra duo, & vnum contra vnū: secundō Deus disponit damnatorum pœnas in mensura, ut pœna respondeat quantitati culpæ. s. quod tanta sit quantitas pœnæ, quanta fuit quantitas culpæ, de hac mensura pœnarū dicitur Matt. 7. In qua mensura mēsi fueritis, remetietur uobis: & Apoc. 18. quantum se glorificauit &c. tertiō Deus disponit pœnas damnatorū in pondere ut. s. pœna damnatorū respondeat causæ, uel rationi mouenti ad peccatum: plus. n. ponderat culpa eiusdem generis in vno, quam in alio, secundum q̄ magis, uel minus impellens habuit: unde plus puniuit Angelū nullo suadente peccantem, quam hominem, qui altero inclinante peccauit: Sapiētia. 6. Exiguo conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur: Expositor: Exiguo. i. humili, qui per ignorantia super infirmitatem peccauit, & per pœnitentiam, se humiliat, conceditur misericordia.

Prouer. 18. Qui abscondit scelera sua nō dirigitur: qui autem ea confessus fuerit, & reliquerit, misericordiam consequetur, Et subditur: Potentes autem. s. in male faciendo: Potenter tormenta patientur. qui enim fuerunt fortiores in peccando, miserabiliores, erunt in inferno, vel Potentes. s. in dignitatib. & aliorum regimine constituti. Potenter patientur tormenta illata quippe eis pro suis, & alie-

nis peccatis. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 2. & dominus Hugo cardinalis in postillis. s. in expositione illius verbi Sap. 11. Omnia disposuisti &c.

C A P. XI.

Circa bonum, & malum, tertiō, principaliter considerata est differentia distinctionis, uel diuisionis: nā de bono, & malo assignantur, & dantur quatuor distinctiones. Prima distinctio est, q̄ in actib. Humanis est triplex gradus boni & mali, uel bonitatis, & malitiæ. Est. n. actus moralis bonus, uel malus, ex sua natura, ex circumstantia, ex uirtute habita. s. adepta, uel infusa: primo dico, q̄ actus moralis est bonus ex genere. i. ex sua natura. s. actus cadens supra debitam materiam, sicut parere esurientem. actus autē ex sua natura est malus, qui cadit supra materiam indebitam, sicut subtrahere aliena: materia autem actus dicitur obiectus ipsius.

Secundō actus moralis est bonus, uel malus ex circumstantia, sicut loco, & tēpore, aut conditione agentis, putā si subtrahat non sua ex loco sacro, & sic de alijs circumstantijs. Re. infra circumstantia.

Tertiō actus moralis est bonus ex uirtute acquisita, uel infusa: nam aliter operatur aliquis antequam habeat uirtutem, & postquam habet uirtutem: quod patet, quia antequam habeat uirtutē operatur bonum non tñ benè: sed postquam habet uirtutē operatur bonum bene: verbi gratia. Antequam quis habeat habitum, uel uirtutem iustitiæ, operatur uel facit iustum, sed non iustè: sed postquam habet uirtutem iustitiæ operatur iustum iuste, similiter antequam quis habeat uirtutē castitatis uel continentie operatur casta, sed non caste, sed postquam habet opera, uel facit casta caste, ut patet per Philosop. 2. Ethic. Hæc b. Thom. in q. disput. de malo q. 1. art. 4. vtrum omnes actus sint indifferentes, in cor. q. & in solut. 11. argu. ibidem.

Secunda distinctio de bono, & malo est, quod aliquid ex sua natura est bonum, aliquid ex sua natura est malum, aliquid ex sua natura est indif-

Primo distin.

Actus moralis est bonus ex genere.

2. ex circumstantia.

3. ex uirtute acquisita.

Secunda

Exponitur dicto sap.

ferens, scilicet neq. bonum neq. malum. Primò. n. omne illud ex sua natura est bonum quod importat, vel includit aliquid conueniens rationi: sicut pascere esurientem, & alia huiusmodi. Secundò omne illud ex sua natura est malum quod importat aliquid discordans a ratione, sicut tollere alienum, & huiusmodi. Tertiò omne illud ex sua natura est indifferens, .s. quia neq. est bonum, neq. malum quod neq. importat aliquid cōueniens rationi neque aliquid discordans a ratione, sicut leuare festucam de terra, uel aliquid huiusmodi. Hęc b. Tho. ubi supra immediate. q. 1. art. 5. vtrum aliqui actus sint, indifferentes, in cor. q. ibidem.

Tertia.
Duplex
bonum,
morale,
& natu-
rale.

Tertia distinctio est, q. duplex est bonū. .s. naturale, & morale, & similiter malum. Bonum naturæ, uel naturale est, q. habet perfectionem conuenientem naturæ, quæ quidem perfectio comprehendit conuenientem mensuram, & formam, & ordinem: unde Aug. dicit in lib. de natura boni, quod ratio, uel perfectio boni cōsistit in modo, specie, & ordine, ut in ca. præcedentib. patet. Malum autem naturale non est priuatio, vel carentia omnis boni, uel perfectionis naturalis, sed boni debiti, uel perfectionis debita: nam carere perfectione non debita non est malū, sed carere perfectione debita est malum: verbi gratia. Non esse manus in homine est malum, non autem in equo aut boue: similiter carentia visus in lapide non est malum, sed in homine, uel animali quod natum est, & cui debitum est habere visum. Bonum uero morale in actibus humanis est secundum q. actus cōcordat rationi informatæ lege diuina, uel per doctrinam, uel per inspirationem diuinam. Malum autem mortale in actibus humanis consideratur secundum quod sicut præter rationem: unde Dion. 4. c. de diuino. dicit, quod malum animæ est præter rationem, malum uero corporis est præter naturam. Hęc b. Tho. ubi sup. q. 1. art. 4. vtrum omnes actus sint indifferentes in cor. q.

Quarta
Malum
morale.

Quarta dist. de bono, & malo morali est, quod malum morale nunquam pōt esse bonum: bonum autem morale potest esse malum. Primo dico, q. malum morale nunquam potest esse bonum, quod probō

duplici rōne. Prima ratio est talis. Illud nunquā quod est contra ordinem rationis in quā pōt esse bonum, sed malum morale in quantum tale semper est contra ordinem rationis, ergo &c. Secunda ratio est talis: Illud quod nō potest esse integrum bonum semper est malum: sed actus malus non potest esse integrum bonum, cum in eo semper sit malū, uel actionis, uel intentionis, ergo &c.

Bonum
morale
pōt esse
malum,

Secundò dico, quod bonum morale potest esse malum, non quidem ex suo genere, uel specie, uel natura, sed ex fine, ex quo formo sic rationem, Illud potest esse malum cui potest adiungi aliquid quod est malum sed actui, uel operi ex sua natura bono potest adiungi aliquid quod est malum. .s. intentio mali finis, ergo &c. Verbi gratia. Dare eleemosynam pauperi, uel diligere Deum est actus secundum se. i. ex sua natura bonus: sed referre huiusmodi actum ad aliquem inordinatum finem. .s. cupiditatis aut inanis gloriæ est quidem alius actus malus. Vbi nota q. aliter se habet de bono, & aliter de malo: nam aliquid non iudicatur esse bonum morale nisi totum sit bonum. .s. ipsa actio, & ipsa intentio. aliquid autem iudicatur totum esse malū quando aliquid fuerit, in eo malum, .s. vel ipsa actio ex sua natura mala, uel inordinatio actus .s. ad finem malum: quod dupliciter probō. Primò auctoritate Dion. 4. c. de diuino. qui dicit, quod bonum est ex tota, & integra causa: malū autem est ex singularib. defectibus. Secundò hoc idem probō similitudine sic. Sicut homo non iudicatur pulcher nisi omnia membra eius fuerint pulchra: turpis autem iudicatur etiā si vnum membrum eius fuerit turpe: ita se habet de actu malo, & bono, quia actus malus non potest bene fieri, tum quia est contra rationē, tum quia ex quo est actus malus non pōt esse integrum bonum, & ideò semper est malus: sed actus bonus potest male fieri, quia non requiritur q. sit integrum malum, sed sufficit, q. sit particulariter malū, sicut ratione, auctoritate, & similitudine patet supra immediate. Hęc b. Tho. in q. disp. de malo q. 1. art. 4. vtrum omnes actus sint differentes in corp. q.

CAP. XII.

Prima di. bōi. **S**ecundo post quattuor distinctiones prædictas de bono, & malo, dantur quattuor distinctiones de bono. Prima distinctio, uel diuisio boni est talis: Nam bonum quadrupliciter dicitur. Primo. n. quoddam bonum est quod est immutabiliter bonum, & secundum esse, & secundum usum, & sic summum bonum quale est Deus est immutabiliter bonum, & secundum esse, & secundum usum, & talia sunt bona corporalia, quorum esse est mutabile & usus mutabilis. Tertiò est bonum immutabiliter bonum secundum esse, sed non secundum usum, ut potentia animæ quæ intelligitur quantum ad factum esse, non quantum ad fieri ipsarum sicut in cæteris perpetuis. Quarto est bonum immutabiliter bonum quantum ad usum, non quantum ad esse, ut virtutes quib. non contingit habentem malè uti, & tamen possunt non esse, & ita mutari in non esse. & sic in non bonum. Vbi nota, quod virtutes dupliciter considerari possunt. scilicet materialiter, & formaliter. Primò materialiter, & sic contingit de uirtutibus superbiæ: unde Aug. in lib. de ciu. Dei sic ait: Virtutes cum referuntur ad seipsas nec propter aliud experiuntur, inflatæ atq. superbiæ sunt. i. materia sunt superbiæ, & elationis. Secundo modo uirtutes possunt considerari formaliter, & sic uirtutibus non contingit male uti: sequeretur. n. quod bonus actus, vel usus uirtutis esset malus, quod falsum est: unde Aug. in li. de libero arbit. sic ait: Virtutibus nemo male utitur, quia actus siue usus earum semper est bonus. Hæc Alex. 1. par. sum. q. 8. ar. 17. an sit aliquod bonum tantum immutabiliter bonum.

Secunda Aug. de triplici bono. Secunda diuisio, uel distinctio datur ab Aug. in lib. de libero arbit. quæ talis est, Bonorum quædam sunt maxima, quædam sunt media, quædam minima. Primo. n. illa sunt bona maxima quib. non contingit malè uti, & quæ alijs non utuntur, ut sunt uirtutes. Secundo bona media sunt quib. contingit bene, & male uti, & quæ utuntur alijs; ut potentia animæ. Tertiò bona minima sunt quibus contingit bene & male uti, & quæ alijs non utuntur: ut

bona corporalia.

Tertio distinctio est talis: Bonum est quadruplex, scilicet bonum nature, bonum uirtutis politicæ, bonum gratiæ, bonum gloriæ. Primum bonum. scilicet nature conuenit generaliter omni enti, & tale bonum est perfectio debita, & conueniens nature, cuius priuatio, vel carentia, est malum nature, ut patet in præcedenti cap. immediate. Secundum bonum, est bonum uirtutis politicæ acquiræ, quod bonum habet principium intra nos, eò quod uirtus politica est bonum quod acquiritur uoluntaria consuetudine. Tertium bonum, est bonum gratiæ quod conuenit creature rationali bene dispositæ, & ideo istud bonum partim habet principium extra nos, & partim habet principium intra nos: unde dicit Bern. in libro de gratia, & libero arbit. quod gratia Dei non recipitur tam absq. gratia dantis, quam absq. gratia recipientis: nam ad habendam diuinam gratiam requiritur infusio, & influxus ex parte Dei: & consensus ex parte liberi arbitrij in adultis. In paruulis uero requiritur usus ministerij sacramenti ex parte hominis, & operatio inuisibilis Dei. Quartum bonum, est bonum gloriæ, & tale est bonum perfectum, quod conuenit animæ informata, & disposita ex necessitate per gratiam. Sicut. n. in materia est necessaria præuia dispositio ad formæ susceptionem, ita in anima est necessaria dispositio, quæ est per gratiam ad infusionem, & adoptionem gloriæ, Hæc Alex. prima par. sum. q. 8. ar. 5. de differentijs boni.

Quarta Quarta diuisio boni est in utile, honestum, & delectabile: nam aliud est bonum utile, aliud honestum, aliud delectabile. Vbi nota, quod bonum non diuiditur in ista tria sicut in uniuocum æqualiter de eis prædicatum, sed sicut in analogum: quod patet, quia bonum non prædicatur equaliter de his tribus, sed per prius prædicatur, uel dicitur de honesto, secundo de delectabili, tertio de utili. Ratio autem uisionis boni in hæc tria est ista, quia bonum est aliquid in quantum est appetibile. Appetitur autem bonum aliquod tribus modis.

Primò enim appetitur aliquod non propter se, sed propter aliud. scilicet ut quoddam medium per quod in aliud donum vendi

tur, & tale uocatur bonum utile. Secundo appetitur bonum: ut quædam res per se totaliter terminans appetitum, & tale uocatur bonum honestum. Dicitur autem bonum honestum quod per se, uel propter se desideratur. Tertio appetitur bonum, ut quies in re desiderata, & concupita, & tale bonum est delectatio, uel bonum delectabile. Itaq. bona utilia dicuntur, quæ non habent in se unde desiderentur, sed desiderantur ut sint ducentia in bonum alterum, sicut sumptio medicinæ amaræ.

Bona uerò delectabilia dicuntur, quæ nullam aliam rationem appetibilitatis habent nisi delectationem, cum aliquando sint, & noxia, & inhonesta. Bona uerò honesta dicuntur quæ in seipsis habent unde desiderentur. Hæc b. Tho. prima parte sum. q. art. 6. in cor. q. & in sol. 1. & 2. arg.

Nō sunt tria mala, sicut sūt tria bona.

Sed fortè ex hoc argues, q. si bonum est triplex, ut patet, ergo malum erit triplex, & non duplex, ut. scilicet malum culpæ, & pænæ. Cuius ratio est, quia quotiens multiplicabitur unum oppositorum, totiens, & reliquum. Respondeo, & dico, quod bonum utile ordinatur in bonum delectabile, & honestum, sicut in finem. Et sic sunt duo principalia bona, scilicet bonum honestum, & delectabile, quibus opponuntur duo mala, scilicet malum culpæ, & malum pænæ, ita quod malum pænæ opponitur bono honesto: & malum pænæ opponitur bono delectabili. Hæc b. Tho. in q. dispu. de malo. q. 1. art. 4. vtrum malum conuenienter diuidatur per culpam, & pænam, in sol. 12. argu. ibidem.

C A P. XIII.

Quarto principaliter circa bonum consideranda est præminencia perfectionis, nam unum bonum est maius, uel melius altero sex rationib. uel quia diuturnius, impermixtius, communius, sufficientius, eligibilius, honorabilius.

Primò unum bonum est maius altero, quia diuturnius. Vbi nota, quod aliter se habet in malis, & aliter in bonis: nam in malis nota tria. Primum est, quod in malis illud quod est diuturnius est peius, & per consequens magis respuendum: uer-

bi, grā ægrotare per unum est peius, & magis respuendum, quam ægrotare per diem. Similiter peccatum unius diei est peius quam peccatum unius horæ, & peccatum unius anni est peius quam peccatum unius diei, nam consuetudo peccandi, & habitatio in peccato peccatum aggrauat. Secundum est, quod plus habet de ratione mali malum culpæ, quā malum pænæ: & ideo omne malum pænæ quantumcunq. malum est eligendum, & tolerandum, ad uitandum quantumcunq. nimium malum culpæ. scilicet mortale. Tertium est: quod in malis culpæ nullum est eligendum propter aliud uitandum. Cuius ratio est: quia si unum peccatum quantumcunq. minimū deberet eligi propter aliud uitandum, sequeretur, quod peccatum haberet rationem boni, quod falsum est. In bonis autem contrario modo se habet, quia quanto bonum est diuturnius, tanto esse melius, & magis eligendū: Cuius ratio est, quia quanto bonum quod habetur est diuturnius, tanto securius possidetur, & nō amittitur.

Peccatū unū nō ē ppetrandum ut aliudeuitetur.

Secundo unum bonum est maius altero, quia est impermixtius siue purius, sicut bonum quod est sine malo est maius & magis eligendum, quam bonum quod habet admixtionem mali: & similiter gaudium quod est sine tristitia est maius quam gaudium, quod habet annexam tristitiā. Ratio autem huius est, quia bonum quanto delectabilius, tanto melius, & magis eligendum: sed bonum quanto est malo impermixtius, & a malo purius, tanto est delectabilius, ergo &c. In casu tamen, & sub cōditione bonum admixtū malo est melius, & magis eligendū: & hoc duobus modis. scilicet respectu amici, & respectu sui. Primo respectu amici. Nam si amicus tristatur ad conseruationē amicitiae melius est tristari quam gaudere: si uero amicus prosperatur melius est gaudium quam tristitia, eò q. de ratione amicitie est idem uelle, & idem uolle. Secundò respectu sui bonum admixtū malo est melius, & magis eligendum: uerbi gratia. Nam supposita culpa, maius, & melius bonum est pænitere, & tristari quam gaudere.

Tertiò unum bonum est maius altero, quia communius. Vbi nota, q. bonum aliud quod dicitur tribus modis commune esse. Primò quod potest participati secundū se

se totū a diuersis a pluribus, non tamen in eodē tēpore, sicut quādo sunt duo, vel plures, qui habent in communi vnā vstem, unū agrū, vnū equum, vel huiusmodi. Secundō est aliquod bonum cōmune, quod non potest participari secundum se totū, neq. in eodē tēpore, sed secundū partē. ut puteus, & similia: & istis duobus modis bonū propriū est maius, & magis eligendū quā bonum cōmune. Cuius ratio est, quia illud bonū quod omni tēpore habetur est maius illo quod aliquo tēpore habetur, & ideō magis eligendum, & hoc quo ad primum modū boni cōmunis. Similiter illud bonum q̄ secundum se totum habetur est melius, & magis eligendū, quē aliud quod habetur solū secundū partē: & hoc quō ad secundū modum boni communis. Tertio est aliquod bonum commune quod secundum se totum, & in eodem tempore pōt a multis participari, ut aspectus ludī in theatro, & tunc bonū quantō cōmunius, tātō melius, & magis eligendū. Cuius rō est, quia bonū simpliciter est maius, & magis eligendum quā bonum alicuius, sed bonum simpliciter, i. ex se, & ex sua natura est bonum cōmune: bonum autem particulare uel proprium est bonū alicuius, .s. istius, vel illius, ergo &c. Quartō vnū bonum est maius altero, quia est sufficientius: nā illud bonū quo habito nullo alio indigemus, est maius, & magis eligendum illo bono quo habito nihilominus indigemus, uerbi gratia: Iustitia est maius, bonum quā fortitudo. Cuius ratio est, quia habita fortitudine adhuc iustitia indigemus, sed habita iustitia fortitudine nō indigemus, nam si omnes essent fortes nihilominus iustitia indigerent, sed si oēs essent iusti, ad nihil esset utilis fortitudo vel temperantia. Vbi nota, q̄ fortitudo dupliciter pōt considerari. Vno mō secundum actum, & sic habentes iustitiā non indigent fortitudine. Cuius ratio est, quia cū fortitudo sit ad repellendum nociua, & aduersa, cum talia nō semper occurrant, nō semper fortitudo secundum actū nobis est necessaria. Alio modo fortitudo pōt cōsiderari secundum habitum, & sic fortitudo semper est necessaria & eligenda, quia semp debemus, & indigemus habere habitum, uel virtutem fortitudine,

qua aduersa possimus expellere si occurrant. Possimus aut cognoscere vnū bonum sufficientius esse altero trib. modis. Primō modo quando vnū bonū est per se sufficiens sine altero: aliud vero bonū nō sit p se sufficiens sine alio. Secundo quā tale bonū est finis quod pōt esse sine his, quē sunt ad finem, nō tamen e conuerso: unde habito bono quod est finis non indigemus bonis, quē sunt ad finem sicut e conuerso, ut patet in sanitate, & medicina & diuitijs, & beatitudine, & similibus. Tertiō quia tale bonum est principium omniū quod pōt, esse sine bono quod nō est principium, non autem e conuerso. Quintō vnū bonum est maius altero quā eligibilis. Vbi nota, q̄ vnū bonum est eligibilis duplici ratione. .s. ex parte eligibilis, & ex parte eligentis. Primō ex parte eligibilis, nam quantō bonū est eligibilis, tanto est melius. Est autem aliquod bonum eligibilis altero triplici rōne, .s. ratione maioris desiderij, preci), & damni. Primō ratione maioris desiderij: nā si bonum est quod diligitur, & appetitur maius bonum est & magis diligitur, & magis appetitur. Secundō rōne maioris precij: nā quorum precia sunt maiora illa sunt meliora. Cuius rō est, quia precij est quādam dignitas, uel mensura rei appreciatæ: & ideō quantō est maius præcium, tanto res illa est melior. Tertiō rōne maioris damni, nam illa sunt meliora bona, quorum damna sunt maiora. Cuius ratio est, quia maiori bono semper maior malum, uel damnum opponitur. Sextō vnū bonum est maius altero. quia honorabilius, vel laudabilius: ubi nota, q̄ maior honor, uel laus semper debetur maiori bono: hoc autē probatur ex trib. Primō ex parte mouentis, uel inducentis virtutis, nam opus quantō liberalius tanto laudabilius, & per cōsequens melius, uerbi gratia, sicut benefacere extraneis uidet̄ laudabilius esse quā benefacere benefactoribus. Cuius ratio est, quia benefacere extraneis est liberalius quam benefacere notis, & propinquis, uel benefactoribus cum hoc sit debitum, scilicet benefacere notis, uel benefactoribus. illud autem sit merē gratuitum .s. benefacere extraneis. Secundo aliqd est magis laudabile ex parte operis, sicut facere illud q̄ est

Quarta
causa.

Fortitu-
do du-
pliciter
pōt, con-
siderari.

Quinto
causa.
Vnū bo-
nū ē eli-
gibilis
duobus
rōnib.

Sextacā

est sua natura bonū quam facere illud, quod indifferens, vel per aliud bonum: tertio ex parte finis. nam magis est laudabile, & per consequens magis bonum, q̄ sit gratia melioris finis: uerbi gratia: Omne opus ex quo acquiritur honor est magis laudabile, & maius bonum, quam illud ex quo acquiritur pecunia, eo quod honor inter omnia exteriora bona in laude, & bonitate excedit pecuniam.

Honor duplici-ter cōsideratur. Vbi nota, quod honor: uel laus duplici-ter potest considerari, uno modo ex parte rei cui debetur. s. ex parte virtutis, & sic honor, uel laus est appetenda, & eligenda prae alijs bonis anterioribus. Alio modo ex parte rei, de qua appetitur, & tunc quia homo inordinatē laudari appetit, laus est respuenda. Hæc Arist. Ethic. lib. 1. ca. 5. Et Ethic. lib. 3. Req. sup. Amor Dei ad creaturas quattuor rationes ex quibus Deus diligit meliora. cap. 14.

CAP. XIII.

Secundo post prædicta vnum bonum est maius altero & magis eligibile sex rationibus: s. ratione existentiae, inhaerentiae, independentiae, indigentiae, consequentiae, efficaciae. Primo vnum bonum est maius altero, & magis eligendum ratione existentiae. Et hoc duob. modis: primò quia bonum quod est per esse suam tale. s. bonum quod est melius quam bonum quod est per participationem tale: secundo quia bonum quod est secundum rei veritatē bonum, est maius, quam bonum quod est solum secundum apparentiam bonum: uerbi gratia: Sanū esse est melius, quam uideri sanum, & esse iustum, uel bonum, quam uideri iustū, vel bonum, & magis eligendum. Volunt tamen omnes magis esse sani, quam uideri sani: uideri iusti, quam esse iusti, nō ex eo, quod sanitas sit melior iustitia; immo e conuerso iustitia est melior sanitate, sicut bonum animæ est simpliciter melius bono corporis. Et similiter melius est esse iustum, quam uideri iustum: tamen quia cūmuniter homines solum cognoscunt bona sensibilia: idē eligunt homines, ut plurimum magis uideri iustos, quam esse.

Secundò vnum bonum est melius, uel maius altero, & magis eligendum ratione inhaerentiae, uel i gratia. Illud quod in est Deo est melius, & magis eligendū quā quod inest creaturæ, vel homini. Similiter omne quod inest homini meliori, & prudentiori est magis eligendum, quam quod inest peiori, & imprudentiori. Similiter omne bonū, quod inest animæ est melius, uel maius, & magis eligendum, quam bonum quod inest corpori.

Sed forte quæres an malū animæ. s. peccata spiritualia sint maiora malo corpora. li. i. peccato quod committitur ex parte corporis, putā peccatum carnale. Respondeo secundum Greg. & dico, q̄ peccata spiritualia, semper maiora sunt, & magis graua, & minoris infamiae, peccata uero carnalia sunt e conuerso.

Tertiò vnum bonum est maius altero, & magis eligendum ratione independentiae, puta illud bonum, quod non dependet ab alio, sed est sine alio, bonū est maius, & magis eligendum, quam illud bonum quod dependet ab alio, nec est sine alio bonum, uerbi gratia: prudentia est maius bonum, quam sit fortitudo, uel potentia. Cuius ratio est, quia prudentia est bona, & idē eligenda: sine potentia, uel fortitudine, sed non e conuerso: & ideo &c. Et simile est de bono increato, & creato, & de bono animæ, & corporis.

Quartò unum bonum est maius altero, & magis eligendū rōne maioris indigentiae: & sic bona, quæ fiunt, uel proueniunt in maiori necessitate, sicut illa quæ fiunt in agitudine, & in senectute, & in paupertate sunt maiora, vel meliora, & ideo magis eligenda, nam carentia, vel indigentia boni facit bonum maius.

Quintò vnum bonū est melius, & magis eligendum altero ratione consequentiae, & hoc duob. modis: primo enim illud bonum est melius, & magis eligendū. ad quod sequitur maius bonū, uerbi gratia: Si proponantur nobis aliqua duo, ita q̄ ad vnum illorum sequitur pax, & ad aliud bellū, semper est eligendū illud ad quod sequitur pax tanquā bonum, & respiciendum tanquā malum illud ad quod sequitur bellum. Similiter illud ē maius bonum, & magis eligendum, ad quod sequitur maior pax, quam illud ad quod sequitur

Malum spirituale, corporali cōparatur.

tur minor pax. s. dominium: vel regnum, vel iustitia, vel quodcunq; aliud bonum, cuius præminētia, ex præminētia boni sequentis cognosci potest. Secundò ratione consequentiæ bonum vnū est melius altero, & magis eligēdum, eò q̃ posteriora bona, & quæ sequuntur sunt maiora prioribus. Cuius ratio est, quia priora bona semper virtualiter in posterioribus cōtinētur, & conseruantur, vt vegetatiuū in sensitiuo, & sensitiuū in intellectiui, nō tamen ē conuerso: vnde benè sequitur: Sentit: ergo viuit, non tamen ē conuerso. Sic à simili bona sequētia, vel posteriora, quæ se habēt, vt finis, sunt maiora bonis prioribus, & quæ sunt ad finem.

Sextò vnum bonum est maius altero, & magis eligendum ratione efficacix, putà illud bonū quod est vtilius omnibus, & omni tempore est melius, & magis eligēdum illo bono, quod est vtile aliquibus, & aliquo tempore: verbi gratia: Iustitia est maius bonum, quàm sit fortitudo, & sanitas medicina. Hæc Aristot. lib. 1. Ethicorum: & iterum 3. lib. topicorum.

C A P. XV.

TERTIO vnū bonum est maius altero, & per cōsequēs magis eligēdū octo rationibus. s. rōne causalitatis, appetibilitatis, eligibilitatis, similitudinis, ordinabilitatis, p̃pinq̃uitatis, facilitatis, securitatis.

Primò vnum bonū est maius altero, & magis eligēdū ratione causalitatis, & hoc tribus modis: primò enim bonū est maius altero, & magis eligēdū, quod est causa boni, quàm bonum quod nō est causa boni: secundò bonum, quod est causa maioris boni est maius, quàm quod est causa minoris: verbi gratia: Cum sanitas sit, maius bonū delectatione, salubre quod est effectiuum sanitatis est maius bonū delectabili, quod est effectiuū delectationis: tertiò illud bonū cuius nos volumus & eligimus esse causa est maius bonum, quàm illud cuius per se volumus esse causa: verbi gratia: Si enim proponantur nobis hæc duo bona. s. amicitia, & diuitiæ, cū nos eligamus nos esse causam amicitix

magis, quàm diuitiarum, quæ frequēter sunt à fortuna, ideò amicitia est maius bonum, & magis eligendum diuitijs.

Secundò vnū bonum est maius altero ratione maioris appetibilitatis: nam illa bona sunt maiora quorum appetitus, vel desideria sūt maiora, vel meliora, & ē cōuerso, quia maiorum, vel meliorū bonorū sunt maiores, vel meliores appetitus. Ratio huius est, quia semper debet esse p̃portio inter personam actum, & obiectū: vnde si bonum est quod omnia appetunt maius bonum est, quod omnia magis appetunt, & maximum bonū est quod omnia maximè appetunt.

Tertiò vnum bonum est maius altero ratione eligibilitatis: semper enim quantum est de se maius bonum est minori bono eligibilius, sicut beatitudo diuitijs. Vbi nota: q̃ beatitudo dupliciter pōt considerari: vno modo secundū opinionē, & tunc quantū ad illos, qui sunt opinati diuitias esse summū bonū, magis sūt eligēdæ diuitiæ, quàm aliquod aliud bonū: secundo modo beatitudo pōt cōsiderari secundū rei veritatē: & tunc cū beatitudo sufficientiam omnium bonorū includat, nullus dubitat, q̃ magis beatitudo sit eligenda diuitijs.

Quartò vnum bonum est maius altero ratione similitudinis: nam bonum quod est similius bono meliori est melius. Vbi nota duo. Primum est q̃ aliquid potest similiari, vel esse similius meliori in duo. s. in dispositione peiori, sicut si mea magis simulatur homini in dispositione, vel in parte turpiori quam equus; equus verò magis assimilat homini in dispositione meliori. s. in fortitudine, & ideò propter talem similitudinē nō sequitur, q̃ si mea sit nobilior, vel melior equo, sic ē cōuerso. Secundum est, q̃ similitudo est duplex s. nature, & gratiæ: nam quò ad naturam Angelus est similior Deo, quàm homo, & ideò magis dilectus à Deo, cū similitudo maior per se sit causa maioris dilectionis, sed quo ad gratiam homo pōt esse similior Deo, quàm Angelus: & ideò magis dilectus. Require sup. Amor Dei ad creaturas.

Quintò vnum bonū est maius altero ratione ordinabilitatis: si. n. sint aliqua duo bona quorum vnum sit tanquā finis, aliud

Secūda

Tertia.

Quarta
Duplex
rerum si
militudo.

Quinta

15.

Prima
ratio.Amici-
tia ē di-
uitijs
maius
bonum.

aliud verò sit tanquā illud quod ordinatur ad finem, illud bonū quod est finis est maius bonum, & magis eligēdum, quā illud, quod ordinatur ad finem: verbi gratia, vt medicina, & sanitas: nā medicina ordinatur ad sanitatem sicut ad finem: & ideo sanitas est melior, & magis eligēda, quā medicina: nam propter quod vnū quodq; tale, & illud magis.

Sexta.

Sextò vnum bonū est maius altero ratione propinquitatis. Nam bonum quanto est fini propinquius, tātò est melius, & magis eligendum: verbi gratia: Virtus est melior, quā sciētia, quia virtus est propinquior vltimo fini. scilicet beatitudini, & immediate ordinatur ad eam, scientia autē mediante virtute, & sic de alijs.

Septima.

Septimò vnum bonū est maius altero ratione facilitatis. Sicut enim illa via est melior alia quę cum maiori facilitate ducit ad terminum aliquem, ita illud bonū est maius, quod cum facilitate ducit ad finem, quā illud, quo cum difficultate attingitur finis, vt paupertas diuitijs, & continentia matrimonio, & obedientia propria libertate. Octauo vnum bonum est maius altero ratione certitudinis, vel securitatis, & sic bonum, quod non potest amitti est melius bono, quod potest amitti, vt habere aliquid in possessione est melius, quā habere in deposito, vel alio modo, & hoc propter certitudinem habendi illud bonum, & securitatem nunquam amittendi, vel perdendi illud, & sic bonū glorię quod nunquam potest amitti est melius bono gratię quod per peccatum mortale amitti potest. Hęc Arist. lib. 1. rethor. & 3. lib. Topicorum.

CAP. XVI.

CIRCA bonum, & malum, quartò, & vltimò principaliter consideranda est differentia operationis. Sumus enim negligentes ad benè operādum: solliciti verò, & fortes ad mala operandum: & hoc tam ex parte boni, & mali, quam etiā ex parte nostri contingit propter tres rationes: prima est propter difficultatem medijs: secunda est propter multitudinē modi: ter-

tia est propter prauitatem animi. Prima ratio quare sumus debiles ad bene agendum, & fortes ad male agendum ex parte boni, & mali est propter difficultatem medijs: nā difficile est bene operari, operari verò male est facile: quod tali rōne probatur: Virtus cōsistit in medio, vel rei, vel rationis: sed tangere medium est difficile, declinare, vel deuiare à medio est facile: ergo &c. Quod autē tangere medium rei vel rationis sit difficile, deuiare verò à medio sit facilè. probo per exēplū de signo: nam contingere signum. i. punctū siue in centro circuli, siue in qualibet alia superficie est difficile, deuiare verò est facile: sic à simili recte agere consistit in contingēdo medium: sed quia hoc tēgere est difficile sicut patet de signo, ideo recte agere est difficile. sed peccare est facile, quia peccatū in actione consistit in recedēdo à medio: sed hoc est facile, vt patet per exemplum de signo: ergo &c.

Secūda ratio quare recte agere est difficile, peccare autem est facile, est propter multiplicitem modi. Nam secundum B. Dionys. in lib. de di. no. bonum est ex tota, & integra causa sua, malum autē est ex singularibus defectibus. Ratio autem quare dicit, qd bonum est ex tota, & integra causa sua est, quia actio nō iudicatur bona nisi vtrunq; istorum fuerit bonū. scilicet actus bonus, & circumstantia bona. i. intētio, finis bona, purā ordinatio actus in bonum finē. Ratio autem quare Dionys. dicit qd malū est ex singularibus defectibus, est, quia totus actus iudicatur esse malus, siue actus ex se sit malus, siue circumstantia. i. intētio finis sit mala. Hoc per duplex exemplū patet. scilicet de pulcritudine, & sanitate. Sicut enim nō iudicatur homo pulcher nisi omnia eius mēbra decorata fuerint, turpis autē iudicatur si vnū eius membrum deforme fuerit: similiter egritudo, quę est malū corporalis complexionis prouenit ex singulari deordinatione cuiuscūq; humoris, sed sanitas esse nō potest nisi ex debita proportionē omnium humorum, ita qd aliquis iudicatur sanus cum habet debitam omnium humorum proportionem: infirmus autem cū habet deordinationem unius humoris: Ita peccatum in actione humana contingit, siue actus sit malus, siue circumstantia actus sit

mala: sed rectitudo actionis humanæ esse non potest nisi sit actus, cū omnibus eius circumstantiis mō debito ordinatis: unde sicut pulcritudo, vel sanitas contingit uno modo: ægritudo autem, & turpitudine multis, immo infinitis modis, ita bonum in actione humana, uno modo prouenit. scilicet seruando actum debitum, & circumstantiā debitam, malū autem quasi

Qd etiā infinitis modis contingit ut patet. Vbi **faciliter** nota duo. Primo est, q̄ sicut ante inuentionem mediij est difficile bonum operari, vt patet per rationes prædictas, ita postquam est inuentum medium facile est secundum illud medium bene operari. Secundum est, q̄ operatio uitij potest esse difficilior quantū ad difficultatem materiæ, circa quam est, quam operatio virtutis: sed operatio virtutis est: difficilior quantum ad intentionem mediij rōnis rectæ, tam inuenire medium est difficile, quia solum uno modo contingit: reddere autem est facile, ut patet de ligno, quia infinitis modis contingit. Sic a simili, medietas, quæ pertinet ad uirtutem uno modo contingit, suberabundantia autem, & defectus, quæ pertinent ad uitium multipliciter contingunt. Hęc Aristot. lib. 2. Ethicor. 7. c. Ad hoc peccare quidem: & beat. Tho. in script. ibidem: & Albert. in script. quod recollegit b. Th. audiens ab eo ibi.

Tertia ratio quare bene operari est difficile, operari uero male est facile ex parte nostra est propter prauitatem animi. Sicut enim habenti linguam cholera infectam omne dulce est amarum, & palato non sano pæna est panis, qui sano est suauis, & oculis ægris odiosa est lux, quæ puris est amabilis secundum Aug. ita habenti habitum uirtuosum bene operari est facile, & delectabile: habenti autem habitum uitiosum: uel affectum inordinato

Inordi- amore corruptum, bene operari est difficile & pænosum. Hęc autem inordinatio affectus, uel appetitus contingit cōtingit præcipue propter tres rationes: prima est propter propter mali operis frequentiam: secundum cōtingit propter mentis malitiam: tertia est propter passionis uehementiam.

Primo enim inordinatio vel prauitas appetitus prouenit propter mali operis frequentiam, nam consuetudo operationis mala facit difficultatem bene operā-

di. Vbi nota: q̄ consuetudo aliter se habet in rebus naturalibus, & aliter in rebus moralibus, scilicet, in actibus humanis bonis, uel malis. Primo enim res naturalis a sua naturali inclinatione propter consuetudinem in contrarium non mutantur: quod per exemplum patet, quia cū lapis naturaliter feratur sursum nullo modo consuescit sursum moueri, & eadem ratione de igne, & de quolibet cōsum, quæ natura mouetur ad suum locū. Cuius ratio est, quia cum principium naturalis inclinationis. scilicet gratuitas, & leuitas mutari non possit per quamcūq. consuetudinem, similiter naturalis inclinatio per cōsuetudinem in oppositum mutari non poterit. Secundo dico, quod cōsuetudo in actibus humanis bonis, & malis est necessaria: quod tripliciter probō, scilicet, per exemplum in naturalibus, artificialibus: & moralibus: primo probō per exemplum in naturalibus: uidemus enim, quod multæ gruttæ cadentes lapidem cauant: secundo hoc idem patet per exemplum in artificialibus: uidemus. n. q̄ homines assuescendo facere aliquod artificiale addiscunt, & postquam didicerunt faciunt, uerbi gratia: Ex hoc enim q̄ frequenter secundum artem bene adificanti fiunt boni ædificatores, & ex frequentia male ædificare fiunt mali ædificatores: similiter ex frequenti bene, & male scribere, uel citarizare fiunt boni, & mali scriptores, uel citaristæ: & sic de alijs artibus: tertio probō idem in uitijs, & uirtutibus: unde dicit quod similiter, qui assuescunt bene, uel male facere fiunt boni uel mali.

Nam secundum differentiam operationum est differentia habituum, ita q̄ ex frequenti bene agere, uel male efficitur quis bonus, uel malus: & propter hoc non parum differt, quod homo statim a iuuenture assuescat bene, uel male operari: nam ea quæ nobis a pueritia imprimuntur firmitus retinemus: unde quia consuetudo est altera natura, qui a pueritia benefacere assuescit bonum faciliter operatur: & e conuerso qui operari consueuit male. Hęc Aristot. Ethic. libro 2. capit. 1. Duplici autem uirtute existente: & Beatus Thomas in scripturas ibidem.

Secundò inordinatio, uel prauitas appetitus prouenit propter mentis malitiã. Qui enim uult sciẽter, & de industria aliquod magnũ malum incurrere, ut aliquo minimo bono temporali fruatur, hic sicut malitiosus appetitum inordinatum habet: uerbi gratia: Lasciuus qui de industria uult aliquod minimum bonum temporale, putà delectationem carnalem habere per quam maiori bono. s. spiritali, & diuino priuatur: tanquã malitiosus ex appetitu inordinato peccat: & simile est de superbo, & auaro, & de alijs.

Sed fortè argues contra, & dices, q̃ nullus ex certa malitia peccat tali ratione: Nullus ad malum intendens operatur, ut Diony. dicit 4. c. de diu. no. sed qui peccat ex certa malitia uidetur ad malum intendere; quod nullus facit: ergo &c. Respondco, & dico: q̃ nullus per se intendit aliquod malum, quia malum non p̃t secundum se ab aliquo esse intentũ: potest tamen malum esse intentũ ad uitandum aliud malum, uel ad consequendũ aliud bonum. Et sic facit malitiosus, qui de industria peccat: eligeret. n. malitiosus consequi bonum per se intentum absq; hoc, q̃ pateretur damnum alterius boni, sicut aliquis lasciuus uellet frui delectatione carnali absq; offensa Dei: sed duob. p̃p̃ositis magis uult peccãdo incurrere offensam Dei, quã delectatione carnali priuari: & sic de alijs vitij. Hęc B. Tho. prima secundæ. q. 78. art. 1. in cor. q. & in solu. 2. argum. Tertiò inordinatio, uel prauitas appetitus prouenit propter passionis uehementiam. Licet. n. incontinens p̃ rationem cognoscat uniuersaliter, q̃ omne inhonestum est fugiendũ, & quod nullum dulces inordinatè. i. extra horam suam est gustandum: tamen passio concupiscentiæ in particulari rationem ligat, & q̃ ratio respuebat in generali, ligata à passione, quæ quando est uehemens p̃t mouere quamlibet particulam animæ et rationem si non sit sollicita ad repellendum acceptat in particulari, ita quod à tali passione in particulari ratio ligatur, & obnubilatur, & affectio deprauatur. Hęc Arist. 7. lib. Ethicorum. c. 3. Vnum quidẽ igitur: & B. Tho. in scrip. ibid. Req. infra: Varietas, & grauitas peccatorum.

CAP. XVII.

Vltimo negligentia omnium in bene operando, & malitia in male operando probatur auctoritate psal. ubi dicitur. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. In quib. uerbis tangitur prauitas, uel malitia cõmuniter omnium, quò ad tria: primò quò ad omissionem boni præteriti: ibi. Omnes declinauerunt: secundò quò ad omissionem modi debiti. s. circumstantiæ debitæ ibi. Simul inutiles facti sunt: tertiò quò ad omissionem boni præsentis quod negligunt: ibi. Non est qui faciat bonum. Primò in uerbis p̃missis tangitur prauitas, uel malitia omnium quò ad omissionem boni præteriti: ibi. Omnes &c. Quod uerbum exponitur quinque modis: Primò sic: Omnes declinauerunt. s. à fide in passione Christi: quãdo. s. nec ipsi discipuli remanserunt cum christo: sed omnes fugierunt, ut dicitur Matth. 26. Discipuli omnes, relicto eo solo fugerunt. Quod uerbum secundũ Remigium ibidem etiam uidemus impleri in his, qui pro amore Dei magna se promittunt facturos, & postmodum nõ implent. Vel moraliter per fugam Apostolorum insinuat, quod dominus paucos socios habet ad compatiendum, etsi multos habeat ad congaudendum, non attendentes, quod non est transitus ad lignum vitæ nisi per gladium flãmẽum atque versatilem. Gene. 3. Secundo modo exponitur sic: Omnes declinauerunt. s. à ueritate quò ad proximum: Osee 4. Non est ueritas dei in terra. Tertio modo sic: Omnes declinauerunt. s. à pietate, & largitate: Hier. 6. Omnes auaritiæ student à maximo usque ad minimum, & à Propheta usque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolũ. nam alia peccata non uidentur esse ita communia, ut auaritia, & fraudulentia. Quarto modo exponitur sic: Omnes declinauerunt. s. Clerici: & Prælati, qui ad curas animarum se obligant, & tamẽ omnes à curatione earum declinant ad pecuniam, & ad alia temporalia. Quinto modo, secundum Albertũ exponitur sic: Omnes declinauerunt. s. a bono incommutabili ad bona cõmutabilia Et ut gram-

maticè mysticè, uel moraliter hoc uerbū exponatur, & intelligatur, nota secundum fratrem Albertum de Alemania in postil. super psal. ibidem. q̄ peccatores declinant secundum omnes sex casus: primo declinant declinatione nominatiui casus, cum solum in mundo volunt, & cupiunt nominari, & hoc pertinet ad superbiam: Gen. 11. Celebremus nomen nostrū antequā diuidamur in terra: secūdo declinant peccatores declinatione genitiui casus, & hoc pertinet ad luxuriam. Gen. 19. Loth declinans de filiabus genuit. Et Dan. 13. Declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum: tertio declinant declinatione datiuī casus per gulam. Eccle. 18. Si præstes animę tuę concupiscentiā &c. quarto declinant declinatione casus accusatiui, & hoc per detractionem, uel infamiam: Dan. 13. Duo senes accusabāt Susannam &c. quinto declinant declinatione casus uocatiui, & hoc per adulationem, & uerba dulcia: & tunc si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis, pro uerb. 1. Sexto declinant declinatione casus ablatiuī, & hoc per rapinam: Iob. 24. Vim fecerunt deprædātes pupillos, & uulgum pauperum spoliauerunt psal. Deuorant plebem meam sicut escam panis. Secundo in uerbis præmissis tangitur prauitas communiter omnium quod ad omissionem modi debiti. s. circumstantiæ, nā aliquando omittitur actus bonus: unde dicitur: Omnes declinauerunt: aliquando uero omittitur circumstantia actus debita, & tunc est inutilitas actus: licet enim actus de se sit bonus, tamen propter malā intentionem efficitur inutilis ad salutē: unde subditur: Simul inutiles facti sunt. Quod uerbum exponitur tribus modis: primò sic: Declinantes à bono simul facti sunt inutiles. i. nociui iudēi clamātes una voce: Crucifige: secundo modo exponitur sic. Nam clerici, doctores, Prædicatores, pastores, & similes declinantes a via veritatis simul cum hoc inutiles facti sunt, quia per scientiam, & prædicationē suā alios non ædificant, præcipuè cū deficiat bona uita: unde Greg. Cuius vita dispicitur &c. tertio modo secundum fratrem Albertū exponitur sic. Simul inutiles facti sunt. s. per temporalium, & delectabilium adhesionem. Et propter malam intentio-

nem sunt facti inutiles, quia non obtinebūt bona incommutabilia, & æterna. Isa. 59. Erant enim opera eorum inutiles, & cogitationes eorum inutiles. Tertio in uerbis præmissis tangitur prauitas communiter omnium quod ad omissionē præsentis boni: unde subiungitur: Non est qui faciat bonum. Quod uerbum exponitur tribus modis: primo sic: Non est qui faciat bonum, i. nullus, uel rarus, qui faciat penitentiam super peccato suo cōmisso: Hier. 8. Non est qui agat pœnitentiam super peccato suo dicens, quid feci: secundo modo exponitur sic: Non est qui faciat bonum. s. purum absq; macula, quia ut habetur Isa. 44. Omnes iustitiæ nostræ sunt quasi pannus menstruatus. Tertio modo exponitur sic: Non est qui faciat bonum: non dicitur qui dicat vel qui audiat, sed qui faciat nam hoc solum. s. bonum facere est necessarium ad salutem. Ro. 2. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores. Et subditur in auctoritate præmissa: Non est usq; ad unum. Quod uerbum exponitur tribus modis, Primò sic: Non est usq; ad unum, idest usq; ad Beatā Virginem, quia excepta Beata Virgine omnes apostoli recesserunt a fide: dicitur autem in masculino genere unū, in quo uirilitas, & fortitudo uirginis designatur. Secundo modo exponitur sic. Non est qui faciat usq; ad unū. i. præter unum. s. Christum, qui solus fuit sine peccato: tertio modo exponitur sic: Non est qui faciat bonum, usq; ad unum, idest sine vno qui est Christus: nam sine Christo bonū meritum fieri non potest: quarto modo sic exponitur: Non est qui faciat bonum usque ad unum neutraliter sumptum. i. quamuis sint qui aliqua bona faciant, non est tamen qui faciat usq; ad unum bonum, de quo dixit dominus. ei, qui omnia præcepta dicebat se custodisse a iuuetute sua: Lucæ 18. Adhuc vnum tibi deest, vade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. In quo tanguntur duo: primo consilium quod est de meliori: ibi Vende omnia quæ habes: secundo præceptum quod est necessarium ad salutem: ibi Sequere me: sine primo. s. Vendere omnia, potest haberi Deus: sine secundo non potest haberi.

De Blasphemia.

SUMMARIUM.

- 1 Deus tribus modis blasphematur.
- 2 Deliberata blasphemia in Deum est peccatum mortale, inconsiderate, autem facta est veniale, & aliquando mortale.
- 3 Blasphemia est maximum peccatorum.
- 4 Blasphemia Dei est peccatum irremissibile.
- 5 Aliquis peccat in spiritum sanctum duobus modis, ex quibus illud peccatum est irremissibile.
- 6 Sex penis blasphemiae peccatum punitur.

CAP. I.



BLA SPHEMIA. Circa blasphemiam considerare debemus tria scilicet varietatem modi, gravitatem peccati, qualitatem supplicij. Primo considerare debemus varietatem modi: nam

blasphemare, ut dicit Haimo: est contumeliam, vel aliquod conuitium inferre in iniuriam creatoris. Hoc autem fit tribus modis: primo cum attribuitur Deo, quod ei non conuenit, ut si quis diceret: Deus peccat, vel est causa effectiua peccati Deum blasphemaret: & hoc modo iudaei blasphemabant in filium hominis cum dicebant eum esse voratorem, vini potatorem, peccatorum, & publicanorum amatorem, ut dicitur Matth. 11. secundo modo blasphematur Deus cum remouetur à Deo, quod ei conuenit, puta si quis diceret, quod Deus solus non creat, & quod ipse principaliter non dimittit peccata: & hoc modo iudaei blasphemauerunt in spiritum sanctum, dum opera, quae Christus operabatur virtute propria diuinitatis, & per ope

rationem spiritus sancti attribuebant principi daemoniorum: tertio modo blasphematur Deus cum creaturae attribuitur, quod conuenit Deo, ut si quis diceret, quod Angelus, vel homo creat, vel quod peccata remittat: nam attribuire id quod est proprium Deo alicui creaturae est dicere Deum esse idem creaturae: dicere autem creatorem esse creaturam, & est conuerso est Deum blasphemare. Vbi nota, quod isti tres modi non distinguunt, vel faciunt diuersas species peccati blasphemiae. Cuius ratio est, quia isti modi non differunt, nisi secundum affirmationem, & negationem, quae diuersitas species non distinguit cuius ratio est, quia sicut per eandem scientiam innotescit falsitas affirmationum, & negationum, ita per eandem ignorantiam in utroque modo erratur cum negatio probetur per affirmationem, ut habetur primo posteriorum. Haec B. Thom. 22. q. 13. art. in sol. 3. arg. & ibidem q. 14. art. 1. in cor. q.

Beatus autem Augustinus in libro de trinitate ponit tres alias differentias blasphemandi Deum. Prima est eorum qui sapiunt de Deo, secundum corpus, ut qui opinantur Deum esse candidum, vel rutilum, vel huiusmodi. Secunda est eorum qui sapiunt de Deo secundum spiritum creatum, ut quod Deus est obliuiscens, aut poenitens, & similia huiusmodi. Tertia est eorum qui attribuant Deo aliquod excellens corpus, & spiritum, quod nulli rei conuenit, ut illi qui dicunt Deum esse talis, & tantae potentiae, ut semetipsum genuerit: nulla enim res est quae seipsam gignat: unde haec maior blasphemia est omnibus supradictis: unde subdit Augustinus dicens. Hic morbus omnium trium generum est pessimus. Haec Alexan. 4. parte sum. q. 36. artic. 1. & 2. in cor. quaest.

Ad maiorem tamen euidentiam praedictorum nota, quod blasphemia in Deum fit corde, uoce, opere, in seipso, in suis factis, in praesenti, & in futuro: primo fit corde: nam mentalis detestatio, & contemptus alicuius excellentiae diuinae puta, diuinae bonitatis, misericordiae, & iustitiae, est interior cordis blasphemia: unde Richardus de S. Victore sic ait: Quid autem est spiritus blasphemiae nisi affectatio, & desiderium vituperationis diuinae: secundo bla-

Tres differentiae blasphemandi Deum secundum Augustinum.

blasphemia in Deum fit voce, sicut enim ille blasphemat Deum corde, qui intelletu, & affectu malè sentit de Deo, ita ille blasphemat voce, qui per verba negando, vel affirmando de Deo aliquid in iniuriã Dei profert, & hæc dicitur blasphemia toris: & sicut laus Dei mentalis per dilectionem, & confessionem exteriorem augetur, ita blasphemia cordis si per locutionem exterius prodeat est grauior. Tertio blasphemia in Deum fit opere: quod sic probo; Blasphemia opponitur diuinæ confessioni honori, & laudi: unde sicut boni confitentur honorant, & laudant Deum verbis, & factis, ita quidam scelerati Deū negant, & blasphemant, nō solum uerbis, sed et factis. Ita dicit Apostolus ad Titū.

1. Confitentur se nosse Deum, factis aut negant. Super quo verbo Augu. sic dicit: Quisquis factis negat Christū Antichristus est. Quartò blasphematur Deus cum blasphemantur sancti. Cuius rō est, quia

In sanctis, Deus laudatur opera, quæ Deus in sanctis efficit, ita et blasphemia, quæ fit in sanctis ex consequenti in Deum redūdat: nā honor, & vituperium, quæ exhibentur ministris illi cuius ministri sunt exhibentur, ut ait ipse saluator ad discipulos. Qui vos audit me audit, & qui uos spernit me spernit. Hæc Maximus in sermone de Apostolis Petro, & Paulo. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 13. art. 1. in solu. 2. arg. Quintò modo blasphemia in Deum fit in præsentī, & in futuro. In præsentī quidem fit à uiuentibus, & morientibus. Primo. n. Deus blasphematur à peccatorib. uiuentibus trib. modis, ut patet supra in principio huius capituli. Secundò Deus blasphematur à peccatoribus morientibus. Cuius rō est, quia quilibet in peccato mortali decedēs fert secum voluntatem detestantem diuinam iustitiam, & hoc est blasphemare Deum. Secundò blasphemia fit in Deum in futuro ab his qui sunt in inferno: quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & rōne. Primò auctoritate Apoca. 16. Blasphema uerunt homines Deum. Super quo uerbo gl. sic dicit: Illi qui sunt in inferno positi, quāuis sciant se pro merito puniri, dolebunt tamen quia Deus tantā potentiā habeat, quæ plagas eis inferat, & hæc est blasphemia. Secundò probo hoc idē rōne sci;

Qui desperāt de misericordia Dei blasphemant Deū, sed dānati in inferno nunquā putant se posse euadere pœnas æternas, & ideo tanquā desperati feruntur ad omne id quod eis peruersa uolūtas suggerit.

Vbi nota tria. Primū est, quod sicut sancti post resurrectionem non solum mentaliter, sed uocaliter etiam laudabunt Deum in cælo, ita damnati nō solū mentaliter, sed uocaliter blasphemabunt Deum in inferno, ita quod sicut in sanctis post resurrectionem erit mentalis, & uocalis laus Dei, ita etiam in damnatis erit uocalis, & mentalis blasphemia in Deum. Secundum est, quod sicut scelerati, qui sunt in mundo, & similiter, qui sunt in inferno damnati blasphemant Deum, ut patet, nō tamen idē motiuum & eadem cā blasphemandi inducit eos. quod patet, quia cā, quæ hic inducit ad blasphemandum Deū est aliqua delectatio libidinosa quæ à libero arbitrio procedit. Cā uero quæ in inferno inducit damnatos ad blasphemandum Deū, est sustinentia pœnæ excellentis in duratione, & acerbitate. Tertiū est, quod bonū, & malum quod fit in mundo est meritorium, & demeritorium. Cuius ratio est, quia meritum, & demeritum pertinent ad statum uia. unde bona in uiuentibus sunt meritoria, mala uero sunt demeritoria: bonum aut quod beati faciunt puta æternaliter laudare Deum mentaliter, & uocaliter nō est meritorium, sed pertinet ad eorū beatitudinis præmium. Similiter malum quod faciunt damnati in inferno, scilicet Deum æternaliter blasphemare non est demeritorium, sed pœnale, nam totum pertinet ad damnationis eorum pœnam. Hæc B. Thom. ubi supra ait. 4. arg. contra, in cor. q. & in sol. arg. ibid. Et Alex. 4. parte sum. q. 36. art.

CAP.

II.

Secundo principaliter circa blasphemiam considerare debemus grauitatem peccati. Est enim blasphemia peccatum mortale terribile irremissibile. Primò dico, quod blasphemia cum fit ex deliberatione rationis est peccatum mortale: quod probo quattuor rationibus. Primò ex parte infidelitatis cui attribuitur sic: Infidelitas est peccatum mortale.

Prima ratio.

tale: sed blasphemia ad infidelitatem pertinet: ergo blasphemia est peccatum mortale. Secundò probò hoc idem ex parte diuinæ legis quæ contemnitur sic. Qui præceptū Dei deliberatè transgreditur mortaliter peccat, sed blasphemia est huiusmodi: quod sic patet, Præceptum Dei est, ut nomen Dei non assumatur in uanum, ut dicitur Exod. 20. sed blasphemus qui aliquod falsum Deo attribuit, & de meo sentit nomē Dei deliberatè in uanū assumit, ergo mortaliter peccat. Tertiò hoc idem probò ex parte charitatis, quæ amittitur sic: Charitas non amittitur nisi per peccatum mortale, sed per blasphemiam amittitur charitas, eo quod blasphemia derogat diuinæ bonitati prorumpendo in iniuriā creatoris: ergo &c. Quartò probò hoc idem ex parte pœnalitatis, quæ incurritur sic: Pœna mortis non infertur nisi pro peccato mortali: sed pro peccato blasphemie infligitur pœna mortis, & temporalis, & æternalis, ut dicitur Leui. 24. Qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur, ergo blasphemia est peccatū mortale. Si autem blasphemia fiat absq; rationis deliberatione contingit dupliciter. Vno modo quod aliquis non aduertat hoc quod dicit esse blasphemiam, quod potest contingere cum aliquis subito ex aliqua passione in uerba imaginata prorumpit, quorum significationem non considerat, & tunc est peccatum veniale, & ideo non habet propriè rationem blasphemie. Alio modo quando aduertit hoc esse blasphemiam considerans significata uerborum, & tunc non excusatur à peccato mortali, sicut ille, qui ex subito motu iræ aliquem occidit iuxta se sedentem. Hæc B. Thom. secunda secundæ, quæst. 13. ar. 2. argum. contra, & in cor. q. & in sol. 2. & 3. argum.

CAP. III.

SECUNDO dico, quod peccatum blasphemie est terribile. Est. n. peccatū blasphemie maximum peccatorū, quod tripliciter probò. Auctoritate, ratione, & comparatione. Primò auctoritate Ricardi de sancto Victore, qui loquens de huius peccati grauitate sic ait. Sceleratissimum genus peccati est cum quis in Dei

uituperijs delectat. Et subdit: Quid aliud est spiritus blasphemie nisi affectatio, & desiderium vituperationis diuinæ? Secundò hoc idem probò ratione sic: Nam peccatum quanto habet maius motium, tanto est minus, vel leuius: & per oppositum quāto habet minus motium tanto est grauius: si autem nullum motium habet, tunc illud peccatum est grauissimum omnium. Modo autem si est, quod omne peccatum aliquod motium habet excepto peccato blasphemie: quod sic patet: Quid mouet te ad superbiam? altitudo, uel magnitudo alicuius bonitatis: quid ad gulam? crassitudo, uel delectatio cibi, & potus. quid ad luxuriam? delectatio carnis: quid ad vindictam? honor: quid ad accidiam? requies corporis: & sic patet, quod quodlibet peccatum aliquod bonum motium principaliter habet: nam oēs principaliter intendunt bona, ut superbi honorem, luxuriosi delectationem, auari diuitias, quæ omnia si possent habere sine Dei iniuria, vel offensa uellent habere: sed quia non possunt, ultimò uolunt Dei offensam ne amittant ista. Sed blasphemare est maius omnib. tum quia nullum hēt motium, tum quia principaliter intendit malum, scilicet Dei uituperium, quod nullus peccator principaliter intendit, ut patet. Tertio probò hoc idē cōparatione. Nam super illo uerbo Isa, 18. Ad populū terribilem. gr̃ sic dicit: Omne peccatum blasphemie comparatum leuius est.

Sed fortè argues, & dices, quod tria peccata sunt maiora, uel grauiora peccato blasphemie, scilicet homicidium, perui- An ho-
rium, & peccati excusatio. Primò dices, micidiū
quod peccatum homicidij est grauius tali piuriū,
ratione. Peccatum tanto est maius, quan & pecca-
to maius nocumētum infert, quod patet, ti excu-
quia si malum dicitur quod nocet secun- satio si-
dum Aug. in Ench. ergo maius malum di nit gra-
citur quod magis nocet: sed peccatum ho niora
micidij maximè nocet proximo, quia au blasphe-
fert ei bonū optimum. scilicet uitā: peccatū aut mia.
blasphemie nullū nocumētū pōt infer-
re Deo, ergo &c. Respondeo, & dico, quod cō-
paratio grauitatis peccati homicidij, &
blasphemie pōt considerari ex trib. scilicet ex
parte nocumēti, obiecti, intenti. Primò
ex parte nocumēti, & sic, peccatum ho-
micidij est grauius peccato blasphemie:

ed q̄ homicidiū plus nocet pximo, quā blasphemia Deo. Secundò potest cōsiderari ex parte obiecti quod offendit, & sic maius peccatum est blasphemia, q̄ est peccatum in Deum, quā homicidiū quod est peccatum in proximum. Tertiò pōt considerari ex parte animi, uel intēti, & sic quantò intētio uoluntatis est peior, uel peruerfior, tantò peccatū est grauius: vnde cu blasphemus intendat nocumentum inferre honori diuino, simpliciter loquendo grauius peccat quā homicida. Secundò aggrauatur peccatū blasphemix ex parte status: nam status Christi regnātis in cēlis est maior quam status Christi ambulantis in terris, & ideò maior in iuria est, quē fit in Christum regnātem, quā in Christum ambulātem: vnde August. super illo uerbo Matth. 27. Blasphemabant eū: sic ait: Non minus peccant, qui blasphemant Christū regnantem in cēlis, quā qui crucifixerunt Christū ambulātem in terris: sed qui crucifixerunt Christū perpetraverunt homicidiū: ergo blasphemia in Christū regnātem in cēlo est par peccatū, uel grauius homicidio. Tertiò peccatū blasphemix aggrauatur ex hoc, q̄ licet blasphemus non inferat nocumentum Deo, ut homicida pximo, infert tñ nocumentū sibi p̄p̄: vnde sic, occidere seipsum est grauissimū peccatum: sed blasphemus in Deo occidit seipsum spūaliter, quia blasphemādo Deū quāuis nō priuet seipsum uita naturæ, priuat tñ seipsum uita gr̄æ, q̄ est nobilior uita naturæ. Scđò argues de periurio, & dices, q̄ peccatū periurij est maius, uel grauius peccato blasphemix tali rōne: Magis peccat, qui asserit Deum esse falsum, quā qui nō asserit Deū esse falsum: sed qui periurat asserit Deum esse falsum. Testem falsitatis, non aut quilibet blasphemus cēdit ad hoc, ut asserat Deum esse falsum, ergo &c. Respondeo, & dico, quòd blasphemia est grauius peccatum periurio: qđ dupliciter probo. Primò auctoritate: Nā super illo uerbo Aposto. ad Ephe. 4. Blasphemia tollatur à uobis. gl. sic dicit: Peius est blasphemare quā per iurare. Secundò hoc idem probo ratione, quia plus est. i. maius peccatum dicere falsum de Deo, quam dicere falsum de creatura cum assertionē, sed ille, qui periurat nec dicit

aut sentit aliquid falsum de Deo, sed Deū adhibet testem falsitatis, non tanquā cōstitutus Deum esse falsum testem, sed tanquam sperans, q̄ Deus super hoc nō testificetur per euidens aliquod signū: & ut sic firmetur credulitas in eo cui iuratur. Ex alia uerò parte blasphemia potest esse minor aliquo periurio duplici rōne. Prima est; quia blasphemia ex minori libidine aliquando procedit, quam periurium: secunda ratio est, quia minoris dāni est blasphemia quam periurium.

Tertiò argues de peccato excusationis respectu blasphemix, & dices, q̄ excusatio peccati p̄p̄ij est maius peccatū, quā sit peccatū blasphemix, & hoc dupliciter. Primò auctoritate, quia super illud psal. Nolite extollere in altū cornu uestrū. gl. sic dicit: Maximū est uitiū, excusatio peccati, ut negetur quod factum est, uel per diabolū, uel alios suasores, uel per necessitatem factū esse dicatur. Secundò hoc idē probo ratione sic: Illud peccatum cuius Deus non misereat, est maius peccato, cuius Deus aliquando misereatur; sed peccati excusationis Deus nunquā misereatur: quod patet, quia super illo uerbo Hier. Non miserearis omnib. qui operantur iniquitatem. gl. dicit sic: Est defensio peccatorum quando defendit homo qđ Deus odit: de quo dicitur: Est peccatū ad mortem non pro eo dico, ut quis oret, sed peccato ad mortē cuius Deus non misereatur nullum est maius, ergo nec blasphemia. Respondeo duob. modis. Primò dico, q̄ excusatio peccati, est quādam circumstantia aggranans omne peccatū ēt ipsam blasphemiam, & pro tanto dicitur esse maximum peccatorum, quia quodlibet peccatū facit maius. Secundò modo respondeo, & dico, q̄ peccatum excusationis est maximum, quia aufert remedium peccati ex parte eius, qui debet puniri: nam remediū omnis peccati est excusatio ipsius peccatoris, & omnimoda cōfessio peccati. Ex altera uerò parte blasphemia dicitur maximum peccatum, quia prouocat oculos diuinæ maiestatis ad non miserendum: & per hęc patet respōsio ad obiecta. Hęc B. Tho. 2. 2. q. 13. art. 3. in cor. q. & in solu. arg. Et Alex. 4. parte sum. q. 36. art. 5. per totum.

CAP. III.

Tertio dico, quod peccatum blasphemiae est irremissibile. Vbi nota, quod omne peccatum est remissibile, & irremissibile diuersis respectibus. Primò dico, quod omne peccatum est remissibile triplici ratione. Primò ratione omnipotentiae creatoris: vnde super illud psal. Qui sanat omnes infirmitates tuas. gl. sic dicit: Omnipotenti medico nullus insanabilis languor occurrit. Secundò oē peccatum est remissibile ratione immensae misericordiae redemptoris: vnde super illud psal. Dixit dominus ex Basan conuertam: glo. sic dicit, Misericordia Dei, quae est infinita etiam desperatissimos conuertit. Tertiò omne peccatū est remissibile ratione naturae liberae uiatoris, quia nullum peccatum est de quo homo in uita sua penitere non possit: quod dupliciter probo. Primò auctoritate Isidori, qui sic dicit: Nullus desperare debet ueniam et si circa finem uitae suae ad poenitentiam conuertatur. Et subdit causam dicens: Vnumquemque enim Deus ex suo fine nū ex uita praeterita iudicat. Secundò hoc idem probo ratione, quia quamdiū homo est in statu uiatoris ex Dei auxilio, & ex libero arbitrio semper potest remissionem consequi de peccato, & sic oē peccatum in quo via non finitur est remissibile siue sit peccatum hominis siue Angelii, & secundum hoc accipitur differentia hominis, & Angeli, quia status uiae in Angelis finitur statim post primam electionem: non autem sic est in hominibus.

Peccatū qñ dicitur irremissibile. Secundò dico, quod omne peccatū est irremissibile, & hoc trib. modis, uel negatiue, uel priuatiue, uel contrariè, ita quod omne peccatum dicitur esse irremissibile trib. modis, uel quia impossibile est remitti, uel quia inhabile est remitti, uel quia irrationabile est remitti. Primo modo dicitur peccatum esse irremissibile negatiue. s. quia impossibile est remitti ratione finalis impenitentiæ: & sic peccatum mortale in quo homo perseuerat usque ad mortē, & non penitet est irremissibile, eo quod tale peccatum nec in hac uita remittitur per poenitentiam, nec etiam in fu-

turo remittitur per diuinam misericordiam. Et propter hoc dixi, quod omne peccatum de quo homo non penitet in hac uita est irremissibile negatiue. s. quod nullo modo, uel loco. s. nec in praesenti, nec in futuro est remissibile, sicut peccatum Angelorum post primam peccati electionē, & damnatorū post mortem: vnde Theophilus super illo verbo Marc. 3. Qui blasphemauerit in spiritum sanctum non remittetur ei in aeternum: sic ait: Veniā nō consequitur nisi poeniteat. Et Lucā 12. & Marci. 3. Spiritus autem blasphemiae uō remittetur neque in hoc saeculo neque in futuro: super quo uerbo Augusti. sic ait: Spiritus blasphemiae est ipsa impoenitentia, quae non remittitur in hoc saeculo, vel futuro.

Secundò dicitur esse irremissibile priuatiue, non quod nullo modo remittatur, sed quia inhabile est remitti: & hoc rōne detestabilis malitiae propter quam peccatū committitur. quantum est de se non habet meritū, nec est dignum, quod remittatur: quod sic patet: Cum enim tribus modis committatur peccatum. s. per ignorantiam, per impotentiam, per malitiam: peccatum quod committitur per ignorantiam, uel per impotentiam aliquam excusationis colore habet: se i peccatum quod committit ex malitia nullam causam excusationis, & remissionis habet. Cuius rō est, quia cum ignorantia, uel impotentia, idest infirmitas quandoq; inuoluntarium causant habent peccatum excusare, uel alleuiare in toto, uel in parte secundum inuoluntariū illud quod causant: & propter hoc dicitur illud peccatum remissibile, quia habet in se, unde faciliter remittatur, & quod ad culpam, & quod ad poenam. Sed peccatum quod committitur ex malitia quantum ex se est, nullam causam excusationis, uel remissionis habet. cuius ratio est, quia ille, qui peccat ex malitia peccat ex electione: ex electione. n. peccat homo, quia deliberans peccatum esse adhæret ei non quasi aliqua tentatione uictus: sed quia habens appetitum corruptum placet sibi illud peccatum secundum se: & hoc est peccare ex malitia, quod etiam est peccare in spiritum sanctum, quia derogabit bonitati spiritus sancti, eo quod malitia sibi placet, sicut pijs, uel iustis bonitas.

Sed

Sed fortè dices cōtra: nulli pp se placet malitia: ergo nullus peccat in spiritūsanctum. Respō. & dico, q̄ malitiā sub rōne malitiæ, nullus unquam uoluit, nec unquā alicui placuit: sed secundū, q̄ ipsum malū æstimat bonū ipsi peccanti quasi quietans appetitū corruptū propter hoc secundū se desideratur. Et propter hoc super illo verbo Matth. 12. Qui blasphemauerit in spiritūsanctū non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro: q̄ autē blasphemauerit in filiū, uel in patrē remittetur ei. Aug. sic ait: Non ergo propterea hoc dicitur, quia in Trinitate maior patre, & filio sit spiritussanctus, sed quia tāta ē labes huius peccati, q̄ humilitatē deprecandi, & penitendi subire nō pōt: hęc Aug. in sermone dñi in monte: vnde omne illud peccatum, quod homo committit ex certa deliberatione, & sine vincente tentatione, & de se appetitū corruptum habenti placet, est irremissibile, quod intelligendum est quando in fine vitæ nō penitet, sed placet, & hoc est peccatum blasphemix in spiritum sanctum.

Tertiō mō dicitur esse peccatum irremissibile, quia irrationabile est remitti rōne extensionis, uel repugnantix, quia excludit, uel contēnit, & abijcit omnia remittentia peccatum, ut v.g. Sicut. n. morbus est mortalis, quando tollit uirtutem naturæ, inducit fastidium cibi, contēnit consilium medici, sic illud peccatum est irremissibile, quod excludit, abijcit, & contemnit ea per quæ sit remissio peccatorum: per hoc tamen non præcluditur via remittendi, & saluandi omnipotentix, & misericordiæ Dei, per quam aliquando tales quasi miraculosè ab omni peccato curantur. Hęc Beat. Thom. 2. scrip. sent. dist. 44. artic. 1. in cor. quæst. & in solu. 1. argum. & iterum arti. 4. in cor. q. & in solu. argum. ibidem: & secunda secundæ q. 14. artic. 3. in cor. q. & Alex. 4. parte sum. q. 48. artic. 6. per totum.

CAP.

V.

EST autem sciendum ad euidentiā capituli præced. q̄ tribus modis aliquis dicitur peccare, corde, ore, & opere, peccatum irremissibile in spiritūsanctū: Vno modo qui sic remissioni peccatorū

repugnat, ut in peccato perseueret usque ad mortem: & sic secundum Aug. impēnitentia perseuerans usque ad mortem est peccatum in spiritūsanctum. i. cōtra bonitatē spiritussancti, cui sicut attribuitur remissio peccatorum, ita etiam bonitas.

Alio modo ille dicitur peccare in spiritum sanctum, qui ex certa malitia peccat. Ille autē peccat ex certa malitia, cuius uoluntas non ex ignorantia, uel infirmitate, sed ex certa sciētia, uel industria inclinatur in bonum aliquod, quod hēt annexam malitiam: qđ contingit. s. ppter inclinationē naturalē, & ppter prohibentis remotionē: v. g. Sicut. n. in reb. naturalibus dupliciter aliquid mouetur deorsum: primō propter inclinationem naturalē sicut graue deorsum: scđō propter prohibentis remotionē sicut aqua effundit fracto uase, sic uoluntas ex certa malitia, uel scientia fertur in bonum, quod malitiā hēt annexā duplici rōne. Prima est inclinatione habitus uitiosi, & talis largo modo dicitur peccare in spiritum sanctum, quia ipse ex consequēti cōtrariatur bonitati spiritussancti. Scđō uoluntas alicuius ex certa malitia, uel industria fertur in bonum, quod hēt malum annexum ex prohibentis exclusionē. s. quia remouet, & abijcit illa, quibus homo retrahitur a peccato.

Sunt autē sex quib. hō retrahitur a peccato. s. diuina iustitia, eius misericordia, veritas agnita, supernaturalis gratia, peccati erubescencia, delectatio indebita, & modica. Et per oppositum sunt sex species peccati blasphemix in spiritum sanctum, quæ nunquam remittuntur, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. s. p̄sumptio desperatio, impugnatio ueritatis agnitæ, inuidētia fraternæ gratiæ, impēnitētia, obstinatio. Vbi nota, q̄ sicut ille, qui operatur propter se bonum est melior illo, qui operatur bonum propter aliud, putā propter amorē praxiorum, & timorem suppliciorum, ita ille qui retrahitur, uel abstinet a peccato propter se est melior illo, qui retrahitur, uel abstinet a peccato propter uitanda supplicia, & habenda praxia: nam uirtuosius est bonum agere ppter se, quā ppter aliud, & a peccato abstinere ppter se, quā ppter aliud: scđm scri. sen. di. 43. arti. 3. de speciebus pecca-

Sex sunt
q̄ retra-
hant ho-
minem
a pecca-
to.

ti in spiritum sanctum: in cor. q. in prin.

Primò. n. aliquis retrahit a peccato ex consideratione, & ex timore diuinæ iustitiæ punientis peccata. Req. infra. Timor quò excludit peccatum: & hoc bonum tollitur per præsumptionem, dum. s. aliquis præsumit consequi veniam sine penitentia, & adipisci gloriam sine meritis: q. n. præsumit de bonitate Dei cum suis malis meritis ponit p. consequens Deum esse iniustum. Vnde super illo uerbo Apostoli ad Ro. 2. Secundum duritiam tuam, & cor impenitens &c. Amb. in gl. sic dicit: Sunt. n. quidam quib. mala, quæ agunt displicent, & ducti penitentia cordis quatenus eis datur ex eis exire laborant, de quib. Apostolus non loquitur hic: sed sunt quibus placent mala, quæ agunt, & de misericordia Dei nimis præsumentes, & Dei patientia abutentes in eis pertinaciter perdurant: in quo illius, scilicet Dei ostendunt patientiam, & suam cumulant sarcinam deterius peccando.

Secundò aliquis retrahitur a peccato ex consideratione diuinæ misericordiæ omnia remittentis peccata, & præmiantis bona: & hoc bonum tollunt per desperationem qua aliquis reiicit diuinam misericordiam, non quidē, q. nō credat Deum esse misericordem, sed in hoc q. desperans misericordiam Dei contemnit: unde super illo uerbo Apostoli ad Ro. 2. Secundum duritiam tuam, & cor impenitens &c. Amb. in glo. sic ait: Sunt aliqui quib. displicent mala, quæ agunt: sed quoniam grauius esse intelligunt putant sibi iam non posse ignoscere, sicut ille, qui dixit Gene. 4. Maior est iniquitas mea quam, ut veniam merear. Vbi nota, q. Chayn non credebat suam iniquitatem esse maiorem misericordia Dei, sed q. maior esset iniquitas sua, quam satisfactio, ut crederet se nullatenus posse satisfacere Deo, quem offendit. Et hæc desperatio subrepat talib. ut quicquid libuerit tanquam damnationi destinati sine penitentia faciant, ut Amb. subdit ibidem. Et iterum Amb. ibid. concludit sic: Illi uerò. s. qui ex præsumptione peccant nimia spe putant Deum non esse iustum, isti. s. qui desperant Deum misericordem contemnunt. Aug. ibidem: Ex utroque ergo periclitabuntur, & sperando, & desperando contrariis rebus, & contrariis af-

fectibus laborantes peribunt:

Tertiò aliquis retrahitur a peccato ex consideratione ueritatis agnitæ: nam cognitio ueritatis per lumen innatum, & infusum. s. per lumen rationis, & fidei retrahit a peccato, & contra hoc bonum, vel donum est tollendo ipsum impugnatio ueritatis agnitæ. s. dum aliquis ex industria ueritatem fidei agnitam impugnat, & pertinaciter falsitatem defendit, ut licentius peccet. Quartò aliquis retrahitur a peccato commisso, & abstinet a futuro ex consideratione infusæ gratiæ, vel fraternæ gratiæ: nam diuina gratia per spiritum sanctum in cordibus fidelium infusa, est inclinans ad bonum, & retrahens a malo: & contra hoc bonum, vel donum est inuidia fraternæ gratiæ, dum scilicet aliquis inuidet non solum personæ fratris, sed etiam inuidet Deo crescenti in mundo.

Vbi nota, q. aliquis potest inuidere gratiæ Dei dupliciter, uel pp. hoc, quia credit gratiam suam diminui: & hoc pertinet ad peccatum inuidiæ, uel quia deprauatam habet uoluntatem intantum, q. bonum gratiæ sibi non placet. Sed contra ipsum fertur quia habet palatum corruptum. Aliquis potest inuidere gratiæ Dei dupliciter.

Quintò aliquis retrahitur a peccato ex consideratione deformitatis, & turpitudinis actus, qui erubescentiā causat, & contra hoc bonum est, uel hoc bonum. s. erubescentiæ tollit finalis impenitentia, q. non uittat turpitudinem, quæ erat ratio abstinendi a peccato, & penitendi de commisso. Vbi nota, q. finalis impenitentia hic accipitur non prout dicitur permanentia in peccato usque ad mortem, sed prout importat propositum non penitendi & tale est peccatum blasphemie in spiritum sanctum, ut ait Aug. & hoc est irremissibile, ut dicunt Matthæus, Lucas, & Marcus.

Sextò aliquis retrahitur a peccato ex consideratione breuitatis, & prauitatis boni indebiti quod quis in peccato querit secundum, q. dicit Apostolus ad Rom. 6. Quem fructum habuistis tunc &c. nam prauitas, & breuitas boni quod quis in peccato querit, inducere solet hominem ad hoc, q. eius uoluntas in peccato non firmetur, & hoc bonum tollitur per obstinationem, quando scilicet homo firmat suum propositum in hoc, q. peccato inhæreat,

Quo
Chayn
iudica-
uerit
peccatum
suum.

& de his duobus dicit Hieremia. 8. Nul-
lus est, qui agat pœnitentiam super pec-
cato suo dicens, quid feci? quod ad primũ
omnes conuersi sunt quasi equus impe-
tu uadens ad prœlium, quod ad secundum:
vnde sicut finalis impœnitentia est qua
peccator proponit non deslere commis-
sa, ita obstinatio est qua proponit flen-
da committere.

Opposi. Sed fortè argues, & dices, q̃ finalis im-
pœnitentia, & obstinatio non sunt duæ
species peccati in spiritum sanctum tali
ratione. Præteritum, & futurum non di-
uersificant speciem: sed talis impœnitē-
tia, & obstinatio non differunt nisi secũ-
dum præteritum, & futurum: quod patet,
quia impœnitentia est ex hoc, q̃ de pec-
catis præteritis, & cõmissis homo nõ pœ-
nitet, obstinatio uerò est in hoc, q̃ futu-
ris committendis firmiter proposito in-
hæret. Respondeo, & dico, q̃ impœniten-
tia, & obstinatio non differunt secundũ
præteritum, & futurum peccatum, ut A-
lexand. & quidam alij dicunt, cõ q̃ ali-

Finalis
cum pœ-
nitētia,
& obsti-
natio,
differunt

quis potest dici impœnitens, qui propo-
nit etiam de peccatis, quæ faciet non pœ-
nitere, sed differunt secundum diuersa
obiecta, quæ in peccato attenduntur: ver-
bi gratia: In actu peccati sunt duo scili-
cet deformitas actus, & paucitas fructus,
ex quorum consideratione aliqui retra-
hantur a peccato, ut per apostolum pa-
tet supra, sed per impœnitentiam aliquis
non uitat deformitatem, uel turpitudi-
nem, quæ est in actu, quæ erat ratio pœni-
tendi: per obstinationem uero aliquis
firmiter adhæret delectationi ac si non
esset incompetens, & parum bonum, er-
go sunt duæ species peccati in spiritum
sanctum, sicut patet per prædicta. Hæc
B. Thom. 2. scrip. sent. dist. 43. artic. 3. an
conuenienter assignentur in littera sex
species peccati in spiritum sanctum, in
cor. q. & in sol. arg. & in quæstionibus
disputatis de malo arti. 14. utrum omne
peccatum ex malitia sit peccatum in spi-
ritum sanctum, in cor. q. iuxta finem. &
Alex. 4. parte summæ. q. 48. art. 3. de di-
uersis differentiis, & speciebus peccati
in spiritum sanctum, ibid. art. 4. in solu.
3. argum.

Tertio, & ultimò principaliter circa
blasphemiam cõsiderare debemus
qualitatẽ, uel quãtitatẽ supplicij. Nam
peccatũ blasphemix quod olim in Deũ,
& modo etiam in Deum, & aliquem san-
ctorum, & maximè in beatam uirginem
scienter committitur, in eius detestatio-
nem, & aliorum timorem secundum le-
ge sex pœnis punitur. sc. pœna corporali,
pecuniari, spiritali, temporali, mortali,
& æternali. Primo punitur pœna corpo-
rali: unde decretalis nouissima Greg. nõ
ni sic dicit: Statuimus, ut si quis contra
Deum, uel aliquem sanctorũ, & maximè
contra beatã uirginẽ linguã in blasphe-
miam publicè relaxare præsumpserit, se-
ptem sextis feriis in pane, & aqua ieiue-
ret, & quolibet prædictorum dierum tres
si poterit, alioquin duos reficiat paupe-
res siue unum.

Prima
pœna in
blasphe-
mum.

Secundo punitur pœna pecuniari: un-
de in decretali eadem: Blasphemus si di-
ues fuerit per temporalem potestatem
adhibita coactione Episcopi diocesani
si necesse fuerit solidis. 40. alioquin 30.
siue 20. vsualis monetæ mulctetur nullã
in hoc misericordiam habiturus, quæ pe-
cunia inter pauperes distribuatur.

Secũda
Seueri-
tas can-
con. bla-
phemos

Tertio modo punitur pœna spiritua-
li uidelicet, ut septẽ dieb. dominicis præ-
foribus ecclesiæ in manifesto dum agun-
tur. Missarũ solẽnia blasphemus existẽs
ultimo illorum die dominico pallium
aut calciameuta nõ habeat, ligatus cor-
rigia circa alba. Sed hæc oĩa pro trihuna-
li sunt: sed in iudicio inimæ discretus sa-
cerdos molliet hunc rigorem, & miseri-
cordiã nõ negabit, quia misericordiæ Dei
nec mēsuras possumus ponere nec tẽpo-
ra diffinire, apud quem nollas patirẽ ve-
niæ moras conuersio, ut 29. q. 6. his qui
hæc Goffr. in summa lib. 5. rubr. de ma-
ledico c. 26. Et dictum est in fine capitu-
li: Si pœnitentiam iuniõrũ, & pecunia-
rum blasphemus accipere renuerit ac eã
peragere, ecclesiæ interdicas ingressus,
& in obitu ecclesiastica careat sepultura.
Cuius figura præcessit in ueteri testamẽ-
to, Keui. 24. ubi sic dicitur. Educ blasphe-
mum extra castra: Super quo uerbo Au-
gust.

Tertia.

gust. sic ait: Quis nomen maledicens exit a ueritate, à timore Dei, à fide, a charitate: per hoc enim quis exit de castris ecclesiæ.

Quarta

Quarto punitur peccatū blasphemix temporaliter præ alijs pēnis ad ostenden-
dū, q̄ inter alia peccata magis displicet Deo: unde accidit, q̄ lusorib. qui blasphemant Deum, facies quoq. præposterant. Cuidam etiam militi accidit dum occasione ludi p̄ oculos Dei iuraret, p̄ prius oculus a capite exilijs, & in alearium

Quinta

Quintò punitur pēna mortali: unde Leui. 24. Lex præcipit, q̄ qui blasphema uerit nomen domini lapidetur, & moriatur. Cuius ratio est, quia maius peccatū est maledicere Deo, quam patri, & matri. sed qui maledixerit patri, uel matri debebat mori secundum legem: ergo multò magis, qui maledixerit Deo.

Sexta,
Exēplū
de pue-
ro blas-
phemā-
te.

Sextò peccatum blasphemix punitur morte æternali: unde refert Greg in Dialog. q̄ quidā hō dilexit à teneris filiū suū quinq. annorum, qui consuetus erat blasphemare nomē Domini, statim quādo sibi aliquid accidebat, quod eius animo obstitisset: quadam uero die cum pater eius teneret eū ī brachijs, clamauit puer: Mali hoīes uenerunt qui me tollere uolunt, qui cū hoc dixisset nomē dñi blasphemauit, & tunc statim uenerunt demones, & eius animam rapuerunt, & ad infernū traxerūt. Et si Deus in puero quinq. annorū peccatū istud sic iudicauit, nunquid parceret adultis, & discretis, qui hoc peccatum frequenter committunt: nam in hoc cognoscuntur filij Dei a filijs diaboli, quoniam filij Dei nec Deū blasphemāt. nec Dei blasphemias patiuntur audire, sed potius Deum laudant, & eius laudes audire affectant: filij uerò diaboli ī Dei blasphemijs, & uituperijs per alios delectantur: quod tali exemplo ostendi potest: Fuit quidam uir uxore habens, ex qua credebatur tres filios habere, cum unum solum haberet, cuius uxor cum die quadā litigaret cum uiro, obiecit ei q̄ ipse unum solum filium ex ea habebat, cum tamen ipse crederet illos tres habere ex ea. requisita uxor a uiro quis eius filius esset, ei noluit indicare. mortua uxore cū pater infirmaretur ad mortem, omnia sua bona dimittit illi,

qui erat filius suus: deinde facta est contentio inter illos tres, quos ipse tanquā filios nutriuerat, cuius esset hæreditas: quilibet. n. dicebat, mea est hæreditas, quia ego sum filius eius: & cum sententia daretur à iudice, q̄ ille esset filius, qui patrē directius sagitaret patre de mandato iudicis legato ad arborem: & duobus sagittantibus eum, tertius uidens patrē suum sagittari turbatus grauitur contra duos dixit, quod patrem nullatenus sagittaret, ex quo cognitū fuit q̄ ipse erat filius solus, & sic data est ei hæreditas: simile contigit de duabus meretricibus de filio litigantibus: adapta.

De Charitate.

S V M M A R I V M .

- 1 Quòd charitas in sui ratione quædam includit, quædam producit quædam addit.
- 2 Charitas diffinitur quinq; modis, & quibus.
- 3 Quòd in dilectione charitatis est ordo debitus obseruandus, & quare.
- 4 Ordo charitatis in quinque debet attendi.
- 5 Charitas efficit tria præcipua bona.
- 6 Per charitatem magis quàm per alias uirtutes meremur æternā uitam.
- 7 Perfectio uitæ spiritualis principaliter attenditur secundum charitatem.
- 8 Quòd Dilectio charitatis ex infusione spiritus sancti causatur in nobis, & quomodo.
- 9 Charitas habet esse in uoluntate sicut in subiecto.
- 10 Vtrum charitas ab habente cognosci possit, & quomodo.
- 11 Quòd circa notitiam charitatis sunt quinq. diuersitates hoīum.

- 12 *Charitas semel habita potest amitti, & quomodo.*
 13 *Charitas per unum mortale peccatum amittitur.*
 14 *Charitas uiatoris semel habita potest amitti per peccatum mortale.*
 15 *Utrum charitas possit diminui.*
 16 *Charitas uiatoris augetur quattuor modis, & quibus.*
 17 *Iterum quod charitas uiatoris quattuor modis augetur.*
 18 *Utrum charitatis augmentum habeat terminum.*
 19 *Utrum charitas uiatoris possit esse perfecta.*
 20 *Quod perfectio charitatis patrie sex requirit.*

CAP. I.



CHARITAS. Circa charitatem consideranda sunt tria, scilicet descriptio uirtutis, observatio ordinis, perfectio operis. Primò circa uirtutem charitatis cōsi-

deranda est descriptio uirtutis. Nā charitas in sui diffinitione quædam includit, quædam producit, quædam addit.

Primò. n. charitas in sua essentia includit quattuor. scilicet amorem, amicitiam, concupiscentiam, beneuolentiam. Primo charitas includit amorem. Cuius ratio est, quia sicut amor, amantem unit amato, sic charitas unit hominem Deo, & proximo. Req. supra. Amor diuinus quomodo causat unionem intimam. cap. 1. de quattuor effectibus diuini amoris. Secundò charitas includit amicitiam. Cuius ratio est, quia sicut amicitia in quadam societate, & communicatione consistit, sic charitas consistit in associatione hominis ad Deum, secundum naturam intellectualem. Tertiò charitas includit concupiscentiam, qua desiderat presentiam ipsius amati, scilicet Dei, cum nō

habetur: unde Aug. Charitas est uirtus, qua Deum uidere perfruique eo desideramus. Quartò charitas includit beneuolentiam. Cuius ratio est, quia sicut beneuolentia est, qua alicui aliquod bonum optamus, ita charitas est qua habens optat Deo suam gloriam, & sibi, & alijs uitam æternam. Requ. supra Beneuolentiam.

Secundò charitas producit tria, scilicet beneficentiam, pacem, concordiam. Primò charitas producit beneficentiam. Cuius ratio est, quia beneficentia est, qua bona etiam ad alios operamur, ut patet supra beneficentia, ita proprius motus, uel effectus charitatis est, ut non diligamus tantum lingua, sed opere, & ueritate, ut dicitur prima Iohannis. 3. Req. expositionem huius supra. Amicitia c. ad maiorem euidentiam &c. ubi dicitur, quod quadruplex est amicitia in diuisione. Secundò charitas producit, uel efficit pacem: & hoc quantum ad remotionem discordiæ: unde in psal. Pax multa diligentibus legem tuam. Requ. infra. Pax. Tertiò charitas producit concordiam: & hoc quantum ad unionem cordium. Sicut. n. concordia cordium unitatem causat, ita charitas facit unitatem ecclesiæ, quæ in hoc consistit, ut idem dicamus omnes, & nō sint in nobis scismata, ut dicitur prima ad Corinth. 50. unde Greg. in Homel. sic ait, Charitatis proprium est nutrire concordiam, seruare composita, coniungere dissociata, dirigere praua, & uirtutes ceteras solidare. Requ. supra Amicitia. ubi dicitur, quod secundus actus amicitie est concordia, & in quibus.

Tertiò charitas supra amorem, amicitiam, & beneuolentiam addit tria. scilicet determinationem obiecti, dignitatem dilecti, rectitudinem modi. Primò addit determinationem obiecti, quia charitas respicit Deum, & hominem. Secundò addit dignitatem dilecti, quia charitas est amicitia ad Deum omnibus preciosior & ratione, & rectitudinem & rectitudinem modi, quia charitas facit diligere Deum supra omnia, & proximum sicut seipsum.

Ex his omnibus iam præmissis beatus Thomas diffinit charitatem sic dicens: Charitas est quædam amicitia hominis ad Deum, per quam homo Deum diligit, & Deus hominem

Charitas producit beneficentiam. Cuius ratio est, quia beneficentia est, qua bona etiam ad alios operamur, ut patet supra beneficentia, ita proprius motus, uel effectus charitatis est, ut non diligamus tantum lingua, sed opere, & ueritate, ut dicitur prima Iohannis. 3. Req. expositionem huius supra. Amicitia c. ad maiorem euidentiam &c. ubi dicitur, quod quadruplex est amicitia in diuisione. Secundò charitas producit, uel efficit pacem: & hoc quantum ad remotionem discordiæ: unde in psal. Pax multa diligentibus legem tuam. Requ. infra. Pax. Tertiò charitas producit concordiam: & hoc quantum ad unionem cordium. Sicut. n. concordia cordium unitatem causat, ita charitas facit unitatem ecclesiæ, quæ in hoc consistit, ut idem dicamus omnes, & nō sint in nobis scismata, ut dicitur prima ad Corinth. 50. unde Greg. in Homel. sic ait, Charitatis proprium est nutrire concordiam, seruare composita, coniungere dissociata, dirigere praua, & uirtutes ceteras solidare. Requ. supra Amicitia. ubi dicitur, quod secundus actus amicitie est concordia, & in quibus.

Charitas addit determinationem obiecti, dignitatem dilecti, rectitudinem & rectitudinem modi.

Diffinitur charitas.

minem: & sic efficitur quædā associatio hominis ad Deum fundata super communicationem futuræ beatitudinis, ut dicitur prima Iohan. primo: Si ambulemus in luce sicut & ipse in luce est societatem habemus adinuicem.

Explica-
tur diffi-
nitio.

Ad cuius expositionis euidentiā nota quinque. Primum est, quod per lucem intelligitur, uel diuina essentia, uel Dei gratia, uel fides, uel charitas. Secundum est, quod aliud est ambulare in luce, & aliud esse in luce: nam Apost. dicit nos ambulare in luce, & Deum esse in luce. Cuius ratio est, quia cum nos sumus boni participatione, de bono in melius proficere possumus. Deus autem dicitur esse in luce, & non ambulare in luce, quia cum sit summa bonitas, & essentialis bonitas non habet ubi proficiat. Tertium est, quod per charitatem Deus manet in nobis, & nos in Deo, ut dicitur prima Iohann. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Requ. sup. amor diuinus quō causat unionem mutuam secundo cap. Quartum est, quod duplex est associatio, uel conuersatio: una est secundum naturam sensibilem, & corporalem, & talem cum Deo, uel Angelis non habemus. Alia est secundum naturam spirituales. scilicet secundum mentem, & talem in statu uicē imperfectē habemus cum Deo, ut dicitur ad Philipen. 3. nostra conuersatio in cælis est. In statu uerō patrię conuersatio ista cum Deo perficietur quando serui eius seruiunt Deo, & uidebunt faciem eius. Quintū est, quod sicut amicitia honesti non habetur nisi ad uirtuosum sicut principale obiectum, uel ad principalem personā: sed eius intuitu dicitur ad eum pertinentes etiam si non sint uirtuosi, ita charitas, quæ maxime est amicitia honesti, se principaliter extendit ad Deū, ratione cuius facit nos diligere etiam inimicos, qui ad eum pertinent, etiam si nos odiant, & offendant. Hæc B. Th. 3. script. sent. dist. 27. de charitate art. 1. utrū charitas sit idem quod concupiscētia amor beneuolentia, concordia beneficentia, pax amicitia, in cor. q. & in solut. argum. per totum. Et iterum secunda secundæ q. 23. art. 1. in cor. q. & in solut. arg.

C A P. II.

SI autē breuius uis procedere dicas, quod charitas diffinitur quinque modis: primò per respectum ad effectum sic: Charitas est qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deū: secundò diffinitur per respectum ad effectum sic: Charitas est uita copulās amātē amato, ut dicit Aug. 8. de Trinit. Requ. expositionem huius sup. Amor diuinus c. 1. ubi dicitur, quod amor diuinus causat unionem intimam: tertio diffinitur charitas per respectum ad finem ultimum. scilicet per respectum ad primum sic: Charitas est uirtus qua Deum uidere perfruique eo desideramus, ut dicit Aug. Requ. sup. Beatitudo. & infra: Fruitio, & infra Visio diuinæ essentię: quarto diffinitur charitas per respectum ad actum proprium sic: Charitas est uirtus, quæ nostri animi rectissima affectio est. Requ. sup. Amor bonus: quinto diffinitur charitas per respectum ad cōsensum sic: Charitas est concordia mentium, & societas electorum uita beata animarū, & Angelorum, ut dicitur in libro de spiritu, & anima. Et dicit uita beata, quia nec anima, nec Angeli uiuunt nisi per charitatem. Requ. sup. Amicitia actus qui sunt conuiuere, & conuenire ad inuicē.

C A P. III.

Circa charitatem, secundò, principaliter considerata est obseruatio ordinis: nam in dilectione charitatis est ordo debitus obseruandus non quidem, quod charitas ordinem faciat: sed quia inordinata bona per rationem acceptā ordinatē charitas tendit: hoc autē quadrupliciter probo, scilicet, ratione, similitudine, contrarietate, & auctoritate: primò ratione sic. Vbicunque aliquid prius, & posterius ibi est ordo: sed dilectio charitatis tendit in Deum sicut in principium beatitudinis, in alia autē sicut in prius, & posterius: ergo in charitate, uel in his, quæ diliguntur, ex charitate attenditur aliquis ordo per respectum

Quat-
tuor p-
bat ordi-
nē chari-
tatis.

Et ad principium beatitudinis, quod est Deus: scđo hoc idē probo similitudine fidei, quia sicut in fide est aliquis ordo secundū q̄ fides principaliter est de Deo, secundariō aut de alijs, quæ referunt ad Deū, sic et in charitate est ordo prioris, & posterioris, secundū relationē ad primū dilectionis principiū quod est Deus. Et confirmo hoc alia rōne sic: Vbiq; est vnū pp alterum, ibi est aliquis ordo: sed charitas diligit aliquid ppter alterū, sicut oīa propter Deū, ergo charitas ordinē hēt: tertiō hoc idē probo ex sui cōtrarietate. Nā ordo charitatis est in pcepto, & peccat qui p̄posterē agit: unde magister sen. li. 3. di. 29. sic ait: Scire quid facias, & nescire ordinem faciendi non est perfectæ cognitionis ordinis: nā ignorātia conturbat meritorum formam: ita dicit Aug. in li. de doctrina christiana: Ille inordinatam habet dilectionē qui diligit quod non est diligendum, aut nō diligit quod est diligēdum, aut æquē diligit quod minus, uel amplius est diligendū, aut minus, uel amplius diligit, qđ æquē est diligendum: quartō hoc idē pbo auctoritate Cant. 2. Ordinauit in me charitatem: quod uerbum exponitur quinque modis: primō sic secundum glo. Ordinauit in me charitatem. i. ordinatam me fecit habere charitatem, quia ostendit mihi qualiter Deus, qualiter proximus esset diligendus: unde Ambr. super illo uerbo in Gl. sic ait: Multorū charitas inordinata est, eō q̄ illud quod primo diligendū ē ponunt secundum, tertium, uel quartum. Scđo exponitur sic: Ordinauit in me. i. erga me charitatem, ut mihi prius suam exhiberet, & postea meā exigeret: Sicut legitur prima Ioh. 4. Non quasi dilexerimus Deū: sed qm̄ ipse prior dilexit nos. Requi. sup. Amor diuinus: quomodo est principalis, & uirtualis erga creaturas: tertiō exponit sic: Ordinauit in me charitatem. i. finem omnium p̄ceptorum eam constituit. s. propter illam excitandam, uel conseruandam, uel augendam, uel roborandam omnia p̄cepta sunt facta & scripta: prima Thim. 1. Finis p̄cepti est charitas: quartō exponitur sic: Ordinauit in me charitatem, ut timor sit initium sapientiæ: & amor Dei sit nouissimus quasi cōsummatio eius; quītō ex-

ponit sic: Ordinauit in me charitatē. i. ordinatam me fecit habere charitate, ut in uia esset igniculus, & in patria caminus, sicut legitur Isaia. 31. dixit dominus cuius ignis ē in sion, & caminus in Hierusalē: Requi. infra de cōparatione charitatis uia, & patriæ. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 29. art. 1. utrum in charitate sit aliquis ordo, argumen. contra, & in cor. q. in solu. 1. & 3. ar. in fine.

CAP. IIII.

AD maiorem tamen euidentiā p̄cedentis cap. est sciendum, q̄ ordo charitatis in quinque attendi, & obseruari potest. s. in numerositate diligibilis, in amore conuenientis, in prioritate temporis, in seruire cordis, uel mentis, in relatione finis. Primō in numerositate diligibilis, & sic conuenienter enumerantur, quattuor ex charitate diligenda, sci- Primus. licet Deus, proximus, anima nostra, & Ordo corpus nostrum: unde Aug. 1. de doctrina christiana sic ait: Quattuor sunt ex tis. charitate diligenda: primum quod est supra nos, scilicet Deus, secundum quod sumus nos, tertium quod est iuxta nos. s. proximus: quartum quod est infra nos: corpus proprium. Ratio autem huius ordinis est, quia charitas fundatur super communicatione beatitudinis. Ad beatitudinem autem consequendā est quadruplex auxilium ordinatum, scilicet beatitudinem causans, participans, associans, redundans. Primum auxilium ad consequendam beatitudinem est beatitudinem causans, scilicet Deus: & ideo primō ex charitate diligendus est Deus. Secundum auxilium est beatitudinem participans. s. homo, uel Angelus: & ideo post Deum nos ipsos, & Angelos ex charitate debemus diligere. Tertium auxiliū est in beatitudinem nos associans. s. proximus qui in participatione beatitudinis est nobis cōsociatus: & ideo tertiō ex charitate proximum debemus diligere. Quartū auxilium est beatitudinem redūdans, & sic est corpus nostrum ad quod beatitudo per quandam redundantiam deriuatur: & ideo quartō, & ultimō corpus nostrum ex charitate debemus diligere. Hæc B. Tho. secunda secundæ q. 25 art.

Ad beatitudinē quattuor cooperantur.

Exponitur illud ordinatum in me charitatem.

12. vtrum conuenienter numerentur quatuor ex charitate diligenda, scilicet Deus, proximus, nos ipsi, & corpus propriū, arg. contra, & in q. ibidem.

Secundus.

Secundò ordo charitatis est attendendus in amore conuenientis. scilicet in quantitate bonitatis. scilicet vt diligatur, quod est diligendū, & non diligatur, quod non est diligendū, & magis, uel minus diligatur, quod magis, uel minus est diligendū: & hoc modo ordo quattuor diligendorum exprimitur in sacra scriptura, quod de oib. patet. Cū. n. mandatur, quod Deū ex toto corde diligamus, datur intelligi, quod Deum super oīa debeamus diligere. Cum mandatur, quod aliquis diligat proximum suum sicut seipsum, præfertur dilectio sui ipsius dilectioni proximi. Cum mādatur prima Ioh. 3. quod debemus pro fratribus animā. i. vitam corporālē ponere, datur intelligi, quod proximiū debemus diligere plus quā corpus propriū. Similiter cū mandatur ad Gal. 6. quod maximē operemur bonum ad oēs domesticos fidei, & prima ad Thi. 5. uirtutem perantur, qui non habent curam suorū, & maximē domesticorum, datur intelligi, quod proximos meliores, & magis propinquos magis debemus diligere. Hæc B. Thom. secunda secundæ q. 44. artic. 8. vtrum ordo charitatis cadat sub præcepto: in solu. 2. argum. per totum.

Tertius

Tertiò ordo charitatis est attendendus in prioritate temporis, & sic amor Dei est prior amore proximi: unde primò ponuntur mandata pertinentia ad amorem Dei, & postea mandata, quæ pertinent ad amorem proximi.

Aliquid est causa dilectionis dupliciter, uel sicut ratio diligendi: & hoc modo bonum est causa diligendi, quia unūquodque diligitur inquantū bonū, & sic amor Dei est prior amore proximi, sicut patet. Alio modo est aliquid causa dilectionis non sicut ratio, sed sicut uia ad acquirēdum dilectionem, & hoc modo amor proximi est prior amore Dei: nam visio proximi est causa dilectionis proximi: sicut uia ad diligendum proximum, eodē quod illud quod prius occurrit nobis ad diligendum est proximius: & hoc modo qui non argumentatur Apost. prima Ioh. 4. Qui diligit, non diligit fratrem suum quē uidet, Deū quē non uidet quomodo potest diligere?

Quod exponitur secundū Glo. dupliciter: primò sic. Visio est causa dilectionis: ergo si bonū uisum. scilicet si frater uisus non diligitur, quō bonum non uisum. i. Deus non uisus diligitur quod non, quia secundum Aug. res incognita amari non potest: secundo modo exponitur sic: Frater tuus est imago Dei: ergo si non diligis imaginem Dei, nec eum diligis cuius est imago. Hæc in Glo. Et B. Thom. secunda secundæ q. 26. art. 2. in solu. 1. argu.

Quartus.

Quartò ordo charitatis est attendendus in feruore cordis, ut magis. i. maiori affectu diligatur, quod est magis diligendū: nā ordo charitatis est attendendus secundū affectum cordis, & non tamē secundum effectum operis: quod tripliciter probatur. scilicet ratione, similitudine, operatione: primò ratione sic: Obiectum charitatis est bonū secundum, quod est in rebus; & ideò cum in diuersis rebus diuina bonitas diuersimode inueniatur, oportet quod diuersimode affectio nostra in illa transeat: licet. n. ratio cōis diligendi oīa sit diuina bonitas ab oib. participata, ratio tamen specialis diligendi omnia maiori, uel minori affectu est, quia diuina bonitas non æqualiter, sed magis, & minus participatur a creaturis, & ideò nec æqualis affectio debetur eis. Scda ratio ad idem est talis: Si ordo charitatis esset attendendus tantū in effectum, tunc ordo ille nullo modo pertineret ad charitatem: sed magis ad alias virtutes, sicut ad liberalitatem, uel misericordiam. Secundò hoc idem probatur similitudine, quia sicut naturalia non mesurantur secundū quantitatem obiecti, sed secundū efficaciam agentis, & conatum in agendo, ut v. g. Non melius uidet qui maiorem rem intuetur, sed qui clarius uidet, ita non oportet, quod æqualiter afficiatur ad illum, cui æquale bonum desidero: unde licet omnibus desiderare teneatur bonum ultimum. scilicet uitam æternam, tamen affectuosius mihi, quā alijs, & uni, quā alteri: tertiò hoc idem probatur operatione: Oportet enim quod ordo charitatis in affectu seruetur: ut patet, & ex affectu pdeat in effectum, quia ut dicit B. Greg. probatio dilectionis exhibitio est operis: quod uerbum non semper actu debet intelligi, & impleri, quia quandoque qui diligunt a nobis nostris auxilijs non indigent,

sed aptitudinem. scilicet quod homo sit paratus magis impendere si necesse foret. Hæc beatus Thom. 3. scrip. sent. dist. 29. de charitate, art. 2. utrum ordo charitatis sit attendendus secundum affectum, uel secundum effectum, in cor. q. & in solu. arg. per totum.

Quintò ordo charitatis est attendendus in relatione finis. ut scilicet Deus diligatur propter se tanquam ultimus finis, & creatura propter Deum tanquam propter ultimum finem: & hunc charitatis ordinem seruans est beatus. Ita dicit Aug. in libro confessionum: Beatus qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Qui enim charitatem habet ad aliquem, ratione eius diligit omnes ad illum hominem pertinentes, siue filios, siue seruos, & amicos: sed etiam omnes alios si eum odiant, uel offendant, & multo magis qui diligit Deum ex charitate, et habetur in fin. primi cap. Require ibi.

An in dilectione Dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem, tanquam ultimum finem

Sed fortè quæres, an in dilectione Dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem tanquam ad ultimum finem. Respondeo, & dico, quod aliud est finis amati, & aliud finis amoris: primò, n. dico, quod habens charitatem non potest habere oculum ad mercedem, ut ponat aliquid quodcumque aliud finem amati. scilicet Dei, quia hoc esset contra charitatem, ut charitas est amicitia: secundò habens charitatem non potest habere oculum ad bonum aliquod temporale tanquam finem ipsius amoris, quia hoc esset contra rationem charitatis, ut est uirtus: nam talis est amor mercenarij, qui uirtutatur Ioan. 10. ubi mercenarius dicitur, qui opus spirituale propter mercedem temporalem exercet: tertio habens charitatem potest in dilectione Dei habere oculum ad mercedem, ut ponat beatitudinem creatam non ut finem amati, sed finem amoris: unde dicit Aug. quod Deo licet sine premio serui non possit, tamen sine intuitu premij seruiendum est, ita quod premium non ponatur finis eius quod amat, & cui seruitur, sed quod ponatur finis ipsius seruitij, uel amoris. Et quòd hoc modo in dilectione Dei possit haberi respectus ad mercedem, probo duplici ratione. scilicet expectationis, & fruitionis. Primo ratione expectationis sic: Spes generat charitatem, ut dicitur in glo. Matth. 1. sed spes est expectatio mercedis. scilicet futuræ beatitudinis: ergo charitas

potest esse cum intuitu mercedis. Secundò ratione fruitionis sic: Amicorum est, quod quærant inuicem perfrui, sed nihil aliud est merces quàm frui Deo uidendo ipsum: ergo charitas non solum expellit timorem: sed et facit habere oculum ad mercedem, ut patet propter, quod ad Hebr. dicitur de sanctis patribus, quod aspiciebant in remunerationem: sed constat, quod ipsi diligebant Deum: ergo dilectio Dei ex charitate potest habere oculum ad mercedem. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. di. 29. art. 4. utrum in dilectione Dei potest haberi respectus ad mercedem in tribus argum. contra, & in cor. q. & in solu. o. & 2. arg.

CAP. V.

Circa charitatem, tertio principaliter considerata est perfectio operis, nam charitas inter alia efficit tria bona: primò, n. est exclusiua mortalis culpe: secundo est collatiua gloriæ: tertio est effectiua, uel ostensiua perfectionis uitæ. Primo charitas est exclusiua mortalis culpe. Nam differentia est inter charitatem, fidem, & spem, quantum ad hoc, quòd fides possit esse informis tum quia potest esse sine charitate, tum quia est sine Dei gratia, tum quia potest esse cum peccato mortali, tum quia talis fides non potest elicere actum meritorium, & propter hoc omnibus istis modis fides est mortua, ut dicitur Iacobi 1. Et B. Th. 3. script. sent. dist. 23. de formatione fidei. art. 1. q. 1. & 2. Similiter spes potest esse informis, & cum peccato mortali: quod tali ratione ostendo: Aliquis potest habere spem, & esse in peccato mortali, aliàs si peccasset mortaliter non haberet spem, tunc quicumque peccaret mortaliter esset desperatus: sed hoc est falsum, quia cum desperatio sit peccatum in spiritum sanctum, quicumque peccaret, mortaliter peccaret in spiritum sanctum, quod est falsum: patet ergo, quod spes potest esse informis, id est, sine charitate, & cum peccato mortali: ut dicit B. Th. 3. script. sent. dist. 26. de spe secundum, quod est uirtus. articulo. 3. q. 2. argumen. 2. contra. Sed charitas non potest esse informis, tum ex parte formæ, tum ex parte gratiæ, tum ex parte

Differentia inter char. fidem, & spem.

parte culpæ. Prima ratio ex parte formæ sic: Forma non pōt esse informis: sed charitas est forma aliarum omnium uirtutum, eò q̄ perficit actus omnium aliarū virtutum in ordine ad finem suum. s. ad esse meritorium: ergo charitas nō potest esse informis: Secunda ratio est ex parte gratiæ, quia charitas est participatio diuinæ vitæ, quod est per gratiam: unde q̄a charitas sine gratia esse non potest: ideo &c. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 27. de charitate. art. 4. arg. 2. contra, & in cor. q. Quod autem charitas informis hoc est cum peccato mortali simul esse non possit, tali ratione ostēdo: Quattuor sunt inter alia quæ simul esse, uel manere non possunt. Primum est spiritum sanctum habitare in nobis, & simul spiritum sanctum recedere a nobis: sed spiritus sanctus habitat in nobis per charitatem, recedit autem a nobis per peccatum mortale: ergo charitas, & peccatum mortale nunquam simul manere possunt: secūdo hæc duo simul esse non possunt. s. esse dignū vita æterna, & esse dignum morte æterna: sed per charitatem homo est dignus vita æterna, ut patebit sequenti. c. per peccatū verò mortale homo est dignus morte, vel pœna æterna, ut patet infra. Peccatum mortale, uel pœna æterna; ergo &c. tertio hæc duo simul esse non possunt. s. auerti a Deo, & conuerti ad Deum: sed per charitatem mens coniungitur Deo, per peccatum verò mortale mens auertitur a Deo: ergo &c. quarto hæc duo simul esse non possunt. s. uiuere spiritualiter, & mori spiritualiter: sed per charitatem homo spiritualiter uiuit, per peccatum verò spiritualiter moritur: ergo patet per dicta, q̄ charitas non potest simul esse cum peccato mortali. & sic non pōt esse informis: unde Aug. de laude charitatis sic ait: Habere omnia sacramenta, & malus esse potest, habere autem charitatem, & malus esse non potest. Hæc B. Tho. in q. dispu. de uirtutibus. q. de charitate. art. 6.

Charitas quot modis tollat peccatū mortale

Est autem sciendum ad euidentiam prædictorū, q̄ charitas quinque modis excludit, uel tollit peccatum mortale; primo quantum ad actum, non tamen quantum ad habitum, quia charitas liberat a peccato mortali, non tamen a potestate peccandi, uel a potestate cadendi in pecca-

tum mortale: secūdo modo charitas tollit peccatum mortale, quantum ad actū, & quantum ad habitum; sed ueniale neutro modo, sicut patet in aliquibus sanctificatis. tertio modo charitas tollit peccatum mortale utroque modo. s. quod ad actum, & quod ad habitum, & ueniale quo ad actum, sed non quo ad habitum; & talis fuit charitas beatæ virginis ante conceptionem Christi. quarto modo charitas tollit peccatum mortale, & ueniale utroque modo. s. quo ad actum, & quo ad habitum, & talis fuit charitas beatæ virginis in Christi conceptione & post, tūc enim in ipsa fuit sublatum totaliter fomes peccandi, & hoc secūdo illos, qui dicunt eā fuisse in originali conceptam. quinto modo charitas tollit utrumque. s. peccatū mortale, & ueniale, & utroque modo. s. quo ad actū & quo ad habitum, & in super omnem miseriam, & talis erit charitas patriæ. Req̄ infra perfectio charitatis patriæ, & infra Sanctificatio bea. virginis.

CAP. VI.

Secundo charitas est collatiua celestis gloriæ: nam per charitatem principaliter meremur uitam æternam magis, quam per alias uirtutes: hoc autem tripliciter probo. s. ratione, auctoritate, inductione. Primo hoc probo triplici ratione. s. ex parte meriti, uinculi, contrarij. Prima ratio est ex parte meriti sic; Actus noster ex tribus habet rationem merendi. s. ex eo quod a Deo est ordinatus, uoluntarius, & condignus: primo ex eo, q̄ a Deo est ordinatus. nam principaliter ex actione diuina actus noster dicitur esse meritorius illius ad quem homo diuinitus ordinatur, secundo ex eo quod actus noster est uoluntarius, & non extortus uel coactus, nam per uoluntatem sumus domini nostrorum actū, & hoc principaliter facit charitas, quod patet, quia illud q̄ ex amore facimus maxime uoluntarie facimus. tertio ex eo q̄ est cōdignus ad hoc q̄ fit suū, illud propter qd̄ exhibetur, & hoc etiam principaliter facit charitas; cum. n. charitas sit amor Dei facit ipsum amatum, quod est præmium, esse suum.

Secunda ratio est parte uinculi sic. Ex hoc

Actus hoīs ex trib. habet rōnē meriti.

hoc meremur, q̄ Deo coniungimur: sed hoc principaliter facit charitas, eò q̄ ipsa est uirtus vnitiua: ergo &c. Requi. sup. Amor de effectibus amoris. Tertia rō est ex parte contrarij sic: Illud est radix, & principiū merendi, quod opponitur omni de merito: sed charitas est h̄mōi; ergo &c. Secundo hoc idem probo auctoritate: & for- mo sic rationem. Vita æterna in manifesta Dei cognitione consistit: ita dicitur Ioan. 17. Hęc vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, sed manifesta Dei cognitio principaliter habetur merito charitatis: ita dicitur Io. 14. Si quis diligit me diligetur à patre meo, & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum, ergo &c. Secundo probo hoc idem auctoritate apost. secunda ad Thim. 4. si dicentis: Reposita est mihi. Glosa in futuro corona iustitiæ. i. gloria paradisi. s. præmiū essentiale animæ, quod intelligitur per coronam, ut patet sup. aureola. i. c. quam gloriam reddet mihi in illa die iustus iudex. s. Deus qui est iustus in retribuendo bona pro bonis: non solum aut̄ mihi, sed & his qui diligūt aduentum eius, ecce charitas. nam malitiment aduentum eius, quia ibi damnabuntur, boni uerò diligunt aduentū eius, quia ibi per charitatem principaliter saluabuntur. Tertio probo hoc idem auctoritate apost. ad Ephe. 3. In charitate radicati, & fundati, vt possitis comprehendere &c. nā gloriā uitæ æternæ fides ostendit, & dirigit, spes erigit, charitas uero peruenit, & apprehēdit. Tertio principaliter hoc idem probo inductione inducēdo, & per exemplū ostendendo in quattuor uirtutib. s. in gratia, fide, misericordia, patientia. Primo probo per exemplū de gratia. Licet. n. dicat Apostolus ad Rom. 6. gratia Dei uita æterna, hoc est dictū: q̄ merita quib. in fine redditur uita æterna, non a nobis sunt: sed in nobis facta sunt per gratiam Dei, tamen gratia Dei principaliter meretur uitam æternam per charitatem, eo quod gratia respectu uitæ æternæ est sicut principium remotum constituens nos in esse spiritali, charitas uero est sicut principium proximum merendi uitā æternam: secundo probo hoc idem de fide. Licet. n. dicat Apostolus ad Roma. 6. quod fides iustificat, & per cōsequēs bea-

tificāt, tamen actus fidei non est meritorius, nisi aliquis ex charitate hoc operetur, ut dicit Apost. ad Galat. 5. Fides est quæ per dilectionem operatur: tertio probo hoc idem de misericordia. Licet enim dicatur Matth. 5. Beati misericordes &c. tamen misericordia sine charitate nunquam meretur uitam æternā. Ita dicitur 1. ad Cori. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatē aut̄ non habeam nihil mihi prodest: quanto probo hoc idem de patientia. Licet. n. dicatur Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur &c. & Iacobi primo: Patientia opus perfectum habet, : tamen sine charitate patientia non meretur: unde martyres, qui pro fide patiuntur non merentur uitam æternam, nisi principaliter per charitatem, secundum illud Apost. prima ad Corin. 13. Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem aut̄ non habeam nihil mihi prodest. Et generaliter loquendo nullus sine charitate meretur uitam æternam: quod tali ratione ostendo: Nullus meretur sine uirtute: sed nulla est uera uirtus sine charitate: ergo &c. Quod autem sine charitate non possit esse aliqua uera uirtus, tali ratione probo: Nulla est uera uirtus si ordinatio debita ad finem desit: sed per charitatem est debita ordinatio mētis ad finem, qui Deus est: ergo &c. unde August. in libro de doctrina christiana sic ait: Charitas est actio rectitudinis oculos semper habens in Deum.

Sed forte argues in oppositum, s. quod charitas non est principium merendi uitæ æternæ tali ratione: Illud quod facit ad diminutionem meriti non uideretur esse radix, uel principium merendi: sed charitas facit huiusmodi, eo q̄ ipsa omnia facilia facit; opus autem quanto maius est laboriosum, tanto magis est meritorium: ergo &c. Respondeo duobus modis. Primo quod aliquod opus dicitur esse laboriosum duobus modis, Vno modo ex magnitudine operis, & sic magnitudo operis pertinet ad augmentum meriti: & sic charitas non diminuit meritum, imò facit aggredi opera maxima: operatur enim magna si est: ut dicit Gregor. in quadam homel. Alio modo potest esse opus laboriosum ex defectu ipsius operantis.

Non est
virtus si
ne cha-
ritate.

Opposi-
tio.

Gratia
& chari-
tas ī or-
dine ad
uitam
æternā.

rantis, nam unicuique est laboriosum illud quod non prompta voluntate facit, & talis labor meritum diminuit, & charitatem tollit: secundo modo respondeo, & dico, quod duplex est meritum. scilicet dimissionis poenae & consecutionis boni, difficultas: ergo operis non facit ad meritum nisi forte dimissionis poenae: per modum cuiusdam commutationis: sed ad meritum consecutionis facit maior conatus qui est secundum maiorem inclinationem voluntatis: & hanc principaliter facit charitas. Hæc. B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 30. art. 5. utrum meritum consistat principaliter in charitate in duobus arg. contra, & in cor. q. & in sol. 1. 2. & 3. & 1. 2. q. 114. artic. 4. utrum gratia sit principium merendi principaliter per charitatem, quam per alias virtutes, argum. & in cor. q. & in solu. 2. & 3. argum. & secunda secundæ. q. 23. artic. 7. utrum sine charitate possit esse aliqua vera virtus, argum. contra, & in corpore quaest. 1.

CAP. VII.

TERTIO charitas est effectiva, & ostensiva sublimis excellentiæ: nam perfectio spiritualis vitæ christianæ principaliter attenditur secundum charitatem: quod dupliciter probo. scilicet auctoritate, & ratione. Primo auctoritate Apost. ad Colossen. 3. sic dicentis. Super omnia charitatem habete quod est vinculum perfectionis. Et dicitur vinculum perfectionis, eo quod charitas quodammodo omnes virtutes connectit, coniungit, vel ligat in unitatem perfectam, quo quidem vinculo tam perfecto, tam utili, tam suavi trahuntur quicunque saluantur: Oze r 1. Traham eos in vinculo charitatis: Secundo probo hoc idem ratione sic: Perfectio vitæ christianæ est ex unione ad Deum, quod patet, quia unumquodque dicitur esse perfectum in quantum ultimum finem attingit, & maxime Deum: sed per charitatem specialiter coniungitur Deo: ut dicit prima Ioan. 4. Qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo: ergo secundum charitatem specialiter attenditur perfectio vitæ christianæ. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 184. artic. 1. arg. contra, & in cor. q.

Consistit autem perfectio vitæ christianæ in duobus, scilicet in præceptis, & in consilijs, sed differenter, quod sic patet: primo n. per se, & essentialiter perfectio vitæ christianæ consistit in præceptis charitatis, principaliter quidem in dilectione Dei: secundo in dilectione proximi, ut dicitur Deuter. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & Leuit. 19. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc autem sunt duo præcepta de quibus dicitur Matth. 22. In his duobus præceptis dependet lex, & Prophetæ. Perfectio autem charitatis secundum quam dicitur vita christiana est perfecta attenditur secundum hoc quod Deum ex toto corde diligamus, & proximos sicut nos ipsos: & hoc in principio huius capituli ratione, & auctoritate patet; secundo perfectio vitæ christianæ consistit in consilijs instrumentaliter, qualia consilia sunt de continentia, paupertate, & humilitate, quæ ordinantur ad remouendum ea quæ impediunt actus charitatis, quæ tamen non contrariantur charitati, sicut est matrimoniū, occupatio negotiorum secularium, & alia humilitatis, & de hoc dicit dominus Matth. 19. Si vis perfectus esse vade, & vende omnia, quæ habes, & sequere me. In quibus verbis ponitur consiliū, & præceptum: primo consiliū cum dicitur: Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. in quibus non consistit perfectio, sed via ad perfectionem: unde dicit: Si vis perfectus esse vade, & vende &c. Quæ verba exponens ibidem Remigius sic ait: Notanda sunt verba, & signanda mysteria. Si vis perfectus esse vade, & vende. Non. n. ait dominus, vade & manduca omnia quæ habes, sed vade, & vende, & non ait, aliqua sicut Ananias, & Saphira, sed omnia. Et pulchre subiungit: Quæ habes. Illa enim habemus, quæ iuste possidentur, quæ verò iniuste, sunt eroganda illis quibus fuerunt ablata. Et non ait da proximis vel diuitibus, vel ut accipias similia, sed da pauperibus. Et Hieron. in epistola contra Vigilantium sit ait: Quod autem Vigilantius asserit eos melius facere qui utantur rebus suis, & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidant, quam illos, qui possessionibus venundatis semel omnia largiuntur, non à me eis: sed à domino

Perfectio vitæ christianæ i quibus consistat. Explicatur illud vade, & vende omnia quæ habes.

respondebitur. Si uis perfectus esse uade, & uende omnia &c. Chrysost. ibidem talem quaestionem mouet dicens. Si perfectus est qui habet omnes uirtutes, quo modo, uel quo fit perfectus qui uendit omnia sua, & pauperibus dedit, uerbi gratia, Ponamus aliquem hoc fecisse, quo modo erit sine ira concupiscentia suscipiens omnes uirtutes, & deponens malitiam uniuersam? Respondet Chrysost. duobus modis. Primò, quia sapienti uidebitur forsan dicere, quoniam qui pauperibus tradidit bona sua ipsorum orationibus adiuuatur accipiens ad suam spiritualem inopiam illorum spiritualem abundantiam, & fit hoc modo perfectus, quamuis aliquas humanas habuerit passiones. Secundo modo respondet dicens, quòd iste qui mutuatur pro diuitijs paupertatem, ut fiat perfectus credens sermonibus Christi adiuuabitur, ut sapiens fiat in Christo, iustus & castus, & absque omni passione, talis autem poterit sequi Christum, quia non distrahitur ab aliqua mala passione, quo minus Christum sequatur.

Secundò in uerbis præmissis ponitur præceptum, cum subditur. Sequere me. ubi Hieronymus sic ait. Facilius enim facultas contemnitur quam uoluntas, & idè ait, sequere me: in quo perfectio consistit: unde Hierony. ibidem. Quia non sufficit tantum relinquere omnia temporalia, idè Petrus subiunxit. Quod perfectum est, & Secuti sumus te. Ambr. autem super illud Lucæ v. Sequere me, sic ait. Sequi iubet non corporis gressu, sed mentis affectu, quod fit per charitatem: & idè ex ipso modo loquendi ex prædicta auctoritate apparet, quòd consilia sunt quædam instrumenta perueniendi ad perfectionem, dum dicitur. Si uis perfectus esse uade, & uende. &c. q.d. Hoc faciendo ad hunc fluem, uel ad hanc perfectionem deuenies, quæ est sequi, & coniungi mihi per charitatem. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ quaestio. 184. artic. 3. utrum perfectio uix consistat in præceptis, uel consilijs, argumen. contra & in corp. quaest. & in solu. 1. argument. per totum: & in euangelio continuo super Matth. in expositione prædictæ auctoritatis.

Ad maiorem tamen euidentiam prædictorum est sciendum, quòd sicut dilectio charitatis principaliter Dei, & secundario proximi uitam uel personam perfectam facit, ita obligatio solemnitis per uotum ad ea quæ sunt uia ad perfectionem facit personam esse in statu perfecto, scilicet in statu prælationis, uel religionis qui sunt status perfecti. Sic igitur in statu perfectionis propriè dicitur esse aliquis non ex hoc, quòd habet actum dilectionis perfectæ, quia ex hoc est aliquis in se perfectus, ut patet, sed ex hoc, quòd obligat se perpetuo cum aliqua solemnitate ad ea, quæ sunt perfectionis.

Contingit tamen in prædictis duabus perfectionibus quadruplex differentia. Nam aliqui nec se obligant ad ea quæ sunt perfectionis, nec implent, nec perfectionem uitæ habent, nec perfectionem status, ut seculares existentes in peccato mortali. Aliqui non se obligant, & implent, ut seculares qui se non obligauerunt cum solemnitate uoti perpetuo ad ea quæ sunt perfectionis, & tamen habent perfectionem uitæ, quia habent actum perfectæ dilectionis. Aliqui uerò sunt in statu perfectionis, sed non uitæ, sicut mali Episcopi, mali religiosi qui non habent perfectionem uitæ, eo quod existentes in peccato mortali omnino carent charitate, & gratia. Aliqui uerò sunt, qui habent perfectionem uitæ, & perfectionem status, sicut boni prælati aut boni religiosi, qui habent actum perfectæ dilectionis, & sic habent perfectionem uitæ, & se cum solemnitate uoti perpetuo obligauerunt ad ea quæ sunt perfectionis, & sic sunt in statu perfectionis. Hæc Beatus Thom. secunda secundæ quaest. 184. artic. quarto utrum quicumque est perfectus, sit in statu perfectionis, argumen. contra, & in cor. quaestio.

Requ. infra Prælatio. Et infra perfectio charitatis uix, & patriæ, sexto, & septimo capitulis.

Votum solene facit personam esse in statu perfecto.

CAP. VIII.

POST prædicta circa charitatem consideranda sunt tria. scilicet. modus adaptionis; situs, uel locus inhæſionis, aspectus cognitionis. Primò circa charitatem considerandus est modus adaptionis. Aliter. n. est de dilectione naturali, & aliter de dilectione charitatis, quia dilectio naturalis ad Deum, est hominib. naturalis, unde oēs homines naturaliter diligunt Deum, sicut Dionysius dicit in libro de diui. no. q̄ omnib. naturaliter diligibile est bonum diuinum. Cuius rō est, quia dilectio Dei naturalis fundatur super communicatione bonorum naturalium, & ideo omnibus naturaliter inest. Sed charitas fundatur super communicatione bonorum supernaturalium, scilicet secundum dona gratuita, & ideo non naturali virtute, sed ex spiritus sancti infusione charitas in nobis causatur, quod tripliciter probo, scilicet. rōne principij productiui, rōne termini perfectiui, & auctoritate Apostoli. Primò ratione principij productiui sic. Charitas creata in nobis est quædam participatio charitatis spiritus sancti, qui est amor patris, & filij, sed spiritus sanctus non necessario, uel naturaliter, sed ex mera sua voluntate, & gratia charitatem infundit. Ioannis. 3. Spiritus ubi uult spirat. & apost. prima ad Corin. 7. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. ergo charitas non potest neque naturaliter, neque per vires naturales in nobis esse, sed per infusionem spiritus sancti, qui est amor patris, & filij sicut dixi. Secundo hoc idem probo rōne termini perfectiui sic. Quod excedit facultatē naturæ nō potest esse naturale, nec per naturales potentias acquisitū, quia effectus naturalis non transcendit suam cām, sed effectus charitatis est vita æterna, quod patet, quia per gratiam, & principaliter per charitatem quilibet meretur vitam æternā: unde dicit Apost. ad Ro. 6. Gratia Dei vita æterna. cum ergo iste effectus charitatis, scilicet. vita æterna excedit facultatem naturæ, ergo non inest nobis naturaliter, neque per naturales potentias acquisita est, sed ex infusione gratuita spiritus sancti. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 24. art. 2. vtrum charitas causetur in homine ex actibus præcedenti-

bus, uel ex infusione, in cor. q. & in sol. 1. argu. Tertio hoc idem probat ibidem B. Thom. per auctoritatem Apost. ad Rom. 6. sic dicentis. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. In quibus verbis nota tria, scilicet. infusam plenitudinē, profundam impressionem, uel aptitudinem, gratiosam celsitudinem. Primò nota infusam plenitudinem, Ibi Charitas Dei, quæ est quid creatum, & infusum à Deo, diffusa est: nam charitas Dei diffunditur, effunditur, superfunditur. Primò diffunditur in affectu per illuminationem gratiæ, Secundo effunditur. scilicet. ad proximum per opera misericordiæ. Tertio superfunditur per opera perfectionis, & supererogationis. scilicet. obedientiæ paupertatis, & continentiæ. Secundo nota profundā receptionē, ibi. In cordibus, non solum in ore sicut quidam habent. psal. Dilexerunt eum in ore suo, cor autem eorū &c. Tertio nota gratiosam celsitudinem, ibi per spiritum sanctum. Augu. Ne quis putaret charitatē se habere per proprium arbitrium a seipso: iō cū dixit. Charitas diffusa est in cordibus nostris, addidit. Per spiritum sanctū, qui nobis dat tribus modis. Primò dat plura quā abstulit, sicut patet de Iob. cui primo ablata sunt vltimò duplata. Secundo dat plura quā homo peteret, sicut patet de Salomone tertij Regū. 3. qui petijt sapientiam, & abiicit alia, & dominus et dedit alia. Tertio dat plura quā promittit. Nume. 17. promissit q̄ virga fronderet, & ipsa floruit, fronduit, & fructum fecit.

CAP. XI.

SECVNDÒ circa charitatem considerandus est situs, uel locus inhæſionis. Cum enim charitas sit donum creatum à Deo infusum, ut patet cap. præcedenti, oportet, q̄ in aliqua potētia animæ sit, unde dico, q̄ charitas habet esse in voluntate, ut in subiecto. Quod autem uoluntas sit subiectum charitatis tripliciter probo. scilicet. ratione, fine, distinctione. Primo ratione sic. Actus charitatis qui est diligere est rationis intellectus, ut dirigentis, sed voluntatis, ut eligentis, imperantis, & exequentis. Secundo probo ex fine sic. Nā charitas respicit vltimum finē qui est Deus,

Spiritus sanctus dat tribus modis.

Charitas non habet uiribus naturæ.

Deus, sed uoluntas est finis, ergo charitas est in uoluntate. Tertiò hoc idem probò distinctione sic. Sicut potentia rōnalis perficitur aliquo habitu. s. fide, & potentia irascibilis alio. s. spe, ita potentia concupiscibilis perficitur alio habitu. s. charitate.

Vbi nota, quòd appetitus est duplex. s. sensituius cuius subiectum est bonum apprehensum per sensum; & intellectuius cuius obiectum est bonum sub communi ratione boni apprehensum per intellectum. obiectum igitur charitatis nō est aliquod bonum sensibile, sed solum diuinum, quod solum intellectu cognoscitur, & ideo obiectum charitatis non habet esse in appetitu sensituiuo, sed intellectuiuo, scilicet in uoluntate. Hæc B. Tho. 3. scri. senten. dist. 27. de charitate. art. 3. utrum subiectum charitatis sit ratio, uel uoluntas in cor. q. & secunda secundæ. q. 24. artic. 1. utrum uoluntas sit subiectum charitatis. arg. contra, & in cor. q. ibidem.

Sed fortè quæres quid charitas facit in uoluntate? Dico, quòd charitas in uoluntate specialiter facit tria. s. dirigit, erigit, perficit uoluntatem. Primò charitas dirigit uoluntatem, quod tali ratione ostendo. Amor rectus, & ordinatus, uolūtatem, & omnes affectiones eius rectas, & ordinatas facit, sed charitas est amor rectus, & ordinatus. ergo &c. Req. supra. Amor in generali, de amore bono, & malo. i. c. per totum. Secundò charitas erigit uolūtate, quod tali ratione ostendo. Illud qd pondus facit in corpore facit amor in mēte. Ita dicit Aug. in lib. confessionū. Ponderibus suis agunt omnia, & loca sua petūt: amor meus est pondus meū, eo feror quo cunque feror; & ideo sicut amor inordinatus sui mentē flectit ad infima, ita contemptus sui, & amor Dei mentem erigit ad cœlestia, sed charitas est amor maxime ordinatus, quia principaliter Dei, ergo &c. Tertiò charitas perficit uoluntatem, quod tali rōne ostendo. Ille est pfectus, qui Deum habet, sed per charitatem homo Deum habet, primò in spe, & ultimò in re. Ita dicit August. super epistolā Iohānis Home. 10. Quid tibi iubet Deus? dilige me amaturus es honorem & forte non peruenturus, quis me amauit, & ad me non peruenit, amor me tibi p̄sentem

facit, unde Greg. in Home. Qui mente integra Deum desiderat p̄fectò iam habet quem amat, neque. n. posset quisquam diligere Deum, si hunc quem diligit nō haberet, unde sicut ex dilectione alicuius non conuenietis & p̄cipuè per amorē peccati aliquis læditur. & deterioratur, unde dicitur Ozeæ. 9. Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. ita è contra ex dilectione conuenientis homo maxime perficitur, & melioratur, & maxime p̄ amorem Dei: unde Diony. dicit cap. 4. de diui. nom. q. amor Dei est passio cōseruatiua, & perfectiua. Hæc B. Tho. prima secundæ. q. 24. art. 5. argu. contra, & in cor. q. ibidem, unde cum charitas sit omnib. aliis uirtutibus excellentior, ipsa maxime habentem perficit.

Quòd autem ipsa charitas sit omnib. alijs uirtutib. excellentior, probò tam in uirtutibus moralibus, quam etia theologicis. Primò enim ipsa est excellētiōr uirtutibus moralibus, eò quòd uirtutes morales attingunt medium rationis, & secūdum ipsam rationem medium constituitur in operationibus, uel passionibus humanis, sed ipsa charitas attingit Deum, & secundum Deum regulat omnes operationes, passionibus, uel affectiones humanas. Secundò ipsa charitas est excellentior uirtutib. theologicis. s. fide, & spe, eò quòd charitas magis attingit Deū quàm fides, & spes, quod patet, quia fides, & spes attingunt Deum secūdum, quòd ex ipso prouenit nobis, uel cognitio veri, uel cognitio boni, sed charitas attingit Deum non ut ex eo aliquid nobis proueniat, sed ut in ipso sistat, & ideo charitas magis Deum attingit fide & spe, & ideo est potior eis, & ipsa eminentius alijs uirtutibus perficit uoluntatem. Hæc B. Thomas secunda secundæ. q. 23. art. 6. utrum charitas sit excellentissima uirtutum, in cor. q. unde prima ad Corinth. 13. Maior horum est charitas.

CAP. X.

Tertio circa charitatem considerandus est aspectus cognitionis. Possumus enim nos scire habere dilectionem, & quod nos Deū naturaliter diligamus, sed q̄ talis dilectio sit dilectio charitatis aliquo modo nos latet, & aliquo modo scimus. Vbi nota, q̄ aliqua possumus cognoscere tribus modis, scilicet per certitudinem, per coniecturationem, per reuelationem, uel certitudinaliter, probabiliter, reuelabiliter. Primò aliqua possumus cognoscere certitudinaliter, sicut illa quorū species sunt in sēsu, uel in intellectu, & hoc modo non possumus cognoscere nos habere charitatem, & hoc propter quatuor rationes, tum quia intellectus est carne obumbratus, tum quia actus charitatis ē uitæ æternæ meritorius, tum quia actus charitatis est Deo acceptus, tum quia talis aspectus est a Deo p̄hibitus, uel reseruatus. Prima ratio, quia intellectus noster est carne obumbratus, & ideo hebes ad spiritalia, & ineptus, non potest certitudinaliter ea cognoscere, & præcipuè an talis amor Dei, sit charitas. Secūda ratio est, quia charitatis actus est meritorius. Nam ad actum charitatis requiritur, quod sit meritorius: hoc autem nō potest certitudinaliter cognosci. Tertia ratio est, quia charitatis actus est Deo acceptus. Nam charitas includit, uel importat Dei acceptationē, hoc modo, quod quilibet existens in charitate est Deo acceptus: sed hoc nullus pro certo scire potest, & ideo nullus potest esse certus se charitatem habere. Quarta ratio est, quia talis aspectus soli Deo est manifestus, & uiatori occultus. In hoc enim manifestatur iudicium Dei qui ut humiliemur ordinauit bona nostra nobis fore occulta, & præcipuè charitatem. Et propter has quatuor rationes dicitur Eccles. 9. Nescit homo utrum amore, uel odio dignus sit. Ex qua auctoritate ad probandum idem formo tres alias rationes. Prima est ex parte criminis sic. Per charitatē quilibet est immunis a peccato mortali, sed homo nescit certitudinaliter se esse absq; peccato mortali. Iob. 9. Si sim-

plex fuero hoc ipsum ignorabis anima mea: & Prouer. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato? Secunda ratio est ex parte diuini amoris sic. Per charitatem quilibet efficitur dignus amore Dei: sed homo non potest certitudinaliter scire utrum sit dignus odio uel amore Iob. 9. Si uenerit ad me non videbo eum, si abierit non intelligā: ergo &c. Tertia ratio est ex parte mercedis sic. Per charitatem quilibet dignus efficitur vita æterna, & per eius oppositū scilicet per peccatum mortale quilibet efficitur dignus morte æterna: sed nemo scit certitudinaliter utrum sit dignus inferno, uel paradiso: ergo &c.

Secundo modo possumus scire aliqua coniecturaliter, scilicet per coniecturas aliquas, puta per assuefactionem, & delectationem in operib. bonis, & per fugā, & detestationem malorum, per gustationem, & per affectiones amoris ad Deū, & proximum, & per hæc signa possumus scire nos charitatem habere. Tertio modo possumus scire aliqua reuelabiliter, scilicet per reuelationem Dei, & hoc modo pro certo sciuit beatus Paulus se esse in charitate dicens ad Ro. 8. Certus sum quod neque mors neque vita poterit nos separare à charitate.

Sed fortè argues in oppositum. sc. q̄ charitas ab habere certitudinaliter cognoscatur tali rōne. Charitas est quoddam lumen spūale, ut habetur prima Iohā. 2. Qui diligit fratrem in lumine manet, sed lux se ipsa r̄, & non per aliud, & ita charitas, & sic certius quam alia cognoscitur. Respōdeo duobus modis. Primo, q̄ per hoc q̄ charitas creata uel increata est lux, ostēditur, q̄ in se est cognoscibilis, sed nō cognoscitur ab intellectu nostro nisi per effectum suum rationib. iam prædictis. Secundo modo respōdeo, & dico, q̄ quāuis charitas sit lumen in se, non tñ sufficienter illuminat intellectū nostrum, & hoc ex defectu intellectus nostri: unde charitas dicitur lux ab illuminando intellectum. Hæc B. Tho. 3. scrip. senten. dist. 17. art. 4. utrum charitas ab habente certitudinaliter cognoscatur, in argumen. contra, & in cor. & q. in sol. quinti argum. Et iterum. 3. scrip. senten. dist. 23. art. 2. utrū habitus in nobis existentes cognosci possint.

Cōiectura
r̄ qui-
bus co-
gnoscit
hō se
habere
char.

possint in cor. q. unde eo modo quo homo cognoscit se habere gratiam, eo modo cognoscit se habere charitatem. Requiritur infra Gratia c. 16. utrum quis possit scire se esse in gratia, uel se esse acceptum Deo. per totum.

C A P. XI.

11. **A**D Maiorem tamen euidentiam præcedentis capituli est sciendum, quod qualiter aliquis scire possit se habere charitatem sunt quinque diuersitates. Primò enim sunt aliqui, qui sciunt pro certo charitatem se non habere sicut illi, qui sciunt se in peccato mortali, vel habent propositum peccandi mortaliter. Secundò quidam alij sunt qui dubitant se habere charitatem: quia rationes & p ea habent pro utraque parte, sicut sunt illi, qui incipiunt facere quid in se est. Tertiò quidam alij sunt, qui putant se habere charitatem, sicut illi, qui multa bona fecerunt, & diu abstinuerunt a peccato mortali, sed adhuc sustinent motus tentationum, & imaginantur turpia. Quartò sunt quidam alij, qui experiuntur se habere charitatem, sicut illi qui gustant diuinam dulcedinem, in quibus fomes ferè extinctus est, & quasi semper, uel bona faciunt, uel affectant. Quintò quidam alij sunt, qui sunt certi se charitatem habere, sicut illi quibus deus reuelauit, ut Paulus, & plures alij, ut patet supra. cap. præceden. Re. infra Gratia capitulo sexto, & septimo per totum.

C A P. XII.

12. **T**ertio præter ea quæ superius dicta sunt de charitate circa charitatē cōsiderare debemus tria. scilicet amissionem, augmentationem, perfectionem. Primò circa charitatem considerare debemus amissionem, utrum, scilicet charitas semel habita possit amitti. Respondeo, & dico, quod charitatem possumus tribus modis considerare, scilicet ex parte infundētis, perficientis, recipientis. Primò ex parte infundētis, scilicet spiritus sancti mouentis ad charitatem. Cum enim spiritus sanctus habitet in nobis per charitatem non potest esse, quod spiritus sanctus

moueat aliquem ad amandum, & quod ipse charitatem amittat, & non diligat. Cuius ratio est, quia cum spiritus sanctus infallibiliter operetur quodcumque uoluerit, impossibile est hæc duo simul esse uera, scilicet quod spiritus sanctus aliquem ad actum charitatis, scilicet ad diligendum mouere uelit, & præcipue, quia donum perseverantiæ computatur inter beneficia Dei.

Secundò amissionē charitatis cōsiderare possumus ex parte charitatis informātis, & perficientis. Nam de rōne charitatis est mentem a peccato purgare: & in bono perficere, & hoc modo charitatē habens mortaliter peccare non pōt, sicut calor non potest infrigidare, & sic ē in iustitia nō potest bonum facere, ut dicit Aug. in lib. de sermone domini.

Tertiò amissionē charitatis cōsiderare possumus ex parte uolūtatis recipiētis & sic cum uolūtas hominis sit uertibilis charitas amitti potest: quod tripliciter probō, scilicet ratione, similitudine, & auctoritate. Primò probō hoc ratione sic. Sicut in naturalibus destructa dispositione materiæ destruitur forma, ut uerbi grā destructa dispositione corporis desinit in corpore esse forma, ita in spiritualibus destructa dispositiōe mētis ad Deū desinit esse gratia, uel charitas in anima. dispositio. n. hominis ad gratiā est eius conuersio ex toto corde ad Deum, quæ quidem dispositio, uel conuersio perditur uel tollitur per peccatum mortale, eò quod peccatum mortale est conuersio ad commutabile bonū, & sic per quodlibet peccatum mortale, quod dispositionē talē causat in anima desinit esse in homine charitas. Secundò hoc idem probō similitudine, uel exemplo: uidemus. n. quod quidam ad tempus sunt boni, qui postea sunt mali, & ē conuerso: exemplum de Dauid, qui prius charitatē habuit, & tamen peccauit, & charitatem amisit, alias non periuiisset reddendam sibi lætitiā salutarem dicens in psalm. Redde mihi lætitiā salutaris tui.

Tertiò pbo hoc idem auctoritate Apostoli prima ad Corinth. 10. dicētis. Qui se existimat stare uideat ne cadat. Ex qua auctoritate talē rationem formo. In eo qui non pōt cadere, cautela non est ne-

Volūtas in cā est ut charitas amittatur.

Charitas tribus modis pōt considerari

cessaria: sed stanti per charitatē necessaria est cautela, ideo dicit Apostolus. Qui se existimat stare uideat ne cadat, qđ verbum exponitur tribus modis. Primò secundum Aug. in gl. ibid. sic. Qui se existimat stare per bona opera. Videat ne cadat a se a Deo, enim stat qui stat, a se cadit qui cadit, uideat ergo ne cadat peccādo, uel alios peccare faciendo. Secundò exponitur sic. Qui se existimat stare, .s. in bono statu esse per gratiam, & charitatem, quā putat se habere, uideat, ideo diligenter consideret, & attendat, ne cadat, ideo ne a gratia in culpā ruat, uel alios ruere faciat. Tertio modo exponitur sic: Qui se existimat stare in charitate, & si in charitate, cadat. i. uenialiter peccet, quia Prou. 24. Septies in die cadit iustus, & refurgit, uideat diligenter ne de charitate cadat in culpam, sicut ille cui dicitur Isaie. 14. Quomodo cecidisti lucifer? Est autem sciendum ad euidentia p̄dictorum, qđ charitas patrie amitti non potest, charitas autem uie amitti potest: & hoc triplici ratione. Prima est, quia cum intellectus comprehensoris semper actualiter contempletur Deum, uoluntas eius per charitatem inamissibiliter fertur in Deum. Secunda ratio est, quia in patria Deus per essentiam sue bonitatis v̄r, & ideo ibi charitas inamissibiliter habetur. Tertia ratio est, quia mens comprehensoris charitate repletur, in quantum charitas patrie replet totam capacitatem mentis rationalis. Et p̄bo hoc per exemplum de forma corporis celestis, qđ ex eo qđ replet totam potentialitatem materie corporis celestis, semper actualiter totaliter & inamissibiliter informat eam, ita qđ in corpore celesti non remanet potentia ad aliam formam. Charitas autem uie potest amitti propter tres rationes p̄dictas contrarias. Prima est, quia in presenti uia diuine bonitatis essentia nō videtur. Secunda est, quia intellectus viatoris Deum semper actualiter non intuetur, vel contempletur. & ideo charitas viatoris in Deum semper actualiter non fertur. Tertia ratio est, quia intellectus viatoris Dei essentia non repletur, cū eū p̄ essentiam suam non uideat, & ideo charitas uie amitti potest cum in ea mens beati non repleatur, sicut per exemplum

patet in formis generabilium, & corruptibilium, quia materia ipsorum sic recipit unam formam, qđ remanet in ea potentia ad aliam formam, & ideo una forma potest amitti per acceptionem alterius, quia non replet totam potentialitatem, vel capacitatem talis materie. Hęc B. Th. 3. scrip. dist. 31. art. 1. utrum charitas semel habita possit amitti: in arg. contra, & in cor. q. Et secunda secundæ. q. 24. artic. 11. utrum charitas semel habita possit amitti, in cor. q.

C A P. XIII.

Admittitur autem charitas uiatoris per unum actum peccati mortalis: qđ tripliciter p̄bo. s. rationibus, similitudinibus, auctoritatibus. Primò, qđ charitas per unum peccatum mortale amittitur, p̄bo triplici ratione, scilicet ratione oppositionis, auersionis, detestationis. Primò ratione oppositionis sic. Vnū cōtrarium per aliud cōtrarium superueniens tollitur, sed quodlibet peccatū mortale contrariatur charitati, eò qđ propria ratio charitatis in hoc consistit, qđ Deus super omnia diligatur, & qđ homo totaliter ei subijciat oīa sua in Deum referens: peccatum aut mortale huius oppositum facit: ergo &c. Aliter est de peccato mortali, & ueniali, quia peccatum ueniale nō cōtrariatur charitati, ideo nō excludit nec totaliter tollit charitatē effectiuē, vel meritoriē. Primo mō. s. effectiuē nō, qđ charitas ē circa finē, ultimū: peccatū aut ueniale est quædā inordinatio circa ea qđ sūt ad finē, & iō peccatū ueniale ad ipsam charitatē effectiuē nō attingit. Scđo. s. meritoriē nō, quia peccatū ueniale nō meretur amissionē, uel diminutionē charitatis. Cuius ratio est quia cum aliquis deliquit in minori non meretur detrimentū pati in maiori, eò qđ Deus nō plus se auertit ab hoīe quā hō se auertat a Deo, unde qđ inordinatē se habet circa ea quæ sunt ad finem non meretur detrimentū pati in charitate p̄ quam homo in finē vltimum ordinatur. Peccatum autē mortale cōtrariatur charitati effectiuē, & meritoriē effectiuē, qđ totaliter corrumpit ipsam, ut eius cōtrarium, & meritoriē, quia qui peccādo mortaliter aliqd cōtra charitatem

Peccatū mortale & ueniale in ordine ad charit.

Charitas patrie nō potest amitti.

ritatē agit, dignum, ut est Deus ei subtra-
hat claritatem. Hæc B. Th. secunda secū-
dæ. q. 24. art. 10. utrum charitas possit di-
minui, in cor. q. Secundò hoc idem pro-
bo ratione auersionis sic, Qui a Deo, a-
uertitur, & ad creaturam conuertitur cha-
ritatem amittit, ed q̄ conuersio hominis
in Deum est per charitatem, sed qui mor-
taliter peccat a Deo auertitur, quia pec-
catum mortale consistit in auersione a
bono incommutabili, & conuersione ad
bonum commutabile: ergo &c. Tertiò
hoc idem p̄bo ratione detestationis sic.
Qui contra præceptum Dei facit, uel q̄
facere tenetur contemnit, charitatem a-
mittit, sed qui peccat mortaliter transgre-
diendo, uel omittēdo hoc facit, ergo &c.
Sed fortē dices, licet ille qui ex malitia
peccat mortaliter peccet, & charitatem
amittat, tñ ille qui peccat ex passione ali-
qua puta concupiscētiæ, uel timoris, quā
uis peccet mortali, non tamen charitatē
amittit, ut Petrus fecit negando Christū.
Respondeo, & dico, quod charitas duob.
modis amittitur. Vno modo directē per
actualem contemptum, & hoc modo Pe-
trus charitatem non amisit. Alio mō indi-
rectē, quando committit aliquid charita-
ti contrarium, propter aliquam passionē
concupiscētiæ, uel timoris, & hoc mo-
do Petrus contra charitatem faciens cha-
ritatem amisit, sed eam citò recuperauit.
In quo notatur differentia inter illum q̄
mortaliter peccat ex malitia, & illum qui
mortaliter peccat ex passione aliqua, q̄
ille qui mortaliter peccat ex malitia nō
de facili est penitens. Ille uerò qui pec-
cat ex passione aliqua sic, passione ces-
sante.

Secundò q̄ charitas amittatur per pec-
catum mortale unū, probo triplici simili-
tudine. scilicet claritatis, caloris, radice. Primo
similitudine claritatis solaris. sicut enim
claritas aeris cessat in aere ex obstaculo
solis illuminantis, sic charitas cessat in
mente ex obstaculo criminis infusionē
charitatis a Deo impediēti, unde Aug.
dicit 8. super gen. ad literā, q̄ homo Deo
sibi præsente illuminatur, absente autē cō-
tinuo tenebratur, a quo non locorum in-
teruallis, sed uoluntatis auersione disce-
ditur. Secundo probo idem similitudine,
uel exemplo caloris uitalis, quia sicut vi-

ta corporalis amittit calore uitali uel nā-
li subtracto, sic vita spiritualis amittitur
subtracto calore spirituali per peccatum
mortale. Tertiò hoc idem probo simili-
tudine, uel exemplo radice, quod exem-
plum ponit Aug. super epistolā Ioh dicēs.
Radix omnium malorum est cupiditas,
& radix oīum bonorū est charitas, simul
ambæ esse non possunt, nisi una radici-
tus euulsa fuerit. alia plantari nō potest:
sine causa conatur aliquis ramos incide-
re, si radicem non cōtendit euellere. Hęc
magister sen. allegat tertio. se. dis. 31. Ter-
tio q̄ charitas amittatur per unum pec-
catum mortale probo auctoritate sacrę scri-
pturæ sic. Per peccatum mortale fit ho-
mo dignus morte æterna. ita dicit Apost.
ad Ro. 6. Stipendia peccati mors, charita-
tem uero habens habet meritum uitæ æ-
ternæ, ut dī Ioh. 14. Si quis diligit me dili-
getur a patre meo, & ego diligam eum, &
manifestabo ei meipsum: in qua quidē
manifestatione diuinæ essentię uita æter-
na consistit, ut dī Ioh. 17. Hęc est uita æ-
terna &c. sed nullus potest simul esse di-
gnus uita æterna & morte æterna, ergo
patet, q̄ charitas tollitur per unum pec-
catum mortale. Hæc B. Th. secunda secū-
dæ q. 24. art. 12. utrum charitas amitta-
tur per unum actum peccati mortalis, ar-
gum. contra, & in cor. q. & in sol. 2. argu.

C A P. XIII.

Quod autem charitas semel habita
amitti possit, probat. B. Th. secū-
da secunda q. 24. art. 11. arg. con-
tra auctoritatē scripturæ sacrę.
Apoc. 2. Charitatem pristinam reliquisti
memor esto unde excideris, & age pœni-
tētiā, & prima opera fac. In quo verbo
attende quattuor. scilicet peruersitatem affe-
ctus, utilitatem cogitatus, necessitatem
actus, qualitatem affectus. Primo nota per-
uersitatem affectus, ibi Charitatem pri-
stinam reliquisti. non quo ad essentiam
charitatis, sed quo ad feruorem, quia in
charitate existens non ita feruebat sicut
prius. Ber. Multi sunt qui in initio con-
uersionis suæ sunt feruentes. sed in fine
pigritantur. Secundo modo exponitur sic
Charitatem pristinam quo ad charita-
tis essentiam reliquisti, quia a charitate
ceciderat per peccatum mortale transgre-
diendo, omittendo, cōmittēdo: & hoc est

Y 4 pessi-

Chari-
tas duo-
bus mo-
dis amit-
tur.

Exēpla
de amif-
siōe cha-
ritatis.

peffimū, eò q̄ qui à charitate cadit a Deo cadit. Scdò attēde utilitatē cogitatus, ibi Memor esto unde excideris: dēt. n. qui cecidit in peccatū mortale frequenter cogitare unde, ubi, & per quid cecidit. Primò dēt cogitare unde cecidit, quia a cēlo ubi erat antequā peccaret cogitatione, spē, & meritò. Scdò dēt cogitare ubi cecidit, q̄a in terrā sp̄ cogitando terrena, in culpam multiplicando culpā, uel offensā, in gehēnā quantū est ex se, nisi q̄a sustētā diuina misericordia. Tertiò dēt cogitare p̄ quid cecidit, quia per culpam propriā. Tertiò attēde necessitatē actus, ibi Age &c. quidā. n. pœnitentiam eis iniunctam a sacerdote suscipiunt, & quod p̄mittūt non faciūt. Quidā uerò suscipiūt p̄niam eis iniunctam, & faciunt, sed incōdignā. Quidam uerò alij suscipiunt cōdignam p̄niam, & perficiunt. Re. infra pœnitētia.

Sed fortē q̄res, an aliquis post lapsum in peccatū mortale, resurgens p̄ p̄niam, possit habere tantā charitatē quantā habebat prius antequā cecidisset in peccatū. Respō. & dico, q̄ mensura maior, uel minor charitati p̄figitur secundū duo. sc̄dū diuinū beneplacitum, & sc̄dū humanū conatū. Primò sc̄dū diuinum beneplacitum. Cū. n. diuinæ bonitatis, & liberalitati non ponatur charitatis terminus per peccatum, cū ipse quātū in se est sit paratus totaliter oīa peccata delere pōt p̄ut uult reparare, & ad statū pristinū reducere. Scdò mensura charitati maior, uel minor p̄figit sc̄dū humanū conatū. Cū. n. aliquis post peccatū possit, & multum, & parum conari ad charitatē, oportet dicere, tum ex diuina liberalitate, tum ex humana dispositiōe, q̄ homo post peccatum per pœnitentiam pōt in maiori, & minori charitate resurgere.

Ad cuius euidentia pōno hīc sub quæstioe tres casus. Primus est, an uirgo post casum, uel peccator resurgēs habeat tantū p̄miū quantum uirgo ante casum, & quantum innocens. Respon. & dico, q̄ duplex est p̄miū. sc̄. essentialē, & accidentale. Loquēdo ergo de gloria p̄mij essentialis, uirgo post peccatum, uel peccator resurgens per pœnitentiam potest æquale, uel maius habere. Cuius rō ē q̄a p̄miū essentialē cōmēsurat charitati, & ideo sc̄dū, q̄ in maiori, uel minori

charitate resurgit, secundū hoc habebit p̄miū. Sed loquendo de p̄mio accidentali nō. Cuius rō ē, q̄a gloria p̄mij accidentalis nō cōmēsurat charitati, sed actui, uel statui: unde post peccatum uirgo aureolā non habebit, & similiter nec peccator resurgens habebit gaudium de innocentia continuata. Re. supra Aureola. Secundus casus est, q̄ peccator resurgens quāuis reducat ad æquale charitatē, ut prius, nō tamen ad eandē dignitatē qd' dupliciter probo. primò exemplo: q̄a ab officio dignitatis, aliquis repellitur p̄pter peccatum commissum etiam si pœnitentiam egerit, sicut propter homicidium repellitur homo a sacerdotio. Scdò, p̄bo hoc idē auctoritate Eze. 44. ubi sic dī. Leuitæ qui recesserunt a me nunquam appropinquabunt mihi, ut sacerdotio fungantur. Tertius casus est talis. Sunt duo quorū unus permanens in charitate alius est de nouo recipiens charitatem, quis istorum plus recipit de influentia diuini luminis; Resp. & dico, q̄ ceteris paribus semper ille, qui hēt charitatē plus recipit de influentia diuini luminis: sed ille qui non hēt pōt plus conari, & magis recipiet. Hæc B. Th. 3. scr. sent. di. 3. art. 4. utrū hō per pœnitentiā semper in maiori charitate resurgat. q. 1. in cor. q. & in sol. 1. 2. 3. arg. Quarto, & ult. vide qualitatem effectus, ibi Opera prima facit. q. d. habeas exercitium operum virtutis quousque peruenias ad primum statum: quod esse non potest nisi fiat mora in bonis operibus, licet enim homo fiat fortior, & resurgat in maiori gratia, & charitate, tamē non statim perueniet ad primam puritatem, & hoc propter insultus tentationum, & cogitationum.

Sed fortē quæres an q̄libet charitas possit cuilibet tentationi resistere. Resp. libet & dico, q̄ aliud est a tentatione uinci, aliud est tentationem uincere: aliud est possit tentationi resistere. Primò. n. ille dī a tentatione uinci, qui à bono proposito trahitur per tentationem in consensum peccati, sicut est in continente qui habet rōnem rectam in uniuersali, sed deducitur in particulari imminente passione. Qui enim non habet bonum propositum, ut intemperatus siue luxuriosus non uincitur, quia libenter id agit, & hoc modo

Post lapsum an possit aliquis habere maiorem charitatē quā prius habebat.

P̄miū an de homini post casum, sicut dare esset ante casū.

Post lapsum an possit aliquis habere maiorem charitatē quā prius habebat.

An quælibet charitas possit cuilibet tentationi resistere.

de quolibet charitas potest resistere peccato propter liberum arbitrium a seruitute peccati: quamuis difficultatem patiatur propter tentationis impulsu. Secundò ille uincit tentationem qui non solum a tentatione superueniente in actu peccati non deducitur, sed etiam ex magnitudine uirtutis quasi nihil tentationem paruipendit, & hoc modo charitas quæ in principio tentationis est parua, potest tentationibus resistere, quia in fine tentationis fit magna, cum Deus pugnanti semper auxilium amministret. Tertiò ille tentationi resistit, qui difficultatē a tentatione patitur, sed non deducitur, & talis resistit quidē tentationi cum non consentit, sed propriè loquendo non uincit. Cuius ratio est, quia cum in tali, & in principio, & in fine tentationis semper charitas parua maneat, & non crescat, potest tentationi resistere propter liberum arbitrium, sed non tentationē uincere, quia patitur difficultatem ex paruitate charitatis. Hæc B. Tho. 3. scilicet secundum di. 3. ar. 3. in cor. q. Re. infra sequenti ca. immediatē, quot modis charitas augeatur: & infra Opera quæ aliquis post penitentiam debet facere.

CAP. XV.

SECUNDO circa charitatem considerare debemus augmentationem. Vbi nota, quod aliud est querere, an charitas possit dimitti, an diminui, an augeri. Primò enim cum queritur, an charitas possit amitti. Respondeo, & dico, quod sic: ut patet immediatē, supra in tribus cap. præceden.

Secundò cum queritur, an charitas possit diminui secundum essentiam. Respondeo, & dico, quod non: quod tripliciter probo, scilicet considerando charitatis similitudinem, causalitatem, & peccati uenialis uirtutem. Primò considerando charitatis similitudinem, nam charitas in scriptura comparatur igni, secundum illud Cant. 8. Lampades eius, scilicet charitatis lampades ignis atque flammarum, sed ignis quandiu manet semper ascendit: ergo charitas quandiu manet ascendere potest. Secundò probo hoc idē considerando charitatis causalitatem. Differentia enim est inter causam uirtu-

ris acquisitæ, & uirtutis infusæ, quia causa uirtutis acquisitæ sunt actus humani, & ideo cessantibus actibus humanis uirtus acquisita cessat, diminuitur, & tandē corrumpitur, ut præcipuè de amicitia patet. Re. supra. Actus amicitiae. Virtus autē infusa non causatur ab actibus humanis, sed solum a Deo: & talis est charitas, ut patet supra: ergo cessantibus actibus nostris charitas nec diminuitur nec corrumpitur. Tertiò hoc idem probo considerando peccati uenialis uirtutem, nam peccatum ueniale non diminuit charitatem, quod patet, quia si peccatum ueniale diminuit charitatem, aut hoc facit effectiuè, aut meritoriè: non quidem effectiuè, quia ad ipsam charitatem non attingit, eò quod charitas est circa finem ultimū, peccatum autē ueniale est quædam deordinatio circa ea quæ sunt ad finem, non autem ex hoc diminuitur amor finis, quod aliquis inordinatè aliquid omittit circa ea quæ sunt ad finem. Similiter peccatum ueniale non diminuit charitatē meritoriè, non. n. peccatū ueniale meret diminutionē charitatis. Cuius ratio est, quia cum aliquis delinquit in minori, non meret detrimentū pati in maiori, unde Deus non plus se auertit ab homine, quā homo se auertat a Deo, & ideo cum a Deo non causetur aliquis defectus in nobis, nisi per modum pænæ, scilicet quod subtrahit gratiā in pœnā peccati, non cōpetit Deo diminuerē charitatē nisi per modum pænæ peccato debita; peccatū autē ueniale nullo modo charitate diminuit, ut patet: peccatū autem mortale non diminuit charitatē, sed corrumpit, & tollit: ergo &c. Potest tamen per accidens, & indirectè dici diminutio charitatis dispositio ad corruptionē ipsius quod fit, uel per peccata uenialia, uel ē per cessationē ab exercitio operū charitatis. Nam per peccata uenialia, & per cessationē ab operibus charitatis minuitur charitas non quò ad essentiam, ut patet, sed quò ad radicationē, & quò ad feruorē. Quò ad radicationē in quantum per peccata uenialia generatur contraria dispositio ad corruptionē ipsius. Quò ad feruorem per cessationē ab operibus charitatis, in quantum ex dissuetudine minuitur facultas obediētiæ uirū inferiorū ad superiores, & ocio tepescit charitatis feruor. Hæc Beat. Tho.

Veniale peccatū non minuit charitatē.

Charitas i secundum essentiam non potest diminui.

1. scrip. sent. dist. 17, artic. 1. utrum charitas minuatur, in cor. q. & secunda secundæ q. 24. art. 10. utrum charitas possit diminui. arg. contra, & in cor. q.

Charitas an possit augeri.

Tertiò cū quæritur, an charitas possit augeri. Resp. & dico, q. sic. Ad cuius evidentiam nota tria. s. augmentationis actum, modum, terminum. Primò. n. circa charitatem nota augmentationis actū. Quod autem charitas uia augeri possit, pbo tripliciter. s. auctoritate, rōne, similitudine. Primò auctoritate Aug. dicētis, q. in reb. spiritualib. idē est maius quod melius, sed contingit charitatē meliorari, alioquin non contingeret hominem meliorari cum bonitas hominis ex Charitate causetur, ergo contingit charitatē meliorari. Scdò hoc idē probo rōne sic. Bonitas consistit in appropinquatione ad Deū, qui est ultimus finis nostræ beatitudinis. ī hac autem uia quantò magis Deo appropinquamus, tantò magis appropinquare possumus, ut tantò pfectiores simus, sed hāc propinquitatē ad Deū facit charitas, ergo charitas uia pōt augeri, si. n. augeri nō posset iam cessaret uia processus, idē Apost. 1. ad Cor. 12. charitatem nominat uia dicens. Adhuc excellentiorē uiam demonstro. Scdò hoc idē confirmo alia rōne sic. Præmiū respōdet merito, sed unus maius præmiū cōsequitur uno tempore quā ei debeatur alio tempore quo erat in charitate, ergo charitas in eo est augmentata. Tertiò hoc idem probo similitudine, quia sicut augmentum in corporalibus respicit tria aliquid sicut subiectum, sicut ipsum hominem, aliquid sicut terminū per se, uel hominis quantitatem, aliquid sicut terminū per accidens, ut qualitatem in quantitate, sicut augmentata superficie augeatur albedo, ita augmentū charitatis respicit tria aliquid respicit sicut subiectū ut animā, nō q. aīa augeatur sicut hō, sed est sicut illud circa qd fit tale augmentū. Aliquid respicit sicut terminū p se, ut ipsam uirtutem charitatis, nā augmentata uirtute charitatis augetur essentia charitatis. Aliquid respicit sicut terminū per accidens: quia enim uirtuti charitatis coniuncta est essentia charitatis, idē augmentata uirtute charitatis augetur essentia charitatis: augmentum autem

essentiæ charitatis est perfectio charitatis unde dicit Aug. super Ioh q. charitas meretur augeri, ut aucta mereatur, & perfici. Hæc B. Thom. 1. scrip. sent. di. 17. art. 1. arg. contra & in cor. q. & magister Romanus exponit. B. Thom. ibidem & secunda secundæ. q. 24. artic. 4. argum. contra, & in cor. q. ibidem.

C A P. XVI.

Secundo circa charitatis augmentū 16. nota modū: Nam charitas uia augeť specialiter quattuor modis. s. radicatione, præparatione, perfectione, appropinquatione. Primò augetur in hāc hōne, vel radicatione, nō quidem, q. prima charitas esse incipiat, uel esse desinat in subiecto cum uoluntate, sed ita q. magis esse incipiat, quod prius minus inerat. Vbi nota, q. ista duo inter se differunt. s. infusio, & augmentatio. Infusio charitatis importat quandam mutationem secundum habere, & non habere, & idē dī, q. in infusione charitatis aliquid adueniat quod prius nō erat, sed augmentatio charitatis importat mutationem secundum minus, & magis habere: & iō non oportet in augmentatione charitatis, q. aliquid insit, quod prius non infuerat, q. magis insit quod prius minus inerat, & hoc est qd facit Deus charitatem augendo. s. q. magis insit, & q. pfectius similitudo spūs sancti participetur in aīa.

Infusio & augmentatio differunt.

Secundò charitas uia augetur præparatione, nam aliter est de lumine, & aliter de charitate, quia lumen crescit in aere per additionem luminaris ad luminare, ut uerbi gratia. Sicut lumen crescit in domo alia candela superaccensa, sed charitas non crescit in anima per additionem luminaris ad luminare, quia nō est nisi unum luminare influens. s. spiritus sanctus, qui quamuis semper eodem modo se habeat, eo quod est immobilis, tamen pro beneplacito suæ uoluntatis, & sapientiæ, potest alicui charitatem maiorem infundere, secundum, q. aliquis magis se præparat, uel disponit ad maiorem charitatem suscipiendam, unde sicut eadem irradiatiōe solis efficitur aer magis, uel minus clarus, quantò minus, uel magis depuratur, & a nebulis separatur,

Augmentū charitatis respicit tria.

tur, sic augetur charitas præparatione secundū, quod aliquis magis, vel minus ad charitatem recipiendam præparatur, & a peccatorum nebulis, uel tenebris separatur: unde sicut albius est, quod est nigro impermixtius, ita tantō charitas magis augetur quantō magis a peccatis aliquis separatur, sicut dicit Aug. lib. 83. quæst. Diminutio cupiditatum est augmentatio charitatis: tamen hoc accidit charitati secundū quod charitas est in subiecto participante contrarium, quia augmentum charitatis potest esse in illis in quibus nihil est de contrario charitatis, sicut in angelis, & homine in statu innocentie, sed de necessitate intentionis, uel augmentationis charitatis est, quod educatur de imperfecto ad perfectum, & ideo.

Tertiō augetur charitas uiæ perfectione. Sicut enim ignis agendo naturaliter in ligna caliditatem aquæ auget, & perficit nō aliquid caliditati addēdo, sed sua actione subiecti potentiam ad actū caliditatis reducendo, sic agens super naturale. scilicet Deus spiritus sanctus auget charitatem in anima non aliquid ipsi charitati addendo, sed mediante habitu charitatis infuso, animam, uel uoluntatem magis ad actum charitatis disponendo: unde sicut non calidum est potentia calidum, ita minus calidū est potentia magis calidum, & ideo sicut per rationem: & actionem calidi efficitur de non calido calidum, non quod ponatur ibi aliquis calor, sed quod calor qui est in potentia educitur in actum, ita intensio charitatis est ex hoc quod natura recipiens, scilicet mens uel uoluntas magis, ac magis præparatur ad gratiæ, uel charitatis susceptionē, ita collectio in unum est secundum, quod recipit id quod summē unum est. scilicet Deum sicut quilibet potentia colligitur secundum, quod stat sub sua perfectione.

Per charitatem assimilamur Deo. Quarto augetur charitas uiæ appropinquatione ad terminū, & sic dicitur maior charitas, quia magis assimilatur Deo. Ita dicit Aug. in libr. de præscientia Dei ad Dardanum quod magis est in grā, uel charitate qui ad similitudinem diuinā magis accedit, unde sicut lumē solis magis accedit ad rationem claritatis, quam uen candelæ, & ideo magis illuminat, ita mens quanto magis ad Deum appro-

pinquat, tātō magis crescit in eā gratia, uel charitate. Et sicut elongatio a Deo per peccatum non fit per alicuius rei subtractionē quādo homo qui est in uno peccato labitur in aliud. Similiter appropinquatio ad Deum quando homo est in gratia, uel charitate non fit per alicuius rei subtractionem, sed per collationē in unum hoc modo, nam ipsa uoluntas quantum est ex sui natura dispersionem quādam hēt. secundū quod est in potentia ad plura. magis autem ac magis præparatur ad grā, uel charitatis susceptionem, & augmentationē, secundum quod ex dicta multitudine. scilicet possibilitatis confusione in unum colligitur. Ista autem collectio in unum est secundum, quod ipsa uoluntas participat id quod summē est unum. scilicet Deū, ut patet supra. Hæc. B. Th. 1. scrip. dist. 17. art. 2. utrum charitas augetur per additionem, in cor. q. Et secunda secundæ, q. 24. art. 5. sub eodē titulo, in cor. q. & in sol. 2. & 3. arg. per totum.

C A P. XVII.

SI vero aliter vis præcedere dicas, quod charitas augetur quattuor modis. scilicet per actū, per conatū, per affectū, per accessum. Primō charitas uiæ augetur per actū. Vbi nota, quod duplex est actus humanus, unus ē præcedens charitatem, alius informatus charitate. Primus. n. actus. scilicet præcedens charitatem ordinatur ad consequendā charitatem, non per modū meriti, sed per modum dispositionis solum. Secundus actus scilicet informatus charitate ordinatur ad augmentū charitatis, & per modū dispositionis, & per modum meriti. neuter tñ actus ordinatur, uel ad habendā, uel augmentandam charitatē per modū alicuius efficiētis, sicut ordinatur actus nri ad habendū habitus, uel uirtutes acquisitas.

Secūdo charitas uiæ augetur per conatum. Sicut. n. uidemus in hoīe qui se disponit ad habendā grām, uel charitatē, quod aliquñ unico actu aliquñ plurib. se disponit. vnico quidē actu, qñ illū actū secundū debitū conatū facit, plurib. uero qñ non debitē conatur, & tñc ultimus actus quē facit disponit ipsum quasi uirtute omnium præcedentium, ut uerbi grā sicut gutta cauat lapidē nō semel sed sæpe cadēdo, ita quod una gutta ultima cauat uirtute oīum præcedentium, sic homo qui

Duplex
est actus
humani-
nus.

est in charitate, si secundum habitum charitatis quem habet debitè conat, meretur augmentum gratiæ, vel charitatis: si uerò tepidè agat, tunc nō sufficit vnus actus ad merendum gratiæ, uel charitatis augmentum. Sed cōtra. Videtur q̄ quilibet actus charitatis sine conatu mereatur charitatis augmentū tali rōne. Qd̄ potest id quod magis est, potest id quod est minus, sed quilibet actus charitatis meretur uitā æternā quæ maius est quā simplex charitatis augmentum, quia uita æterna includit charitatis p̄fectionē: ergo multo magis quilibet actus charitatis q̄patur ad charitatis augmentum. Respōdeo, & dico, q̄ licet quilibet actus charitatis mereatur uitā æternā, non tñ statim exhibendam, sed suo tempore. Similiter ēt quilibet actus charitatis meretur charitatis augmentum, non tamen statim augetur, sed quando aliquis conatur ad charitatis augmentum, ita q̄ ad augmentum charitatis conatus ad tale augmentum est necessarius. Hęc Beat. Thom. 1. scrip. sen. dist. 17. arti. 3. utrum charitas quolibet actu charitatis augeatur. in cor. q. Et secunda secundæ. q. 24. ar. 6. sub eo. tit. 14 cor. q. & in l. 1. arg. Tertiò charitas uia augetur p̄ affectum. Vbi nota, q̄ duplex est quātitas, scilicet corporalis, uel extensiuā, uirtualis, uel intensiuā. Quantitas corporalis, uel extensiuā attenditur solum secundum numerum, & hoc augmentum non cōuenit charitati, scilicet, ut plura, uel pauciora diligantur, quia minima charitas diligit omnia quæ sunt ex charitate diligenda. Alia est quantitas uirtualis, uel intensiuā, quæ non solum attenditur secundum numerum obiectorum, ut plura, uel pauciora diligantur, sed secundum intensiōnem actus, & affectus, ut magis, uel minus aliquid diligatur, & hoc modo charitas uia augetur, ut ponit B. Tho. secunda secundæ ubi supra art. 4. utrum charitas uia possit augeri, in sol. 1. arg.

Simili. Quarto charitas uia augetur per accessum ad terminum, uel ad finem ultimū, scilicet ad Deum. Vbi nota, q̄ sicut est de augmento luminis, ita est de augmento charitatis: nam lumen potest augeri tripliciter. scilicet deputatione aeris, additione alterius luminis, appropinquatio

ne lucis. Primo augetur lumen deputatione aeris, sicut albius est quod est nigro impermixtius. Secundo augetur additione alterius luminis, sicut aer magis est luminosus quando plura luminaria applicantur. Tertio augetur lumen appropinquatione claritatis, uel lucis, sicut lumen solis magis accedit ad rationem claritatis quā lumen candelæ, & ideo magis illuminat. Similiter charitas uia his trib. modis potest augeri. Primo per deputationem mentis, & exclusionem contrarietatis, unde Aug. in lib. 83. q. dicit, q̄ nutrimentum, & augmentum charitatis est diminutio cupiditatis.

Vbi nota, q̄ duplex est cupiditas. Vna quædem est qua finis in creaturis cōstituitur, & hæc totaliter mortificat charitatē, cum sit uenenum ipsius, ut August. dicit ibidē, & hæc facit, q̄ Deus minus amet, quam debeat amari ex charitate, nō quidem charitatem diminuēdo, sed eā totaliter tollendo: & sic intelligendum est dictum Aug. 10. confess. Minus te amat q̄ tecum aliquid amat. Et subdit. Quod nō propter te amat. Quod non contingit in peccato ueniali, sed solum in mortali, q̄ .n. amatur in peccato ueniali, propter Deum amatur habitu, & si non actu. Alia est cupiditas peccati uenialis, quæ nō semper diminuitur per charitatem. Hęc B. Thom. secunda secundæ. quæst. 24. artic. 10. in sol. 8. arg. per totum. Secundo charitas uia augetur nō quidem ex additione luminis ad lumen, sed ex intensiōne charitatis quæ prius inerat, ita q̄ illud q̄ minus inerat, scilicet charitas q̄ prius minus inerat, postea magis inest. Ratio autem quare aliquid opinantur q̄ charitas augeatur per additionem charitatis in anima est, quia charitas in aia est quoddam spirituale lumen, ut dicit. 1. Ioh. 2. Qui diligit fratrem suum in lumine manet, sed lumen crescit in aere p̄ additionem alterius luminis, sicut in domo lumen crescit alia candela sup̄accessa, ergo etiam charitas crescit in anima per additionem charitatis ad charitatē. Sed hæc ratio, & similitudo nil ualet. Cuius ratio est, q̄a additio luminis ad lumen pōt intelligi in aere propter diuersitatem luminarium causantiū lumen, tamē talis distinctio non habet locum in p̄posito, quia

Cupiditas duplex est.

C A P. XVIII.

quia non est ibi nisi unum luminare influens lumen charitatis. Hæc B. Thom. 2. 2. q. 24. arti. 5. utrū charitas augeat per additionem, in solu. 1. arg. per totum. Et præterea posito, quod charitas per modū luminis augeatur, non sequitur, quod in anima sint duæ charitates, sed una magis intensā. sicut etiam, ut cōmunius sustinetur, quando in aere diuersa luminaria apponuntur, non sunt in aere plura lumina, sed unum lumen magis intensum, vt dicit magister Roman. de ordi. prædi. 1. scrip. sen. dist. 17. arti. 2. utrum charitas augeatur per additionē, uel alio modo, in cor. q. Tertiō charitas viæ augetur ex cōiunctione, in hæsiōe, uel fructiōe finis vltimi, qui est Deus. Vbi nota, quod sicut lumen augetur dupliciter. s. per recessum a contrario, & hoc per accidens in quantum lumen inuenitur in subiecto participante contrarium. s. tenebram, & per accessum ad terminum, & hoc per se, sicut patet de lumine solis, & de lumine candela supra, ita charitas augetur dupliciter. Vno modo per accidens. s. per recessum a contrario charitatis. s. a peccato in quantum charitas potest esse in subiecto participante contrarium. Alio modo augmentum charitatis est per se scilicet per accessum ad terminum. s. Deum sicut fuisset in angelo, & homine in statu innocentia. Et ideo quātō, & vltimō charitas viæ augetur per accessum ad finem vltimū, qui est Deus: vnde tanto magis charitas viæ augetur, & perficitur, quātō magis volūtas animæ plus perficitur, illo habitu. s. ad actum, & obiectum, & ad finem illius habitus colligendo. Hæc B. Tho. 1. scrip. sen. dist. 17. arti. 2. utrum charitas viæ augeatur per additionem, in cor. q. & in solu. 3. arg. & Petrus de Tharan. ibidem. Req. supra in fin. capituli præceden. immediatē, quomodo fit collectio mentis in Deum: vnde Apostol. ostendens, quod charitas viæ prædictis quatuor modis augeri potest: hortans ad charitatis augmentum, sic ait ad Ephes. 4. In charitate crescimus in illo per omnia.

Tertio circa charitatem considerare debemus augmentationis terminum. Si enim quæretur an augmentum charitatis habeat aliquem terminum. Respondeo, & dico, quod de augmento charitatis possumus dupliciter loqui, aut quantum ad id quod est, aut quantum ad id, quod potest esse. Si quantum ad id quod est, dico quod augmentum charitatis puenit ad aliquem terminum, ultra quem charitas non augetur in quolibet homine. Si verō loquimur quantum ad augmentum charitatis quod potest esse, dico, qd augmentum charitatis non peruenit ad aliquem terminum ultra quē non possit augeri. Vnde dico, quod charitas viæ potest augeri in infinitū, quod pbo triplici ratione, scilicet ratione uirtutis diuinæ, charitatis infusæ, capacitatis animæ. Primō ratione uirtutis diuinæ sic. causa agens, uel efficiens charitatem est Deus: sed Deus est infinitæ uirtutis, ergo quātō magis charitatem infundit, tantō maiorem charitatem potest infundere, sicut etiam quacunque creatura data potest producere meliorem. Secūdō hoc idem pbo ratione charitatis infusæ sic. Charitas est quædam participatio charitatis spiritus sancti sed charitas spiritus sancti est infinita, ergo in infinitum participari, & a uiatore haberi potest, & ideo quātō magis participatur, & habetur, tanto magis participari a nobis, & haberi potest. Tertio hoc idem pbo ratione capacitatis animæ sic. Aliter est de natura corporali, & aliter de natura spiritali, quia natura corporalis in recipiendo est limitata, & finita, quia non est capax amplioris perfectionis: sed natura rei spiritalis licet de se sit finita, tamen in recipiendo potest dilatari, uel ampliari in infinitum, talis est capacitas ipsius animæ. Et confirmo hoc tali ratione. Charitas sequitur cognitionem Dei, ergo cum cognitio de Deo possit in infinitum crescere, quia nunquam tantum cognoscimus de Deo, quin plus eum possimus cognoscere, ergo nunquā eū tātum diligimus quin eum plus possimus diligere vnde per receptionem charitatis in mente capacitas

Charitas viæ potest augeri in infinitum.

mentis

Charitas augetur dupliciter.

mentis augeat, & cor. dilatatur: unde dicit Apost. 2. ad Corin. 6. Cor nostrum dilatatum est. Cuius ratio est, quia super charitate excrecente superexcrescitabilitas ad ulterius vel maius charitatis augmentum, & ideo Apost. ad Philip. 3. dicit. Non quia iam acceptum aut perfectum sum, sequor autem si quo modo comprehendam. Vbi gl. sic ait. Ne minus fidelium etiam multum profecerit dicat. Sufficit mihi, qui. n. hoc dicit exit de uia ante finem, ergo semper in uia charitas potest magis ac magis augeri. Ita dicit Apost. ad Philip. 1. Charitas uestra magis ac magis abundet in scientia. Ad cuius euidentiam nota tria. Primum est, quod cum augmentum charitatis sit quidam motus de minus perfecto ad magis perfectum, sicut motus est ad aliquem terminum seu finem, ita augmentum charitatis est ad aliquem finem, sed ille finis non est in hac uita, sed futura. Secundum est, quod quamuis charitas coniungat nos fini ultimo, qui est Deus, tamen illa coniunctio potest esse maior semper secundum infinitos gradus, ita quod illa coniunctio ad Deum, quam facit charitas potest augeri in infinitum. Tercium est, quod licet charitas uere possit augeri in infinitum, ut patet ex dictis, nunquam tamen potest adaequari charitati patrie, quia nunquam tantum diligit homo Deum in uia, quantum in patria. Cuius ratio est, quia sicut linea quantumcumque crescat non attingit quantitatem superficiem, eodem quod quantitas lineae: & quantitas superficiem non sunt eiusdem rationis, ita quantitas charitatis uiae nunquam attingit quantitatem charitatis patrie, eodem quod non est eadem ratio quantitatis charitatis uiae quae sequitur cognitionem fidei, & quantitatis charitatis patrie quae sequitur aptam uisionem Dei.

Sed contra Videtur, quod augmentum charitatis ueniat ad terminum aliquem qui augeri non potest, & in uia, & in patria. Primum in uia de beata uirgine hoc modo. Sicut beata uirgo se habuit ad puritatem habendam, ita se habuit ad habendam charitatem, sed beata uirgo sub Deo non potuit habere maiorem charitatem quam habuit. Anselmus. De cuius ut beata uirgo ea puritate niteretur qua sub Deo maior nequit intelligi. Ita etiam sub Deo non potuit habere maiorem charitatem: unde uidetur quod charitas Beatae uirginis amplius augeri non potuit.

Respondeo, & dico, quod differt puritatis, & charitatis augmentum, quia augmentum puritatis est per recessum a contrario, & quia in beata uirgine fuit depuratio ab omni peccato, ideo peruenit ad summum puritatis, sub Deo tamen in quo non est aliqua deficiendi potentia quae in qualibet creatura quantum in ipsa est. Augmentum uero charitatis est per accessum ad bonitatem diuinam, quae quantum magis participatur tanto magis participari potest & ideo beata uirgo non habuit summam charitatem qua maior non possit intelligi, quia etiam ipsa in gratia, & charitate profecit. Secundum quod augmentum charitatis ueniat ad aliquem terminum qui augeri non potest: arguo etiam in patria de beatis quorum charitas augeri non potest. Rpondeo, & dico, quod charitas in beatis augeri non potest propter conditionem status, quia non sunt in uia sed in termino uiae, unde datur eis praemium: secundum illud quod charitas in statu uiae in eis creuit: unde augmentum meriti intelligitur circa terminum, non autem in coniunctione cum suo termino, & ideo tantum datur beatis de praemio in patria quantum habuerunt de charitate, quae est causa merendi in uia; ita quod quantum in Beatis creuit charitas in uia: tantum crescit in eis felicitas in patria. Haec B. Tho. 1. scrip. sent. dist. 17. art. 4. utrum augmentum charitatis habeat aliquem terminum, arg. contra, & in cor. q. & in sol. 3. & 5. arg. & iterum secunda secundae. q. 24. art. 7. utrum charitas augeatur in infinitum. arg. contra, & in cor. q. & in sol. 3. arg.

C A. P. XIX.

Tertio principaliter circa charitatem considerare debemus perfectionem. Si autem quaeritur, an charitas possit esse perfecta. Respondeo, & dico, quod perfectio charitatis duobus modis potest intelligi. Scilicet ex parte diligibilis, uel ex parte diligentis. Primum ex parte diligibilis est perfecta charitas quando tantum aliquid diligitur quantum est diligibile, & quia bonitas est causa, uel ratio diligendi, ut patet, supra amoris causa, Deus autem tantum diligibilis est quantum bonus est: bonitas uero eius est infinita, unde infinitum diligibilis est: &

Beatorum charitas augeri non potest.

est, & ideo cum quælibet virtus creata sit finita, nulla creatura pōt infinitè eum diligere: unde charitas nullius creaturæ pōt esse perfecta, sed solum charitas Dei quæ seipsum diligit est perfecta. Secundo perfectio charitatis pōt attendi ex parte diligenti, & sic dicitur perfecta charitas quādo aliquis secundum totum suum posse diligit Deum: unde alia est perfectio charitatis viæ, & alia est perfectio charitatis patriæ. Primo. n. charitas viæ, uel uiatoris est perfecta quattuor modis. scilicet cauendo uitium, contemplando Deum, non timendo supplicium, affectando præmium. Primo est perfecta charitas uiatoris cauendo uitium, quando enim aliquis etsi non actualiter, tamen non habitualiter totum cor suum ponit in Deo, ita, scilicet quod nihil cogitet, uel uelit, neque operetur quod sit diuinæ dilectioni contrarium, talis hēt charitatem perfectam, & hæc perfectio est cōis omnibus habentibus charitatem. Secundo est perfecta charitas uiatoris contemplando Deum. cum. n. quis Deo, & rebus diuinis uacat, alijs curis rerum temporalium prætermittis, nisi quantum exigit præsentis uitæ necessitas, talis charitatē perfectam habet. Tertiò est perfecta charitas uiatoris non timendo supplicium, ita dicitur prima Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem.

Vbi nota, quod perfecta charitas quadruplicem timorem repellit. Primum timorē mundanum quo quis bona temporalia timet amittere: nam qui Deum perfectè diligit, omnium bonorum temporalium timorē a se excludit. Secundo perfecta charitas excludit timorē seruilem, quo quis timet peccare principaliter propter poenā eternam, qui autē Deum perfectè diligit libentius sustinet oēm poenā et mortem, quā in culpam, & Dei offensam committat. Tertiò perfecta charitas excludit timorē humanum, quo quis timet carnī suæ, qui autē perfectè diligit nō abstinet a peccato solū timore penæ, sed potius timore diuinæ offensæ. Quarto perfecta charitas excludit timorē initialē, quo quis unū oculū, uel respectū hēt ad poenā aliū uero ad Deum. unde qui Deum perfectè diligit nunquam oculum habet ad poenā, sed solum ad Dei offensam timendo culpam propter Dei reuerentiam. Quamuis autē

perfecta charitas hos quattuor timores foras emittat ut patet, non tamen emittit timorem filialem, nec est naturalem. Requonem huius infra Timor. Quarto est perfecta charitas uiatoris affectando præmium. quando n. aliquis desiderat mori, & coniungi, uel frui Deo talis in hac uita charitatem perfectā habet ut Aposto. qui ad Philip, 1. dicebat. Cupio dissolui, & esse cum Christo. ubi glo. August. sic dicit. Sunt quidam hoīes imperfecti, qui patienter moriuntur, & delectabiliter uiuunt, & sunt quidā perfecti qui patienter uiuunt, & delectabiliter moriuntur, ut Apost. fecit dicens. Cupio dissolui, & esse cū Christo.

Vbi nota, quod habentes charitatē circa tria sollicitantur in ista uita, scilicet a peccato recedunt, ut in bono perficiant, ut soli Deo inhereant, & in illo quiescant. Sicut et in motu corporali uidemus, quod primum est recessus ab uno termino, secundum est appropinquatio ad terminum alium, tertium est quies in termino, ita et in progressu spirituali, scilicet in augmento charitatis assignantur tres diuersi gradus charitatis secundū tres nobiles effectus, quos charitas in habente charitatē relinquit. Primus effectus charitatis est ut homo a peccato discedat, & ideo mēs charitatem habentis circa hoc præcipuè occupatur, & sollicitatur, ut a peccatis præteritis emenderetur, & a futuris præcaueat, & quantum ad hoc dicitur charitas incipiēs.

Secundus effectus charitatis, est ut iam de liberatione peccatorum fiduciam habens in bonum adipiscendum se extendat, & quantum ad hoc dicitur charitas perficiens, dum pro bonis adipiscendis homo semper ad perfectum redat. Terrius effectus, uel gradus charitatis est: ut. scilicet homo in bono quiescat. scilicet ut in ipsis bonis nutritus quodammodo naturalia habeat, & in eis quiescat, & delectetur. Ita dicit. B. Aug. super primā canonicam. Ioan. Charitas cū fuerit nata nutritur quantum ad incipientes, cum fuerit nutrix roboratur quantum ad proficientes: cum fuerit roborata perficitur quantum ad perfectos. Hæc B. Tho. 3. scri. sen dist. 29. art. 8. q. 1. utrum conuenienter distinguantur tres gradus charitatis: in cor. q. & 2. 2. q. 24. art. 8. utrum charitas viæ possit esse perfecta. argu. contra, & in cor. q. & ibidem art. 9. utrum conuenienter

Habentes charitatem circa tria sollicitantur.

Perfecta charitas quadruplicem timorem repellit.

ter distinguantur tres gradus charitatis, scilicet incipiens, proficiens & perfecta, arg. contra, & in cor. q. & iterum in q. dispu. de virtutib. q. de charitate in sol. ult. arg.

C A P. X X.

Secundò charitas patriæ ut sit perfecta sex debet habere. Primò. n. perfectio charitatis patriæ requirit immunitatem ab omni crimine, ita q. non sit cum peccato mortali, vel veniali, nec cum possibilitate peccandi: nam peccata venialia, quæ non cōtrariantur habitui charitatis, sed actui, quamvis nō repugnent perfectioni charitatis viæ, repugnant tamen perfectioni charitatis patriæ. Secūdo perfectio charitatis patriæ requirit actualitatem in cōtemplatione, ita q. mens beati semper actualiter per cōtemplationem feratur in Deum, quæ quidem perfectio non est possibilis in hac vita, in qua impossibile est, propter vitæ humanæ infirmitatem semper actu cogitare de Deo, & moveri dilatione ad ipsum. Tertiò perfectio charitatis patriæ requirit tranquillitatem ab omni temporali sollicitudine, & hæc perfectio sequitur ex secunda, ex eo. n. q. cor, vel mens beati semper actualiter fertur in Deum contemplando, & diligendo, sequitur q. exterius nunquam sollicitetur, se in temporali aliquo occupādo. Quartò perfectio charitatis patriæ requirit claritatē in Dei lumine, ita q. clarè & perfectè, & nudè. s. facie ad faciem Deus præsentialiter, vel essentialiter videatur. si enim imperfectè cognosceretur sicut cognoscitur in via per fidem, imperfectè diligeretur. nam modus dilectionis in perfectione sequitur modum perfectionis intellectus. Quintò perfectio charitatis patriæ requirit libertatem a corporali ægitudine quæ mentem impedit ne diuinam lucem in sua essentia videre possit.

Sextò, & ultimò perfectio charitatis patriæ requirit immunitatem, & securitatē ab omni tentatione, licet. n. charitas in quolibet statu habeat: q. homo charitatē habens per eam in peccatum mortale nō inducatur, tamen q. nullo modo tentatione afficiatur, vel q. nullo modo tēteretur ille qui charitatem hēt, hoc non pertinet ad charitatem viam, quia videmus, & expe-

rimur frequenter, quòd quanto quis est perfectior in vita præsenti, tanto magis tentatur, pertinet tamen ad perfectionem patriæ, quòd beatus nullo modo tentetur.

Sed fortè quæres gratia prædictorum, an ille qui est in hac vita possit ita perfectam charitatem habere, & ita perfectè Deum diligere sicut ille qui est in cēlo. Respōdeo & dico, q. ille qui est sanctior, vel perfectior in hac vita non hēt ita perfectā charitatē sicut minimus beatus qui est in patria. Quod licet possit probari sex rationibus supradictis, tamen quo ad præsens probo quattuor rationibus, scilicet ratione criminis, culminis, luminis, cognitionis actualis. Primo ratione commissi criminis sic. Ad perfectionem charitatis patriæ requiritur q. homo non solū sit sine peccato mortali, sed etiā sine peccato veniali, eo quòd peccatum veniale non permittit mentem actualiter ferri in Deum, & quòd sit sine possibilitate peccandi, sed in hac vita homo non pōt esse omnino absq. peccato veniali, ut dicitur. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatū non habemus, ergo &c. Secundo hoc idē probo ratione adepti culminis sic. Illud quod ad perfectionem tendit, non est perfectum. quod patet, quia illud quod pōt proficere, vel augeri nō est perfectum, sed perfectio charitatis viæ tendit ad perfectionem charitatis patriæ, ergo &c. Tertiò hoc idem probo ratione infusi, vel imperfecti luminis sic. Nihil. n. diligitur nisi cognitum, ut dicit Augu. in lib. de Trin. sed in hac vita non potest Deus clare, vel nudè, & ita perfectè uideri: sed obscure tantum, & ita imperfectè, scilicet per fidem, ut dicit Apostolus, 2. ad Corint. 13. ergo non potest ita perfectè diligi, vel in patria. Quartò hoc idem probo ratione cognitionis actualis sic. Perfectio charitatis exigit quòd mens semper actualiter feratur in Deum, sed mens nostra non semper actualiter fertur in Deum contemplādo, & diligendo ipsum: ergo &c. Hæc B. Thom. in quæst. dispu. de virtutibus. q. de charitate, artic. 9. per totum. Requi. infra. Euagatio mentis, rationes quare mens nostra in via impeditur ne semper actualiter feratur in Deum. Requi. infra Dilectio, de modo, & ordine diligendi Deum & proximum.

An perfectū in charitate ī hac vita possit ita Deū diligere, sicut qui est in cēlo.

De Circuncisione.

SUMMARIUM.

- 1 Quod circuncisio fuit instituta à Deo duabus rationibus.
- 2 Circuncisio fuit instituta tempore legis scriptæ, non legis naturæ.
- 3 Quod Iudæis, & principaliter Abrahæ patri eorum data est circuncisio, & quare.
- 4 In tertia ætate tantum data est circuncisio, & quare.
- 5 Necessarium fuit quod circuncisio fieret in determinato sexu, & membro, & modo, sed non determinato instrumento.
- 6 Necessarium fuit, quod circuncisio fieret die octava, & quare.
- 7 Quod circuncisio tollebat culpam originalem.
- 8 Quod circuncisio conferebat gratiam.
- 9 Baptismo adueniente circuncisio cessare debuit, & quare.

CAP. I.



CIRCUNCISIO.

Circa circuncisionē considerare debemus tria. scilicet præceptum, uel necessitatem institutionis, effectum, uel utilitatē operationis, debitū, uel congruitatem cessationis. Primò circa circuncisionem considerare debemus præceptum, uel necessitatem institutionis, nam circuncisio instituta fuit à Deo principaliter duplici ratione. scilicet in remedium, & in signum. Primò fuit instituta in remedium originalis peccati: unde sic diffinitur: Circuncisio est signaculum curationis ab originali. Et si arguatur, quod fides cum sacramentis tempore legis natu-

ræ sufficiebat ad purgandum originale, ergo superfluum fuit instituire circuncisionem, & sic non debuit institui. Respondeo, & dico, quod circuncisio est remedium magis perfectę significationis curationis originalis: & hoc quattuor rationibus. Prima ratio est ex parte in qua fiebat, scilicet, quod circuncisio fiebat in parte per quā originale transfunditur. Secundò ratione formæ, quia circulariter fiebat ad significandum quendam circulum processus peccati originalis. Nam peccatum originale fuit in suo processu quasi peccatū circulare, quia ab anima primi hominis peruenit corruptio in carnem, & à carne iterum in animam descendens ab ipso, ita quod in primo homine, persona corripit naturam, in alijs autem natura personam. Tertio ratione pœnæ per quam significabatur repressio concupiscentiæ: unde secundo circuncisio sic diffinitur: Circuncisio est abscisio superfluitatis concupiscentiæ. Cuius ratio est, quia sicut in circuncisione tollitur quædam particula carnis maiore remanente, ita uirtute circuncisionis tollitur quædam pars concupiscentiæ altera remanente. Quartò ratione figuræ, nam effusio sanguinis in circuncisione significabat effusionem sanguinis Christi in passione.

Secundo principaliter circuncisio instituta fuit in signum discretionis fidelis populi ab infideli. Vbi nota, quod circuncisio fuit instituta in signū quadrupliciter. Primò fuit in signum distinctionis populi Dei, scilicet ut populus fidelis, scilicet iudaicus, de quo Christus erat nasciturus ab alijs populis infidelibus distingueretur: & dabatur n. populum de quo auctor totius sanctitatis nasciturus erat, aliquo signo speciali, & sanctificatione. scilicet circuncisione distinguere: & hæc est significatio circuncisionis literalis. Secundo circuncisio fuit in signum castitatis seruandæ, & hæc est significatio, uel ratio moralis. scilicet spiritualis. Tertio fuit signum purgationis per Christū fiendæ, & hæc est ratio allegorica. Quarto fuit signū corruptionis deponendę, significabat n. depositionem corruptibilitatis, & sanguinis in resurrectione: & hæc est significatio, uel ratio anagogica. scilicet celestis. Hæc n. utilitates habuit circuncisio præfacris legis naturæ, & ideo post illa insti-

Superfluum non fuit instituire circuncisionem

Circuncisio fuit instituta in signū quadrupliciter.

tui debuit. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 1. secunda parte distinctionis, art. 1. q. 1. utrum fuerit necessarium circumcisionē dari, in cor. q. & in solu. 1. argu. Et Petrus de Tharan. & Magister Romanus de ordine prædicatorum exponētes eū ibidem.

Opposi. Sed fortè argues, q̄ circumcisio nō fuit conueniens remedium contra originale peccatum dupliciter. Primo sic; Deus nō delectatur in pœnis nostris: ergo medicatio nō menta, & remedia Dei debent esse suauia fuerit cō non inferentia graues læsiones: sed circueniens cuncisio inferebat pœnam magnam, ereme - go non fuit cōueniens remedium, & ideo diū eon institui non debuit. Respondeo, & dico, tra ori - q̄ pœna pōt comparari ad tria. scilicet ad puni ginale. tum, ad meritum, ad effectum. Primo ad punitum: & sic non placet Deo: non enim creauit nos Deus ad puniendum. Secundo pœna potest comparari ad meritum, scilicet ad præexistentem culpam, & sic est in ea manifestatio iustitiæ, & ordinis, & sic placet Deo in quantum est iustus. Tertio pœna pōt comparari ad finem, vel effectum, ut puta iustificationem peccatorū, & sic placet Deo in quantum est misericors: unde in pœna circumcisionis relucet iustitia, & misericordia Dei, & sic placet Deo: unde non delectatur Deus in circumcisione in quantum est pœna, sed in quantum est iusta. Hæc Alex. 4. p. sum. de circūcisione, art. 3. utrum congruebat remedium dari inferens pœnam, in solu. 1. arg. contra. Secundo ad idem argues sic: Circumcisio est ordinata in remedium originalis peccati, sed Christus non contraxit originale peccatum: ergo non indiguit hoc remedio, & ita non debuit circumcidi. Respondeo, & dico, q̄ debuit circumcidi specialiter septem rōnib. Prima est, ut veritatem carnis humanæ ostenderet contra Manicheum: qui dixit eum habere corpus fantasticum, & cōtra Apollinarem, qui dixit corpus Christi esse diuinitati consubstantialē, & contra Valētinum, qui dixit Christum corpus de cēlo attulisse. Secunda rō est, ut circumcisionem quam Deus olim instituerat commendaret, & approbaret. Tertia est, ut fratrem iudæorum se ostenderet, & iudæis excusationem auferret ne haberent iustam occasionem repellendi ipsum. Quarta est, ut filium Abræ se ostēderet cui præceptum circumcisionis erat

factum, & promissio filij nascituri, & sic Dei promissionem impletam insinueret. Quinta est, ut virtutem obedientiæ nobis suo exemplo commendaret: unde octaua die ut patet infra, circumcisus est sicut erat præceptum in lege. Sexta est, ut peccato carnem purgaret, & qui in similitudine peccati aduenerat, remedium circumcisionis quo caro peccati mundari consueuerat non respuerit. verbi gratia, sicut aliquando videmus, quod pro infirmitate alicuius membri ponitur in membro sano cauterium, ita in carne Christi, quæ sana erat ab omni concupiscentia, & culpa est positum cauterium circumcisionis pro concupiscentia nostra: & ideo sicut propria voluntate Christus nostram mortē suscepit (quæ est effectus peccati, nullum in se habentes peccatum) ut nos a morte liberaret, & spiritaliter faceret mori peccato, ita etiam circumcisionem, quæ est remedium peccati originalis absque hoc, q̄ aliquod peccatum haberet suscepit, ut in nobis spirituales circumcisionem efficeret, scilicet ut à peccato liberaret. Septima ratio est, ut onus legis sustinens alios à legis onere liberaret, secundum illud Gala. 4. Misit Deus filium suū factum sub lege ut eos, qui sub lege erant redimeret, & sic patet, quod Christus uoluit & debuit circumcidi, non propter indigentiam, sed propter decentiam, cuius decentiæ septem rationes possunt assignari, ut patet. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 1. secunda parte dist. art. 2. q. 3. utrum Christum circumcidi conueniebat, in cor. q. & in solu. 3. arg. ubi breuiter assignat tres rationes de prædictis. Et 3. parte summ. q. 37. art. 1. utrum Christus debuit circumcidi, in cor. q. & in solu. 3. arg. ubi prolixè septem rationes prædictas assignat.

C A P.

II.

AD maiorem tamen euidentiā capituli præcedentis nota institutionem circumcisionis ex quatuor partibus, scilicet ex parte legis, gentis, ætatis, temporis. Primò ex parte legis: nam circumcisio licet fuit instituta corrente lege naturæ, non tamen institutio circumcisionis fuit tempore legis naturæ, sed legis scriptæ: unde circun-

circumcisio fuit nō legis naturæ, quia in lege naturæ secundum Hugonē non erāt nisi tria sacramenta. scilicet decimatio, sacrificium, & oblatio, ergo circumcisio fuit sacramentum legis scriptæ succedēs sacramentis legis naturæ. Reducitur tamē ad legem Moyfi: nam ante legem Moyfi circumcisio fuit data, ad legem Moyfi fuit p̄paratiua, sub lege Moyfi seruata, post legem longo tempore intermissa, & introitu terræ promissionis resumpta, & cū lege Moyfi terminata, ut patet infra.

Sed fortē argues, q̄ circumcisio institui nō debuerit tali rōne: Medicina quantō facilior tantō melior: sed fides mediatoris cum sacramētis tempore legis naturæ maximē sufficiebat ad purgādum originale, ergo superfluum fuit institui circumcisionē. Respondeo, & dico, q̄ fides cū sacramentis legis naturæ erat remediū facilius, sed non utilius, quia etsi morbum tollebat, non notificabat, ideo &c. Hæc Petrus de Tharan. 4. scrip. sent. dist. 1. circa secundum problema, art. 1. q. 1. in sol. 1. argum.

Sed fortē quæres utrum ante circumcisionem esset aliquod remedium efficax ad remedium peccati, uel ad remissionē peccati originalis. Respondeo, & dico, q̄ fides mediatoris semper fuit efficax remedium ad curādum ab originali peccato. Cuius ratio est, quia nō minus potens est gratia quā culpa, ergo sicut in Adā peccauerunt omnes, qui in illo erāt unū per naturam, quam ab eo sumpserūt, ita per Christum redimunt omnes, qui sunt unum cum illo per fidei gratiā, cō quod per fidem efficimur membra Christi, & ideo per fidem saluantur, quicunque saluantur: quod quidem remedium, scilicet fidei nunquam omnino omni tempore defuit.

Ad cuius euidētiā nota quattuor. Primum est, q̄ aliter saluabantur paruuli, aliter adulti. Nam paruuli per fidē alienam. scilicet per fidem parentum saluabantur: unde sola professio fidei sine omni exteriori signo ad puerum relata, & à parentibus facta ad quos magis pertinebat, qui curam pueri habere debent ad salutem paruulis sufficiebat. Cuius ratio est, quia congruum fuit, ut qui per alium peccauerunt, per alium crederent, & saluarentur,

& tunc temporis pueri saluabantur per fidem parentum, ut dicit Hugo de S. Victore lib. 1. de sacramentis. 10. parte cap. 10. Adulti verō qui usum liberi arbit. habent saluantur per fidem propriam, unde sicut paruulis sufficiebat ad salutem fides aliena, ita adultis qui usum liberi arbit. habent, sufficiebat fides propria.

Secundum est, q̄ duplex est professio fidei. scilicet interior, & exterior. Interior omni tempore quod ad adultos fuit de necessitate salutis. Exterior verō fuit de benē esse salutis; quæ in tribus sacramentis cōtinebatur: unde Hugo de sancto Victore sic ait: Sub lege naturali tria sacramenta erant, scilicet decimæ oblationes, & sacrificia, decimæ in portionibus, oblationes in rebus, sacrificia in animalibus: unde professio exterior fidei in illis tribus operibus figurabatur, quod patet, quia p̄ decimationem significabatur ipsorum curandorum imperfectio per oblationem futura per Christum liberatio, per sacrificium modus liberationis, scilicet Christi passio.

Tertium est, q̄ illa tria sacramenta legis naturæ nō erant ex præcepto diuino obligantia: sed ex uoto celebrabantur secundum, quod unicuiq; dictabat mēs sua, ut fidem suam alijs exteriori signo profiteretur: & ideo sicut religiosus tenetur ad consilia ad quæ ex uoto se obligauit, sic illi tenebantur ad sacramenta ad quæ ex uoto se obligauerunt.

Quartum est, quod ex illis signis, uel sacramentis exterioribus non erat efficacia remissionis culpæ, sed ex interiori habitu fidei: unde ratio vel causa meriti fuit fidei intentio, uel deuotio offerentium, quod patet quia super illo verbo Gen. 4. Respexit ad Abel. g. dicit: Qui mentem offerentis non oblationem attendit, quæ placet ex mundicia offerentis. Hæc bea. Tho. 4. scri. sent. dist. 1. arti. 6. utrum ante circumcisionem ad remissionem peccati originalis ualeret sola fides. q. 1. 2. & 3. & in cor. q. & in solu. argum.

Professio fidei duplex est.

Sacramenta legis naturæ non obligabant ex præcepto diuino.

Oppositi. Quod circumcisio non debuit institui.

Ante circumcisio nō fuit aliud remediū.

Paruuli, & adulti differenter saluabantur.

C A P. III.

3 **S**ecundo institutionem circumcisionis debemus considerare ex parte gentis: nam genti iudeorum, & principaliter Abrae patri eorum data est circumcisio: quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & ratione. Primo auctoritate Hugonis de sancto Victore dicentis: Mandavit Deus Abrae, ut circumcideret puelle prapucij sui: sibi in signum, posteris in exemplum. Secundo probo hoc idem ratione sic: Medicina contra morbum datur: ex corruptione autem peccati originalis humani generis circa tempora Abrae cecidit in profundissimum, & turpissimum peccatorum. Primo in profundissimum peccatorum, scilicet in infidelitatem. Secundo in turpissimum peccatorum. scilicet in vitium contra naturam: ex quibus populus Dei maledictionem incurrit. Et propter hoc circumcisio data fuit tempore Abrae, & hoc triplici ratione. Prima est in signum paternitatis tanquam ei, ex quo nasciturus erat peccatorum destructor. Secunda est in signum fidelitatis, nam tempore Abrae dicitur idolatria incepisse: & quia solus Abraam primus inter multos idolatras fidem tenuit, & se ab infidelibus separavit, ideo in signum suae fidelitatis cum Deo, ei circumcisio data fuit. Tertia ratio est in signum servandae castitatis contra corruptissimam, & turpissimam concupiscentiam: unde quia tempore Abrae corruptio idolatrie, & concupiscentiae magis inualuit, ideo Abrae, & posteris eius oportuit dari remedium efficacius, scilicet circumcisio. Sed contra videtur, quod omnibus alijs debuit circumcisio dari tali ratione: Circumcisio data est in remedium peccati originalis: sed originale peccatum erat commune omnibus. ergo omnibus debuit dari. Respondetur, & dico, quod quamvis originale peccatum esset commune, non tamen oportuit circumcisionem esse communem. Cuius ratio est, quia circumcisio non dabatur solum in remedium originalis, sed pluribus alijs de causis illi populo, scilicet iudeorum convenientibus. Hec B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 1. secunda parte artic. 1. q. 3. in cor.

Circumcisio cur non est data omnibus.

q. & in solu. arg. & Petrus de Tharan. ibidem.

C A P. IIII.

4 **T**ertio institutionem circumcisionis, debemus considerare ex parte aetatis. Nam ratio quare circumcisio data est in tertia aetate, & non in prima, uel in secunda sumpta est per quandam similitudinem ad aetatem hominis, quando. n. homo est in infantia, uel pueritia non in surgunt motus concupiscentiae, nec est aptus ad gravia sustinenda: in adolescentia autem, quae est aetas tertia pullulant motus illiciti, & tunc incipit esse fortis, & aptus ad gravia sustinenda: unde quia circumcisio est instituta in remedium carnalis concupiscentiae, & cum quadam gravitate, uel non modica laesione, ideo in tertia aetate est data, in qua aetate precipiuntur ei difficilia, tum ratione fortitudinis inualecentis, tum ratione libidinis, uel concupiscentiae insurgentis. Hec Alex. 4. par. sum. de circumcisione ex parte aetatis. art. 4. in cor. q.

C A P. V.

5 **Q**uarto institutionem circumcisionis debemus considerare ex parte temporis. Vbi nota, quod in circumcisione erat considerare tria, scilicet significantiam, observantiam, efficaciam: & quantum ad ista tria erat necessarium, quod circumcisio fieret in determinato sexu, in determinato membro, & determinato modo, sed non determinato instrumento, & in determinato tempore. Primo fuit necessarium, quod fieret in determinato sexu: unde uiris, & non mulieribus data est circumcisio. Cuius ratio est, quia circumcisio data est in remedium morbi originalis, ergo illi data est circumcisio qui fuit causa morbi: sed talis fuit vir, quod patet, quia si sola femina peccasset, licet genus humanum fuisset infectum infectione poenali, non tamen infectione culpabili: unde si uir non peccasset, originale transfusum non fuisset: unde dicit Apostolus ad Romanos 5. Per unum hominem peccatum

Cur mulieres non circumciderentur.

introiuit in mundum: ergo &c. Hæc B. Th. 3. scri. sent. dist. 1. secunda parte di. arti. 2. q. 2. arg. contra, & in cor. q.

Secundo fuit necessariū, q̄ circuncisio fieret in mēbro determinato, & quantū ad efficaciam sacramenti, & quantū ad obseruantiam p̄cepti: & hoc duplici rōne. Prima rō est, quia circūcisio est data in remedium originalis culpæ, quam a parentib. contrahimus per illud mēbrum, vt Aug. dicit. Secda rō est, quia circūcisio est data in signum reprimendæ incontinentiæ, quæ per membrum illud exerceat: vnde Gen. 17. Circuncidetis carnem præputij uestri. Sed contra, sacramenta debent omnem in se honestatem continere: sed illa pars, uel illud membrum est inhonestum, ergo &c. Resp. & dico, q̄ illud membrum erat honestum per naturam, & factum est inhonestum per culpam: & ideo remedium culpæ ibi debuit adhiberi: unde quia in illa parte præcipuè uigebat concupiscentia oportebat q̄ in illo membro præcipuè medicina apponeretur. Hæc Beat. Thom. ubi sup. artic. 3. q. 2. in cor. q. & in sol. 2. argum.

Cur circulariter fiebat circūcisio.

Tertiò fuit necessariū, q̄ circūcisio fieret modo determinato. s. q̄ esset figuræ circularis, ut sicut peccatū originale fuit circulare. s. ab anima primi hominis prouenit corruptio in carnem, & a carne iterum in animam descendens ab ipso: uel sicut in primo homine persona corrumpit naturam: in alijs uerò natura corrumpit personam: ita circūcisio fieret circularis. Requi. sup. Et Alex. 4. parte sum. de circuncisione, artic. 25.

Cultus lapidei significatio.

Quartò nō fuit necessariū, q̄ circūcisio fieret determinato instrumento. s. cultello lapideo, nec quantū ad obseruantiam p̄cepti, nec quantum ad efficaciam sacramenti, unde cultellus lapideus nō fuit de essentia circūcisionis, quod ritus iudeorum usq; hodie ostendit, qui nō petrinis cultellis, sed acutissimis nouaculis circūcidunt, sed quantū ad significantiā vel figuram circuncisio fiebat cultello lapideo. Cuius causa uel ratio fuit duplex. s. significatio spiritalis, & litteralis. Prima causa huius fuit significatio spiritalis: Fiebat. n. circuncisio cultello lapideo in signum purgationis faciendæ p̄ Christum: unde Hugo de sancto Victore sic

ait. Cultellus de petra factus significat Christum: de quo dicit Apostolus prima ad Cor. 10. Petra autem erat Christus: de quo scriptū est: Ecce agnus Dei: ecce, qui tollit peccata mundi. Secunda uerò causa fuit significatio literalis: fiebat enim circuncisio cultello lapideo in signū duritiæ, & inobedientiæ Iudeorum: de qua act. 8. Hæc B. Tho. ubi sup. artic. 3. q. 3. in cor. q. Et Alex. ubi sup. & Petrus de Thar.

CAP.

VI.

QUINTO fuit necessariū, q̄ circuncisio fieret tempore determinato. s. die octauo, & hoc fuit necessariū quantum ad obseruantiam p̄cepti, & congruum quantum ad significantiam: sed non quantum ad efficaciam. Primò dico, q̄ necessariū fuit, ut die octauo fieret circuncisio quantum ad obseruantiam p̄cepti: unde reus transgressionis erat, qui illud tempus non obseruabat: & ideo nō circūcisus mortuus dānabatur: quod patet per simile de baptismo, quia sicut non baptizatus paruulus dānabatur, ita non circūcisus mortuus post statutum tempus damñabatur: unde Beda in homel. sic ait: Qui nunc per Euangelium suū terribiliter, & salubriter clamat: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non potest introire in regnum Dei, dudum clamanit per suam legem: Anima cuius caro præputij circūcisa non fuerit peribit de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.

6.

Sed fortè argues in oppositū. s. q̄ dies octauus nō erat de necessitate circūcisionis quātū ad obseruantiam p̄cepti tali rōne: Potuit cōtingere, q̄ dies octauus eēt sabbatū: in sabbato autē nihil licebat facere: unde dī Exo. 20. Quod opus seruale facitis in eo: ergo &c. Resp. & dico, q̄ dies sabbati non impediēbat circūcisionē. Cuius rō est, quia non erat opus seruale purē corporale: sed sacramentale, sicut ē sacrificia, quæ in sabbato offerri licebat: vnde Io. 7. Circuncisionem accipit hō in sabbato, & non soluitur lex Moyſi: vnde ea q̄ erant ad salutem hominis non prohibent in sabbato: Ita dī Leui. 23. Affligetis aīas uestras, sabbatū. n. est. Et ideo dico, q̄ in sabbato erant prohibita ope-

Oppositio q̄ dies octauus nō esset de necessitate circūcisionis.

ra seruilia, ut patet infra Festum: non autem opera ad salutem hominis pertinentia sicut circumcisio erat.

Secundo dico, quod contra grauius fuit, quod circumcisio fieret die octauo: causa autem determinationis huius temporis est duplex. scilicet moralis, & literalis. Prima huius causa est moralis, uel spiritualis, quæ tangitur in littera a Magistro sententiarum, quia per Christi resurrectionem octauo die factam circumcidit animam a peccatis cuiuscunque in eum credentis. Secunda ratio est literalis, quæ tangitur a rabbi Moysè, quæ est, quod per ante octauum diem est ita tener quasi in uentre matris: & ideo sicut animalia non offerebantur propter prædictam causam ante octauum diem, ita nec puer circumcidebatur ante octauum diem. Hæc B. Th. 4. scri. sent. di. 1. secunda parte dist. ar. 3. q. 1. utrum dies octauus requiratur ad circumcisionem, in cor. q. in fine. Vel dicas, quod octauo die instituta est circumcisio, & Christus circumcidi uoluit octauo die quattuor rationibus. Prima est: quia dies octauus erat legalis obediencie. Gen. 17. Infans octo dierum circumcidetur, & ideo Christus legem impleuit, & commendauit. Secunda est, quia dies octauus erat regalis magnificentie, quia primos dies anni in quo reges consueuerunt dare munera spiritus sancti, & familie: & Christus hodie pretiosum munus dedit suæ ecclesie. scilicet sanguinem suum. Tertia est, quia dies octauus, erat superstitialis, uel fatalis obseruantie, in quo cauent sibi homines a malo omine, vel a præfagio mali pro toto anno: sed Christus hodie cepit effundere sanguinem, ut de cætero christianus non timeret infortunia tribulationum. Contra quos loquitur Apostolus ad Gal. 4. Dies obseruatis, & mensibus. Re. infra Diuinitio. Quarta ratio est, quia octauus dies erat spiritualis intelligentie, quia spiritualiter significat octauam circumcisionis in resurrectione, quando euacuabitur, quod ex parte est, ut dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 13.

Tertio dico, quod octauus dies circumcisionis non erat de necessitate precepti quantum ad efficaciam sacramenti, quia etiam alio tempore circumcisio facta, suum effectum sacramentalem habebat.

Nō præuenire, Ad cuius euidenciam est sciendum, quod aliud est in circumcisione præuenire diem

octauum, & aliud est differre post diem sed differre octauum. Primum. n. præuenire diem octauum nulli licebat. Cuius ratio est, quia præceptum nullo modo quis transgredi dē, ut præueniat. Sed contra, si circumcisio requirebat diem octauum, ergo peribant omnes paruuli, qui decedebant ante diem octauum, quia non poterat subueniri eis. Resp. & dico, secundum Hugo. de sacramento Victore, quod paruuli, qui moriebantur ante octauum diem saluati fuerunt in fide parentum cum oblationibus, & sacrificijs, sicut ante circumcisionem: & hoc uult, & ostendit Hugo rationabiliter, quia aliter miserabilior esset sexus masculinus, quam fæmininus. Secundum autem, scilicet differre diem octauum per dispensationem licebat: unde si transgressus quis præceptum fuerit differendo circumcisionem post diem octauum, debet quando potest illud præceptum implere in quocunque tempore; ita quod anticipatio diei nullo modo per dispensationem fiebat, sed dilatio diei sic. Cuius ratio est, quia præcepta, quedam fuerunt in lege, quæ non receperunt dispensationem, sicut cultus unius Dei, obseruatio sabbati, & alia moralia præcepta Decalogi: unde hoc transgressi puniebantur secundum taxationem legis: sed præceptum circumcisionis quantum ad tempus, id est quantum ad diem octauum dispensationem recepit: unde illis, qui uagabantur in deserto, dispensatio facta est de circumcisione quod ad diem octauum triplici ratione. scilicet propter motus nubis incertitudinem, propter sufficientem distinctionem. propter generale circumcissionem. Prima causa dispensationis fuit necessaria. scilicet propter motus nubis incertitudinem, quia cum castra necesse habebant mouere se ad motum columnæ ignis, & nubis, qui motus erat incertus, si oportuit tunc circumcisos moueri cum maximus dolor erat circumcisis pluribus diebus exponerentur discrimini, & sic circumcidentes manus mitterent in pueros suos, uel sibi ipsis si se circumciderent. Secunda causa dispensationis fuit propter sufficientem distinctionem localem illius populi ab omnibus populis, quibus circumcisio non erat data. Tertia causa dispensationis fuit propter generale circumcissionem: dominus. n.

sed differre diem octauum, circumcisionis licet.

Tres causas dilationis circumcisionis in his, qui erant in deserto.

CAP. VII.

7.

voluit propter figuram^r circumcisionem differri, ut scilicet una generalis circumcisio fieret in terra promissionis, in signū illius circumcisionis, quæ futura erat in patria: non enim constat, quod aliqui de illis, qui in deserto nati sunt, in deserto mortui sint: & uidetur probabile, quod non, quia in psal. dicitur: Non erat in tribubus eorum infirmus: unde nullus est ibi mortuus incircumcissus, qui autem de Aegypto egressi sunt, qui circumcisi erant mortui sunt. & ita nullus est ibi mortuus incircumcissus. Si tamē aliqui incircumcisi mortui ibi sunt, idem dicendum est de eis, ut de illis, qui ante institutionem circumcisionis moriebantur.

Sed fortē prædictorum gratia talem casum sub quæstione præpones: Habita præsumptione probabili de morte paruuli, supposito quod in fide parentem cum oblationibus ab originali purgatus esset, nihilominus ultra octauum diem uixisset, utrum ad circumcisionem teneretur. Respondeo, & dico, quod licet parulus in casu proposito esset ab originali purgatus, non tenebatur circumcidi, quia indigeret remedio, sed propter præceptum: unde si contingeret eum uiuere ultra octauum diem, oportuit eum circumcidi causa obligationis, & adimplerionis legis. Exemplum huius habetur de Beata Virgine, quæ non indiguit purgatione, nihilominus, ut solueret quod lex obligauerat, fecit secundum legis consuetudinem, ut dicitur Leui. 12. Si tamen non circumcidere parvulus, & moreretur, transgressio præcepti non imputaretur ei, sed parenti suo. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. sent. distinctio. 1. secunda parte distincti. artic. 3. quæst. 1. utrum dies octauus requiratur ad circumcisionem, in cor. q. & in

solut. argum. quattuor & Ale-

xander. 4. parte sum. art.

12. in cor. q. Et Pe-

trus de Thara.

& magi-

ster

Romanus ibidem quod

Beat. Thomas.

ibidem.

Secundo principaliter circa circumcisionem cōsiderare debemus effectū, vel utilitatem operationis: nam circumcisio causabat duo, scilicet tollebat culpam, conferebat gratiam. Primò circumcisio tollebat originalem culpam, quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, similitudine, & ordine. Primò probo auctoritate Bedæ dicentis in glo. super illo uerbo Apost. ad Rom. 4. Signum accepit circumcisionis: sic Idem salutiferæ curationis auxilium, uel remedium circumcisio in lege cōtra originale vulnus præbebat, quod baptismus tempore reuelatæ gratiæ agere consuevit, ideo &c. Secūdò hoc idē probo ratione, uel similitudine sic: Inutilis est medicina, quæ non potest morbum tollere: sed circumcisio erat medicina data specialiter contra morbum originalem, ergo &c. Tertiò hoc idem probo ex ordine. nam circumcisio operabatur dimissionem peccati originalis a posteriori: quod tali ratione ostendo: In peccato originali sunt tria. scilicet culpa, pœna i. diuinæ uisionis carentia, & peccati sequela, scilicet fomes qui facit difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum. Modò ergo ita est, quod prima duo scilicet, originalem culpam, & pœnam culpæ debitam, scilicet diuinæ uisionis carentiam circumcisio totaliter tollebat, sed tertium, scilicet fomitem diminuebat: unde circumcisio, quæ erat particularis abscisio directè significabat, & causabat diminutionem fomitis, & per consequens auferebat reatum uisionis æternæ, & per consequens culpam. In Baptismo autem est cōuersio, quia prius destruit culpam, cuius ablationem significat, & causat ablutio exterior, & per consequens destruit alia duo scilicet peccati originalis pœnam, & sequelam, scilicet fomitem.

Sed fortē quæres sine argumētis, utrū circumcisio tollebat peccatum actuale, sicut originale. Respondeo, & dico, quod uirtus circumcisionis principaliter, & directè fuit instituta, sed ex cōsequēti, & originale, & actuale in adultis, in quibus inueniebat dignè suscipientibus circumcisionem. Cuius

Circumcisio tollebat peccatū actuale.

rō est, quia grā gratificans non compati-
tur secum aliquid mortale. neq. mors spi-
ritualis tollit nisi p introductionem vite
spūalis, & ideo cum hoc, q grā, uel uirtus
circuncisionis tollebat originale in par-
uulis, tollebat etiam actuale in adultis
dignē suscipientib. sed tamen sancti do-
ctores nullam mentionem faciunt de a-
ctuali, quia ad deletionem actualis non
erat circuncisio directē, & principaliter
instituta, sed ad deletionem originalis
tantum.

Sed, q circuncisio non tolleretur culpā
originalem argues duplici ratione. Pri-
ma est talis: Carentia uisionis diuinæ est
pæna propria debita culpæ originali, sed
per circuncisionem non tollebatur hæc
pæna, ergo nec culpa. Respondeo, & di-
co, q perpetua carentia uisionis diuinæ,
quæ est propria pæna originalis inquan-
tum est personæ tollebatur, sed carentia
temporalis usq; ad solutionē precij, quæ
erat pæna debita naturæ non tollebatur.
Secunda rō est ad idem talis. Iohannes
Baptista, qui fuerat circuncisus, dicit do-
mino, ut habetur Matth. 3. Ego a te debeo
baptizari. i. a peccato originali. munda-
ri, secundum gl. ergo ut uidetur circunci-
sio non abstulit originale in eo. Respon-
deo, & dico, q Iohannes Baptista pro tã-
to dicit se mundandum ab originali per
Christum, non quia esset mundatus, sed
quia perfectum mundationis fructum, q
est in introitu cœlestis regni per Christū
erat consecuturus, & ideo dicit Beda, q
circuncisio ianuam cœli non aperiebat,
sicut Baptismus. Hæc B. Th. 4. script. sen-
dist. 1. secunda parte dist. 4. q. 2. utrū cir-
cuncisio a peccato purgaret, in cor. q. &
in solut. 1. arg. Et Alex. idem dicit quarta
part. sum. q. & Petrus de Thar. 4. script.
sent. ibid..

C A P. VIII.

Secundo circuncisio conferebat gratiam,
q quadrupliciter probo scilicet aucto-
ritate, ratione, operatione, cōparatione.
Primò probo auctoritate Bedæ dicentis
in Homel. q idem remedium præbebat
circuncisio, quod Baptismus, excepto q
ianuam regni cœlestis non aperiebat: sed
Baptismus non solum delet culpam, sed

cōfert grām, ergo circūcisio idē facit. Se-
cundò hoc idem probo rōne sic: Tenebra
non expellitur nisi per pntiam lucis: sed
gratia opponitur culpæ sicut lux tenebræ,
ergo cum circuncisio expelleret culpam
contulit gratiam: unde sicut lumen mate-
riale nunquam delet tenebras nisi illumi-
nando aerem, sic nec lumen gratiæ tene-
bras delet peccati, nisi ipsam ani-
mam spiritualiter illuminando. Tertiò
hoc idem probo operatione gratiæ: gratiæ
.n. effectus quidam sunt priuatiui: quidā
positiui: uerbi gratia. Effectus græ priuati-
ui sunt priuatio culpæ, ablatio pænæ, re-
pressio concupiscentiæ: effectus autē gra-
tiæ positiui sunt ornare animam, & face-
re dignam uitæ æternæ. Modò ergo ita ē,
q circuncisio principaliter operabatur ali-
quos effectus græ priuatiuos quales sunt
priuatio culpæ, & ablatio pænæ, sed ex cō-
sequenti operabatur collationem gratiæ:
non. n. est ponendum, q circuncisio ali-
qd tolleretur, & nihil poneretur. Quartò hoc
idem probo cōparatione, uel similitu-
dine, quia sicut in sacramento altaris est
aliquid ex vi sacramenti, aliquid autē ex
concomitantia naturali, ut uerbi gratia:
Sicut in cōuersione panis ī corpus Chri-
sti ex uirtute uerborum principaliter est
corpus Christi, & concomitanter, uel cō-
sequenter sanguis, & cōuerso in con-
uersione uini in sanguinem, ita circunci-
sio principaliter ordinata erat ad ablatio-
nem originalis culpæ: & ex consequenti
ad collationem gratiæ: unde licet in cir-
cuncisione detur gratia, ut in baptismo,
tñ gratia, q in circuncisione dabatur, erat
modica respectu gratiæ, quæ nunc in ba-
ptismo datur, q exēplo patet: solet enim
dici. Tm̄ ualet tibi hæc tunica. s. grisea,
quantum una de scharlato, licet illa de
scharlato melius ornaret, & lōgē esset, ma-
ioris precij. Et plus redderet hoīem acce-
ptum hoīb. Sic gratia, quæ in circuncisio-
ne dabatur, erat modica respectu gratiæ,
quæ nunc in baptismo datur: quod patet
specialiter quantum ad ista tria. Primò
quia gratia baptismalis sufficit ad totali-
ter concupiscentiam reprimendā. Secun-
dò, quod grā baptismalis sufficit ad meri-
torie agendum. Tertiò quia gratia ba-
ptismalis sufficit ad ianuam cœli aperiē-
dam. Ad quæ tria gratia, quæ in circum-
cisio.

Duo sūt
effectus
gratiæ.

Compa-
ratio
Euc. ad
circūci-
sionem.

Baptis-
mus
excellit
circūci-
sionē in
tribus.

cisione dabatur sufficere non ualebat, & ideo amplior gratia nunc datur in baptismo quam tunc in circuncisione daretur, ut specialiter patet quantum ad ista tria. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 1. secunda parte dist. art. 4. quæstio. 3. utrum circuncisio conferret grām in duob. augmentis contra, & in cor. q. & in sol. argu. & Alex. 4. parte summæ, art. 24. in cor. q. Et Petrus de Thar. 4. scripto. sen. ibidem.

C A P. I X.

Tertio principaliter circa circuncisionem considerare debemus congruitatem cessationis: nam Baptismo adueniente circūcisio cessare debuit: quod in generali dupliciter probo. scilicet ratione, & auctoritate. Primò ratione sic: Frustra ponuntur duo remedia ad effectum, qui æquè benè; immo melius, & perfectius pōt fieri per unum solum: salus autem æquè benè immo melius pōt fieri p baptismū quàm per circuncisionem, immo frustra mansisset circuncisio. Et confirmo hoc idem secunda ratione sic. Sicut natura non facit per duo quod facere potest sufficienter per unum, sic multò magis gratia non facit per duo quod facere potest per unum. Circuncisio autem erat imperfecta respectu Baptismi Christi, ergo cū venerit quod perfectum est. scilicet Baptismus, debet euacuari, quod ex parte. i. imperfectum est, scilicet circuncisio.

Baptis-
mi re-
cedit ū p
fecti est
recedio
circun-
cisionis:
Quod autem remedium Baptismi excederet in perfectione remedium circuncisionis. quadrupliciter probo, quia Baptismus est remedium expressius, uirtuosius, uilius, facilius circuncisione. Primò baptismus est remedium expressius quoad significantiam: nam circuncisio non ita significabat expresse emundationem totius hominis ab immunditia cui pæ originalis sicut ablutio Baptismalis. Scdò Baptismus est remedium uirtuosius quātum ad efficaciam, quia non tam abundans gratia ad meritorie operandum, & fomitem reprimendum in circuncisione dabatur, sicut in Baptismo. Tertio Baptismus est remedium uilius quo ad usum, quia utilitas circuncisionis nō erat ita communis sicut utilitas Baptismi cū haberet populum determinatum. scilicet popu-

lum iudæorum cui soli circuncisio data est, & sexū determinatum, quia soli masculi circuncidebantur, & tempus determinatum, quia die octaua fiebat: quæ tria non accidunt in Baptismo. Quātō Baptismus est remediū facilius quod ad obseruantiam. Vnde August. contra Faustum sic ait: Sacramenta, quæ obseruabatur nunciatiua erant Christi venturi, quæ cum suo aduentu Christus impleuisset ablata sunt, alia instituta, uirtute meliora, actu, & usu faciliora, & numero pauciora. Secundò, q. adueniente tempore plenitudinis debuit cessare circuncisio substituto probo auctoritate Apo. ad Galat. 5. sic dicentis: Si circūcidamini Christus nihil uobis proderit. Aug. Si circūcidamini quasi spem salutis in circuncisione ponentes, Christus nihil uobis proderit, sed oberit. nihil enim pderit fides addita circuncisione, sed oberit. Cuius rationem assignat Ambrosius in gl. ibidem dicens: Maius. n. malum est ex libero seruum fieri, quam nasci. Hæc B. Th. 4. scrip. sent. distin. 1. secunda parte distinctio. articul. 5. quæst. 1. Vtrum circuncisio debuit cessare adueniente Baptismo, in duobus argumentis contrarijs, & in corpore. q.

Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod circuncisio adueniente Baptismo cessare non debuit duplici ratione. Prima est talis Omnis Christi actio est nostra instructio, sed Christus circuncidi uoluit, ergo nos circuncidi debemus exēplo Christi. Respondeo, & dico, quod omnis Christi actio nostra fuit instructio in aliquo: sed non oportet, quod semper ad imitandū. Rationem autem quare Christus uoluit circuncidi, quære supra: Circuncisio primò c. iuxta finem. Secunda ratio ad idem est talis: Apostolus circuncidit Thimotheum postquam fuerat baptizatus, ut dicitur Actuum. 16. ergo adhuc post Baptismum durabat circuncisio, quare: ergo et modo non datur. Respondeo, & dico secundum Augustin. in quæstionibus noui, & ueteris testamenti, quod hoc fecit Paulus propter uitandum scandalum iudæorum, ne uideretur lex uetus reprobanda, ut inimicus legis: non tamen Apo. in illa circuncisione spē posuit: sicut et saluator pcepit leproso ut offer-

offerret munus pro sua mundatione.

Quo tē Sed fortè quæres grā prædictorum si-
pore cir ne argumentis, an post passionem Chri-
cūcisio, sti Circumcisio, & legalia sine peccato
& lega- mortali obseruari possint. Respondeo se-
lia fue- cundum B. Aug, qui duo tempora distin-
rūt mor xit, unum ante Christi passionem, in quo
tua, & circumcisio, & legalia nō erant mortua,
mortife nec mortifera, aliud tempus post euange-
ra. lij, diuulgationem, in quo circumcisio, &
legalia fuerunt quidē mortua, quia uim
aliquam non habebant, neq; ea obserua-
re tenebatur, non tamen fuerunt morti-
fera, quia illi qui conuersi erant ad Chri-
stum, & iudæis poterant illa licite obser-
uare, dummodo non sic ponerent spem
in eis, q̄ ea reputarent sibi necessaria ad
salutem, quasi sine circumcissione, & le-
galibus fides Christi iustificare non pos-
set. his autem qui conuertebantur ex gē-
tilitate ad Christum non inerat causa ut
obseruarent, & idē Paulus circumcidit
Thimoteum qui ex matre iudea genitus
erat: Tytum autem qui ex gentibus na-
tus erat circumcidere noluit. Hæc B.
Th. 4. scrip. sent. ubi sup. art. 5. q. 3. in cor.
& in solut. 1. & 2. arg. & iterum prima se-
cundæ. q. 103. art. 4. utrum post passionē
Christi circumcisio, & legalia possint ob-
seruari sine peccato mortali, in sol. 1. ar-
gum. per totum.

De Circumstantijs.

S V M M A R I V M.

- 1 *Diffiniuntur circumstantiæ.*
- 2 *Circumstantiæ sunt septem, & qua-
re.*
- 3 *Circumstantia se habet ad pecca-
tum tripliciter.*
- 4 *Vtrum omnis circumstantia sit cō-
fitenda, & quæ.*
- 5 *Omnes circumstantiæ tam in lege
veteri, quàm in noua confitendæ
sunt.*

C A P. I.



Circumstantiæ. Circa circun-
stantias cōsideranda sunt
quattuor scilicet quiddita-
tis euidencia, numerosita-
tis sufficientia, uirtuosita-
tis differentia, confessionis indigentia.

Primò circa circumstantias consideran-
da est quidditatis euidencia: nam circum-
stantiæ sic diffiniuntur a Tullio: Circum-
stantia sunt quædam singulares condi-
tiones, ex quibus trahitur argumentum
aggrauās, uel excusans, uel ad ampliatio-
nem, uel attenuationem laudis. Circa e-
ius diffinitionem nota quattuor. s. inter-
prætationem, certificationem, commen-
surationem, considerationem. Primò no-
ta circumstantiæ interpretationem. Sicut
.n. circumstare dicitur circa aliud stare:
illud autem dicitur circumstare aliud, q̄
nō est de essentia eius, quod circumstat,
sicut illa circumstant nos, quæ non sunt
intra nos, sed extra, aliquo tamen modo
sua actione attingunt nos: uerbi gratia: Si-
cut locus circumstat locatū, & ipsum cō-
seruat: sic circumstantiæ dicuntur, quia cir-
cumstāt actum humanum, & sunt extra
essentiam, uel substantiam actus huma-
ni, aliquo tamen modo ipsum actum hu-
manum contingunt in ratione bonita-
tis, & malitiæ. Ratio autem quare circū-
statiæ, uel singulares cōditiones nō sunt
intra nos, sed extra, est, quia illa q̄ sunt in-
tra nos non ueniunt in iudicium homi-
num: sed quæ sunt extra oportet, q̄ apud
rhetorem, uel ciuilem, cui etiam moralis
materiam præparat a conditionibus ex-
trinsecis argumentum, uel iudicium ma-
ioris, uel minoris mali sumatur. Secun-
dò nota circumstantiarum certificationē:
unde subdit in diffinitione prædicta, q̄ cir-
cumstantiæ dicuntur esse quædam singu-
lares cōditiones, & nō uniuersales: cuius
rō est, quia sermones particulares, ut in
plurib. maiorē certitudinē faciūt rectori
vel iudici, quam uniuersales: q̄ idē ope-
rationes, uel actus humani, qui in iudi-
ciū ueniūt p cōditiones singulares, uel par-
ticulares manifestari, & probari debent,
ut faciant certitudinem ampliorem. Ter-
tiò

tiò nota circumstantiarum commensurationem, vel adæquationem. Nam actus nostri dicuntur morales, secundum quod à ratione ordinatur in finem voluntatis: & ex hoc habet rationem boni, vel mali. Omne autem, quod ordinatur ad finem, oportet esse proportionatum fini, & ideo ratio, quæ actum nostrum in finem ordinat, attendit proportionem actus ad ea, quæ ad actum possunt concurrere: & ita commensuratio, vel proportio actus ad ea quæ ad actum possunt concurrere, quam ratio attendit, & obseruat in ordine ad finem voluntatis, est circumstantia causans augmentum bonitatis in actu: defectus autem debitæ circumstantiæ malitiam causat in actu.

Quartò nota circumstantiarum considerationem. Nam ex circumstantiis, vel conditionibus singularibus in quolibet negotio rhetorico consideratur, & aggrauatur bonum, vel malum: verbi gratia de quolibet: primò enim in iudiciali negotio præmiũ, vel pœna expectatur, quæ actui bono, vel malo debentur: secundò in negotio demonstratiuo, uel exclamatiuo laus, vel uituperiũ personæ quaeritur, quæ actib. bonis, vel malis debentur: tertio in negotio deliberatiuo quaeritur quid sit utile ad agendum, vel inutile ad euitandum, in quo etiã rationem boni, uel mali oportet attendere. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 16. circumstantiis. art. 1. q. 1. in cor. q. & in sol. 1. & 2. arg. Et Albertus de Alemania in scrip. Ethicorum, quod recollegit Bea. Thom. audiens ab eo lib. 3. q. 1. quid sit circumstantia in cor. q. & in sol. argum.

C A P. II.

Circa circumstantias, secundo, principaliter consideranda est numerositas sufficientia. Nam septem sunt circumstantiæ secundum Tullium, quæ continentur in hoc versu: Quis, quid, ubi, quib. auxilijs, cur, quomodo, quando. Ratio autem istius numeri est ista, quod septem sunt conditiones singulares, ex quibus aggrauatur, uel alleviatur peccatum: sed circumstantiæ conditiones singulares actuum humanorum, ut patet c. præcedenti: ergo &c. Quod autem septem conditionib. vel

proprietatib. & per consequens septem circumstantiis aggrauetur, vel alleviatur peccatum, probò de singulis. Prima enim conditio peccatum aggrauans consideratur ex parte finis: & talis circumstantia finis dicitur cur, uel cuius gratia, quæ inter omnes circumstantias est principalis. Vbi nota, quod duplex est finis. scilicet finis operationis, & finis intentionis: uerbi gratia: Forma domus est finis operationis domus: sed habitatio est finis intentionis, unde non omnis finis est forma, quod patet in dicto exẽplo, quod licet forma domus sit finis terminans ædificationem ædificantis, non tamen terminat intentionem ædificantis: sed ad ulteriorem finem intentio terminatur: sicut ad habitationem, sic a simili finis operationis nõ est finis, qui dicitur circumstantia: sed finis intentionis, qui quandoq. ex malo actu bonum intendit, vel econuerso: & hic finis dicitur circumstantia cur? nam a fine intentionis in moralib. actus speciem recipit: unde Amb. Intentio operi tuo finem imponit. Req. infra, Intentio. Secunda conditio peccatum aggrauans consideratur, & sumitur ex parte operis: & sic est secunda circumstantia. scilicet quid, quantum ad substantiam facti. Vbi nota, quod hæc circumstantia quid, non confirmat substantiam facti. scilicet quod occidit, uel furatus est, uel fornicatus est, sed conditionem facti. i. proprietatem, qualitatem, quantitatem facti, puta, quod occidit patrem, uel cognouit uirginem, uel maritam, ita quod ista circumstantia quid, non consideratur prout est substantia actus, sed prout est conditio actus: nam quidam actus sunt idem in specie naturæ, qui differunt in specie moris, sicut fornicatio, & actus matrimonialis. Tertia conditio peccatum aggrauans consideratur ex parte agentis principalis, & sic est tertia circumstantia scilicet quis. quæ circumstantia non respicit solum substantiam personæ agentis, sed conditionem, vel proprietatem personæ. scilicet cuius officij, cuius potestatis, cuius sexus, & huiusmodi. Cuius ratio est, quia ex conditionibus personæ variatur substantia actus, eo quod aliquid competit uni, quod non competit alij. Quarta conditio peccatum aggrauans consideratur, & sumitur ex parte agentis instrumentalis.

Finis
dup. est.

Negotiũ
Rhetori
cũ respi
cit circũ
stantias.

calis : & est quarta circumstantia. s. quo instrumēto secundum philosoph. 3. Eth. qui ponit ibid. agens instrumentale esse quartam circumstantiam. Cuius rō est, quia ex instrumento quo quis operatur pōt scire utrum actus procedat ex malitia, vel nō: ut v.g. Si. n. quis percutiat calamo, & cōtingat eū mori, non est eiusdē criminis ac si percutiat gladio: & idē ex instrumēto pōt sumi circumstantia. i. cōditio aggrauans, uel alleuians actū principalis agentis. Sed quia non oīs actio fit per instrumentum sicut sunt intelligere, & uelle, idē loco instrumenti ponit Tullius quibus auxilijs, eō q̄ oīa auxilia sunt quasi instrumenta actionis, quibus agens utitur ad finem suum. Quinta cōditio pētū aggrauans, uel alleuians cōsiderat, & sumitur ex parte spēi, uel qualitatis operis, & hoc tripliciter: primō ex parte modi, & sic est quinta circumstantia. s. quō, utrum. s. leuiter, uel fortiter percussit: scdō ex parte loci: & sic est sexta circumstantia. s. ubi; utrum. s. in loco secreto, vel publico, uel in loco sacro. Tertia cōditio aggrauans, uel alleuians peccatum consideratur ex parte temporis: & sic est septima circumstantia. s. quando, utrum. s. peccauerit tempore feriali, uel solēni, putā tempore orationi cōstituto, ut sunt fēstiuitates, & tempora impij.

Ad maiorem tamen euentiam prædictorum nota, q̄ in assignatione circumstantiarū philosophus tripliciter differt a Tullio: primō in numero, quia philosophus ponit duas circumstantias. s. quid & circa quid, quæ duæ in assignatione Tullij in una clauduntur, eō q̄ obiectū quod dicitur circa quid dat rationem actui, qui dicitur quid, sed philosophus distinguit eas. Cuius ratio est, quia præter rationem uniuersalem obiecti, quæ dat speciem actui possunt in obiecto cōsiderari speciales conditiones, quæ diuersificant actum in bonitate, & malitia: in illis actibus qui ex se malitiam non implicant: in quibus etiam malitiæ quantitatem diuersificant: secundō etiā differunt, quia philosophus pro una circumstantia ponit quando & ubi, ppter hoc q̄ utrūq; sumitur a mensura extrinseca, sed Tullius distinguit eas: tertiō differunt, quia loco eius, q̄ philosophus dicit quo

instrumento Tullius dicit, quibus auxilijs. quod idem est realiter, ut patet sup. Hæc B. Th. 4. scri. sen. dist. 16. de circumstantiis, art. 1. q. 1. in solu. 5. argument. per totum: & ibidem quæst. 2. in cor. quæst. & in solu. 2. 3. & 5. argumen. in fine: & iterum in quæst. dispu. de malo: quæstione de peccatis, art. 6. utrum circumstantia det speciem peccato aut uariet peccatum, in cor. quæst. in medio: & originaliter lib. 3. Eth. cap. 3. Quod autem propter ignorantiam: & Beat. Thom. in scripto Ethicorum in medio cap. ibidem.

CAP. III.

CIRCA circumstantias, tertiō, principaliter considerata est uirtuositatis, uel qualitatis differentia: nam circumstantia tripliciter se habet ad actum peccati: quandoque enim circumstantiæ, nec peccatum aggrauāt, nec peccati speciem uariant, quandoque enim speciem peccati uariant, & aggrauant: quandoq; enim speciem peccati non uariant, sed aggrauant: quartum uerō membrum nō potest esse. s. q̄ circumstantia speciem peccati uariet, & non aggrauet. Primō enim dico, quod circumstantia quandoq; nec speciem peccati uariat, nec peccatū aggrauat, utputā accipere rem alienam manu dextra, uel sinistra, aut de mane, aut de sero, uel pcutere hominē indutū veste rubea, uel alba: huiusmodi circumstantiæ, & similes nō uariant speciem peccati: nec addunt aliquid ad rōnē mali p̄tinens, & idē non aggrauant. Cuius rō est, quia huiusmodi circumstantiæ, uel conditiones aduenientes indifferenter se habent ad rationē nullam specialem repugnantiam habentes per respectum ad rationem: quod patet, quia nihil ad rationem pertinet utrum ille qui percutitur tali, uel tali veste induatur, uel manu dextra, aut sinistra percutiatur.

Scdō dico, q̄ circumstantia speciem peccati uariat, & aggrauat, siue actus cui circumstantia aduenit sit indifferens, sicut cū aliquis leuat festucam de terra in cōtēptum alterius, siue actus sit bonus ex genere: sicut cū aliquis dat elemosynā propter laudē humanam, siue actus sit malus ex genere, sicut cū aliquis furatur rem

3.

Circūst. nec grauat, nec uariat.

Quādo uariat, & grauat.

rem sacram. Cuius ratio est, quia circumstantia addita actui habet, & addit repugnantiam specialem ad rationem: uerbi gratia: Sicut peccatum fornicationis in hoc consistit, quod homo accedit ad non suam: si autem addatur hæc circumstantia, ut illa ad quam accedit sit uxor alterius: iam peccatum fornicationis transfertur in aliud genus peccati, scilicet in iniustitiam, in quantum homo, alterius rem usurpat: & secundum hoc adulterium est grauius peccatum quam sit fornicatio: uel accipere rem alienam habet rationem furti, sed accipere rem alienam consecratam, uel de loco sacro aliam deformitatem importat, quia quicumque irreuerentia circa res sacras adhibita habet specialiter rationem peccati, & ideo talis circumstantia dicitur mutare speciem peccati, & aggrauare peccatum, ita quod ubi cunq; est alia, & alia repugnantia actus ad rationem, & alia deformitas actus, ibi est alia, & alia species peccati, & maior grauitas peccati, ut per exempla patet.

Tertio dico, quod circumstantia quandoque non uariat speciem peccati, sed aggrauat peccatum. cuius ratio est, quia talis circumstantia non importat primum, & per se repugnantiam ad rationem, sed per comparisonem ad illud quod primum, & per se importat repugnantiam ad rationem: uerbi gratia. Accipere multum, uel parum de se, uel ex se non dicit nec importat repugnantiam ad aliquam rationem, & ideo non importat aliquam deformitatem nec rationem boni, aut mali, sed solum per respectum ad aliquid quod rationi repugnat. scilicet ex suppositione primi, quia scilicet alienum accipit, nam multum de alieno accipere est ab æqualitate magis discedere, ita quod talis circumstantia peccatum aggrauat, eo quod paucet deformitatem prouenientem ex aliqua circumstantia sicut accipere alienum constituit rationem furti. Si autem addatur hæc circumstantia, ut multum accipiat de alieno est peccatum grauius non tamen est peccatum alterius speciei à primo: unde ille, qui furatur multum non facit duo peccata, sed unum peccatum. scilicet unum furtum grauius quam ille, qui furatur parum. Aliquando uero circumstantia non aggrauat peccatum quasi trahens in aliud genus peccati: uerbi gratia: Sicut si prodigus det quando non debet, & cui non debet, multiplicius peccat eodem ge-

nere peccati quam si solum de cui non debet, sicut etiam ægritudo est grauior quæ plures partes corporis inficit: unde, & Tullius dicit in paradoxis, quod in prius uita violanda, multa peccant: violatur is, qui percreauit, qui aluit, qui erudiuit, qui in se de ac domo atque in rempublicam collocauit. Quartum uero membrum non potest esse. scilicet ut circumstantia speciem peccati uariat, & non aggrauet peccatum. Cuius ratio est, quia circumstantia, quæ inducit aliam, & aliam deformitatem peccati, inducit maiorem grauitatem peccati, sed circumstantia varians speciem peccati inducit aliam, & aliam deformitatem magis repugnantem rationi ergo inducit maiorem grauitatem peccati, ut uerbi gratia: Si super hoc quod est accipere rem alienam addatur res sacra, uel de loco sacro, iam per hoc constituitur alia species peccati. scilicet sacrilegium quod est grauius peccatum furto, uel si supra hoc quod est uti, uel abuti per sona aliena addatur uxor, iam per hoc constituitur alia species peccati. scilicet adulterium, & per consequens efficitur grauius peccatum, ut patet super. Iterum per circumstantiam constituitur alia species peccati desperata, & per consequens efficitur grauius peccatum, sicut uerbi gratia, ut si ego aufiero rem alienam, ut possim homicidium facere uel symoniam. Hæc B. Tho. 4. scriptum est. di. 16. de circumstantijs. arti. 2. utrum circumstantia aggrauet peccatum, in cor. q. & prima secundæ. q. 18. arti. 11. in corp. q. & in quæstionibus disputatis de malo de peccato. arti. 7. titu. eodem. in cor. q.

Graui-
tas pec-
cati in
parētes

CAP. IIII.

Quarto, & ultimo principaliter circa circumstantias considerata est confessionis indigentia. Si autem queratur utrum omnis circumstantia sit confitenda Respondeo, & dico hic tria. Primum est quod aliter se habet circa hoc de simplicibus, uel rudibus, & aliter de sapientibus, & instructis. Nam simplices, qui ignorant circumstantias peccatorum aggrauantes peccatum tenentur solum confiteri peccata, circumstantias autem peccatorum non tenentur confiteri, nisi postquam sciunt

fuerint instructi à Sacerdote, & cognouerint, & intellexerint. q̄ tales circumstantiæ peccata aggrauant. Sapientes autem docti, uel instructi quorum conscientia dicitur circumstantias esse peccatorum confitendas, tenentur peccatorum circumstantias confiteri.

Circumstantiæ alleuiantes peccatū sūt tacendæ.

Secundum est, q̄ circumstantiæ peccatorum, alleuiantes peccatum non sunt confitendæ sed tacendæ: & hoc duplici ratione. Prima ratio est talis: In confessione nulla debet esse, uel interponi excusatio alicuius peccati commissi, uel negando, uel excusando, uel alleuiando peccatum: sed confitens circumstantias alleuiantes aliquo modo se excusat: ergo &c. Secunda ratio est talis: Confessio circumstantiarum fit non solum, ut à sacerdote peccati quantitas cognoscatur, sed ut humilitas, & uerecundia confitentis respōdeat superbiæ, & uerecundiæ peccantis: maxime autē humiliat se, & uerecundatur confitens pœnitens in confitendo circumstantias aggrauantes, non autem sic in confitendo circumstantias diminuentes, & alleuiantes peccata: ut ergo humilietur, & uerecundetur, quod superbè & inuerecundè commisit, debet confiteri circumstantias aggrauantes peccatum.

Tertium est, q̄ in confessione circumstantiarum aliquid est impossibilitatis, aliquid perfectionis, aliquid necessitatis, aliquid maioris securitatis, & utilitatis: primò. n. omnes circumstantias peccatorum confiteri est impossibile. Cuius ratio est, quia cum singulares circumstantiæ peccatorum sint quasi infinitæ nō possunt oēs memori occurrere: secūdò confiteri aliquas circumstantias, quæ aliam speciem peccati, uel peccato nō tribuūt, uel si tribuunt non tñ speciē peccati mortalis, est p̄fectionis, ut patet infra: Confessio uenialium. Requi. ibi: tertio confiteri aliquas circumstantias peccatorum quæ ad aliam speciem peccati mortalis trahunt, ut coire cū muliere coniugata, uel uirgine, uel Deo dicata est necessitatis: unde quili et de necessitate tenet dicere, & confiteri genus & spēm peccati: quartò confiteri circumstantias in eadem etiam specie peccatū notabiliter aggrauantes secundum magistrum Guillelmum Altisiodorensē est maioris utilitatis, & securita-

tis: oportet. n. ad maiore securitatem cōsciētiae, & utilitatem animæ tales circumstantias confiteri: qđ per exempla ostendit dicens, q̄ non sufficit illi qui centum marcas habuit de alieno dicere: Ego accepi alienum, cum hoc ita bene posset verificari si accepisset unum denarium. Similiter nō sufficit illi qui gladio proximum vulnerauit dicere; Ego percussi proximum: ergo oportet confiteri quantitatem peccati, non solū in specie, sed p̄cisè, ut secundum quantitatem culpæ quantitas pœnæ à sacerdote taxet. Secundū uero B. Thom. quantitas determinata peccati non pōt innotescere sacerdoti, q̄a nec ipse peccator scit: unde sufficit, q̄ cognoscat quantitatem, quæ ex specie peccati cōsurgit, nec oportet secundum totā quantitatem peccati pēnam taxare. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 16. de circumstantijs. art. 2. q. 5. utrum omnis circumstantia sit confitenda, in cor. q. per totum: & in sol. 2. argum. Et Alex. 4. par. sum. q. 26. utrum omnes tam simplices, quàm sapientes teneantur circumstantias confiteri. Et Petrus de Tharan. 4. scrip. sent. dist. 17. arg. 4. q. 2. in cor. q.

Sed fortè argues in oppositum. scilicet q̄ non omnes circumstantiæ peccatū aggrauantes, & in aliam speciem peccati trahētes sunt confitendæ triplici ratione. Prima ratio est talis: Illud qđ propter charitatē est institutum contra charitatem obseruari non debet: sed confessio est instituta propter charitatem, & utilitatem: ergo cōtra charitatem obseruari nō debet: sed ex cōfessione circumstantiarum oritur scādālū proximi: ergo solum peccatum debet confiteri, & circumstantiæ peccatorum taceri, cum ex cōfessione circumstantiarum proximus scandalizetur, & ita fit contra charitatem. Quod autem ex confessione circumstantiarum oriatur scādālū proximi probo quatuor casibus. Primus est quando aliquis interfecit fratrem suum, qui erat frater sacerdotis. Secundus casus est, si confitens cognouit, uel cognatā uel neptē suam, uel consanguineam, q̄ erat cognata, uel neptis, uel consanguinea sacerdotis. In his. n. duob. casibus circumstantias cōsanguinitatis non dēt aliquis confiteri propter uitandum proximi scādālū. Tertius casus est si sacerdos ē lu-

Oppositio, q̄ circumstantiæ nō sint confitendæ.

brisus, & ad luxuriam prouocetur audiendo circumstantias peccatorum. Quartus casus est, si sacerdos sit solitus reuelare confessiones.

Quo casu debet penitens tria facere, primo. n. debet licentiam petere a proprio sacerdote confitendi alteri sacerdoti cui confiteatur omnia peccata sua, & circumstantias peccatorum: & si licentiam non dederit debet ad superiorem recurrere, s. vel ad penitentiarium episcopi, uel ad episcopum, vel ad alium cui commiserit, cui licentia obtenta confiteatur. Si autem circumstantiae particulares peccati carnalis non constituent nouam speciem peccati mortalis, quandoque laudabiliter reticentur, quandoque laudabiliter dicuntur, adhibita debita discretionem secundum considerationem turpitudinis circumstantiae, & prauitatem inclinationis ad peccatum ex eius confessione in ipso confitente, uel sacerdote: & hoc est secundum quod penitens debet facere: tertio penitens det quantum potest famam alterius custodire: sed conscientiam magis det purgare, & ideo si circumstantia, quae ducit in cognitionem personae sit de necessitate confessionis. s. q. in alia specie peccati mortalis trahat, tunc det confiteri occultando personam quantum potest. Si autem non sit de necessitate confessionis. s. q. circumstantiae particulares peccati carnalis, vel alterius non constituent nouam speciem peccati. s. mortalis, tunc det dimittere ne peccatum alterius prodeat. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 16. de circumstantiis, art. 2. q. 5. utrum omnes circumstantiae sint confitendae. in sol. 4. & 5. arg. & Alex. 4. parte sum. 244. eo. tit. in cor. q.

Secunda
oppositio.

Secundo quod circumstantiae peccatorum non sint confitendae probo alia ratione sic: Illud quod non est de essentia actus peccati non est confitendum: sed circumstantiae non sunt de essentia actus peccati: quod patet, quia circumstantiae sunt quasi extra actum, vel essentiam existentes, ut patet: c. 1. ergo licet peccatum sit confitendum, non tamen uidetur, quod circumstantiae sint confitendae. Respondeo tribus modis primo quia licet circumstantiae non sint de substantia actus peccati sicut nomen sonat, sunt tamen de deformita-

te, uel de ordinatione actus peccati: unde quia circumstantiae habent deformare, & deordinare actum peccati: ideo sunt confitendae; secundo respondeo, & dico, quod licet circumstantiae non constituent peccatum, ut est peccatum, circumstant tamen peccatum, ut peccatum est tantum: unde quia iudicandum est de peccato non solum, ut est peccatum, sed ut est quantum, necesse est, ut fiat iudicium de peccato prout est circumstantiatum: tertio respondeo, & dico, quod posito, quod circumstantiae speciem peccati non mutant, tamen augent libidinem, & contemptum, & ideo sunt confitendae. Hæc Alexander ubi sup. immediate.

Tertio quod circumstantiae non sint confitendae probo alia ratione sic: Illud non tenemur confiteri, quod non precipitur: sed in sacro canone ubi expresse precipitur, quod omnes fideles confiteantur peccata sua, non precipitur, quod confiteantur circumstantiae peccatorum: ergo solum peccata tenemur confiteri, & non circumstantias peccatorum. Respondeo duobus modis: primo quod in sacro canone non precipitur confessio circumstantiarum sicut confessio peccatorum. Cuius ratio est, quia & si utrumque s. peccatum, & circumstantiae a Deo deordinet peccatorem; tamen illud quod principaliter, & per se deordinat, & auertit peccatorem a Deo, & damnificat ecclesiam est genus peccati: circumstantiae autem peccatorem deordinant consequenter, & ideo uniuersaliter tenentur omnes ad confitendum peccata, non autem similiter ad confitendum circumstantias: secundo modo respondeo & dico, quod licet in nullo loco canonis sacrae scripturae precipiatur confessio circumstantiarum, sicut & confessio peccatorum fortasse propter rationem praedictam, insinuat, tamen confessio circumstantiarum tam in lege ueteri, quam in lege noua, ut c. seq. dicitur.

Tertia
oppositio.

CAP. V.

TAMEN ad maiorem euidentiam praecedentis cap. est sciendum, quod confessio circumstantiarum tam in lege ueteri, quam in noua insinuat: quod de singulis probo: primo enim circumstantia quid. Scriminis precipitur, Leu. 4. ubi pra-

præcipitur sacerdoti, quod offerat vitulū, hircum, & capram pro diuersis peccatis. Req. infra Sacrificium. Secundo circumstantia personæ insinuat. Hierem. 11. Quid est, q̄ dilectus meus fecit scelera multa in domo mea. In quo verbo insinuat circumstantia triplex. s. principalis agentis, operis, & loci. Tertiò circumstantia cur. i. finis tangitur Matth. 5. ubi finis mali intenti prohibetur cum dicitur; Cū facis eleemosynam noli tuba canere ante te. Nam tales receperunt mercedem suā. Et propter hoc Apost. 1. ad Corint. 10. de intentione finis boni loquens ait: Omnia in gloriam Dei facite. Quarto circumstantia status tangitur secunda Pe. 2. Melius erat illis viam veritatis non cognoscere, quam post agnitam retrorsum conuerti: vnde ceteris parib. plus peccat, qui plus cognoscit, & qui plus tenetur peccatum vitare. Quintò circumstantia dignitatis personæ exprimitur Ioan. 3. Tu es magister in Israhel, & hæc ignoras? q. d. Ignorantia plus est culpabilis in magistro quam in discipulo vel in non magistro. Sexto circumstantia tēporis tangitur: Marci. 9. vbi dominus interrogauit patrem lunatici quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit. Septimo circumstantia loci exprimitur Matth. 21. & Ioan. 2. ubi dicitur q̄ dominus eiecit vendentes, & ementes de templo, vbi non licebat talia facere cū esset domus orationis. Prædictas autem circumstantias assignat Nathan propheta in accusatione Dauid, secūdi Reg. c. 12. Et primò tangit circumstantiam personæ, ibi. Tu es ille vir. Secundo circumstantiam status, ibi Ego vñxi te in regem &c. Tertiò circumstantiam criminis perpetrati ibi: Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres mala in conspectu meo, Vriam Etheum percussisti gladio. Quarto tangit circumstantiam finis: ibi. Et uxorem illius accepisti tibi in vxorem. i. hoc fine interfecisti eum ut acciperes vxorem eius in vxorem tuam. Quinto tangit circumstantiam modi sub qua intelligitur locus, & tempus, ibi. Interfecisti eum gladio filiorum Aman in tempore belli, & in loco certaminis, & non veneno vel gladio tuo, sed gladio alieno, s. filiorū Aman. Et ideo B. Aug. numerat has septē circumstantias secundum q̄ a pœnitente

consideranda sunt, & confitenda. Docet etiam B. Aug. in lib. de pœnitentia agenda, peccatorem qui de suis peccatis dolere debet septem circumstantias superius enumeratas considerare, & confiteri dicens: Consideret peccator, qui vult misericordiam inuenire, magnitudinem peccatorum suorum septem modis, & circumstantiis. Et primo motium, vel finem, s. cur peccauit, quia nulla tentatione, uel modica præuentus peccauit. Sunt n. qui non solum vincuntur, sed vltro offerunt se peccato, nec expectant tētationem, sed præueniunt voluptatem: & ideo tollitur omnis excusationis occasio, quamuis. 2. n. pugna, vel tentatio, quæ est ab hoste non sit in potestate nostra, tamen resistere, uel non resistere tentationi est in potestate nostra, & ideo ex præcedenti tentatione peccati circumstantia sumi debet. Secūdo peccator confiteus consideret eius statū, scilicet cuius ætatis, cuius sexus, cuius sapientiæ, cuius ordinis, cuius conditionis, cuius perfectionis: nam magnitudo personæ respectu omnium prædictorū augeat peccatum: vnde Aug. ibidem subdit: Ingratus enim extitit, qui plenus uirtutib. omnino non timuit. In hoc enim quisq; peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior, ideo enim Adā plus peccauit, quia omni bono abundauit. Tertiò consideret quid amisit: nam, & malum fecit: & bonum sponte amisit: unde subdit: Dolendum est enim non solum, quia peccauit, sed etiam, quia se uirtute priuauit. Quarto consideret penitens peccandi modū, scilicet quā delectabiliter, & quā turpiter peccauit, quia secundum modū meretricis, & quā perseueranter peccauit, & quantum, & quotiens iterauit. Quòd enim aliquis diu in peccato permanfit re inficit cōditionē actus: nam talis duplex peccatum commisit, s. peccatum trāsgressionis, & omissionis: primo peccatū trāsgressionis, quia frequenter peccatum iterauit, uel continuauit: secundo peccatum omissionis, quia pœnitere distulit de peccato etiam semel commissio. Quinto consideret circa quid peccauit, & defleat, quoniam offendens in uno factus est omnium reus: Iacobi. 2. Sexto consideret quando peccauit. s. tempus deuotū puta sit tēpore orationi constituto, ut sunt festiuitates, &

Modus
bene e-
xaminā
di pec-
cata an
te cōfes-
sionē.

tempora ieiunij. Septimò consideret locum in quo peccauit. s. in loco sacro. His circumstantijs, & conditionibus peccatorum consideratis peccator pœnitens ponat se omnino in iudicio, & potestate sacerdotis, nihil sui ius reseruans sibi, ut omnia eo iubente paratus sit facere pro recuperanda vita animæ, quæ faceret pro vitanda corporis morte, cum gaudio. n. faceret pro differēda morte moriturus. Hęc Aug. in lib. de pœnitentia agenda. Et magister sent. allegat. 4. lib. dist. 16. & Beatus Tho. 4. scrip. sent. dist. 16. de circumstantijs, art. 1. q. 3. & in cor. q. & in solu. 1. 2. & 5. arg. per totum.

De Clauibus Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

- 1 Necessariæ sunt clauces in Ecclesia, idest potestas spiritualis distinguendi inter culpam, & culpam, & absolucendi.
- 2 Definitio Clauis.
- 3 Quot sint Clauces Ecclesiæ an plures: an vna.
- 4 Ad quem actum Clauces Ecclesiæ sint ordinatæ.
- 5 Potestas Clauium Sacerdotibus tantum est concessa.
- 6 Potestas Clauium valet ad remissionem culpæ.
- 7 Virtus Clauium valet ad commutationem pœnæ.
- 8 Quid sit soluere & ligare.
- 9 Vtrum Sacerdos virtute Clauium possit ligare, & soluere secundum proprium arbitrium.
- 10 Quilibet Sacerdos non potest absolucere quēlibet hominē, & quare.
- 11 Sacerdos seipsum non potest absolucere, & quare.
- 12 Sacerdos virtute Clauium semper potest subditum suum absolucere.

- 13 Sacerdos inferior ex auctoritate sibi a superiore collata potest suū superiorem absolucere.
- 14 Sacerdos non potest absolucere, vel ligare ex quatuor defectibus.
- 15 De clauibus in speciali collatis Petro.
- 16 Post resurrectionē Christi cōicata est Apostolis potestas à Christo.
- 17 De executione potestatis Petro collatæ.
- 18 Quòd boni Sacerdotes rectè dicuntur absolucere, vel ligare tribus modis, & approbatur à Deo cum dicit. quodcunque solucetis.

CAP. I.



LAVES ECCLESIAE.

Circa clauces ecclesiæ quattuor considerare debemus. s. an sint, quid sint, quot sint, ad quid sint. Primò considerare debemus, an clauces in ecclesia sint: Et quantum ad hoc respondeo, & dico, q̃ clauces idest spiritualis potestas distinguendi inter culpam, & culpam, & absolucendi in ecclesia debent esse: quod tripliciter probo. s. similitudine regis, dispensatoris, & clauis materialis: primo similitudine regis sic: Sicut. n. rex terrenus habens thesaurum magnum in domo sua non cuilibet sed maioribus clauces thesauri domus suæ, aut palatij sui committeret, nec sibi soli retinet, ita rex æternus ad cōicandum thesaurum gloriæ suæ non cuilibet, sed determinatis personis. s. sacerdotibus clauces i. potestatem dedit: secundo hoc idē ostendo similitudine dispensatoris sic: Omnis dispensator debet habere clauces eorum quæ dispensat; sed ministri ecclesiæ sunt dispensatores diuinorum, ut patet prima ad Corint. 4. ergo debent habere clauces: tertio hoc idē ostendo similitudine clauis materialis sic: Sicut. n. clauis materialis est instrumentum quo obstaculum domus ingrediens tollitur, & ostiū aperitur, ita p̃ clauē spūalē. s. per p̃tātē discernendi peccatum, & absolucēdi ab ipso obstaculū

quod nos ab ingressu regni prohibeat (scilicet peccatum debet.

Claues Hæc autē clauis, scilicet potestas spūa-
Ecclesie lis est in Deo: in Christo: in ministro. Pri-
 mo est in Deo per auctoritatem, eo quod
 ipse Deus propria virtute gratiam con-
 fert, & culpam, & pœnam dimittit, & cui
 vult dat, & concedit. Secundo hæc clauis.
 s. ptās spūalis est in Christo hoīe per me-
 ritū passionis, quæ ē dī ianuam aperire.
 Licet. n. ostiū cœli quantum de se sit sem-
 per apertum, tamen clausum est omnib.
 ex impedimento totius humanæ naturæ
 s. ex peccato primi hominis, quod quidē
 peccatum est per passionem Christi, vel p
 meritum passionis Christi amotum. & iō
 Ioan. post passionem Christi vidit in cœ-
 lo ostiū apertum, ut dicitur Apo. 4. Tercio
 hæc clauis est in ministris ecclesiæ, qui
 non virtute propria, sed virtute diuina, &
 passionis Christi hanc ptātem habēt. Cu-
 ius rō est, quia cœlum adhuc quotidie ali-
 cui manet clausū per peccatū originale,
 quod cōtrahit: vel per peccatum actuale,
 quod committit: vnde quia sacramēta ex
 virtute Christi dormientis, vel patientis
 in cruce efficaciam habent, propter hoc
 indigemus sacramētis, & clauib. ecclesiæ,
 ita q̄ clauis spiritualis quæ dicitur esse tri-
 plex, prima est auctoritatis quæ dī esse
 in Deo, secūda est excellentiæ, quæ est in
 Christo, vt in homine per meritū passio-
 nis suæ: tertia est ministri quæ est in mi-
 nistris ecclesiæ qui sunt dispensatores sa-
 cramentorū in quib. manet efficacia pas-
 sionis Christi, ad remouendū obstaculum
 regni. s. peccatū vel originale, vel actuale:
 propter quæ sacramentis, vel clauib. eccle-
 siæ indigemus, vt dixi. Hæc B. Tho 4. scri-
 sen. dist. 18. de clauibus, arti. 1. q. 1. utrum
 debeant esse clauēs in ecclesia, ar. contra.
 2. & in cor. q. & Petrus de Tha. & domi-
 nus Ambaldus Romanus ordinis prædi-
 catorum idem dicit ibidem.

C A P. II.

Secundo circa clauēs ecclesiæ confide-
 rare debemus quid sint, ut enim di-
 cit magister sent. lib. 4. dist. 18. in littera:
 & ex gl. Hiero. Matth. 16. habetur, clauis
 sic diffinitur. Clauis est potestas ligandi,
 & soluendi, qua ecclesiasticus index di-

gnos recipere, & indignos excludere dēt
 a regno. In qua diffinitione tangit quinq.
 Primo auctoritatis principium. vel præco-
 nium cum dicit. Clauis est potestas. Et
 Petrus de Tharan. dicit, q̄ clauis est quæ-
 dam potentia spūalis supernaturaliter a
 Deo data, & infusa non innata nō acqui-
 sita. 4. scri. sent. vbi sup. art. 1. q. 2. quid sit
 clauis: in cor. q. Vbi nota, q̄ potestas spiri-
 tualis cum aliqua consecratione datur, &
 ideo cum ordine sacerdotali confertur, sed
 executio clauis indiget materia debita,
 quæ est plebs subdita per iurisdōnem, &
 ideo antequā iurisdictionem habeat, ha-
 bet clauem, sed non habet actum clauī
 nisi per iurisdictionem, ut dicit. B. Tho.
 4. scrip. sent. dist. 18. de clauibus: art. 1. q.
 2. quid sit clauis, in sol. 2. arg. Secundo in
 diffinitione clauis tangit subiectū, ideo
 dicit. Index ecclesiasticus. nam iudex ec-
 clesiasticus dicitur ille qui non solum ha-
 bet ordinem sacerdotalem, qui sequitur
 caracterem, sed etiam qui habet iurisdī-
 ctionem secundum ptātem superioris.

Vbi nota, q̄ eadē est potestas per essen-
 tiam quia sacerdos pōt conficere, & ptās
 quia pōt ligare, & soluere si iurisdīctio
 ad sit, nec differt nisi rōne secundum, q̄
 ad diuersos effectus ordinatur, sicut ignis
 secundum aliam rōnem dī calefactiuus,
 & liquefactiuus, vnde quia nihil aliud ē
 caracter ordinis sacerdotalis, quam ptās
 exercendi illud ad quod principaliter or-
 do sacerdotij ordinatur: ideo caracter, &
 potestas ordinis, & potestas clauium est
 vnum, & idem per essentiam, sed differunt
 rōne. quod patet, quia caracter dī inquan-
 tum distinguit, ptās ordinis dī per compa-
 rationem ad conficiendum corpus Xpi:
 potestas clauium dī prout ad subditos or-
 dinatur, ut dicit B. Tho. ubi supra in sol.
 1. arg. Tercio in diffinitione clauis tangit
 duplicem eius actum. s. excludere, & reci-
 pere, ad similitudinem clauis materialis,
 cuius est duplex actus, s. aperire, & clau-
 dere. Quarto in diffinitione clauis tangit di-
 scretionis iudicium, in hoc q̄ dignitas &
 indignitas illius in quem actus clauium
 exercetur pensatur. Sicut. n. clauis quæ dī
 potestas ligandi, & soluendi est quæ im-
 mediatē aperit seram peccati, ita clauis
 quæ dī scientia ostendit cui aperiendum
 sit per clauem illam. Quinto in diffini-

Carac-
 ter, po-
 testas or-
 dinis, &
 ptās cla-
 uī idē
 sunt.

tione

tionem clauis tangit eius obiectum in hoc, quod dicitur, A regno. Vbi nota, quod non dixit. Ab inferno sed a regno, eodem quod clauis inferni deus sibi soli retinuit. clauis autem regni Deus sacerdotibus concessit. Ratio autem huius est, quia clauis inferni, qua infernus aperitur, & clauditur est potestas gratiam conferendi per quam infernus homini aperitur, ut de peccato educatur, quod est portalis inferni, & clauditur ne ultra homo in peccatum labatur Dei gratia sustentatus. gratiam autem conferre est solius Dei, & ideo sibi soli retinuit, ut dicitur Apo. 3. Qui aperit. scilicet in fundendo gratiam. Et nemo claudit, gratiam subtrahendo. Vel aliter secundum glossam. Claudit, ut quodamus, aperit ut inueniamus, ut inquisitor accipiat fructum sudoris sui, & largitor habeat bonitatis sue gratias. Sed clauis regni est potestas dimittendi reatum poenae per quam homo a regno prohibetur, & ideo magis potest dari homini clauis regni quam clauis inferni. non enim sunt idem quod patet etiam, quia aliquis de inferno educitur per remissionem aeternae poenae, qui non statim in regnum introducit propter reatum temporalis poenae xqui manet. Vel dicendum ut quidam dicunt. quod idem est clauis inferni, & celi. quia ex hoc ipso, quod alicui aperitur unum, clauditur alterum, sed denominatur a digniori, & ideo dicitur clauis regni, & non inferni. Hanc B. Tho. 4. scrip. sententiarum. dist. 18. de clauibus. art. 1. q. 2. utrum clauis conuenienter diffiniatur in corpore. q. in fi. Et ibidem. q. 1. utrum in Ecclesia debeant esse clauis, in sol. 3. arg.

CAP.

III.

Circa clauis ecclesie, tertio, considerare debemus quot sint, utrum. scilicet sit una clauis tantum, uel plures, & quantum ad hoc dico, quod potestas: uel auctoritas discernendi quis sit idoneus recipi, uel excludi, uel absolui, uel ligari, & potestas ligandi, & absoluendi non distinguuntur in radice. id est essentia, quia potestas discernendi, & absoluendi in ecclesia, una auctoritas, uel una potestas in essentia est, & sic est una clauis, quod nihil aliud est quam potestas iudicandi, & absoluendi. Distinguntur tamen, uel in effectibus, qui sunt plures. scilicet ligare, soluere, aperire, & claudere ad similitudinem clauis materialis ut pa-

ret per exemplum in sole, in quo potentia liquefaciendi, & indurandi una est in radice, & dat in effectibus. uel sunt plures comparatione actuum, quorum unus presupponit alium, ut verbi gratia. Sicut. n. igne est una & eadem potentia ad calefaciendum, uel dissoluendum, & tamen unus actus alium presupponit. scilicet dissolutio, uel liquefactio calefactione, sic actus absolutionis presupponit iudicium discretionis, uel de absoluendi idoneitate, & tamen est eadem potestas, uel auctoritas, quod clauis dei in essentia respectu utriusque actus, ut patet. Vnde de iudex ecclesiasticus. scilicet sacerdos indiget his duobus. quod tripliciter ostendo. scilicet exemplo, opposito, & ex demerito. Primo ostendo exemplo, quia sicut in actu iustitiae per quam redditur alicui hoc quo dignus est, duo sunt necessaria. scilicet iudicii discretio qua discernitur an iste sit dignus, & debiti redditio, ut reddat illi quod idoneum, uel dignum iudicauit ad quod duo quidam potestas, uel auctoritas exiguntur quia non possumus dare quod in potestate non habemus, nec possumus iudicare de hoc nisi per vim imperatiuam, uel coactiuam, ita iudex ecclesiasticus, quia per clauem recipit dignos, & excludit indignos, ideo indiget iudicio discretionis quo de idoneitate alicuius iudicet, & officio, uel beneficio absolutionis, quo recipiat idoneum, & dignum, & excludat indignum, & ad utrumque horum auctoritas, uel potestas exiguntur quod est clauis. Secundo ostendo hoc idem ex opposito. Vbi nota, quod scientia quae est una clauis non est habitus speculatiuus sed est auctoritas actum scientiae exercendi, quae auctoritas quandoque sine scientia est, & quandoque scientia sine ipsa auctoritate, ut verbi gratia sicut patet in iudicii secularibus. Aliquis enim est iudex habens auctoritatem iudicandi qui non habet scientiam iuris, & e converso: aliquis habet scientiam iuris qui non habet auctoritatem iudicandi, quorum neuter clauem habet, & ideo auctoritas iudicii quo sacerdos ex clauis obligatur sine auctoritate, & scientia non potest fieri. Tertio hoc idem probatur ex demerito, nam auctoritas absoluendi quae est una clauis sine auctoritate scientiae quae est alia clauis non potest accipi sine peccato, sed scientia sine auctoritate sine peccato haberi potest, & ideo necessaria est clauis scientiae potestatem habenti, sicut lucerna est necessaria

quod ad effectus sed de hoc vi. de Scot. in 4. dist. 19. q. vni ca.

Vna est clauis, sed distinguuntur

in tenebris ambulanti, alias sequitur quod ait dominus Matthæi. 15. Si cæcus cæco duca um præstet ambo in foueam cadunt. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 18. de clauibus. art. 1. quæst. 3. utrum sint duæ clauis, vel una tantum, in corp. q. & Petrus de Tharan. ibidem. articu. 3. in cor. q. idem dicit.

C A P. IIII.

CIRCA clauis ecclesie, quartò, & ultimò, considerare debemus ad quid sint, idest ad quem actum sint ordinatæ. Et quantum ad hoc dico, quod sicut clauis materialis est ordinata ad claudendum & aperiendum, ita potestas spiritualis ecclesie quam habet sacerdos & propter talẽ similitudinem rectè dicitur clauis: sed in hoc est differentia, quia clauis materialis principaliter est ordinata ad claudendum propter latrones, & fures: sed clauis spiritualis principaliter est ordinata ad aperiendum, nec est ordinata ad claudendum nisi propter aperiendõ, sicut nec ligandum nisi propter solutionem: & ideo sicut medicina est scientia sani, & ægri, sani per se, & ægri per accidens, ita intelligendum est de clauis spirituali. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 217. arti. 5. ad quid sint clauis, utrum. s. tantum ad aperiendum, uel ad aperiendum, & claudendum, in sol. ult. arg. & Petr. de Tharã. 4. scrip. sen. de clauibus. dist. 18. arti. 1. q. 1. an ecclesie datæ sint clauis, in cor. q. idem dicit.

C A P. V.

PRÆTER illa quæ dicta sunt superius de clauibus ecclesie, nunc circa potestatem clauium quattuor cõsiderare debemus. s. subiectum nobile, effectum utilem, usum possibilem, uitium culpabile. Primò circa potestatem clauium considerare debemus subiectum nobile: nam solis sacerdotibus potestas clauium est concessa: quod probò auctoritate ratione distinctione: primò auctoritate Ambrosij: nam B. Ambrosius in lib. de Paradiso loquens de potestate ligandi, & soluendi sic dicit: Hoc ius. s. ligandi, & soluendi solis sacerdotib. est concessum:

secundò hoc idem probò ratione sic: Per potestatem clauium aliquis efficitur mediator, & recõciliator: mediator quidem inter populum, & Deum, & recõciliator peccatoris cū ecclesia: sed hæc duo tñ cõpetunt sacerdotibus. quod patet, quia ad hoc q. possit esse mediator competēs inter populum, & Deum, oportet, q. posset offerre dona, & sacrificia pro peccatis quibus placatur Deus: & hoc competit sacerdotibus, ut dicitur Hebr. 5. Ad hoc etiam q. sit recõciliator oportet, q. habeat potestatem conficiendi corpus Christi, & absoluendi, & reducendi peccatorem ad corpus Christi mysticū. s. ad ecclesia, cuius caput est ipse Christus: tertio hoc idem probò distinctione sic: Est. n. duplex clauis. s. ordinis, & iurisdictionis. Prima clauis est ordinis quæ immediatè se extendit ad ipsum cælum, aperiendū, remouendo impedimentū introitus in cælū per dimissionem peccati, & hanc soli sacerdotes habent; Alia est clauis iurisdictionis quæ immediatè ordinat ad ipsam ecclesiam militantem dum per eam aliquis excludit, uel admittitur ad cõsortium ecclesie militantis per excommunicationem vel absolutionem: & hanc clauem et nō sacerdotes possunt habere sicut Archidiaconi, & electi, & alij qui excoicare possunt, ut patet infra. Excommunicatio: sed hæc non propriè dicitur clauis cœli, sed dispõ quædam ad ipsam. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 19. de habentibus clauis. artic. 1. q. 3. utrum soli sacerdotes habeant clauis in duobus arg. contra, & in corp. q. quartò hoc idem probò auctoritate domini dicentis Matthæi. 15. Tibi dabo clauis regni cœlorum; quod quidem donum seu quam potestatem contulit Christus Petro, non in quantum homini, quia tunc omnes homines haberent clauis, sed in quantum Apostolo, & sacerdoti. Ex quibus verbis concludo duo: primum est, q. nullus non sacerdos quantumcunq; sanctus habet clauis, secundum est quod etiam mali sacerdotes usum clauium habent.

Primò dico, q. nullus nō sacerdos quantumcunq; sanctus usum clauium habet, quia nec ligare potest nec absolueret a peccato. Cuius ratio est, quia quantumcunq; aliquis de gratia dei habeat nō potest ptingere ad effectum clauium, ut ab-

Nullus nisi sacerdos hēt clauis, & cõtradicere esset hereticum
sess. 14. can. 10. in Concil. Tridenten.

sol-

soluat, & liget, nisi ad hoc quasi minister per suspensionem ordinis applicetur, sed laicus quantuncumq; sanctus caret sacerdotali ordine, quia non habet caracterem, ergo &c. Hæc B. Tho. 4. scripto. sent. ubi supra immediatè, ar. 2. quæst. 1. utrum sancti homines non sacerdotes habeant vsum clauium, in cor. q. in fi.

Mali sacerdo- **tes hñt** vsum clauium, quod dupliciter probō. scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate Chryso. super illo uerbo Iohannis 20. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata &c. dicens. Non. n. sacerdos neq; Angelus neq; archangelus operari aliquid pōt in his quæ sunt data a Deo, sed pater & filius, & spiritus sanctus oīa dispensat. sacerdos autem suam linguam & manum tribuit, ergo si uita eius fuerit valde detractabilis ī nullo læderis in his quæ sunt ei commissa a Deo. Et reddit Chrysost. huius causam dicens. Non. n. iustum esset ut propter alterius malitiam circa symbola nostræ salutis lædi eos qui ad fidem conueniunt. Secundò hoc idē probō ratione sic. Iniquitas ministri nō potest auferre liberalitatem domini, sed sacerdos est solum minister in absoluen- do, ergo malitia sua non potest nobis auferre donū transmissum a Deo per sacerdotē malū. Tertiò probō & cōfirmo hoc idem ex similitudine sic. Instrumentum non assimilatur sibi effectum sed principali agenti, sed sacerdos utens clauib. est instrumentum Dei, ut principalis agentis, & ideo ille qui effectum clauium consequitur non assimilatur utenti clauibus: sed Christo qui est principale agens in remittendo peccatum, ut Deus per auctoritatem, & ut homo per meritum passionis suæ. Hæc B. Th. 4. scripto. sent. ubi supra immediatè: art. 2. q. 1. in cor. q. Et ibidem. q. 2. utrum mali sacerdotes habeant vsum clauium. art. contra. & in cor. quæst.

næ diminutionē. Primò potestas clauium valet ad culpæ remissionē, quod dupliciter probō. Primò auctoritate Iohannis. 20. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Secundò similitudine, quia sicut aqua baptismi corpus tangit, & cor abluit, ut supra baptismus, ita potestas clauium, alias non esset sacramentum nouæ legis nisi culpæ remissionem quam figurat aliquo modo efficeret.

Vbi nota. q. potestas clauium operatur ad culpæ remissionē sicut aqua baptismi: unde sicut aqua baptismi nō agit, ut principale agens, sed ut instrumentale, non quidem pertingens ad creandam ipsam suspensionem gratiæ etiam instrumenta liter. sed ut disponens ad gratiā per quā fit remissio culpæ, ita etiam virtus, uel potestas clauium, unde solus Deus remittit per se culpam principaliter, & effectiue, ut dicitur Luca. 5. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? & in uirtute Dei, agit instrumentaliter, & baptismus, ut instrumentum inanimatum, & sacerdos, ut instrumentum animatum, quod dicitur seruus secundum Philosophum. 8. Ethic. Quod autem potestas clauium prædicto modo. scilicet dispositiue operetur ad culpæ remissionem patet, quia si ante absolutionem aliquis non fuisset perfectè dispositus ad gratiam suscipiendam in ipsa cōfessione, & absolutione sacramentali gratiā consequeretur si obicem nō poneret.

Sed fortè argues in oppositū. scilicet q. potestas clauium non se extendat ad culpæ remissionē duplici ratione. Prima est talis. Si sacerdos remittit peccatum, ergo aliquid cooperatur Deo ad interiorem mūdationem, sed hoc est falsum, quia magister sent. dicit. 4. sent. distinc. 18. quod ad interiorem mūdationē, nullus Deo creatori cooperari potest, ergo &c. Respōdeo, & dico, q. creatura nō pōt cooperari creatori in remissione culpæ effectiue, sed bñ dispositiue, & sic est in proposito q. præs clauium non efficit gratiam, sed per potestatem clauium disponitur confitens ad hoc ut ei gratia infundatur, unde ille qui subiecit se sacerdoti per confessionem aliquid consequitur uirtute potestatis sacerdotalis. Secunda ratio ad idem est talis. Virtus finita non potest in infinitum: sed culpa mortalis, & pœna æterna

Potestas clauium quomodo operetur ad culpæ remissionem.

C A P. VI.

Secundo circa potestatem clauium cōsiderare debemus effectum utilem. Vbi nota, q. uirtus seu potestas clauium operatur, & ualet ad tria. scilicet ad culpæ remissionem, ad pœnæ commutationem, ad pœ-

riōe debeat moueri instinctu Dei, ut principalis agentis, probo auctoritate Iohannis. 20. ubi premititur potestati remissio quodammodo sunt infinita: ergo uirtus clauium quæ est finita nō se extendit ad remissionem culpæ. Respondeo, & dico, q̄ finitum non potest in infinitū, ut agens principale, sed ut instrumentum principalis agentis infiniti sic potest. Hæc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 18. de potestate clauium art. 3. q. 1. utrum potestas clauium se extendat ad culpæ remissionem, in cor. q. Et Petrus de Tharan. & dominus Ambaldus Romanus ordinis prædicatorum in sol. illorum duorum argumentorum.

CAP. VII.

7.

Secundo dico, q̄ uirtus clauium se extendit ad pænæ commutationem. Vbi nota, q̄ cū sit duplex pænā quæ debetur peccato, scilicet æternalis, uel temporalis, uel in purgatorio, uel in hoc mūdo, uirtus clauium non se extendit ad pænæ æternæ remissionem. Cuius rō est, quia pænā æterna inseparabilis est a culpa, & ideo ab eo solummodo pænā remittitur a quo culpa remittitur: sed a dānatis nūquā remittitur culpa, ergo ab eis nūquā remittitur pænā; & sic sacerdos uirtute clauium nō potest remittere pænā æternam, ut dicit magister. 4. libr. sen. dist. 18. in littera. Hæc rationem assignat Alex. 4. parte sum. q. 283. arti. 2. utrum clauēs ecclesiæ possint supra pænā æternā in cor. q. Valet tamen uirtus clauium uel ad pænæ temporalis commutationem, uel ad eius diminutionem, uel ad ipsius remissionem. Primo uirtus clauium operatur ad pænæ temporalis commutationem, quod tali ratione ostendo. Nam uirtute contritionis ex uirtute confessionis, & absolutionis in uoto existentis liberatur quis a culpa mortali, & a pænā æterna peccato mortali debita, quæ pænā est exterminās, & condemnans, a qua pænā homo liberatus adhuc manet obligatus ad pænā temporalem, secundum quod pænā temporalis est purgās, & pmouens, quæ pænā restat in purgatorio patiendi his qui a pænā inferni sunt liberati: tamen quia pænā purgatorii est incognita, & improporcionata uirib. pænitentis in hoc

mando uiuentis, ideo per uirtutem clauium pænā purgatorii commutatur in pænā præsens uite, & intantum uirtute clauium diminuitur, quod remanet pporcionata uiribus pænitentis, ita quod satisfaciendo se in hac uita purgare potest. Hæc B. Th. 4. scr. sen. dist. 17. de contritione, art. 5. q. 2. utrum contritio, uel confessio liberet aliquo modo a pænā. in cor. q. Re. infra Confessionis & contritionis effectus.

Secundò uirtus clauium ualet ad pænæ temporalis diminutionem, & hoc tam in purgatorio, quam in hoc mundo. Primò in purgatorio, ut uerbi gratia. Si quis moritur ante iniunctā pænā completionem, posito, quod ad pænā purgatorii teneatur: non tamen ad tantam, ad quantā tenebatur ante pænæ temporalis iniunctionem, & hoc ideo est, quia uirtute clauium de pænā quæ debetur in purgatorio aliquid remittitur, ut minus in purgatorio puniatur absolutus ante satisfactionem decedens, quā si ante absolutionem decederet. Tertiò uirtus clauium ualet ad pænæ temporalis remissionem, quod tali ratione ostendo. Quantò quis magis ad gratiam se disponit, tanto maiorem gratiam recipit, & quanto gratia maior recipitur, tanto minus remanet de impuritate præcedentis peccati, unde si in prima confessione uirtute clauium aliquid de pænā tpali remittitur, ut ex dictis patet in scda confessione plus remittitur, unde non est inconueniens si per frequentem confessionem etiam tota tollitur. ut peccatum omnino remanet impunitū pro quo Christi passio satisfecit.

Est autem sciendum ad euidētiā prædictorum, q̄ aliud est de sacro pænitentia, quia in baptismo remittitur culpa, & tota pænā, & omnis reatus pænæ, ut nihil de prioris peccati actualis pænā remaneat post baptismū. Cuius rō est, quia in baptismo est regeneratio inquantum homo in baptismo nouam vitam accipiens per gratiā baptismalē fit nouus homo, unde cum in baptismo præcedens peccatū totaliter sit dimissum, oportet reputari quasi non fuerit ab eo factum: & sic non debet pro eo puniri, quia nō debet alicui imputari ad pænā nisi quod ipse fecit. In sacramento autem pænitentia post remissio-

Virtus clauium ualet ad tpalis pænæ diminutionē & remissionem.

Virtus clauium nō se extendit ad pænā æternā.

Differētia inter baptis- mum, & pænā.

missionem peccati non remittitur tota pœna, sed aliquid de pœna temporali, cuius reatus post absolutionem a pœna æterna potuit remanere. Cuius ratio est, quia in pœnitentia non mutatur homo in virum aliū: quia non est in pœnitentia re generatio: sed sanatur, & ideo in contritio ne pœna æterna mutatur in temporalem, vel in purgatorio, vel in hoc mundo soluendam. Et de illa pœna temporali cuius homo est debitor virtute clauium aliquid diminuitur. quantū autē illud quod diminuitur de pœna in quantitate sit, nescitur, nisi quod quantō quis magis ad gratiam se disponit: tantō magis temporalis pœna diminuitur, & remittitur. Hæc B. Thom. 4. scrip. senten. dist. 18. de clauium potestate: arti. 3. q. 2. vtrū potestas clauium possit peccatum remittere quō ad pœnam, in cor. q. & in solu. 4. argu. ibidem in fine. Req. supra Absolutio. 1. 2. & 3. cap.

CAP. VIII:

AD maiorem tamen euidentiā prædictorum circa actus clauium qui sunt ligare, & soluere, quero duas quæstiones. vnam de quidditate actus, aliam de libertate actus.

Prima quæstio est de quidditate, vel qualitate actus, scilicet quod sit soluere, vel ligare, & vtrum sacerdos per potestatem clauium possit soluere, vel ligare, & quomodo, Respondo, & dico. quod operatio sacerdotis in vsu clauium est cōformis operationi Dei cuius est minister, Deus autem operationem habet, & in culpa, & in pœna: sed in culpam ad soluendū quidē directe, ad ligandum autem indirectē in quantum obliuiscere dicitur dum gratias non largitur. sed in pœnam habet operationem directē quantum ad vtrumque; quia & a pœna soluit eos quod eam parit, & pœna ligat dum eam in fligit. Similiter sacerdos habet operationes in culpa, quia virtute clauium absoluit a culpa, remittendo culpam: eo modo, vt dictum est supra: non tamen habet aliquam operationem culpam ligando, cuius ratio est, quia ligare est obstaculū ponere: sed obstaculum regni est peccatum q̄ ex alio imponi nō pōt, quia nō nisi voluntariē

peccatur, nisi largē dicatur ligare in quātū non absoluit sed ligatos ostendit, sed in pœnā habet sacerdos potestātē, & ligandi, & soluēdi. soluit enim a pœna quam dimittit. sed ligat ad pœnam quæ remanet, quia sacerdos non habet remittere totam pœnā, sed aliquid de pœna. Istud autē aliqd quod sacerdos remittit non est determinatum in quantitate, sed in proportionē, vt ex præmissis patet. Hæc B. Tho. 4. scri. sen. dist. 18. de potestate clauium arti. 3. q. 3. vtrum sacerdos per potestatem clauium ligare possit in cor. q. Si verō breuius vis procedere dicas, q̄ sacerdos virtute clauium ligat tribus modis. Primo quō ad culpam non absoluendo ab ea. Secūdo modo quō ad pœnam sensus ligando temporali pœna. Tertio modo quō ad pœnam damni ligando per sententiam excommunicationis. Hæc Petrus de Tharan. 4. scri. sen. dist. 18. de clauibus, arti. 1. q. j. vtrum ecclesie datæ sint clauēs in cor. q.

C A P. IX.

DE libertate actus clauium, secunda quæstio est, vtrum sacerdos possit ligare, & soluere secūdū propriū arbitrium. Respondeo, & dico, quod sacerdos non potest soluere, & ligare, id est nō potest pœnitentiam iniungere quantum vellet, vel etiam secūdū propriū arbitrium pœnitentiam relaxare: sed in quātum iudicio rationis, & præcipuē diuini instinctu mouetur, & regulatur, quod quadrupliciter probo. Primo similitudine sic, Sacerdos in vsu clauium operatur sicut instrumentum, non mortuum, ut securis, sed viuū sicut minister, & seruus Dei: ad rectam autem operationem instrumenti requirūtur tria, primū ē recta instrumēti dispositio, secūdū est materiæ proportio. tertiū ē motoris actio, vt verbi gratia de his tribus. Si enim securis non sit acuta non secabit, vel si non habebit proportionatam materiam, scilicet ligna, vel si ab aliquo non moueatur. Similiter in absolutione quam facit sacerdos debent concurrere ista tria. sc. rectus vsus prātis suæ, & præparatio, vel dispositio suscipientis & uirtus Dei motoris, quorum si unum deficit, frustratur absolutionis effectus. Secundo quod sacerdos, ut instrumentum Dei in absolu-

ti debeat moueri instinctu Dei, ut principalis agentis, pbo auctoritate. Ioh. 20. vbi pmittitur potestati remissionis Apostolis dare spū sancti donū, cuius uirtute, & potestate remittunt pēta, unde dicit. Accipite spiritū san ctū quorū remisistis pēta &c. Tertiō pbo hoc idē ex effectus priuatione, quia si quis prater istū modum, & instinctū diuinū uti sua pte præsumpserit, non consequetur effectū suū. s. de absoluendo, ut Diony. dicit in sine ecclesiasticæ hierarchiæ, ubi dicit, q̄ sacerdotibus, utendum est hierarchicis virtutib. quō diuinitas eos mouerit, aliās frustratur absolutionis effectus. Quartō hoc idē probo ex punitione: unde subdit idem Diony. q̄ prater hanc sacerdos qui uti sua potestate præsumeret a diuino ordine auerteret, & sic culpā incurreret. Et quia pēnæ satisfactoriæ sunt medicinæ, & idē sicut medicinæ sunt uariandæ secundū arbitrium medici, non propriam voluntatem accipiētis. s. medicinam, ita pēnitentiæ q̄ sunt peccatorum medicinæ sunt uariandæ scdm arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulatum. Et sicut medicus aliquādo prudenter nō dat medicinā ita efficacē q̄ ad morbi curā sufficiat, ne ppter debilitatem naturæ maius periculū incurrat: ita sacerdos diuino instinctu motus nō sp totā pēnā, q̄ uni peccato debet, iniungit ne infirmus aliquis ex magnitudine pēnæ desperet, & a pēnitētia totaliter recedat. Sed fortē argues in oppositū. s. q̄ sacerdos scdm arbitriū suū possit pēnitentias iniungere, uel relaxare tali rōne. Ois Christi actio nra est instructio: sed ipse quibusdā peccantibus nullam pēnam imposuit, sed solum emendationē uitæ, uidelicet de adultera Ioh. 8. de illo q. 38. annis infirmus fuerat cui dixit dominus. Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat, ergo vī q̄ sacerdos qui est vicarius Christi ad arbitriū suū possit totam pēnam, uel partē pēnæ remittere. Resp. trib. modis. Primō, quia Christus habuit potestatem excellentiā in sacramentis: unde ipse ex propria auctoritate pēnam totam, uel partē pēnæ poterat dimittere si cur uolebat, non autē est sic de his qui operantur tantum, ut ministri, ut sacerdotes faciunt. Scdō resp. & dico, q̄ q̄a Chri

sti fuit propriū misereri, qui fuit auctor, & Deus misericordiarū, ut dī secūda ad Cor. 1. in quē per se peccat, nō est de ministris. Tertiō mō resp. & dico, q̄ dominus ex infinitate suæ potentix pōt multa q̄ nos imitari nō possumus, nec debemus, unde quia ipse ex infinitæ suæ sapiētiæ nouit quantitatem contritionis, illorū, quorū remisit, & remittit peccata, & alia q̄ nos scire non possumus, iō &c. Hæc B. Tho. 4. scri. sen. de usu, uel potestate clauū, dist. 18. ar. 3. q. 4. utrum sacerdos possit ligare, & soluere scdm proprium arbitrium, in cor. q. Et Petrus de Thar. ibidē dicit idē, & Alex. 4. parte sum. q. 283. art. 1. utrum secundum arbitrium sacerdotis sint pēnitentiæ iniungendæ, aut statuta canonum sunt sequenda, in cor. q. & in sol. 1. arg. ubi subdit, q̄ pēnitentia nō dēt esse arbitraria. i. uoluntaria, sed potius libero arbitrio rōnis taxanda. Req. infra Pēnitentia qualem pēnitentiam debeat sacerdos imponere pro peccatis.

C A P. X.

Tertiō circa potestatem clauium cōsiderare debemus usum possibilem, non. n. quilibet sacerdos potest uti clauē quam habet in quemlibet hominē: neq; sacerdos aliquis potest uti clauē in seipsum: sed sacerdos potest uti clauē in suū subditum, & sacerdos inferior potest uti clauē in superiorem de uoluntate, & auctoritate superioris. Primō, dico, quod non quilibet sacerdos quemlibet hominem potest absolvere: quod quadrupliciter probo, scilicet auctoritate, comparatione, ratione, similitudine. Primō probo auctoritate: dicitur. n. 16. q. 1. Nulli sacerdotum liceat parochianū alterius absolvere. Secundō hoc idem pbo cōparatione. s. cōparando iudicium spirituale ad temporale sic. Iudicium spirituale dēt esse ordinariū temporali, sed in iudicio temporalis non potest quilibet iudex aliū iudicare: ergo cū usus clauium (s. absolvere uel ligare) sit quoddā spūale iudicium: Ad absolutionē non pōt sacerdos quilibet absolvere quēlibet. Tertiō hoc idē probo rōne sic. Ad requisitū absolutionem a peccato requiritur duplex potestas. s. ordinis, & iurisdictionis. Prima potestas. s. ordinis est æqualiter in omnibus sacer-

10.

Ad abso

lutionē

requisitū

duplex

duplex

potestas

sacerdotib. q̄ potestas ordinis a caractere deriuatur. Alia est potestas iurisdictionis, q̄ non æqualiter est in oībus, sed secundum plus, & minus per auctoritatem, & rōnem superioris, potestas autem ordinis nō exit in actum nisi mediante potestate iurisdictionis a superiore collata, qđ per exemplum saluatoris p̄bo: nam dñs dedit Petro singularem, & supremā potestatem dimittendi peccata cū dixit Matt. 16. Tibi dabo clauēs regni celorū &c. ut intelligatur, q̄ ipse p̄ alijs, habet potestatem iurisdictionis. Apostolis autē dedit potestatem ordinis, q̄ quantum est de se ad omnes absoluendos se extendit, & iō indeterminatē dixit eis Io. 20. Quorum remiseritis peccata &c. intelligens tamen, q̄ usus illius potestatis deberet esse, p̄supposita potestate Petro collata secundum ordinationem ipsius, ergo a simili quamuis sacerdos habeat potestatem ordinis, p̄tatem tamen iurisdictionis (quæ materiam subiectam respicit) non habet nisi per potestatem, uel auctoritatem sibi collatam a suo superiore. Et confirmo hoc alia rōne sic: Usus clauū (qui est absolvere, & ligare) requirit p̄tatem iurisdictionis per quam ille in quā usus clauū cōicatur afficitur p̄pria materia illius actus, ergo qui habet indistinctam potestatem super oēs, potest uti clauibus in quemlibet. Illi uerō, qui sub eo, & ab eo distinctas p̄tates acceperunt non possūt in quoslibet uti clauib. sed in eos tñ, q̄ eis in sortē uenerunt, & illa dñ mellis sua. Quartō hoc idem p̄bo ex similitudine, quia si in cœlesti Hierar. quidam Angeli sunt qui habent p̄tatem indistinctam, ita q̄ indistinctam p̄sunt: quidā uero sub istis ponuntur, ut principatus, qui singulis p̄uincijs distribuuntur: quidam uerō sub istis ponuntur, ut Angeli, qui singulis hominib. deputantur: Ita debet esse in terrestri Hierar. s. in p̄elatione ecclesiæ militantis, in qua est triplex gradus. s. supremus, ut summus pontifex, medius, ut p̄nitentiarij dñi Papæ, uel p̄nitentiarij ep̄orū uel priuilegiati, qui absolvere possunt auctoritate superioris. Infimus autē gradus ubi est status, est in presbyteris parochialib. qui imediatē gerunt curam populi, & eorū iurisdictionis est arctata ad determinatē potētiā, & eorū cuiuslibet sua

portio est cōmissa scdm convenientē distributionē: & illa portio dñ mellis sua ut sup. dixi. Hæc autē intelligēda sunt scdm cōmunem legē. Indulget tamen lex charitatis, & rectitudo rationis, & iuris in articulo necessitatis quēlibet posse quācūq; absolvere si sit in unitate ecclesiæ.

Sed fortē argues, q̄ etiam extra articulum necessitatis sacerdos quemcunque possit absolvere, & hoc similitudine tam in naturalib. quam artificialib. Primō in naturalibus, quia ignis, qui comburit in vna materia similiter etiam in qualibet, & similiter lux, quæ fugat unam tenebrā in vno loco, etiam similiter fugat in alio. ergo sacerdos, qui potest unum absolvere, similiter potest quemlibet alium. Respondeo, & dico, q̄ non est simile de actione lucis, & absolutione sacerdotis, quia actio ignis est naturalis, quæ est secundum necessitatem formæ, sed absolutio quæ actus clauis est, est actio spiritualis, quæ est secundum ordinem rationis. Secundō ad idem argues in artificialib. quia clauis, quæ unam seram aperit, etiam omnes simili modo factas aperire p̄t, & è conuerso multæ clauēs in quantitate, & qualitate similes unam serā aperiunt, sic sacerdos. Respondeo duob. modis: Primō, quia sicut clauis materialis non potest aperire nisi seram propriam, nec aliqua uirtus actiua potest agere in materiam propriam, sic sacerdos, nam propria materia potestatis ordinis efficitur aliquis per iurisdictionem, & ideo non potest sacerdos aliquis uti clauē ad eum in quem iurisdictionis non datur: & argumentum de clauē materiali magis est ad propositum quam ad oppositum. Secundō modo respondeo, & dico q̄ hoc verum est quando adest uirtus motiua, ut clauē moveat: sed in aliquibus uirtus absoluendi est arctata, ut in sacerdotibus inferioribus in quibus est ligata, in aliquibus amputata, ut patet infra. Sacerdos. Re. in 4. c. Hæc B. Tho. 4. scri. sen. di. 19. de habentibus clauēs articu. 3. q. 1. vtrum sacerdos, scilicet parochialis possit uti clauē quam habet in quemlibet, in duobus ar. contra, & in cor. q. & in sol. 1. & 2. argum. & Alexa. 4. parte sum. q. 283. artic. 3. utrum quilibet sacerdos quemlibet potest absolvere, in cor. q.

Sacerdos p̄t absolvere quēlibet i casu necessitatis.

C A P.

X I.

SECUNDO dico, q̄ nullus sacerdos potest seipsum absolvere: quod probo duplici ratione. Prima ratio est, quia potestas clauium requirit pro materia aliquem subiectum, & ita alium: sed sibi ipsi aliquis subiectus esse non potest, ergo nullus potest se ipsum absolvere. Secunda ratio est talis: Iudicium spirituale est ordinatius, & rectius iudicio temporali: sed in iudicio temporali quis non potest esse simul iudex, & reus, ergo nec in iudicio spirituali, Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 19. de habentibus clauis, art. 3. q. 2. vtrum sacerdos semper possit subditum suum absolvere, art. contra, & in cor. q. & in sol. 1 & 2. ar. Req. infra Excommunicatio.

A P.

X II.

TERTIO dico, q̄ sacerdos quantum est ex virtute clauium semper potest subditum suum absolvere: quod tali ratione ostendo: Cuicunq; committitur principale committitur, & accessorium: sed sacerdoti committitur, q̄ suis subditis Eucharistiam dispenset, ad quam ordinatur absolutio à quibuscunq; peccatis: ergo sacerdos quantum est ex parte clauium semper subditum suum potest absolvere:

Quibus bus, vel non est conueniens, vel non est possibile sacerdoti subditum suum absolvere. Primus casus est quando sacerdos est par ticeps criminis quod subditus suus commisit: verbi gratia, sicut cum sacerdos mulierem sibi subditam cognouit. in tali. n. casu nec sacerdos debet audire confessionem mulieris cum qua peccauit de illo peccato, sed eam debet ad alium remittere: nec illa debet ei confiteri, sed debet licentiam petere eundi ad alium, vel ad superiorem recurrere: tñ ille licentiam denegaret, tum propter periculum, tum quia est minor uerecundia: si tamen absolueret, absolutio esset.

Secundus casus est quando subditus à maiori est excommunicatus. Nam excommunicatione manente non potest de crimine absolvere, cō q̄ absolutio ab ex-

communicatione debet precedere absolutionem à peccato. Cuius ratio est, quia aliquis quādiu est excommunicatus nō potest recipere aliquod ecclesie sacramentum. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 19. de habentibus clauis, art. 3. q. 2. vtrum sacerdos semper possit subditum suum absolvere, art. contra, & in cor. q. & in sol. 1 & 2. ar. Req. infra Excommunicatio.

C A P. XIII.

QUARTO dico, q̄ sacerdos inferior potest suum superiorem absolvere ex potestate, & auctoritate ei à superiore collata. quod quadrupliciter probo. scilicet ratione, auctoritate, per locum à maiori, & similitudine. Primò ratione sic: Ille qui inferiori potestatem limitare potest, potest in eum quam vult potestatem extendere, sed superior potest huiusmodi, ergo potest inferiori dare potestatem in seipsum, quamuis non potest ipse uti potestate in seipsum, ut patet supra. Secundò confirmo hanc rationem sic: Qui subiicitur uni non potest alteri dare auctoritatem in se: sed si persona est libera, tunc potest alteri se subiicere, & se absoluedi auctoritatem, & potestatem dare: ergo supremus prælatus, scilicet dominus Papa, qui iure est liber. & nulli subiectus, potest cui vult se subiicere. Tertiò probo hoc idem alia ratione sic: Absolutio, quæ fit per virtutem clauium ordinatur ad perfectionem Eucharistie. sed inferior potest Eucharistiam superiori dare si petat, ergo etiam potest eum absolvere si se ei subiiciat. Secundò principaliter probo hoc idem auctoritate. Nam ius canonicum dicit, q̄ vnusquisq; possit suam auctoritatem communicare pro se, & pro sua utilitate sine præiudicio facto propriæ auctoritati, & potestati etiam alienæ, & ita sumus pontifex euilibet sacerdoti potest se subiicere, & absolutionem petere. Tertiò hoc idem probo per locum à maiori sic: Quod possunt etiam prælati alij ex permissione Papæ multò magis potest Papa, sed alij prælati præter sui prælati superioris licentia ex permissione Papæ possunt sibi

sibi eligere confessorum, ut dicit decreta-
lis illa de pæn. & remis quæ est Greg. &
hoc ideo, ne pro dilatione pænitiæ pe-
riculum immincat animarum, ergo mul-
tò magis potest dominus Papa. Et confir-
mo hanc rationem sic: Potestas clauium
data est ad utilitatem eius, q. absoluitur,
sed ille cui data est potestas non est peio-
ris conditionis quam alij: ergo, & ille pòt
absolui: sed non a se, nec à superiori, aut
quia frequenter non hêt copiã eius, aut
quia non habet superiorem ut Papa, er-
go &c. Quartò hoc idẽ probo similitudi-
ne, quia sicut medicus infirmatus quærit
medicũ: sed in quantum infirmus, sic ẽt
prælatus. & mediatorem quærit sacerdo-
tem in quantum peccator, & in quantum
Dei inimicus est factus per culpam. En-
confirmo hanc rationem, uel similitudi-
nem sic: Remedium, uel medicina con-
tra peccatum est confessio, & absolutio:
sed superiorem prælatus contingit pec-
care, ergo cum non possit seipsum absol-
uere, ut patet supra, inferior eo, potest ip-
sum absolvere.

Sed fortẽ argues in oppositum. s. quod
prælatus superior non potest dare licen-
tiam suo inferiori, q. eum absoluat dupli-
ci ratione. Prima est talis: Nemo dat qd
non habet: sed prælatus superior non ha-
bet potestatem supra se, ergo &c. Respon-
deo, & dico, q. quamuis non possit quis
sibi ipsi esse subiectus. ut patet supra nihil
phibet ipsum posse subijci alij maxime
si est liberæ potestatis. Secunda ratio ad
idem est talis: Prælatus superior non po-
test dare auctoritatem, uel iurisdictionẽ
alij excommunicandi se, ergo similiter nec
absoluedi. Respondeo, & dico, q. excom-
municatio est contra hominem: sed abso-
lutio est pro homine: homo autẽ non po-
test auctoritate sua uti contra se quam-
uis possit pro se. Hæc Alex, prolixẽ tãgit.
4. part. sum. q. 283. art. 2. utrum sacerdos
inferior potest absolvere superiorem ip-
so volente, in arg. contra, & in cor. q. & in
sol. 2. arg. Et B. Tho. clare, & breuiter po-
nit. 4. scrip. sent. dist. 16. de habentib. cla-
ues art. 9. q. 2. utrum aliquis sacerdos pos-
sit suum superiorem absolvere, in duob.
arg. contra, & in cor. q.

C A P. XIII.

Quarto & ultimò principaliter circa
claves considerare debemus uitium
culpabile. Si quis. n. sacerdos præ-
ter motum, & instinctum diuinũ uti sua
potestate præsumpserit secundum arbi-
trium uoluntatis, & non secundum iudi-
cium rationis absoluendo, uel ligando
aliquem, nõ consequetur effectum suũ,
ut dicit Dion. in fine ecclesiasticæ hierar-
chiæ. Vnde, q. sacerdos aliquis non pòt
absolvere, uel ligare ex quattuor defecti-
bus attendi potest, scilicet ex defectu cõ-
tritionis, ex cõmunicationis, iurisdic-
tionis, discretionis, ex quib. nulla est abso-
lutio, uel ligatio sacerdotis.

Primò ex defectu contritionis. nã con-
tritio absolutionem sacerdotis præcedit,
quod patet, quia sacerdos nunquam dẽt
aliquem absolvere nisi aestimet eũ contri-
tum, ut dicit B. Tho. 4. quodlibet. q. 10.
utrum per absolutionem sacerdotis re-
mittatur culpa, arg. contra. Secundò sa-
cerdos aliquem nõ potest absolvere ex
reatu excommunicationis: quod probo tã
ex parte confitẽtis, quã ex parte sacerdo-
tis. Primò ex parte confitentis. quia sacer-
dos non potest aliquem excommunica-
tum a peccato absolvere excommunica-
tione manẽte, eò q. absolutio ab excom-
municatione debet præcedere absolutionẽ
a peccato. Cuius rõ est, quia quandiu ali-
quis est excommunicatus non potest reci-
pere aliquod ecclesiæ sacramentũ: ut di-
cit B. Th. 4. scr. sent. dist. 28. de excommu-
nicatione, art. 5. q. 1. utrum quilibet sacer-
dos subditum suum possit ab excommu-
nicatione absolvere, in sol. 2. arg. Et iterũ
ibidem dist. 10. de habentib. claves, art. 3.
q. 3. utrum sacerdos possit subditum suũ
absolvere, in sol. 3. arg. Secundo hoc idẽ
probo ex parte sacerdotis. s. q. sacerdos
excommunicatus non potest aliquem
absolvere ab excommunicatione, & a cri-
mine: quod probo duplici ratione. Primò
ex priuatione auctoritatis sic: Qui priua-
tur auctoritate in subditos nullũ subdi-
tũ potest absolvere: sed sacerdos excom-
municatus priuatur auctoritate, uel iurisdic-
tione absoluendi per subtractionẽ supe-
rioris, uel simpliciter, uel ad tempus, ergo

Sacer-
dos nõ
pòt ab-
solvere
non cõ-
tritũ &
excom-
munica-
tum.

Simili-
tudine
dici, &
prælati.

Oppos.

&c. Secunda ratio est ex priuatione charitatis sic: Charitas, quæ facit unionē ecclesiæ dimittit peccata: sed sacerdos excommunicatus a charitate, & unione ecclesiæ est diuisus, ergo &c. Tertia ratio ad hoc idē est talis: Nullus absoluitur a peccato secundum hoc, q̄ peccat: sed aliquis ab excommunicatis, scismaticis, hæreticis, suspensis absolutionem peccatorum petēs peccat faciens contra præcepta ecclesiæ, ergo per eos nullus absolui potest. Hæc B. Th. 4. script. sent. dist. 19. de habētibus clauē, art. 2. q. 3. utrum scismaticis, hæreticis, excommunicatis, & suspensis usū clauium habeant. Dicit. n. Licet in prædictis maneat potestas clauium quantum ad essentiam, non tamen manet quantum ad usū. Cuius ratio est, quia usū clauium, qui requirit utentis prælationem, in subdito per ordinationem ecclesiæ subtrahitur, quod ecclesia facit a supradictis subditos subtrahendo, in duob. arg. contra, & in cor. q.

Sacerdos nō potest absolue-
re ex defectu iurisdictionis.

Tertio sacerdos non potest absolue-
re ex defectu iurisdictionis. Cuius ratio est, quia ad absolutionem a peccato requiritur duplex potestas. scilicet ordinis, & iurisdictionis, ut patet supra. 4. c. Potestas autem ordinis non exit in actum, uel usum nisi mediante potestate iurisdictionis. Iurisdictionis autem a maioribus in inferiores descendit. & ideo nullus sacerdos aliquem potest absolue-
re ex defectu iurisdictionis. re in quem iurisdictionem secundum ordinationem, & auctoritatem superioris collatā non habet, ut dicit B. Th. 4. script. sent. dist. 19. de habentibus clauē, art. 3. q. 1. utrum sacerdos possit uti clauē quam habet in quemlibet, in cor. q. & ibidem q. 2. utrum sacerdos possit suum subditum absolue-
re ex defectu iurisdictionis. re, in cor. q. in principio.

Sacerdos nō potest absolue-
re ex defectu discretionis.

Quarto sacerdos non potest absolue-
re ex defectu discretionis. Cuius ratio est, quia ad absolutionem a peccato requiritur duplex potestas. scilicet ordinis, & iurisdictionis, ut patet supra. 4. c. Potestas autem ordinis non exit in actum, uel usum nisi mediante potestate iurisdictionis. Iurisdictionis autem a maioribus in inferiores descendit. & ideo nullus sacerdos aliquem potest absolue-
re ex defectu iurisdictionis. re in quem iurisdictionem secundum ordinationem, & auctoritatem superioris collatā non habet, ut dicit B. Th. 4. script. sent. dist. 19. de habentibus clauē, art. 3. q. 1. utrum sacerdos possit uti clauē quam habet in quemlibet, in cor. q. & ibidem q. 2. utrum sacerdos possit suum subditum absolue-
re ex defectu iurisdictionis. re, in cor. q. in principio.

ter lepram, & lepram, & inter lepram, & non lepram, non prouenit ex scientia acquisita uel infusa, quia patet, quia hac scientia desinente, adhuc non desinit esse clauis, sed prouenit talis potestas ex auctoritate, quæ sacerdoti confertur in ordine, quando confertur character: & hæc est clauis scientiæ quæ sacerdoti ostendit cui sit aperiendum. Secunda clauis est potestas ligandi, quæ immediatè aperit feram peccati, & præsupponit primam clauem. Actus autem primæ clauis, quæ est iudicare inter dignos, & indignos, requirit duo, ex quibus integratur. scilicet auctoritatem iudicandi, & scientiam, quod patet. quia aliquando est scientia sine auctoritate, sicut aliquis habet scientiam iuris: aliquis uero habet auctoritatem iudicandi, qui non habet scientiam iuris, sicut multi sacerdotes, qui habent auctoritatem iudicandi ex ordine sacerdotali quando character imprimitur, qui tamen non habent scientiam iudicandi inter dignos, & indignos, & inter lepram, & non lepram: & ideo auctoritas iudicandi, quæ est prima clauis non potest accipi sine scientia absque peccato: sed scientia sine auctoritate iudicandi sine peccato haberi potest, ut dicit B. Tho. 4. script. sent. dist. 18. de clauibus. art. 1. q. 3. utrum sint duæ clauē, uel una tantum, in sol. 1. & 2. arg. Re. infra. Sacerdotes: quanta scientia requiritur in sacerdote.

C A P. XV.

Postquam dictum est de clauibus ecclesiæ in generali, nunc dicendum est de clauibus ecclesiæ in speciali collatis Petro, & successoribus eius a Christo: unde circa auctoritatem, uel potestatem collatam Petro, & Apostolis, & eorum successoribus scilicet episcopis, & presbyteris a Christo considerata sunt tria, scilicet potestatis promissio, collatio, executio. Primo enim potestatis promissio, exprimitur Math. 16. cum dixit dominus Petro. Tibi dabo clauē regni cælorum. Secundo potestatis collatio exprimitur Ioh. 20. cum dominus expressè dixit Apostolis: Accipite spiritus sanctum &c. Tertio collatæ potestatis executio exprimitur

Matth. 16. cum dominus dixit Petro, & Aposto. & eorum successoribus: Et quodcumq; solueris, super terram &c. Primò. n.

Exponi potestatis promissio exprimitur Matth. tur illud 16. cum dixit Petro: Tibi dabo clauē regni. In quo uerbo tanguntur tria, primò bo cl. suscipientis idoneitas, quia tibi. secundò ues re- conferentis liberalitas, quia dabo: tertio guī celo- muneris copiositas, & p̄ciositas: quia cla- rum.

ues regni cœlorū. Primò tangitur suscipiētis idoneitas, quia tibi. s. Petro, ubi gl. Rabani sic ait: Hæc autē soluendi atque ligandi potestas quamuis soli Petro data videatur à domino, tamē cæteris Aposto. datur: nec non etiam, & nūc, & Episcopis, & præsbyteris omnis ecclesie. Sed ideo non Iohannes, non Iacobus, nō Andreas non alius Apostolo. sed Petrus principaliter clauē regni cœlorū, & principatum iudiciarie potestatis accepit à Christo quinque rōnibus. Primò ratione unitatis: nam secūdū Rabanum in gl. ideo specialiter dominus Petro clauē concessit, ut oēs per orbem credentes intelligāt, q̄ quicumque ab unitate fidei, uel societate eius quolibet mō semetipsos segregant, tales nec à uinculis peccatorū absolui, nec ianuam regni cœlestis possunt ingredi. Et subdit: Ideo autē clauē ecclesie sp̄aliter Petro cōcessit, et ad unitatē, & pacē nos inuitare; iō. n. cum principem Apostolo. constituit, ut ecclesia unum principalem Christi haberet vicarium ad quē diuersa ecclesie membra recurrerēt si forte inter se dissentirēt, quia si diuersa capita in ecclesia essent, unitatis uinculum rumpere. Hæc Rabanus in gl. Secundò rōne singularis charitatis. ex eo. n. q̄ Petrus plus cæteris Aposto. dilexit Christū in membris, ut dicit ipse Ioh. 21. Simon Iohannis diligis me plus his. i. præ omnibus his, ideo plus fuit ipse et diligendus à Christo, unde ei singulariter ecclesiam commēdauit Ioh. 21. Pisce oves meas. Iohannes uero plus Christum in se ipso dilexit, & ideo fuit magis dilectus a Christo: Ioh. 21. Conuersus Petrus uidit illum discipulum, scilicet Iohannem quem diligebat Iesus: unde ei matrem commendauit. Hæc B. Tho. 1. parte sum. q. 20. arti. 4. utrum Deus semper diligat magis meliora in sol. 3. arg. Req. supra. Amor Dei ad creaturas. Tertiò ratione singularis con-

fessionis: unde Chryso. sic ait: Tibi dabo clauē &c. q. d. Sicut pater dedit tibi me cognoscere, ita etiam ego tibi dabo aliqd scilicet clauē regni cœlorum. Et Rabanus ibidem in gl. sic ait: Qui. n. regem cœlorum maiori præ cæteris est deuotione confessus, ipse præ cæteris regni cœlestis clauib. est donatus, ut constaret omnib. q̄ Petrus est Apostolorum uertex, & caput, contra grecos, & quod absque ea cōfessione ac fide regnum cœlorum nullus intrare possit. Quartò ratione copiositatis: nam Christus ideo Petro clauē concessit, ad ostendendam, ut dicit Hiero. q̄ plenitudo potestatis fuit in Petro, & Apostolis, & successoribus Petri, qui soli uocantur in plenitudinem potestatis, cæteri uero in partem sollicitudinis. Quintò ratione pietatis: ideo enim Christus non alio, sed Petro singulariter dixit Tibi, ut scilicet Petrus a Christo misericordiam consecutus alijs disceret misereri.

Secundò principaliter tangitur conferentis liberalitas cum subditur Dabo, nō uedam, sed dabo, ad ostendēdum, q̄ sicut gratis accipimus gratis debemus dare: Matthe. 10. Vel ideo Christus dixit dabo in futuro, & non do in præsentī propter quatuor rationes. Prima est, quia de futuro est promissio, & non de præsentī si. n. dixisset do. de præsentī nunquam error habuisset locum in Petro, ut Hiero. dicit in gloss. Secundò dixit, dabo, scilicet post resurrectionem quando dixit ei Ioh. 21. Pisce oves meas: tunc enim uidetur ei singulariter, & personaliter potestas clauū ecclesie fuisse commissa. Tertiò dixit dabo, scilicet post Ascensionem, quia quam diu dominus fuit cum Apostolis in terris non posuit vicarium: sed post Ascensionem Christi Petrus remansit Vicarius Christi: Ioh. 14. Non uos relinquam Orphanos. Quartò dixit dabo, scilicet in cōcilio Nicæno quando uidelicet oēs Epi. scopi conuenerūt, & obedientiam Romanæ ecclesie commiserunt, ex tunc enim sine conditione aliqua etiam græci obedierunt Romanæ Ecclesie multis temporibus.

Tertiò principaliter tangitur muneris copiositas, uel præciositas cum subiungit: Clauē regni cœlorum tibi. Rabanus in glo. exponens quid sint clauē

Cur dictum sit dabo.

ues dicit: Clauēs regnī cēlorum ipsam discretionem, & potētiam nominat, discretionem qua dignos, & indignos discernat. potentiam qua liget, uel soluat. Vbi nota, quōd sicut per clauem materiale obstaculum domus ingredienti tollitur, sic per clauem spiritualem quæ principalius ad aperiendum est ordinata tollitur. Obstaculum autem regnī cōlestis est triplex. Quoddam est generale, sed non perpetuum, ut peccatum originale, & istud obstaculum per passionem Christi fuit sublatum, propter quod Iohannes Apoc. 3. vidit ostium apertū in cōlo. Quoddam verō obstaculum regnī cēlorum nec est generale nec perpetuum, scilicet quodlibet peccatum mortale, & istud p̄ clauēs ecclesiæ tollitur. Quoddam verō obstaculum regnī cēlorum non est generale sed perpetuum, ut obstinatio damnatorum, & istud nunquam tollitur. Hęc Petrus de Tharan. 4. scrip. sent. dist. 18. de clauib. arti. 1. utrum ecclesiæ sint datę clauēs, in cor. q. Et dominus Ambaldus Cardinalis ordinis Prædicatorum ibidem dicit idē. Re. supra Clauēs an sint, quid sint, quot sint, ad quid sint, & alia quæ de materia clauium sunt prædicta.

C A P. XVI.

16 S Econdo potestatis clauium collatio exprimitur Iohannis. 20. Nam post resurrectionem Christi facta est Apostolis collatio potestatis à Christo cū dixit eis Iohan. 20. Accipite spiritū sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis erunt retenta, tunc enim quando hęc uerba dixit Aposto. ordinauit in sacerdotes.

Quod si ferēter ter dedit Petro iurisdictionem potestatis ad remittendum peccata cum personaliter dixit ei Matth. 16. Tibi dabo clauēs regnī cēlorum, ut intelligatur, quōd ipse p̄ alijs singulariter potestatem iurisdictionis habuit. Omnibus autem Apostolis communiter dedit potestatem remittendi peccata, quæ potestas consequitur ordinem, & est æqualiter in omnibus sacerdotib. & ad omnes absoluentes potestas ordinis æqualiter se extendit: unde

etiam sacerdotibus quando ordinātur illa uerba dicuntur, & ideō indeterminate Christus omnibus Apostolis dixit, quorum remiseritis peccata &c. intelliges tamen, q̄ usus illius potestatis deberet esse præsupposita potestate collata Petro secundum ordinationem ipsius Petri, ad dandum, intellige q̄ ad absolutionem à peccato duplex potestas requiritur. scilicet potestas ordinis quæ est æqualiter in omnibus sacerdotib. & potestas iurisdictionis quæ est secundum auctoritatem, & ordinationem superioris sine qua potestas ordinis non exit in actum, quia sacerdos non pōt absolvere, sine iurisdōne ab auctoritate, uel potestate superioris collata ei. Hęc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 19. de habentibus clauēs. art. 3. q. 1. utrum sacerdos possit uti clauē quam habet in quēlibet, in sol. 1. arg. Si autem prædictam auctoritatem. Quorum remiseritis peccata &c. vis exponere dicas, q̄ dominus in illa auctoritate tangit duo. scilicet donum, & doni effectū. Primò tāgit donum effectiui remissionis peccati cū dicit: Accipite spiritum sanctū, & meritò, quia unus inter illos effectus spiritus sancti est remissio peccatorū. Cuius rō est, quia spiritus sanctus est charitas, & per eum nobis infunditur charitas, ut dicit Apostol. ad Rom. 5. Charitas autē Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Remissio autē peccatorum non fit nisi per charitatem: ita dicitur Prouer. 10. Vniuersa delicta operit charitas, & dicit Operit, ut nō uideantur à Deo ad puniendum, & 1. Pe. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. gl. Operit, ut nō sit quod puniat Deus. Et dicit Charitas, quia cessante charitate redeunt peccata saltem quo ad ingratitudinem. Req. sup. Charitas quomodo ipsa a se mortale peccatum excludit.

Secundò dominus in uerbis p̄missis tangit doni effectū cum ait: Quorum remiseritis peccata &c. quod uerbum exponitur quattuor modis. Primò. n. Greg. ibidem illud exponens sic ait, Ecce non solum de semetipsis securi sūt dicens: Accipite spiritum sanctum, sed etiam principatum superni iudicij sortiūtur, ut uice Dei quibusdā peccata retineant, quibusdā relaxent: Horū autem Episcopi locū

Explicatur illud.

Quorū remissionis. in quaduo tanguntur.

Primò donum.

tenent, soluendi ac ligandi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis fortiuntur: & subdit: Grandis honor, sed grande pondus est istius honoris: durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina vite suæ iudex fiat vitæ alienæ. Hæc Greg. super illo verbo. Quorum remiseritis &c. Secundo modo Chryso. exponit sic dicēs, Sacerdos. n. etsi propriam bene dispensauerit vitam, aliorum uerò non cum diligentia curam habuerit, cum perniciosus in gehenna vadit. Et quia posset aliquis dicere q̄ sacerdos bonus remittit peccata, non autem sacerdos malus, ideo subdit Chryso. sic dicens: Non autem iustum est ab alijs, qui in principatu subijciuntur iudicari, & si vita eorum fuerit ualde detrahibilis, in nullo læderis in his, quæ sunt ei commissa à Deo. Et reddit causam huius dicens: Non autem sacerdos, sed neque Angelus aut Archangelus operari aliquid potest in his, quæ sunt data à Deo, sed pater, & filius, & spiritus sanctus omnia dispensant, sacerdos autem suam linguam, & manum tribuit, non enim iustum esset, propter alterius malitiam circa symbola nostræ salutis lædi eos, qui ad fidem ueniunt. Hæc. Chryso. super illo uerbo. Quorum remiseritis peccata &c. Tertio exponit glosa sic dicens: Quorum remiseritis peccata. i. quos dignos remissione iudicaueritis, duabus, scilicet clauibus potestatis, & discretionis, dimittentur eis. Et quorum retinueritis peccata. i. non remiseritis per vos, uel per successores, non remittentur eis: Quid autem uirtute clauium remittatur. Req. sup. Clauium effectum utile, in duobus c. & in duabus quæstionib. Quarto modo B. Tho. exponens hoc uerbum. Quorum remiseritis peccata &c. mouens unam quæstionem, quæ talis est, Si ad remittendum peccata spiritus sancti uirtus, uel pœnitentia est necessaria: unde, & dominus ad hunc effectum causandum dicit: Accipite spiritum sanctum &c. ergo uidetur, quod qui non habet spiritum sanctum non possit peccata remittere. Respondet, & dicit, q̄ remissio peccatorum non est opus proprium sacerdotis, quia tunc hoc propria uirtute faceret quod est falsum, sed est opus Dei, & sacerdotis. Primò remissio peccatorum est opus Dei, qui propria uirtute, & auctoritate, pecca-

ta dimittit. Secundo est opus sacerdotis sicut ministri: unde sicut dominus per seruum, & ministrum siue bonum siue malum potest facere voluntatem suam ad aliqua exequenda, ita etiam dominus per ministros ecclesiæ etiam si mali sunt potest sacramenta conferre in quibus datur gratia, & remittitur culpa. Hæc. B. Tho. in postilla quam fecit super Iohannem exponens prædictum uerbum. Quorum remiseritis peccata &c.

CAP. XVII.

TERTIO & ultimò potestatis clauium promissæ, & collatæ executio exprimitur Matth. 16. cum dixit dominus Petro: Et quodcunque ligaueris super terram erit ligatum, & in cœlis, & quodcunque solueris super terram erit solutum, & in cœlis. quod uerbum exponitur quattuor modis. Primò secundum Chryso. ibidem sic: Quodcunque solueris &c. uide etiam qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam: hic. n. se promittit daturum, quæ sunt propria Dei solius. scilicet peccata soluere, & ecclesiam immutabilem facere inter tot persecutionum, & tentationum angustias, quia portæ inferi. i. uitia, & peccata, uel quædā hæreticorum doctrinæ secundum Hiero. uel persecutorum tormenta, & praua infidelium opera, secundum Rabinum, omnia hæc non separabunt ecclesiam a fide, & charitate mea, & hæc erunt non præualebunt aduersus eam. Secundo modo secundum glo. exponitur sic: Quodcunque solueris. i. quodcunque iudicaueris soluendum super terram. i. quamdiu uiuit remissionem peccatorum consequetur à Deo. Ideo. n. dicit: Super terram, quia non est data potestas hominibus ligandi, uel soluendi mortuos, sed uiuos tantum, qui. n. mortuos solueret, uel ligaret, non super terram, sed subter terram hoc faceret.

Ubi nota, q̄ quilibet in articulo mortis potest absolui ab omni sententia excommunicationis iuris, uel iudicis à quocunque sacerdote. Si uerò ante absolutionem ab excommunicatione decedat, & apparuerint in eo signa pœnitentiæ, absolui poterit ab illo à quo dum uiuebat fuerat absoluendus, q. exco. & sub eadem forma, & postea sepelietur.

Explicatur illud quodcunque ligaueris

Secunda

In articulo mortis potest qui libet absolui à quacunque catione

Si autem corpus defuncti excommunicati de facto sepultum fuerit non exhumabitur, sed ibidem absoluetur: sed si alibi sepultum erat, debet exhumari, & postea absolui. Poterunt etiam ossa, & corpus eius si sunt super terram verberari, sicut fit circa viuos, & aspergi aqua sacra de consuetudine quorundam, & cum orationibus absolui sicut absoluuntur viuentes, ac demum in cimiterio sepeliri, vt dicunt Hostien. & Bern. in glo. super capitulo. A nobis. 2. Hæc in sum. confess. lib. 3. tit. 33. de pœnit. & remis. q. 85. post hæc quæro quis possit absolui vel absoluere, & in cor. q. in fine. Et iterum ibidem. q. 121. qualiter absoluetur defunctus, qui in vita pœnituit.

Tertia.

Tertio exponitur sic; Quodcunque solueris super terram: scilicet clauis non errante, erit solutum & in cœlis. s. per approbationem cœlestis curiæ.

An clauis erraret.

Sed forte quæres, vtrum clauis erraret. Respondeo, & dico, qd clauis spiritualis quæ ad quid errat, & quod ad quid non errat: verbi gratia: Nam clauis errat quandoq; secundum veritatem, quia aliquando non soluit, cum tamen credat soluere, non tamen errat secundum iudicij æquitatem, quia secundum exteriora oportet eum iudicare, sicut iudex, qui punit innocentem secundum allegata iuste iudicat, non tamen secundum rei veritatem.

Quarta

Quarto modo exponitur sic: Quodcunque solueris super terram, scilicet iuste, & quantum ad illum, qui ligat, & quantum ad illum, qui ligatur, erit solutum in cœlis, scilicet per approbationem cœlestis curiæ.

Vbi nota, qd tunc aliquis iuste ligat, & Deus ab aliquis iuste ligatur, quando Deus solutionem inchoat, & sacerdos consummat, & tunc aliquis iuste soluit, & iuste soluitur inchoat, quando Deus solutionem inchoat, & sacerdos consummat: vnde est sensus: Quæcunque solueris. i. cuiuscunque solutionem consummaueris Deus primo eam inchoauit, nam consummatio dicitur respectu inchoationis, quia Deus inchoat solutionem dimittendo culpam, & sacerdos consummat absolutionem dimittendo aliquid de temporalis pœna: & hoc per exemplum patet de suscitacione Lazari. lo. 11. D. xii. n. Dominus: Lazare veni foras, & statim prodijt

qui fuerat mortuus ligatus manus, & pedes iustis: & facies eius sudario erat ligata. Expone hanc: & postea Discipulis dixit, Soluite eum, & sinite abire, vbi patet clarè qd dominus Lazarum suscitauit, & hoc quando culpam dimittit: discipuli soluant quando aliquid de temporalis pœna relaxant: vnde patet, qd dominus solutionem inchoat, & sacerdos consummat: & per oppositum, vbi dominus absolutionem non inchoat sacerdos non consummat, vnde quia in fictè confitente Deus absolutionem non inchoauit, ideo sacerdos in tali absolutione non consummat. Hæc Alex. 4. p. sum. q. 283. art. 1. vtrum secundum arbitrium sacerdotis remittenda sint peccata. in cor. q. & in sol. 3. arg.

Oppos.

Sed forte argues in oppositum, qd sacerdos absolutionem inchoat, & Deus consummat, & hoc auctoritate Hugonis de S. victore super illo verbo. Quodcunque ligaueris super terram &c. sic dicentis in libro de sacramentis, Sententiam Petri sequitur sententia cœli, ergo &c. Respondeo & dico, qd verbum Hugonis non est sic intelligendum, qd sententia Petri in sacerdote absolvente præcedat tempore sententiæ cœli, i. Dei remittentis culpam, quia sententiam Petri iuste latam approbat sententia Dei, ut exponit. B. Tho. quarto quodlibet. q. 10. vtrum per absolutionem sacerdotis remittatur culpa in solu. 1. arg. unde Leo, & Greg. ita dicunt, & habetur. 1. 1. q. 3. Tunc vera est absolutio præsentis, cui interni sequitur arbitrium iudicis. Et iterum. 24. q. 1. Manet Petri priuilegium ubicunque ex ipsius æquitate fertur iudicium; vnde cum dicitur. Quodcunque solueris. &c. est talis intellectus, quia quod in his, scilicet in ligando, & absoluendo pars ecclesiæ militantis facit in terris, approbat pars ecclesiæ triumphantis in cœlis. Hæc in sum. confess. lib. 3. tit. 24. q. 173. de pœn. & remis. qualiter sacerdos dicatur soluere & ligare, in cor. q. iuxta finem.

CAP. XVIII.



Ad maiorem tamē euidentiā prædictorum est sciendum, qd tunc solutio, vel ligatio sacerdotū diuino iudicio approbat quando illis discretionis, sunt adhibite se-

secundum exigentiam meritorum, & secundum hoc boni, & discreti sacerdotes trib. modis dicuntur soluere, uel ligare. scilicet quod ad ostensionem, quod ad satisfactionem, quod ad praecisionem. Primò quod ad ostensionem, & sic sacerdotes dicunt ligare quando peccata in facie ecclesie non esse dimissa ostendunt: unde, & dominus prius per se, se prosum sanitati restituit, deinde ad sacerdotes misit, quia etsi aliquis apud Deum est absolutus, & regno caelorum dignus, non tamen adhuc in facie ecclesie est absolutus; nec per consequens regno caelorum dignus, & ideo ad hanc absolutionem, & dignitatem ecclesie manifestandam potestas clauium ordinatur. Secundò sacerdotes dicuntur ligare, & soluere quod ad satisfactionem, ita quod tunc ligant quando poenam peccato debitam pro satisfactione iniungunt, & tunc solunt, quando de poena peccato debita uirtute clauium aliquid dimittunt, quantum autem sit illud quod sacerdotes de poena dimittunt, non est determinatum in quantitate, sed in proportionem, ut patet, supra. Absolutio. i. c. Tercio modo sacerdotes dicuntur ligare, & absoluere quod ad praecisionem, uel excommunicationem, ita quod tunc ligant quando ad manifesti delicti emendationem à loco orationis, & comunione sacramentorum, & consortio fidelium praescindunt, tunc uero solunt quando per poenitentiam confitentem admittunt, & ecclesie reconciliant. Quātū ad istos tres modos ligandi & soluendi uerum est quod dicit dominus Matth. 16. Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in caelis &c.

Sacerdotes quō errēt in absolūdo.

Per oppositū autē absolutio, uel ligatio sacerdotū quādo errāt in iudicādo reprobatur a Deo. Errāt autem sacerdotes in iudicando trib. modis. Primò quando aliquos ostendunt ligatos, uel absolutos a culpa, qui tamen non sunt soluti, uel ligati apud Deum. Secundò quia satisfactionis poena aliquando absolutos, uel absoluentes ligant, & ligandos solunt. Tercio quia aliquando indignos ecclesie reconciliant, & ad sacramenta admittunt, & dignos excommunicant, & a sacramentis excludunt. Qui ergo exit a fide per hoc exit de castris ecclesie ēt si uoce epī non abijciatur, sicut ē contra aliquis non recto iudicio foras mittitur, sed si non egit,

ut mereretur exire, nihil laeditur. Interdū n. qui foras mittitur intus est, & qui foras est intus retineri uidetur. Hæc magist. sent. in textu. 4. lib. dist. 18. iuxta finem in expositione illius auctoritatis Matth. 16. Quodcunq; solueris super ter. &c. unde Origenes sic ait: Sit irreprehensibilis qui alterum ligat, uel soluit ut inueniatur dignus soluere, uel ligare in caelo: & Ambr. super illo uerbo Matth. 21. Soluite & adducite mihi: sic ait: Esto talis ut possis ligatos soluere: Req. supr. Absolutio: & infra Poenitentia: & infra Sacerdos.

De cogitationibus cordis.

S V M M A R I V M.

- 1 Vtrū Angelus, Dæmō, uel hō cogitationes cordis possint cognoscere.
- 2 Quō Angelus cogitationes cordis possit cognoscere, & quō non.
- 3 Cogitatio peccati mortalis est peccatum.
- 4 Quē nā sit cā cogitationū cordis.
- 5 Quātū sit dānosa mala cogitatio et fructuosa bona cogitatio.

C A P. I.



Ogitationes cordis. Circa cogitationes cordis quattuor considerare debemus. scilicet notitiā, culpā, causam, cautelam. Primò earum notitiā, an. scilicet cogitationes nostras occultas Angelus, dæmon, uel hō possit cognoscere. Respondēo, & dico, quod cogitationes cordis dupliciter possunt considerari, uel prout sunt futurae, uel prout sunt praesentes.

Primò. n. modo prout sunt futurae, & sic cogitationes cordis prout sunt futurae ab Angelo, uel dæmone, uel ab homine naturaliter cognosci, uel uideri possunt. Cuius ratio est, quia futura non cognoscunt nisi scdm quod habent determinationē in sua causa, sed cogitationes cordis non habent determinationem in uoluntate, quia uoluntas se habet ad utrūlibet, & ip̄

Cogitationes cordis prout sūt futurae non pnt cognosci naturaliter.

non possunt cognosci.

Quate- Secundo modo cogitationes cordis pos-
nus ue. sunt considerari prout sunt in sua presen-
rò sunt tialitate: & hoc duobus modis, uel put
in præ- sunt in suo principio, uel put sunt in si-
sentiali gno. Primo modo prout cogitationes cor-
tate pos dis sunt solum in suo principio, scilicet
sunt co- cogitationes in intellectu, & affectiones i
gnosci i affectu, uel in uoluntate ita q ex cogita-
suo pri- tionibus non resultat aliquod exterius
cipio a signum puta aliquis affectus, uel motus i
Deo tā- corpore, & sic solus Deus cogitationes cor-
tum. dis cognoscit: quod rationibus, & auctori-
tatibus probo. Primò probo hoc triplici
ratione, scilicet causalitatis, entitatis, in-
timitaris. Primò rōne causalitatis sic. Ille
solus cogitationes cordis cognoscit cui
soli subiacer intellectus, & uolūtas crea-
turæ rōnalis, & qui solus potest operari,
in eam, & est eius principale obiectum,
& ultimus finis: sed hoc est propriū Dei,
ergo nec Angelo, nec dæmoni, & minus
homini cōuenit, sed soli Deo. Scdò hoc
idem probo ratione entitatis sic. Quātò
aliqd minus habet de entitate: minus ha-
bet de cognoscibilitate: sed cogitationes
minimum habent de entitate, & iō mini-
mum de cognoscibilitate. Tertiò hoc idē
probo ratione intimitaris sic. Quātò ali-
quid est magis secretum, uel absconditū,
tantò minus cognosci pōt, sed cogitatio-
nes cordis ipsi menti, idest intellectui, &
uoluntati sunt ualde intimæ, eò q sunt a
principio intrinseco, scilicet intellectu,
& uoluntate, quod patet, quia cogitare
dicit actionem intrinsecam: & idē ille
solus cogitationes cordis pōt cognosce-
re, qui ipsi menti se potest intimare, ta-
lis autem nō est hō, uel dæmon, uel An-
gelus, sed solus Deus. Secundo hoc idem
probo duplici auctoritate, & primo aucto-
ritate Hier. 17. Prauum est, idest, pro-
fundum est cor hominis, & inscrutabile,
& quis cognoscet illud? Et subditur. Ego
dominus scrutās corda, & renes Deus &c.
Secundò auctoritate Aposto. 1. ad Cor. 2.
Quis. n. scit hominū quæ sunt hominis,
nisi spiritus hoīs q in ipso est ubi Amb.
in gl. sic ait exponens p̄dicta uerba. Vo-
luntates, & secreta cordis quis hominū
scit nisi spiritus hominis, qui in ipso est.
i. nisi animus ipsius, & non alterius, ma-
nifestū est. n. cogitationes nostras a uul-

lo sciri nisi ab animo nostro, quē hic spi-
ritum dicit, ita, & quæ Dei sunt, idest se-
creta, & occulta Dei nemo potest scire ni-
si spiritus Dei qui in ipso est; & est osten-
sio a minori.

Secundò cogitationes cordis confide- In suo
rari possunt, put sunt in exteriori signo. f. signo
put ex cogitationib. cordis resultat ali- aut ab
quod signum exterius, uel effectus, uel angelo,
metus in corpore, & hoc modo cogitatio & homi-
nes cordis interdum cognoscuntur, uel ne.
per actum exteriorem, uel per vultus
immurationem, sicut ex mutatione vul-
tus cognoscitur uoluntas secreta homi-
nis: q ex qualitate pulsus a medicis pas-
siones animæ cognoscuntur, & sic possūt
cognosci ab homine, & multò magis ab
Angelo, uel a Dæmone, quantò magis ui-
gent intellectus lumine ciariori. Hæc. B.
Tho. 1. parte sum. q. 57. arti. 4. utrum An-
geli cognoscant cogitationes cordium: ar-
gu. contra, & in cor. q. & 1. scrip. sent. dist.
8. art. 5. utrum dæmones intrent corpora
hominum in solu. 5. arg.

C A P. II.

AD maiorem tamen euidētiā præ-
cedentis capitulis est sciendum, q
cogitatio nostra, uel etiam alicuius An-
geli potest comparari ad tria, scilicet ad
subiectum qd informat, ad obiectum qd
repræsentat, ad effectum buem inclinat.

Primò. n. si comparatur cogitatio ad
subiectū quod informat, tunc dico, q An-
gelus potest scire, uel uidere cogitationē
nostram, uel etiam Angelicam. Cuius rō
est, quia Angelus pōt uidere species exi-
stētes in mente mea, uel Angelica, sed co-
gitatio actualis est qdā forma, & quidam
actus existēs in intellectu æquē realis, &
equē actualis sicut species. uel magis quā
spēs ergo qua rōne spēs existentes in mē-
te, mea, uel Angelica Angelus pōt uidere,
eadē rōne cogitatio actualis mea, uel An-
gelica potest cognosci ab aliquo Angelo.

Secundò modo potest cōparari cogitatio Quo co-
mea, uel angelica ad obiectū qd rep̄ntat gitatio-
& sic cogitatio mea, uel angelica pōt co- nes hu-
gnosci, & uideri ab Angelo, ut uerbi gra manæ
tia. Sicut ille qui uidet speciem alicui- possit
ius

cogno-
sci ab a-
liis. ins rei in oculo alterius, & mediante illa specie habet aliquam notitiam de re cuius est species, sic Angelus videns cogitationem in mente nostra, vel Angelica cognoscit: & uidet rem cuius est, vel quā illa cogitatio representat.

Nota tñ differentiā inter illum qui videt cogitationē alterius, & illū cuius cogitatio vī, quia ille qui videt cogitationē alicuius immediatē nō hēt rē de qua est cogitatio pro immediato obiecto, sed ipsam cogitationem, & mediante cogitatione hēt aliquam notitiam de re cuius est cogitatio, sicut dictum est de illo qui videt speciem alicuius rei in oculo alterius & mediante illa specie habet notitiam aliquam de re cuius est species. Ille autē cuius cogitatio vī habet rē de qua est illa cogitatio pro immediato obiecto, & uidet illam rem de qua est cogitatio, sicut ille uidet rem immediatē in cuius oculo est species immediatē accepta de re & iō sicut ille qui uidet rem immediatē uisione corporali perfectius uidet, & aliquid pōt cognoscere de ea putā sic, uel aliquid tale quod non pōt cognoscere ille qui uidet eam mediante specie existente in oculo alterius: ita etiam ille qui uidet rē intellectualiter per actum suum cogitandi pfectius, & plura nouit de illa re quā ille qui uidet eam mediante cogitatione existēte in altero. Et sic quāuis Angelus cognoscat cogitationem nostrā, uel Angelicam, tamē cogitatio tā nostra, quā Angelica potest latere aliquem Angelū quantum ad hoc, quod non ita pfectē uidet rem illam de qua est illa cogitatio, vidēdo cogitationem in altero, sicut ille cuius est cogitatio.

Tertio modo potest cōparari cogitatio nostra, vel Angelica ad affectū quem inclināt, & tunc dico, q̄ uoluntas dupliciter potest considerari. s. ut habitualiter volens, & ut actualiter volens. Primō uoluntas potest considerari, ut habitualiter volens, & sic cogitatio nostra, uel etiam Angelica latet quemcunq; intellectum creatum; etiam ipsum cogitantē, quia. s. nullus intellectus creatus uidet quid in futurum uelit uoluntas de eo, quod non cogitat ad quē finē debeat in posterū uti eis. Scdō mō pōt considerari uoluntas, ut actualiter volens, & intēdēs aliquid affe-

qui per ipsam cogitationem, & rem cogitatam: tunc cogitatio talis aliquo modo latet: uerbi gratia, ut si aliquis cogitet de lapide uolens actu eo uti ad proiciēdum eum ad auem, tunc dato, quod non lateat Angelum ipsa cogitatio quantum ad hoc q̄ est quādam forma inhārens uoluntati, nec lateat ipsum etiam habitudo unius ad alterum quin sciat, q̄ illud quod uult uoluntas est lapis, tamen potest latere Angelum habitudo unius ad alterum, scilicet, quod nesciat ad quē finem uoluntas uult rem cogitatam. uerbi gratia, licet uideat uoluntatem uelle lapidem de quo cogitat intellectus meus, potest tamen ignorare rationem, uel finem quare uoluntas uult lapidem utrum, scilicet ad proiciendum ad auem uel ad inimicum, uel ad edificandum, & sic quando idem affectus potest prouenire ex multis causis non oportet scito effectu scire ex qua causa prouenit, & sic est in proposito sicut patet. Hęc doctor subtilis magister Heruheus Brito ordinis fratrum prædicatorum in libro quem fecit de quattuor materijs, utrum dæmones uideant cogitationes nostras: in cor. q.

Si autē quærit vtrū hō cogitationes alterius cognoscere possit. Resp. & dico, q̄ cogitatio unius hominis non cognoscit ab alio ppter duplex impedimentū. s. ppter cordis grossiciē, & ppter uoluntatē sua secreta claudētē. Primū obstaculū. s. grossiciei tollet in resurrectione nec est in Angelis. Secundū impedimentū. s. uoluntatis secreta sua cludentis manebit post resurrectionē, & ē mō in Angelis, & tamen qualitātē mentis quantū ad quantitatem græ, & gloriæ representabit claritas corporis: & sic unus mentem alterius videre poterit. Hęc B. Tho. 1. parte sum. q. 57. art. 4. utrum Angeli cognoscant cogitationes cordium, in sol. 1. arg.

Homo non pōt cognoscere cogitationes alterius.

CAP. III.

SECUNDO principaliter circa cogitationem considerare debemus culpam, an scilicet peccati cogitatio sit peccatum. Resp. & dico, quod cogitatio turpium, ut fornicationis, homicidij, & aliorum peccatorū aliquādo omnino est

sine peccato, aliquando est peccatum veniale, aliquando est mortale. Ratio autem huius est ista, quia cogitatio peccati, vel manet incognitione peccati tantum, vel est cum affectione cogitationis ante consensum: vel est cum affectione, & delectatione peccati per consensum.

Cogitationes possunt dupliciter considerari

Nota, quod cogitationes dupliciter possunt considerari. Vno modo in quantum cogitationes sunt, & sic in eis non est nisi peccatum vanitatis, secundum quod intellectus deberet occupari utilioribus cogitationibus. & occupatur inutilibus: nec hoc in culpa imputatur, nisi secundum quod actus intellectus natus est imperari a voluntate. Alio modo possunt cogitationes considerari in quantum cogitationes per delectationes rei cogitantur: & sic potius est peccatum in delectatione rei cogitatae, secundum memoriam, vel speciem quam habet in ipsa cogitatione. Et reducitur tale peccatum ad idem genus, ut fornicationis, vel homicidii, in quo est actus peccati exterius perpetratus. Hæc B. Th. 2. 2. 2. feri. sent. dist. 39. ar. 2. utrum in actibus aliarum potentialium a voluntate possit esse peccatum, in solu. 1. & 2. argument. per totum.

Cogitatio de turpi speculatiua non est peccatum.

Primo. n. cogitatio peccati in sola cogitatione peccati manens est sine omni peccato: v. g. Cum aliquis velit de turpibus, & alijs peccatis disputare utiliter, vel predicare: oportet, quod primo de eis cogitet: & talis cogitatio, quæ est speculatiua manens in cognitione tantum est sine omni peccato: quod probo triplici ratione. Prima est talis: Sola cogitatio boni non sufficit ad meritum, ergo sola cogitatio mali sufficit ad peccatum. Secunda ratio est talis: Ante voluntatis consensum non est peccatum: sed cogitatio de se prout in sola cognitione manet preuenit voluntatem, ergo &c. Tertia ratio est talis: Illud quod non coinquinat seu maculat mentem non est peccatum: sed sola cogitatio turpium cum pulsatur mentem non maculat, ut Greg. dicit, ergo &c.

Secundo. cogitatio peccati, quæ est cum affectione peccati ante consensum est peccatum veniale: v. g. Cogitatio cum delectatione, & complacentia eius quod est ex suo genere mortale propter imperfectiorem actus. s. propter surreptionem mentis ante consensum est peccatum veniale.

Tertio cogitatio peccati ex delectatione, & complacentia cogitationis peccati mortalis post consensum est peccatum veniale: v. g. Consensus in delectatione, quæ procedit ex complacentia cogitationis de fornicatione, furto, homicidio & huiusmodi est peccatum veniale. Cuius ratio est, quia talis consensus habet pro obiecto cogitationem rei, & non rem cogitam. Quarto cogitatio peccati ex delectatione, & complacentia peccati mortalis cogitati per consensum est peccatum mortale: verbi gratia: Consensus in delectationem, quæ procedit ex complacentia actus homicidii cogitati est peccatum mortale. Cuius ratio est, quia talis consensus habet pro obiecto ipsam rem cogitam, vel actum exteriorem, scilicet homicidium quod est peccatum mortale. Si uero breuius uis procedere dicas, quod cogitatio peccati fit propter quatuor causas, scilicet, uel ad cognoscendum, cauendum, delectandum, perpetrandum. Primo cogitatio peccati fit solum ad cognoscendum: sicut cum quis uult disputare, uel predicare de peccato, & ideo oportet, quod de ipso cogitet, ut sciat quid de ipso debet disputare, uel predicare: & talis cogitatio de peccato, quæ ordinatur solum ad cognoscendum ipsum peccatum est sine omni peccato. Secundo cogitatio peccati, quæ ad detestandum commissum, & cauendum futurum est meritoria: Psal. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. In quo uerbo notantur tria. Primo confessionis humilitas: ibi Recogitabo, scilicet ad confitendum tibi. Secundo confessionis integritas, ibi. Omnes annos meos. Tertio contritionis qualitas: ibi. In amaritudine animæ meæ: oportet enim, quod quandoque quis cogitat de peccato, de ipso contritionem habeat, sed quanto tempore contritio penitentis durare debeat. Requi infra Contritionis duratio. Tertio cogitatio peccati fit ad delectandum: & hoc duobus modis, uel ad delectandum de cogitatione peccati solum: & talis cogitatio est peccatum veniale, uel ad delectandum de re uel de peccato cogitato: & talis cogitatio, est mortale peccatum.

Quarto cogitatio peccati fit ad perpetrandum.

trandum, & tunc si peccatum est mortale etiam cogitatio isto fine. s. ut perpetretur, est peccatum mortale, unde super illo verbo Leui. 15: Mulier quæ patitur fluxum sanguinis, gl. sic dicit Cogitationes, & uoluntates quamuis ope non compleant, apud Deum pro factis habentur, & puniuntur. Re. infra Consensus. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 9. art. 4. q. 2. vtrum impediatur assumptionem corporis Christi peccatum veniale: in cor. q. iuxta finem. Et iterum prima secunda q. 74 art. 8. vtrum consensus in delectationem sit peccatum mortale, in cor. q. q. in sol. arg. & Alex. 2. par. sum. q. 25. art. 1. vtrum cogitatio peccati sit peccatum. & art. 2. vtrum sit mortale peccatum. in cor. q.

CAP. III.

Tertio principaliter circa cogitationes cordis considerare debemus causam, s. a quo oriuntur. Vbi nota, q. cogitationes cordis dupliciter considerari possunt, s. absolute in quantum cogitationes: & conditionate in quantum bonæ, vel malæ. Primo ergo considerando cogitationes cordis absolute in quantum cogitationes, tunc dico, quod causa cogitationum, uel radix est triplex. s. propinqua, mediata, & remota. Prima causa cogitationum propinqua, & immediata est apprehensio sensuum particularium per organa. Secunda causa, uel radix cogitationum mediata est imaginatio causata ex apprehensione sensuum. Tertia causa uel radix cogitationum remota est cor, quod patet, quia cogitatio a corde non exit nisi per aliquam imaginationem, uel fantasiam quæ est motus factus a sensu, ut dicitur in secundo de anima, & ideo cum dicitur. Mat. 15. De corde exeunt cogitationes &c. intelligitur cor esse principium cogitationum tanquam causa, uel radix remota: ut patet Hæc b. Th. 4. scri. sen. dist. 23. de administratione extremæ unctionis art. 3. q. 2. vtrum infirmus in istis membris, s. oculis, auribus, manibus, pedibus, inungatur: in sol. 1. arg.

Cogitationum bonarum, cā qualis sit. Secundo considerando cogitationes conditionatis, s. bonas, uel malas dico, quod aliter est de bonis cogitationibus. & aliter de malis, quia bonæ cogitationes non sunt a bono Angelo principaliter, eo quod bo-

ni angeli non faciunt principaliter bonas cogitationes in corde, id est in intellectu nostro, immo bonæ cogitationes altiori principio, s. Deo effectiue attribuuntur, & bonorum angelorum ministerio procurantur, secundum quod boni angeli illuminant nostrum intellectum, & habilitant, uel excitant ad bonas cogitationes habendas. Et hoc faciunt duobus modis, uno modo interius formando bona fantasmata, alio modo exterius remouendo impedimenta omnia, unde boni angeli etiam directe in intellectum nostrum imprimere possunt, quia secundum Aug. operantur boni angeli intelligentias ueras miris quibusdam modis: Hoc autem est in quantum lumen intellectus agentis nostri fortificatur per intellectualem lumen angelorum bonorum sicut lumen minus fortificatur, & augmentatur per lumen maius.

Secundo dico, quod cogitationes malæ non sunt a deo, neque a bono angelo, sed a propria uoluntate effectiue, & a dæmone dispositiue. Primo cogitationes malæ sunt a propria uoluntate effectiue, ita dicit Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ. ubi Hier. sic ait. Arguendi sunt ex hac sententia quod cogitationes malas a diabolo immitti putant, & non ex propria nasci uoluntate. Quod autem dæmon non possit efficere malas cogitationes in homine tali ratione ostendo, eo quod usus cognitiue uirtutis non subiacet dæmoni, sed uoluntati. Secundo dico quod cogitationes malæ sunt a dæmone dispositiue. Et hoc modo dæmones dicuntur esse immissores, incitatores cogitationum malarum, uel per modum persuadentis, uel per modum passionis incitantis. Primo dicuntur dæmones immissores malarum cogitationum. in psal. Immissores per Angelos malos, & hoc per modum persuadentis in quantum incitant ad cogitandum mala, uel ad appetendum mala cogitata. In quantum. n. dæmones uident nos pronos ad aliqua genera peccatorum, illa delectabilia procurant ante nos poni, ut ex illis inducant intellectus ad cogitandum de illis illicito modo: & per hunc modum ad male cogitandum angelus malus est coadiutor. i. persuasor. Secundo modo dicuntur dæmones esse incitatores cogitationum malarum, ut Damasc. ait, eo quod faciunt feruere sanguinem, & sic anima ad concupiscendum disponitur, & in

Et qualis malarum.

Cogitationes malæ sunt a dæmone dispositiue.

flamatur, sicut etiam quidam cibi libidinem prouocāt, ita tamen, q̄ homo dicitur factor malarū cogitationum, & diabolus adiutor. Cuius exemplū est de eo qui ignē incenderet, & de eo qui materiam præberet. Vbi nota, quod aliud est malā cogitationem incendere, & aliud est cogitationem obscurare, nam cogitationem incendere est mouere, inducere, persuadere, quod appetat, & eligat quod non est appetendum nec eligendum. Obscurare uero cogitationem est disponere, & cooperari ne uideat quid agendum, uel eligendum sit: unde ex prædictis patet, quod dæmones imprimūt in sensum, sed boni Angeli in intellectum, Deus autem solus in uoluntatem. Hęc b. Th. 2. scri. sen. d. f. 8. art. 5. vtrum dæmones intra corpora hominū esse possint, in sol. 5. 6. 7. arg. per totum, & 1. par. 5. q. 111. art. 2. vtrum Angeli possint uoluntatem hominis immutare, in sol. 2. arg. per totum. & Alex. 2. parte sum. q. 9. de impressione angelorū super partē intellectuam. art. 4. vtrum diabolus sit immissor malarum cogitationū in cor. q. in cor. q. & sol. 1. arg. de differentia inter incendere, & obscurare.

An diabolus possit mittere aliquid in cor hoīs.

Sed nunquid diabolus pōt aliquid mittere in cor hominis, & videtur q̄ sic, per illud qđ dī Io. 13. Cū diabolus immisisset in cor, ut traderet eum Iudas. Rñdeo, & dico, q̄ illud dicitur esse in corde hoīs, quod ē in cogitatione, & uoluntate eius, unde q̄ hic dī cum misisset in cor: intelligendum est in uoluntate eius. s. Iudæ, qđ potest intelligi duob. modis. s. directē, & indirectē. Primō modo directē, & sic solus Deus potest imprimere in uoluntatē hoīs, quod tali ratione ostendo. Ille solus pōt aliquid imprimere, & immittere in uoluntatem hominis qui habet potestatem mouendi in eius uoluntatem eius, sed hoc solus Deus potest, ergo solus Deus potest directē imprimere in uoluntatem hoīs. Prou. 21. Cor regis in manu. i. in ptāte Dei, sed hoc mō Deus nō imprēlit, nec misit in cor. i. in cogitationem & uoluntatē & Iudæ, ut eum traderet, quia Deus non est causa malarum cogitationum, & uoluntatē. Secundo modo potest aliquis imprimere in uoluntatem hominis indirectē. s. suggerendo, uel proponēdo aliqd bonum a quo uoluntas mouetur, nam vo-

luntas mouetur a bono apprehēso, & hoc duobus modis. Vno modo bonum exterius suggerendo, & hoc modo homo ē potest aliquid in cor, idest in uoluntatē alterius mittere a quo uoluntas mouet. Alio modo suggerendo interius, & hoc modo immittit diabolus, cuius ratio est, quia uis imaginatiua cum sit corporalis, quātum, uel quando Deus permittit, potestati dæmonis est subiecta. unde siue vigilando siue dormiendo format in ea aliquas species, ex quib. apprehensis mouetur uolūtas hoīs ad aliquid appetendū. Sic ergo immittit diabolus in cor hominis non directē per modum mouētis, sed indirectē p modum suggerentis. Hęc B. Tho. in postilla super Io. 13. in expositione illius auctoritatis præallegatæ, cū misisset diabolus &c.

C A P. V.

QUARTO, & ultimō circa cogitationes cordis considerare debemus cautelam, ut. n. dicitur Prou. 4. Omni custodia. glo. idest diligentia, serua cor tuū, & hoc tripliciter s. membrorū cohibitio. ne, malarum cogitationū repressione, bonarum cogitationum impletione. Et subdit causam. Quoniā ex ipso bene custodito vita spiritualis procedit. Et per oppositum ex ipso non bene, sed male custodito procedit mors. nam examinatione cordis. i. intentionis, modus examinatur uitæ, ut dicit ibidem gl. Vnde quātū sit damnoſa, & periculosa mala cogitatio, & quantum sit utilis, & fructuosa bona cogitatio ex trib. patet, scilicet ex parte originis, dispositionis, testificationis. Primo ex parte originis, nam sicut origo, vel radix mali est mala, sed cogitatio bona, uel mala est radix, uel principium omnis boni, & omnis mali: unde Isido. Magna obseruantia circa cordis custodiam est habenda. quia aut bonæ aut malæ rei ibi consistit origo. Secūdo cogitatio mala est periculosa ex parte dispositionis, eo q̄ ipsa mala cogitatio ad omne peccatū inducit, & disponit, unde Isido. Cogitatio praua delectationem parit, delectatio parit consensum, consensus uero actionem, actio parit consuetudinem, consuetudo uero necessitatem, necessitas uero de-

Mala cogitatio est damnoſa ex tribus.

spe-

spirationem:& sic de primo ad ultimum cogitatio mala in desperationem inducit. Terriò cogitatio praua est periculosa ex parte testificationis:nam de omni cogitatione peccati in die iudicij accusabimur. Sap. 1. in cogitationib. impij interrogatio erit:quod uerbum duobus modis exponitur. Primò sic. In cogitationib. impij erit interrogatio, idest examinatio, quia dominus examinabit cogitationes iustorum,& impiorum. pfa. Dominus interrogat iustum,& impium. Secundo modo sic. In cogitationib. impij erit interrogatio sui ipsius, quia ipsi met interrogabunt seiplos dicentes. Quid profuit nobis superbia, aut quid diuitiarum iactantia nobis cõtulit. q. d. nihil, immo nocuit.

**Explica-
tur illud
in cogi-
tationi-
bus im-
pij inter-
rogatio
erit.**

**Peccati
cogita-
tio du-
pliciter
vinci po-
test.**

Vbi sciendum, quod cogitatio, uel impugnatio peccati dupliciter uinci põt, aut resistendo, aut fugiendo, Primò quidem modo impugnatio, uel cogitatio peccati est uincenda resistendo ei, .s. quando cogitatio perseverans tollit incentiuum peccati, quod prouenit ex aliqua leui apprahensione, & hoc cõtingit in peccato accidia, unde cum volumus vitare peccatum accidia debemus de spiritualib. cogitare, quãtò magis de spiritualib. cogitamus, tantò magis spiritualia placentia redduntur nobis, unde Cassianus in 10. lib. institutis monasteriorum sic ait. Experimento probatum est accidia impugnationem non declinando fugiendã, sed resistendo superandam. Secundo modo impugnatio peccati est vincenda fugiendo, .s. quando continua cogitatio peccati auget incentiuum peccati, uel peccandi, sicut est in peccato luxuria, quod quidem peccatum, uel quam impugnationem nõ resistẽdo, sed fugiendo debemus vincere ut dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 6. Fugite fornicationem: ubi Gloss. sic ait. Cum alijs nempe uitijs potest expectari conflictus, sed hanc, .s. fornicationem fugite, quia non aliter melius potest uinci.

**Cogita-
tio pec-
cati uin-
cenda, &
fugiendã
ẽ ppter
tres ra-
tiones.**

Hęc b. Tho. secunda secundæ q. 35. art. 1. in sol. 4. arg. Est autem impugnatio, uel cogitatio peccati uincenda, & uitãda præcipuè propter tres rationes. Prima est propter Dei agnitionem, Sicut enim latro sibi a furto cauet in loco ubi se putat uideri: ita quilibet cogitationem malam debet uitare: eo

quod Deus scit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt, ut dicitur in pfa. & Job. ult. Scio quoniam potentes, & nulla te lateat cogitatio. Et Isa. 1. Lauamini, munda estote &c. Secunda ratio est propter damni magnitudinem. Sicut enim sapiens familiam sibi nociuam in domo non tenet: sed cito de domo sua expellit, sed cogitationes peccati non sunt nutriendæ in corde, sed celeriter abscindendæ, quia ut dicitur Sap. 1. Peruersæ cogitationes separant a Deo, Quod uerbum duobus modis exponitur. Primò sic, peruersæ, idest perfectè versæ cogitationes quæ nihil de Deo sentiunt, nec ipsum quærunt separant a Deo. Secundo modo sic. Peruersæ cogitationes separant a Deo q. d. non solum impediunt ad habendum, sed auferunt habitum, quia non est societas lucis ad tenebras, unde Isid. in soliloquijs. A cogitatione noxia custodi animam tuam, & mentem tuam turpis cogitatio non subrepat, Deus iudex etiam de cogitationib. animam iudicat. Et ibidem subdit Isido. Quando te tangit cogitatio praua nõ consentias illi, sed statim cum apparuerit scorpio contere eum, calca serpentis caput, calca prauæ suggestionis initium, culpam ibi emenda ubi nascitur. Tertia ratio est propter supplicij æternitatem, sicut enim infirmus cauet a noxijs, ita quilibet malam cogitationem vitare debet ppter timorem æternæ damnationis. Hier. 4. Auferte malum cordis uestri ne forte egrediatur, ut ignis indignatio mea, & succendat uos. Et Isa. 47. Dere linquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas &c.

De Coitu coniugali.

S V M M A R I V M.

- 1 Coitus coniugalis est licitus tribus rationibus, & quibus.
- 2 Quinq. rationes faciunt coitum coniugalem malum, & prohibitum.

2 Coitus coniugalis est meritorius triplici ratione.

C A P. I.



COITUS Coniugalis. Nota, quod coitus coniugalis, qui est, de secunda integritate matrimonij, quæ est quedam operatio, vel usus matri-

monij, vt dicit b. Th. infra Matrimonij, vtrum carnalis commixtio sit de integritate matrimonij, est licitus: prohibitus, meritorius. Primò Coitus coniugalis est licitus triplici ratione. Primo ratione propter procreandam, & secundum hoc est institutus in officium naturæ multiplicandæ: unde præcepit Deus, etiam ante peccatum Gen. i. Crescite, & multiplicamini: & Apost. i. ad Thi. 5. Volo iuniores vi duas nubere quantum ad cordis consensum, & filios procreare quantum ad carnalem actum. Secundo est licitus ratione fornicationis vitandæ, & sic est institutus in remedium concupiscentiæ, unde Apost. i. ad Cor. i. Vnusquisque habeat (si placeat illi) uxorem suam non concubinam, & unaquæque (si placeat illi) virum suum, non amicum, & hoc propter fornicationem vitandam, uel in seipso, uel in altero. Tertiò coitus coniugalis est licitus ratione debiti reddendi, & secundum hoc est actus iustitiæ, unde Apost. i. ad Cor. 7. sic ait. Vxori vir debitum reddat, scilicet carnalis copulæ quando fuerit requisitus. Matt. 18. Redde quod debes, Similiter autem, & uxor uiro quando fuerit requisita, ut in hoc unum sint, & concordet. Cuius rationem reddendi debiti Apostolus assignat dicens. Mulier sui corporis non habet potestatem, uel ut iungat se alij, uel ut debitum neget ei, & similiter uir non habet potestatem, ut alienæ se iunga uel ut suæ petenti explicite, uel implicite debitum neget, ita prima causa, uel ratio coitus coniugalis, scilicet proles generatio ordinat coitum coniugalem ad Deum, secunda causa scilicet criminis, uel fornicationis uitio ordinat coniugalem coitum ad ipsum, tertia causa, scilicet debiti redditio ordinat coitum

coniugalem ad proximum.

Vnde coitus coniugalis quinque modis considerari potest. Primo modo prout est in officium multiplicandæ naturæ, unde quia naturæ procreatio, & multiplicatio erat necessaria etiam peccato non existente, ideo matrimonium ante peccatum in paradiso: fuit institutum, ut patet ex præcepto Dei. Gen. i. Crescite, & multiplicamini &c. Secundo modo potest considerari prout est in remedium concupiscentiæ in quantum præbet remedium contra vulnus peccati, & sic matrimonium institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ, unde post peccatum finito diluuioprecepit Deus. 2. Gen. 9. Crescite, & multiplicamini &c. Tercio modo potest considerari coitus coniugalis, ut est determinatius personæ congruæ, quod sic matrimonium in lege Moysei institutum fuit.

Quarto potest considerari prout est representatiuus coniunctionis Christi, & ecclesiæ, & sic matrimonium est sacramentum institutum in noua lege. Quintò potest considerari coitus coniugalis prout est communicatiuus operum amicitiae inter coniuges, & secundum hoc matrimonium in lege civili est institutum. Hæc b. Th. 4. scrip. sen. dist. 26. de matrimonio secundum, quod est sacramentum, art. 2. utrum matrimonium debuit institui ante peccatum. in corp. q. Et Petr. de Tharan. & dominus Ambaldus & magister Romanus. 4. scrip. sent. ibidem quod beatus Tho. & Alex. 2. parte summ. q. 91. de coitu coniugali, art. 1. in fine. q. Re. in fra Matrimonium.

C A P. VII.

Secundo principaliter coitus coniugalis est prohibitus, & hoc specialiter ex quinque. Prima est ex motu libidinoso. Cum enim aliquis propter uoluptatem seu delectationem solum, & non propter bonum aliquod matrimonij coniugi miscetur semper peccat. Et hoc dupliciter, uel venialiter. scilicet quando delectationem querit solum infra limites matrimonij, uidelicet, quod illam delectationem cum alia muliere non intenderet nec quereret, uel

Coitus
coniuga
lis pōt
quinque
modis
confide
rari,

vel mortaliter, scilicet cum delectationem illam intendit, & quærit in vxore, vt in meretrice, s. extendendo affectum, vel appetitum extra limiues matrimonij, ita qd si non esset vxor cum ea hoc idem faceret: hoc est peccatum mortale; vnde Hiero. dicit (& habetur in tex. sen.) qd voluptates quæ de meretricum amplexibus capiuntur damnandæ sunt tanquam mortales. Et qua auctoritate talem rationem formo. Quicumque voluptates, vel delectationes meretricis in vxore quærit mortaliter peccat, sed ita facit qui appetit, vel quærit delectationem in vxore extra limiues matrimonij, ergo. &c. Hæc. B. Tho. 4. scri. senten. dist. 3 1. de accusatione actus matrimonialis per bona matrimonij, art. 3. vtrum quicumq; vir cognoscit vxorem suam, & ecouerso nō intendens aliquod bonum matrimonij, sed solam delectationem mortaliter peccat in corp. q. & in sol. 1. argumen.

Secūda.

Secunda causa quare coitus coniugalis est prohibitus, & illicitus est ex modo in debito s. quando fit contra naturam, s. quando vas debitum prætermittit & tūc semper est peccatum mortale, quia proles sequi non pōt, vnde totalis intentio naturæ frustratur: Hæc. B. Tho. 4. scri. sen. dist. 3 1. in expositione litteræ in fine.

Secundo hoc idē confirmo alia rōne per locum a minori sic. Minus peccatum est coitus fornicarius quam concubitus contra naturam, sed coitus fornicarius qui est præter naturam: & contra bonum prolis est peccatum mortale: ergo multò magis coitus cōtra naturā, ex quo generatio naturæ impeditur est peccatum mortale, vnde iordinata emissio seminis repugnat bono naturæ, quod est generatio indiuidui, & cōseruatio speciei, & ideo post peccatum homicidij quo natura in actu existens destruitur, hoc genus peccati videtur secundum locum tenere, quo humanæ naturæ generatio impeditur. Hæc b. Th. contra gēt. lib. 3. c. 122. iuxta finem

Tertia.

Tertia causa quare coitus coniugalis est prohibitus, & illicitus est ex suo statu in firmo: sicut est tempus menstrui vnde super illo verbo. Isa. 64. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatus. Hierony. sic ait. Tunc enim. s. tempore menstrui viri abstinere debent a mulieribus. Et assignat

rationē, quia tūc concipiuntur membris damnatis cæci claudi leprosi: & hoc in pā nā parentum: vnde quia parentes non erubuerunt in conclaui misceri, eorū peccata pateant cunctis. Hæc. B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 3 2. arti. 2. q. 2. arti. 2. contra.

Quarta

Quarta causa quare coitus coniugalis est prohibitus, & illicitus, est ex tēpore festiuo: nam diebus solemnitatū, & tēporibus ieiuniorum non licet petere debitum: quod dupliciter probo, scilicet rōne, & similitudine. Primo rōne, quia actus, vel coitus coniugalis seu matrimonialis quāuis culpa careat, tamen quia rationē deprimat propter carnalem libidinem, hominem ineptum ad spiritualia reddit, & ideo in diebus sacris in quibus præcipuē spiritualibus est vacandum nō licet petere debitum. Secundo hoc idem pbo similitudine, vel exemplo qd ponit. B. Grego. dicit enim B. Greg. in primo dialogorum, qd mulier quæ in nocte cognita est a viro mane ad processionem veniens a diabolo est arrepta, quæ mulier mortaliter non peccauit, neque a diabolo punita fuit propter hoc quod debitum reddit, sed quia postmodum se temerē ad diuina contra cōscientiam ingessit. Hæc. Bea. Tho. 4. scrip. sen. dist. 3 2. arti. 5. q. 1. vtrum temporibus sacris liceat petere debitum, in cor. q. Et ibidem. q. 2. in sol. 1. arg.

Quinta

Quinta causa, quare coitus coniugalis ē, prohibitus, & illicitus est ex sacro loco. nā in loco sacro non licet debitum petere, sicut nec in tēpore sacro, eō qd sicut aliqua tempora sunt sacra deputata sacris, propter quorum reuerentiā nō licet debitum petere, vt patet, supra immediatē, ita aliqua loca sunt sacra, quia sunt deputata sacris, propter quorum reuerentiam non licet in loco sacro debitum petere, vt dicit Bea. Thom. 4. scrip. senten. distin. 3 2. arti. 5. quæst. 1. argum. contra. Nota tamen, qd alia, & alia ratione coitus coniugalis est prohibitus in loco sacro, & in loco publico, quia in loco sacro est prohibitus coitus coniugalis propter reuerentiam Dei, & loci sacri, quæ debet præponi actui coniugali. In loco verò publico est prohibitus coitus coniugalis propter verecundiā, vel turpitudinem quam habet in se, & propter scandalum proximi.

Sed fortē gratia prædictorum quæres, vtrum.

An mul-
lier te-
neatur
reddere
debitum
in omni
loco.

utrum in omni loco teneatur reddere pe-
tenti debitum sicut in omni tempore. Re-
spondeo, & dico, q̄ non, & hoc tribus de
causis. Prima, quia locus est mensura pro-
pria actionis, & cōtaminationem recidit
ab actu, tempus verò est mensura com-
munis, & ideo non recipit contaminatio-
nem ab actu. Secunda causa est, quia plu-
ra tempora non possunt simul esse sicut
multa loca, vnde si petit in loco sacro
statim potest diuertere ad alium locum
sine periculo. sed expectare vsque ad
aliud tempus non poterit sine periculo.
Tertia ratio est, quia in omni tempore
potest fieri sine scandalo: sed non sic in
omni loco. Hęc Alex. 3. parte sum. q. 21.
arti. 10. Vtrum coitus coniugalis remotis
illis tribus causis, scilicet causa prolis,
reddendi debitum, & vitandæ fornicatio-
nis hoc præcepto prohibeatur, Non me-
chaberis in fine. q. Concludo ergo ex
præmissis, q̄ solis duobus modis actus cō-
iugalis est absq; omni peccato: scilicet quan-
do coniuges cōueniunt causa prolis pro-
creandæ, & debiti reddendi, alis autē sem-
per est ibi peccatū ad minus veniale. Hęc
B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 31. de bonis ex-
cusantibus matrimonium, art. 2. in cor. q.
in fine.

Duobus
modis a-
ctus cō-
iugalis
sine pec-
cato.

C A P. III.

TERTIO principaliter dico, q̄ coitus
cōiugalis est meritorius, quod ex tri-
bus probō. scilicet ex actu charitatis, ex
effectu pietatis, ex vsu honestatis. Primò
hoc probō ex actu charitatis sic: Ille actus,
quo præceptū impletur, est actus merito-
rius si fiat ex charitate, sed actus matrimo-
nij est huiusmodi, est. n. actus iustitiæ, q̄
pater, quia dicitur prima ad Corinth. 7.
Vxori vir debitum reddat, similiter vxor
viro, ergo &c. Secundò hoc idem probō
ex affectu pietatis sic. Ille actus est meri-
torius, quod debitum redditur affectu pie-
tatis, idest religionis; ergo si coitus con-
iugalis, redditur affectu pietatis, idest
religionis, vt proles procuretur ad cul-
tum Dei, vt Abraam fecit, talis coitus
cōiugalis est meritorius. Tertiò hoc idem
probo ex vsu honestatis sic. Bonus vsus
beneficiorum Dei est meritorius, sed talis
est vsus coniugalis. q̄ patet, quia vbi non

mouet libido extra limites matrimonij,
quæ est peccatū mortale, nec mouet libi-
do infra limites matrimonij, quæ est pec-
catum veniale. vt patet supra c. præceden-
ti prima causa. sed mouet iustitia, vt debi-
tum ex charitate reddatur, & mouet pie-
tas, vt proles ad cultum Dei procreetur,
vt patet est præmissis, talis, scilicet coitus
coniugalis est meritorius.

Sed fortè argues in oppositū sic: Illud
quod est meritorium dimittere nō est lau-
dabile, sed laudabilis est virginitas per
quam dimittitur matrimoniū, ergo actus
coniugalis, vel matrimonialis non est me-
ritorius. Respondeo, & dico, q̄ homo po-
test mereri, & in minoribus bonis, & in
maioribus. vnde quando aliquis minora
bona dimittit, vt maiora bona faciat, lau-
dandus est à meritorio actu descendens.
Hęc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 26. arr. 4.
vtrū actus matrimonialis sit meritorius,
in cor. q. & in solu. 2. argu. Si autem bre-
uius vis ostendere dicas, q̄ actus matri-
monialis et meritorius potest tali ratione
probāri. Tria sufficiunt ad meritum pri-
mum est merendi principium, scilicet charitas,
secundum est libertas arbitrij, tertium est
rectitudo rationis. Ex his tribus talem
rationē formo. Actus matrimonialis ali-
quando à charitate quæ est merendi prin-
cipiū imperatur, & à libera volūtate pfici-
tur, & ad finem debitum ordinatur, vt q̄-
do acceditur ad vxorem causa prolis edu-
candæ ad cultū Dei, & ideo ex his tribus
iste actus est meritorius. Sed fortè argues
in oppositum sic Omnis libido inordina-
tionem dicit, sed actus matrimonialis nō
fit sine libidine, ergo nec sine inordina-
tione, & ita nō sit meritorius. Respondeo, &
dico, q̄ libido prout dicit inordina-
tionem culpabilem non semper est in actu
matrimoniali, sed libido, quæ dicit inor-
dinationem pœnalem, & illa non tollit
meritum. Hęc Magister Romanus elicit
ex dictis Tho. 4. scrip. sen. dist. vbi supra.

Oppo.

Actus
matri-
monij
merito-
rius.

Ex præmissis autem concludi potest, q̄
si actus matrimonij est meritorius sicut
patet, & matrimonium cōfert gratiam, q̄
tripliciter probō. scilicet ex eo à quo consecra-
tur: ex eo ad quod ordinatur, ex eo quod
per matrimonium figuratur. Primò, q̄ ma-
trimonium cōfert gratiam probō ex eo
à quo ordinatur, sic. Omne sacramētū no-

Matri-
monium
cōfert
gratiam

ua legis cōfert gratiam, sicut patet infra Sacramentum. sed matrimonium est sacramentum nouæ legis consecratum a Christo ergo &c. Secundo hoc idem probo ex ea ad quod matrimonium ordinatur sic. Cum enim matrimonium ordinatur ad traditionem mutuæ potestatis, decet liberalitatem diuinam, ut det adiutorium, per quod libere fiat sine peccato executio talis potestatis, & idè decet, ut gratiam conferat per quam concupiscentia (quæ coniunctionem corporis sequitur) reprimatur. Tercio hoc idem probo ex eò quod per matrimonium figuratur, nam per matrimonium illa coniunctio Christi, & ecclesiæ, quæ in incarnatione facta est præcipue figuratur: cuius signū in dilectione coniugum manifestè apparet, quod patet quia incrementum in dilectione proximi est signum incrementi in dilectione Dei, sed in matrimonio est iusta causa dilectionis proximi, uel coniugis ad uxorem, ergo signum est, quod crescat ibi dilectio Dei. dilectio enim dei crescens est signum apertum, uel manifestum gratiæ. Et ideo communis, & uerus tenetur, quòd in matrimonio gratia conferetur, quamuis iuristæ contrarium teneant.

Sed fortè argues in oppositum sic. Si matrimonium confert gratiam, cum gratia omnibus expediat, & sit necessaria, ergo omnes deberent contrahere matrimonium. sed hoc est falsum, ergo matrimonium non confert gratiam. Respondeo, & dico, quod & si matrimonium confert gratiam, sicut patet, non tamen sequitur quod omnes debeant contrahere, quia potest homo multa alia facere per quæ magis mereatur & maiorem gratiam recipiat. Hæc b. Thom. 4. scripto sent. dist. 26. secunda parte dist. art. 3. utrum matrimonium conferat gratiam in argu. contra. & in corp. q. in fine. Et magister Romanus ibidem concordat cum b. Thom. Et Petrus de Tharan. ibidem. Requ. infra Matrimonium.

De Concupiscentia.

S V M M A R I V M.

- 1 Cōcupiscentia diffinitur trib. mod.
- 2 Concupiscentia aliquando est meritum, aliquando nullum peccatum & aliquando veniale, & aliquando mortale peccatum, & quò.
- 3 Concupiscentia, uel alia passio scientiam superare non potest.
- 4 Quanti nocumenti, uel damni sit concupiscentia carnis.
- 5 Quod quadruplex est concupiscentia, & quæ.
- 6 Concupiscentia appetitus sensitiui, præter Christum, & beatā Virgine in omnib. inuenitur, & utrum equaliter reperiatur in omnibus.
- 7 Concupiscentia appetitus sensitiui est aliquo modo causa omnium malorum, & aliquo modo non, & quo modo.
- 8 Concupiscentia est distincta specie, contracta origine, infecta libidine, & inflata ex crimine.
- 9 Concupiscentia est contracta & uitiata origine, quomodo.
- 10 Ante peccatum an fuisset generatio per coitum sine libidine.
- 11 Concupiscentia est inflata a Deo in pœnam peccati originalis.
- 3 Concupiscentia quæ est in deordinatione appetitus secundum situm, causatur a tribus.

C A P. I.



ONCVPISCENTIA. Circa concupiscentiam tria considerare debemus, scilicet quidditatem significati, qualitatem peccati, multipliciter nocumenti.

Matrimonium
signum
coniunctionis
Christi
cum ecclesia.

Oppositio.

Primò cōsiderare debemus circa cōcupiscentiam quidditatem significati. Nā concupiscentia describitur trib. modis. Primo sic: cōcupiscentia est appetitus boni delectabilis: unde totum illud est delectabile cui inest concupiscentia, ut dicit Philos. & diffinit primo rhetoricæ. Et b. Th. hæc allegat prim. 2. q. 30. ar. i. in cor. q. in principio. Secūdò cōcupiscentia describitur vel diffinitur sic. Cōcupiscentia est quidā imperus appetitus cōcupiscibilis in delectabile, qui imperus per temperantiam indiget refrenari. Et sic describit. B. Th. concupiscentiam secunda secūda. q. 141. art. 3. in sol. 2. arg. Re. infra Tēperantia. Tercio modo concupiscentia diffinitur sic. Concupiscentia est appetitus sensitiui, vel sensualitatis, q̄ est idē, q̄ fomes inordinatus prout rationi repugnat, inclinans ad malum, & faciens difficultatem ad bonum, Et sic diffinit concupiscentiam etiam B. Th. 3. parte sum. q. 27. art. 3. vtrum beata uirgo fuerit mūdata, ab infectione fomitis, in cor. q. iuxta principium.

Ad cuius euidētiā nota quatuor, .s. vocabulū, initium, subiectum, obiectum. Primò nota vocabulū: nam concupiscentia dicitur fomes, vnde super illud Apost. ad Ro. 7. occasione accepta, glo. fomes peccati. i. vitium concupiscentiæ, dicitur autē concupiscentia fomes a fouēdo, uel quia fouet ardorem peccati, uel quia ipsa concupiscentia ardet in nobis, ut fomes, unde sicut calor naturalis in nobis existens, est principium cōseruandi naturā, ita calor cōcupiscentiæ est principium in nobis cōseruandi peccatum.

Vñ habeat initium cōcupiscentia. Scdò nota, initium a quo cōcupiscentia &c. Et ad hoc dico, q̄ fomes dupliciter pōt cōsiderari, vel inquantū est culpa, uel inquantū est pēna. Primò. n. inquantū cōcupiscentia, uel fomes est culpa, & inclinatio ad sequēs pactum nō est a Deo. qd patet, quia deus non vult, vt ex ea sequat pactū, sed q̄ resistatur concupiscentiæ, & sit pugna contra eam scdm q̄ ad pactum inclinatur. Scdò inquantū fomes, uel concupiscentia est pēna precedentis pcti. .s. originalis est a Deo: vnde Aug. de libero arbitrio sic ait Deus non est auctor peccati sed vltor. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 31. de fomite, art. 2. in cor. q. in principio. Et ibi

dem art. 4. in cor. q. unde concupiscentia. vel fomes a peccato originali causatur. Ita dicit Apo. ad Ro. 7. peccatum occasio ne accepta per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Ambro. Occasione accepta, ne in ipsis reb. exteriorib. ut uisa muliere auro, & huiusmodi. Aug. Peccatum, idest fomes occasione accepit per mandatum, quia talis est nostra carnalitas, vt ardentius, desideret prohibita. Et subdit. Operatum est in me omnem concupiscentiam, quod Aug. duob. modis exponit. Primo sic dicens. Omne concupiscentiam cuncta peccata in genere, significat, .s. cōcupiscentiam delectationis consensus & operis. Secūdò sic. Omnem concupiscentiam: erat. n. ante legē peccatum, sed non ita confirmatum, sicut post; aucta est. n. cōcupiscentia ex prohibitione legis, quando adhuc deerat gratia liberantis. Vel aliter. Diabolus etiam ex mandato accepit occasionem, quia videns legem in auxiliū hominib. datam exarsit iracundia aduersus hominem, & magis institit, ut legem verteret illi in pñiciem, cū prius securē possidens minus tentaret. Hæc Aug. & Amb. in gl. ibidem.

Sed forte argues q̄ peccatū originale non sit, vel fuit causa concupiscentiæ sic. Nihil. n. est causa sui ipsius, sed peccatum originale est idem quod concupiscentia, ergo non est causa concupiscentiæ. Re. spondeo, & dico quod concupiscentia dupliciter dicitur. .s. ipse actus cōcupiscendi & ipsa habilitas ad concupiscendū, actus autem concupiscendi ex habilitate causatur: unde peccatum originale quod est ipsa habitualis concupiscentia non est inconueniens, q̄ actualē concupiscentiā causet. Hæc b. Tho. 2. scrip. sen. dist. 30. art. 3. vtrum originale peccatum sit concupiscentia, in solu. 1. arg.

Tercio nota subiectū in quo sit, vt. n. dicit Aug. super illo Apost. ad Gala. 5. Caro. n. concupiscit aduersus spiritū (& est in gl.) causa ipsius carnalis concupiscentiæ in nobis nō ē in aīa sola, nec in carne sola sed ex utroq. fit q̄ dupliciter probat. (.s. ratione, & similitudine. Primò rōne, q̄ cōcupiscentia primo fit ex aīa, eò q̄ sine anima nulla delectatio sentitur, uel cognoscitur, secūdo fit ex carne, eo q̄ sine carne carnalis delectatio nō sentit. Scdò

Differētia iter peccatū originale, & cōcupiscentiam.

Subiectū cōcupiscentiæ qd sit.

probat idē similitudine, quia sicut cum dicimus, q̄ oculus uidet, & auris audit, intelligimus, q̄ anima audit per aurem, & uidet per oculum. Ita cum dicit Apost. ad Gal. 5. Caro idest, anima per carnem concupiscit aduersus sp̄m, uel aīa. i. animalitas, uel sensualitas concupiscit aduersus spiritum, idest aduersus rationē.

Delectabile est obiectū concupiscentiæ.
Quartò nota obiectū de quo fit. nā delectabile scđm sensum qđ est obiectum appetitus sensitui. s. concupiscibilis est de quo fit concupiscētia, qđ qđ delectabile in appetitu sensitui cāt tria. s. amorē, cōcupiscētiā, & delectationē: sed differenter, qđ sic patet. Primò. n. delectabile scđm sensum inquantū appetitū sensitui quodāmodo adaptat, & cōformat, causat amorē. Scđò inquantū delectabile est absens: & appetitū sensitui ad se attrahit causat concupiscentiam. Tertiò inquantū delectabile est p̄ns, & appetitū in seipso quietat, causat delectationē, unde delectatio est quietatio appetitus in delectabili, ita q̄ delectabile circa sensum tripliciter considerari pōt, uel ut cōueniēs, uel ut attrahens, uel ut p̄sens, & quiescēs. Primò ut delectabile est appetitui cōueniēs causat amorē, scđò prout est absens, & alliciens causat concupiscentiā, tertiò prout est p̄sens, & in appetitu quiescens causat delectationem, ut patet. Hæc Bea. Tho. prima secundæ q. 30. art. 2. utrum concupiscentia sit passio sp̄alis potentia, scilicet cōcupiscibilis, in cor. q. in fi.

C A P. II.

Concupiscentia aliquādo est meritū.
2. **S**ecundo principaliter circa concupiscentiam considerare debemus qualitatem peccati. Vbi nota, q̄ concupiscētia aliquando est meritum, aliquādo nullum est p̄ctm, aliquando est veniale: aliquādo mortale peccatū. Primò. n. dico, q̄ cōcupiscentia, aliquando est meritum sicut concupiscentia sapientia, & aliorum bonorum sp̄itualium: quod tali ratione ostendo. Meritum est quod deducit ad pr̄mium, sed ut dicitur Sapient. 6. Concupiscentia sapientia perducet ad regnū perpetuum. Glo. quod est in cognitione diuinitatis: ergo &c. Dicitur autem appetitus sapientia, & aliorum bonorum sp̄itualium interdum concupiscentia,

duplici ratione. s. propter quandam similitudinem, & propter appetitus superioris partis intensionem. Prima ratio est, propter quandam similitudinē, ut sicut appetitus bonorum sensibilibum dicitur concupiscentia, sic appetitus bonorum sp̄itualium uocatur cōcupiscentia. Secunda ratio est propter appetitus superioris partis intensionem, ex quo fit redundantia in appetitum inferiorem, ut simul ēt ipse inferior appetitus suo modotendat ad spirituale bonum consequens appetitum superiorem, & ēt ipsum corpus sp̄itualibus deseruiat, sicut etiam in psal. dicitur. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Hæc B. Th. prima. 2. q. 3. ar. 1. utrum cōcupiscētia sit solū in appetitu sensitui, in so. 1. arg.

Secundò dico, q̄ concupiscētia aliquādo nullum est peccatum, scilicet per rationem determinatam, quod est licitum cōcupisci. unde si tunc sensualitas in id feratur nullum est peccatum.

Tertiò dico, q̄ concupiscentia aliquādo est veniale peccatum, puta cum aliquis ad uxorem suam accedit ex concupiscentia, dummodo non excedat limites matrimonij, uel cum aliquis id quod de se, vel ex genere est mortale subito hoc est indeliberatē, concupiscit.

Quartò dico, q̄ concupiscentia aliquādo est mortale peccatum. s. quando quis ex concupiscentia ad uxorem suam excedit limites matrimonij, uel quando quis ex concupiscentia actum fornicationis committit, uel quando quis id quod ex suo genere est mortale deliberatē concupiscit; uel facere intendit. Hæc B. Thom. in q. dispu. de ueritate. q. 25. de sensualitate. artic. 5. utrum in sensualitate possit esse peccatum, in solu. 1. arg. Requi. infra Sensualitas. His enim duobus modis super illo uerbo Matth. 5. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam mæchatus est eam in corde suo. Hieron. in glo. de concupiscentia ueniali, & mortali distinguens sic ait. Inter passionem, & propassionem hoc interest, quod passio reputatur in uicium, propassio uerò licet in culpam uitij hæreat, tamen non tenetur in crimine: ergo qui uiderit mulierem, & anima eius fuerit titillata, hic propassione percussus est. Si uerò consenserit,

Cōcupiscentia aliquādo nullū ē peccatum.

Aliquādo veniale.

Aliquādo mortale.

senferit, & de cogitatione affectum fecerit, sicut scriptum est in ps. Transierunt in affectum cordis, de propensione transiit ad passionem, & huic uoluntas peccati non deest, sed actio: quicumque ergo uiderit ad concupiscendum. i. eam hoc sine, & animo aspexerit, ut eam concupiscat, & facere disponat uel intendat quod iam non est titillari, sed plenè libidini cōsentire, ut si facultas sit peragatur iste rectè dī mechatuſ eam in corde suo. Vult ergo Hiero. dicere ibidem, quod concupiscentia aliquando est propensio siue motus subitus, & tunc non consumat peccatū, sed inchoat, & est ueniale. Aliquando uerò concupiscentia est passio siue motus, uel appetitus deliberatus, & intētus. s. qñ concupiscentiæ consentitur cum intentione perducēdi ad actum. unde licet tūc desit peccandi occasio, uel facultas, tamē quia non deest peccandi uoluntas, ideo concupiscentia est peccatū mortale: lac. 1. concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Cuius ratio est, quia concupiscentia concipit delectationem, parit cōsensum, producit ad actum, & inducit ad mortem consuetudinis contēptus, & desperationis, & ideo prohibetur tāquā mortale peccatum. Exod. 20. & ad Ro. 7. Non concupisces: ubi glosa. Aug. sic ait: Non concupiscere oīno pfecti est, nō ire post concupiscentias luctatoris, & Eccl. 18. Post cōcupiscentias tuas: gl. carnales, & malas non eas. s. adimplendo eas per consensum. Eccl. 5. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentias cordis tui.

Ad concupiscentias homines differenter se habent. Vbi nota, quod quidam præcedunt concupiscentias, sicut illi, qui prouocant, & procurant, quidam uerò concomitantur concupiscentias sicut illi, qui in cogitationibus illicitis commorantur: quidam autem sequuntur concupiscentias, sicut illi, qui consentiunt, uel cooperantur eis. Et subdit, & a uoluntate tua, glo. carnali auertere: quasi dicat: Non sequaris uoluntatem tuam, sed potius abijce si uis sequi Deum: Lucæ. 9. Si quis uult post me uenire &c. Vbi nota, quod non ire post concupiscentias est non obedire motibus concupiscentiæ. Auerti uerò a uoluntate est clongare se ab omnibus ex quibus oritur uoluntas peruerſa.

Circa concupiscentias, tertio, principaliter considerare debemus quantitatem nocuenti. Vbi nota, quod alia fuit opinio Socratis, & alia ueritas Arist. Opinio, n. Socratis fuit, ut dicit Phil. 1. Ethic. quod Scientia nunquam possit superari a passione: putabat enim, quod nullus, qui rectè æstimat, uel iudicat operetur aliquid nisi quod est bonum, & quod omne peccatū accidat propter ignorantiam. Hoc autem probat duplici ratione. Prima est, quia fortius non uincitur a debiliori: scientia autem propter suam certitudinem est fortior passione. Secunda ratio est, quia uoluntas non est nisi boni, uel apparentis boni, cum ergo passio concupiscentiæ, uel alia trahit uoluntatem in id quod est uerè bonum, non inclinat uoluntatem contra scientiam, cum uerò trahit uoluntatem in id quod est apparēs bonum, & non existens trahit eam in id quod rōni uidetur, hoc autem est in scientia rationis quod ei uidetur. Veritas autem Aristotelis est, & experimento patet, quod multi agunt contra ea quorum scientiam habent. Cuius rō est, quia cum ad rectè agendum homo duplici scientia dirigatur. s. scientia uniuersali, & particulari, & scientia in habitu, scientia in actu defectus utriusque scientiæ sufficit ad hoc, quod impedita sit rectitudo operis, uel uoluntatis. Primus defectus est si sciat in uniuersali aliquid, & non in particulari: v.g. Contingit. n. frequenter, quod aliquis habens scientiam in uniuersali de aliquo non consideret illud in particulari, putat nullam fornicationem esse faciendam, sed tamen ex passione concupiscentiæ non cognoscit, uel considerat in particulari hunc actum, qui est fornicatio non esse faciendum, ideo peccatum sequitur in uoluntate, & opere contra scientiam uniuersalē. Secundus defectus est si cōsideret aliquid habitu, & non actu. contingit n. frequenter, quod illud quod habitualiter scit. nō considerat actu ex plurib. cās de quib. statim patebit, ppter quas sciens habitu, & nō considerans actu peccat. Et ideo primò respōdeo ad rōnes, & postea exprimā ueritatē. Ad primā ergo rōnē qua dicit, quod fortius a debiliori non uincitur

Opinio
socratis
quod scientia nunquam potest superari a passione.

Repellitur Op.
Socrat.

citur: sciētia ē fortior passione: ergo &c. respōdeo, & dico, q̄ scientia uniuersalis nō est principalis in ope, sed magis sciētia particularis: passio autē concupiscentiā, uel alia agit contra sciētiā particularem manente uniuersali. Ad secūdā rationem qua dicitur, q̄ uoluntas nō est nisi boni, uel apparentis boni respondeo, q̄ hoc ipsum quod uoluntati uidetur in particulari aliquod bonum quod non est bonū, cōtingit ex concupiscentia, uel ex aliqua alia passione. Similiter ad id qđ dicit Aug. q̄ omne peccatū est ex errore, in scientia autem uniuersali nō est error, respondeo & dico, q̄ omne peccatum est ex errore in conclusione, & in minori propositione, ut patebit statim. Et similiter exponitur illud Prou. 14. Errant qui operantur malum.

Opinio
Arist. &
vera.

Et ideo teneo pro ueritate cum Aristotele 7. Eth. q̄ concupiscentia, & quælibet passio alia superat, & obnubilat iudiciū rationis in particulari contra scientiam particularem: quod dupliciter probo. scilicet auctoritate, & rationibus. Primò auctoritate scripturæ sacræ. Lucæ 12. ubi dicitur: Seruus qui cognouit uoluntatē domini, & nō fecit plagis, uapulabit multis. Et auctoritate Iacobi 4. ubi dicitur: Scienti bonum, & nō facienti peccatum est illi: ex quibus patet q̄ homo operatur in particulari contrarium eius q̄ nouit in uniuersali. Scđō q̄ cōcupiscentia, & quælibet passio alia licet superet, & obnubilet iudiciū rationis in particulari contra id q̄ nouit in uniuersali, probo tripliciter. scilicet per quandam oppositionem, transmutationem & distractionem. Primò cōcupiscentia obnubilat, & peruertit iudiciū rationis in particulari ratione oppositionis, quia concupiscentia, uel passio alia ut plurimum inclinat ad cōtrarium huius qđ sciētia uniuersalis habet, ut dicit Apo. ad Ro. 7. Video aliā legē in mēbris meis repugnātē legi mētis meæ &c. Qđ uerbū Aug. exponēs dicit: Duplex ē cōcupiscentia. scilicet mētis, & carnis, uel corporalis, & spiritalis: de concupiscentia mētis Apost. loquēs ait: Cōdelector. n. legi Dei scđum interiorē hominē: de concupiscentia carnis loquēs ait: Video aliā legē in mēbris meis: nā lex quæ est in mēbris ē cōcupiscentia carnis, uel fomes peccati, quæ ē in mēbris

ut in oculo ad cōcupiscēdū, & ī manu ad opandū: & quia est in mēbris. i. in carne, & ex carne, tatō est periculōrior. quātō uicinior. Et subdit. Repugnātē legi mētis meæ. i. rationi rectæ, uel cōcupiscentiæ mētali. Aug. n. 12. de Trini. dicit, q̄ ad interiorē hominē p̄tinet q̄ est propriū aīæ rōnalis: ad exteriorē autem hominem p̄tinet quicquid hō cōmune cū bestiis habet. Hęc repugnātia duarū legū, uel cōcupiscentiarū in aīa fuit figurata. Gen. 25. v. bi legitur, q̄ paruuli in utero collidebantur. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum &c. Dicit autē scđum Aug. talis cōcupiscentia lex, quia legitimē factū est, ut q̄ nō obedit suo superiori. scilicet rationi, & Deo. q̄ nō seruiat ei suū inferius. scilicet corpus. Supra te est dñs tuus, infra te est caro tua: serui meliori, uel superiori, ut seruiat tibi uilior & inferior: cōtēpisti superiores, torqueris ab inferiore: iō dicit Repugnātē. Hęc Aug. in Gl. ibidem, secundo cōcupiscentia carnis, uel alia passio ligat, & obnubilat iudiciū rationis in particulari ratione transmutationis corporalis, in quantum corporalis cōcupiscentia, uel passio alia iudiciū rationis in particulari ligat, ne liberē in actū exeat. Cuius ratio est, quia sicut somnus, & ebrietas iudiciū rōnis ligant, ita cōcupiscentia, & alia passio: unde q̄ peius est, cum concupiscentia & aliæ passiones multum intenduntur, homo totaliter usum rationis amittit: qđ patet, quia experimento uidemus, q̄ multi propter uehementiā amoris odij iræ, & concupiscentiæ in infania sunt conuersi. Et sicut ebrius quandoq̄. proferre pōt uerba significantia pfundas sententias, quas tali mente diiudicare non potest, ita in passione cōcupiscentiæ, uel alia passione ne existēs, & si ore pferat, nō est hoc faciēdū: tamē interius hoc aīo sentit q̄ sit faciēdū: tertio cōcupiscentia carnis, uel alia passio ligat, & obnubilat iudiciū rōnis in particulari rōne distractionis, in quantum cōcupiscentia trahit, & impedit rōne cōsideret in particulari quod nouit in uniuersali, uerbi gratia in gula, & in luxuria: primò in gula.

Vbi nota q̄ syllogismus incōtinētis, uel cōcupiscentis quattuor ppositiones hēt, duas uniuersales, & duas p̄ticulares. Vna uniuersalis est rōnis quæ dicit, uel pro-

Figura
de repu-
gnantia
duarū
legū.

Exponi-
tur illā
ad Ro.
7. uideo
aliā le-
gem.

Sillogis-
mus in-
continē-
tis.

hēt gustare dulce inordinatē dicens: Nul-
lum dulce esse gustandū extra horā. Alia
vniuersalis est cōcupiscētiā quæ dicit, q̄
omne dulce est delectabile, q̄ est per se q̄-
situm a concupiscentia, & quia concupi-
scentia ligat rationem in particulari, nō
assumitur hæc particula præter horam
sub vniuersali rōne, ut dicatur: Hoc dul-
ce est præter horam: sed assumitur sub v-
niuersali concupiscentiā, ut dicatur hoc
est dulce, idē delectabile, & gustandum:
sic sequitur conclusio operis, ut aliquis
ex concupiscentia incontinenter agat
cōtra rōnē, scientiā, uel opinionē vniuer-
salē: scdō hoc idē ostendo per exemplum
in luxuria sic: Ratio vniuersalis dicit nul-
lam fornicationē esse committendā: cō-
cupiscentia vniuersaliter dicit delectatio-
nem esse sectandam. Concupiscentia igit̃
ligat rōnē ne assumat sub prima vniuer-
sali rationis. s. sub ista, nullā fornicatio-
nem esse committendam, sed sub secun-
da vniuersali concupiscentiā. s. sub ista,
delectationem omnem esse sectandam:
& ideo dominante concupiscentia incō-
tinens assumit, & concludit sub secunda
dicens fornicationem ut delectabile esse
sectādā. Vel aliter ratio vniuersaliter di-
cit nullum actum uenericum cum nō sua
esse perpetrandum concupiscentia vni-
uersaliter dicit, omnis actus uenericus est
delectabilis: concupiscentia ergo non as-
sumit particulas vniuersalis negatiuē. s.
ista; cōcubitus cum non sua est opus ue-
nereum, quia si assumeret sequeretur fu-
ga ut patet incontinentē, sed assumit par-
ticularem vniuersalis affirmatiuē. s. istā,
actus uenericus cum non sua est delecta-
bilis, & idē sequitur conclusio. s. praua
electio, & actio incontinentis. s. omnis a-
ctus uenericus cum non sua tanquam de-
lectabilis est perpetrandus. His. n. modis
concupiscentia carnis ligat, & obnubilat
iudicium rationis in particulari contra
scientiam, uel rationem vniuersalē. Et pp̃
hoc dī Dan. 13. Species decepit te, & con-
cupiscentia subuertit cor tuū. Hæc Phil.
7. Eth. c. 3. primū qđ ergo &c. infra eo.
c. ibi. Quoniam quidē ergo hæc vniuer-
salis rationis in qua prohibes gustare: hæc
aūt. s. omnis cōcupiscentia dicit, quoniā
omne dulce delectabile: hæc aūt. s. ratio
vniuersalis dicit fugere: cōcupiscētiā aūt

dicat oppositū. Mouere. n. pōt concupiscē-
tia maximē cū fuerit uehemēs unāquāq;
particulariū, & potētiarū aīæ, quare acci-
dit a ratione aliqualiter, & opinione in-
continentē agere. Hæc Phil. ibid. in text.
& Alb. in commento, & B. Tho. in script.
Eth. ibid. & iterum B. Tho. prima 2. q. 77.
art. 2. ut um passio appetitus sensitiui pos-
sit superare rōnē contra suā snām, argu-
contra, & in cor. q. & in sol. 5. arg.

C A P. II II.

AD maiorem tñ euidentiā p̃dictorū
quāti mali, uel dāni sit fomes, uel cō-
cupiscētiā carnis, uel appetitus sensitiui
patet per quattuor, primō ex sua genera-
litate ex qua est insanabilis: secundō ex
sua infinitate ex qua est insatiabilis: ter-
tiō ex sua generalitate ex qua inuitabi-
lis: quartō ex sua causalitate, ex qua est de-
testabilis. Primō quanti mali, uel damni
sit fomes, uel cōcupiscētiā appetitus sen-
sitiui patet ex sui generalitate ex qua est
insanabilis: unde Aug. in lib. de lapsu mū-
di sic ait. Concupiscentia de qua nati su-
mus quandiu uiuimus quotidie minui
potest, finiri non potest. Vbi nota q̄ esse
sine concupiscētiā, est uel esse sine ea ut
est p̃na, uel esse sine ea, ut est culpa, uel
esse sine ea ut est inclinans ad culpam.

Primō. n. modo esse sine cōcupiscen-
tiā ut est peccati originalis p̃na nō pōt
esse, quia habere concupiscentiā ut est p̃-
na peccati originalis attestatur fragilita-
tis naturæ humanæ corruptæ: & p̃ cōse-
q̄ uēs diuinæ iustitiæ. Secundō esse sine cō-
cupiscentia ut est culpa potest esse non
per nām sed p̃ grām: primō esse sine con-
cupiscentia ut est culpa, vel p̃na debita
culpe p̃ nām, nō pōt esse: quod patet pri-
mā 1oh. 1. Si dixerimus quoniam pecca-
tū non habemus nos ipsos seducimus, &
veritas in nobis nō est. Et Eccles. 7. Non
est homo in terra qui non peccet &c. Et
Aug. in 11. de Baptismo paruulorū sic ait:
Non p̃stat in Baptismo ut lex peccati, q̄
in membris est, extinguatur, & p̃sus nō
sit: secundō concupiscentia ut est culpa
per gratiam in aliquo extingui potest: un-
de Aug. ibidem subdit dicens: Nisi fortē
miraculo ineffabilis creatoris: & hoc
est per gratiam qua in aliquo miraculo-
sē extingui potest concupiscentia scilicet
q̄ non sit culpa: tertio modo esse sine cō-

Concupiscentia potest intelligi, ut concupiscentia est inclinatio ad culpam: & hoc et potest esse per gratiam, ut patet in concupiscentia speciali. scilicet coniugali, quae excusatur, honestatur, refrenatur. Primum concupiscentia coniugalis excusatur a crimine, & sic remedium concupiscentiae matrimonium praestat ne sit crimen per gratiam quae in matrimonio datur. Re. sup. Coitus coniugalis 3. ca. qualiter coitus coniugalis est meritorius, & gratiam confert. Secundum concupiscentia coniugalis honestatur, ut careat turpitudine, & hoc per bona matrimonij, quae honestant concupiscentiam carnalem, & coniugalem. Re. infra: Matrimonium, de bonis honestantibus matrimonium. Tercium concupiscentia coniugalis refrenatur a libidinis magnitudine, quamvis .n. opera matrimonij secundum se considerata nata sint intendere, uel augere concupiscentiam carnis: tamen secundum & ratione ordinantur ipsam reprimunt, & impediunt, uel remittunt: quia dum concupiscentiae satisficit in actu coniugali, ad alias concupiscentias non ita incitat, propter quod dicit Apo. prima ad Cor. 7. Quod si non continent nubant, melius est. n. nubere quam uri. In quo uerbo ostendit duplex bonum, & unum malum. Primum supponit, uel instruit bonum simpliciter. scilicet bonum continentiae, quod dicitur. Contineant. quod si non continent. id est si gratiam continentiae non habent, uel de incontinentia uehementer timent, nubant: ecce bonum secundum quod scilicet bonum coniugalis culpae. Et subdit rationem huius dicens: Melius est. n. nubere quam uri. id est quam libidinis igne ardere. Ambr. in glo. ibid. Uri n. est desiderijs angere uel vinci, ita quod illud est malum. scilicet uri, hoc est bonum. scilicet nubere, hoc est melius. scilicet continere. Haec B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 26. de matrimonio secundum, quod est sacramentum, arti. 3. utrum matrimonium conferat gratiam, in sol. 4. ar. Et Alex. 2. parte sum. q. 121. de concupiscentia, artic. 7. utrum concupiscentia in aliquo minuat. in fine. q.

C A P.

V.

SECUNDO quanti mali, uel damni sit concupiscentia appetitus sensitiui, quae est appetitus boni delectabilis secundum sensum, patet ex sua infi-

nitatem ex qua est insatiabilis. Ad cuius euidentiam de concupiscentijs loquens distinctionem talem praemitto. Quod concupiscentiarum alia est naturalis, alia animalis, alia culpabilis, alia inteminerabilis.

Primum enim concupiscentia naturalis secundum Phil. 3. Ethic. quam Plato concupiscentiam necessariam uocat, est eorum a quibus abstinere non potest, sicut concupiscentia cibi, & somni: huiusmodi autem concupiscentiae ideo dicuntur naturales communes, & necessariae, quia ad eas ex natura omnes naturaliter inclinamur, & eis quodlibet indiuiduum necessario conseruatur.

Secundum concupiscentia animalis est eorum bonorum ad quae ex natura non inclinamur, sed potius ex nostra adinuatione, & tales concupiscentiae non dicuntur proprie esse naturales, & necessariae, sed communes non naturales, neque et necessariae: ut v. g. quia non omnes homines desiderant talem, uel talem lectum, puta stratum plumis aut preciosis tegumentis, & pannis sericis. Similiter non omnes desiderant talem, uel talem cibum, puta preciosum aut delicatum paratum: neque etiam idem omnes concupiscunt, sed quidam in talibus concupiscunt hoc, quidam aliud. non enim eadem concupiscunt cholericis, & sanguineis, & phlegmaticis: & minus eadem concupiscunt homo, & equus, & alia, quae diuersarum specierum existunt.

Tercium dico quod est concupiscentia culpabilis: sed quae? cum enim sit concupiscentia naturalis, & non naturalis, sed animalis, ut patet, concupiscentia naturalis non est peccatum. Cuius ratio est, quia naturalis causa concupiscendi est indigentia, & ideo si naturaliter concupiscitur quod natum est implere indigentiam naturalem, sicut concupiscere cibum qui est, uel prout est naturalis indigentiae repletius, non est peccatum. Cuius ratio est, quia in naturali concupiscentia non est aliqua differentia boni, & mali: omnes enim appetunt cibum, uel somnum: concupiscentia uero animalis potest esse peccatum: nam in proprijs concupiscentijs peccatur multipliciter, & quantum ad diuersos, & quantum ad eundem. A diuersis enim diuersa sunt propria, &

Concupiscentia naturalis, quae sit.

Itaque quae animalis.

Concupiscentia culpabilis quae sit.

Cōcupi-
cētia ī
termina-
bilis q̄
sit.

concupita in cibis, & uenerij, ut patet supra de concupiscentia animali, & sic in his diuersimodè peccant. Similiter unus & idem in uno concupito, uel desiderato multipliciter peccat scdm oēs circūstantias, quia quælibet circūstantia efficit finis uoluntatis: unde quidam diuersimodè delectantur in materia in qua non oportet, & similiter de alijs, & sic scdm omnes circūstantias sunt diuersi modi peccandi: & præcipuè gula in qua B. Gr. quinque modos gulæ, ponit, qui continentur ī hoc uersu: Præporpere, lautè, nimis ardentè, studiosè: ut patet infra Gula. & infra Luxuria. Req. supra. Circūstantiæ. Quartò dico, q̄ concupiscentia aliqua est interminabilis. i. īfinita, Sed quæ concupiscētia est īfinita? Resp. & dico, q̄ cum sit duplex concupiscentia. sc. naturalis, & non naturalis sed animalis. Primò dico, q̄ concupiscentia rei naturalis actu īfinita esse non potest: quod dupliciter probō. Primò ratione: eò q̄ concupiscentia rei naturalis est eius quod natura requirit: natura autem semper intēdit aliquid finitum, & certum: Secundò hoc idem probō ex similitudine, quia homo, uel aliud animal naturali appetitu nunquam appetit īfinitum cibum, uel īfinitum potum: sed successiuè concupiscentia rei naturalis pōt esse īfinita, ut post adeptum cibum, iterū alia uice concupiscat, & desideret cibum, uel quodcūque aliud natura desideret: unde dñs Io. 4. dicit: Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum: & hoc duplici rōne. sc. propter defectionem, & propter falsam æstimationē: Prima rō quare concupiscentia rei tēporalis est finita successione, est ppter eius defectionem, quia bona temporalia cū adueniunt non perpetuò manent, sed deficiunt, Sap. 5. Transierunt omnia quasi umbra, & ideo eorum concupiscentia, uel appetitus oportet, q̄ cesset, & alia cōcupiscentia, uel appetitus succedat. sc. indeficientis boni. Secunda rō est ppter falsā opinionē, & in hoc est differentia inter rem temporalem, & spiritualem, quia res tēporalis antequam habeatur æstimatur magni præcij, & sufficiens: sed postquā habetur, quia nec tanta nec sufficiens inuenitur ad quietandū desiderij, ideo nō sariat desiderij: unde ad aliud concupi-

scendum, & desiderandum mouet, ut habeatur. Res uerò spiritualis nō pfectè cognoscitur nisi cum habeatur: Apoc. 2. Nemo nouit nisi, qui accepit, & iō nō habita mouet desiderium ad habēdū: cū uerò habetur, & cognoscitur delectat affectū, & mouet desiderium, ut pfectè cognoscatur, habeatur, & teneatur: unde Eccl. 24. dñ: Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Hæc B. Th. in postilla super Ioh. exponens illud uerbum: Qui biberit ex hac aqua &c. Ioh. 4. Sed concupiscentia non naturalis. i. animalis omninò est īfinita, quod dupliciter probō sc. ex parte rationis, & finis. Primò ex parte rationis sic: quia concupiscētia animalis apprehensionem sequitur rationis: rationi autem competit in īfinitum procedere, eò q̄ ratio quodammodo est īfinitæ uirtutis in quantum īfinitum potest aliquid desiderare, ut patet: in additione numerorum, & linearum: unde qui concupiscit diuitias pōt eas concupiscere, non usque ad aliquem certum terminum, sed simpliciter se diuitem esse quantūcūq; potest. Secundò hoc idem probō ex parte finis. Nam Phil. dicit primò politicorum, cap. 8. q̄ quædam concupiscentia est īfinita, quædam uerò finita: quod dupliciter probat. sc. ratione, & exemplo. Primò ratione, quia finis secundum se concupiscitur, & appetitur: quod autem est tale secundum se si maius fuerit erit magis tale, sicut si album secundū se disgregat uisum: Secundò hoc idem probō exemplo, quia si ars medicinalis intendit secundum se sanitatē non ponit mensuram in sanitate, sed quantūcūque potest sanitatem inducit. Concupiscentia uerò eius quod est ad finē non est īfinita, sed scdm illam mēsurā appetitur, quæ conuenit fini, sicut ars medicinalis, quæ ad finem sanitatis ordinat medicinam, non dat medicinā quantūcūq; potest magnam, sed scdm illam uirtutis, uel quantitatis mensuram, quæ est utilis ad sanandum. Similiter, qui finē in diuitijs ponunt habent concupiscentiam diuitiarū in īfinitum. Qui uerò diuitias ppter uitæ necessitatem apperunt cōcupiscunt diuitias finitas sufficiētes ad uitæ necessitatē: & eadē rō est de cōcupiscentia quarūcūq; aliarū rerū. Hæc Ph. 3. Eth.

Quo cōcupiscētia īfinita dicatur.

& primò rhetoricæ, & primo politicorū c. 8. & Albertus in cōmento super 3. Eth. & B. Th. in scrip. ibid. & iterum. B. Th. 1. 3. q. 30. art. 3. utrum aliquæ concupiscentiæ sint naturales, & aliquæ non naturales, idest animales, in cor. q. & ibid. art. 4. utrum concupiscentia finis sit finita aut contra, & in cor. q. & in sol. 2. arg.

CAP. VI.

Tertio cōcupiscētia quāti mali, vel dāni sit patet ex sua generalitate ex qua est inenitabilis, nā cōcupiscentia appetitus sensitui præter Christū, & beatā virginem in omnibus reperitur.

Sed fortè quæres utrum concupiscētia sit equaliter in omnibus in quib. est, an in quibusdā magis, vel minus inueniatur. Respōdeo, & dico, q. aut loqmur ex parte naturæ, aut ex parte personæ. Primo. n. si loquimur ex parte naturæ humanæ dico, q. cōcupiscentia æqualiter ī omnib. se habet: quod probo duplici ratione. s. ratione culpæ, & pænæ. Primò ratione culpæ sic: Concupiscētia sequitur corruptionem humanæ nāæ, sed corruptio humanæ naturæ æqualiter inuenitur in omnibus habentib. nām humanā, ergo &c. Secundò hoc idem probo ratione sic: Aequalitas pænæ respōdet æqualitati culpæ: sed culpa est æqualis in omnibus. s. peccatū originale, ergo & pēna. s. concupiscentia. Si uerò loquimur de concupiscentia ex parte personæ, dico, q. concupiscentia in vno magis quā in alio inuenitur: & hoc duplici rōne. s. ratione complexionis, & assuefactionis. Primo ratione cōplexionis ex qua unus est pronior ad concupiscendum quam alius: unde sicut unus ex naturali cōplexione nascitur pronior alio ad intelligendum, vel ratiocinandum vel irascendum, uel alio potentior ad operandum, vel laborandum, ita ex naturali complexionem vnus nascitur pronior alio ad concupiscendum. Secundò hoc idem pbo ratione assuefactionis, quia per cōsuetudinem concupiscibilis, uel irascibilis unius est efficacior, uel feruentior ad concupiscendum, uel irascendum, quam alius. Cuius ratio est, quia ex consuetudine actuum uel dissuetudine relinquitur ī agente per voluntatem facultas, uel diffi-

cultas ad aliquid agendum. Sed contingit aliquos ab operibus concupiscentiæ retrahi, & honestis exercitijs occupari, in quibus inuenitur minor concupiscentia, aliquos uerò concupiscentiæ operibus operam dare in quibus inuenitur intensior concupiscentia: unde Aug. ad Valerium sic ait: Qui concupiscentiæ nequiter seruiūt tantas vires, in eis accipiūt, ut plerumq. iam ætate deficientib. mēbris eisdemque paribus corporis ad illud opus admoueri minus ualētibus, turpius, procacius insanire non desinunt. Hoc B. Th. 2. scrip. sent. dist. 3. 2. arti. 3. utrum fomes, uel concupiscentia in quibusdā minus, in quibusdā magis inueniatur, in cor. q. Quāto autem concupiscentia fuerit intensior, uel remissior. s. maior, uel minor, tantò magis uituperatur, & laudatur, qui erga eas benè, uel malè, se habet: & ppter hoc intemperatus plus peccat quam incontinens. quod probo specialiter propter tres rationes. s. complacentiam, permanentiam, uehementiam. Prima ratio est propter complacentiam sic. Ille cuius voluntas inclinatur ad peccandum ex propria electione magis peccat quā qui inclinatur ad peccandū ex passione, sed intemperatus inclinatur ad peccandum ex propria electione in quātum actus peccati sibi placet, incontinens autem inclinatur ad peccandum ex passione, ergo &c. Secunda ratio est propter permanentiam sic: Quāto aliquis diutius permanet in peccato, tantò grauius peccat, sed intemperatus diutius permanet in peccato quā incontinens: quod patet, quia incōtinēs statim pænitet passione cessante, intēperatus autem nō pænitet, immo gaudet se peccasse, ut dicitur Prou. 2. lætantur cum malè fecerint, &c. Et confirmo hoc idem alia ratione, scilicet propter impænitiā sic: Impænitentia aggrauat omne peccatū: unde Aug. in li. de uerbis domini dicit, q. impænitiā est peccatū in spiritū sanctum: sed sicut dicit Philosophus. 7. Eth. Intēperatus non est pænitiuus, imminet enim electioni: omnis autem incōtinēs ē impēnituius, ergo intēperatus grauius peccat quā incontinens. Hæc. B. Th. secūda secundæ. q. 156. artic. 3. utrum incontinens plus peccat quam intēperatus, arg. contra, & in cor. q. Tertia ratio est pro-

Intēperatus plus peccat, quā incontinens.

Concupiscētiū cōparatio

pter passionis uehementiam sic. Ille. n. qui circa delectationes appetitus sensitui peccat, nullam, uel modicam concupiscentiam patiēdo, peior est, & grauius peccat, ut facit intemperatus, quam homo, qui in predictis propter uehementē concupiscentiam peccat, qualis est incontinēs. Cuius ratio est, quia ille, qui absq. concupiscentia peccat, ut intemperatus, quid faceret si adesset ei foris cōcupiscētia, ut incontinens habet: quod per exemplum Phil. probo, quia sicut peius dispositus est secūdu corpus, qui de facili, & a modico uīno inebriatur, quam qui a multo, ita intemperatus, qui uincitur a minori passione concupiscentiæ peior est incontinente, qui uincitur a maiori passione concupiscētiæ. Hæc Phil. 7. Eth. c. 2. utrum autem aliquis est incontinēs. infra eo. c. ibi propter quod magis &c. & ibidem c. 8. Est autem intemperatus. infra eo. c. ibi: Ipsorum autem &c. & B. Th. in scrip. Eth. ibidem.

Magnitudo, et debilitas concupiscentiæ ex quibus procedat.

Est autem sciendum, quod magnitudo seu debilitas concupiscentiæ, ex publici causa in gñali pōt procedere. s. ex cā corporali, & spiritali: Primò quidem ex causa corporali dupliciter. s. ex naturali cōplexione. nam ex naturali complexionē corporis, quidam magis ad concupiscentiam, iram, & peccata alia inclinantur, quam alij, ut patet supra. Secundò ex faciliiori adeptione: Nam quidā habent oportunitates delectationum, concupiscētiā inflammantes magis paratas, quā alij. Ex his duobus modis magnitudo cōcupiscentiæ in continente auget meritū, eò quod continens quāto naturalem corporis complexionē habet magis ad concupiscentias inclinātem, & maiorem oportunitatem habet delectationum concupiscentiam inflammantē, quāto plus resistit, tanto plus commendatur, & meretur. debilitas uerò concupiscentiæ his duobus modis diminuit meritū, eò quod quāto minus habet complexionem naturalem ad cōcupiscentias inclinātem, & minorem cōcupiscibilibus opportunitatem, & per consequens concupiscentiā minorem, & pugnam tantò minus habet de merito cum resistit, & plus de merito cum succumbit, nam peior est, qui superatur a minori, quam qui superatur a maio

ri, ut patet per exēplum supra quarta ratione. Secundò magnitudo seu debilitas concupiscentiæ quandoq. prouenit ex causa spiritali: & hoc dupliciter, Primò ex magnitudine charitatis: Secundò ex fortitudine rationis; & his duobus modis debilitas concupiscentiæ auget meritum. eò quod quāto quis ex feruentiori charitate, & clariori, uel fortiori ratione pauciores concupiscentias habet, tantò magis meretur, & magnitudo concupiscentiæ diminuit meritū, eò quod quāto quis habet maiores concupiscentias, & non resistit neq. uincit, tantò minus uidetur Deū diligere & minus regi gubernaculo rationis. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 155. art. 3. utrum continentia sit melior quam temperantia, in sol. 2. arg. per totū. quare ibi.

C A P. VII.

Quarto & ultimò quanti mali, uel dāni sit concupiscētia appetitus sensitui patet ex sua causalitate, ex qua est detestabilis. Nam ipsa concupiscētia omniū malorum est causa, uel radix. Vbi nota, quod concupiscentia dupliciter potest sumi. s. gñaliter, et specialiter. Primò ergo concupiscentia generaliter sumpta ē prinitas spiritus rōnis ad peccatū, siue hæc prinitas proueniat ex carne siue nō, et hoc mō concupiscentia, id est appetitus inordinatus ex suo nimio amore prodiens est omniū malorū cā. unde Aug. in lib. de libero arbitrio sic ait: Clarū est nihil aliud quam libidinē esse omniū malorum causam. Et ideo super uerbū Apo. ad Rom. 7. Ego autem carnalis homo uenundatus sub peccato, glo. Ambr. sic ait: Venundatus sub peccato. i. precio malæ voluntatis Adæ. Subiectus peccato. i. concupiscentiæ. hoc. n. pactum. i. carnalis cōcupiscentia est unde oriuntur omnia peccata. Et subdit: Quicquid. n. peccatorum ē in dictis, in factis, in concupiscentijs; non oritur nisi ex mala cōcupiscētia quæ a peccato est facta. Secundò concupiscētia specialiter sumpta est prinitas partis sensualis corruptæ, quæ inseparabilis est a carne corrupta. Et hoc modo non omnia uitia sunt a concupiscentia carnali: unde super illo uerbo Aposto. ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis. glos. sic ait: Credere omnia uitia accidere

7.

Concupiscentia dupliciter sumitur.

ex carne error est, nam peccata spiritua-
lia non oriuntur a carne, sed a mēte. Hæc
Alex. 2. parte sum. q. 121. de concupiscē-
tia art. 5. utrum concupiscentia sit om-
nium malorum causa, in cor. q. per totū.

C A P. VIII.

8. **A**D maiorem tamē euidentiā p̄dicto-
rū nota q̄ est cōcupiscentia distin-
cta specie, contracta origine, infecta libi-
dine, inflicta ex crimine. Primò. n. concu-
piscentia distincta specie. Est enim alia
concupiscentia carnis, alia concupiscētia
oculorum, ut dicitur prima Iohannis. 2.
Ratio autem huius distinctionis est, quia
concupiscētia est inordinatus appetitus
delectabilium sensibilium ab amore sui
inordinato causatus. Appetitus autem
inordinatus huiusmodi delectabiliū est
duplex. Primo enim est appetitus inordi-
natus delectabilium quæ faciūt ad sustē-
ntationem, uel nūciationē, & cōserua-
tionem indiuidui, qualia sunt cibi, potus,
& huiusmodi, & talis appetitus inordina-
tus ab Apostolo dicitur, & uocatur cōcu-
piscētia carnis. Secūdo est appetitus inor-
dinatus delectabilium secūdu apprhē-
sionē imaginationis, aut alicuius huius-
modi acceptionis, sicut sunt pecunia, or-
natus uestiū, & huiusmodi appetitus uo-
catur ab apostolo cōcupiscentia oculorū.
i. ipsius visionis, q̄ fit per oculos. Prima
concupiscentia. sc. carnis uocatur a philo-
sopho concupiscentiæ naturalis. Secunda
concupiscentia. sc. oculorū uocatur concu-
piscentia animalis, ut patet sup. secundo
c. quāti mali, uel dāni sit concupiscētia.
Gl. autem exponens illud uerbum Iohā-
nis. Alia est concupiscētia carnis. &c. sic
dicit: Appetitus inordinatus in usu dele-
ctabilium uocatur concupiscētia carnis.
Appetitus uerò inordinatus in sensu hu-
iusmodi delectabilium uocatur concupi-
scentia oculorum. Sed fortē quæres, cum
delectatio sit omnium sensuum, quia con-
tingit secūdu omnē sensū delectari,
quare non numerat concupiscētiās alio-
rum sensuum, sicut concupiscentiam ocu-
lorum? Respondeo secūdu Aug. qui di-
cit, q̄ idē magis dicitur concupiscentia
oculorum quam aliorum sensuum. quia

sensus utimur in ceteris sensibus, cum tia oca-
cos ad cognoscendum intendimus: dici-
mus autem non solum, uide quid luceat, cialis ē.
sed etiam uide quid sonet, uide quid o-
leat, uide quid sapiat, uide quid durum
sit: unde generalis experientia sensuum
uocatur concupiscentia oculorum. Hæc
B. Th. prima. secundæ q. 77. arti. 5. utrum
causæ peccatorum ponantur tres, sc. con-
cupiscentia carnis, concupiscentia oculo-
rum, & superbia vitæ. Vbi nota, q̄ concu-
piscentia carnis est inordinatus appeti-
tus earum in quibus quæritur delectatio
carnis, quæ est secundum tactum, concu-
piscentia uerò oculorum est earum rerū,
in quibus non quæritur delectatio car-
nis, quæ est secundum tactū, sed delecta-
tio cuiuscunque apprhensiuæ uirtutis.
vnde quia sensus uisus est excellentior in-
ter omnes alios sensus, & ad plura se ex-
tendens, ut dicitur in principio metaphy-
sicæ idē nomen eius transfertur ad om-
nes alios sensus, ad omnes alias interio-
res apprhensiones: ut Aug. dicit in libr.
de uerbis domini, ut patet ex dictis: ibidē
arg. contra, & in cor. q. & in solut. 2. & 3.
argum.

C A P. IX.

Secundo concupiscentia est contracta,
& uitiata origine: quod multipliciter
probo. Primò auctoritate Aug. in libr. de
baptismo paruulorum sic dicentis. Adā
præter imitationis exemplum occulta ta-
be carnalis concupiscentiæ suæ tabefacit
in se omnes de sua stirpe uenturos. Secū-
dò hoc idem probo ratione. Vbi sciendū
quod primo homini in sua institutione
datum fuerat diuinitus quoddam super-
naturale damnum, sc. originalis iustitia,
per quam ratio subdebatur Deo, & infe-
riores uires rationi, & corpus animæ, hoc
autem donum non fuerat datum primo
homini, ut singulari personæ tantum, sed
ut cuiusdā principio totius humanæ na-
turæ, ut. sc. ab eo deriuaretur in posteros:
hoc autem donum acceptū a Deo primus
homo per liberū arbitriū peccās amisit:
eo tenore, & modo quo sibi datum fuerat
: sc. pro se, & pro sua posterioritate. Ex
hoc enim, q̄ auersus fuit ab incommuta-
bili bono, donū originalis iustitiæ, & p
se, & pro sua posterioritate amisit. Ex hoc

Quo o-
rigina-
lis iusti-
tia ho-
mini da-
ta fuit.

Duplex
est appe-
titus de-
lectabi-
lium.

Concu-
piscen-

autem, q̄ conuersus est inordinatè ad cō mutabile bonum, inferiores uires, quæ erigi debebant ad rationē depressæ sunt ad inferiora. Sic ergo, & in his, qui oriuntur ex eius stirpe etiam superior pars animæ caret debito ordine ad Deum, qui ordo erat per originalem iustitiam, & inferiores uires non subduntur rationi, sed ad inferiora conuertuntur secundum proprium impetum, & ipsum corpus etiam in corruptionem tendit secundum inclinationem contrariorum ex quibus componitur. Concupiscentia autem per originem contracta nihil aliud est quam destitutio, & inordinatio inferiorum uirium a uoluntate motarum a rectitudine iustitiæ, sicut aliquid inclinatur ad aliquid inordinatè agendum ex subtractione eius quod impediēbat: v. g. sicut uinū effunditur fractis ciatis, & equus concitatus uadit rupto freno quo retinebatur. Tertiò hoc idem probo ex peccati originalis diffinitione, nam peccatum originale in hoc homine, uel in illo nihil aliud est quam concupiscentia cum carentia originalis iustitiæ, ita tamen q̄ carentia originalis iustitiæ, est quasi formale in peccato originali: cōcupiscentia uero est quasi materiale, sicut etiam in peccato actuali auersio ab incōmutabili bono est quasi formale, conuersio autem inordinata ad bonum commutabile fit quasi materiale, ut sic intelligatur in peccato originali animaduersa, & conuersa sicut in peccato actuali, ut ita dicam, actus conuersus, & auersus. Quartò hoc idem probo similitudine tam in naturalibus quam in moralibus. Primò similitudine in moralibus: Nam aliquis homo singularis dupliciter considerari potest, uno modo secundum, q̄ est quædam persona singularis, alio modo secundū q̄ est pars alicuius collegij, & utroq; modo aliquis actus pōt pertinere ad eum. Primò. n. inquantū est persona singularis, pertinet ad eum ille actus quē proprio arbitrio, & per seipsum facit: sedò inquantū est pars alicuius collegij pertinet ad eū nō actus quē p̄prio arbitrio, & per seipsum facit: sed ille actus, qui fit a toto collegio, uel a principio collegij, sicut id qd̄ princeps facit dī ciuitas facere, ut dicit Philo. lib. politicorum. Sic ergo multi homines ex

Adam deriuati sunt tanquam multa mēbra unius corporis naturalis: ut Apostolus inducit de membris ecclesiæ prima ad Corin. 12. Actus autem unius mēbri corporalis, putā manus dupliciter pōt cōsiderari, uel secundum se, uel prout est aliquid hominis. Primò ergo si manus cōsideretur secundum se. s. prout est manus est quædam pars diuisa a corpore, homicidium quod manus committit non imputaretur manui ad peccatum, quia manus de necessitate mouetur ab alio. Si autem consideretur manus, ut est pars totius hominis, qui uoluntariè agit: sic homicidium quod homo manu facit imputatur homini ad peccatum, quia sic motus manus, & actus homicidij est uoluntarius. Sic a simili inordinatio, quæ est in isto homine ex Adam generatio non est uoluntaria uoluntate ipsius sed uoluntate primi parentis, qui mouet motione generationis omnes, qui ex eius origine generantur: & sicut ad unum peccatū faciendum diuersæ partes hominis adhibentur. s. uoluntatis ratio, manus, oculus, & huiusmodi, & tamen est unum solū peccatum propter unitatem principij, scilicet uoluntas a quo peccati ratio ad omnes actus pertinet deriuatur, ita etiam ratione principij in tota natura humana consideratur quasi unum peccatum originale: propter quod dicit Apost. ad Ro. 5. In quo omnes peccauerunt: quod secundum Aug. potest intelligi duobus modis. In quo scilicet in primò homine: uel in quo peccato primi hominis, ut peccatum primi hominis sit quasi commune peccatum omnium. Secundum exemplū est in naturalibus, quia sicut leprosus generat leprosum, & podagricus podagricum, propter aliquam corruptionem sui principij. s. seminis, & sicut aliquis defectus animæ ex cōsequenti propter corporis indispositionem contrahitur, sicut interdum ex fatuis fatui generantur, sic aīe inordinatio, & in mente, & in carne per originē contrahit: unde sicut cōcupiscentia, quæ est ex carne inficit animā ad quā p̄tinet carētia originalis iustitiæ, ita concupiscentia, q̄ est in patre ponitur cā peccati originalis. i. cōcupiscentiæ, quæ est in filio. Hæc B. Th. 1. 2. q. 81. ar. 1. uirū peccatū primi parētis traducat ad alios

Exp. illud Pauli. Ro. 5.

per originem, in cor. q. & in q. disputatis de malo de peccato originali, arti. 1. utrū aliquod peccatum ex origine cōtrahatur, in cor. q. & ibidem art. 2. quid sit peccatū originale, in cor. q. & in sol. 11. arg.

10.

CAP. X.

Tertio concupiscentia est infecta libidine. Vbi nota, qd aliter fuisset ante peccatum, & aliter est post peccatum. nam ante peccatum in statu innocentie fuisset per coitum generatio, sed non fuisset per coitum generatio, sed non fuisset libido, hoc est inordinata concupiscentia, & imoderata delectatio, sicut est post peccatum. Primò dico, qd ante peccatum fuisset in statu innocentie per coitum generatio sine libidine: Quod tripliciter probò. scilicet ratione, auctoritate, & similitudine. Primò ratione sic: In coitu sunt duo consideranda, scilicet coniunctio, & libido. Primum, scilicet coniunctio maris, & femine, ad generandum, & istud fuisset ante peccatum. Cuius ratio est, quia in omni generatione requiritur uirtus actiua, & passiua: unde cum in omnibus in quibus est distinctio sexus uirtus actiua sit in mare, uirtus uerò passiuua sit in femina ordo nature exigit, ut ad generandū conueniant per coitum mas, & femina. Secundum uerò, scilicet libido, quæ nominat inordinatam concupiscentiam in statu innocentie non fuisset. Cuius ratio est: quia deformitas inordinatæ concupiscentie in statu illo esse non potuit quando inferiores uires rationi omnino subdebantur: ut fuit in statu innocentie. Secundò hoc idem probò auctoritate Aug. 10. super Genes. ad litteram sic dicentis: In paradiso si non peccassent primi parentes fuissent nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus, & sine ardore libidinis, & sine labore, & dolore pariendi. Et iterum Aug. 14. de ciui. Dei sic ait: Nuptiæ ille dignæ felicitate paradisi, si peccatum non fuisset, & diligendam prolem gignerent, & pudēdā libidinē non haberent. Tertiò hoc idem probat Aug. ex similitudine. 14. de ciui. Dei sic dicens. In tanta felicitate hominum absit, ut suspicemur non potuisse semen feri, uel coitum fieri sine libidinis morbo, sed eo uoluntatis nutu mouerent

illa membra quo cætera sine ardore, & illecebroso stimulo: unde sicut alia membra corporis cū uolumus sine ardore libidinis mouemus, ut manum ori, & pedes gressui, ita genitalibus uterentur membris sine aliquo pruritu carnis. Ratio autem huius est, quia vires inferiores ante peccatum erāt rationi subiectæ, sicut minus nobile magis nobili, & inferius superiori. Rō autē dominabat illi delectationi, & eam deferret in suum finem, & ideo nō absorbebatur ratio a delectatione, nec erat ibi repugnātia, uel deordinatio aliqua. Secundò uerò dico, qd talis ægritudo libidinis mēbris humanis ex peccato ihæsit ut dicit magister sen. li. 2. di. 20. recitās, & allegās uerba Aug. 14. de ciui. Dei. Cuius rō est, quia libido nominat inordinatā concupiscentiā: ut patet supra, sed inordinata concupiscentia ex peccato pcedit, unde Aug. in lib. de fide ad Petrū sic ait: Sicut nō potest sine peccato conceptus esse, ita non potest esse in hominibus sine libidine concubitus.

Sed fortē argues in oppositū. 1. qd post peccatū coitus oīno absq; libidine potest esse tali ratione: Charitas libidinē diminit: charitas autem augeri potest in infinitum: cum ergo libido non sit infinita uidetur, qd et post peccatum libido possit totaliter tolli, & sic nō ē necesse, qd ex peccato primi parentis omnes in coitu libidinem habeant. Respondeo, & dico, qd charitas diminit actualem libidinem inquantum concupiscibilis obedit rationi, non autē sic obedit in statu corruptæ quin aliquid de motu proprio retineat etiam præter ordinem rationis, & ideo non omnino post peccatum tollitur libido quantumcunque uia charitas augeatur.

Sed fortē quæres, utrū in statu innocentie delectatio fuit maior quam in statu nature corruptæ. Respondeo, & dico, qd quæritas delectationis dupliciter attendi potest, uel absolute, uel secundum proportionem. Primò ergo modo loquendo absolute maior delectatio fuisset in coitu innocentie, quam sit nō in statu culpæ, qd quadrupliciter probò: Primò auctoritate Bern. sic dicentis: Nemo sanæ mentis maiorem in uitijs quam in uirtutibus æstimat esse delectationem, in opere ergo nature uiciatæ, & peccati non est maior delectatio quā in opere nature integre, & sine peccato: sed coitus in statu innocen-

Charitas libidinē minuit.

Maiores
delecta-
tio fuit
in sta-
tu inno-
centiæ.

ria fuisset opus naturæ, & sine peccato, & etiam opus virtutis, quia obedientia: quæ patet, quia dederat Deus præceptum de opere multiplicationis Gen. 1. Crescite, & multiplicamini &c. ergo coitus tunc temporis fuisset maioris delectationis, quàm modo. Secundò probo hoc idem ratione sic, Quàntò natura est purior, & corpus magis sensibile, tantò delectatio maior: sed in statu innocentie natura erat purior, & corpus magis sensibile quam in statu nature corruptæ, ergo delectatio sensibilis quæ est in coitu fuisset maior. Tertiò hoc idem probo duplici similitudine, vel exemplo, & primò exemplo sobrii, & gulosi, quia si sobrius non minorem, sed maiorem delectationem in cibo assumpto sentit quam gulosus, sic in statu innocentie, quia natura fuisset purior delectatio fuisset maior quàm post peccatum. Quartò hoc idem probo exemplo visus, auditus, & tactus, quia oculus Adæ in statu illo plus delectabatur in aspectu lucis, & auditus in auditu cantus sonori quàm aspectus, vel visus, vel auditus hominis lapsi modo in consimilibus delectatur, & hoc quia melioris armoniæ, & maioris vigoris præditi erant sensus illius. Secundo modo loquendo, scilicet respectu, & secundum proportionem ad rationem, fuisset in coitu multò minus delectatio in statu innocentie, quàm sit modo. Cuius ratio est, quia ratio fortiter in suo actu persistens delectationi parvius dominaretur, & ideo non fuisset superabundans vel feruens delectatio sicut modo est. Quod per exemplum probo, quia sicut equus lascivus rupto freno velocius currit, & impetuosius quàm cum infrenatur, & detinetur à suo sessore, sic in coniunctione illa per coitum, fuisset in statu innocentie delectatio maxima: sed hæc non fuisset immoderata, quia ratio regulabat eandem. Sed post peccatum delectatio, quæ est in coitu est maxima, & immoderata, quia propter sui magnitudines usum rationis absorbet: unde libido, quæ nunc est in coitu inficit, & absorbet rationem, ut actualiter iudicantem, concupiscibilem, ut appetentem, & impetantem, generativam virtutem, ut exequentem, sensum tactus, ut delectationem sentientem, & nunciantem, quæ in statu innocentie non

Compa-
ratio.

fuissent. Hæc B. Tho. 2. scrip. sen. dist. 20. art. 2. utrum in statu innocentie fuisset generatio per coitum. in sol. 2. arg. Et 1. parte sum. q. 98. art. 2. sub eodem tit. in cor. q. Et in q. dispu. de malo, de peccato art. 5. utrum peccatum originale per prius sit in voluntate quàm in alijs potentijs in solu. 1. arg. Et Alex. 2. parte sum. q. 91. art. 2. utrum in statu innocentie fuerit delectatio maior in coitu quam sit modo in cor. q.

CAP. XI.

QUARTO & ultimò concupiscentia est à Deo inflata ex crimine quod tripliciter probatur. scilicet ratione, similitudine, & auctoritate. Primò ratione, sic. Ordo diuinæ iustitiæ exigit, quod pena præsupponit culpam, & hoc, vel in eodem vel in alio: sed ut Aug. dicit super illud Apostoli ad Rom. 6. Neque exhibeatis membra vestra &c. propria pena peccati originalis est concupiscentia, quæ dicitur pronitas ad omne peccatum siue veniale siue mortale. Vbi nota, quod concupiscentia habet rationem culpæ, & pænæ. Si enim concupiscentia comparatur ad principium in quo omnes peccauerunt, sic concupiscentia habet rationem culpæ, quia ex voluntate primi parentis est causata. Si vero concupiscentia comparatur ad istum hominem prout est persona quædam non habito respectu ad naturam, sic concupiscentia est pena. Hæc B. Tho. in questionibus disputatis de malo de peccato originali. art. 2. utrum peccatum originale sit concupiscentia, in sol. ult. arg. Secundo quod concupiscentia sit pena originalis peccati probo similitudine, quia sicut in peccato actuali, voluntas se habet ad manum, vel aliud instrumentum, ita in peccato originali Adam se habet ad posteros: sed culpa voluntatis transit ad manum: & quantum ad penam, eodem quod manus digna est puniri propter hoc quod est res illius, qui peccavit & etiam quantum ad culpam, quia in manu causatur actus qui habet rationem culpæ. scilicet homicidium, licet non habeat homicidium rationem culpæ à manu in qua est sicut in subiecto, sed à voluntate à qua est sicut à causa mouente: sic est in peccato originali culpa à deo in posteros, vel ad posteros derivatur. Hæc magister Hervens Doctor egregius de ordine fratrum prædicarum in tractatu quem fecit de peccato originali. q. 2. utrum primum peccatum primi parentis in posteros

Concupiscentia habet rationem culpæ, & pænæ.

ros transfundatur, & concordat cum B. Th. ut patet, supra. 2. c. immediate præcedenti. Tertiò q̄ concupiscētia originalis peccati sit p̄na probo auctoritatē Aug. q̄ dicit, q̄ deus fecit concupiscētiā nō, ut auctor peccati, sed ut ultor p̄cti. Ex quib. verbis elicitur, q̄ cōcupiscētia pōt dupliciter cōsiderati, uel inquantū inclinatur ad peccatū, & sic nō est a Deo, uel inquantū cōcupiscentia est p̄na p̄cti originalis, & sic est a Deo. Hæc Ale. 2. part. sum. q. 121.

Exponitur illud
Ezech. 18. filius
non portabit iniquitatem
patris.

art. 4. a quo sit cōcupiscētia in sol. 2. argu. Sed fortè argues in oppositum. sc. q̄ cōcupiscentia non sit in nobis p̄na ex peccato primi parentis nobis inflicta: quia Ezech. 18. dicitur. Omnes animæ meæ sunt, filius non portabit iniquitatem patris, ergo nullus debet puniri nisi p̄ p̄ctō suo, & sic cōcupiscētia nō est in nobis p̄na peccati primi parētis. Rñdeo & dico, q̄ hæc auctoritas pōt intelligi, & exponi quattuor modis. Primo mō exponit sic: Peccatū primi parentis est quodammodo peccatū totius humanæ naturæ, & iō cū aliquis punitur p̄ p̄ctō primi parētis nō punitur p̄ peccato alterius, sed p̄ p̄ctō suo & hoc mō exponit. B. Th. in quæstionib. disputatis de malo de peccato originali, art. 1. utrum aliquod peccatū ex origine cōtrahatur, in sol. ult. ar. Scdō mō exponitur, & rñdetur sic: dicendo q̄ duplex ē p̄na. sc. spūalis, & corporalis. Prima est p̄na spūalis quæ p̄inet ad aīam, & tali p̄na filius nunquam punitur p̄ patre. Cuius ratio est, quia anima filij non est ex anima patris sed immediate creatur a Deo, & hæc ratio assignatur Ezech. 18. Omnes animæ meæ sunt, sicut anima patris, ita et anima filij mea est. Alia p̄na est corporalis, uel eorum quæ ad corpus pertinent, & hac p̄na interdum diuino iudicio, uel humano filius pro patre punitur quantū ad corpus, quia a parēte traducit, qd̄ parēti conformatur in culpa, & hoc mō exponit. B. Th. ubi supra immediate arti. 8. utrum peccata proximorū in posteros originaliter trāseūt, in sol. 6. arg. Tertiò mō exponitur sic. Filius non dicitur portare iniquitatem patris, quia non punitur filius p̄ peccato patris nisi sit particeps culpæ patris, & sic est in p̄posito, derivat. n. per originem culpa a patre in filiū, sicut etiā peccatū actuale p̄ imitationem.

Vbi nota, q̄ quædā sunt personæ, quæ differentiam naturæ: Ea. n. quæ sunt personæ, ut actus indiuidui non traducuntur a parētib. in filios quod patet, quia pater grammaticus non traducit in filium scientia & naturæ grammaticæ q̄ proprio studio acquisiuit. Ea re. verò quæ sunt speciei, uel nāx a parētib. traducuntur in filios nisi sit defectus naturæ, sicut oculatus generat oculatū, & aliqua sp̄ei accidentia per manentiæ dispositionem nāx, sicut velocitas corporis, bonitas, ingenij, & huiusmodi. Et hoc mō exponit. b. Th. prima secundæ. q. 81. art. 1. utrum primum peccatū primi parentis traducatur ad alios per originē. in sol. 1. arg. & ibidem art. 2. utrum alia peccata, uel ipsius primi parentis, uel proximorū parentum traducūtur in posteros, in cor. q. & in sol. 1. arg. Quarto modo exponit sic. Nam differentia est inter primū p̄ctm̄ primi parentis & peccata aliorum parentū q̄tū ad hoc, q̄ est transire in posteros: quia peccatum primi parentis derivat, & transit in posteros per originem, nō solū quantum ad culpam, sed etiam quantum ad p̄nam, & sic puniūtur omnes filij descendentes ab Adā pro peccato patris, sed peccata aliorū parentū deriuantur ad posteros per originem, nō quantum ad culpam, sed quantum ad p̄nam tantū, inquantū filij sunt res patris quantū ad corpus secundum quem modum peccatum alicuius posset transire ad bonum eius. sc. quantum ad p̄nam tantū. Cuius ratio est, quia quantumcunque alij parentes possunt transfundere bonam, uel malam dispositionem corporalem in filios, non tamen possunt transfundere culpam, uel peccatum in filios quia non possunt transfundere bonam, uel malam dispositionem mentis in filios cuius est regulare in ordine ad bonum rationis uires sensitivas. Hæc magister Hervæus in tractatu de peccato originali. q. 2. ubi supra in solu. 4. & 5. arg. Sic ergo ex præmissis patet quatenus concupiscentia est p̄na nobis inflicta, uel innata ex primo peccato primi parentis.

Sed fortè argues in oppositū. sc. q̄ cōcupiscentia nō sit p̄na tali rōne. Cōpia est rei amatæ: res aut̄ amata aut h̄ aut haberi speratur, cū res amata habetur inducit delectationem: cum autem non habetur

& haberi speratur, nihilominus inducit etiam delectationem spes. n. & gaudium non sunt sine delectatione, ergo concupiscentia non est pœna. Respondeo & dico, q. concupiscentia boni debito modo concupiscendi secundum q. sequitur ordinem rationis non habet rationem pœnæ sicut nec dilectio summi boni: sed concupiscentia rei indebito modo, scilicet præter ordinem rationis est pœna. Cuius ratio est, quia nullus in tali concupiscentia inuenit societatem sed quanto plus credit satiari, tanto magis euacuatur, & ideo huiusmodi concupiscentia inducit afflictionem, & per consequens est pœnosa. Hæc Alex. 2. part. sum. q. 121. art. 4. de vulnere concupiscentiæ, in cor. q. Sed contra uideatur q. concupiscentia non sit pœna, quia baptismus magis ordinatur contra culpam, vel concupiscentiam originale, quam contra culpam actuale: sed baptismus tollit in adulto peccatum actuale, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam: ergo tollit concupiscentiam originale, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Respondeo & dico, q. concupiscentia non manet in baptizato prout habet rationem culpæ: quia aliud regulatiuum habet dictæ concupiscentiæ, scilicet gratiam, & charitatem, manet tamen post baptismum in baptizato concupiscentia quantum ad hoc q. est quædam pœna peccati originalis, ut ex dictis patet Hæc magister Herueus Brito ordinis fratrum prædicatorum in tractatu de peccato originali. q. 3. utrum peccatum originale sit carentia originalis iustitiæ, uel aliquid aliud, in sol. 17. argument.

C A P. XII.

12 **E**ST autem sciendum ad maiorem euidentiam c. præced. q. concupiscentia, quæ est de ordinatio uirium inferiorum, uel appetitus inordinatus concupiscibilis a tribus causatur. scilicet originaliter a patre peccante, occasionaliter a lege prohibente, principaliter a mente consentiente.

Primo concupiscentia transfunditur originaliter a patre peccante. Si. n. Adam non peccante, Eua peccasset, filij peccatum originale, uel concupiscentiam non contraherent, è conuerso autem si Adam peccasset, & Eua non peccasset. Cuius ratio est, quia

in generatione pater administrat formam mater uero materiam: peccatum uero originale contrahitur per uirtutem actiuam mouentem ad naturam humanam, quæ est in semine maris secundum philosophum, & non per uirtutem passiuam, manifestum autem est q. materiæ non est mouere, sed moueri unde qualitercumq. aliquis materialiter ex Adam, uel ex his qui processerunt ab eo nullo modo contraherent peccatum originale nisi seminaliter propagaretur ab eo, sicut nec etiam peccatum contraheret si aliquis homo de nouo formaretur de terra, quia non refert quantum ad conditionem hominis de qua materia formetur, sed a quo agente formetur, quia ab agente recipit formam, & dispositionem, materia uero non retinet priorem formam aut dispositionem, sed nouam acquirit: & ideo quantuncunque. Eua primo peccauerit, signanter tamen dicit Apostolus ad Rom. 5. q. per unum hominem peccatum in mundum intrauit.

Ex quibus uerbis quattuor conclusiones elicio.

Prima est, duplex fuit peccatum Adæ scilicet commissum, & transfusum: Peccatum Adæ commissum fuit quædam actio inordinata, puta, inordinata concupiscentia, uel inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, siue comestio fructus uetiti, & istud fuit peccatum personale quantum ad subiectum, quia fuit in una sola persona. scilicet Adæ sicut in subiecto; casualiter tamen fuit peccatum quodammodo ipsius nature sed descendens ab Adam, quia fuit causa defectus descendens in omnes posteros Adæ. scilicet carentiæ iustitiæ originalis, & inordinatæ inclinationis appetitus sensitiui. Aliud fuit peccatum Adæ transfusum q. dicitur esse eius, non sicut materiæ, sed sicut causæ mouentis, & istud peccatum non fuit personale sicut peccata, quæ solū unam personam respiciunt. imo est peccatum omnium participantium naturam humanam ab Adam descendentem. Hæc magister Herueus de peccato originali q. 1. utrum aliquid q. habet rationem peccati possit traduci a parente in prolem, in sol. 14. arg.

Secunda conclusio est, q. quilibet generas traducit peccatum originale in poste traducit ros, in quantum generat, ut Adam, non peccatum in quantum generat, ut Petrus, uel Martinus originale. i. per

Duplex
fuit pec-
catum
Adæ.

Effectus
baptis-
mi.

le inquā
tū gene
rat ut
Adam.

Chri-
stus de.
scendit
ab Adā
secūdū
corpulē
tam sub
stantiā.

i: p id qd hēt ab Adā, nō p id qd ē ppriū
sibi, vt dicit B. Th. in q. dispu. de malo, de
pctō originali q. 1. utrū aliquod peccatū
ex origine contrahatur, in solu. 4. argu.

Tertia conclusio est, q̄ quia Christus
non descendit ab Adā scdm rōnē semi-
nalē, sed solum secundū corpulentā sub-
stantiam, quia conceptus fuit sine uirili
semine, iō non contraxit peccatū origi-
nale, ut Aug. dicit 10. super Gen. ad litte-
ram. Quarta conclusio est, q̄ Adam non
peccante ēt si Eua peccasset, filij fuissent
impassibiles, & immortales. Cuius rō est,
quia peccante Eua peccatū originale nō
transfunderetur in filios propter pecca-
tum Eux, ut patet supra: si autē Adam nō
peccasset transfundisset in filios iustitiā
originālē per quam anima non solū sub-
deretur Deo: sed ēt corpus subderet aīx p
quod excluditur passibilitas, uel necessi-
tas patiendi, uel moriendi. Hæc B. Tho.
prima secundæ q. 81. ar. 5. utrū si Adā nō
peccasset Eua peccante filij peccatū ori-
ginale contraherent: arg. contra, in cor.
q. & in solu. 2. arg. & in q. dispu. de malo,
de peccato originali, ar. 7. utrum illi qui
nascuntur materialiter ab Adam contra-
hant peccatum originale, arg. contra, &
in cor. q. & in sol. 4. argum. ibidem.

Secundō concupiscentia causatur oc-
cassionaliter a lege prohibēte: unde Apo.
ad Ro. 7. sic ait: Concupiscentiam nescie-
bam nisi lex diceret: non concupisces. Et
subdit: Occasione autem accepta pecca-
tum per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam. Quæ uerba se-
cundum August. in glo. sic exponuntur:
Concupiscentiā nesciebam &c. nō enim
lex mala est sed potius bona. Et quare
certe, quia peccatum facit cognoscere:
unde ait: Concupiscentiam nesciebam,
uel esse peccatum, uel tam graue pecca-
tum, uel esse puniendum peccatum, nisi
per legem quæ dicit: Non concupisces,
ubi prohibetur duplex concupiscentia,
scilicet generalis, quia omnis concupi-
scentia conuenit in una ratione commu-
ni concupiscentiæ: & concupiscentia spe-
cialis, quia in speciali sunt diuersæ ratio-
nes concupiscentiæ, secundum diuersita-
tem concupiscibilium: ut dicit philoso-
phus 10. Ethic. & datur in speciali diuersa
præcepta de non concupiscendo, ut di-

cit Beat. Thom. secundā secundæ q. 122.
artic. 6 utrum conuenienter præcepta de
calogi distinguantur: in solu. 3. argum.
Et subdit Apostol. ubi sup. Occasione au-
tem accepta peccatum operatum est in
me omnem concupiscentiam. Requi. ex-
positionem huius auctoritatis: sup. Con-
cupiscentia 1. cap. in medio.

Tertiō concupiscentia causatur prin-
cipaliter a mente consentiente: ubi no-
ta, q̄ in nobis est pronitas, uelabilitas
ad concupiscentias, uel ad concupiscen-
dum necessitas ad sentiendum, libertas
ad detestandum, uel consentiendum: pri-
mō in nobis est pronitas, uelabilitas
concupiscendi, quæ ex hoc causatur, q̄
vis concupiscibilis non perfectē subditur
rationi sublato freno originalis iustitiæ,
vt dicit B. Thom. in q. de malo: de pecca-
to originali, art. 3. utrum peccatum origi-
nale sit concupiscentia, in solu. 4. artic-
vnde Gen. 8. sic dicitur: Sensus & cogita-
tio humani cordis prona sunt ad malū
ab adolescentia sua: quæ uerba Greg. in
moral. li. 18. exponens sic ait: Nemo sibi
attribuat si cogitationes uicerit, quia cor-
ruptionis malum quod quisque ab ortu
carnalium desideriorum sumplerit exer-
cet in prouectu ætatis, & nisi hoc diuinæ
fortitudinis reprimat manus, omne bo-
num naturæ conditæ culpa uorat in p-
fundum, neque qui plantat est aliquid,
neque qui rigat: sed qui incrementū dedit
Deus est: secundō in nobis est necessitas
sentiendi concupiscentiæ motus inordi-
natos, quæ quidem inordinata concupi-
scentia in quantum est pœnæ manet etiā
post baptismum, ut dicit Thom. ubi sup.
immediatē: unde Apostolus ad Gal. 5. Ca-
ro enim concupiscit aduersus spiritum,
& ē conuerso: Requi. expositionem hu-
ius sup. Concupiscentia 1. cap. tertiō in
nobis est libertas consentiendi, & resistē-
di moribu sinordinatis concupiscentiæ,
vt dicit Beat. Tho. ibidem, in sol. 10. arg.
vnde Gen. 4. Sub te erit appetitus tuus,
& tu dominaberis illius. Gloss. Sub te e-
rit appetitus tuus, idest quia liberi arbi-
trij es, in potestate tua erit ne procedas
in consensum, & tu dominaberis illius.
Glo. Si imperfecta nequitia cordis citius
premitur nec procedat in actum: unde
Eccl. 18. Post concupiscentias tuas non
cas.

Concu-
piscētia
cātur a
lege oc-
cassiona-
liter.

tas. Iræ autem est consentire: ergo post concupiscentias tuas non eas. i. eis non consentias, quia liberi arbitrij es sicut patet. Req. expositionem huius auctoritatis. sup. Concupiscentia. 2. c. iuxta finem.

De confessione.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio dupliciter diffinitur s^m August. & Raym. in quibus diffinitionibus tanguntur quinque quæ ad confessionem requiruntur.
- 2 Confessio est actus uirtutis, & triplex est.
- 3 Ad confessionem uocalem peccatorum aliqui tripliciter obligantur. & quomodo.
- 4 Vtrum peccator teneatur statim confiteri.
- 5 Differre confessionem aliquando licet, aliquando non.
- 6 Opinio hæreticorum dicentium, quod confessio uocalis non est necessaria.
- 7 Confessio uocalis, uel in facto, uel in uoto est penitenti necessaria ad salutem, & quare.
- 8 Vtrum confessio sit necessaria ad salutem.
- 9 Habens usum lingue, & sacerdotis tenetur uerbo proprio confiteri.
- 10 Tria genera hominum tenentur confiteri, & quæ.
- 11 Peccatum manifestum, confitendum est, & quare.
- 12 Peccatum occultum est confitendum, & quare.
- 13 Peccatum proprium, & non alienum est confitendum.
- 14 Peccatum proprium recolitum, est confitendum.
- 15 Vtrum radices peccatorum sint confitendæ.
- 16 Extra casum necessitatis, necessarium est solum sacerdoti confiteri.
- 17 In casu necessitatis sufficit confiteri laico.
- 18 Necessarium est confiteri proprio sacerdoti, & quare.
- 19 Sacerdos proprius dicitur esse aliquis tribus modis.
- 20 Laudabile & utile est quod peccator quâ citius potest commodè peccatum suum confiteatur, & hoc propter quinque rationes.
- 21 Confessus semel peccatum suum, non tenetur ipsum iterato confiteri, nisi in quattuor casibus.
- 22 Vtrum reciduians, teneatur priora peccata, de quibus prius confessus fuit, iterum confiteri.
- 23 Confessio debet habere 19. conditionis, & quare.
- 24 Confessio debet esse uera.
- 25 Confessio debet esse discreta, & quomodo.
- 26 Confessio debet esse amara.
- 27 Confessio debet esse propria, & quare.
- 28 Nemini licet in publico confiteri peccata sua, confessione sacramentali.
- 29 Confessio debet esse secreta ex parte Sacerdotis, & quare.
- 30 Remedia quæ debet obseruare Sacerdos, in decem casibus contingētibus, ne aliquo modo sigillum reueletur confessionis.
- 31 Vtrum Sacerdos modo aliquo possit alicuius reuelare, peccatum quod in confessione nouit.
- 32 Non confitetur ille qui dicit in

Generali peccata sua, sed oportet q*uod* i*n* speciali de singulis peccatis mortalibus, quæ memoria occurrunt confiteatur, & quare.

33 Necesse est q*uod* p*en*itens omnia peccata uni Sacerdoti confiteatur.

34 Qui dicit in confessione, quæ non fecit peccat, & talis non confitetur.

35 Non est confessio quando aliquis confitendo diminuit. i. peccata pauciora dicit quàm facit, & i*o* oportet q*uod* omnia peccata confiteantur.

36 Confessio culpam dimittit, & multipliciter probatur.

37 Confessio diminuit p*en*am peccato debitam.

38 Confessio ianuam paradisi aperit.

39 Confessio tribuit spem salutis.

CAP. I.



Confessio. Circa confessionem consideranda sunt quattuor. s. diffinitio, obligatio, acceleratio, expressio. Vel aliter, congruitas diffinitionis, causalitas obligationis, celeritas confessionis, necessitas expressionis. Primò circa confessionem consideranda est diffinitionis congruitas: nam ad confessionem cōcurrūt quinque, ex quib. diuersæ diffinitiones conuenienter a sanctis doctorib. assignantur: primò. n. ad confessionem requiritur actus substantiæ, quia confessio est manifestatio eius quod latet: secundò ad confessionē requiritur propria materia de qua fiat. s. peccatū: tertio cā motiua quare fiat confessio, quia spe uenix: ex quib. tribus cōfessio diffinitur cōuenienter ab Aug. sic: Confessio est per quā morbus latentis spe uenix aperitur. Et Greg. sic dif-

finiit confessionem dicens: Confessio est peccatorum directio, & ruptio vulnerum. In quib. diffinitionibus tanguntur tria. s. actus, substantia in apertione, materia propria cum subditur. Morbus latens, & causa motiua, cum addit*ur* in spe uenix: quartò ad confessionem requiritur persona cui fiat. s. sacerdos: quintò ad cōfessionē requiritur efficacia, et eius effectus, qui sunt absolutio a culpa, & a parte p*en*æ, & obligatio ad aliam partem p*en*æ exoluedam. Ex quib. duob. Raymun. in sum. lib. 3. confessionem diffinit dicens: Confessio est sacramentalis, & legitima coram sacerdote, delinquentis, uel peccatorum accusatio ex erubescētia p*er* clauēs ecclesiæ satisfactoria obligans ad peragendum p*en*itentiam iniunctam.

Vbi nota, q*uod* cōfessio tripliciter fit. Vno modo interitus. s. in foro conscientix coram Deo, & in tali cōfessione morbus. s. peccatum latens non aperitur, quia Deo apertū erat. Secundo modo fit confessio exterior coram iudice mūdano, & in tali confessione morbus. s. peccatū latēs aperit*ur*, nō tñ in spe uenix. Tertio modo cōfessio fit exterius in foro conscientix corā Dei Vicario. s. coram sacerdote, & in tali cōfessione peccatum latens sub spe uenix aperitur: Sed fortē argues contra diffinitionē, ostendendo q*uod* non fit conueniēs, uel bona dupliciter: primò quia peccatum sacerdoti aliquando est apertum, & manifestū, ergo non debet dici: Confessio est per quam morbus latens aperit*ur*. Respondeo ad hoc duob. modis: primò quia quamuis sacerdos aliquando sciat eius peccatum ut homo, nō tamen scit ut Christi uicarius, sicut etiam iudex aliquñ scit aliquod malū alterius, ut homo, quod nescit ut iudex: secundo modo respōdeo, & dico, q*uod* quamuis actus peccati exterior sit in aperto, & manifestus sacerdoti, tñ actus exterior qui est principalior est in occulto, & manifestus sacerdoti, & ideo oportet q*uod* p*er* confessionē sacerdoti aperia*tur*, uel manifestetur. Secundò cōtra diffinitionē p*re*dictā argues sic: Illud quod ponitur sub sigillo non aperitur, sed claudit*ur*: sed peccatū q*uod* quis confitetur ponit*ur* sub sigillo cōfessionis: ergo in cōfessione nō aperit*ur*. Respondeo, & dico, q*uod* peccatū in cōfessione aperitur sacerdoti, & clau-

Confessio triplex.

ditur alijs sigillo cōfessionis. Hæc B. Th. 4. scrip. sent. dist. 17. de confess. art. 2. utrū confessio conueniēter diffiniatur. q. 1. in cor. q. & in sol. 1. & 3. arg. & Pet. de Tharan. 4. script. sent. dist. 17. de confess. art. j. in sol. 2. arg.

C A P. II.

2. **A**D maiorem tamen euidētiā præced. c. est sciendum, q̄ confessio est actus uirtutis: qđ tripliciter probo. scilicet ex parte præcepti, principij, meriti: primò ex parte præcepti sic: Præcepta legis sunt de actib. uirtutum: sed confessio cadit sub præcepto, ergo est actus uirtutis: secundò hoc idem p̄bo ex parte principij sic: Virtus pænitiētiæ elicit actum confessionis sicut contritionis, & satisfactionis, ergo est actus uirtutis: tertio hoc idem probo ex parte meriti sic: Non meremur in actibus uirtutum: sed confessio est meritoria ut dicit magister in littera, ergo est actus uirtutis.

Confessio p̄cti de se nō dicit actū uirtutis.

Vbi nota, q̄ confessio peccati non dicit actum uirtutis, sed facta ut debet, & qñ & quomodo, & cui debet dicit actum uirtutis, nam confessio peccati potest malè fieri, nisi debitis circumstantijs. scilicet quomodo, & quando, & quid, & cui confiteri oporteat uestiatur. Hæc B. Th. 4. scrip. sent. dist. 17. de confess. art. 2. q. 2. utrum cōfessio sit actus uirtutis, in duob. arg. contra, & in cor. q. in fine. Et Petrus de Tharan. idem ibidem.

Sed fortè q̄res cuius uirtutis est actus confessio? Respondeo & dico, q̄ confessio specialis est actus alicuius specialis uirtutis: uerbi gratia. Est enim triplex cōfessio. Prima est beneficiorum Dei in laudem diuinam, & hæc est actus uirtutis laudatricis. Secunda est confessio peccatorum in iudicijs, & hæc est actus uirtutis iustitiæ. Tertia est confessio peccatorum ad consequendam remissionem peccatorū, & hæc est actus pænitiētiæ, & multarum aliarum uirtutum, ut patebit statim. Hæc B. Th. ubi supr. immediatè q. 3. utrum cōfessio sit actus alicuius uirtutis specialis, in cor. q. per totum.

Confessio. Vbi nota, q̄ confessio peccati uestita

debitis circumstantijs, de quib. patet sup. sio peccatorū ē actus octo uirtutum. scilicet ueritatis, humilitatis, timoris, spei, pænitiētiæ, prudentiæ, continētiæ, & fortitudinis. Primò cōfessio est actus ueritatis: quod tali ratione ostēdo: Ad uirtutem ueritatis pertinet ut quis se ostendat extra qualis sit intus: sed hoc facit confessio: quod patet, quia confessio ex suo nomine importat manifestationem eius, quod quis in conscientia tenet. scilicet ut aliquis ore cōfiteatur illud quod corde tenet: sic ergo simul in unū os, & cor conueniūt: si enim quis aliquid ore proferat, quod non tenet corde, non confessio: sed fictio dicitur, & ideo patet q̄ confessio est actus ueritatis. Hæc Bea. Th. ubi supr. immediatè q. 2. in cor. q.

Secundò confessio peccatorum uestita debitis circumstantijs est actus, uel signum uirtutis humilitatis, quod per oppositum eius. scilicet per taciturnitatem peccati probo, quia taciturnitas peccati nascitur ex superbia cordis, ideo enim peccatum suum quis celat ne putetur talis qualem se iam diuino conspectui exhibuit, quod ex fonte superbiæ nascitur. Species. n. superbiæ est se uelle iūctū uideri qui est peccator, atq. hypocrita conuincitur qui ad instar primorum parētum, uel tergiuersatione peccata sua leuigare contendit, uel sicut Cayn, ut patet Gen. 4. Peccatum suum reticendo suppressere quærit. Vbi uerò supbia regnat, uel hypocrisis, humilitas locum non habet, sine humilitate uerò alicui ueniam sperare non licet: ubi ergo taciturnitas est confessionis, non est speranda uenia criminis. Tertio confessio peccatorum est actus timoris. est. n. testimonium, uel signum conscientie timentis Deum: quod patet, quia ille qui iudicium Dei timet confiteri non erubescit: perfectus. n. timor soluit omnem pudorem, & ipsa erubescētia est grauis pæna, ideoq. iubemur confiteri peccata, ut erubescētiā patiamur pro pæna, nam hoc ipsum pars est diuini iudicij. Hæc magister sent. dist. 17. in fi. di. li. 4. Vbi nota. q̄ erubescētia quæ ponitur in diffinitionem confessionis, ut patet c. præced. diffinitione tertia, non ponitur in diffinitione confessionis quasi causa confessionis, cum magis sit nata impedire actū confessionis: sed quare cā confessionis ad liberandum a pæna

inquantū ipsa erubescencia est quādam pœna, sicut et clauē ecclesiæ concausā cōfessionis ad hoc sunt, ut dicit B. Tho. ubi sup. immediatē q. 3. in sol. 2. arg. Quartō confessio peccatorū est actus spei siue signum de misericordia Dei sperantis: nā spes diuinæ misericordiæ est causa cōfessionis, ut patet sup. ca. præc. ex diffinitione confessionis, non sicut eliciens cōfessionē, sed sicut imperans confessionē: quod patet, quia spes diuinæ misericordiæ facit conteri, & cōfiteri peccata sua.

Ad confessionē magis inducit spes ueniam quā timor.

Sed fortē quæres, quæ istarū virtutum magis ad cōfessionē inducit, an timor pœnæ, an spes ueniam. Resp. & dico, q̄ confessio magis p̄cedit ex spe ueniam quam ex timore pœnæ, & iō magis innititur articulo de uita æterna quam respicit spes, quam articulo de iudicio quod respicit timor: quāuis penitentia rōne contritionis ē conuersio se habeat. Hæc B. Th. ubi sup. immediatē q. 3. in sol. 1. & 4. arg.

Quintō confessio est actus pœnitentiæ, quod tali ratione ostendo. Cōfessio put est meritoria includit contritionem, & satisfactionem, uel in actu, uel in proposito. sed hæc sunt de ratione penitentia: ut patet infra Pœnitentia, ergo confessio est actus pœnitentiæ. Sed fortē quæres, utrū ille qui dicit sacerdoti peccata sua non habens contritionem, nec uoluntatem dimittendi peccata sua, nec satisfaciendi confiteatur, argues q̄ non tali ratione: In confessione oportet, q̄ os cōcordet cordi, quia hoc ipsum nomen confessionis requirit, ut patet sup. sed in illo qui adhuc manet in affectu peccati cum confitetur, cor, ori non est conforme, quia corde peccatum tenet quod ore damnat, ergo talis non confitetur, sed confiteri se fingit. Respondeo, & dico, q̄ confessio potest considerari dupliciter, scilicet inquantum est actus uirtutis, & inquantum est pars sacramenti: secundū autē, q̄ est actus uirtutis confessio propriē est actus meritorius, & sic confessio non ualet sine charitate, quæ est merēdi principium, & iō confessio sine contritione, & sine satisfactione, uel uoluntate satisfaciendi & dimittendi pœtā, non est confessio, sed fictio, uel irrisio, unde Isid. de summo bo. sic ait. Irrisor est quia adhuc agit quod penitet, nec uī Deum po-

scere ut subditus: sed subfannare superbis: unde eadem ratione qua subfannat Deum ille facit opera pœnitentiæ in peccato eadem, & ille qui confitetur manēs in affectu peccati quia talis nec contritionem habet, nec uoluntatem satisfaciendi, & dimittendi peccata, quæ confitetur. Sed inquantum confessio est sacramenti sic ordinat confitentem ad sacerdotem qui habet clauē ecclesiæ, qui per confessionem conscientiam confitentis cognoscit, & secundum hoc confessio potest esse etiam in eo qui non est contritus, quia potest peccata sua innotescere sacerdoti, & clauibus ecclesiæ, & quamuis tunc non participiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet, sicut etiam est in aliis sacramentis: unde talis qui fictus ad confessionem accederet non tenetur iterare cōfessionem: sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri. Ad argumentum in oppositum factum respondeo, & dico, q̄ ille qui peccata quæ habet sacerdoti sine contritione narrat uerē loquitur, & sic cor concordat uerbis quantum ad substantiam confessionis, quamuis cor discordet a fine uel a fructu confessionis quem nullus extra charitatem exillens percipit. Et si quæris, quare confessio potest fieri fictē, & extra charitatē, & nunquam contritio, uel satisfactio, quæ sunt pœnitentiæ partes? Respondeo & dico, q̄ talis ratio huius est, quia contritio, & satisfactio fiunt Deo, sed confessio fit homini: & ideō de ratione contritionis, & satisfactionis est, q̄ homo fit Deo unitus per charitatem non autem de ratione confessionis. Hæc Beat. Thom. 4. script. sent. distinct. 17. de confess. artic. 4. utrum confessio possit esse informis, in cor. q. & in solu. 2. & 3. argum.

Sextō confessio est actus prudētiæ, & hoc pp̄ ueritatis manifestationem, ut dicit B. Th. ubi sup. immediatē, artic. 2. q. 3. utrum confessio sit actus uirtutis pœnitentiæ. in sol. 3. ar. Qui. n. uerē confitetur manifestat plenariē peccata sua propter sanitatem recuperandam, & hoc est magna prudentia scire adinuenire remedia conuenientia, & utilia plagis suis. Req. infra Prudentia. Septimō confessio est actus tēperantiæ, uel continentia. Cuius

Nūquā cōtritio fieri pōt fictē.

ratio est, quia ille qui uerè confitetur peccata sua in corde suo pponit, & sacerdoti promittit ab omni peccato de cætero abstinere. Requi. sup. Abſtinentia, & infra Continentia, & infra Temperantia. Octauò confessio est actus fortitudinis, Cuius ratio est, quia ille qui uerè cōfite-
tur, pponit de omnibus peccatis suis plenarie satisfacere: satisfactio autem propter sui laborem est actus, vel signum fortitudinis, & cōstantiæ. Requi. infra: Satisfactio, cuius sit actus. & infra Fortitudo, de partibus eius.

CAP.

III

3.

SECVNDÒ principaliter circa confessionē considerāda est obligationis causalitas. Nam cōfessio est de iure naturali, diuino, & positiuo. Primò confessio est de iure naturali. Vbi nota, q̄ naturale dupliciter dicitur. Vno modo dicitur naturale, quia natura dictat illud simpliciter: & sic non est confessio de iure naturali, tū quia ius naturale est idem apud omnes, quia ius naturale est illud, quod opinio nō genuit, sed quod innata quædā vis inseruit, vt Tullius dicit, quod idem est apud omnes: sed confessio nō eodem modo est apud omnes, vt infra patebit ergo &c. cum quia confessio fit ei qui habet clauēs: sed clauēs nō sunt de institutione ex iure naturali: ergo nec confessio vocalis. Alio modo dicitur quid naturale qđ ei à suo creatore imponitur: & sic omne illud quod in lege Moyſi, vel in Euangelio cōtinetur dicitur ius naturale, eo qđ Deus præcepit illud, vnde p̄ tanto confessio dicitur esse de iure naturali, quia Deus præcepit eā: verbi gratia: Natura nō dictabat simpliciter nō esse comedēdum de ligno scientiæ, sed secūdum quid, putā quia hoc fuit præceptum à Deo. sic à simili confessio vocalis est de dictamine naturæ, non ratione qua natura est talis: sed ratione qua confessio est instituta à Deo.

Secundò cōfessio vocalis est de iure diuino inquantum cōfessio est medicina: & ideo illi qui non habent peccatum mortale ex iure diuino ad cōfessionem non obligantur, sed soli illi qui post baptisimū mortaliter peccauerunt.

Tertiò confessio vocalis est de iure positiuo. s. ex institutione ecclesiæ, vt patebit: ita qđ confessio omni tempore fuit necessaria, nō tamen eodē modo apud omnes. Quod patet in lege naturæ, in lege Moyſi, & in lege euangelij. Primò enim in lege naturæ fuit necessaria cōfessio nō vocalis sed mentalis, siue cordis, quæ nihil aliud erat quàm coram Deo cognitio interior peccatorū: nam in lege naturæ necesse erat qđ homo interius se corā Deo recognosceret peccatorem, cum displicentia malitiæ consideratæ, secundū qđ dicit Aug. 10. confess. Cum malus sum nihil aliud est me confiteri Deo, quam displicere mihi, vt in damnatione sui siue in accusatione: vnde in psal. Deus vitam meā annūciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Vbi Gl. sic dicit, Deo vitam nunciat, qui peccata Deo confitetur, non Deum docens, sed seipsum peccatorem cognoscens, & accusans, vel damnans.

Sed fortè argues in oppositum. s. qđ cōfessio vocalis fuit necessaria in lege naturæ: & hoc dupliciter: primò sic: Dominus exigebat à Cayn confessionem vocalem querendo ab eo, vbi est Abel frater tuus: Gen. 4. sed non rectè hoc exegisset nisi in lege naturæ teneretur ad confessionem vocalem: ergo confessio vocalis fuit de lege naturæ: secundò ad idem sic: Iob nō fuit subiectus nisi legi naturali. sed ipse peccata sua ore cōfitebatur. quod patet p̄ hoc qđ dicit de se. Iob. 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum: ergo confessio vocalis est de iure naturali. Respondeo, & dico, qđ confessio quæ fit Deo per recognitionem peccati, & displicentiam animi, est de iure naturali, & ideo reprehenditur Adam, & Cayn, de hoc qđ nō cognouerunt peccatum suum: & per hoc patet responsio ad argumentum primum. Secundò dico qđ confessio oris, quæ fit homini, est de iure naturali, non simpliciter, sed in casu quo quis in iudicio cōstitutus à iudice interrogatur, & ideo tunc mentiri non debet se excusando, vel negando peccatum: & p̄ hoc patet rñsio ad secundum argumentum de Iob, quia Iob loquitur de illa absconsione peccati, quam fecit in iudicio depræhensus, peccatum negando aut excusando, vt Glo. dicit.

Deus à
Chayn
confessionē
requisiuit

In lege Moyſi fuit neceſſaria confeſſio non vocalis, quia non oportebat vt ſpeciale peccatum a ſe commiſſum, aut peccati circumſtantias ore manifeſtaret, ſed oportebat aliquo ſigno exteriori peccatum proteſtari ſicut per oblationē hoſtiæ pro peccato ex quo etiam homini innotere poterat eum peccaſſe. Tertiò in lege noua eſt neceſſaria uocalis confeſſio q̄ fit homini, & ſic eſt neceſſe in cōfeſſione ore exprimere peccatum ſuum, & quantū ad ſuam ſpeciem, & quantum ad circumſtantias aggrauantes peccatū. Patet ergo ex prædictis, q̄ ad confeſſionem aliqui tripliciter obligantur. Primò ex iure naturali, & hoc in confeſſione mētali corā Deo, & per recognitionem peccati, uel in confeſſione uocali non ſimpliciter ſed in caſu in quo quis in iudicio conſtitutus a iudice interrogatur, in his. n. duob. caſib. confitēdi ueritatem eſt de iure naturali. Secundò ad confeſſionem obligantur aliqui ex iure diuino, & hoc ratione qua confeſſio eſt medicina, & ſecundum hoc non omnes ad confeſſionem tenentur, ſed illi tantum qui poſt Baptiſmum incurrunt peccatum mortale. Tertiò ad confeſſionem obligantur aliqui ex præcepto iuris poſitiui, & ſic ad confeſſionem tenentur omnes ex inſtitutione eccleſiæ ædita in concilio generali ſub Innocentio tertio. Præcepit. n. Innocentius tertius, ut patet ex decretali de pænitentia, & remiſſione, quod omnes vtriuſq. ſexus cum ad annos diſcretionis uenerint, q̄ ſemel in anno ſuis ſacerdotib. confiteantur. Et hoc ipſe præcepit triplici ratione. Prima ratio eſt, propter indigentiam curationis ſic. Quicunq. eſt infirmus indiget medicina propter ſanitate recuperandam, ſed omnes peccauerunt, ergo omnes indigent gratia Dei, & ſanitate ſpirituali. Cum enim confeſſio eſt medicina ut patet, ideò ipſa eſt peccatorum animæ expulſiua. Secunda ratio eſt propter reuerentiam communionis ſic. Nullus debet ad ſacram cōmunionem niſi deuotè, & reuerenter accedere. ut autē deuotius, & reuerentius quilibet fidelis ad ſacram communionem accedat de mandato domini Pa. pæ quilibet tenetur confiteri ad minus ſemel in anno. Tertia ratio eſt propter notitiam paſtoris ſic. Paſtor de ſuo grege notitiam debet habere ne lupi gregem inua-

dant: ſed ſacerdos eſt paſtor animarum, ergo debet habere notitiam de conſcientijs ſubditorum, iuxta illud prou. 27. Diligenter agnoſce vultū pecoris tui, & hoc ideò, ne lupi, ideſt hæretici ſua ueste ouina. ſ. innocentia, & ſanctitatis gregē Domini cū inuadant, & perdant. Sed fortè argues in oppoſitum, ſ. q̄ non obligentur omnes ad confeſſionem duplici ratione. Prima eſt talis, confeſſio in quolibet foro eſt faciēda iudici ſuperiori, ſed aliqui ſunt qui non habent hominem iudicem ſupra ſe, ut dominus, Papa, ergo non omnes ad confeſſionem obligantur. Reſpondeo, & dico, quod nullus eſt qui non habeat iudicem Chriſtum, cui per ſuum uicarium confiteri debet, qui quamuis ſit eo ſuperior in quantum eſt prælatus, eſt tamen eo inferior in quantum eſt peccator. Secunda ratio ad idem eſt talis. Aliquis eſt qui non habet niſi peccata uenialia, ergo de illi non tenemur confiteri, eò q̄ per multos alios modos peccata uenialia remittunt, uidetur, q̄ ex præcepto eccleſ. omnes ad confeſſionem non obligentur, ſed illi ſoli qui ſunt in peccato mortali. quid igitur facient qui habent ſolū peccata uenialia, cū decretalis omnis utriuſq. ſexus ſic dicat. Reſpondeo, & dico, quod ſcđm quosdam ex decretali prædicta non obligātur cōfiteri niſi illi q̄ habent peccata mortalia, qđ patet ex hoc, q̄ dicit, q̄ debent oīa pēta confiteri, qđ de uenialib. non pōt intelligi, quia nullus poteſt oīa peccata uenialia confiteri, & ſecundum hoc etiam ille qui nō habet peccata mortalia nō tenetur ad confeſſionē uenialiū, ſed ad implendum præceptū eccleſ. ut ſacerdoti ſe præſentet, & ſe ondat abſq. conſcientia peccati mortalis eſſe, & hoc ei ad confeſſionē reputatur. Sed fortè quæres, utrum Papa poſſit cū aliquo diſpenſare ne nō confiteatur homini. Reſpōdeo, q̄ dico, q̄ cōfeſſio dupliciter obligat. ſ. ex præcepto dei, & ex præcepto eccleſ. ut patet ſupra. Primo. n. put ad confeſſionē aliqui obligantur ex præcepto Dei, tunc nō conſtituitur homini. Cuius ratio ē, quia ſicut opus creationis non conuenit niſi Deo, ita nō uos articulos addere, aut editos remouere, aut noua ſacramenta inſtituere, aut inſtituta remouere eſt poteſtatis excellentia, quæ ſoli debetur Chriſto. Secundo

Oppo.
q̄ non
oēs obli-
gant ad
confeſ.

An pa-
pa poſ-
ſit diſpē-
ſare an
aliquis
nō con-
ſiteat.

ad confessionem obligatur ex præcepto ecclesiæ, & sic Papa potest dispensare in confessione, ut possit aliquis diutius confessionē differre, quam ab ecclesia sit institutum. Hæc omnia b. Tho. 4. scrip. sent. dist. 17. de confessione. ar. 1. q. 1. 2. 3. & 5. in cor. q. & in sol arg.

CAP. II II.

Tertio principaliter circa confessionē consideranda est confessionis celeritas, utrum peccator statim cum peccauit mortaliter teneatur confiteri, uel possit licitè differri. Et quantum ad hoc respondeo, & dico, quod aut tps offert oportunitatem cōfitendi, aut inducit necessitatem. Primò. n. cum tempus offert oportunitatē cōfitendi dico, q̄ non tenetur statim cū mortaliter peccauit confiteri: quod quadrupliciter probo, s. efficaci ratione, præcepti obligatione, mentali contritione, exēpli similitudine. Primò efficaci ratione sic. Quicumq. omittit istud ad quod ex præcepto tenetur opportunitate habita, mortaliter peccat: ergo si aliquis peccator peccato perpetrato non statim confiteretur, quādo habet copiam sacerdotis, si ad statim cōfiteri tenetur, & nō confitendo statim peccat mortaliter, qua ratione peccat in hoc instanti, eadem ratione peccat in sequenti: & sic sequitur, quod multa, immo centū peccata mortalia cōmittit in die pro una confessionis dilatione, quod uidetur incōueniens, eo quod esset ualde damnabile.

Secundò hoc idē probo ex præcepti obligatione, quia præcepta affirmatiua obligant semper, sed non ad semper, hoc est dictū, non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum, non quidem ex hoc q̄ tunc commodè impleri pnt, quia sic si nō daret aliquis eleemosynam de superfluo quodocunq. pauper offerretur peccaret mortaliter, quod falsum est. sed ad hoc quod tempus necessitatem urgentem inducit, confessio autem est sub præcepto affirmatiuo, & ideò non transgressor præcepti quantumcunq. differat confiteri, dum tamen semel in anno confiteatur, & maxime tempore ab ecclesia instituto, quod est tempus quadragesimæ. Tertiò hoc idē

probo mentali contritione sic. Maioris necessitatis est contritio quā confessio, quia confessio sine contritione ad salutē non ualet, contritio autem sine confessione potest aliquo modo ualere, sed ille qui est in peccato non tenetur statim confiteri, & confiteri ea tentione quæ causat peccatum, alioquin per singula momenta peccaret, ergo nec contritus tenetur statim confiteri. Vbi sciendum, quod contritioni semper est annexum propositum confitendi, uel affectu, uel in actu, ut patebit infra. Quartò hoc idem probo ex similitudine, quia licet filius semper possit honorare patrem, non tñ semp peccat mortaliter nō honoādo patrē sed qñ nō solū offert se possibilitas ex parte filij, sed necessitas ex parte patris, & nō honorat, tūc mortaliter peccat transgrediendo præceptum de honoratione parentum. Sic a simili posito q̄ adsit facultas confitendi, tum ex parte loci, tum quia habet copiam sacerdotis, non tamen peccat mortaliter, si statim non cōfitetur. Sed contra, quod existens in peccato mortali statim illud confiteri teneatur, tripliciter probo. Primò ratione sic. Nunquam cadere in peccatum, & semper resurgere a peccato sunt opposita, sed homo existens in gratia semper tenetur ad nunquā cadendum, ergo pari modo existens in mortali culpa semper tenetur ad resurgēdum a culpa, & ita statim cum peccauit. Respondeo, & dico, quod quæcunq. opposita non æque ligant, uerbi gratia, Denotare parentes, & honorare, sunt opposita, & tamen nunquam debemus dehonore, & non semper honorare sic a simili. Nam homo semper tenetur ad hoc, quod cadat, quia cadere in peccati mortalis, sed existens in peccato potest non resurgere statim sine nouo contemptu. s. si intendit illum detegere medico, uel affectu, uel actu.

Secundò ad hoc idē arguo ex obligatione uel ex modi obligatione sic, Illud q̄ sine termino debetur statim debetur, sed sine termino debet homo confessionem, sicut patet lac. 5. ergo tenetur statim quis sine mora ad confitendum. Respondeo ad hoc duob. modis. Primò quia aliud est de tentione rei alienæ, & aliud de tentione uel obligatione confessionis, quia tentio rei alienæ inuito dño contrariatur præcepto

pro negatiuo, quod obligat semper & ad semper, ideo tenetur ad statim reddendum, sed impletio precepti affirmatiui obligat semper sed non ad semper, confessio autem ē sub precepto affirmatiuo, ergo &c. Secundo modo respondeo, & dico, quod falsum est, quod confessio sine termino debeat: imo confessio debetur cum termino scilicet tempore quadagesimę, licet enim non exprimat terminus institutionis siue in promulgatione confessionis, tamen in executionis obligatione exprimitur: vt patet ī decretali illa pręmissa. Tertiō ad hoc idē arguo exempli similitudine, vel morbi comparatione sic. Quilibet tenetur plus facere ad euadendum ā morbo spirituali, quam ā morbo corporali: sed aliquis infirmus corporaliter non sine aliquo detrimento salutis medicum requirere tardat, quia talis in seipsum manus iniicit, vel ad minus discrimini se committit: ergo a simili videtur, quod non possit esse sine detrimento salutis, & sine peccato mortali si differat confiteri. Respondeo ad hoc, & dico, quod aliter est de morbo corporali, & de morbo spirituali, quia morbus corporalis nisi p̄ medicinę remediū extinguatur, semper inualefcit in peius, morbus autem spiritualis. s. peccati extinguitur p̄ cōtritionē cum proposito confitendi: vnde quia morbo corporali non pōt nisi per medicinę remedium suo tpe obuiari, morbo autē spirituali obuiatur, & succurritur prędicto modo. s. p̄ contritionē cū proposito confitendi, iō nō est simile in vtroq; modo. Secundo dico, qd si tēpus necessitatem vrgentem ad cōfitendū inducit, tunc existens in peccato mortali imminente tali necessitate cōfiteri tenetur, & si non confitetur, vel amplius tardat mortaliter peccat. Ista autē necessitas tēporis quō ad obligationē cōfessionis ex quatuor partibus potest attendi.

Ad cōfessionē Vbi nota, qd aliquis ad cōfessionem dupliciter obligatur, scilicet per se, & per accidens. Primō enim ex parte piculi aliquis obligatur dupliciter. per se ad cōfessionem obligatur, vnde si periculi mortis immineat, putā si est in bello vel mulier est in partu, vel si homo est in mari, in aliquo mortis articulo constitutus, tūc per se loquendo ad cōfessionē tenetur. Secundo ex parte sacramē

ti. & hoc modo aliquis ad cōfessionē p̄ accidens obligatur, putā quādo ad aliquid obligatur, qd nō potest facere nisi cōfessus, vt verbi gratia. Si quis vult ordinē sacrum recipere, vel celebrare, vel si debeat eucharistiam sumere ad q̄ nullus post peccatum mortale non confessus debet accedere, copia sacerdotis oblata, & necessitate nō vrgente, & inde venit obligatio qua ecclesia obligat ad cōfitendū semel in anno, quia instituit, vt semel in anno in pascha omnes sacram communem accipiant, & ideo ante tempus illud cōfiteri teneretur, vel in actu si habeat copiam sacerdotis, vel in proposito cum aliquis teneatur ad celebrandū si desit copia sacerdotis. Tertiō ex parte stimuli. s. conscientię, vt si conscientia dicat sibi, qd statim cōfiteri teneat. Quartō ex parte dubij, vt si habet causam de quo solus Papa eum pōt absolvere, vel si non habet copiam confessoris domini Papę, & dubitat ne illum in futurum habebit, tunc in his quattuor casibus existens in peccato mortali statim confiteri tenetur, & si differat mortaliter peccat. Hęc. B. Thom. 4. scrip. sen. dist. 17. de cōfess. arti. 1. quęst. 4. vtrū peccator statim teneatur confiteri cum peccauerit mortaliter, vel post peccatū, & quando in cor. q. & in solu. argum. Et iterum primō quodlibeto. q. 11. vtrum aliquis possit differre cōfessionem vsque ad quadagesimam in cor. q. & in solu. argu. Et idem dicit Petrus de Tharan. 4. scrip. senten. dist. 17. de cōfessione, argum. 5. vtrum statim habita opportunitate teneamur peccata mortalia cōfiteri: in cor. q. & in solu. argum. Et ibidem dicit Alexan. 4. parte summe. q. 266. vtrū existēs in peccato mortali teneatur statim cum eadem opportunitas confiteri, in cor. q. & in solu. argu.

C A P. V.

AD Maiorē tamen euidētiā p̄cedentis ca. est sciendum, qd in dilatione cōfessionis potest esse peccatū mortale, & nō sicut in dilatione baptismi. Sicut enim dilatio Baptismi potest esse bona, & mala ex causa sua, quia vt dicit commentator. 8. Phisicorum voluntas non retardat facere opus volitū nisi propter aliquā cām in rationabilē ita dicendū est

de confessione quæ non est maioris necessitatis quam sit Baptismus, & ideo dilatio confessionis ex sua causa est vel periculosa, vel vitiosa, vel meritoria. Primo enim dilatio confessionis est periculosa, & hoc ex nimia confidentia, quia ille qui differt confiteri cum statim potest, discrimini se committit, quia in arbitrio suo sibi tempus viuendi constituit, & similiter miserationis diuinæ, quod est Deum tentare. Secundo dilatio confessionis est vitiosa, & hoc ex negligentia. Si. n. in quattuor casibus prædictis in quibus necesse est confiteri aliquis confiteri omittat, mortaliter peccat, dummodo debita opportunitas adsit, & multò magis confessionis dilatio, est vitiosa propter contemptum, ut si aliquis propter contemptum confessionem differat, vel omittat.

Contemptus confessionis est peccatum mortale ex duplici causa.

Vbi nota, quod contemptus confessionis est peccatum mortale duplici ratione. scilicet ex culpa, & ex mora. Prima ratio est ex culpa, scilicet cum contemnitur confessio, vel celeritas confessionis, ut iteretur actus peccati. Secunda ratio est ex mora, ut si ex aliqua conuersione actuali alicuius ad penitentiam inducentis contemptus proveniat, uerbi gratia, ut si aliquis peccator actualiter cogitaret dispendium peccati, & offensam Dei, & alia huiusmodi quæ efficaciter eum mouerent ad penitentiam, non tamen peniteret. Tertiò dilatio confessionis est meritoria, si ad hoc aliquis confessionem differat, ut sacerdoti prudentiori confiteatur, vel deuotius propter sacrum tempus.

Existens in peccato mortali quantum possit differre confessionem.

Sed fortè quæres, quantum quis existens in peccato mortali potest differre confessionem. Respondeo, & dico, quòd aut differt circa tempus ab ecclesia statutum, aut post tempus. Si differt confiteri post tempus ab ecclesia statutum mortaliter peccat, eò quòd talis est transgressor præcepti. Ratio autè huius est, quia sicut nunquam est sufficiens contritio de peccato mortali sine proposito confitendi, ita sine præiudicio dico: quòd non est sufficiens contritio de mortali sine executione propositi, offerente se opportunitate, & actuali memoria peccati, & necessitate confessionis ex vi præcepti. Si verò existens in peccato mortali differat confiteri circa tempus statutum, aut differt parum, ut

confiteatur sacerdoti prudentiori, & hoc licet, & benè facit, aut differt multum, uerbi gratia. Si enim quis committeret peccatum mortale immediatè post pascha, & crederet se non habere discretum sacerdotem ante quadragesimam non æstimo, nec credo, quòd liceat tanto tempore differre confessionem, ut confiteatur sacerdoti discretiori, sed in tali casu confitendum est sacerdoti minus discreto, & postea opportunitate data confitendum esset sacerdoti magis discreto. Cuius ratio est quia licet decretalis dicat de penit. dist. 6. & magister senten. lib. 4. distinct. 17. quærendus est bonus, & discretus sacerdos. Respondeo, & dico, quòd sicut missa mali sacerdotis quòd ad id quod est de essentia sacramenti adeò est efficax, ut Missa boni sacerdotis, licet quòd ad ea quæ sunt ad decorum Missæ, orationes dictæ in Missa à bonis sacerdotibus efficaciores sint quàm dictæ a malis, sic est de sacerdote magis discreto. Nam bonitas, & discretio sacerdotis dupliciter potest considerari. Vno modo quantum ad inquisitiones, & inquisitiones de peccatis, & circumstantijs, & varietatibus peccatorum, & tunc melior, idest utilior est sacerdos magis discretus quàm minus. Alio modo potest considerari maior bonitas, vel discretio sacerdotis quātum ad absolutionem quæ sit virtute clauium, & tunc eandem præteritatem habet sacerdos minus discretus, & magis discretus. Hec. Beat. Thom. 4. scrip. senten. dist. 17. de confessione, artic. 1. q. 4. in cor. quæst. in medio, & idem primo quodlibeto. quæst. 11. utrum aliquis possit differre confessionem usque ad quadragesimam, in cor. quæst. & Alexan. 4. parte sum. quæst. 167. utrum contritus de peccatis suis teneatur statim confiteri offerente se opportunitate, an possit differre usque ad quadragesimam: in cor. quæst. & ibidem. 268. in quo casu est differenda confessio, scilicet utrum aliquis, vel aliqua possit, vel debeat differre confessiones, ut confiteatur sacerdoti discretiori, in cor. quæst. & in sol. argu.

CAP. VI.

Circa confessionem quartò principaliter consideranda est expressionis necessitas. Vbi nota, q̄ quidam dixerūt, q̄ non fuit necessaria cōfessio ad salutē, quod rationibus, & auctoritatib. probāt, & primò triplici rōne, scilicet ex cordis cōtritione, ex culpæ remissione, ex pænæ taxatione. Prima ratio sumitur ex cordis contritione sic. Aug. dicit: q̄ ubi peccatū nascitur, ibi moriatur: sed nascitur in corde per consensum, & delectationem, ergo debet mori in corde per contritionem, & sic perfecta, vel sufficiens contritio de peccato sine confessione sufficit ad salutem. Et confirmo hoc idem per talem casum. Posito, q̄ contritus de peccato nihil cogitat de confessione, & in tali casu decessit, constat, q̄ saluabitur. Rñdeo ad rōnem dupliciter. Primò q̄ quamuis pētī per contritionem dimittatur ante actua-lem confessionem, nunquā tñ dimittit ante confessionem in proposito existentem, sicut etiam ante Baptismum actualiter susceptum aliquis rem Baptismi cōsequitur ex proposito suscipiendi Baptismum. Si deest possibilitas suscipiendi actū Baptismum sufficit ad salutem solum propositum suscipiendi Baptismum: si autem ad sit suscipiendi facultas, requiritur ad salutem actualis susceptio, nec sufficit tunc solum propositum. Sic a simili cōtritio semper habet annexam confessionem, uel in proposito cum deest possibilitas confitendi, vel in facto cum adest facultas, ita quod contritioni semper confessio ē annexa, & hoc, vel in affectu, vel in actu. ut patet. Hæc B. Th. 4. scr. sen. dist. 16. de partib. pænitentiae art. 1. q. 2. utrum hæc partes pænitentiae. s. contritio, confessio, & satisfactio, conuenienter assignentur, in sol. 2. arg. & ibid. dis. 17. de confess. art. 1. q. 4. utrum peccator statim teneatur confiteri, in cor. q. in principio. Scdò ad rōnē p̄dictā respōdeo, q̄ sicut non est ita facilis curatio vulneris corporalis sicut ad curationem quam ad inflectionem, sic in morbo uel vulnere spirituali. Licet. n. pētī solo cōsensu, uel delectatione cordis committatur, nō tñ sanatur sola con-

tritione sine cōfessione in affectu, uel in actu. unde nūquā est cōtritio sufficiens ad remissionem culpæ sine proposito confitendi, & sine executione propositi, cū se tēpus & facultas confitendi offert. Secūdò, ad casum propositum respondeo, & dico, q̄ sufficienter contritus de confessione non cogitet, procedit, vel quia subito est morte præuentus, & in tali casu propter vehementiā doloris saluatur, tum quia ē præuentus, & tunc uoluntas apud Deum reputatur sibi pro facto, tñ quia excusat eū impotentia. si verò sit negligentia, uel occupatio circa alia, reputabitur sibi in culpam, ut dicit Alex. in 4. parte sum. q. 256. utrum necessaria est confessio ad salutē, in sol. 4. arg. Secūdò q̄ non sit confessio necessaria ostendo alia ratione. s. ex peccati remissione sic. Confessio est necessaria ad culpæ remissionem, sed aliquib. est peccatum remissum sine hoc, q̄ confessi leguntur, ut patet de Petro, & de Magdalena, & de Paulo, & de deprehensa in adulterio. Ioh. 8. & similiter de languido qui 38. annis languerat. Io. 5. & de multis alijs a quib. Christus nullam exegit confessionem, & tamē remisit peccata, ut si daretur intelligi peccata fore dimittenda sine confessione. Rñdeo ad hoc quattuor modis. Primò quia Christus habuit potestatem excellentiæ in sacramētis, & iō sine sacri administratiōe potuit rē sacri cōferre. Secūdò respōdeo, & dico, quia fortē nondum erat confessio instituta, nam Christus primò cōfessionem insinuauit, cum dixit. Accipite spiritum sanctum, quocū remiseritis peccata &c. & iterū Matt. 16. Tibi dabo clauēs regni cælorum. Scdò Apostoli cōfessionem instituerunt, ne homines qui tunc in peccata cadebāt desperarent. Tertiò Beatus Iacobus Episcopus hierosolymitanus promulgauit confessionem dicens. Iacob. ult. s. 5. Confitemini alterutrū peccata uestra. Tertiò rñdeo, & dico, q̄ & si nō legat̄ p̄dictorū cōfessio, potuit tamē fieri, multa. n. sunt a Christo facta, quæ nō sunt scripta. Quartò respōdeo, & dico, q̄ Christus nō remisit sine confessione, ut sic daret intelligi, peccata sine confessione fore dimittenda, sed, ut sic ab hoībus cognosceretur ipsum habere potestatem dimittendi pētā, & per cōsequēs ipsum esse deum ex hoc q̄ hoīum,

Quo sine cōfessione cōfessionem multis fuerint peccata remissa. Quando Christus confessionem intimauit.

Obiect. hæreticorum satisfacit.

Corporale, & inflectio eius, immo plura requiruntur ad curationem quam ad inflectionem, sic in morbo uel vulnere spirituali. Licet. n. pētī solo cōsensu, uel delectatione cordis committatur, nō tñ sanatur sola con-

mentes cogitationes, & p̄c̄tā cognouit sine illorū cōfessione, nā inter oīa signa quibus Christus ostendit se esse Deū est, quia omnia cogitata, & peccata sine confessione cognouit.

Tertiò q̄ non sit necessaria confessio ad salutem arguo ex culpæ taxatione sic. Confessio fit ad p̄nitentiā taxadā p̄ culpā, sed homo posset sibi sufficienter taxare p̄nitentiā peccatis suis: ergo nō oportet alteri confiteri. Respōdeo ad hoc duobus modis. Primo quia sicut in foro contentioso magis est inordinatum iudicari ab altero quam a seipso, sic multò magis in foro p̄nitentiæ, uel cōscientiæ. Scdò quia satisfactio non sufficeret ad expiandam p̄nam peccati ex quantitate p̄næ, quæ in satisfactione imponitur, sed sufficit inquātū est pars sacri virtute sacri habēs, unde oportet, q̄ per dispositionē sacrorū imponat, & iō necessaria est cōfessio, Hæc B. Th. 4. scr. sen. dist. 17. de confess. ar. 1. q. 1. utrū cōfessio sit necessaria ad salutē. in sol. 2. & 4. arg. & Pet. de Thar. idē ibid. de confess. art. 2. q. 1. utrum teneamur ad cōfessionem, in sol. 2. arg. & Alex. 4. parte summ. q. 256. utrum necessaria sit confessio p̄nitenti: in solu. argum.

Secundò q̄ nō sit necessaria confessio ad salutem probō trib. auctoritatibus: Primò auctoritate Aug. exponētis illud verbū psal. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiam meam, & tu remisisti &c. sic dicentis. Voluntas remuneratur nō opus, sed uoluntas est in cordis contritione, opus uerò in oris cōfessione: ergo clarius luce constat cordis contritione non oris confessione p̄c̄tū dimittit. Respōdeo, ut dixi in principio huius. c. l. q̄ cōpunctio, uel contritio non est sufficiens nisi adsit uoluntas confitendi, q̄r opportunitas se offert: unde Aug. in lib. de p̄nitentia sic ait: Qui p̄nitet omnino p̄niteat, & dolor ostēdat lachrymis, ostēdat uitā suam Deo, & sacerdoti, p̄ sacerdotē p̄ueniat iudiciū Dei. Secūdò p̄bo auctoritate Br̄i Ambr. de lachrymis Magdalenz, & Petri sic dicētis. Fleuit Petrus, quia culpa obtexit ei: lachrymas corū lego, cōfessionē eorum non lego. Et subdit Ambr. Lauant lachrymæ delictū quod uoce pudor est cōfiteri, & ueniæ fletus consulunt & uerecū dix. Respondeo, & dico, quod lachrymæ

cum confessione lauant, sine confessione uerò non lauant: unde lachrymæ occultæ, & confessio secreta quæ fit sacerdoti lauant delictum, quod puderet aliquē publicè confiteri. Tertiò hoc idem p̄bo auctoritatib. Ioh. Chrys. sic dicentis. Spūgæ peccatorū tuorū lachrymæ tuæ sunt, ergo effusio lachrymarum sufficit ad salutem absq. omni confessione: Respondeo, & dico, quod lachrymæ cum actuali confessione, uel cum proposito confitendi lauant: aliās uero nō: unde Hug. de sāctov ic. sic ait. Quid tibi hic dici putas, ut quia Petrus lachrymatus legit, confessus non legitur. Sic. n. lachrymæ tantum ualuerunt, ubi confessionem oris non habuerunt, quantò magis si lachrymæ ueræ fuerint, nunc ualent ubi cum cordis cōtritione etiam oris confessionem habent. Hæc omnia Alex. 1. par. sum. q. 256. utrū sit p̄nitenti necessaria confessio ad salutem in solu. arg.

CAP. VII.

REprobata opinione dicētum, q̄ cōfessio non est necessaria ad salutē, sed sufficit contritio cordis dico, q̄ p̄ter cōtritionē cordis est necessaria confessio p̄nitenti, uel in facto, uel in p̄posito, hoc autē tribus auctoritatibus, & quattuor rationibus probō. Primò auctoritate Isaia. 43. dicentis Narra si quid habes, ut iustificeris. ubi 70. interpretes addunt de suo, dic tu iniquitates tuas ut iustificeris. Secūdò hoc idem probō auctoritate Ambr. in libr. de Paradiso sic dicentis. Non potest a peccato iustificari quisq. nisi ante fuerit confessus. Tertiò hoc idem probō auctoritate Ang. sic dicentis. Si cōfessio nō esset p̄nitenti necessaria ad salutem sine cā dictum est. Quæcūq. solueris super terrā erūt soluta, & in cælo. Similiter sine causa dictum est. Tibi dabo clauēs regni cælorum, frustramur uerbum Christi, frustramur etiam euangelium Christi. Secūdò quod cōfessio sit necessaria p̄bo quaduplici ratione, scilicet ratione curationis, subiectionis, confusionis, & roboris. Primò est confessio necessaria ratione curationis sic. De necessitate salutis ē, q̄ homo de peccatis medicinam accipiat, ergo ē de necessitate salutis est qd̄ morbu per confessionē detegat: eò quod occulta cordis per cōfessionē manifestant, & curantur:

Vide de hoc cōc. Trident. sess. 14. c. 5.

Probat necessitas confessionis.

Exponitur auctoritas, quæ videtur militare contra confessionem.

rant, unde Boetius in li. de consolatione sic ait. Si opa medicantis expectas oportet, qd vulnus detegas. Scdò ē cōfessio necessaria rōne subiectionis sic. Iudicium spūale est ordinatius iudicio seculari, sed in iudicio seculari nō est idē iudex, & reus, nā reus a iudice iudicat. ergo in iudicio spūali pēnitentiæ peccator qui ē reus non dēt eē sui ipsius iudex, sed ab alio iudicari: sed non pōt ab alio iudicari nisi pētā sua confiteat. Dēt. n. sacerdos pētā cognoscere, & pēnitentiā iniungere, & absoluerē, quē non pōt facere nisi p cōfessionem pētā pēnitentis recognoscat, ergo cōfessio est necessaria ad salutē. Tertiò est cōfessio necessaria rōne remissionis culpæ sic. Dīa est inter peccatum originale, & actuale mortale, qā originale qd ex altero est subtractū pōt omnino ab extrinseco remediū habere, ut in paruulis pater; sed peccatū actuale mortale qd ex seipso quis cōmisit non sufficienter expiatur a seipso, sicut sufficienter peccatū cōmisit eo, qd peccatum actuale mortale ex parte auersionis a Deo hēt quandam infinitatē grauedinis, & idē oportet, qd ex alio habeat medicinam. s. a passione Christi, cuius uirtus operatur in sacris, nam oīs pēti siue originalis siue actualis Christi passio ē remediū, uirtus aut Christi sacris ecclesiæ est impressa; unde non possum' siue a pēto originali, siue a pēto actuali mortali sanari sine sacramentorū susceptione, vel in re qñ habet' opportunitas suscipiendi, uel in proposito quando articulus necessitatis non contēptus religionis sacramentum excludit. Et id sicut baptismus quo deletur originale est de necessitate salutis, uel susceptus, actu, vel uoto, ita cōfessio qua deletur actuale mortale est de necessitate salutis eius qui cecidit in peccatum mortale. Quartò cōfessio est necessaria rōne cōsolationis, uel roboris, peccator. n. plus erubescit in conspectu hominum quā Dei: unde quia pētōr in oculis diuinæ præsentiæ verecundiā abiicit cogitando, consentiendo, uel delectando, & perperrando peccatū, ideo oportet, ut p se pētā sua cōfiteat, ut sic in conspectu hominis erubescat.

Adquid do, uel delectando, & perperrando peccatū, ideo oportet, ut p se pētā sua cōfiteat, ut sic in conspectu hominis erubescat. Sed fortē quæres ad quid, uel propter quid erubescit in cōfessione ē necessaria. Resp. & dico, qd per cōfessionis eru-

bescentiā, & uirtutem clauium quibus se confitens subiicit, & satisfactionem iniūctam quam sacerdos moderatur secundū qualitatem criminis sibi per cōfessionem innotescens pœna expiatur.

Vbi nota, qd cōfessio opat' ad duo. s. ad remissionē culpæ, & pœnæ. Primò. n. ex hoc, qd cōfessio opat' ad remissionem pœnæ nō hēt cōfessio, qd sit de necessitate. Cuius rō est, quia pœna ista est tēporalis, ad quā post culpæ remissionē confessus ligatus remanet, unde sine hoc qd in præsenti uita talis pœna expiaret' eēt via salutis. Scdò ad hoc qd cōfessio operatur ad remissionē culpæ, cōfessio hēt, qd sit de necessitate salutis, & idē sicut aliquis per hoc, qd Baptismū, uel sacramētū aliud petit, se subiicit ministris ecclesiæ, ad quos pertinet dispensatio sacramenti, ita etiam per hoc, qd cōfiteretur peccatum suum se ministro ecclesiæ subiicit, ut per sacramentum pñæ ab eo dispensatum remissionem peccati consequatur. Hæc B. Th. scrip. sent. dist. 17. de confess. artic. 1. q. 1. utrum cōfessio sit de necessitate salutis, in duobus argum. contra, & in cor. q. & in solu. 1. & 3. argum.

CAP. VIII.

AD Maiorē tamen euidentiā p̄dictorū, cū quæritur utrū necessaria sit cōfessio pēnitenti, est sciendum, qd triplex est necessitas. s. obligationis, congruitatis, utilitatis. Primò est necessitas obligationis siue tentionis, & hoc modo cōfessio est necessaria ratione præcepti siue institutionis Christi seu ecclesiæ: debemus enim facere ea quæ sunt a Christo, & ab ecclesia instituta, ne transgressores præcepti peccemus mortaliter. Scdò est necessitas congruitatis, peccator enim & in Deū, & in ecclesiam peccat: & idē conueniens est: qd Deo, & ecclesiæ reconcilietur, contritione aut peccator reconciliatur Deo, cōfessione autem reconciliatur ecclesiæ. Tertiò est necessitas utilitatis, & hoc mō cōfessio est instituta ppter octo utilitates quæ ex cōfessione pueniunt. Primò. n. cōfessio ualet ad cognitionē peccati: quandoq; enim peccator credit esse ueniale illud peccatū qd est mortale, & e conuerso, & propter hoc

Peccator in Deū, & in eccl. peccat.

necessaria est confessio, ut instruatur a sacerdote: utrum peccatum sit mortale, uel veniale, graue, uel leue. Secundo ualet ad quandam mentis securitatē ex cognitione acceptæ ueniæ: unde Chrys. Dic pēta, ut cognoscas quorum acceperis ueniam: & ideo in mente efficit letitiam. Pro. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium, in ps. In uoce exultationis, & confessionis sonus epulantis. Tertiò ualet ad satisfactionem, uerecūdia. n. est magna pars satisfactionis: unde Aug. in li. de pēni. sic ait. Qui per uos peccastis, per uos erubescatis, in hoc. n. q. per seipsum confitetur, & peccata sua dicit sacerdoti, & erubescit, fit ueniale quod operatiōe erat mortale. Quartò ualet ad pēnæ diminutionē ex vi clauium, potest. n. sacerdos aliquid pēnæ debitæ relaxare, licet non totam pēnam. Ioh. 20. Quorum remisistis peccata &c. Quintò ualet ad intercessorum multiplicationē, tenetur. n. sacerdos specialiter orare pro eis qui confitentur sibi: unde Aug. quantò. n. pluribus confitet in spe ueniæ turpitudinem criminis, tantò facilius cōsequitur gratiam remissionis. Sextò ualet ad culpæ remissionem, quandoq; .n. non cōteritur homo peccator ante confessionē, sed in ipsa cōfessione datur sibi gratia contritionis, & per consequens remissionis culpæ. Septimò ualet ad futuræ culpæ uitationem, si. n. aliquis fluctuat ad casum confiteat pronitates suas, & cōfirmabit. Aug. si cepisti fluctuare confitearis motum ne plangas ruinam. Octauò confessio ualet ad Dei glorificationem, qui. n. cōfiteat pēta sua se confiteat iniustum, & Deū iustum, ex quo laudat eum Iosue. 7. Confitere, & da gloriam Deo, & indica mihi quid feceris. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 256. utrum necessaria sit confessio pœnitenti, in cor. q.

C A P. IX.

ET quia actus proprius confessionis est manifestatio criminis, ut sup. ex diffinitione confessionis patet, iō posset aliquis quærere utrum sufficiat ad salutem, si aliquis cōfiteatur scripto. Resp. & dico, q. de necessitate huius sacramenti est, q. peccator sua peccata manifestet, & circa hoc nullus potest dispensare, sicut

nec circa baptismum. Sed q. manifestatio peccati fiat uerbo dico, q. aliter se habet extra casum necessitatis, & aliter in casu necessitatis. Primò enim, scilicet. extra casum necessitatis nulli habenti usum sensuum, & copiam sacerdotis, & notitiam linguæ illius sufficit confiteri per nūcium, uel per scriptum. Sed ex institutione ecclesiæ tenetur qui potest, ut uerbo cōfiteatur, & hoc ppter quattuor rationes, scilicet propter iustitiam, erubescitiam, eadentiam, conuenientiam. Propo-
nit rō-
nes con-
fess. vo-
calis.

Prima ratio est propter iustitiam. Cum enim duplex sit confessio, scilicet mentalis, & uocalis. Prima confessio fit Deo, & non homini, scilicet mentalis. Secunda confessio, scilicet uocalis fit homini, & non Deo. Ratio autem huius est, quia in iudicio animæ iudex debet esse principalis: & talis qui possit absolvere, & ligare, & quia hoc principaliter competit Deo qui solus potest relaxare peccata, & Deus ante humanæ naturæ assumptionem erat Deus, & non homo sufficebat sibi mentalis confessio. Postquam uerò Deus factus est homo per humanæ naturæ assumptionem, ex tunc etiam uocalē confessionem requirit, & quia Deus in forma humana ubiquè præsens esse non potest, suos uicarios constituit, & dereliquit, scilicet homines sacerdotes quibus peccata nostra uocaliter confiteri debemus, & hoc propter iustitiam, nā ex hoc q. homo Deo mentaliter confitetur non tantum humiliatur si Deo subiiciatur sicut humiliatur cum subiicitur homini propter Deum, unde Hugo. de sancto Victore sic ait. Iustum est, ut qui prius Deū superbiendo deferens, terrenis per cōcupiscentiam se subdidit, nunc per humilitatem Deum requirens, ut plenius affectum suæ deuotionis insinuet, eisdem. s. hominibus se propter præceptum Dei p obedientiam inclinet. Sicut. n. perniciofa fuit elatio nolle subiici: sic laudabilis, & fructuosa deuotio est propter superiorem etiam inferioribus inclinari. Hæc Pe. de Thar. 4. scri. sen. di. 17. de confess. art. 2. q. 4. utrum in lege noua teneamur uocaliter cōfiteri, in cor. q. & Alex. 4. parte sum. q. 257. quæ confessio est necessaria, an illa quæ est cordis, & fit Deo, an illa quæ est oris, uel uocis, & fit homini, in cor.

in cor. q. Secunda ratio principalis quare ille qui potest tenetur uerbo confiteri est propter erubescencia. Erubescencia. n. seu yrecundia de manifestatione peccati est ualde necessaria penitenti, eo quod magna pars remissionis habet, & quia peccator magis erubescit confitendo uerbo quam scripto, & propria uoce quam interprete, ideo oportet, ut propter uerecundiam amplior de peccato ore confiteatur. Vnde Aug. in lib. de poeni. Qui per uos peccastis per uos erubescatis, ut qui ore peccat ore purgetur.

Secunda
ratio

Tertia
ratio.

Quarta
ratio.

Tertia ratio est propter euidetiam facti. Cum. n. confessio sit manifestatio peccatorum. cōius, & expressius homines consueuerunt manifestare conceptus suos utendo uerbis quam signis, manifestatio autem eius quod latet in corde non ita potest fieri scripto sicut uerbo. Quarta ratio est propter convenientiam: nam convenientius est quod peccator si potest ore confiteatur, quod dupliciter probatur. Primo per similitudinem in aliis sacramentis: sicut enim in sacramentis aliis accipitur cōior, & conuenientior materia, ut Eucharistia panis qui est communior, & conuenientior materia, & in Baptismo aqua quae est cōior, & conuenientior materia ad abluendum, sic in sacramentali confessione peccatorum usus uerborum est communior, & conuenientior actus. Secundo probatur hoc idem tam ex parte sacerdotis absoluentis, quam ex parte peccatoris confitentis. Primo ex parte sacerdotis absoluentis. oportet. n. quod sacerdos absoluat sub aliqua forma uerborum. absolutio autem debet fieri praesenti, & non absenti: unde non potest fieri per nuncium, uel per scriptum, sed per proprium uerbum sub certa forma. Secundo hoc idem probatur ex parte peccatoris confitentis, oportet enim, quod peccator clauibus ecclesiae se subiiciat per confessionem manifestans ore peccata sua. Secundo si loquimur in casu necessitatis confessio, uel manifestatio peccati uerbo non est de necessitate sacramenti, & per consequens nec de necessitate salutis, alioquin nulla necessitate posset aliquis aliter effectum huius sacramenti percipere, quod patet esse falsum, eo quod mutis, uel quibuscunque aliis qui uerbo confiteri non possunt, sufficit ad salutem scripto, uel nutibus fieri. in tali enim ca.

su excusat eum necessitas inuincibilis, & Deus non requirit ab homine impossibile, unde mutus debet confiteri per scriptum uel per nutum siue per aliquod signum. Ille uero qui est alterius linguae tenetur confiteri per interpretem laicum, & hic interpret laicus omnia tenetur celare, quia licet confessio laico facta non sit sacramentum, est tamen quoddam sacramentale, ut dicitur infra. Surdus uero bene potest, & tenetur uiua uoce confiteri, sed iniungenda est illi poenitentia per scriptum, uel per signum. Patet ergo ex praemissis, quod confessio mentalis necessario debet fieri soli Deo, confessio uero uocalis cum quis potest, est de necessitate salutis, cum uero quis non potest licet modis aliis manifestare peccatum suum.

Sed contra Apostolus ad Rom. 10. dicit, quod ore confessio fit ad salutem, ergo uocalis confessio est necessaria. Respondeo, & dico, quod illud uerbum Apostoli non intelligitur de confessione peccatorum, sed de confessione fidei.

Sed forte quæres hic tale casum. Sunt aliqui, qui non habent copiam alicuius cui confiteantur peccata sua, sicut illi qui sunt sclauis saracenorum, utrum subtractum sit eis remedium salutis, & quid debent facere, ut saluentur. Resp. & dico, quod sufficit, quod talis confiteatur Deo, cum proposito, & desiderio confitendi sacerdoti offerente se opportunitate, uel sufficit saltem, quod talis conteratur cum proposito confitendi si se unquam offerret facultas Hæc B. Thom. in primo quodlibeto. q. 10. utrum sufficiat si aliquis confiteatur scripto. in cor. q. & in sol. arg. Et Pe. de Tharan. 4. scrip. sent. dist. 17. de confess. art. 6. q. 2. in cor. q. Et Alex. 4. parte sum. q. 272. sub eodem titulo, in cor. q. & in solutione casus.

C A P. X.

PRæter illa quæ dicta sunt superius de confessione, iterum circa usum uel actum confessionis quinque sunt dicenda scilicet qui debeant confiteri, quid debeant confiteri, cui debeant confiteri, quando debeant confiteri, quomodo debeant confiteri. Primo considerandum est qui debeant confiteri: nam tria genera personarum confiteri tenentur. scilicet bene dispositus non habens

Explicatur illud Apostoli R. 10. ore confessio fit ad salutem.

bēs cōsciētiā pēti mortalis, pfectus non habēs cōsciētiā ēt peccati uenialis, obstinatus existens in peccato mortali nō habens uoluntatem dimittendi peccatum.

Primò. n. dico, q̄ ille qui est benè dispositus, vel non habens conscientiam peccati mortalis tenetur confiteri semel in anno, & hoc propter præceptum ecclesiæ de confitendo semel in anno.

Sed fortè quæres, quid talis debet cōfiteri, non. n. debet aliquod genus peccati mortalis confiteri. Cuius ratio est, quia cum non habeat conscientiam alicuius mortalis non debet dicere contra cōsciētiā & mentiri. Similiter talis non dēt uenialia confiteri, eò q̄ multis alijs modis fit remissio uenialium uidelicet oratione Dominica, tunctione pectoris, asper sione aquæ benedictæ, & alijs modis: ergo qui non habet cōsciētiā mortalis quid confiteri tenetur? Resp. tribus modis. Primò, q̄ non oportet q̄ talis per se loquendo peccata uenialia confiteatur.

Cuius ratio est, quia per uenialia non fit separatio, nec a regno ecclesiæ triumphantis, nec a regno ecclesiæ militantis. Cum ergo per ipsa uenialia regnum nō excluditur, non indiget officio clauis per qd̄ regnum aperitur. Per accidens tamē pōt esse necessariū uenialia confiteri, & hoc duplici ratione vel ratione dubij quādo creduntur mortalia: uel ratione statuti quādo homo qui tenetur confiteri non habet nisi uenialia, ut dicit Pe. de Thar. 4. scrip. sen. di. 17. de confess. artic. 4. q. 1. utrū teneamur confiteri uenialia, in cor. q. Secundo modo resp. & dico, q̄ non habens conscientiam alicuius mortalis nō debet in speciali confiteri aliquod mortale, quia non debet mentiri, nec debet confiteri uenialia rōne iam dicta, sed in generali debet confiteri, & dicere se peccatorem, & talis contra conscientiam nō facit, quia unusquisq; ex bona conscientia, & secura potest dicere se peccatorem esse iuxta illud prouer. 20. Quis pōt dicere: mundum est cor meum, purus sum a peccato? Et 1. Ioh. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, &c. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 1. utrū non habēs conscientiam mortalis teneatur confiteri, in cor. q. Tertio modo resp. & dico, q̄ ex vi sacramenti non tenetur aliquis ue-

nialia confiteri, sed ex institutione ecclesiæ sic, quādo non hēt alia pēti mortalia quæ cōfiteat. Vel pōt dici scdm̄ quosdā, q̄ ex decretali prædicta quæ præcipit. Omnis utriusq; sexus &c. non obligant nisi illi qui habent peccata mortalia, q̄ patet ex hoc, quod dicit omnia peccata confiteri: & secundum hoc ille qui non hēt mortalia non tenetur ad confessionē uenialium, sed ad implendum præceptū ecclesiæ, ut se sacerdoti repræsentet, & ostendat se absque conscientia mortalis esse, & hoc ei pro confessione reputatur, ut dicit. B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 17. de confess. art. 1. q. 3. utrū omnes ad confessionem teneantur, in solu. 3. argumen.

Secundò principaliter supposito, q̄ aliquis sit tantæ puritatis, & simplicitatis, & perfectionis, q̄ ēt nec uenialis peccati conscientia sit legatus, nunquid talis cōfiteri tenetur? Resp. & dico, q̄ talis etiam confiteri tenetur, & hoc propter præceptum ecclesiæ adimplendum, talis. n. nō tenetur confiteri in speciali, quia sic mentiretur, sed in generali confitendo: & dicendo se esse peccatorem, & hoc modo confitendo non mentitur. Cuius rō est: quia quādo homo confitetur se esse peccatorem, non semper confitetur hoc ex culpa actuali quam habet, sed ex reatu pænæ culpæ quæ præcessit, ut dicit Alex. 4. parte sum. q. 2. de confess. art. 2. in cor. q. Tertio dico, q̄ obstinatus existens in peccato mortali non habens uoluntatem dimittendi peccatum etiam confiteri tenetur, & hoc ex institutione, & præcepto ecclesiæ quo oēs fideles ad confessionē arctantur. Sed contra. Aliquis nō cōtritus confiteri non debet, sed obstinatus non est contritus, ergo &c. Respon. & dico, q̄ hoc uerbum. scilicet aliquis non contritus confiteri nō debet habet duplicem sensum, vel intellectum. Primus est talis. Aliquis non debet confiteri non contritus: & talis intellectus huius dicti est uerus: tum quia nullus debet fictē confiteri, sed cōfiteus non habens uoluntatem dimittēdi fictē cōfiteatur, ergo &c. tū quia ordinatæ sunt partes penitentiae, prima est contritio, secunda est confessio, tertia est satisfactio. hēt ergo cōtritio præcedere cōfessionem, confessio satisfactionē, ergo nō cōtritus non confiteri debet: sicut nec contritus

Obstinatus in peccato mortali cōfiteri debet.

An qui hēt tñ pēti uenialia teneat cōfiteri. & d̄ hoc vide cō. Tri. scs. 14. ca. 5.

Quādo p̄ generalia fiat cōfess.

tritus nec confessus satisfacere. Secundus intellectus istius uerbi est talis. Aliquis non contritus non debet cōfiteri, & talis intellectus est falsus, quia siue peccator sit contritus siue nō tempore ab ecclesia statuto debet confiteri: non tamen debet confiteri non contritus, idest sine contritione. Hęc Alex. ubi supra art. 4. utrum obstinatus teneatur confiteri, in cor. q. & in sol. arg.

C A P. XI.

Secundò principaliter circa usum, uel factum confessionis considerandum est qui debeat confiteri, & quantum ad hoc dico, quòd manifestum peccatū, occultum proprium, recolitum est confitendum. Primò peccatū manifestū est cōfitendum, & hoc duplici rōne. Prima est ex parte sacerdotis confessionem audientis, quamuis. n. sacerdos aliquando sciat eius peccatum, non tamen scit in forma iudicij, ut Christi uicarius, sicut etiam iudex aliquando scit, ut homo quod nescit ut iudex, & ideò quantum ad hoc per cōfessionem sacerdoti aperitur, & fit manifestum, unde oportet, qd sacerdos audiat, & cognoscat peccatum non ut homo, sed ut Dei uicarius. s. per testimonium cōsciētiæ accusantis, quæ est testis diuinus, quo usq. n. sic nouerit non est eius soluere aut ligare, & ideò oportet cōfiteri peccatum quantumcunq. sit publicum. Secunda rō est ex parte peccatoris confitentis, ut iustificetur, quantumcunq. n. aliquis ab aliquo accusatur non propter hoc iustus iudicatur nō propter hoc iustus iudicatur, sed magis iniustus, sed quando homo seipsum, qui dignus est accusatione accusatur tunc exercet opus iustitiæ, ut dicitur Prou. 18. iustus in principio accusator est sui, ut ergo quis iustificetur, ut dignus sit reconciliatione ecclesiæ necessaria est p̄pria accusatio quantumcunq. eius peccatum sit publicum. Sed fortè argues in oppositum. s. qd peccatū manifestum non sit cōfitendum, quia sup̄ illo uerbo Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. dicit sic gl. Euidētia p̄petrati sceleris non indiget clamore accusatoris, ergo ubi est scelus euident non requiritur confessio. Respondeo, & dico, in

hoc uerbum gl. intelligendum est de crimine notorio in foro iudiciali: unde quia scelus ita est manifestum, quòd non indiget inquisitione neq. testium probatione, non autem intelligitur de accusatione, qua in foro p̄nitentiæ se accusat. Cuius ratio est, quia in foro iudiciali sufficit euidētia sceleris ad conuincendum reū, & condemnandum. In foro uerò p̄nitentiæ non proceditur ad condemnandum, sed ad reconciliandum ideò requiritur uoluntaria confessio: unde Hugo de sancto victore sic dicit: Voluit Christus, ut à te metipso surgeres ne quasi extorta, vel coacta uideretur confessio tua. Hęc Alex. 4. parte sum. de usu confessionis q. 261. utrum peccatum manifestum sit cōfitendum in cor. q. Et B. Th. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione art. 2. q. 1. utrum Aug. conuenienter diffiniat confessionem in sol. 1. arg. & Petrus de Thar. dicit idem. 4. scr. sent. dist. 17. de confessione, art. 4. q. 2. sub eodem tit. in cor. q.

Forus
p̄nitē-
tiæ, &
iudicia-
lis.

C A P. XII.

Secundo dico, quòd peccatum occultū est confitendum, & hoc duplici rōne. prima ratio est ex parte sacerdotis confessionem audientis. s. absolutio a culpa, & obligatio ad p̄nam, quia enim p̄ mortali quis p̄nam meretur æternam, pro qua satisfactio temporalis iniungenda est arbitrio sacerdotis, necesse ē quod fiat sacerdoti confessio peccati occulti.

Secunda ratio est ex parte peccatoris confitentis, ut qui non erubuit in occulto in conspectu diuinæ maiestatis: erubescat in conspectu sacerdotis, s. ut erubescat propriam malitiam in confitendo, qui non erubuit creatorem suum in delinquendo: homo. n. carnalis plus erubescit oculos hominis quam Dei. Hęc Alex. 4. parte sum. q. 261. utrum peccatum manifestum sit confitendum, in cor. q.

Sed fortè quæres utrum peccatum cordis sit confitendum, & argues quòd non per August. qui dicit. Vbi peccatum oritur ibi moriatur, sed oritur peccatum cordis in corde per delectationem, ergo in corde debet mori per contritionem: unde

12

Utrum
peccatū
cordis
sit confi-
tendum

non est necesse, quòd moriatur per confessionem. Respondeo, & dico, quòd peccatum cordis est confitendum. quod tali ratione probo. Partes pœnitentiæ sunt contritio, confessio, & satisfactio ad hoc, quod dimittatur peccatum oris, & operis, ita etiam ad hoc quòd remittatur peccatum cordis requiruntur hæc tria, uidelicet contritio, confessio, & satisfactio. Ad uerbum Aug. respondeo, & dico, quòd intentio Aug. est determinare modum pœnitendi iuxta modum delinquendi. si. n. culpa sit publica & alios scandalizat, dēt pœnam subire in foro pœnitentiæ, & in foro iudiciali, unde debet publicè pœnitere: qui autem in occulto peccat, in occulto debet puniri: unde crimen quod est occultum, sufficit soli deo per sacerdotem dicere, nec oportet publicari coram multis quod est occultum. Hæc Alex. ubi supra. q. 262. utrum peccatum cordis sit cōfitendum in cor. q. & in sol. unius argu.

C A P. XIII.

Tertio dico, quòd peccatum propriū est confitendum non alienum. Vbi nota, quòd aut peccatum proprium potest sufficienter explicari, uel notificari sine peccato alterius, aut non. Si peccatum proprium potest notificari sufficienter sine peccato alterius, tunc peccatum proprium, & non alienum est confitendum, quòd dupliciter pbo. Primò auctoritate p sal. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam, gl. non alienam. Secundo hoc idem probo ratione sic. Cōfessio fit pro absolutione obtinenda, nullus uerò absoluitur a peccatis alienis: ergo non debet ea confiteri. Secunda ratio ad idem est talis. Nullus debet in cōfessionem alium infamare: sed proditor alterius criminis hoc facit: ergo &c. Si uerò peccatum proprium sine notificatione peccati alterius cōfessori manifestari nō potest, aut imminet aliquod periculum illi, & tunc non est cōfitendū, sed sine huius circumstantia sufficit pētm dicere, ut verbi grā. Si mulier fuit cognita ab epō suo sufficit dicere in gñali, quòd fuit cognita a quodam magno prælato, ubi uerò non imminet periculum alteri, & pec-

catum alterius proprio est annexum, tūc illud confiteri tenetur. Sed contra. Quod n. possit confitens peccatum alterius cōfiteri tali ratione ostēdo. Ex charitate pōt aliquis peccata proximi deffere, & pro illis pœnitentiam facere. ergo similiter uideretur, quòd possit peccata aliena in confessione referre. Respondeo, & dico, quòd non est simile, quia si doleo, & condoleo peccato proximi, & punio me pro illo: misericordiam illi impetro: nec. n. iniuriam facio, sed si eum accuso, sum criminis proditor, & diffamator, quòd nulli licet. Hæc Petrus de Tharan. 4. sent. dis. 21. circa tertium articulum, art. 2. q. 2. utrum homo aliquando peccata aliena debeat confiteri duob. argumētis, & in cor. q. & Alex. 4. parte sum. q. 263. utrū quis teneat cōfiteri peccata aliena, & in cor. q. & in sol. 3. argument.

C A P. XIII.

Quartò dico, qd peccatum relictum, 14 & non peccatum oblitum est confitendum, quòd tali ratione ostendo. Nullus teuetur ad impossibile, sed peccata oblita, s. elapsa a memoria est impossibile confiteri, cum nulla possint confiteri, nisi quæ habentur a memoria: ergo &c. sed debet tamen quis confiteri de peccatis oblitis in generali, & in speciali de negligentia quæ fuit causa illius obliuionis. Et meritò, quia duplex malum accidit ex obliuione peccati, scilicet negligētia qua traditur obliuioni, & commissio confessionis sequens, nam grauiorem pœnam sustinebit quis pro peccatis oblitis, & confessione neglecta, quàm sustineret pro eisdem si specialiter essent confessa. Cuius rō est, quia p obliuione peccati, & confessione neglecta, vel omissa, quæ oritur ex obliuione peccati, punietur quis in inferno: unde grauiorem pœnam sustinebit quis pro peccatis oblitis, quàm sustineret pro eisdem si specialiter essent confessa, quia erubescētia ex parte confitentis dimitteretur de pœna debita: & uirtute clauium ex parte confessoris audientis, & pœnitentiam iniungentis. Hæc Alexand. 4. part. sum. q. 263. utrum aliqui teneantur ad confessionem peccatorum oblitorum, in cor. q. & in sol. arg.

Duplex malum, oritur ex obliuione peccati.

CAP. XV.

AD Maiorem tamen euidenciam prædictorum quæro tres quæstiones. Prima est, utrum radices peccatorum, scilicet ignorantiam infirmitas, uel impotentia, & malitia sint confitendæ. Respondeo, & dico, quod tales radices dupliciter possunt considerari, uel in quantum sunt quædam pænæ ex originali peccato contractæ, uel in quantum sunt uoluntariæ. Primò enim modo, scilicet in quantum tales radices sunt quædam pænæ ex originali peccato contractæ non sunt confitendæ. Cuius ratio est quia tales non sunt uoluntariæ, nec per consequens cōfitendæ, quia earum confessio magis excusaret, & alleuiaret peccatum quam accusaret, & aggrauaret. Secundo modo in quantum tales radices sunt uoluntariæ in tantū sunt confitendæ. Sunt enim uoluntariæ, putà quando ignorantia est affectata, & quando infirmitas placet, ut ex his quædam peccandi licentia habeatur. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 265. utrū radices peccatorum sunt confitendæ, in cor. q.

Secunda quæstio est, utrum tentationes sint confitendæ. Respondeo, & dico, quod simpliciter, & absolutè loquendo tentationes non sunt confitendæ. Cuius ratio est, quia nihil est confitendum nisi genus peccati, aut circumstantia peccati, sed tentatio neque est peccatum neque circumstantia peccati: ergo &c. Secundo uerò modo loquendo secundum quid scilicet prout tentationes sunt uoluntariæ, tunc sunt cōfitendæ. Sunt autem tentationes uoluntariæ trib. modis. Primò quando quis tentationib. se exponit, ut faciunt illi qui uadūt ad spectacula. ut uideant mulieres. Secundo modo quando tentationib. non resistitur: Tertiò modo quando sine omni tentatione peccat, uel peccato quis se exponit, si hæc expositio aliquo modo est dicenda tentatio. Hæc Alex ubi. supra. q. 166. utrū tentationes sint confitendæ, in cor. q.

Tertia quæstio est utrum sint confitendæ circumstantiæ peccatorum, & quæ. Re. supra circumstantiæ dist. 5. c. 5. & c. 6.

CAP. XVI.

Tertio principaliter circa actum confessionis considerare debemus cui debeat confiteri. Et quantum ad hoc dicuntur tria, primum est, quod extra casum necessitatis necessarium est confiteri sacerdoti, & non laico. secundum est, quod in casu necessitatis licet confiteri etiam laico: tertium est, quod necessarium est confiteri sacerdoti proprio.

Primò dico, quod extra casum necessitatis necessarium est confiteri sacerdoti, & non laico, quod probo triplici ratione scilicet præfigurationis, absolutionis, communionis.

Primò ratione præfigurationis sic. Confessio præfiguratur in Lazari mortui uiuificatione, sed dominus solis discipulis præcepit: ut Lazarum soluerent, ut patet Ioh. 11. ergo sacerdotibus est confessio facienda.

Secundo hoc idem probo ratione absolutionis sic. Confessio principaliter ad absolutionem est ordinata, sed potestas soluendi atque ligandi data est principaliter summo Pontifici, scilicet Petro, & alijs Apostolis, & per illos alijs sacerdotibus, ergo ab illis solis potest fieri Absolutio, ergo per consequens illis debet fieri confessio.

Tertiò hoc idem probo ratione communionis sic. Confessio ordinatur ad Eucharistiæ sumptionem, ergo illis solis debet fieri confessio, qui possent Eucharistiā consecrare, & ministrare: sed soli sacerdotes hoc possunt: ergo &c.

Quartò hoc idem probo ratione ordinationis sic. Soli sacerdotes cum ordinantur accipiunt clauas: ergo soli sacerdotes habent potestatem soluendi atque ligandi, ergo per consequens solis sacerdotibus debet fieri confessio. Nam si alijs non sacerdotibus sufficit confiteri, ergo frustra concessa est sacerdotibus potestas absoluendi, & ligandi, sed non est frustra sacerdotib. concessa potestas, ergo &c. unde August. de pæniten. distinct. 6.

Qui uoluerit confiteri peccata sua, ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem.

Sed forte argues in oppositum. scilicet quod non solis

Sacerdoti quæ clauas habet, fiat confessio.

Radices & tentationes peccatorum, quædo sunt uoluntariæ, confitendæ sunt.

Baptis-
mi & pē-
nitētiæ
compa-
ratio.

solis sacerdotibus sit confessio facienda; sed etiam non sacerdotibus: & hoc duplici ratione. Prima est talis. Pœnitentia est sacramentum necessitatis sicut baptis-
mus, sed in Baptismo propter necessitatē sacramenti, quilibet homo est minister etiam non sacerdos: ergo etiam in pœnitentia, & sic etiam non sacerdoti, ut ministro ecclesiæ est confessio facienda. Respō-
deo, & dico, quod Baptismus est magis sacramentum necessitatis quàm sacramen-
tum pœnitentiæ quò ad confessionem, & absolutionem. Cuius ratio est, quia Baptism. quandoq. prætermitti non potest sine periculo mortis æternæ, ut patet in pueris qui nondum habent vsum ratio-
nis, & ideò ad obuiandum huic periculo quilibet nō sacerdos baptizare potest, sed non est ita de confessione quæ tantum ad adultos pertinet, in quib. contritio cū proposito confitendi, & desiderio absolutionis, & ideò non est simile de baptismo, & de confessione, ut patet. Secundò ad idē arguo alia ratione sic. Confessio ad hoc in ecclesia est ordinata, ut rectores pecorum suorum vultum agnoscant. sed quandoq. re-
ctor siue prælatus non est sacerdos, ergo cōfessio non semper facienda est sacerdoti. Respōdeo, & dico, quod cognoscere vult i pecoris sui ad duo est necessarium. Primò ad hoc ut gregi Christi coordinetur, & sic cognoscere vultum pecoris per-
tinet ad curam, & sollicitudinem pasto-
ralem quæ incumbit quandoq. illis qui non sunt sacerdotes. Secundò cogno-
scere vultum pecoris est ordinatum, ut cō-
ueniens medicamentum salutis ei proui-
deatur, scilicet sacramentum eucharistiæ, & alia quæ præbere spectant ad sacerdo-
tem, & ideò, &c. Hæc b. Tho. 4. scrip. sent. dist. 17. de confess. art. q. 1. ntrum sit neces-
sarium confiteri sacerdoti in duob. argu. contra, & in cor. q. & in sol. 2. & 4. argum. Et Petrus de Thar. ibidem art. 3. quæst. 1. vtrum, sufficit est salutem confiteri laico argu. contra, & in cor. q.

CAP. XVII.

Secundò principaliter dico, quod in casu necessitatis, .s. quando imminet periculū mortis, & deest copia sacer-
dotis sufficit laico cōfiteri, quod tali ratio-
ne ostendo. Sicut Baptismus est sacramen-
tum necessitatis, ita etiam pœnitentia. Ba-
ptismus autem duplicem ministrum ha-
bet. vnum cui ex officio baptizare incum-
bit. .s. sacerdotem, alium cui in necessita-
tis articulo ratione talis dispensati baptis-
mi committitur. .s. non sacerdotem, ita etiā minister sacramenti pœnitentiæ est du-
plex. Vnus cui ex officio confessio est fa-
cienda. .s. sacerdos cui ex officio convenit confessiones audire, & absolvere, & cōica-
re, ut patet c. præcedēti. Alius in necessita-
tis articulo .s. laicus qui tunc uices sacer-
dotis supplet, ut ei confessio fieri posset. In hoc autem casu nota quinque. Primum est, quod in articulo necessitatis si non ha-
betur copia sacerdotis, licet sit bonum con-
fiteri laico: non tamen necessariò confiteri tenetur, sed sufficit habere propositum cō-
fitendi tempore, & loco suo. Secundum est, quod talis confessio facta laico non est sa-
cramentum, quia deest ibi id quod est ex parte sacerdotis. scilicet absolutio propter defectum clauium. Est tamen talis confes-
sio facta laico quodammodo sacramenta-
lis ex desiderio pœnitentis, nam in tali ca-
su pœnitens confitens laico habet deside-
rium confitendi sacerdoti si posset. Ter-
tiū est, q̃ summus sacerdos scilicet Deus supplet sacerdotis defectum, & hoc ex de-
siderio pœnitentis. Quartum est, q̃ ex quo quis semel baptizatus est a quocunq. non oportet, q̃ iterum baptizetur a sacer-
doti: sed si aliquis in casu necessitatis lai-
co confitetur iterum tenetur confiteri sa-
cerdoti si articulum necessitatis euadat, Rō autem huius est ista, quia in Baptismo satisfactio ecclesiæ ad hominem puenit per ipsum elementum exterius ad habitū, qđ uerbo uitæ sanctificetur scđm formā ecclesiæ a quocunq; & ideo ex quo semel baptizatus est a quocunq. non oportet q̃ iterū baptizetur, sed in pœnitentia satisfactio ecclesiæ non peruenit ad hominem nisi per ministrum: quia non est ibi aliquod elementum corporale exterius adhibitum quod

Obser-
ua de
laico au-
diente
confes.

quod ex sanctificatione inuisibile gratiā conferat. Et ideo quamuis ille qui est confessus laico in necessitatis articulo sit misericordiam consecutus a Deo, q̄ mandatum Dei sicut potuit impleuit, non tamē adhuc est reconciliatus ecclesiæ, ut ad sacramēta ecclesiæ admitti debeat, nisi prius absoluator a sacerdote. & ideo oportet, q̄ iterum sacerdoti confiteatur cum copiam habere poterit sacerdotis. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione art. 3. q. 2. vtrum in nullo casu liceat alijs confiteri quā sacerdotib. in cor. q. & in sol. 1. & 3. arg. Quintum est q̄ laicus in casu necessitatis audiens peccata illius qui non potest habere copiam sacerdotis tenetur peccata illa celare, ac si haberet in confessione. Cuius ratio est, quia sicut non sacerdos participat aliquid de actu clauū dum confessio nem propter necessitatem audit, ita etiam participat aliquid de actu sigilli confessionis, quamuis loquendo propriē sigillum confessionis non habeat, & tenetur celare peccata sibi in tali casu dicta cum sibi dicantur sicut Deo. Hæc B. Th. 4. scrip. sen. dist. 21. de sigillo confessionis: artic. 1. q. 3. vtrum non solum sacerdos habeat sigillū confessionis in cor. q. & in sol. 2. argum.

CAP. VXIII.

Tertio dico, quod necessarium est q̄ homo qui confitetur non cuilibet sacerdoti confiteatur, sed sacerdoti proprio: quod triplici ratione ostendo, scilicet ex institutione, ratione, & similitudine. Primò ex institutione ecclesiæ sic. Institutionem ecclesiæ præterire non licet, sed Innocentius tertius instituit, ut patet per decretalem. quæ dicit q̄ omnis utriusq. sexus semel in anno confiteatur proprio sacerdoti, ergo &c. Secundò hoc idem probo ratione sic. Ad hoc, quod sacerdos possit absolvere requiritur, quod nō solum habeat ordinem, sed etiā quod habeat iurisdictionem super illum quem debet absolvere. Cuius ratio est, quia sacerdos qui debet absolvere debet esse talis qui possit imperare illi qui confitetur sibi ad aliquid agendum, imperium autem in alium non competit alicui nisi illi q̄ super eum iurisdictionem habet, & ideo sicut ille qui non est, sa-

cerdos non pōt absolvere, q̄ caret ordine, nec ita ille qui non habet iurisdictionem super eum, & propter hoc oportet, q̄ sicut confessio fit sacerdoti, quia habet ordinē, ita necessariò debet confessio fieri proprio sacerdoti, quia talis habet iurisdictionem per quam potest imperare, qđ paret: quia cum sacerdos nō absoluat nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solus potest absolvere qui potest per imperium ad aliquid faciendum ligare, quod potest facere sacerdos proprius ratione iurisdictionis quam super subditum suum habet. Et confirmo hoc idē breuius secunda rōne sic. Ad effectum aliquem producendum requiruntur duo. s. potentia actiua in agente, & materia debita in patiente, vel suscipiente. Hinc est, qđ ad effectum ligandi, & solvendi requiritur, & potestas clauium quæ datur in ordinatione, & materia debita, s. subditus qui habetur ex iurisdictione. Tertio hoc idē probo tali similitudine, quia sicut se habet episcopus ad suam diocēsim, ita se habet sacerdos ad suam parochiam, sed non licet episcopo in diocēsi alterius episcopi Episcopale officium exercere secundum statuta canonum, ergo non licet similiter sacerdoti vnius parochiæ absolvere subditū sacerdotis alterius parochiæ cum iurisdictionem, & per cōsequens imperium non habet super eum.

Sed fortē argues in oppositum, scilicet quod quilibet sacerdos potest absolvere, & sic non est necessarium confiteri proprio sacerdoti tali ratione. Sicut enim sacerdos est minister sacramenti pœnitentiæ, ita ē est minister sacramenti eucharistiæ. Vel aliter. Sicut solis sacerdotibus data est potestas absoluenti, ita etiam conficiendi, sed quilibet sacerdos potest conficere, ergo similiter quilibet sacerdos potest absolvere. Respondeo, ad hoc tribus modis. Primò, quod non est simile de potestate conficiendi, & absoluenti. Cuius ratio est: quia sacerdoti cuilibet conficienti, materia debita est quilibet panis triticeus, sed sacerdoti cuilibet absoluenti non est materia debita quilibet homo sed subditus. Secundo modo respondeo assignando rationem huius dicti, quia sacramentum eucharistiæ non requirit imperium super unam hostiam magis quam super aliam, & ideo potest quamlibet consecrare: similiter

Absolvere, & cōsacrare differunt

sacra

sacramentum eucharistię non requirit imperium in aliquem hominem sicut requirit sacramentum pœnitentię, & ideo ratio non sequitur. Tertio modo respondeo, & dico, quod sicut licet eucharistiam ab alio quam proprio sacerdote accipere quamuis verum sit sacramentum quod ab alio sacerdote percipitur, ita non licet alicui nisi sacerdoti proprio confiteri, & si confitetur extra casum necessitatis, .s. extra articulum mortis, in quo casu quilibet sacerdos vicem gerit proprii sacerdotis nulla sequitur absolutio. Hęc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione art. 3. q. 4. utrum necesse sit confiteri sacerdoti proprio in cor. q. & in solu. 2. argu. Et Petrus de Tharan. idē quarto scri. sen. dist. 15. de confessione ar. 3. q. 2. sup. eo. ti. in cor. q. & in sol. 1. arg.

CAP. XIX.

AD Maiorem autem euidenciam pœcedentis ca. est sciendum, quod sacerdos proprius dicitur esse tribus modis. .s. proprie, communiter & communissime. Primò sacerdos proprius proprie acceptus est sacerdos parochialis qui administrat sacramenta & cui commissa est cura spiritualis parochianorum. Secundò sacerdos proprius communiter acceptus dicitur ille qui propria auctoritate, vel officio gerit curam parochianorum suorum, idest omnium sunt in sua diœcesi ut episcopus talis tanquam pœlatus ordinarius potest absolueret subditos qui sunt in sua diœcesi. Tertio modo sacerdos proprius communis sine acceptus dicitur quicumque potest pœnitentem ad confessionem recipere, & illum absolueret auctoritate huc potestate sibi a superiore cōmissa, quales sunt pœnitentiarii domini Papæ inferiorum episcoporum, & illi quibus a domino Papa est concessum privilegiū audiendi confessiones. Hęc Alex. 4. parte sum. q. 272. utrum pœtermisso inferiore sacerdote parochiali possit pœnitens confiteri superiori, scilicet episcopo, uel eius pœnitentiaro, in cor. q.

Si autem breuius uis procedere dicas, quod proprius sacerdos est duplex, uel ex iurisdictione ordinaria sicut sacerdos parochialis, uel episcopus, uel Papa, uel ex iurisdictione delegata, sicut iste cui com-

mittit potestatem aliquis horum trium, uel etiam legatus domini Papæ, ut dicit Petrus de Tha. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione, art. 3. q. 2. utrum sit necesse confiteri proprio sacerdoti: in cor. q. in fi. Vbi sciendum quod electio discreti sacerdotis cui confiteamur, non est nobis commissa vniuersaliter nostro arbitrio facienda, sed de licentia superioris. Quod autem superior, ut episcopus, vel pœnitentiarius possit dare licentiam alteri confitendi proboduplici ratione.

Prima est per locū a maiori talis. Quicquid potest inferior potest superior: sed ipse sacerdos parochialis potest dare licentiam suo parochiano, quod alteri confiteatur, ergo multò magis superior potest. Secunda ratio est talis potestatem quam hēt sacerdos in populo habet ab episcopo sed ex illa potestate potest sacerdos parochialis confessiones audire, ergo etiam alius potest hoc idem cui episcopus potestatem.

Sed forte argues oppositum. .s. quod nō semper tenetur homo confiteri proprio sacerdoti duplici ratione. Prima est talis.

Quidam sunt sicut pœlati qui non nidentur habere proprium sacerdotem cū superiorem non habeant: ergo &c. Respondeo, & dico, quod pœlatis sacramenta dispensare incumbit quæ non nisi mundi tractare debent, & ideo concessum est eis iure quod possint sibi eligere proprios sacerdotes qui quātum ad hoc sunt eis superiores, sicut etiam unus medicus curator ab alio non in quantum est medicus, sed in quantum est infirmus. Secunda ratio est talis. Ille qui audit confessionem alicuius est proprius iudex eius, alias non posset eum ligare, & soluere, ut patet cap. pœcedenti, sed vnius hominis non possunt esse plures proprii sacerdotes, uel iudices, quia teneretur pluribus obedire, quod est possibile si contraria pœciperent, vel impossibilia: ergo non potest aliquis alicui confiteri nisi proprio sacerdoti etiā ex licentia superioris. Respondeo, & dico, quod inconueniens esset si duo æqualiter super eandem plebem constituerunt, sed quod duo quorum vnus est alio principalior super eandem plebem cōstitueretur non est inconueniens. & secundum hoc super eandem plebem immediate sunt

Datur
fidelib.
electio
confes-
soris.

Duobus sunt, & sacerdos parochialis, & episcopus. modis & Papa, & quilibet eorum, quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia alteri potest committere. Superior autem, qui etiam sua iuris est principalis inferiori sacerdoti dupliciter suam iurisdictionem potest committere: uno modo, quod vice sua eum constituat, sicut Papa, & episcopus suos penitentiarios constituunt, & tunc talis penitentiarius est principalior quam prælatus inferior, sicut penitentiarius Papæ quàm episcopus, & penitentiarius episcopi, quam sacerdos parochialis, & magis tenetur ei confitens obedire. Alio modo prælatus superior ea quæ sunt iurisdictionis inferiori committit ita, ut eum coadiutorem illius sacerdotis constituat: & quia coadiutor ordinatur ad eum cui coadiutor datur, ideo coadiutor est minus principalis: & ideo penitens non tantum tenetur obedire ei quantum proprio sacerdoti. Patet igitur ex præmissis, quod penitens de licentia Papæ, vel episcopi potest alteri confiteri quam proprio sacerdoti, & huius oppositum asserere est hæreticum, sed illud. dist. 22. omnes. ubi dicitur, quod qui detrahit ius suum alijs ecclesijs iniustus est, qui autem detrahit eius ecclesiæ Romanæ hæreticus est censendus, ut allegat excellens doctor magister Hervæus ordinis fratrum prædicatorum in tractatu quem fecit de potestate Papæ. Privilegiū ergo siue mandatum seu licentia concessa quibusdam, puta cisterciensib. prædicatoribus, & minoribus, patet per decretalem de confessionibus. audiens, nulli homini est concessa, vel commissa in fauorem suum, neque in scandalum bonorum sacerdotum, quia hoc esset contra charitatem, sed ad honorem Dei, & utilitatem plebis, & propter defectum malorum sacerdotum. Nam sacerdotes quam plures quattuor mala in se habent propter quæ penitens vult sacerdoti alteri confiteri. Primò habent in se auaritiam, eò quod quidam querunt, quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi, qui gregi præsumt non ut gregem pascant, sed ut pascantur e grege. Secundò habent negligentiam, quia animarum saluti negligunt subuenire. Tertiò habent ignorantiam, quia nesciunt subuenire. scilicet consulere, ligare, & soluere. Quartò habent malitiam, quia penitentem eis confitentem impetunt, vel confessionem reuelant: unde si peccator sciat suum

propriū sacerdotum minus idoneū, puta hæreticum aut sollicitatorē ad malum, aut fragilem. scilicet ad peccatum quod quis ei confitetur primum, vel si reuelator confessionis probabiliter existimatur, vel si peccatū contra ipsum commissum sit de quo quis confiteri debet. In omnibus autem his casibus, & similib. in quibus penitens probabiliter timet periculū sibi, sacerdoti ex confessione facta, debet penitens recurrere ad superiorem, vel ad eum, qui priuilegium habet a suo sacerdote parochiali petere licentiam alteri confitendi, quod si licentiam habere non possit, vel sacerdos parochialis non esset facilis ad concedendum licentiam, talis peccaret grauiter, quia multi adeo sunt infirmi, quod potius sine confessione morerentur, quam tali sacerdoti confiterentur, vnde si sacerdos licentiam negat, idē est iudiciū quod de illo, qui non habet copiam sacerdotis: unde magis debet eligere laico confiteri: nec in hoc talis transgreditur præceptū ecclesiæ de confitendo proprio sacerdoti, quia præcepta iuris positiui non se extendunt ultra intentionē præcipientis, quæ est finis præcepti. scilicet charitatis, secundū Apostolū: nec iterū sit aliqua iniuria sacerdoti, quia priuilegium uidetur amittere, qui concessa sibi dabitur potestate.

Nota, quod quinque casus ponuntur quibus licet alijs confiteri quam proprio sacerdoti sine eius licentia, primus est si sit uagabundus, secundus si mutat domiciliū, tertius si offendit, in aliena parrochia, quartus propter malitiam sacerdotis, quia reuelat confessionem, quintus in articulo necessitatis, scilicet cum quis habet parochiale sacerdotem ignorantē, cuius ignorantia tanta est, ut hominem possit inducere in errorem, tunc in tali casu de licentia sacerdotis vel sui superioris debet alium sacerdotem parochiale petere, ut ei confiteatur. Hæc b. Tho. 4. scrip. sent. dist. 21. in expositione litteræ in fine distinctionis. Quamuis autem confessus superiori, ut penitentiario Papæ, vel episcopi, vel alteri a Papa vel ab episcopo priuilegiū seu commissione habenti non teneatur confiteri proprio sacerdoti, nec peccata, quæ non habet nec peccata illis confessā cū peccata sint sibi dimissa, & quod ad Deū, & quod ad ecclesiā, tamen propter statutū ecclesiæ de confessione faciēda semel in anno seruandū eo modo se debet habere sicut

Quibus
calibus
possit
alijs
confiteri
aliter
quam
proprio
sacerdote.

ille, qui habet solum venialia: talis enim solum venialia debet confiteri, ut quidā dicūt, & propter se a peccato mortali immunem, & sacerdos in foro conscientiae tenetur non frustra primò confessus fuisset, tum quia quanto quis pluribus sacerdotib. confitetur, tantò plus de pœna ei remittit, tū ex erubescencia confessionis quæ ei in pœnam satisfactoriam cōputatur: Tum ex uirtute clauium: unde toties posset aliquis confiteri, q̄ ab omni pœna liberaretur, & ideo bonum est, quod ille, qui auctoritate Papæ, uel episcopi confessionem audit iudicat pœnitentem, q̄ confiteatur proprio sacerdoti: quod si noluerit nihilominus absolueri debet. Hæc B. Thom. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione, art. 3. q. 5. in argu. contra, & in cor. q. & in sol. arg. utrum ex priuilegio, vel mandato superioris possit quis alteri confiteri quam proprio sacerdoti.

C A P. XX.

Quarto circa actum confessionis cōsiderare debemus quando sit confitendum. Vbi nota, quod aliud est confessionem accelerare, aliud confessionē frequentare, aliud confessionem iterare. Primò. n. licet non sit necesse confessionem accelerare præueniendo tempus confessionis ab ecclesia statutum, ut patet ex supradictis, tamen utile est, & laudabile, q̄ peccator quam citius commodè potest peccatū suum confiteatur: & hoc propter quinque rationes.

Confessio non debet differri.

Prima ratio.

Secunda

Prima ratio est propter incertitudinē tēporis. nam hora seu tempus mortis est incertum: Lucæ. 12. Veniet dominus serui illius quando non speratur. Exemplū de diuite cui dictum est, stulte hac nocte &c. & ideo ne forte præoccupati die mortis: queramus spacium confessionis, & pœnitentiæ, & inuenire nō possumus, quam citius commodè possumus confiteamur. Eccl. 5. Non tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diem. Secunda ratio est propter accumulationem criminis, nam quantò quis maiori tempore residet in peccatis, tantò plura, & maiora, uel grauiora peccata accumulat, Apoca. 6. Qui in sordibus est sordescet adhuc: peccata

.n. peccatis, iusto Dei iudicio puniuntur, ut dicit glo. primo ad Ro. & meritò, quia unum peccatum disponit ad aliud, & est causa alterius: unde Greg. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pō Tertio dē in aliud trahit. Tertia ratio est propter elongationem hominis: nam quantò quis tardat amplius confiteri, tantò magis a Deo elongatur, tantò difficilius conuertitur, tantò eius uita periculosius finitur. unde Ouidius: Qui non est hodie, cras minus aptus erit, in p̄. Qui elongant se a te peribunt. Confessio .n. in extremis est periculosa, rara, & dubia, ut patet infra Pœnitentia.

Quarta ratio est propter indignationē iudicis: qui enim in hac uita non audierit Deum clamantem: Pœnitimini, & cōfitemini, ipse postmodum clamabit ad Deū, & non exaudietur ab eo, sicut clamauit diues in inferno, & non exauditus est: tu ergo festina ne tarderis. Hęc in sum. confess. lib. 2. tit. 34. q. 7. in medio. q. Quinta ratio est propter collationem, uel adeptionem muneris. Nam laudabile est, & utile, q̄ peccator quam citius commodè potest peccatum suum confiteatur: quod dupliciter patet. Primò ratione, quia per sacramentum pœnitentiæ confertur gratia, quæ hominem reddit magis firmū ad resistendum peccato. Secundò hoc idem probo comparisone morbi ad morbum sic: Magis est subueniendum morbo spiritali quā corporali periculo se committere: nisi remedium medicinæ, quam citius posset quæret. & ex negligentia peccaret, ergo multò magis peccat, qui differt confessionis remedium adhibere contra spirituales morbum peccati. Hęc b. Th. primo quodlibet. q. 1. utrum aliquis posset differre confessionem vsq. ad quadagesimam, argu. contra, & in cor. q. in principio.

Quarta

Quinta

C A P. XXI.

Secundo dico, q̄ aliud est confessionē frequentare, quod pōt fieri duob. modis. Vno modo ut si frequenter ceciderit in peccatum per confessionem frequenter resurgat: & hoc est laudabile, quia sepius in die cadit iustus & resurgit, ut dicitur

tur

tur. Alio modo ut eadem peccata frequenter peccator confiteatur, & dico, q̄ non est necesse, ut qui semel bene cōfessus est, iterato cōfiteatur peccata suā nisi in quatuor casibus, .s. uel propter defectum confessoris, uel propter defectum cōfitentis. Primò propter defectum confessoris, & hoc dupliciter aut quia deficit sibi clavis potentia, eò quod nō potest de illo peccato absolvere: aut quia deficit sibi clavis scientia, quia nescit absolvere, puta quia nescit discernere inter culpam, & culpā, & inter culpam, & pānam. Secūdo propter defectum cōfitentis, aut quia confessio nē dimidiauit, uel aliquod peccatū mortale scienter tacuit: aut quia contempsit, uel neglexit, & oblitus est satisfactionem sibi iniunctam complere, nam si sciret, & eū implere uellet, an oportet iccirco peccatū iterum confiteri? Hęc Pet. de Tha. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione, art. 3. q. 2. utrū aliquando confessionem factam teneatur homo iterare, in eor. q. Licet autem extra hos quattuor casus non sit necesse idem peccatum pluries confiteri: tamen multū est utile, & laudabile idem pluries confiteri, & hoc propter quattuor causas. Prima est propter erubescētiā confessionis, quæ in pānam satisfactoriam computatur. Secunda causa est propter efficaciam clavis sacerdotalis: tanta est enim uirtus clauium, quod homo posset toties confiteri, q̄ ab omni pāna liberaretur. Tertia causa est propter orationem sacerdotis p̄ sibi cōfidente intercedentis. Quarta est propter deuotionem cōfitentis. Sed forte dices contra, quod iterare sacramentum non licet: quod patet, quia baptisus iterari non licet: nullus enim debet bis baptizari: sed confessio est pars sacramenti, ergo multiplicari non licet. Respondeo, & dico, quod illud sacramentum iterari non pōt in quo caracter imprimitur: sed in confessione non est impræssio caracteris, ergo iterari, & multiplicari potest. Hęc B. Th. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione, art. 3. q. 5. ex privilegio, uel mandato superioris possit aliquis alteri confiteri quā proprio sacerdoti, in sol. 6. arg. in fin. Req. supra ad duo cap. in fine cap.

Quāta
sit utili-
tas itera-
re cōfessionis.

Tertio dico, quod aliud est confessio-
nem iterare: utrum .s. recidiuans teneatur priora peccata confiteri, de quibus prius confessus fuit: & quantum ad hoc dico, quod in confessione quærent duo, .s. beneficium absolutionis, & remedium debitæ satisfactionis. Primò enim in confessione quæritur beneficium absolutionis, & sic solum debet confiteri peccatum, cuius absolutio per confessionem quæritur: unde quantum ad hoc recidiuans nō tenetur priora peccata de quibus prius confessus fuit iterum confiteri: quod dupliciter probo. .s. auctoritate, & ratione. Primò auctoritate: dicitur enim in decretis dist. 1. Non necesse est, ut cum semel sacerdoti cōfessi sumus de nouo confiteamur, sed lingua cordis non carnis apud uerum iudicē iugiter confiteri debemus. Secūdo hoc idem probo ratione sic: Illud quod scimus esse dimissum nunquā debet iterum confiteri, ergo ex quo peccata priora per confessionem simpliciter sunt dimissa nec secūdu se redeunt, non est necesse, q̄ iterum in iudiciū deducantur, quia nec Deus ea in iudicium adduceret, si aliquis moreretur inconfessus post reciduum, sed damnaretur solū pro peccato quo recidiuauit. Secūdo in confessione quæritur remedium satisfactionis: & tunc cum contritio secundum q̄ est de necessitate, uotū confessionis, & debitæ satisfactionis includat, ille q̄ cōfiteretur tenetur sacerdoti exponere ea quib. sacerdos possit scire, quæ satisfactio sit ei congrue iniungenda, sicut confitens interdum sacerdoti exponit se esse infirmū ut ei ieiunium non imponat, & per hunc modum tenetur recidiuās notificare peccata dimissa quantum sufficit ac hoc q̄ sciatur, quæ satisfactio ei congrue possit iniungi: uerbi gratia, ut si ipse frequenter lapsum carnis passus est ex aliqua occasione, illa occasio per satisfactionem præcidatur: & similiter de alijs peccatis. & ad hoc sufficere uidetur confessio dimissorū in generali, tamen quandoq. ad aliqua pēta specialia oportet descendere, secūdu, q̄ confitens uiderit opportunū. nō. n. pōt in his aliqua certa mēsurā p̄figi.

Sed cōtra uidetur, q̄ aliq̄s peccata priora.

ra debeat confiteri saltē in isto casu. Con-
tingit. n. aliquando aliquem post confes-
sionem, ante peractū penitentiā recidiua-
re: constat aut, q̄ postquā de recidiuo pē-
nitentiā egerit tenet satisfacere de priori-
bus peccatis: ergo &c. Respondeo. & dico, q̄
et in illo casu non tenetur iterū peccata
prius dimissa confiteri, sed sufficit ei exple-
re prius iniunctā satisfactionem. Hæc b.
Th. 4. scrip. sent. dist. 22. art. 4. vtrū recidi-
uans teneatur iterū peccata confiteri de
quib. prius confessus fuit, in duob. arg. cō-
tra, & in cor. q. & sol. 4. arg. Si uerò breuius
uis procedere dicas, q̄ cōfessio triplici-
ter potest considerari, uel prout est in reme-
dium, uel in præceptum, uel quò ad aliquē
casum. Primò confessio potest considerari
prout est in remedium: & sic in mortali
peccato facta non ualet, & ideo iterari de-
bet. Secundò prout confessio est in præce-
ptū, & sic confessio in peccato mortali fa-
cta quamuis non ualet quò ad absolutio-
nem culpæ, absoluitur tamē sic confitens a
præcepto, sicut etiam baptismū fictē reci-
piens. Tertiò confessio potest considerari
quò ad aliquē casum, & sic in quattuor ca-
sib. quis tenetur iterare confessionem, ut
patet c. præcedenti. Alias uerò confessionē
semel bona fide factā non tenetur aliquis
iterare, ut ex præmissis patet. Hæc Petr. de
Tharan. 4. scri. sen. distin. 7. art. 6. 2. vtrum
aliquando teneatur homo cōfessioinem se-
mel facta iterare in cor. q.

CAP. XIII.

Quintò circa actum confessionis con-
siderare debemus quomodo sit con-
fitendū. Nā sexdecim cōditiones ad confes-
sionem requiruntur, quæ a magistris assi-
gnantur: & his uersib. continentur: Sit sim-
plex, humilis, cōfessio, pura, fidelis. atque
frequens, nuda, discreta, libens, uerecun-
da. Integra, secreta, lachrymabilis, accelera-
ta. Fortis, & accensans, & sit parere parata.
Ratio autem sufficientiæ numeri harum
conditionū, quæ ad confessionē requirū-
tur est ista, quia dictarū conditionū quedā
sunt de necessitate, quedam de bene esse.
Conditiones, quæ sunt de necessitate cō-
fessionis quattuor modis possunt cōsidera-
ri, sicut ipsa confessio quattuor modis pōt
considerari. Primo modo, ut est actus virtu-
tis in generali, secundo ut est actus uirtu-
tis in speciali, tertio ex proprio actu con-

fessionis: quartò secundū q̄ confessio est
pars sacramēti. Primò. n. confessio pōt cō-
siderari prout confessio est actus uirtutis
in generali &, sic confessio quattuor cōdi-
tiones debet in se habere. Debet. n. esse di-
creta, libens, pura, fortis. Primò confessio
debet esse discreta, quæ discretio in hoc
consistit, ut maiora peccata in maiori pon-
dere peccator confiteatur. Secundò confes-
sio debet esse libens, quia actus uirtutum
debent esse uoluntarij non coacti. Tertiò
confessio debet esse pura, ut. s. propter de-
bitū finē quis confiteatur. Quartò actus
uirtutis, est ut quis immobiliter operetur,
& propter hoc dicit, q̄ quarta conditio cō-
fessionis est, q̄ sit fortis, .s. propter uere-
cūdiā confiteri peccata aliquis non dimit-
tat. Secundò modo pōt confessio conside-
rari ut est actus uirtutis in spāli. s. pēnitē-
tiæ, & quantum ad hoc confessio debet ha-
bere tria, q̄ pēnitentia exigit. Primò. n. pē-
nitētia oritur ab horrore turpitudinis pec-
cati, ita est quinta conditio, quæ est q̄ con-
fessio debet esse uerecunda ut. s. non se ia-
cet de peccatis propter aliquā sæculi uani-
tatem admixtam. Secundò pēnitentia pro-
greditur ad dolorem de peccato commis-
so, & quantum ad hoc est sexta conditio;
quæ dicit, q̄ confessio debet esse lachry-
mabilis. Sed contra, q̄ non est in potesta-
te nostra, nō requiritur a nobis: sed lachry-
mas emittere nō est in potestate nostra: er-
go non requiritur a confitēte. Respondeo,
& dico, q̄ hoc intelligendū est de lachry-
mis mentis. Tertiò pēnitentia terminat
in abiectione sui, & quantum ad hoc est se-
ptima conditio, quæ dicit, q̄ confessio de-
bet esse humilis, ut. s. se miserū, & infirmū
confiteatur. Tertiò confessio pōt conside-
ri ex propria rōne actus sui, qui est mani-
festatio pēti, quæ q̄dē manifestatio pecca-
ti potest per quattuor impediri. Primò pro-
pter falsitatem, quantum ad hoc, vel cōtra
hoc est octaua conditio, quæ dicit, q̄ con-
fessio pōt esse fidelis id est vera. Secundò
per uerborū obscuritatem, & contra hoc ē
nona conditio, quæ dicit, quod confessio
debet esse nuda, ut non inuoluat pēti ob-
scuritate uerborum. Tertiò per uerborū
multiplicationem: & cōtra hoc est decima
conditio, quæ dicit, quod confessio de-
bet esse simplex, ut non recitet in confes-
sione nisi quod pertinet ad quantitatem
per

peccati. Quartò per verborũ subtractionẽ, ut non subtrahatur aliquid de his, quę manifestanda sunt: & contra hoc est vñdecima conditio, quę dicit, q̃ confessio debet esse integra. Quartò confessio p̃t considerari secundum, q̃ est pars sacramenti, & sic concernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti, & sic tres conditiones debet habere: Prima est qđ cōfessio d̃t esse accusans ex parte confitentis. Secunda est, q̃ debet esse obediens per comparisonem ad sacerdotem, idẽ dicit parere parata. Tertia est, quia cōfessio debet esse secreta quantum ad conditionem fori, in quo de occultis cōsciẽtię agitur. Quintò cōfessio debet habere duo quę non sunt de necessitate, sed de benẽ esse confessionis. scilicet quod sit accelerata, & frequens, hoc est quod statim & frequenter peccator confiteatur. Hęc B. Th. 4. scrip. sent. dist. 17. de confessione, arti. 4. q. d. utrum conditiones, quę a magistris sub certis versibus assignantur, & continentur ad confessionem requirantur, in cor. q. & in solut. argum.

CAP. XXIIII.

EST sciendum, ad maiorem tamen euidẽtiam præcedentis c. quod cōfessio ut Deo sic accepta, & per cōsequẽs meritoria sex conditiones de supradictis in se principaliter debet habere: debet. n. esse uera: discreta, lachrymosa, propria, secreta, & integra. Primò. n. confessio debet esse uera, ut dicat cōfiteus illud Prou. 8. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. q. d. Ex præmeditatione cordis loquitur os meum. Et attribuitur præmeditatio cordis gutturi per cōcordiam cordis, & oris. Multi. n. habent os in corde, quia nihil loquuntur nisi præmeditatum ut iusti, & è conuerso multi habent cor in ore, quia sine aliqua præmeditatione, & discussione loquuntur ut stulti: vñde Eccl. 21. In ore fatuorum cor eorum, & in corde sapientum os illorum. Et subditur: Et labia mea: ad ostendendum quod confessio nõ solum debet esse mentalis, sed uocalis. De testabuntur in confessione impium, idest diabolus, vel hæreticum peccatum.

Vbi nota q̃ non uerẽ cōfiteretur aliquis

tribus modis. scilicet cum quis confitentur mēdosẽ, uel sine charitate, uel fictẽ. Primò aliquis confessio non est uera quando cōfiteretur mendosẽ, ut uerbi gratia. Cum. n. quis scienter confitetur peccata, quę non fecit, uel scienter negat peccata quę fecit, in his casib. talis non confitetur, sed grauiter peccat. Cuius contrarium dicitur Eccl. 4. Pro anima tua non confundaris dicere uerum &c. Req. infra: Pœnitentia tria remedia contra uerecundiam pœnitendi, & confitendi. Secundò alicuius cōfessio non est uera cum confitetur sine charitate: talis enim quamuis impleat p̃ceptum Papę de semel confitendo in anno, non tamen implet p̃ceptum Dei, quia sine charitate confitetur. & idẽ nõ percipit absolutionis fructum: Ita dicitur Eccl. A mortuo quasi nihil perit cōfessio: quod uerbum exponitur tribus modis: primò sic: A mortuo de propinquo quasi nihil perit confessio, quia ægrotantis ad mortem nihil ualet confessio, eò quod dolor & angustia mortis sic animam uexant, ut nec de peccatis libeat cogitare: secundo modo exponitur sic: A mortuo idest post mortem quasi nihil perit confessio, quia nihil confessio ualet in inferno, immo nulla est ibi confessio. psal. In inferno autem quis confitebitur: tertio modo exponitur sic: A mortuo, idest, ab existenti in peccato mortali quasi nihil perit confessio, eo quod confessio extra charitatem factam confessionis fructum non percipit. Tertio alicuius cōfessio non est uera cum confitetur fictẽ, q̃ facit aliquis tribus modis: primò enim ille confitetur fictẽ qui non conteritur de commissis: secundo cōfiteretur fictẽ, qui uult abstinere ab uno peccato, & non ab alio: tertio cōfiteretur fictẽ qui de uno peccato, & non de alio: tertio confitetur fictẽ qui de uno peccato uult, vel promittit facere pœnitentiam, & non de alio. Talis enim confessio habet in se tres defectus, vel tria mala. Primum est, quod ipsa non est meritoria ex quo sine charitate est facta. Secundum est quod opera facta post talem confessionem ad uitam æternam nihil prosunt cum primò caruerint charitate, & fuerint facta in peccato mortali. Tertium est, quod talis non dẽt absolui a sacerdote si ei constet. Cuius ratio est

Quā aliquis non cōfiteatur uerẽ

Explicatur illud Ecc. 27. A mortuo quasi nihil perit cōfessio.

Quis dicitur si cōfiteri.

quia sacerdos non absoluit aliquem nisi illum quem credit diuinitus absolutum, ut dicit B. Th. primo quodlibet. q. 24. vtrum sacerdos possit suum parochianum absolvere a peccatis pertinentib. ad eum non absoluedo eum a peccatis, que ad episcopum spectant, in cor. q. in princ.

Est autem sciendum, quod ille, qui factus ad confessionem accedit non tenetur iterare confessionem, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri: & tunc licet confessio tempore fictionis non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione recipiet: ut dicit B. Th. 4. scrip. sen. dist. 17. de confessione, artic. 4. q. 1. utrum confessio possit esse informis, id est sine charitate, in cor. q.

C A P. XXV.

Secunda conditio, quæ ad confessionem requiritur est, quod confessio debet esse discreta, quod tali ratione ostendo: In omni actu uirtutis requiritur prudentia: sed confessio est actus uirtutis, vel generalis, vel specialis. scilicet penitentie, ut patet ex predictis, ergo in confessione prudentia, vel discretio requiritur. Hæc autem discretio ex tribus partibus considerari potest. scilicet ex parte criminis, ex parte temporis, & ex parte iudicis. Primò in confessione requiritur discretio ex parte criminis. scilicet ut maiora peccata cum maiori pudore peccator confiteatur, ut dicit B. Tho. 4. script. sent. dist. 17. de confessione, artic. 4. q. 4. de conditionibus confessionis: in cor. q. Vbi nota, quod confitens aut attendit grauedinem peccatorum, aut turpitudinem: si grauedinem, prius debet confiteri peccata spiritualia quam carnalia: si turpitudinem è conuerso: unde Greg. dicit, quod peccata spiritualia sunt maioris culpæ, & minoris infamiae: è conuerso uerò peccata carnalia sunt minoris culpæ, & maioris infamiae. Hæc Beat. Thom. prima secundæ quæst. 73. artic. 5. utrum peccata carnalia sint maioris culpæ quam peccata spiritualia, arguit contra & in cor. q. Req. infra peccatorum uarietatem. Secundò in confessione consideratur discretio, uel prudentia ex parte

temporis, & sic sunt duæ confessionis conditionis. scilicet quod confessio sit frequens, & accelerata, uel festina, quæ quidè conditiones non sunt de necessitate, sed de bene esse confessionis. scilicet ut peccator frequenter, & celeriter confiteatur, ut dicit B. Th. 4. scrip. sen. ubi supra immediate. Tertiò in confessione consideratur discretio, uel prudentia confitentis ex parte iudicis, quia confitens extra casum necessitatis debet confiteri sacerdoti non laico, neque cuilibet sacerdoti, sed proprio, neque cuilibet proprio sed meliori, & magis discreti, & magis circumspecto: Eccl. 8. Non omni homini manifestes cor tuum: sed tali de quo confidas, quod iuuare possit sciat, & velit. Et Eccl. 4. Ne subicias te omni homini pro peccato. id est non confitearis cuicumque homini peccatum tuum, sed solum illi, qui, & scit, & potest absolvere, hoc est ei, qui habet scientiam, & auctoritatem seu potentiam discernendi, & absoluendi: unde Lucæ. 5. Vade, & ostende te sacerdoti. In quibus uerbis ostendis, quod confessio debet esse spontanea, festina, manifesta, propria, & discreta. Primò debet esse confessio spontanea uel uoluntaria. Cuius ratio est, quia actus uirtutum debet esse uoluntarij, ut sint meritorij: sed confessio est actus uirtutis, immò actus multarum uirtutum, ut patet supra, ergo oportet, quod confitens, sciens, & volens, & eligens confiteatur, ut dicit B. Th. 4. scrip. sen. ubi supra, idem dicit: Vade sponte, & non coactè. Secundò confessio debet esse festina: unde dicit: Unde in presenti Explicatur illud Vade, & ostende te sacerdoti. festinantur contra illos, qui non experiri confiteri nisi quando non possunt ire, scilicet quando infirmatur, & oportet, quod sacerdos ueniat ad eos non ipsi ad sacerdotes vadunt. Eccl. 17. uiuus, & sanus confiteberis, ita fecit filius prodigus, Lucæ. 15. dicēs: Surgam, & ibo ad patrem meum, &c. & bene dicit surgam, eo quod ille, qui surgit est rector ad contemplandum, fortior ad pugnandum, proprior ad famulandum. Tertiò confessio debet esse nuda, uel aperta, & manifesta, ideo dicit: Ostende contra illos, qui regunt peccata excusando uelando defendendo: Prou. 28. Qui abscondit scelera sua &c. in psal. Reuelando mino viam. Quartò confessio debet esse propria, ideo dicit. Te, non alium, contra illos, qui alios accusant: uel te, ut tu ipse

ipse peccata tua dicas, in psal. Dixi confitebor aduersum me. Quinto confessio debet esse discreta, ideo dicit sacerdoti, contra errorem hæreticorum dicentiū, quod non est necesse confiteri sacerdoti, eo quod quilibet bonus homo est sacerdos: Eccl. 4. Præbytero humilia animam tuam. sua secreta ei reuelando eius consilijs, & exhortationibus acquiescendo, eius mandatis obediendo. Nam confessio fit sacerdoti triplici ratione specialiter: prima est: ut confitens peccata sua cognoscat: secunda ut ea cognoscens de eis erubescat: tertia est: ut de ipsorum remissione Deo ingratus non existat, gratias agat. Et Lucæ. 17. dicitur: Ostendite uos sacerdotibus, quasi d. Non tantum uni sacerdoti, sed pluribus, quia licet sufficiat tantum uni sacerdoti confiteri, tamen melius est secundum Aug. pluribus sacerdotibus confiteri: tum quia plures erubescentiæ diminuunt culpam: tum quia quod non uidet unus, uidet uidet alius, tum quia plures orant pro confitente: unde quanto quis pluribus confiteatur, tanto melius facit: & hoc propter quatuor causas: prima est propter maiorem instructionem: secunda est propter maiorem certitudinem: tertia est propter plurimum intercessionem: quarta est propter meritum uerecundiæ, & humiliationem ampliore, ut dicit Alex. 4. parte summæ q. 273. Secundo modo uerbum prædictum, scilicet. Vade ostende te &c. exponitur sic: Vade, scilicet per contritionem: nam in contritione cum proposito confitendi & faciendi dimittuntur peccata: unde de leprosis dicitur Lucæ. 17. Dum irent mundati sunt. Secundo ostende te sacerdoti per confessionis expressionem. Bernardus. Omnia confessione lauantur. Tertiò offer munus tuum per satisfactionem: satisfaciendo, scilicet pro peccatis tuis, contra illos qui nolunt facere penitentiam, uel faciunt minus condignam, uel offer munus tuum, scilicet in testimonium tuæ sanitatis, vel salutis. Et subditur. Lucæ. 7. Factum est autem dum irent mundati sunt. Sed fortes quæres quare antequam irent ad sacerdotem mundati sunt. Respondeo ut ostendat, quod solus Deus per contritionem, quod intelligitur per uiam sine ministerio hominis per se mundat a culpa: sacerdotum uero est mundatum ostendere, & de poena cul-

pæ debitam relaxare, & dispensare. In uerbo autem illis, Factum est autem dum irent mundati sunt, potes notare quatuor, quæ in mundatione, uel sanatione, uel iustificatione peccatoris concurrunt, quæ sunt gratiæ infusio, motus liberi arbitrij, cordis contritio & peccati remissio. Re. Intra Iustificatio. Trid.

C A P. XXVI.

Tertia conditio quam confessio in se debet habere est, quia debet esse lachrymosa, & amara. scilicet quod ille, qui confitetur doleat de peccato commisso. Sed contra, quod non est in potestate nostra non requiritur a nobis: sed lachrymas emittere non est in potestate nostra non requiritur a nobis: sed lachrymas emittere non est in potestate confitentis, ergo non requiritur a confitente Respondeo, & dico, quod intelligendum est de lachrymis mentis, ut dicit B. Tho. 4. script. sentent. dist. 17. de confessione art. 4. q. 4. ubi agit de 16. conditionibus confessionis, in sol. 5. arg.

Est autem sciendum, quod signa amaritudinis in confessione sunt quinque. Primum est uerecundia: unde Aug. de poen. dist. 1. sic ait: Quem penitet laborat mens patiundo erubescentiæ, & quoniam uerecundia magna est poena, qui erubescit pro Christo fit dignus uenia. Secundum signum est humilitas, ut se miserum, & infirmum confiteatur. Vnde dicit. Isidorus libr. 2. cap. 13. de summo bono: Vnde quisque iustus esse incipit, ex quo sui accusator existit, multi autem de conuerso se metipso peccatores fatentur, & tamen se metipso a peccato non subtrahunt: magna iam iustitiæ pars est seipsum nosse quod prauus est, ut ex eo diuinæ uirtuti subdatur humilior ex quo suam infirmitatem cognoscit: unde & publicanus suam humilitatem cognoscens non audebat oculos leuare ad cælum. Tertium signum huius amaritudinis sunt lachrymæ: unde Tren. 2. Deduc quasi torrētem lachrymas per diē, & noctē, & effunde sicut aquam cor tuum. In quibus uerbis datur intelligi quomodo peccata debeant deplorari: unde dicit Deduc &c. quasi dicat: Qui te multum peccasse consideras, necesse est, ut nec in magnitudine nec in diuturnitate doloris tibi parcas. Et subdit modum ibi: Quasi torrētē &c. Cuius ratio est, quia torrēs cum impetu decurrit magno, sed quod uehementius de-

Signa contritionis sunt quinque.

Cur fiat confessio sacerdoti.

Confiteri pluribus quare sit melius.

Nō intelligas hoc simpliciter cum ab solutio sacerdotis sit ad instar auctus iudicialis quo ab ipso, re-

fer munus tuum per satisfactionem: satisfaciendo, scilicet pro peccatis tuis, contra illos qui nolunt facere penitentiam, uel faciunt minus condignam, uel offer munus tuum, scilicet in testimonium tuæ sanitatis, vel salutis. Et subditur. Lucæ. 7. Factum est autem dum irent mundati sunt. Sed fortes quæres quare antequam irent ad sacerdotem mundati sunt. Respondeo ut ostendat, quod solus Deus per contritionem, quod intelligitur per uiam sine ministerio hominis per se mundat a culpa: sacerdotum uero est mundatum ostendere, & de poena cul-

fuit tantò citius pertransit. Rectè ergo compunctionis feruor torrenti comparatur, qm̄ quantò vis maior doloris in cōpunctione fuerit, tantò citius diuina consolatione superueniente pertransit. Sed quia inchoare bonum parum prodest nisi perseveranter teneatur, rectè subiungitur. Per diem, & noctem. q. d. vsq. in finem confitens doleat de peccato, quia ut dicit Aug. li. de p̄nitentia, ubi dolor finitur ibi deficit p̄nitentia, & ubi deficit p̄nitentia nihil relinquitur de uenia: & subiungit: Effunde sicut aquam cor tuum. ac si dicat. Ceteri liquores cum effunduntur vel aliqua pinguedine super linita, uel sapore, uel colore, uel odore infecta uasa relinquant, sola aqua sic effunditur. ut mūdicia uasis nullius eius reliquijs maculetur. Quia ergo peccatum sua cōfiteres, vel negligentia, uel erubescētia causa offundere timent, quasi in uase cordis spissi liquoris reliquias retinent. Qui uerò peccandi actum, sed non peccandi affectum eiiciunt, in uase saporem noxium adhuc seruāt. Qui uerò nec odorem nec colorem nec saporem, idest nec excusationem nec delectationem nec operationem peccati tenent, cor eorum sicut aqua effundunt. Quartum signum amaritudinis incōfessione est fortitudo, ut. s. ppter exemplū verēcundiam non dimittat confessionē. Exemplum de Maria Magdalena, quæ adeo fortis fuit in confitendo propter amaram cordis compunctionem q̄ nullo pudore obstante publicè confessa fuit turpitudinem peccatorum. Quintum signum amaritudinis est pronitas obediētia. Exemplum domini, qui factus est obediens vsq. ad mortem: Philipē. 2. vnde Aug. de p̄ni. dist. 5. c. consideret: sic ait: Ponat se p̄nitens omnino in potestate iudicis, scilicet in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruas sui, ut omnia eo iubente paratus sit pro recuperanda uita animæ facere quæcūque faceret pro euitāda corporis morte, & hoc cum desiderio, quia uitam recuperat infinitam, cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, q̄ faceret pro differenda morte moriturus. Hæc in sum. confes. libr. 3. tit. 34. de confessione. q. 65. post hæc quæro qualis debet esse confessio, in cor, q.

Quarta conditio quam confessio in se debet habere, est q̄ confessio dēt esse propria, eò q̄ homo in confessione debet se accusare non alium, confitendo peccata propria non aliena. Vbi nota, quòd homo in confessione famam alterius custodire quātum potest, sed suā conscientiam magis debet purgare, & iō si circumstantia, quæ ducit in cognitionē personæ sit de necessitate confessionis etiam debet illam circumstantiam confiteri occultando personas quantum pōt, ut uerbi gratia. Si quis cognouit propriā filiam, talis nō debet illam personam cū qua peccauit nominare in speciali, sed in generali: dicendo cum persona una peccauit. Si autem peccatum proprium in cōfessione sine relaxatione alterius personæ in speciali explicari non potest: ut putā si mulier in matrimonio a uiro suo in ordinatē sit cognita, tunc si mulier maritum nominet, uel ē conuerso, non peccat, quia non potest aliter confiteri, tamē in hoc casu, & similib. accusatio propriæ culpæ, & non alienæ debet attendi, & obseruari, ita q̄ non alium, sed seipsum solū accuse, nec sacerdos debet petere a p̄nitente confitente sibi specificationem personæ cum qua peccauit. Si uerò circumstantia non sit necessitate cōfessionis, ita q̄ peccatum proprium potest explicari in confessione sine reuelatione alterius, tūc debet dimittere ne peccatum alterius prodatur, ut dicit b. Th. 4. scr. sen. dist. 16. de circumstantijs, artic. 2. q. 5. utrum omnis de circumstantia sit confitenda in confessione, in sol. 5. arg. Quòd autem sola culpa propria, & non aliena sit confitenda loquendo de culpa, quæ potest sine explanatione alterius culpæ confiteri, probatur triplici rōne & unica auctoritate. Primò hoc p̄bo ratione infamationis, absolutionis, maledictionis. Primò ratione infamationis sic: Nulli licet aliū infamare, eò q̄ de tractio est peccatū, sed qui peccatum alterius reuelat, & manifestat aliū infamat, ergo homo in cōfessione solum debet se accusare, nō alium infamare. Secundò hoc idem probatur ratione absolutionis sic: Nullus

Fama alterius debet custodiri in confessione.

Probatetur conclusio.

Ius, qui confitendo peccat absoluitur: sed peccator in reuelando peccatum alterius peccat, quia eū infamat ut patet, ergo talis non absoluitur. Et confirmo hoc idem ratione absolutionis: Confessio fit pro absolutione obtinenda, sed nullus de peccatis alienis absolutionē reportat, ergo peccata aliena confiteri nō debet. Tertiō p̄bo hoc idē ratione maledictionis sic: Qui libet debet conari ne Dei maledictionem incurrat, sed qui alterius infamiam in cōfessione non, sed aperit, maledictionem Dei incurrit exemplo kham, qui a Deo ē maledictus, quia patris uerenda suis fratribus nunciauit, scilicet Sem, & Iaphet, qui commendantur, & benedicuntur à patre, quia pallio humeris imposito uerenda patris operuerunt, ut patet Gen. 19. ergo in confessione nullus debet peccatū patris, uel matris, uel fratris, uel alterius reuelare, sed occultare.

Opp.

Sed fortē argues in oppositum sic: Ex charitate potest, quis peccata proximi dolere, & flere, & pro illis p̄nitentiam facere, ergo similiter videtur, q̄ possit in cōfessione peccata aliena referre. Respondeo, & dico, q̄ non est simile de cōtritione, & satisfactione, & de confessione. Cuius ratio est, quia si doleo, & cōdoleo peccato proximi, & punio me, & sic satisfactio pro illo, misericordiam illi impetio, & ita p̄ximo iuuor: unde nec ei iniuriam facio: sed confitendo peccatum suū eum accuso, & sic ei iniuriam facio, quia eum infamo, quod nūquam licet alicui. Secundo modo respondeo, & dico, q̄ cōdolere peccato p̄ximi, & eius peccata flere, & p̄nam pro eis ferre procedit ex charitate, & ita est laudabile, sed confiteri alterius peccata, & eum in confessione accusare procedit ex liuore, & ideo semper est peccatum. Hæc Petrus de Thar. 4. scrip. sent. dist. 21. circa tertium articulum, art. 9. q. 2. utrum aliquis possit confiteri peccatum alienum, arg. contra. & in cor. q. & in sol. 3. arg. Et Alex. 4. parte summe. q. 263. utrum aliquis teneatur confiteri peccata aliena, in cor. q. & in sol. 2. argu.

Tertiō p̄dicti doctores, scilicet Petrus de Tharan. & Alex. probant idem arg. cōtra, q̄ nullus debet confiteri peccata aliena, sed propria, auctoritate psal. dicentis. Dixi confitebor aduersum me iniustitiā

meam dñō, & tu remisisti impietate peccati mei. In qua sex conditiones requiruntur quas confessio debet habere. Primò. Explicatur illud ibi Dixi. i. ex p̄habita peccatorum cōsideratione, & deliberatione ad confessionem accedere proposui Isa. 38. Recogita bo tibi omnes annos meos &c. Gl. Dixi. apud me deliberaui, & propositum confitēdi habui, nam notum cōfitendi habet confessionis effectum, ut Aug. ibidem dicit.

Secundò confessio debet esse expressa, ibi Confitebor. Gl. i. pronūciabo. q. d. prius. n. tacuerā, sed nō pronūciabo, quia confitebor: ubi Aug. sic ait: magna res cū dixit, pronūciabo, & non dixit: Pronūciaui sed pronūciabo, ut ad solā promissionem deuotionis subito peccata laxauerit. Tertiō confessio debet esse uera, cū etiam dicit confitebor. i. simul corde, & ore fatebor: debent enim in confessione os, & os simul conuenire in unum: aliās uero si os discordat a corde, & ē conuerso, non est confessio sed fictio ut dicit B. Th. 4. scrip. sent. Re. supra de confessione in princ. 2. cap.

Quarto confessio debet esse accusatoris ibi Aduersum me: & hoc contra multos de quib. Aug. ibidem sic ait: Multi. n. pronunciant iniquitatem suam in Deū, vel uersus Deum dicēdo Deus uoluit. Alij dicunt. Fatum mihi fecit. Alij torquēt peccatum in diabolum dicentes, diabolus me decepit. Alii dicunt se esse talis constellationis: quidam uerò alij talis complexionis, q̄ a peccato abstinere non possunt: sed uerus p̄nitens, & confitens seipsum accusare debet ut dicat Aduersum me: Job. 10. Dimittam aduersum me eloquium meum: unde Aug. ibidem: Tolle excusationes istas, & memēto illius uerbi psal. Ne declines cor meum in uerba malitiæ &c.

Quinto confessio dēt esse propria ibi: Iniustitiā meā: & dicit: Iniustitiā: quasi dicat, non merita sed demerita, nō bona sed mala, non uirtutes sed uitia, & peccata in confessione sunt confitēda, & exprimenda: Et subdit Gl. Iniustitiam meam, nō alienā, quod de singulis patet: primò enim si retorques peccatum in Deum dicens, Deus uoluit, & me fecit peccare, me

eris, quia Deus non est causa effectiua peccati. Req. infra: Peccati cā: secundò sic fatum me fecit peccare, erras, quia fatum aut nihil est, aut non est causa peccandi: quod patet ex diffinitione quam Boetius de fato assignat dicens. Fatum est inhærens rebus mobilib. dispositio per quam prouidentia quæque suis nectit ordinib. ita q̄ dispositio, uel ordinatio secundum q̄ est in mente diuina nondum in rebus expressa prouidentia est: secundum autē q̄ explicatur in rebus mobilibus fatum nominatur: hoc autem fatum nihil est ut infideles de fato senserunt omnia necessitati syderum subiicientes: unde Gregor. Absit à fidelib. mentib. ut fatum aliquid esse dicāt. Si uerò prouidentia Dei, vel dispositio, vel ordinatio inhærens rebus mobilib. esse dicat, q̄ nihil aliud est quàm diuinæ prouidentix ordo, etiam non est causa peccati, quia contingentia, & mobilitatem non aufert a reb. ut quidam posuerunt, nec per consequens aufert libertatem arbitrij & ideo cum infidelibus non debemus etiam omnia communicare: unde dicit Aug. 5. de ciuit. Dei: Si quis uirtutem uel potestatem Dei: fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat. Hæc B. Th. 3. libr. contra gent. c. 91. per totum. Similiter si dicas: Diabolus homo uel mulier constellatio, complexio, & huiusmodi peccare me faciunt falleris, quia omnia hæc & si alliciant, non tamen necessitant ad peccandum: unde qui benè uult confiteri, nō accuset alium, sed seipsum & dicat. Iniustitiam meam. Aug. ibidem: Clamet eger ad medicū, & dicat cum libero arbitrio me creauit Deus, & ideo si peccaui ego peccaui, non Deus, non fatum, non fortuna, non diabolus me coegit, sed ego persuadenti consensu, ex quo enim est liberi arbitrij non necessitate, sed uoluntate cōsentiendo peccat, ut dicat cum psal. Sana aīam meā, q̄a pecaui tibi, ego iniquè egi.

Sextò confessio debet esse discreta, ibi Domino, i. ad honorem Dei, ut seruā de cetero ei, & habeam ulterius propositum non peccandi: Iosua. 7. Fili confiteri peccatum tuum, & da honorem Deo, & domino. i. sacerdoti loco domini, & ut uicario eius. Req. sup. ubi dicitur, q̄ confessio dēt fieri sacerdoti.

Septimò, & ultimò ex præmissis sequitur, & concluditur, q̄ cōfessio est fructuosa tibi. Et tu remisisti impietatem peccati mei Gl. Quæ est ista impietas? q̄ tacere de creui culpam, & malè clamaui merita, & tu remisisti &c. Augu. Magna pietas Dei, vel quod ad solam confessionis promissionem peccatū dimiserit, eò quod apud Deum ubi deest facultas uotum pro operæ computatur, uel ad unam peccati confessionem dum est facultas peccatum remitti: unde ista remissione peccati habet secundo Reg. 12. Dixit Dauid, peccaui domino. Et Natan statim dixit ad eum: Dominus transtulit peccatum tuum a te. Requi. infra de utilitatibus confessionis.

C A P. XXVIII.

Quinta conditio quam confessio debet habere est, quia debet esse secreta, & hoc tam ex parte peccatoris, quàm ex parte confessoris. Primò confessio debet esse secreta ex parte peccatoris confitētis. Nulli enim licet publicè, uel in publico confiteri confessione sacramentali: quod probo propter quatuor rationes. Prima est propter conseruationem nominis sic: Nulli licet diffamare seipsum: unde Eccl. 41. dicitur. Curam habede bono nomine &c. sed si aliquis publicè confiteretur tunc infamem redderet seipsum: & sic denigraret uitam suam, & famam ergo &c. Secunda ratio est propter uitationem criminis sic: Nullus qui egreditur de peccato debet alijs esse peccandi occasio: si ergo aliquis publicè coram multis confiteretur esset alijs occasio peccandi, vel in peccatū exemplo sui labendi, uel superbiendi, vel ipsum peccatorem confitentem publicè contemnendi quæ nulli licet, ergo nec primum. Tertia ratio est propter difficultatem confessionis, cum enim cōfessio peccatorum sit quamplurimū uerecūda, & onerosa multi immo quasi omnes a confessione traherentur, quia nullus auderet coram multitudine confiteri, immo pauci plenè, & in regre coram sacerdote unico confitentur. Quarta ratio est propter occasionem turpationis sic: Nulli licet præbere alicui causam, uel occasionem scādali seu turbationis.

Nō uenit tñ Xps q̄n alijs in uindictā suorum scelerū, & sui humiliationē cū ab aliorum exēplū, tum ob ecclesiæ ædificationem delicta sua publicè cōfiteri possit; Concil. Triden. Sess. 14. cap. 5.

nis: sed si aliquis publicè corā multis confiteretur peccata sua, tunc orirētur mala, & scandala quasi infinita. s. rixę, discordię odia, infamię, & multa similia, propter quę necesse est, quod confitens peccata sua non in publico, sed secreto confiteatur. Si verò aliter vis procedere dicas, quòd ex parte confitentis confessio non debet esse publica sed secreta: & hoc propter quattuor rationes. Prima est propter conditionem fori. i. iudicij, quia in confessione sacramentali de occultis consciętię agitur: ergo in occulto fieri debet. Secunda ratio est propter considerationem modi, vel virij publicè enim crimina magna, & enormia flagitia humana infirmitas vix vel nullo modo confiteretur, immo non sine magna violentia solent huiusmodi verè confiteri, & hoc propter erubescētiā enormitatis ipsorum. Tertia ratio est propter confessionem vicarij. fit enim confessio sacramentalis vicario Christi qui solus est mediator, & idèò solummodo debet fieri gerenti vicem Christi in parte ista. s. sacerdoti. Quarta rō est propter vitiationem scandalij: si. n. fieret publica cōfessio peccatorū frequēter confitentes incurrerent cōtemptum, similiter & odium, & quandoq; etiam capitale dispendium, vel periculū: quod patet, quia si peccatores publicè cōfiterētur de adulterio, vel de furto, vel de homicidio, & huiusmodi peccatis flagitiosis contemnerētur ab alijs, & multorū odia incurrerent, & frequenter interficeretur: unde Chryso. super epistolam ad Hæbr. & habetur in textu sen. lib. 4. di. 17. Nō dico tibi vt te perdas. Sed fortè argues in oppositum. s. q. confessio debet fieri in publico tali ratione: Confessio ad satisfactionem ordinatur: sed satisfactio quandoq; est publica: ergo & cōfessio nō debet esse secreta. Respondeo, & dico q. ex pœna satisfactoria nō scandalizatur aliquis, quia quādoq; pro paruo, vel nullo peccato similia opera satisfactoria fiunt, sed pro peccatis aliorum in publico dictis frequenter sequitur scandalū aliorum, nam pro peccatis publicè auditis multi possunt scandalizari, & ad malum inclinari, vt patet ex dictis. Hæc B. Thom. breuiter, & sub compendio tangit. 4. script. sen. di. 17. de confess. artic. 4. vtrum conditiones quæ à ma-

gistris de confessione assignantur sint cōuenientes, in cor. q. in fi. & in solu. 4. arg. & iterum B. Thom. ibidem ult. parte dis. 17. in expositione litteræ in fine: & Alex. 4. parte sum. q. 271. vtrum liceat confiteri peccata in publico, in cor. q.

C A P. XXIX.

S E C V N D O confessio debet esse secreta ex parte sacerdotis confessionē audientis: q. pbo per quattuor rationes. Primò ratione cōformationis, vel imitationis diuinæ sic: Sacerdos debet se conformare Deo cuius est minister: sed Deus peccata, quę p cōfessionem panduntur non reuelat: sed tegit, ergo nec sacerdos reuelare debet. Et cōfirmo hoc idem alia ratione sic. Peccator confiteretur peccatum suum sacerdoti non tanquam homini, sed tāquā Deo, vel tanquam Dei vicario: sed Deus peccata, quæ sacerdoti, vt eius vicario dicuntur non manifestat, sed celat. ergo sacerdos peccatum sibi confesum debet penitus celare. Secundò hoc idem probo ratione remissionis culpę sic: Illud quod interius est relictum oportet etiam: quòd tegatur exterius: sed peccata confitentis teguntur interius: ergo oportet quòd tegantur exterius, quia his quæ aguntur interius in sacramentis debet respondere sacramentum exterius. Et cōfirmo hanc rationem alia ratiōe sic: Illud quod est extinctum indultum seu remissum à Deo, nec accusari, nec manifestari debet, sed Deus in cōfessione vel in affectu, vel in actu virtute præcedentis contritionis indulget, & remittit peccatum: ergo sacerdos peccatum sibi in cōfessione commissum manifestare non debet. Tertiò hoc idem pbo ratione prohibitionis ecclesiæ sic: Nulli contra prohibitionem ecclesiæ liceat aliquid facere: sed ecclesia prohibet reuelationē sine manifestationem sigilli confessionis; qd duplici auctoritate patet: primò ex decretali edita in generali concilio, de pœnit. & remis. Omnis: quæ sic dicit: Caveat sacerdos ne verbo, vel quouis facto prodar aliquatenus confessionem: secundò pbo hoc idem 3. q. 7. ibi dicitur (& est verbum Aug.) sic: Sacerdos vt sapiens, & medicus perfectus primum sua peccata diluere fciat,

sciat, & post aliena detegere, & sanare. Præter has rationes, & auctoritates sunt alia utilitates huius celationis confessionis, quia per hoc homines ad confessionem magis trahuntur, & simplicius, & securius peccata confitentur. Si enim sacerdos aliorum confessionem reuelet homines odirent, & abhorrerent sacramentum confessionis, ita quod ad celandum confessionem obligatur sacerdos tripliciter. scilicet rationibus, auctoritatibus, & utilitatibus.

Sacer.

Sed fortè quæres, quis magis tenetur ad celandum peccatum an confitens an sacerdos? Respondeo, & dico, quod sacerdos qui tenetur celare peccatum duplici iure: primò quide naturali. scilicet ne sit proditor secreti sibi commissi: secundo tenetur iure positiuo. scilicet ex prohibitione ecclesie. ut sup. immediatè patet. Pœnitens uel confitens unico iure tenetur celare peccatum suum. scilicet ex iure naturali, quod est ut nullus diffamet se ipsum, eò quod homo naturaliter plus tenetur sibi quàm alijs, & magis diligere bonum proprium quam alienum. Quartò quod sacerdos teneatur semper & in omni casu celare confessionem, probo ratione iniunctionis pœnæ, ut n. nullo modo prodatur confessio pœnitentis ecclesie certas, & magnas pœnas apposit.

Pœna secreti, & pœna sigilli.

Vbi nota, quod alia pœna apponitur in denunciatione secreti, & alia in denudatione sigilli: nullum enim secretum est denudandum, cum in denudatione secreti proditio appareat, secundum quod habetur 22. qd. 5. de forma fidelitatis, ubi dicitur, quod de forma fidelitatis est secretum non denudare, quia illi qui produnt secreta alicuius secundum leges capite puniuntur: sed illud quod in confessione reuelatur secretum est, ergo qui reuelat illud reatum incurrit damnationis spiritualis. scilicet separationis a suo capite quod est Christus. unde Greg. talem pœnam imposuit sacerdoti reuelanti confessionem, & hinc pœn. di. 6. ubi sic dicitur: Sacerdos autem super omnia caueat ne de his qui ei confitentur peccata sua alicui recitet, quod ea confessus est, non propinquis, non extraneis, neque, quod absit, pro aliquo scandalo euitando: nam si hoc fecerit deponatur, & omnibus diebus uitæ suæ ignominiosus pe-

regrinando peragat. Innocentius uerò tertius maiorem pœnam apponit dicens, quod sacerdos qui peccatum in iudicio pœnitentia sibi detectum presumpserit reuelare, non solum à sacerdotio deponi debet, sed in monasterio arcto retrudi ad agendam perpetuam pœnitentiam. Hosti. uerò in Gl. B. Greg. exponens dicit, quod sacerdos peracta pœnitentia per septennium, vel per decennium peregrinando per mundum est in monasterium retrudendus, ut ibi perpetuam pœnitentiam agat. Et subdit Host. ibidè: Caueat ergo sacerdos ne parochiano suo, uel alteri detrahat, sicut nec, uult quod sibi ab altero detrahatur. Hec B. Th. 4. scrip. sent. dist. 21. de sigillo confessionis. art. 1. q. 2. utrum in quodam casu teneatur sacerdos reuelare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit, in duobus articulis contra, & in cor. per totum. Et Alex. 4. parte sum. q. 273. de sigillo confessionis: utrum sacerdos possit confessionem sibi factam reuelare, in argu. contra, & in cor. q. & in sol. 1. arg. Et in sum. confes. lib. 3. tit. 34. q. 101. quæ sit pœna sacerdotis reuelantis confessionem.

C A P. XXX.

Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum cum ipsa celatio, uel occultatio confessionis sit de essentia sacramenti confessionis, ut dicit B. Th. 4. scrip. sent. dist. 1. de sigillo confessionis, art. 1. in cor. q. in prin. Nota remedia, quæ debet obseruare sacerdos in decem casibus emergentibus, ne sit reuelator confessionis. Primus casus est talis: Sacerdos aliquis in confessione, uel per confessionem scit aliquem hæreticum quem non potest inducere ad hoc, quod à corruptione plebis desistat, quid faciet in hoc casu ut eum impediatur sine reuelatione confessionis? Respondeo & dico, quod talis debet facere tria. Primò. n. debet in secreto dicere, & suadere tali confitenti sibi ut a peccato desistat, quod si non uult, secundò debet dicere multitudini, ut sibi caueat: tertio debet dicere prædicti ut gregi suo diligenter attendat dicēs. Vigila super oues, quia lupo est in grege: si probabiliter uidet illum qui est confessus ei uerum dixisse, & periculum ouium imminere, nullo tamē modo, uel casu licet sacerdoti personam perdere, cuius crimē

30

Casus hæretici occulto.

hæ-

hæresis solummodo per confessionem nouit.

De spō-
salibus
illicitis.

Secūdus casus est talis, sacerdos aliquis audiuit in confessione aliquem qui cū aliqua est fornicatus, & postea ille idem vult contrahere cum sorore illius quā fornicariē cognouit in facie illius sacerdotis, qd debet sacerdos facere ut hoc impediatur, & illos inter quos per confessionem scit affinitatem esse, quia ad inuicem uolunt contrahere sine reuelatione confessionis impedire? Respondeo & dico, quod sacerdos debet dissuadere quantum potest illi qui confessus est ei ne contrahat cum persona tali, nulla tamen ratione, uel modo debet sacerdos confessionem auditam detegere.

De lata
excoīca-
tione.

Tertius casus est talis: Ecclesia præcipit ex pæna excommunicationis iam latæ, q quicunq. scit aliquid de tali peccato dicat sibi, utrum sacerdos qui illud per confessionem nouit debeat sibi dicere, & uidetur q sic tali ratione: Illud ad quod quis præcepto ecclesiæ obligatur non est necesse obseruari mandato in contrarium facto, sed non reuelatio confessionis introducta est ex statuto ecclesiæ, ut patet per decretalē: ergo si per ecclesiam præcipitur, q quicunq. scit aliquid de tali peccato dicat, sacerdos qui illud peccatum scit per confessionem tenetur dicere. Respondeo & dico, q sicut præceptū de confessione sacramē tali facta est de iure diuino, ut alia sacramenta, & non potest aliqua dispensatione facta, uel iussione humana ab eo absolui, ita, celatio confessionis est de iure diuino ita q nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine cogi nec licentari, unde si præcipiatur alicui sub pæna excommunicationis q dicat, sacerdos qui illud peccatum per confessionem nouit nō debet obedire nec ei dicere, quia debet æstimare sacerdos, q intentio præcipientis sit si sciat ut hō, sacerdos autē illud quod per confessionē scit nescit ut homo, sed scit ut Deus: unde talis præcepto ecclesiæ in hoc non obediens excommunicationis sententia non incurrit, quia non est subiectus suo superiori nisi ut homo. Illud autē peccatū non ut homo scit, sed ut Deus, & ideo nullus in hoc humanę obediencię præcepto est subiectus ut Deus.

De con-

Quartus casus est talis: Aliquis sacer-

dos in testimonium adducitur & a suo superiore iurare cogitur de ueritate dicēda, p teste & postea ei præcipit si scit tale peccatū in uocatione persona tali cuius peccatum ab illa perso & medio na per confessionem nouit, utrum talis sacerdos qui præstitit iuramētum de ueritate dicenda debeat illud peccatum dicere q per confessionem nouit, talis. n. cū non possit peccatum detegere necesse habet periurare: sed hoc non licet, quia periurando incurrit conscientię damnum, & homo magis debet obseruare suam conscientiā, quam alterius famam.

Respondeo & dico, quod homo non adducitur in testimonium nisi ut homo, & ideo absq. læsione conscientię potest iurare se nescire: unde secure potest dicere, ne scio, nec periurat, quia iuramentum nō obligat illum ad dicendum nisi quod nouit ut homo non ut Deus: unde pro nullo præcepto obediencię, pro nullo iuramento pstito, uel periculo debet illud dicere, & confessionem reuelare.

Quintus casus est talis: Aliquis sacerdos per confessionem alicuius quā audit scit q aliquis est prælatione indignus, si consentit electioni mortaliter peccat consentiēdo indigno: si contradicit uidet contradicendosuspitionē inducere de peccato, & sic uidetur reuelare confessionem, quod nunquā in aliquo casu licet. Respondeo & dico, q ex multis alijs causis aliquis indignus redditur ad prælationis officiū quā ex peccato, sicut ex defectu scientię, vel ætatis, & ideo qui contradicit electioni, nec suspitionem de crimine facere, nec confessionem reuelat, sed contradicit promotioni indignorum sicut tenetur si sua interest. Sextus casus est talis: Abbas aliquis scit per confessionem peccatum alicuius prioris sibi subiecti, si ei prioratum dimittit, inducit eum, uel monasterium ad ruinam, si ei prioratum aufert propter debitum curę pastoralis, uidetur publicare confessionem. Respondeo & dico, quod abbas non potest adhibere remedium nisi eo modo, quo peccatum ad ipsum defertur, & ideo in his, quæ deferuntur ad eum in foro pænitiencię in eodem debet quantum potest remedium adhibere: unde abbas in prædicto casu ammoneat eum ut prioratui resignet, uel si noluerit potest ex aliqua alia

De indi-
gnis ad
magi-
stratum
sed oc-
culte.

alia occasione eum a cura prioratus absol-
uere, ita tamen, quod omnis suspicio uite-
tur de reuelatione confessionis.

Mādatū
p̄lati nō
obligat
cōtra se-
cretū cō-
fessio-
nis.

De ca-
nonico
occulte
homici-
da.

Vbi sciendum, q̄ nullus sacerdos tene-
tur p̄lato reuelare secretum, uel pecca-
tum occultum fratris, ratione cuiuscunq̄.
p̄cepti quod p̄latus faceret super hoc, li-
cet quandoq̄. teneatur hoc reuelare p̄la-
to ut bono homini nō ut p̄lato, & hoc pro-
pter charitatem, non propter p̄ceptum
p̄lati. Cuius ratio est, quia p̄latus non
se habet ut p̄latus. s. vt gerens uicē p̄-
lati ecclesiæ, nisi vel in foro publicæ cor-
rectionis, sicut in capitulo, uel foro p̄niten-
tiæ: sed peccatum occultum fratris non
debet p̄latus reuelare in capitulo, quia
tunc faceret contra p̄ceptum charitatis,
quo tenetur corrigere fratrem si potest, sal-
uando famā fratris. Præterea si hoc reuela-
ret per modum accusationis faceret con-
tra seipsum, quia posset deficere in pro-
batione, nec etiam in foro p̄nitentiæ
potest p̄latus dicere peccatū occultum
fratris, eò q̄ in foro p̄nitentiæ .s. in con-
fessione nō debet hōdicere peccata aliorū,
sed sua tantum, ut dicit doctor egregius
magister Herueus Brito de ordine fratrum
p̄dicatorum in paruis quodlibeto. q.
15. vtrum religiosus teneatur reuelare secre-
tum commissum fidei suę, uel peccatum
occultum p̄lato suo rem talem p̄cipiē-
ti, in cor. q. Septimus casus est talis: Ali-
quis scit per confessionem quendam de
suis canonicis esse homicidā, & instanter
perit, quod ille canonicus promoueatur
in sacerdotem, & ecclesia ē hēt paucos sa-
cerdotes, in tali casu, aut tenetur mittere
ad promouendum aut non. uidetur quod
non tenetur eum ad sacerdotium promo-
uere: quia cum sciat eum esse irregularem,
si eum promoueret peccaret mortaliter: si
non vult eum promouere tenetur dicere
causam quare, & sic tenetur reuelare con-
fessionem, quod est falsum, quia nunquā
debet hoc facere. Respondeo & dico, quod
neutrum debet facere. s. nec talem tanquā
indignum promouere, nec causam huius
dicere, quia hoc esset confessionem reue-
lare: sed si quādoq̄. postulet niti debet dis-
ferre, & cautē dissimulare secundū quod
vñctio eum docebit. Si autem talis promo-
ueri petit instanter, ita quod oriatur scan-
dalum nisi promoueatur, uel etiā alias

decanus per superiorem cogatur benè p̄t
eum mittere ad promouendum, nec ipse
tunc facit, sed ecclesia quam ipse sefellit.

Octauus casus est talis: Aliqui canonici
de licentia sui decani confessi sunt alicui
sacerdoti peccata homicidij, & bigamiæ
per quæ facti sunt irregulares: postmodū
uolūt ad sacros ordines promoueri, uide-
tur q̄ in hoc casu ille sacerdos possit reue-
lare quæ audiuit in cōfessione a decano:
hoc enim expedit ipsis canonicis, quia p
hoc impediuntur, ne peccent mortaliter
suscipiendo ordines sacros. Respondeo, &
dico, quod nullo modo sacerdos confessio-
nes canonicorum debet reuelare decano:
sed sufficit quod persuadeat illis ne labo-
rē ad sui promotionem, quia plus posset
nocere delectio suarum confessionū, quā
prodesset impeditio illorū a susceptione
sacrorum ordinum. Hæc b. Tho. 4. scrip-
sen. di. 21. de sigillo confessionis, art. 1. q.
1. utrum in quolibet casu teneatur sacer-
dos celare confessionem, in sol. 4. argu. &
Alex. parte sum. de sigillo confessio. q. 1.
utrum sacerdos possit confessionem sibi
factam in casu aliquo reuelare, in sol. arg.

Nonus casus est talis: Aliquis aliquādo
dicit alicui aliquid secretum, & ille promit-
tit seruare, nunquid tenetur seruare? Re-
spondeo & dico, quod homo non debet de
facili aliquid recipere sub secreto, si tamē
recipiat, & promittit referenti sibi illud,
quod nunquam reuelabit illud ex promif-
sione, tenetur omnino hoc modo ce-
lare illud ac si in confessione haberet, quāuis
sub sigillo confessionis non habeat.

Vbi nota, q̄ de sigillo confessionis dire-
ctē, & principaliter non sunt nisi peccata,
& illa per quæ peccator, uel peccatum de-
p̄hēdi potest, nihilominus aliquando
cū peccatis aliquis multa alia narrat, quæ
& summo studio sunt celāda, ut patet in
cōmisione secreti, tū propter scandalū:
tum etiam propter pronitatem, quæ ex cō-
suetudini posset accidere. Hæc B. Thom.
4. script. sent. ubi sup. immediatē, art. 1. q.
2. utrum sigillum confessionis se extēdat
ad alia, quæ non sunt de confessione, in
cor. q. & in solu. 1. & 2. argumen. Alexan-
der uerō ubi sup. q. 275. in sol. 6. arg. dicit,
quod secretum confessionis plus est, quā
secretum simpliciter. Cuius ratio est, quia
secretum confessionis ita obligat ad celā-
dum

De secre-
ta irre-
gularita-
te.

De se-
creto cō-
misso.

dum, quod pro nullo scandalo, vel dispensatio est reuelandum: secretum autem simpliciter non obligat simpliciter: ut verbi gratia: Quando aliquis promittit alicui, quod celabit aliquod secretum quod aliquis sibi committit hoc debet intelligi si non cogat cum obedientia superioris ad reuelationem, vel necessitas mentiendi, vel damnatio innocentis, vel alia huiusmodi quibus contraire non potest vel debet: unde si quis promississet alicui quod teneat aliquod factum suum secretum, post si vellet factum illud testificari damnaretur aliquis innocens, vel necesse esset ipsum mentiri, vel esse inobedientem, vel aliquod graue scandalum oriretur, non estimo quod in talibus casibus, vel similibus deberet factum illud celare. unde si quis promississet aliquod factum alicui ex rationabili causa, tenetur illud reuelare. Hæc Alexand. ibidem. Decimum casum quære in fine sequentis capituli.

Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod sacerdos non semper tenetur celare quod habet sub sigillo, vel secreto confessionis tali ratione: Nihil debet obseruari, unde posset innocens rationabiliter accusari, vel damnari: sed ita est in proposito si aliquis tenetur celare sigillum confessionis, vel secretum: quod probò in tali casu: Ponatur talis casus. scilicet quod quattuor vadant simul per una viam: unus peccat in conspectu omnium, unde accusandus est coram prelato, & puniendus confitetur uni de tribus: alij duo accusant illum qui peccauit, & testificantur contra illum: ad maius robur testimonij aduocant tertium, præcipitur tertio à prelato quod dicat veritatem: & alij eum accusant nisi dicat tanquam fautor sit in aliena culpa, & prelatus rationabiliter punit ipsum de inobedientia. Si ergo, hoc totum iniquum est, videtur, quod non tenetur celare, si quis dicat quod sacerdos debet confiteri sibi protestari quod non accipiat sub sigillo confessionis. Contra quære quando, aut antequam aut postquam confessus est, constat autem quod ante non tenetur: quia nescit quid velit dicere sibi. Si verò postquam confessio audita est, hoc nihil est, quia ex quo confessio facta fuit, sigillum. id est. secretum confessionis habuit, ergo per aliquam protestationem non potest illud infringere: & iterum: Quilibet sacerdos pos-

set sic dicere: Noli illud accipere sub sigillo. Respondeo duobus modis. primo quod non est simile de obligatione sigilli confessionis: & de obligatione promissi simpliciter, quia confessio ita obligat quod pro nullo scandalo, vel dispensatio, est reuelanda non sic est de secreto, ut patet super. secundum, respondeo & dico, quod verum est quod sigillum confessionis nulla superueniente noticia debet infringi, nec in casu proposito infringitur, licet aliquem auditum, vel visum manifestet, non tamen debet sacerdos audaciam sumere reuelandi, vel loquendi de facili de eo quod per confessionem nouit, pro eo quod confessionis sigillum à Deo est custodiendum, ut non solum fractio videtur, immo etiam dignum est ut ex hoc suspicio omnis tollatur ei, ne in contemptum veniat sacramentalis confessio, & etiam propter rationes alias superius dictas. Hunc casum Alex. ponit. 4. parte sum. de sigillo confessionis. q. 276. vtrum sacerdos quod nouit ut Deus, & homo. id est. per confessionem, & alio modo extra confessionem teneatur illud celare, in solu. penult. & ult. argum.

CAP.

XXXI.

SED fortè gratia prædictorum posset aliquis quærere, vtrum sacerdos possit aliquo modo reuelare peccatum, quod in confessione nouit. Respondeo quod sacerdos potest reuelare illud alteri duplici ratione, vel in duobus casibus. scilicet ex verbo sibi confessio, & ex modo sciendi alio. Primò ex verbo sibi confessio. & sic de licentia confitentis potest sacerdos peccatum quod sub sigillo habet alteri reuelare, quod tali ratione ostendo: Qui potest aliquid facere per se potest etiam illud per alium facere, sed confitens peccatum suum quod fecit potest per seipsum alteri reuelare: ergo potest per suum nuncium. id est. per suum sacerdotem hoc idem facere.

Sed fortè argues in oppositum duplici ratione. Prima est talis, quod non potest superior non potest inferior: sed Papa non potest licentiaré sacerdotem aliquem quod peccatum quod in confessione scit alteri reuelare possit, ergo nec confitens. Respondeo & dico, quod aliud est licentiaré sacerdotem, ut sacerdotem

Primus
modus
degen-
di confes-
sionem

Oppos.

Solu. pr
ma.

ad

Opposi-
tio, quod sa-
cerdos
non semper
teneat
seruare
sigillum.

ad detegendum peccatum, & aliud est licentiarum sacerdotem, ut hominem ad detegendum peccatum. Primum enim dico, quod confitens non potest licentiarum sacerdotem ut sacerdotem ad detegendum, vel reuelandum alteri peccatum quod ei in confessione ut sacerdoti dixit: & hoc triplici ratione. Prima est: quia confitens confitetur sacerdoti ut omni: sacerdos vero non audit eius peccatum in confessione ut homo, sed ut Deus, vel loco Dei: & ideo sacerdos in quantum homo simpliciter eius peccatum ignorat: nullus autem alteri dicere potest quod ignorat, nec etiam potest alteri dicere in quantum Deus, vel in quantum audit ut vicarius Dei. Cuius ratio est, quia sacerdos ut Dei vicarius Deo se conformare debet: Deus autem confitentis peccata tegit. scilicet delet, & annihilat, ut dicitur in psal. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: ergo quod Deus tegit vices Dei gerens, ut sacerdos manifestare non debet. Secunda ratio quare sacerdos, ut sacerdos peccatum sibi confitentis alteri reuelare non potest est, quia sacerdos ad celandum peccatum astrictus est, non solum respectu Papae, sed respectu Dei cuius ratione non potest eum. scilicet sacerdotem confitens licentiarum. Tertia ratio est, quia illud quod sacerdoti dicitur non est extra, immo est intra scientiam confitentis: ergo non debet detegi, neque reuelari extra scientiam audientis. scilicet sacerdotis.

Sacerdos non potest reuelare quod habuit in foropoenitentiae.

Solutio. secunda.

Secundo dico, quod confitens potest licentiarum sacerdotem non ut sacerdotem, sed ut hominem ad reuelandum alteri peccatum, quod ei dixit, quod papa non potest facere: quod patet, quia papa non potest facere ut sacerdos sciat ut homo quod potest facere qui confitetur, ita quod inferior. scilicet confitens non dat confessori licentiam reuelandi confessionem, quia hoc non potest, ut patet per tres rationes, sed facit ut confessor sciat non tantum ut Deus, sed ut homo: & ita facit quod possit dicere, quod non potest eo superior facere. scilicet papa. Quamvis autem sacerdos de licentia confitentis non ut sacerdos: sed ut homo eius peccatum possit alteri reuelare: & si sic reuelat sigillum i. secretum confessionis non frangit, non tamen tali licentia debet uti, tum ne fractor sigilli reputetur, tum ut scandalum euitetur, tum ne homines a confessioni-

bus retrahantur, tum ne ad peccandum pronocetur.

Secunda ratio. scilicet quod sacerdos non possit licentiarum a confitente ad detegendum eius peccatum est ista: Si sacerdos de licentia confitentis potest eius peccatum alteri reuelare, videtur dari pallium, vel occasio malis sacerdotibus quod possent pretendere licentiam sibi datam. quod est inconueniens, quia sic impunè peccaret, ergo videtur quod sacerdos non possit licentiarum a confitente, ut dicat alteri peccatum eius. Respondeo deo & dico, quod ex hoc non datur aliqua impunitas, vel occasio (nisi remota) malis sacerdotibus, quia imminet eis probatio si accusantur, quod non de licentia confitentis reuelauerint: non enim debet credi cuilibet sacerdoti dicenti se a confitente licentiam habuisse nisi probet se habuisse licentiam de reuelando peccatum alterius. Hec B. Thom. 4. script. sen. di. 21. de sigillo confessionis, artic. 2. utrum de licentia confitentis sacerdos possit prodere alteri peccatum, quod sub sigillo confessionis habet, artic. 2. contra, & in cor. q. & in sol. 1. & 3. ar. & Pe. de Tharan. idem dicit ibidem. Et Alex. 4. parte sum. de sigillo confessionis q. 275. utrum confitens possit licentiarum sacerdotem ad detegendum illud quod est confessus ei, in cor. quaest. & in solu. 2. ar.

Oppos. secunda

Solut.

Secundo principaliter dico, quod sacerdos potest reuelare illud peccatum quod per confessionem nouit. scilicet ex modo sciendi alio, & iste est Decimus casus. scilicet utrum sacerdos possit aliquo modo reuelare peccatum quod in confessione audiuit. Vbi nota, quod sacerdos potest scire peccatum alterius tribus modis, vel quia audiuit in confessione, vel quia audiuit extra confessionem, vel quia vidit. Modo igitur illud peccatum quod in confessione sacerdos audiuit nullo modo reuelare potest eo quod illud nescit nisi sit Deus. Sed illud idem peccatum quod confessio extra confessionem audiuit, vel vidit reuelare potest, quia extra confessionem non audiuit, neque vidit ut Deus, sed ut homo, & ideo illud peccatum quod sacerdos scit ut Deus, omnino tenetur celare: unde nullo casu, vel modo potest dicere: Ego audiui hoc in confessione. Sed illud peccatum quod sacerdos alio modo scit siue ante confessionem siue post in quan-

Secundus modus detegendi confessionem.

tum

tum homo nō tenet celare: vnde pōt dicere. Scio illud peccatū, quia uidi: & si secure vult loqui absq; reuelatione cōfessionis non dēt dicere: iste fecit hoc peccatū, sed ego uidi, q̄ fecit hoc peccatū. Tamē quia scandalū, & periculū magnū posset inde sequi, quia semper sacerdos malus posset dicere. Ego scio hoc aliter quā p cōfessionē, & ita scandalizare subiectos, idē omnino honestū est, q̄ sacerdos taceat de peccato quod audiuit siue taliter sciat siue non, bonus etiam sacerdos abstinere debet ne de hoc loquatur nisi necessitas immineat. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. ubi supra immediatē, art. 3. utrū illud quod quis scit per cōfessionē & alio modo possit alteri reuelare, in cor. q. & Pe. de Thar. & dominus Ambaldus Roma. ordinis fratrum prædicatorum, & Alexan. concordat cum Beat. Thom.

C A P. XXXII.

2. **S**E X T A conditio quam cōfessio dēt habere est, q̄ debet esse integra, ut. s. non abstrahatur aliquid de his, quæ in cōfessione sunt manifestanda, ut dicit B. Th. 4. scri. sen. di. 17. de cōfess. ar. 4. q. 4. di. 16. conditionib. quæ ad confessionē requiruntur in expositione litteræ.

Vbi sciendum, q̄ cōfessio non est integra, & per consequens non est confessio quattuor modis. s. cum quis in confessione peccata in generali dicit, cū quis cōfessionem diuidit, cum quis confessione aliquid quod non fecit addit, cum quis in confessione aliquid quod dicere dēt diminuit. Primò. n. confessio non est integra nec sufficiens cum quis in confessione peccata in generali dicit, sed oportet, q̄ sigillatim hoc ē in speciali de oib. peccatis mortalibus, quæ memoriæ occurrunt fiat confessio, quod tripliciter pbo. s. auctoritate, similitudine, & rōne. Primò auctoritate ps. sic dicentis. Lauabo per singulas noctes lectum meū: qd̄ verbum scdm gl. duobus modis exponit. Primò sic: Lauabo. i. lachrymis pœnitens delebo. lectum meum. i. voluptatem corporis, & delectationem seculi quam lauat ille qui se ab ea conatur extrahere. Secundò modo exponitur sic: Lauabo lectum meum. i. mundabo conscientiam meā,

per singulas noctes. i. per singula peccata ex ea. s. conscientia orientia. Scdò pbo hoc idē auctoritate Ber. super cantu sic dicentis: Omne, q̄ remordet, conscientiam cōfiteri humiliter purē, & fideliter. Et nota q̄ dicit Oē ad signandū, q̄ qui oē dicit nihil excipit. Tertiò hoc idē pbo auctoritate magistri sen. di. 21. post hæc ubi sic dicit: Oia crimina semel saltim oportet exprimi nisi aliqua a mēte exciderint, quæ debes generaliter confiteri, & sacerdoti, & Deo ut dicas: Delicta mea a te abscondita non sunt. q. d. Deus, qui nosti occulta cordis, & opera mea, & delicta a te nō sunt abscondita quibus ueniā largiaris, ubi insinuat, q̄ generali confessio non solum uenialia, sed et mortalia delet quorū intelligentia uel memoria non habetur. Hæc magister sen. ibid. Scdò, q̄ necesse sit oia peccata mortalia confiteri in speciali, & non in generali probo tali similitudine, quia sicut se hēt in morbo corporali, ita etiam in morbo spirituali: sed in morbo corporali ita se habet, q̄ morbo spirituali, uel particulari debetur medicina nō generalis, sed particularis, quæ scdm Hiero. quod sanat oculū nō sanat calcaneum: ergo sic est in medicina spirituali. Cum ergo confessio sit qdā medicina aīæ non est adhibenda morbis animæ in generali, sed in speciali, uel particulari: & ideo morbi spirituales animæ. i. peccata sunt particulariter confitenda. Tertiò hoc idem probo duplici rōne. s. ex parte cōfitentis, & sacerdotis. Prima rō est ex parte cōfitentis sic. Sicut. n. ex auersione a Deo culpa cōmittitur, ita ex conuersione ad Deū cū contritione, & obligatione ad penam culpa remittitur, dolor contritionis dēt esse ex separatione a Deo: pena uerò, quæ satisfacit dēt respondere delectationi quā habuit in conuersione ad creaturā: & quia ista conuersio trahit peccatū in speciē s̄m q̄ peccator indebitē conuertitur ad diuersa, & delectatur in eis, etiam confessio, quæ fit ratione penæ iniungendæ debet fieri in speciali. Secunda ratio est ex parte confessoris, quia sacerdos non potest taxare quantitatem penæ nisi innotuerit per confessionem quantitatem culpæ: quantitas autem culpæ innotesci non potest nisi fiat confessio de singulis peccatis, & circum-

Peccata mortalia præcise cōfiteenda sunt.

Quot modis cōfessio nō dicat integra.

Explicatur illud ps. Lauabo per singulas noctes lectum meum.

stantijs aggranantibus.

Obiect.

Sed forte argues in oppositū. s. q. sufficiat oīa pēta confiteri in generali, dupliciter. s. auctoritate, & rōne. Primò auctoritate secundi Reg. 12. ubi sic habetur: Dixit David in Nathan, peccaui domino: & sequitur immediatè: Dixit Nathan ad David, Dominus quoque transulit a te peccatum tuum, ergo &c. Resp. & dico, q.

Solu.

secus est de confessione, quæ fit Deo, & de confessione, quæ fit homini, quia in confessione, quæ fit Deo iustificat quis a culpa a qua potest quis iustificari per contritionem generalem, quæ est ex consideratione offensæ diuinæ quam cōmisit auertendo se a Deo: sed cōfessio, quæ fit homini respicit peccatum quantum ad conuersionem, & quia conuersio indebita ad aliquod creatum, & in specie, & in numero distinguitur, ideo oportet, q. confessio distinctè de singulis peccatis fiat. Dicendum est igitur, q. quia auersio a Deo non distinguit peccata in specie, & in numero, omnia possunt una cōtritione deleri, ita q. una contritio sufficit ad delendum omnia peccata ex parte auersionis: sed quia conuersio respicit diuersa peccata, ut patet, ideo in speciali ea confiteri oportet. Secundò probo hoc idem tali ratione. Contritio non oportet, q. sit sigillatim de omnibus, ut patet ex dictis: ergo nec confessio. Resp. duob. modis. Primò, quia contritio est in conspectu Dei, qui uno intuitu omnia uidet specialissimè, confessio uerò fit homini, cui oportet omnia sigillatim exponi. Cuius ratio est, quia sacerdos oportet iniungere pœnitentiam secundum exigentiā meritum, quod non potest facere nisi sibi fiat distinctè, & in speciali confessio omnium peccatorum. Secundò modo respondendo, & dico, q. etiam oportet de omni peccato quod memoriæ occurrit singulariter contritionem habere, sicut patet infra Contritio: require ibi. Hæc B. Th. breuiter tangit. 4. ser. sen. di. 21. de sigillo confessionis: in expositione litteræ in fine. Et Alex. diffusè. 4. parte sum. de modo confitendi. q. 268. verū sufficiat peccata confiteri in generali, in argument. contra, & in corp. quæstion. & in solut. argument.

Secunda
obiect.

SECUNDO non cōfiteretur integrè nec uerè, sed fictè. qui confessionē diuidit. i. qui quædā pēta dicit uni sacerdoti, & qdam alteri. Unde oportet, q. pētor omnia pēta, q. hēt memoriā, & consciētia, vni sacerdoti confiteatur quod auctoritate, & similitudine, & rōnib. probo. Primò auctoritate Angu. in fi. de pœnitentia sic dicentis: Caueat peccator ne uerecundia ductus diuidat apud se confessionē, ut diuersis sacerdotibus diuersa peccata velit manifestare, quia tunc ueniam a Deo nō consequetur. Et Bern. Confessionem diuisi, & me fructu cōfessionis priuari. Scdò hoc idem probo similitudine, quia sicut se habet medicus in sanatione morborum corporalium, ita se habet sacerdos in sanatione morborum spiritualium. s. peccatorum, sed medicus corporalis nō potest sanare omnes infirmitates infirmi nisi infirmus sibi omnia reuelat, eò q. infirmitates sibi inuicem sunt contrariæ, & illud quod est medicina uni, alteri est uenenum: sic in sanatione morborum spiritualium, scilicet peccatorum oportet, q. fiat vni confessio in speciali omnium peccatorum, ut sacerdos omnia peccata sciatur, & sanare possit: nam unum peccatum ex additione peccati alterius aggrauatur, & medicina, quæ uni cōperit alteri peccato nocumentum præstat, cum quādoque aliquis peccatis contrarijs sit infectus, ut Gre. dicit in pastorali, & ideo de necessitate confessionis est, q. homo omnia peccata, quæ in memoriā habet, confiteatur: quod si non faciat non est cōfessio, sed confessionis simulatio. Tertiò hoc idem probo triplici ratione. s. contritionis, accusationis, & absolutionis. Primò ratione contritionis sic: Contritio debet adæquari confessioni, & è conuerso, ut sicut contritio est omnium peccatorum coram Deo simul, sic confessio dēt esse corā sacerdote omnium pētorū simul, & sicut pœnitens satisfacit Deo in contritione de omnibus peccatis plenè, & integrè, ita etiam oportet, q. pœnitens satisfaciat ecclesiæ. i. sacerdoti plenè, & integrè. Scdò hoc idem probo ratione accusationis sic: Cōfessio est inter alia ordinata ad hoc, ut confessione peccatorum seipsum accu-

accu.

accuset: sed si cōfiteā partē peccatorū vni dicat, & partē alteri, nō seipsum accusat, sed potius se excusat, vel iustificat, ergo talis nō cōfiteretur v.g. Posito, q̄ pētor cōmiserit decē pēta mortalia, si se de septē accusat, & tria celat, vel si pte dicit vni & pte alteri in hoc nō seipsum accusat, sed excusat q̄a nō pte dicit se peccasse nisi in parte: sed hoc est falsitas, & hypocrysis quæ in cōfessione maximè sunt cauenda, eo q̄ hypocrysis est ipedimētū penitētiæ: diuidere aut cōfessionē ad hypocrysim pertinet: ut Aug. dicit: ergo penitens dēt se in cōfessione de oīb. integraliter accusare. Tertiò hoc idē probo rōne absolutionis sic: Absolutio ad quā cōfessio ordinatur, est signū absolutionis diuinæ: vnde dixit Petro. Quodcunq; solueris sup terrā, &c. sed Deus nunquā absoluit ab una culpa, quin absoluat ab oībus, ita dicit Aug. & habetur de penitētia di. 3. c. Sunt plures, q̄dā infidelitatis impietas est ab eo, qui totus iustus, & misericors ē, iustitiā, & misericordiā sperare dimidiā: vnde q̄a Deus nunquā dimidiat ueniā sicut patet, nihil dimittit propter cōfessionē dimidiatam, & ideo qui integraliter vult absolui omnia debet peccata sua, quæ in memoria habet integraliter confiteri.

Prima obiectio Sed fortē argues in oppositū. s. q̄ non oporteat vni sacerdoti oīa peccata quæ quis fecit cōfiteri: & hoc quadrupliciter. Lex parte erubescētiæ, penitētiæ, in memoria, & depēdētiæ. Primò ex parte erubescētiæ sic: Erubescētia in cōfessione facit ad diminutionē pœnæ: sed quantò quis plurib. sacerdotib. confitetur: tantò maiore erubescētiā hēt ergo fructuosior erit cōfessio si pēta plurib. sacerdotibus diuidantur, & cōfiteantur. Resp. & dico, q̄ si erubescētia corā multis sacerdotib. sit multiplicior, nō tamē est maior. i. intensior, q̄d patet, q̄a q̄n aliquis diuidit pēta, quæ fecit diuersis, non sunt oēs illæ erubescētiæ ita intensæ, & magnæ, sicut illa una qua quis oīa pēta sua simul vni confitetur. Cuius rō est: quia vnū peccatū per se consideratū non ita demonstrat malam dispositionē peccantis, sicut q̄n cū plurib. alijs peccatis cōsideratur, quia in vnum peccatū aliquis quandoq; ex ignorantia, vel infirmitate labitur: sed multitudo peccatorum demonstrat malitiam

peccantis, uel magnā corruptionē eiu s̄dē & iō, vt peccator intensus uel uehementius erubescat, oportet q̄ omnia pēta sua integrè vni sacerdoti confiteatur.

Secūda. Sedò argues ad idē ex parte penitentis sic: Cōfessio ad hoc est necessaria penitenti ut pœna, uel pnia pēti taxetur scdm arbitriū sacerdotis: sed a diuersis sacerdotib. pōt imponi sufficiens pœna de diuersis peccatis, ergo nō oportet: q̄ vni sacerdoti omnia pēta confiteantur. Resp. & dico, q̄ penitentia a diuersis sacerdotibus imposita nō esset sufficiens, sicut ab vno sacerdote imposita. Cuius rō est, quia quilibet sacerdos cōsideraret tm̄ unū peccatū per se, & non grauitatē ipsius quā hēt ex adiunctione alterius pēti, & ideo rōne sufficientis pœnæ de peccatis suis faciendo: oportet q̄ omnia peccata vni sacerdoti integraliter confiteantur.

Tertia. Tertiò argues ad hoc idē ex parte inmemoriæ, vel ex parte obliuionis sic: Pōt cōtingere, q̄ post cōfessionē factā, uel satisfactionē perfectā recorderetur q̄s alicuius pēti mortalis, q̄d dū confitebatur in memoria nō habebat, & tunc q̄n memor fuit copiā pprii sacerdotis cui primò cōfessus fuerat habere nō potuit: & sic diuersa pēta diuersis sacerdotibus cōfitebitur. Resp. & dico, q̄ q̄n aliq̄s recordatur eorū, quæ oblitus fuit, non est necesse iterū alia peccata, quæ prius confessus fuerat confiteri siue eidē confessori siue alteri, vt quidam dixerunt: sed sufficit, q̄ cōfiteā hoc peccatum cuius oblitus fuerat dicat explicitè, & in speciali, & alia in generali, dicendo q̄ cum alia multa peccata cōfiteretur huius peccati oblitus fuit.

Quarta. Quantò argues ad hoc idē ex parte independentiæ, uel ex parte auctoritatis sic: licet sint plures sacerdotes quibus aliquis confitetur, tamen unus est principalis. s. Christus, cuius uice, & auctoritate oēs sacerdotes confessiones audiunt, ergo pluribus sacerdotibus confitendo cōfitemur vni, uel tanquam vni: unde sicut bona esset cōfessio facta vni sacerdoti de oīb. peccatis: ita bona est cōfessio si inter plures diuidatur, eo q̄ fit plurib. vt vni s. Christo sicut dixi. Resp. & dico q̄ ista rō magis est cōtra te quam pro te: & hoc propter duo. Primò, quia sicut cōfessio quæ in parte Christo fieret nulla esset ita

cōfessio, q̄ sit plurib. sacerdotib. dēt in nihilū reputari: unde sicut nō esset cōtritio nisi quis de oīb. conteret, ita non ēēt cōfessio nisi quis de omnibus pētis quę memoriz occurrunt coram sacerdote, qui vicem Dei gerit confiteret. Secundō quia licet omnes sacerdotes sint quasi unus quod ad potestātē ligandi atque solvendi, non tamen quod ad sciētiam discernēdi.

Alia obiectio. Sed fortē ex hoc dicto argues: Cōfessio non dēt fieri sacerdoti de peccatis nisi propter absolutionē, sed qñq; sacerdos, q̄ cōfessionē audit pōt de quibūdā peccatis absolvere non de oībus, ergo ad minus in tali casu oportet, q̄ confessio nō sit integra, sed oportet eā dimidiare, uel diuidere. Resp. & dico, q̄ aliquis cōfessionē diuidit propter duo. Primō. n. dicit q̄s minora uni sacerdoti, & maiora alteri, ut minor appareat sua malitia, & hoc modo cōfessionē diuidere est malum, quia talis mouetur inordinata, & peruersa intentione, & affectione qua in parte se vult iustificare. cū oībus pētis, quę cōmisit se debeat condēnare. Scđō aliquis diuidit confessionē duob. s. sacerdoti parochiali, & superiori, eō q̄ non pōt absolui a sacerdote, qui immediatē curā animę suę habet, & hoc est bonū, quia talis mouetur ex bona, & ordinata intētionē qua hoc modo intendit prouidere salutē aīę suę: unde dato q̄ etiam sacerdos parochialis non possit de omnibus eum absolvere, tenetur tamen sibi omnia cōfiteri, ut quantitātē totius culpę cognoscat, & de illis de quibus eū non potest absolvere ad superiorem remittat, nec dī cōfessionē diuidere seu dimidiare cum de conscientia unius, & consilio alteri confiteat: unde confessio semper debet esse integra sicut patet. Hęc B. Tho. 4. scri. sen. di. 17. de confessione, art. 4. q. 2. vtrum oporteat confessionē esse integram. s. ut confitens omnia peccata sua uni sacerdoti cōfiteat, in duobus arg. cōtra, & in cor. q. & in sol. 4. arg. Et Pe. de Thar. ibid. dicit. 4. scri. sen. dist. 17. de confess. ar. 6. q. 1. vtrum cōfessio possit dimidiari, in arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg. & Alex. ibid. dicit. 4. parte sum. q. 269. vtrum liceat confessionem diuidere. s. confiteri unam partem pētōrū uni sacerdoti, & aliam partem alteri, in ar. contra, & in cor. q. & in sol. ar.

C A P. XXXIIII.

TERTIO non confitetur uerē vel benē, qui in confessione aliquid quod non fecit addit & dicit. Non enim licet alicui confiteri peccatum quod non habet. Hoc autem quadrupliciter probō. Primō ratione sic: Nullus in confessione mentiri debet: sed quicumque dicit se fecisse quod non fecit mentitur, ergo nullus debet confiteri peccatum quod non fecit. Secundō hoc idem probō per locum a maiori sic: Minus quilibet seipsum offendere debet quā proximum: sed non licet alicui ferre contra proximum suum testimonium falsum, quia hoc prohibitum est Exod. 20. ergo minus licet contra seipsum ferre testimonium falsum: sed confiteri peccatum aliquod quod non fecit ex contra seipsum ferre testimonium falsum, & per consequens distamare seipsum, ergo &c. Tertiō hoc idem probō similitudine, quia sicut in iudicio exteriori non debet aliquod crimen alicui impingi quod per testes idoneos probari non possit: ita in iudicio interiori, scilicet in foro pœnitentię ubi testis est conscientia, nō debet se aliquis accusare de peccato quod cōscientia sua non habet: cum ergo in peccato quod quis non fecit non habeat conscientia testem, pro illo non potest accusare in iudicio confessionis seipsum. Et confirmo secundō hanc rationem sic: Nullus potest procurare, q̄ puniatur innocens sine peccato: sed qui confitetur peccatum quod non fecit, quod innocens puniatur a sacerdote sine peccato, ergo &c. Quartō probō hoc idem ex propria confessionis ratione, vel actione sic: Propria actio confessionis est manifestare quod interius latet: quod patet, quia per confessionem debet seipsum pœnitens confessori suo manifestare, sed ille, qui de se loquitur sacerdoti aliter quā cōscientia sua habeat siue in bonum siue in malum nō se sacerdoti manifestat, sed magis occultat, & idē non est idonea confessio. Sed ad hoc, q̄ sit idonea cōfessio requiritur, q̄ os cordi concordet: ut solum hoc os accuset quod conscientia tenet: si verō contrarium facit non est confessio, sed confessiois fictio, uel simulatio.

Ad

Peccata eo mō debent cōfiteri quo facta sūt. Ad maiorem tamen euidētiā prādictorum nota, q̄ ille qui confitetur peccata sua, aut scit se peccasse, aut credit se peccasse, aut timet, vel dubitat se peccasse: primò .n. cum scit se peccasse simpliciter obligat ad confitendum, & si apponit conditionē aliquā dicens: Si peccaui, nō est confessio. secundò cum quis credit se peccasse non simpliciter obligatur ad confitendū, sed inquantum ipse credit se fecisse, q̄ patet, quia cum quis confitetur peccatū q̄ non credit se fecisse mentitur: si uero dicat peccatum, q̄ non fecit, tamen credit se fecisse non mentitur, & ideo non peccat si eo modo dicat sicut est in corde suo. i. cōscientia vel credulitate sua. unde si confitens habet in conscientia aliquid, sicut potest sine mendacio, uel peccato confiteri ueniale esse mortale, dūmodo cōfitens habeat in conscientia, ita potest sine mendacio, uel peccato cōfiteri se fecisse, q̄ nō fecit, dū tñ conscientia, uel credulitas dīctet sibi fecisse illud. tertio cum quis dubitat se peccasse non obligatur ad confitendum illud simpliciter nisi sub conditione, uel quo ad pēnam, uerbi gratia: Cum quis dubitat se peccasse debet dicere. Si feci tale peccatū, uel dixi tale uerbū, dico meam culpam, & uolo subire pēnam: unde qñ aliquis dubitat de aliquo peccato an sit mortale debet illud confiteri dubitatione manente. Cuius ratio est, quia ille qui committit uel omittit aliquid in quo dubitat esse peccatū, peccat mortaliter discerni se committens, & similiter discerni se committit qui de hoc quod dubitat esse mortale negligit confiteri, non debet tñ asserere illud mortale, sed cum dubitatione loqui & iudicium sacerdotis expectat cuius ē discernere inter lepram & leprā, ita q̄ in prima confessione quando aliquis scit se peccasse & simpliciter confitetur, est ueritas in re in corde suo & in sermone. In secunda confessione. s. quādo aliquis credit se peccasse & non peccauit, est falsitas in re & in sermone, sed ueritas in corde, unde talis licet dicat falsum, nō tamen mentitur: falsitas .n. est contra ueritatem in re uel in sermone, mēdaciū uerò propriè est contra ueritatē in mente, nā mentiri est cōtra mentē ire. In tertia uerò confessione quando aliquis dubitat se peccasse est incertitudo: & ideo non de-

bet tunc confiteri simpliciter uel certitudinaliter, sed secundum quid uel conditionaliter, ut pater supra.

Sed fortè argues in oppositum .s. q̄ licite potest homo confiteri peccatum, quod non fecit, & hoc tripliciter. Primo auctoritate B. Greg. qui dicit, q̄ bonarum mentiū est ibi culpam agnoscere ubi culpa nō est. Respondeo exponēdo hāc auctoritatē duobus modis, primò q̄ agnoscere culpā ubi culpa non est dupliciter pōt esse. Vno modo quantū ad operationē, & sic nō est uerū: non .n. p̄tinet ad bonā mentē, sed ad errantē, ut se actū aliquē cōmisisse cognoscat quē nō cōmisit. Alio mō potest intelligi quantū ad conditionē actus, & sic uerū est q̄ dicit Greg. quia iustus in actu qui de se bonus uidetur, formidat ne aliquis defectus fuerit ex parte sua, sicut dicitur Io. 9. Verebar oīa opera mea, & ideo ad bonā mentē etiā pertinet ut hanc formidinē quā corde tenet lingua accuset: secūdo mō rñdeo, & dico, q̄ uerbū b. Gre. intelligendū est de agnitione credulitatis nō certitudinis ut dicatur bonarū mentiū est credere, uel dubitare peccatū. Ad huius autē formidinē, uel incredulitatem non debet sequi assertio confessionis.

Secundò ad hoc idē argues ratione sic: Satisfactio ex cōfessione ordinat, sed aliq̄s pōt satisfacere de p̄tō q̄ nō cōmisit, ergo pōt etiā confiteri peccatū quod non fecit. Vel aliter forma rōnem si uis. In cōtritione licet confiteri siue dolere plus debito, & in satisfactione licet satisfacere plus debito, ergo similiter in confessione licet confiteri plus debito: ergo licet confiteri peccatū qđ non fecit, uel maius peccatū quā sit, ut putā licet confiteri peccatū ueniale esse mortale. Respondeo & dico, q̄ nō est simile de cōtritione, satisfactione, & cōfessione, & hoc p̄ tria, primo q̄a ex hoc q̄ hō satisfacit pro peccato quod non fecit non incurrit mendacium sicut incurrit cū quis confiteretur peccatum quod nō credit se fecisse, eo q̄ talis contra suam mentem loquitur, quod est mentiri: secundo quia nunquam potest aliquis esse certus de sufficienti contritione, uel satisfactione, & ideo quantumcunq. conteratur, uel satisfaciatur, non tñ illa contritio uel satisfactio est superabundans scđm rei ueritatē, & ideo nullum peccatū est ibi, sed po-

Opp. q̄
Exponi
tur illud
B. Greg.
bonarū
mentiū ē
ibi time
re culpā,
ubi non
est.

Secūda
obiect.

tius acquisitio maioris meriti: de confessione uerò non est sic, immo de illa potest quis, & debet esse certus. Tertiò non est simile, quia contritio, & satisfactio semper est meritoria, etsi non semper deletionis culpæ, & remissionis pænæ, ut patet in iustificatis totaliter, qui statim euolant post hanc uitam. Est tamen contritio in talibus meritoria augmenti gratiæ, & iustitiæ, ut augmentum gratiæ respondeat contritioni in uiris sanctis, & satisfactio augmento iustitiæ. Confessio uerò in qua quis dicit se fecisse peccatum quod non fecit sciēter non potest esse ex charitate, & ideò nec unquam est laudabile. Tertiò argues sic, In dubijs semper pars tutior est eligenda: unde in peccatis, quæ ex suo genere non sunt mortalia, in ira superbia, & huiusmodi si confitens debeat de talibus confiteri, utrum sint mortalia, uel uenialia, quæ commisit tutius est confiteri illa esse mortalia quam uenialia, licet secundum rei ueritatē sint uenialia. Respondeo, & dico, quod hoc uerbum: In dubijs &c. intelligitur in illis dubijs in quibus oportet alteram partem eligere absolute & de necessitate, sicut patet de uiatore cui occurrit biuium. In dubijs uerò in quibus non est necesse alteram partem eligere absolute non intelligitur, quod altera pars sit simpliciter eligenda, sed sub conditione tantum, & hoc est in proposito: quamuis. n. dubium sit alicui utrum peccauerit mortaliter, uel non, non tamen debet alterum absolute affirmare, unde non debet confiteri simpliciter, & absolute se peccasse mortaliter, sed sub conditione dicendo, Si peccaui mortaliter dico meam culpam, & hoc non est confiteri peccatum quod non fecit simpliciter, sed secundum quid. Si. n. de peccato quis dubitat se peccasse, confiteatur sub conditione dicens: Si peccaui: uel si dicat quis in confessione peccatum quod non fecit, tamen credit se fecisse, non mentitur, & ideò non peccat si eo modo dicat, sicut hoc habet in corde, ut ex præmissis patet. Hec B. Tho. 4. scrip. sent. distin. 21. de confessione generali, art. 3. utrum aliquis licet possit confiteri quod non fecit: in quibus argu. contra, & in cor. q. & in sol. 1. & 2 argu. Et Alex. 4. parte summ. q. 269. utrum liceat alicui in confessione aliquid peccatum addere quod non fecit, id est utrum quis debeat confiteri peccata, quæ

non facit, in argum. contra, & in cor. q. & in sol. argum.

C A P. XXXV.

Quarto non confitetur integre, qui in confessione peccata quæ fecit dimittit, id est qui peccata pauciora quam fecit dicit: unde confessio non est diminuenda, immò oportet, quod sit integra: quod ostendo triplici ratione. scilicet ex parte Dei, ex parte modi, ex parte doni. Prima ratio quare non sufficit confessio unius peccati sine confessione alterius est ex parte Dei sic: Remissio culpæ in confessione est signum remissionis, uel absolutionis diuinæ: sed Deus nunquam remittit unum peccatum sine alio: ut habetur de pœnitentia dist. 3. ubi sic dicitur: Nunquam Deus aliquem sanauit quæ omnino non liberauit, totum. n. hominem sanum fecit in sabato, ut dicitur Io. 7. quia, & corpus ab infirmitate, & animam omni iniquatione liberauit, indicans pœnitentes oportet dolere, & confiteri de omni crimine orto, & in anima & in corpore. Et ibidem subditur sic: quædam infidelitatis impietas est ab eo qui totus iustus, & misericors est iustitiam, & misericordiam sperare dimidiā: & ideò qui integraliter uult absolui, debet nullo retento integraliter de omnibus confiteri. Secundò hoc idem probò ex parte modi remissionis culpæ sic: Remissio peccati fit per infusionem gratiæ & uirtutum, sed gratia non compatitur secum peccatum aliquod, neque uirtus uitium. ergo ut fiat remissio omnium peccatorum oportet omnia peccata confiteri. Vbi nota, quod non est simile de medicina corporali, & medicinali, quia in cura corporali existunt pluribus infirmitatibus bene curatur una sine alia. Cuius ratio est, quia gratia est & medicinalis spiritualis, & generalis omnium morborum spiritualium. Omnium peccatorum, & ideò gratia nullum peccatum secum compatitur. Non autem sic est de medicina corporali, quia non est una medicina corporalis morborum omnium curatiua propter quod potest dari aliqua medicina corporalis curatiua unius morbi, & non alterius. Tertiò hoc idem probò ex parte doni. scilicet amoris diuini sic. Sine amore Dei

Tertia
obicct.

Differē
tia inter
coralē
& spiri
tualē.

mul-

rus inuenit gratiam uel misericordiā: sed dum homo est in peccato mortali est hostis Dei, ergo talis quādiu est talis nunquam consequitur ueniam: sed omnis reseruans sibi in confessione scienter peccatū aliqd est hostis Dei, ergo nullus celās in cōfessione peccatū aliqd inuenit ueniā de alio: uñ quia cōfessio dimidiata, uel diminuta nō est integra: ideo non est salutaris Ecc. 35. Salutare sacrificiū attendere in mādatis Dei, & discedere ab omni iniquitate. Sed fortē argues in oppositū. s. qd hō possit licite cōfessionē diminuere. s. vnū peccatū sine alio confiteri: quod tripliciter probō. Primō sic: Aliquis luxuriosus per processum temporis de auaro fit liberalis, uel non auarus, luxuria tamen in eo continue manēte: tollitur ergo in isto vnū peccatū alijs remanentib. sed si unum peccatū tollitur sine alijs, & peccatū non tollitur sine contritione, & confessione: ergo confitendum est unum non confitendo alia. Respondeo, & dico, qd si luxurioso nō remaneat habitus neq. actus auaritiæ remanēte luxuria, remanet tñ vulnus quod actus auaritiæ infixit in anima, & reatus ad pānam nisi sanetur per gratiam.

Secūda
oppositi.

Secūdo argues sic: Idem uidetur esse de absolute a culpa, & ab excommunicatione: sed unus potest absolui ab uno uinculo excommunicationis absq. hoc, qd absoluitur ab alio, ergo a simili unus potest absolui ab uno peccato absq. hoc, qd absoluitur ab alio. Respondeo, & dico, qd non ē simile de absolute a uinculo excommunicationis, & a uinculo culpe. Cuius ratio ē, quia excommunicationes, & satisfactiones pro eis a se inuicem non depēdēt, immo sunt ab inuicē separatæ, propter qd & unum uinculū excommunicationis sine alio absoluitur, & satisfactio unius excommunicationis sine satisfactione alterius completur: sed culpe, & satisfactiones pro culpis a se inuicem depēdent, quia nec absoluitur quis ab una culpa nisi absoluat quis ab omnib. nec satisfit pro una culpa, nisi pro omnibus satisfactio fiat.

Tertia
oppositi.

Tertiō ad hoc idē arguo sic, & pono talem casum: Aliquis confitetur quādam peccata sacerdoti, & quēdam retinet, & sacerdos de peccatis confessis sibi pānitentiā condignam iniungit, vel imponit, & pānitens totam illam pānitentiā facit, ta-

lis nō pānietur a Deo in futuro pro illis. Et quare, certē quia ut dicitur Naū. 1. Non confurget duplex tribulatio. Alia littera dicit: Non iudicabit Deus bis in idipsum: & ita uidetur qd Deus remittat huic peccata, qui confitetur, & alia non remittat. Respondeo, & dico, qd illa auctoritas: Naum: Deus bis non iudicabit Deus &c. intelligitur ubi aliquis plenariē de suis peccatis satisfacit in præsenti: sed iste, qui pānitentiā iniunctā a sacerdote compleuit in peccato mortali non satisfacit in aliquo, quia non est satisfactio sine charitate: & propter hoc Deus qui nouit mensuras peccatorum, pāniat istum in foro suo etiam pro peccato de quo fuit confessus. Hęc Alexan. 4. parte sum. q. 269. utrum liceat confessionem diminuere, idest confiteri pauciora peccata quam fecit, in arg. contra, qd in cor. q. & in sol. arg. Req. supra c. 2. p̄cedenti immediate ubi dicitur, quod non licet confessionem diuidere.

CAP. XXXVI.

Vltimo circa confessionem considerare debemus effectus eius. Nā confessio specialiter quattuor bona facit, s. culpam remittit, pānam diminuit, ianuā aperit, fiduciam tribuit. Primō confessio culpam remittit, quod quadrupliciter probō, scilicet ratione, similitudine distinctione, auctoritate. Primō probō ratione sic: Per gratiā fit remissio peccatorum: sed ex sacramento pānitentiæ cuius pars est cōfessio confertur gratia, ergo per confessionem remittitur culpa.

Secundō hoc idem probō similitudine baptismi, quia sicut baptismus non solum in facto, sed etiam in uoto, uel proposito susceptus confert gratiam: ita confessio solutione adiuncta secundum, quod in uoto pānitentis p̄cecessit liberauit a culpa: postmodum uerō prout est in actu confessionis, & absolutionis auget gratiam: uel remittit culpam si dolor contritionis de peccatis sufficiens non fuisset.

Tertiō hoc idē probō distinctione. Nō enim confessio remittit peccatū hoc modo ut peccatū mortale in ueniale conuertat: sicut quidam dixerunt, sed quia omne peccatū confessio penitus annihilat.

Peccatū ueniale Dicitur. n. aliquod peccatū ueniale tripli-
citer. Vno modo ex genere sicut verbum
ociosum. Alio modo ex causa. s. quia in se
ueniæ causam habet sicut peccatum ex in-
firmis. Tercio modo ab euentu, & hoc
 modo omne peccatum per cōfessionem fit
 ueniale: nam per cōfessionem hoc euenit
 qd de culpa præterita homo cōsequitur ue-
 niam. Hæc b. Thom. 4. scrip. sent. dist. 17.
 confessio. art. 5. q. 1. utrum confessio liberet
 a morte peccati, in arg. cōtra, & in cor.
 q. & in sol. 2. arg. Quartò hoc idem probò
 auctoritate primæ Io. 1. sic dicentis. Si cō-
 fiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus
 est, ut remittat peccata nostra, & emundet
 nos ab omni iniquitate. Expositor, si con-
 fiteamur peccata nostra non merita: nam
 in confessione sola peccata sunt exprimē-
 da: & bona tāgenda sint propter ingratitu-
 dinem recidiuantis. Et addit nostra, non
 aliena, ille. s. Deus fidelis est in soluendo
 promissum: & iustus in respondendo me-
 ritis. Et subdit effectum, uel fructum con-
 fessionis ut remittat nobis peccata nostra,
 & emundet &c. quod uerbum exponitur
 trib. modis. Primò sic: ut remittat nobis
 peccata. s. commissa in se, & in proximū:
 iniquitatem dicit peccata commissa in
 Deum. Secundò sic: Remissio peccati intel-
 ligitur in præsentī, & emendatio iniqui-
 tatis in futuro: quādo erit ita perfecta mū-
 datio, quòd nec poterunt nec uolunt pecca-
 re. Tertiò modo sic, ut remittat nobis pec-
 cata quòd ad culpam, & emundet ab omni
 iniquitate quòd ad pœnam æternam.

Oppo.

Sed fortè argues in oppositum scilicet
 quod confessio non remittat culpam tali
 ratione: Contritio sufficienter delet cul-
 pam: ergo non confessio. Respondeo, & di-
 co: quòd contritio semper habet uotum,
 vel propositum confessionis adiunctum, &
 ideo eo modo liberat pœnitentes a culpa
 sicut baptismi desiderium liberat bapti-
 zandos: ut dicit b. Thom. 4. scrip. sent. ubi
 supra immediatè, in sol. 1. arg. Req. supra.
 Baptismus, de affectibus eius.

Remis- Sed fortè quæres, utrum remissio pecca-
ti sit ex misericordia, uel ex iustitia. Re-
mi sit ex spondeo, & dico, quòd remissio culpæ mor-
talitatis, & pœnæ æternæ mutatae in tempora-
lem, est ex Dei misericordia: remissio ue-
ro pœnæ temporalis quodam modo est ex
 iustitia, quia post gratiam susceptam ho-

mo motu liberi arbitrij meretur remissio-
 nem pœnæ, & maximè in confessione pro-
 pter erubescētiā, quæ est pœnalis, iustū
 est. n. ut pœna pœnam soluat. Patet igitur
 ex præmissis, quòd uirtute confessionis fit
 remissio culpæ, unde August. in libro de
 pœni. Nullum tam magnum peccatum
 est quòd confessione non deleatur.

Et Isido. de summo bono: uitia cordis tui
 reuela, prauas cogitationes tuas illicò ma-
 nifesta: peccatum tuum proditum citò cu-
 rabitur. crimen autem omne tacendo am-
 pliatur.

Et August. super psal. Delictum meum
 cognitum tibi feci: non operui, sed aper-
 ui, ut operires, non celauī, ut tegeres. Nam
 quando homo detegit Deus tegit eum: ho-
 mo celat, Deus nudat: cum homo cognos-
 cit, Deus ignoscit.

C A P. XXXVII.

Secundo confessio pœnam diminuit,
 scilicet pœnam peccato debitam: qd
 dupliciter probò: scilicet ex uirtute
 absoluentis, & pœnitentis. Primò ex uirtu-
 te pœnitentis. sic: Pœna debetur culpæ: sed
 confessio remittit culpam, ut patet capit.
 præcedenti. ergo uel remittit, uel dimi-
 nuit pœnam. Vbi nota, quòd duplex est pœ-
 na, scilicet condemnans, uel exterminās, **Pœna duplex.**
 ut pœna æternalis, scilicet inferni: & pœ-
 na purgans ut temporalis purgatorij, uel
 huiusmodi.

Primò igitur confessio liberata pœna
 eò quòd liberat a peccato mortali cui de-
 betur pœna æterna. Secundò liberatur a
 pœna æterna uirtute confessionis, uel cō-
 tritionis, uel in actu uel in proposito ad
 huc remanet obligatus ad pœnam tempo-
 ralem, quæ est ueluti medicina purgans,
 qualis est purgatorij: quam debent pati
 hī qui a pœna inferni sunt liberati.

Tamen quia pœna purgatorij in ppor-
 tionata est uiribus pœnitentis in hoc mū-
 do uiuentis: idè pœna purgatorij per
 uirtutem clauium diminuitur, quòd ho-
 mo in hac uita satisfacienda purgari po-
 test. Secundò modo confessio diminuit
 pœnam ex actu confitentis, qui pœnam
 erubescētiæ habet, & idè quātò aliquis
 de

eisdem peccauit pluries confitetur, tantò magis ei pœna dimittitur.

Obiect. Sed forte argues in oppositum, scilicet quod confessio a pœna non liberet tali ratione. Voluntas pro facto reputatur, ut dicit magister. 4. sent. dist. 17. sed ille, qui contritus est habuit propositum seu uoluntatem confitendi: ergo tantum ualuit sibi contritio, sicut si fuisset consensus.

Respondeo, & dico, quod uoluntas pro facto non computatur, ut magister dicit in littera in his, quæ sunt ab alio sicut est de baptismo: non enim tantum ualeat uoluntas suscipiendi baptismum, quantum ualeat susceptio ipsius, sed reputatur solum uoluntas pro facto in his, quæ sunt omnino ab homine. Et iterum quantum ad præmium essentiale, non autem quantum ad præmium accidentale: unde etsi uoluntas confessionis tantum ualeat quantum actualis confessio quò ad præmium essentiale: non tamen ualeat tantum quantum ad præmium accidentale, scilicet quò ad remotionem, uel diminutionem pœnæ. Et ideo confessus, & absolutus minus punietur in purgatorio quam contritus tantum. Hec b. Thomas. 4. scrip. sent. dist. 17. de confess. artic. 5. q. 2. utrum confessio diminuat pœnam, in corp. q. & in solu. 2. argum. per totum.

CAP. XXXVIII.

Tertio confessio paradisi ianuam aperit, quod tali ratione ostendo, A paradisi introitu aliquis dupliciter impeditur, scilicet propter peccatum, & propter pœnæ ex peccato reatum: sed confessio hæc duo impedimenta amouet, ut patet ex duobus capit. præcedentibus, ergo confessio ianuam paradisi aperit.

Obiect. Sed forte argues in oppositum sic: Ante confessionem moriens paradysum intrare potest, ergo confessio non aperit paradysum.

Confessio in uoto celi aperit. Respondeo, & dico, quod antequam peccator contritionem habeat de peccato mortali paradysus est clausus, & infernus apertus: postquam uero conteritur cum proposito confitendi antequam actualiter confiteatur, tunc aditus inferni est clau-

sus, remanet tamen obligatus ad pœnam, uel in hac uita, uel in purgatorio persoluendam. unde quamuis per contritionem uotum, uel propositum confessionis importantem sit paradysus apertus, etiam ante confessionem actualiter factam, non tamen obstaculum reatus est totaliter remotum ante confessionem. Hec b. Thom. 4. scrip. sent. dist. 17. de confessi. art. 5. §. q. 3. utrum confessio paradysum aperiat, in cor. q. & in solu. 2. arg.

CAP. XXXIX.

Quarto confessio fiduciam tribuit. nam ipsa confessio spem salutis tribuit contenti: quod probo duplici ratione.

Primò ratione passionis saluatoris sic: Per confessionem pœnitens se subiicit clauibus ecclesiæ habentibus uirtutem ex passione Christi: sed uirtus, & efficacia passionis Christi tribuit spem salutis, ergo confessio, quæ passioni Christi innitur tribuit spem salutis.

Secundò probo hoc idem ratione dispositionis contenti sic: Per confessionem pœnitens efficitur humilior, & cautior, ut dicit magister sentent. distinction. 17. libr. 4. sed per hoc homo accipit spem salutis, ergo confessio tribuit spem salutis.

Oppo. Sed fortè argues in oppositum sic: Per tribulationem ad spem peruenimus, ut patet per Apostolum ad Romanos. 5. ubi sic ait, Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uerò spem, spes autem non confundit, sed tribulationem homo præcipuè in satisfactione sustinet, ergo tribuere spem salutis magis est tribulationis, & satisfactionis quam confessionis. Respondeo, duobus modis.

Primò, quòd ex nostris actibus non potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia redemptoris, & quia confessio innitur gratiæ redemptoris scilicet passionis Christi, ideo spem salutis confessio tribuit. Secundo quia tribulatio spem salutis

Humana- luti tribuit per experimentum propriæ
ni actus uirtutis, & purgationem a pœna: sed con-
cōcipiūt fessio etiam prædicto modo tribuit spem
spem sa- salutis: quod patet, quia confessio inquan-
lutis. tum passioni redemptoris innititur quat-
tuor in se habet, quia confessio est pars sa-
cramenti: & est actus meritorius, & per
eam uirtutis non tantum propriæ, sed uir-
tutis diuinæ experimentum sumitur, & pur-
gationem a pœna, & a culpa operatur, &
per consequens uirtute confessionis spes
salutis tribuitur. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen.
dist. 17. de confes. art. 5. q. 4. cor. q. & in sol.
2. arg. Bern. super illum uersum psal. Quid
est tibi mare quod fugisti? loquens de effe-
ctibus confessionis sic ait: Omnia namq.
in confessione lauantur, conscientia mun-
datur, amaritudo tollitur, mare. i. peccatū
fugatur, tranquillitas redit, spes reuiuiscit,
animus hilarescit, felix anima cui ista ex
confessione proueniunt. Hæc Bern. ibi-
dem: unde Aug. in lib. de pœnitentia con-
cludens omnia ista quattuor capitulis cō-
tenta sic ait: Confessio est salus animarū,
dissipatrix uitiorum, restauratrix uirtutū,
expugnatrix dæmonū: quid plura? obstruit
os inferni, aperit portas paradisi.

Extolli-
tur con-
fessio.

De Consensu.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid est consensus, uel consen-
tire.
- 2 Consensus est peccatum mortale,
uel ueniale ex obiecto.
- 3 Consensus in aliquid est peccatum
mortale.
- 4 Septem modis consentit aliquis in
peccatum.
5. Et pœna & culpa imitantur consen-
sum.

C A P. I.



ONSENSVS. Circa cōsensum
quattuor considerare debemus
.s. significatum nominis, reatū
criminis, modū operis, excessū
grauedinis. Primò circa consensum consi-
derare debemus significatum nominis. nā
consensus idem est quod simul sensus, &
consentire idem est quod simul sentire.
Vnde nota, quòd aliud est sentire, aliud as-
sentire, aliud consentire. Primò. n. sentire
est actus potentie apprehensiuæ. s. poten-
tie intellectiuæ notitiam, uel experientia
assumentis de re quam sentit: unde Sap.
1. dicitur: Sentite de domino in bonitate,
& in simplicitate cordis quærite illum, qd
verbum ita exponitur: Sentite. s. spirituali
sensu. i. intellectu fide illuminata cogno-
scite: De domino in bonitate. i. de scriptu-
ra, quæ loquitur de Deo, & bonitate Dei.
q. d. Quod non intelligitis naturaliter de
Deo, nec ratione probari potest, pie credi-
te. Et subditur. Et in simplicitate cordis
quærite illum: Et meritò, quia simplicitas
i. puritas, uel integritas cordis qua Deus
quæritur, & inuenitur est, ut quod intelle-
ctus intelligit, affectus diligat. Duplici-
tas autem cordis est, si non diligis bonita-
tem Dei quam credis, uel si non appetis
quod cognoscis, uel si non desideras quod
consideras, quia cordis duplicitate nun-
quam inuenitur Deus. Secundò assentire
est actus potentie uolitiuæ, uel potentie
intellectiuæ ut mota a uoluntate distan-
tis ab eo cui assentitur, & tendentis in il-
lud etiam per imperium uoluntatis.

Differē-
tia inter
sentire,
assenti-
re, & cō
sentire.

Tertiò consentire est actus rationis, &
uoluntatis, intellectus uel rationis quidē
ut iudicantis, & deliberantis, uoluntatis
uerò ut terminantis, & acceptantis. In hoc
enim terminatur cōsensu, quòd uolūtas
rēdit in illud quod iudicatum, & determi-
natum est per rationem: unde sicut dissen-
sus importat remotionē uoluntatis ab il-
lo cui uel a quo uoluntas dissentit, ita cō-
sensus applicationem, uel coniunctionē
uoluntatis ad illud cui consentit, quæ qui-
dem applicatio uoluntatis ad aliquid non
est

ex nisi quadam complacentia eius cui, vel in quod voluntas cōsentit: ex eo. n. q. aliquid placet voluntati cōsentitur in illud. vnde super illud verbum apostoli ad Rom. 7. Consentio legi quoniam bona est: Glosa sic dicit: Secundum interiorem hominem consentio legi. idem volo q. lex pręcipit, & idem uolo quod lex prohibet. Et Aug. in libro de mendacio, consensum diffiniens sic ait: Consensus est quando approbamus, & volumus, nec consensus est ubi nō est approbatio: vnde Damasc. 2. li. dicit: Quod si aliquis iudicat, & non diligit. i. non velit, & approbet, licet ibi sit sensus, non tamen est ibi sententia. i. consensus. Hęc Beatus Thom. prima secundę quęstio. 14. artic. 1. vtrum consensus, vel consentire sit actus virtutis appręhensiuę, vel appetitiuę, idest vtrum consentire pertineat solum ad partem animę appręhensiuam, vel appetitiuam. i. ad intellectum, vel voluntatem, in cor. q. & in solu. argu. Et iterum eodem libro. q. 74. artic. 7. vtrum peccatum consensus in actum sit in ratione superiori, in solu. 1. arg.

CAP. II.

SECUNDO principaliter circa cōsensum considerare debemus reatum criminis. Nam consensus ex duobus habet q. sit peccatū mortale, vel veniale. scilicet ex obiecto in quod cōsentitur, & ex motiuo quo cōsentitur. Primò enim consensus habet quod sit peccatum mortale, vel veniale ex obiecto p. b. scilicet ratiōe, sufficiēti diuisione, & exempli inductione. Primò p. b. ratione sic: Sicut enim cōsentire in aliquid nō est bonum, vel malum de se, sed solum ratione eius in quod cōsentitur, quia illud est bonum, vel malum, ita cōsentire in aliquid de se non est peccatū mortale vel veniale, nisi quia illud in quod cōsentitur est mortale, vel veniale, vnde consensus in id quod ex suo genere est peccatū mortale, est mortale, & cōsensus in id qd ex suo genere est veniale, est peccatum veniale. Secundò hoc idem probō sufficiēti diuisione sic: Consensus vel est in delectationem cogitationis, vel est in delecta-

tionem cogitari. Primus enim consensus qui est in delectationem cogitationis, vel est meritorius, vel peccatū veniale, nunquam tamen mortale. Secundus consensus qui est in delectationem cogitati est peccatum mortale. Tertiò hoc idem p. b. exempli inductione, nam primus cōsensus qui est in delectationem cogitationis alicuius mali, vel peccati potest esse, vel meritorius, vel fructuosus, uel curiosus, & uanus: primò consensus in delectationem cogitationis alicuius mali est meritorius, putā cum aliquis iustus de suis peccatis cogitat vt delectetur in cognitiōe veri cōteratur ex recordatione commissi, animeretur in cautione, vel vitatione futurū: secundò consensus in delectationem cogitationis alicuius mali est fructuosus, putā cum aliquis utiliter de ea cogitat, sicut cū vult de ea prędicare vel disputare: tertiò consensus in delectationem cogitationis alicuius mali ē curiosus, vel uanus, putā cum inutiliter cogitat, vel curiose. s. cum in delectatione talis cogitationis est immoderātia, & talis cōsensus est curiositas, & sic peccatū veniale. Cuius ratio est, quia talis cōsensus nō habet pro obiecto rem cogitatam, putā homicidiū, furtum, fornicationē, & huiusmodi: sed cogitationē solam quę potest esse, vel laudabilis, vel utilis, vel uenialis, vt patet.

Secundò est consensus in delectationē cogitati, putā in delectationē actus fornicationis, vel homicidij, uel alterius peccati mortalis, & talis cōsensus est peccatum mortale. Cuius ratio est, quia talis consensus, vel delectatio in tale procedit ex complacentia fornicationis, uel homicidij, nā ipsa res cogitata placens putā fornicatio, uel homicidium, uel huiusmodi affectum mouet, uel allicit: unde delectatio quę est in ipso actu fornicationis de genere suo est peccatū mortale. Sed q. ante cōsensū talis delectatio sit peccatum veniale, hoc est per accidens. s. propter imperfectionē actus, quę quidem imperfectio tollitur p. consensum deliberatum superuenientes, ex quo consensu delectatio fornicationis adducitur in naturā suā, ut sit peccatum mortale. Ex quo etiam sequitur q. quicquid homo agit ex cōsensu talis delectationis ad hoc ut talem delectationem nutriat, uel teneat, ut sunt aspectus, uel actus
uel

vel libidinosa oscula, vel quicquid huiusmodi totum est peccatum mortale. Hæc B. Tho. prima secundæ q. 74. artic. 8. vtrum consensus in delectationem sit peccatum mortale. in cor. q. & in sol. 1. 2. 3. & 4. arg. Et iterum in quæstionibus dispu. de veritate q. 15. de ratione q. 4. vtrum delectatio morosa per consensum sit peccatum mortale, in cor. q.

CAP. III.

3. **S**ECUNDO consensus in aliquid habet q. sit peccatū mortale ex motu, vel ex animo quo quis ad consentiendū inducitur. Et hoc modo cōsensus in veniale ex contempu est peccatum mortale: verbi gratia: Si enim aliquis hoc modo in peccatum veniale consentiat, vt etiam si prohibitum esset præcepto, nihilominus consentiret, talis consensus in id quod est veniale ex genere per contemptum etiam est mortale. Si autem aliquis in id quod est veniale ex genere hoc modo consentiat, vt si esset contra legem Dei nullatenus consentiret, talis cōsensus manet infra limites venialis peccati. Hæc B. Thom. 2. scrip. sen. dist. 24. de ratione, artic. 5. vtrum in superiori parte rationis possit esse veniale peccatū, in solu. 2. argum. Requi. infra ratio superior, & inferior.

Ad cuius euidentiā nota hic quinque documenta. Primum est q. deliberatus cōsensus in peccatum, non semper pertinet ad contemptum legis diuinæ, sicut quando est consensus in id quod ex suo genere est veniale, sed solum quando peccatū legi diuinæ contrariatur, sicut quando est cōsensus in id quod ex suo genere est peccatum mortale. Cuius ratio est, quia peccatum veniale in quod quis consentit nō contrariatur rationibus æternis, eō q. nō est cum auersione à fine ultimo, sed est præter eum. Sed peccatum mortale est cū auersione à fine ultimo: & ideo cōsensus in peccatum mortale semper pertinet ad cōtemptum legis diuinæ, quia ab ultimo fine auertit, vt patet. Hæc B. Thom. prima secundæ q. 74. artic. 9. vtrum in superiori ratione possit esse peccatū veniale, in cor. q. & in solu. 3. arg.

Secundum est q. consensus in id quod ex suo genere est peccatum veniale, vt putā in verbum ociosum, vel mendacium iocosum per se, vel secundū se non est peccatum mortale, sed veniale: per accidens verò benè potest talis cōsensus esse peccatū mortale. s. per cōtemptum, vt patet sup. Consensus autem in delectationem eius quod est mortale putā fornicationis, homicidij, vel huiusmodi secundum se. i. ex suo genere est peccatum mortale: sed per accidens est tantum peccatum veniale, inquantū talis delectatio priuat assensum deliberatum, in quo perficitur ratio peccati mortalis, sine quo etiam cōsensu si corpus inquinaretur p. violentiam non esset peccatum mortale, quia non potest inquinare corpus iniquatione peccati si ne consensu mentis, vt dixit B. Lucia. Et ideo quando cōsensus aduenit remouetur prædictum accidens, & fit mortale, sicut etiam accideret in ea quæ p. violentiam corrumpere, si cōsentiret: vnde delectatio in id quod est in genere mortale, putā fornicatio, vel huiusmodi per accidens est peccatum veniale. s. inquantum deliberationem rationis non attingit, sed per consensum remouetur illud accidens quod auferbat rationem peccati mortalis. s. non attingere deliberationem ratiois. Hæc B. Thom. 2. script. sen. dist. 24. secunda parte de ratione, artic. 4. vtrum in delectatione rationis inferioris sit peccatum mortale, in solu. 2. argum. Et in quæstionibus dispu. de veritate q. 15. de ratione, art. 4. vtrum delectatio morosa per consensum sit peccatum mortale, in solu. 2. argum.

Tertium est quod duplex est consensus s. expressus, & interpretatus. Consensus interpretatus dicitur, vel designatur ex hoc q. ratio potest impedire consensum, & per consequens peccatum, & non impedit. Cōsensus verò expressus dicitur quando voluntas per deliberationem ratiois per complacentiam tendit in id quod ex suo genere est mortale, vel veniale. Quando autem motus sensualitatis præuenit iudicium rationis non est consensus, neq. interpretatus neq. expressus.

Quartum est q. si aliquando consensus interpretatus sufficiat ad peccatum eō q. ratio potest impedire consensum, & per consequens peccatum, & non impedit, nō

Consensus delectationis in eō q. est peccatū mort. quando sit venialis.

tamen sufficit ad meritū, eò q̄ plura requiruntur ad bonū, quam ad malū, quia malū ex singularib' defectibus cōtingit, bonum uerò ex tota, & integra causa, ut Dionysius dicit. 4. c. de diuin. no. Hæc B. Thom. in q. dispu. de ueritate. q. 25. de sensualitate qu. 5. utrum in sensualitate possit esse peccatum, in solu. 5. argum.

Quintum est, quòd consensus aliquando potest cogi aliquando uerò nō, & quomodo. Requ. infra Matrimonium scilicet quis consensus faciat matrimonium, & quis non.

C A P. IIII.

CIRCA consensum, tertio, principaliter considerare debemus modum criminis. Nam septem modis consentit quis in peccatum. Primo enim consentit in peccatum, peccatum non impediens committendum: unde in decreto causa 23. q. 3. sic dicitur: Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit: nihil aliud est quàm fauere impietati eorum nec caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare.

Secundò in peccatum consentit non prohibens peccatum omissum: unde in c. Nā interenda 23. q. 3. ita dicitur (& est Ambr. primo de officijs) Qui. n. nō repellit a socio iniuriam si potest, tam est uicio quā ille qui facit: unde Moyses uidēs Hæbreum ab Egipto patientem, eū defendit Egyptum occidit, & abscondit: & Salomon dicit. Erue eos qui ducuntur ad mortem: unde ibidem subditur: Non. n. est inferenda iniuria sed depellenda.

Tertio in peccatum consentit, crimē commissum negligens corripere: unde in decreto dist. 86. facientis proculdubio culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare: & negligens cum possit deturbare peruersos nihil aliud est quàm fouere: & per oppositum libat domino prospera qui ab afflictis pellit aduersa, & probat odisse uitia qui condemnat errantes.

Quartò in peccatū consentit peccatū committendū præcipiens: non enim est obediendum quod contra Deum præcipitur. Ita dñ in decreto causa 11. quæst. 3. Si

is, qui præest contra Deum aliquid fecerit. aut cuiquam quod a domino prohibitum est iusserit, uel quod præceptum est præterierit, aut præterire mandauerit: quod dominus prohibet sancti Pauli Apost. est sententia ingerenda, quòd anathema sit, ita quòd talis sit execrabilis omnibus qui diligunt Deum.

Quintò in peccatū consentit peccandi fauorem præbens. Ita dñ ibid. cap. 23. q. 4. malorum impietati fauet, qui cessat peruersis, & malis obuiare cum possit, ut Anastasius, & Damasus dicunt.

Sextò in peccatū consentit crimen defendent, ita dñ ibidē causa. 11. q. 3. Qui cōsentit. Si quis peccantē defenderit male dictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione seuerissima.

Septimò in peccatū consentit peccatū cōicans, & amicabilem se præbens. Ita dñ ibidem dist. 39. Si inimicus in medio: si uerò quis amicus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est ipse ex illis qui exterminare ecclesiam Dei uolunt: talis & si cum corpore nobiscum esse uideatur, mente & animo contra nos est: ubi loquitur, quòd excommunicatis, uel malis actibus non debemus communicare. Requ. infra Excommunicatio.

C A P. V.

CIRCA consensum, quartò, principaliter considerare debemus excessum grauedinis. Ad cuius euidentiam nota quattuor. Primum est quòd tam culpa quam pœna principaliter imitantur consensum. Ita dicitur in decreto causa 15. quæst. 1. cap. non est: quòd cuiquam nostrum ascribamus erumnā nisi si nostræ uoluntati. Et iterum ibidem nemo uestrum tenetur ad culpam nisi propria uoluntate deflexerit. Et iterū ibidē non habent crimen quæ inferuntur relictantibus, & non consentientibus. Secundum est q̄ non prodest alicui nec excusatur a culpa, & pœna suo errore non pollui, qui alieno consentit. Ita dñ ibidem dist. 89. Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti. Tertium est, quòd faciēs peccatū, & conscientiens in peccatum tam in culpa quā in pœna sunt pares: ita dicitur ibi

ibidem dist. 86. Faciētis proculdubio culpam habet qui quod corrigere potest negligit emendare, hoc quò ad culpam. Et ibidem infra: Nihil prodest alicui nō puniri proprio qui puniendus est alieno peccato: hoc quò ad pñam: quod probat auctoritate apostoli dicens. Scriptū quippe est ad Ro. 1. Non solum qui talia agunt, vel faciunt digni sunt morte. eò q̄ anima quæ peccauerit ipsa morietur: ut dicitur Ezech. 18. sed etiam qui consentiunt facientibus, uel consensu negligentia eum deberent repræhendere, & silent. vel consensu adulationis cū talia facientes cōmendant: uel consensu consilij cū ad peccandum consilium præbent, uel cōsensu auctoritatis, cū mala facientibus auctoritatem præstant, vel consensu cooperationis cum ad peccandum adiuuant: & ideo à talibus semper est recedendum: Numeri 16. Recedite à tabernaculis hominum impiorum ne inuoluamini cum eis.

Ordo in puniendis his qui peccant, uel consentiunt peccanti.

Quartum est q̄ quamuis omnes qui dictis modis consentiunt peccent, & puniri debeant, tamen in grauitate istorum criminum, & per consequens pñarum est dare gradum: quod de singulis patet: primò enim defendens peccatum plus peccat quā cōsentiēs solū, vel faciēs. Ita dicitur in decreto causa 11. q. 3. Qui consentit. infra. Hinc etiam quidam sanctus patet ait. Si quis peccantē defendit acrius quā ille qui peccauit coarceatur: secundò præcipiens peccatum plus ceteris peccatis dicitur ibidem c. 11. q. 3. Si quis prohibet nobis quod à domino præceptum est, vel rursus imperat qd̄ a domino fieri prohibetur execrabilis fit omnibus qui diligunt Deum: tertio fauorem peccandi præbens plus peccat, quam non prohibens cōmittendum, uel non corrigens, & puniens cōmissum: unde in decreto. c. 23. q. 5. sic dicitur: Qui uitijs nutriendis parcit, & fauet ne contristet peccantium uoluntatem tñ non est misericors, quam qui nō vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantē, & non timet ne vulneratum doleat aut extinctum. Vbi nota, q̄ fauere alicui in crimine est, uel consilium, uel auxilium ferre sine quibus alius non fecisset illud peccatū, & hoc est ipsum defendere, & p̄ consequens communicare criminoso in crimine, ut habetur in summa confessorum

lib. 3. tit. 33. de summa præcepti diffinitio nis, & excommunicationis. q. 122. qua pēna feriantur participantes cum excommunicatis ī fine. q. Talis enim qui fauet uitijs, & peccatis, & parcit puniendis, nō est misericors ut in decreto sup. immediata dicitur, sed crudelis, & ideo irā Dei meretur. Ita dicitur 2. Paralip. 19. Impio præbens auxilium, & ideo irā domini mereris: quartò nō puniens peccatum cōmissum si potest plus peccat quam non prohibens, vel non impediens committē dum in quantum peccatum commissum plus habet de ratione mali, quam committendum: quintò plus peccat peccatū faciens quam peccatum corrigere negligens, eò q̄ peccatum faciens nullatenus excusatur: negligens uerò peccatum corripere aliquater excusatur, & si non à toto, saltem a tanto. Req. infra Correctio.

De Conscientia.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid est conscientia uel quid significat.
- 2 Unde oritur conscientia.
- 3 Triplex est officium, uel actus conscientia.
- 4 Conscientia errat duobus modis.
- 5 Conscientia ligat, & quomodo.
- 6 Utrū magis ligat conscientia quā præceptum prælati.
- 7 Error conscientia causatur ex septem causis.
- 8 Ligatio conscientia potest intelligi quattuor modis.
- 9 Conscientia recta ligat simpliciter, erronea autem secundum quid.
- 10 Utrum uermis. i. pēna conscientia sit maior in dñatis pēna ignis, vel pēna carentia diuina uisionis.
- 11 Conscientia recta est laudabilis, &

Et appetenda propter quattuor rationes.

12 Conscientia est mala triplici ratione.

C A P. I.

Conscientia. Circa conscientiam quattuor considerare debemus. scilicet significatum, ortum, actum, effectum. Primò considerare debemus conscientiam significatū. Nam conscientia significat applicationē nostræ notitiæ, uel cognitionis ad aliquē actum particularem: unde Hugo de sancto Victor. libro secundo de anima capitulo 12. diffiniens conscientiam, sic ait: Conscientia est cordis scientia: unde dicitur consciētia quasi cum alio scientia. Et subdit. Cor. n. & se nouit sua cōsciētia, & multa alia. quando. n. se nouit appellatur conscientia, quādo præter se nouit, alia appellatur scientia. Applicatur autem nostra notitia, uel cognitio ad aliquem actū particularem tribus modis: primo modo secundum quod cognoscimus, & consideramus, an actus sit factus uel non, ut cum dicitur in communi usu loquendi: hoc non est factum de cōsciētia mea, id est nescio, vel nesciui an hoc sit factum, secundum quod dicitur Gen. 43. Non est in cōscientiis nostris qui posuerit pecuniam in saccis nostris, uel applicat nostra cognitio, uel scientia ad aliquid quod sit factum, secundum quod dicitur Ecc. 7. Scit cōscientia tua, quod tu crebro maledixisti alijs: secundo modo applicatur scientia, uel cognitio nostra, an actus factus sit rectus, uel non, secundum quod iudicamus hoc quod factum est esse benè factum, uel non benè factum: tertio modo applicatur scientia, uel cognitio nostra ad aliquem actum, an sit fiendus uel non. scilicet secundum quod per scientiam iudicamus an aliquid sit fiendum, uel non fiendum. Hæc B. Tho. prima parte sum. q. 79. art. 13. utrum conscientia sit potentia, uel actus, in cor. q. & iterum in q. disp. de ueritate. q. 17. de conscientia. art. 1. in cor. q.

C A P. II.

Circa conscientiam, secundò, principaliter considerare debemus ortum scilicet unde conscientia oritur: nam cōsciētia ex naturali iudicio rationis, quod dicitur lex intellectus est deducta, & derivata, ut quædam conclusio: uerbi gratia: Fit enim in animo uel mente hominis quasi syllogismus cuius maiorem præmittit synderesis dicens: omne malum esse uitandum. Minorem uerò istius syllogismi assumit ratio superior dicēs: Adulterium est malum, quia uel est iniustum, uel est inhonestum. Conscientia uerò infert conclusionem dicens, & concludens ex supradictis, ergo adulterium est uitandum. Et propter hoc dicitur conscientia quasi concludens scientia, eò quod scientia uirtute supradictorum scilicet synderesis: rationis superioris, & rationis inferioris conclusionem infert. Hæc B. Tho. 2. scrip. sent. dist. 14. art. 4. an conscientia sit actus, in cor. q. iuxta principium. Req. infra Synderesis: & infra ratio superior, & ratio inferior.

C A P. III.

Circa conscientiam, tertio, considerare debemus actum. Nam triplex est officium seu actus conscientia: scilicet testificari, accusare, uel excusare, ligare, uel absolueri. Primus actus conscientia est testificari de præterito, in quantum conscientia perhibet testimonium, sicut illud in quo est scriptum, quod testificatur siue bonum sit siue malum: unde Apostol. ad Roman. 2. Testimonium reddente illis conscientia eorum. Secundus actus conscientia est accusare, uel excusare: reprehendere, & removere de malo commissio, & de bono omisso: unde Apostol. ad Rom. 2. Inter se inuicem cogitationum accusantium, aut defendentium in die iudicii, cum iudicauit dominus occulta. Tertius actus conscientia est ligare, nam conscientia obligat ad peccatum. Ita dicit Apostol. ad Roman. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est: super quo uerbo Ambros. in Glos. sic ait: Omne quod

fit et sit in se, uel de se sit bonum, tamen si non est ex fide. i. si sit contra fidem, uel contra conscientiam, ut credamus malum esse, peccatum est. Et subdit: Non tamen omne quod fit cum fide bonum, quia ignorantia, quae est ex culpa nocet. Hæc B. Thom. prima parte sum. q. 76. art. 13. utrum conscientia sit potentia, uel actus, in cor. q. Et iterum in q. dispu. de ueritate q. 17. de conscientia, art. 1. in cor. q. Et iterum prima secundæ q. 19. art. 5. utrum uoluntas discordans a ratione sit mala, arg. contra in cor. q. Si uero aliter vis procedere dicas, quod triplex est actus conscientiae. scilicet testificatio, examinatio, consiliatio. Primus actus conscientiae est testificatio in quantum conscientia testificatur, an aliquid sit factum uel non factum: unde Apo. ad Ro. 2. Testimonium reddete illis conscientia sua: dicitur autem conscientia esse testis factorum, uel non factorum, in quantum conscientia retinet illud contra quod uoluntas fecit, quasi uoluntatem accusans de eo quod sibi non obediuit: sicut exponit B. Th. auctoritate Apostoli 2. scri. sent. di. 39. art. 2. utrum conscientia possit unquam errare, in solu. primi arg. Secundus actus conscientiae est examinatio in quantum conscientia examinat, quae iam facta sunt, an sint recta, uel non recta, uel non facta, uel non bene facta. Et quando per examinationem inuenitur illud quod factum est discordare a conscientia a qua examinatur: deinde conscientia remordere, uel accusare. Quando autem inuenitur illud quod factum est processisse secundum formam conscientiae, uel scientiae dicitur conscientia defendere, & excusare. Tertius actus conscientiae est consiliatio: nam ad conscientiam spectat consiliari de rebus faciendis, & cum per consilium inuenitur, an aliquid sit faciendum, secundum hoc conscientia deinde instigare uel ligare. Cum autem conscientia per consilium inuenit, quod non sit faciendum, secundum hoc conscientia deinde absolueret, uel retraheret: Hæc B. Tho. in q. dispu. de ueritate ubi sup. in cor. q. ita quod testificatio, conscientiae est solum de praeteritis, an sint facta, uel non: examinatio est non solum de praeteritis factis, sed etiam de futuris: an. scilicet facta & fienda sint bona, uel non recta. Consilium autem est tantum de faciendis, ut dicit B. Tho. ibidem sup. immediate. Ex praemissis igitur

potes concludere, quod conscientia triplicem actum seu uirtutem habet, scilicet dictaminis, examinis, ligaminis: primo conscientia habet uirtutem dictaminis: dictat enim conscientia an aliquid sit factum uel non. Et secundum hoc dicitur conscientia testimonium perhibere, ut patet ex dictis.

Vbi nota, quod dictam conscientiae nihil aliud est quam praeventio pracepti diuini ad eum conscientiam habet, ut dicit B. Thom. in quaestioni. dispu. ubi sup. artic. 4. in solu. 2. argum. secundo conscientia habet actum seu uirtutem examinis: habet enim conscientia examinare, an illud quod factum est sit rectum, uel non rectum, bonum uel non bonum: & secundum hoc dicitur conscientia defendere, accusare, uel excusare: tertio conscientia habet actum seu uirtutem ligaminis in quantum conscientia astringit uoluntatem, ut non possit sine nocumento deformitatis in aliud tendere quam ratio, uel conscientia iudicet: unde sicut ligatus corporaliter necessitatem habet consistendi in loco ubi est ligatus, & aufertur ei potestatem alium locum, diuertendi, quia non potest ire: Ita conscientia, & quod ad uelle, & quod ad facere, quia non potest aliud uelle, uel facere, quam conscientia sibi dictat, siue conscientia recte iudicet siue non, ut dicitur Infra &c.

C A P. IIII.

QUARTO principaliter circa conscientiam considerare debemus effectum. Ad cuius euidentiam nota quatuor: primo defectum deuiationis. scilicet quomodo conscientia errat, secundo modum obligationis, scilicet quomodo conscientia ligat: tertio excessum comparationis. scilicet quid magis obligat, an conscientia in praceptum praelati, quarto cumulum, uel augmentum afflictionis. scilicet quae poena magis animam cruciat, uel poena gehennae, uel poena carentiae uisionis diuinæ uel poena conscientiae, ita quod conscientia quattuor ista facit. scilicet errat, ligat superat, uexat, uel cruciat. Primo circa conscientiam considerare debemus modum deuiationis. scilicet quomodo conscientia errat. Et quantum ad hoc dico, quod conscien-

Conscientia habet triplicem actum.

ria errat duobus modis. scilicet ex falsa assumptione, & ex falsa applicatione. Primò cōsciētia errat ex falsa assumptione, puta quando aliquis assumit aliquod malū vel falsum, tanquam bonum, uel tanquā uerū: verbi gratia, ut his qui occidebant Apost. dictabat conscientia, q̄ ex his placerent Deo, ut dicitur Io. 16. Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Vel quando synderesis dicit omne prohibitum à Deo est vitandum, conscientia autem fundatur in hoc, quod iuramentum sit a Deo prohibitum, & ideo falso credit illud esse uitandum, cum ante permittat se mori quàm iuret, ut hæreticus facit. Secundò modo errat conscientia ex falsa applicatione, sicut quando ex aliquib. ueris aliqua conscientia erronea formatur, verbi gratia, ut ex hoc, quod Deus est super omnia diligendus, aliquis informat sibi hanc conscientiam. scilicet quod nihil potest diligere simul cū Deo. Quædam autem conclusiones sunt in quibus ita plenè relucet prima principia operandorum, quod circa ea cōsciētia errare non potest, sicut Deum non esse diligendum, malum scienter esse faciendum, & huiusmodi, sicut in speculatiuis non contingit errare circa conclusiones in quibus directè relucet prima principia, sicut non potest aliquis credere, quod totum non sit maius sua parte, ita conscientia circa quædam nunquam errare potest, & circa quædam potest errare, & errat, ut ut patet ex supradictis. Hæc B. Th. in q. disp. de verita. q. 17. de conscientia articu. 2. utrum conscientia aliquando possit errare, in cor. q.

C A P. V.

Circa effectum conscientie secundo considerare debemus modum obligationis, scilicet quomodo conscientia ligat. Vbi nota, quod cōsciētia nō obligat ī uirtute propria, sed in uirtute præcepti diuini, quod patet, quia conscientia non dicit alicui facienda, uel non faciendū hac rōne, quia sibi uidetur, uel non uidetur, sed hac rōne quia est a Deo p̄ceptum, vel prohibitum, ut dicit B. Th. 2. scr. sent. dist. 39. art. 3. utrum conscientia errās obliget, in sol. 3. arg. Nullus autē ligatur ad

præceptum aliquod nisi mediāte sciētia, vel notitia illius præcepti: & ideo ille qui non est capax notitiæ præcepti non ligatur præcepto, nec aliquis ignorans præceptum Dei, ligatur ad præceptum faciendū, nisi quatenus tenetur scire præceptum, si autem non tenetur scire nec sciat, nullo modo ex p̄cepto ligatur, unde sicut in corporalib. agēs corporale non agit nisi per contractum: ita etiam in spiritualib. præceptum non ligat, nisi per sui scientiam, uel notitiam. Et ideo sicut est eadem uirtus qua tactus agit, & qua uirtus agentis agit, & tamen tactus non agit nisi in uirtute agentis, & uirtus agentis non agit nisi mediante tactu, ita etiam eadem uirtus est qua præceptum ligat, & qua scientia ligat cū præceptum non liget nisi per uirtutem scientiæ, uel notitiæ, nec scientia, vel notitia p̄cepti liget nisi per uirtutem præcepti, unde cum cōsciētia nihil aliud sit quā applicatio notitiæ ad actū, ut patet supra, constat, quod conscientia ligare dicitur in uirtute præcepti diuini. Hæc B. Th. 2. scr. sent. ubi, supra immediatè, art. 3. in cor. q. in fine. Et quia conscientia obligat in uirtute diuini præcepti, ut patet: ideo si aliquid apprehendatur a dictamine rationis, ut directè cadens sub præcepto: mortaliter peccat ommittens illud quod conscientia sibi dictat etiam si sit ueniale, uel indifferens. Si autem non apprehendatur, ut directè cadens sub præcepto, uel prohibitione, tūc nō fit directè contra conscientiam, sed præter scientiam, & ita non peccatur mortaliter, sed uenialiter, uel etiam nullo modo, sicut quando conscientia dicit alicui, quod bonū est facere aliquod opus consilij si non faciat nō peccat, quia non apprehendit illud, ut bonum debitū, & necessarium ad salutem, & præcepto subiaccens. Hæc B. Th. 2. scripto sent. ubi supra art. 3. in solut. 6. argu. per totum, ita quod aliud est facere contra conscientiam, & aliud præter conscientiam, nam contra conscientiam agitur cum fit scienter, vel probaliter qd̄ prohibetur fieri, uel cū non fit qd̄ præcipitur fieri, & hoc est peccatū mortale: præter uerò cōsciētiā fit, ut si aliquid facit qd̄ nouit esse malum non tamen dicit sibi conscientia illud esse prohibitum, uel si omittit aliquid bonū qd̄ nō est præceptum, tunc uel uenialiter

Aliud ē facere contra conscientiam, & aliud præter.

liter peccat, uel nullo modo, ut patet per exempla B. Tho. supra immediatè. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 35. de conscientia, artic. 5. utrum in omni peccato sit fieri contra conscientiam, in sol. 1. arg.

C A P. VI.

Tertio principaliter circa effectum conscientie considerare debemus excessum comparationis. scilicet quid magis obliget an conscientia, an præceptum prælati. Et quantū ad hoc dico, quod dictamē conscientia plus obligat quā præceptum prælati, quā tali ratione ostendo. Conscientia non ligat nisi in uirtute præcepti diuini, ut patet in cap. præcedenti in principio, sed præceptum Dei, magis obligat quam præceptum prælati, ergo ligamen conscientia maius est quā ligamen præcepti. Et ideo conscientia subditi ligabit præcepto prælati etiam in contrarium existente, ut dicit Beatus Thom. 2. script. sent. dist. 39. ar. 3. utrum conscientia errans obliget, in sol. 3. arg. & iterum in q. disp. de ueritate: q. 17. de conscientia, artic. 5. in cor. q. Sed forte argues in oppositum, scilicet, quod præceptum prælati plus obliget quā ligamē, uel dictamen conscientie tali ratione. Mādatum superioris plus ligat quā mandatū inferioris: quod patet, quia mandatū superioris absoluit a mādato inferioris. sed prælati spirituales præsumunt ipsis animabus subditorum. Ita dicitur ad Ro. 13. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Gl. mādatum superioris absoluit a mandato inferioris, ergo magis est obediendum prælato quam conscientia, & sic magis ligat præceptū prælati quā dictamen conscientia. Respondeo, & dico, quod conscientia recta plus obligat quā præceptum prælati, ut patet supra. Et potest sic illa ratio formari. Præceptū Dei magis obligat quā præceptum prælati, sed conscientia non ligat nisi in uirtute præcepti diuini, ut patet supra. ergo maius est ligamen, uel dictamē conscientia quā præceptū prælati. Secundò hoc idē cōfirmo alia ratione sic. Plus est obligatorium mādatū superioris, quā mandatū inferioris: conscientia recta nullum hēt iudicem supra se propter Deum, prælatus uerò potest habere iudicē supra se præter Deum. scilicet prælatum alium, ergo

conscientia recta est superior iudex quā sit prælatus, & sic plus obligat conscientia quā præceptū prælati. Dicō igit, quod in his quæ sunt prohibita, uel præcepta a Deo, conscientia recta plus obligat, eò quod obligat in uirtute præcepti diuini, quod est maius præcepto prælati: unde in talibus conscientia recta est iudex immediatè sub Deo, ita quod nullum habet iudicem supra se alium a Deo.

In differentibus autem præceptū prælati plus obligat quā conscientia, unde licet conscientia subditi sit iudex, nō est iudex immediatè sub Deo, nisi quò ad ea quæ præcipit, uel prohibet Deus.

In alijs autē. scilicet indifferentibus conscientia subditi habet prælatum supra se. & ideo secundum discretionem prælati formari debet, nam subditus non habet iudicare de præcepto prælati, sed de impletione præcepti quod ad ipsum spectat. Hæc B. Tho. in q. disput. de ueritate, de conscientia. q. 17. art. 5. in sol. 4. arg. unde seculares debent sequi sententiam prælatorum in his quæ ad cathedram spectant. sicut dicitur Mat. 23. Quicunque dixerint uobis facite. religioni uerò qui renunciauerunt propriae uoluntati, & proprio sensui tenentur sequi sententiam prælatorum, uel mandatorum eorum in his quæ non sunt contra Deum, uel contra regulam, uel contra constitutiones, uel contra ordinationes capituli generalis. Cauere tamen debent prælati ne indiscretè præcipiant propter periculum conscientiarum subditorum. Hæc Alex. 2. parte sum. q. 35. ar. 2. uirum conscientia magis liget quā præceptū prælati, in cor. q. & in sol. 2. arg. Et quia dictum est supra, & probatum per rationes quatenus conscientia recta plus obligat quā præceptū prælati quæres utrum conscientia erronea plus obliget quā præceptum prælati. Respondeo, & dico, quod ex una parte obligatio conscientia erronea est maior, quia intensior quā sit obligatio præcepti, eò quod latis conscientia. scilicet erronea quamdiu durat plus obligat quā præceptum prælati. Ex alia uerò parte obligatio quæ est ex conscientia erronea ē minor, quia solubiliior, nam obligatio erronea conscientia deponi debet sicut, & ipsa conscientia erronea obligatio uerò illa quæ est ad prælatum solui, uel deponi non potest, tum

quia

In indifferentibus obligat magis præceptum prælati quā conscientia. Idem in differentibus.

Utrum plus obliget conscientia erronea an præceptum prælati.

quia licet præcipiat prælatus subdito: indifferentia, tamen ex dictamine cōscientiæ fiunt non indifferentia, ita quod illud quod per se est indifferens, sit non indifferens, tum quia subditus non habet indicare de præcepto prælati, sed de impletionem præcepti quæ ad ipsum spectat, unusquisque enim tenetur actus suos examinare ad scientiā quā a Deo habet siue sit naturalis siue acquisita siue infusa, omnis enim homo debet se cundū rationē agere. Hæc B. Th. in q. disp. de ueritate, de conscientia. q. 17. artic. 3. utrum conscientia in indifferentibus plus ligat quā præceptum prælati vel minus, in cor. q. & solu. 1. 2. & 3. argum.

CAP. VII.

7. **A**D Maiorem tamen euidētiā prædictorum circa conscientiam nota tria, scilicet causam erroris, efficaciam uigoris, differentiam uirtutis.

Primò nota causam erroris, nam error conscientie causatur ex septē causis. Primò ex ignorantia, ex eo. n. quod ratio apprehendit malum sub ratione boni, & bonum sub ratione mali sequitur error in conscientia, & peccatum in uoluntate. Vbi nota, quod duplex est ignorantia. scilicet facti, & circumstantiæ. Primò est ignorantia facti. scilicet legis Dei quam quis scire tenetur. Vnde uoluntas concordans conscientie erranti circa legem, uel præcepta Dei semper est mala, v.g. Si conscientia errans dicat, quod homo tenetur ad uxorem alterius accedere, tunc uoluntas concordans conscientie sic erranti est mala. Cuius ratio est, quia ignorantia eius quod quis scire tenetur qualis est ignorantia legis, est mala, quia est uoluntaria. Et dicitur talis ignorantia uoluntaria, eo quod in ea uoluntas directè fertur, sicut cum aliquis studiosè uult nescire aliqua, ut liberior peccet, ut dicit Beatus Thomas prima secundæ. q. 78. artic. 3. utrum ignorantia excuset peccatum in cor. q. Secundò est ignorantia circumstantiæ, & tunc error conscientie, qui ex ignorantia causatur excusat uoluntatem si sit mala sequens conscientiam sic errantē. v.g. Si ratio, uel conscientia errat in hoc, quod credat aliquam mulierem submissam esse suam uxorem, & ea petente debitum uult eam cognoscere excusatur uoluntas

eius ut non sit mala. Cuius ratio est, quia error iste causatur ex ignorantia circumstantiæ quæ inuoluntarium causat. Hæc B. Th. prima secundæ. q. 19. artic. 6. utrum uoluntas concordans rationi, uel conscientie erranti sit bona: in cor. q. in fine.

Secundò error cōscientiæ causatur ex negligentia, sicut cum aliquis propter laborem, uel propter alias occupationes negligit addiscere, uel ab alijs quærere, & scire illud per quod a peccato retraheretur. Tunc enim ignorantia eius, quod quis scire tenetur propter talē negligentiam est uoluntaria, unde uoluntas concordans cōscientie erranti ex negligentia sciendi, quod scire tenetur mala est, ut dicit B. Thom. prima secundæ. q. 17. artic. 3. utrum ignorantia excuset peccatum, in cor. q.

Tertiò error conscientie causatur ex superbia. scilicet quando quis non humiliat intellectum suum, ut uelit melioribus prudentioribus, & superioribus credere. Nam conscientia subditi in indifferentibus tenetur secundum discretionē prælati formari, ut patet cap. præcedenti.

Quartò error conscientie causatur ex nimia, uel ex inordinata sui beneuolentia. ex eo. n. quod aliquis nimis seipsum diligit, inclinatur, & præcipit conscientia ad illud quod appetit, & sic eam facit præcipitare, & a sua rectitudine declinare: unde Seneca. Perit omne iudiciū si res transierit in affectum. Talis enim conscientia diligentis seipsum est nimis larga, & ideo est cauenda, eo quod efficit specialiter tria mala. Primò enim conscientia nimis larga facit presumptuosum. Secundò talis conscientia dicit malum esse bonum. Tertiò saluat damnandum.

Quintò error cōscientiæ causatur ex cordis pusillanimitate qua quis timet non timenda secundum rectum iudiciū rationis, & talis conscientia est nimis stricta, & ideo est uitanda eo, quod efficit tria mala. Primò enim facit de bono malum, & de festuca trabem, scilicet de leui peccato graue. Secundò generat despectum rationem. Tertiò damnat saluandum.

Sextò error cōscientiæ causatur ex perplexitate. i. ex quadā dubietate ex qua quicquid fieri sequitur inuitabilitas, uel necessitas peccandi, puta cum uidet se homo inter duo, & quodcunque fecerit impossibi-

Cōscientia largita tria mala facit.

Cōscientia stricta tria mala facit.

la producit.

le est non peccare, ut patebit sequenti ca. His enim sex modis error conscientiae semper est reprehensibilis, & uoluntas sequens conscientiam sic erantem semper est mala, ut patet ex dictis.

Septimò error conscientiae causatur ex humilitate, & cordis puritate, unde Greg. in epistola ad Augusti. Anglorum Episcopum sic ait. Bonarum mentium est ibi culpas agnoscere, ubi culpa non est.

Ad cuius auctoritatis euidentiam, uel intellectum nota, quod aliud est cognoscere, idest formidare, uel credere se culpabilem, ubi culpa non est, & aliud est dicere se culpabilem ubi culpa non est. Primò enim cognoscere, idest formidare se culpabilem ubi culpa non est, est bonae mentis. Cuius ratio est, quia ad bonitatem mentis pertinet, ut homo ad iustitiae perfectionem tendat, & ideo in culpam reputatur non solum si deficit à cōmuni iustitia, quod uerè culpa est, sed etiam deficit a perfectione iustitiae quod quandoque culpa non est: non autem culpam esse dicit, quod pro culpa non recognoscit. cuius ratio est, quia dicere esse culpam ubi non recognoscit culpam ad mendacium pertinet, & ad uitium ironiae. Hæc Beat. Thom. secunda secundae. quaest. 113. cap. 1. utrum ironia per quam aliquis minora de se fingit sit peccatum, in solu. 2. argument. ubi Beat. Thom. auctoritatem Beati Gregor. prædicto modo exponit. Re. etiam auctoritatis huius expositionem secundum Beat. Thomam alio modo supra confessio cap. 1. ubi quaeritur utrum liceat cōfiteri peccatum quod quis non fecit.

CAP.

VIII.

2. **SECUNDO** circa conscientiam nota effraciam uigoris. Nam conscientia recta, uel erronea ligat uoluntatem ad aliquid faciendum, uel omittendum. Vbi nota, quod ligatio conscientiae quatuor modis potest intelligi secundum, quod quattuor modis aliquis potest ligari seu constringi.

Primo per modum coactionis, & sic nec conscientia nec aliquid aliud potest ligare hominem. Cuius ratio est, quod cum uoluntas sit libera: & subijpsi-

mina, nullo cogi potest. Secundo aliquis ligari potest per modum suppositionis, uel conditionis. scilicet per modum consecutionis alicuius finis, puta si non faciat hoc non sequeretur hoc, & sic isto modo conscientia ligat, quia nisi quis faciat illud, quod conscientia sibi dicitur non potest consequi finem suum. Tercio modo ligat aliquid per modum principalis actoris, sicut iudex præcipit. Quarto ligat aliquid per modum instrumentalis agentis, sicut præco qui uelut instrumentum iudicis, præceptum iudicis ad notitiam hominum deducit, & præceptum regis non perueniret ad populum nisi aliquo præcone, uel Principe mediante, tunc si præco, uel princeps diceret hoc est præceptum a rege, & est verum, tunc dictum suum omnes obligaret, & hoc modo conscientia recta ligat, ut statim patebit. Si uero præco, uel princeps diceret hoc præceptum a rege, quauis non esset uerum dictum suum obligaret, ut præceptum regis, ita quod contemprores poenam merentur, & hoc modo erronea conscientia facit, & ligat, unde conscientiam ligare uoluntatem, nihil aliud est quam astringere uoluntatem, ut non possit aliud sine peccato facere, uel omittere quam conscientia sibi dicitur: uerbi gratia. Sicut enim ligatus corporaliter non potest ad locum alium ire, sic conscientia ita obligat uoluntatem ad aliquid faciendum, uel omittendum, quod non potest aliud sine nocumento deformationis peccati, unde siue ratio, uel conscientia rectè iudicat siue non, uoluntas obligatur ad faciendum: & si uoluntas non sequitur iudicium, uel dictamen rationis, quod est conscientia actus uoluntatis est malus: uerbi gratia. Si aliquis per uoluntatem fugiat quod ratio, uel conscientia bonum dicitur, est uoluntas mala, quia ibi est fuga boni, quæ est mala, & per oppositum si aliquis uelit quod ratio, uel conscientia dicitur malum, tunc uoluntas est mala, quia ibi est persecutio mali quod malum est.

Sed fortè argues, quod licet conscientia recta liget, non tamen conscientia erronea ligat, & hoc duplici ratione.

Prima est talis, Deus est potentior, & maioris auctoritatis quam conscientia nostra: sed Deus non potest non obliga-

re ad peccatū faciendum: ergo multo minus conscientia. Resp. & dico, q̄ iō Deus non potest nos obligare ad peccatum faciendum, quia non potest errare, ut iudicet hoc esse faciendum quod non est faciendum, conscientia autem errare potest, & ideo non est simile. Secunda ratio est talis. Si tu dicis, q̄ conscientia erronea ligat tunc talis habens conscientiam erroneam erit perplexus, quia siue faciat aliquid siue omittat aliquid, de necessitate peccabit, siue faciat secundum erroneam conscientiam siue non peccatum vitare non poterit quod est inconueniens dicere. Resp. & dico, q̄ sicut in syllogisticis uno inconuenienti dato necesse est alia sequi ita in moralibus uno inconuenienti posito necesse est alia sequi: v.g. Si cut supposito, q̄ aliquis quærat inanem gloriam, siue propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur siue dimittat peccabit nec tamen est perplexus, hoc est non ex necessitate peccabit quia radicem malam. s. inanis gloriæ potest dimittere sic est in proposito: nullus enim est perplexus absolute loquendo, sed quodam supposito. s. mala intentione non est inconueniens aliquem esse perplexum. Instante enim mala intentione siue fiat actus debitus qui est in præcepto siue nō fiat, peccatum incurritur. Similiter etiam instante erronea conscientia quicquid fiat peccatum non uitatur: sed potest homo, & debet conscientiam erroneam deponere sicut etiam intentionem prauam. Hæc B. Tho. 2. scri. sen. dist. 39. artic. 3. vtrum conscientia erronea obliget, in cor. q. & in solu. 4. & 5. arg. Et iterum prima secunda. q. 19. artic. 6. vtrum uoluntas concordans rationi, uel conscientia erranti sit bona in so. 3. argum. Et iterum in quæst. dispu. de ueritate quæst. 17. de conscientia. artic. 4. in sol. 8. argument.

C A P. IX.

9 **T**ertio nota differentiam uirtutis, licet enim utraque conscientia, scilicet recta, & erronea liget. i. obliget uoluntatem ad aliquid faciendum, ita q̄ contrarium faciens eius quod utraque conscientia dicitur peccat, nihilominus tamē aliter ligat conscientia recta, & aliter con-

scientia erronea, quia conscientia recta ligat absolute, & in omnem euentum, & semper nec deponi potest, verbi gratia. Si enim aliquis conscientiam habeat de uitando adulterium, istam scientiam non potest deponere sine peccato: quia eo ipso q̄ eam deponeret errando grauiter peccaret. Cuius ratio est, quia conscientia recta dicitur uoluntati bonum sub ratione boni. Et ideo ligat uoluntatem hoc modo, quod obligat uel astringit uoluntatem in bonum illud tendere. Similiter conscientia recta dicitur malum sub ratione mali, & ideo ligat, uel astringit uoluntatem subterfugere illud, unde si aliquis habeat conscientiam de uitando aliquid quod est prohibitum, puta de uitando adulteriū, furtum, uel aliquod huiusmodi, uel de faciēdo aliquid quod est præceptū, istam conscientiam sine peccato non pōt deponere. Cuius rō est, quia in hoc ipso, q̄ eam deponeret errando grauiter peccaret. Conscientia autem erronea nō ligat nisi scdm quid, & sub cōditione, quia non ligat nisi inquantū cōscientia erronea creditur esse recta v.g. Si aliquis habeat conscientiam furādī, ut pascat pauperē, & nō furat peccat. Cuius rō ē, quia apprehendit illud malū. s. furari sub rōne boni. Similiter ille cui erronea conscientia dicitur, q̄ teneat ad fornicādū: quādiu talis conscientia sibi durat, tenetur, eō q̄ tunc apprehendit illud malū. s. fornicari sub rōne boni: si autem furatur, uel fornicat a peccato non excusatur, aliās tyranni q̄ sanctos occiderunt non peccassent, quia arbitrabantur se obsequio præstare Deo, ut dī Ioh. 16. Tamen talis conscientia remoueri, uel deponi potest uel debet absq; peccato: unde non obligat semper, & in omnem euentum sicut conscientia recta, ut ex præmissis patet, Hæc B. Tho. 2. scri. sent. distin. 39. artic. 3. vtrum conscientia erronea obliget, in cor. quæst. Et iterum in quæst. dispu. de uerita. quæstion. 17. de conscientia, artic. 4. in cor. quæst.

C A P. X.

QUARTO principaliter considerare debemus cumulum, uel augmentum affectionis, scilicet q̄ 10. poena magis animam cruciat, uel poena gehennæ,
Gg 3

gehennæ, vel pœna carentiæ visionis diuinæ, vel pœna conscientiæ, utrum scilicet vermis, vel pœna conscientiæ sit maior, in dæmonibus, & animabus damnatorum alijs duabus pœnis. Respondeo, & dico, quod pœna potest dici maxima in damnatis tribus modis. Primò quò ad damnum, & sic pœna carentiæ visionis diuinæ est maxima inter omnes: vnde Chrysost. dicit, quod nulla est maior pœna damnatorum quàm priuari, & separari a visione diuina. Secundo modo potest dici pœna esse maxima quò ad sensum & sic pœna gehennæ est maxima inter omnes. Cuius ratio est, quia spiritum subesse corpori inter omnia maximè actiuo, & afflictiuo est maximè afflictiuum ipsius spiritus: sed dæmones, & animæ damnatorum sunt spiritus, ignis verò inter elementa, & corpora est maximè afflictiuus, ergo &c.

Tertio modo potest dici pœna esse maxima quò ad inhærendi modum, puta quia immediatius inhæret, & sic vermis interior conscientie cum sit pœna immediatè inhærens ipsi spiritui est pœna maxima inter omnes: vnde Isido. de ecclesiastica institutione dicit, quod nulla pœna grauior est pœna conscientie quæ est in animabus damnatorum, & in dæmonibus. Et subdit rationem ibidem dicens mens enim malæ conscientie propriè his stimulis agitur. Hæc Alex. 2 p. sum. q. 26. de pœna dæmonum, & animarum damnatorum quæ sit maxima inter omnes ar. 3. in cor. q.

CAP. XI.

EST autem sciendum ad euentiam prædictorum, quod generaliter loquendo duplex est conscientia, quædam est laudabilis, & appetenda, quædam vituperabilis, & detestanda.

Primò enim est conscientia laudabilis, & appetenda, & hoc propter quatuor causas scilicet propter bonitatem, puritatem, sinceritatem, tranquillitatem. Est enim conscientia laudabilis, & appetenda scilicet conscientia bona, pura, sincera, tranquilla. Primò enim con-

scientia bona est laudabilis ex ordinatione affectionis. Secundò conscientia pura, est laudabilis exclusionem criminis. Tertio conscientia laudabilis est conscientia sincera sine duplicitate intentionis. Quarto conscientia laudabilis est conscientia tranquilla sine remorsione vermis.

Primò conscientia laudabilis est conscientia bona ex ordinatione affectus: vnde prima ad Thimo. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona: dicit enim primo. Finis præcepti, Vbi nota, quod duplex est finis, scilicet finis quo & finis in quo. Primò enim est finis quo quid scitur, & sic charitas est finis omnium operum nostrorum. Secundo est finis in quo quiescit, & sic solus Deus est finis. Req. infra Finis. Et subdit. De corde puro. id est ab omnibus peccatis, & vitijs expurgato. Sed contra Prouerb. 20. dicitur. Quis potest dicere mundum est cor meum, prius sum à peccato. Respondeo, & dico, quod nullus quantum est ex seipso sed hoc est possibile ex Dei gratia, vel dicit de puro corde, id est de puro intellectu, ut nihil nisi Deus supra omnia diligatur, ut dicit Aug. ibidem in glosa. Et subiungit. De conscientia bona, quod exponitur tribus modis. Primo sic, De conscientia bona: dirigente intentionem boni operis in finem omnium, scilicet Deum, &c. Secundo sic. Conscientia bona accipitur hic pro spe: vnde Aug. in glo. ibi sic ait. Ille enim se ad id quod diligit peruenturum esse desperat cui malæ conscientie scrupulus inest. Ille autem sperat qui bonam conscientiam gerit, quem vero pungit conscientia mala retrahit se a spe. Vbi nota, quod conscientia recta: vel bona habet spem, & certitudinem de vita æterna. Conscientia autem erronea non de qua dicitur Prouerb. 10. Spes impiorum peribit ut exponit. B. Tho in q. dispu. de veritate, de conscientia. q. 17. artic. 2. in solu. 8. argum.

Tertio sic. Conscientia bona est cui nec ratio decepta, nec voluntas peruersa nec memoria fuerit inquinata, & talis bonum habitaculum parat Deo ut Bernar. super cantica dicit. Secundo conscientia laudabilis, & appetenda est conscientia pura exclusionem criminis, de qua Ecclesiastici. 13.

Bona.

Explicatur illud ad Tim. 1. finis præcepti est caritas.

Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia, quod uerbū exponit duobus modis. Primò sic. Bona est substantia, idest possessio temporalis cui non est peccatū in conscientia. i. quæ nō est cōtra cōscientiam acquisita, uel retenta, uel dispēfata, uel cui nō est peccatū in conscientia, neq. ex acquisitione, neq. ex retentione, neq. ex dispensatione. Secūdo exponitur sic. Bona est substantia. i. sustentamentum quantumcūq. pusillū, uel modicū sit, bonum est si possidetur cum bona conscientia, & melior quam plena domus uictimis cum iurgio. Greg. Non est census in crimine, sed affectus. In psal. Diuitiæ si affluant & cæt. Tertiò conscientia laudabilis, & appetenda est conscientia sincera sine duplicitate intentionis. Actuum. 24. Studeo sine offendiculo conscientiam bonam habere ad Deum, & ad hoīes, ut bona conscientia sit per respectū ad Deū: bona fama per respectum ad proximū. Sed quid est melius, an bona fama an bona conscientia? Certè bona conscientia, ita dicit Seneca in lib. de moribus. Conscientiam magis quā famā intēde, & ponit de hoc rōnē dicens. Falli namq. poteris fama, conscientia uerò nunquam. Quartò cōscientia laudabilis est conscientia tranquilla sine remorsione uermis, unde Bern. in lib. de consideratione sic ait. Magnæ diuitiæ sunt bona, & tranquilla conscientia, & reuera sic est. Quid in rebus ditius? quid in corde dulcius? quid in terra quietius atque securius bona conscientia? damna rerum non metuit, non uerborum contumelias, non cordis cruciatus, quæ quippe etiam ipsa morte magis erigitur quā deiciatur. Et per oppositum pœna malæ conscientia est cōtinua: unde Chrysost. super Matth. sic ait. Conscientia rei semper in pœna est, mēs .n. mala semper cōscientia propriæ stimulis agitur, neq; .n. quiescit qui sentit cōscientia uermen, a quo nemo nocens absoluitur. ut dicit glosa super illo uerbo Eccl. 7. Scit conscientia tua, q̄ crebro malè dixisti, alijs.

Vbi nota, q̄ conscientia bona ostenditur tribus. Primò Deo ad gratiarum actionem beneficiorum collatione: unde Ecclesiastici 47. De omni corde suo, idest de omni bona conscientia, & toto intellectu, & affectu laudauit dominum a quo bona cū-

cta procedunt. psalm. Benedic anima mea Domino. Secundo conscientia bona ostenditur sibi ad habendam securitatem in tribulatione. Iob. 17. Non peccaui. &c. Tertiò bona conscientia ostenditur, proximo ad ædificationem in charitate, Matth. 5. Sicut luceat lux uestra.

CAP. XII.

Secundo alicuius conscientia est mala triplici ratione, uel quia est coinquinata, uel quia est cauteriata, uel quia perturbata. Primò est conscientia mala, est coinquinata, de qua dicitur ad Titum primo. Coinquinatæ sunt corum, & mēs, & conscientia. q. d. Eorum mens est coinquinata quantum ad intellectum, & conscientia est coinquinata quantum ad affectum, ita q̄ intellectiua uirtus, & affectiua sunt coinquinatæ. In psal. Inquinatæ sunt uia illorum. Secundo est conscientia mala quia cauteriata, de qua prima ad Thimo. 4. Habentes cauteriatam conscientia, idest corruptam praua cogitatione, & adustam malæ concupiscentiæ igne. Nam cauterium est corruptio carnis ex igne, uel per ignem facta. Tertiò est conscientia mala, quia est turbata, de qua Sapientiæ. 17. Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Quod uerbum exponitur tribus modis. Primò sic. Conscientia perturbata, idest inquieta, & crudelis eius qui non habet tranquillitatem præsumit sæua idest extollitur alios affligendo. Isaia 57. Cor impij quasi mare feruens. Tertiò mō exponitur sic. Conscientia perturbata ex remorsu uermis præsumit sæua, quia extollitur contra Deum peccate non timēs. Secdo exponit sic. Cōscientia perturbata, id est eius qui desperauit ex crimine semper præsumit sæua super se uentura antequam ueniant sicut fecit Cayn. Gen. 4. qui dixit antequam puniretur a Deo præ timore. Ego uagus, & profugus super terram, omnis qui uiderit me occidet me. Et Gregor. in moral. Dum nulla bonorum operum confidentia fulcitur anima, intrueri summam mentem trepidat quia ipsam conscientia accusat. Nam timor qui in desperationem inducit ex mala conscientia prouenit: unde Chrysost. super Matth. sic ait. Qui malæ conscientia

Exponitur illud sap. i. semper. n. p. sumit læua perturbata cōscientia

tiæ est, semper pusillanimis, & timidus ē: unde in desperationē cadit, vt Cayn fecit.

Mala cōscientia Vbi sciendum, q̄ mala cōscientia debet ostendi tribus, scilicet Deo, sibi, & sacerdoti. Primo sibi ipsi ad cognoscendum periculum suæ infirmitatis. Secundo Deo ad suscipiendum remedium, uel beneficium remissionis. in ps. Tibi soli peccaui, domine misere mei. Tertiò debet ostendi sacerdoti ad quærendum consilium satisfactionis, & beneficium absolutionis: unde Lucæ. 5. Vade ostende te sacerdoti. Req. expositio nem huius supra confessio.

De Contemplatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad contemplandum quattuor nos disponunt.
- 2 Vita cōtemplatiua principaliter in sola contemplatione Dei, consistit, secundariò uerò in contemplatione diuinorum.
- 3 Vita contemplatiua in uia habet octo effectus, quibus peruenitur ad contemplandum Deum in patria.
- 4 Vita contemplatiua quattuor excellentes conditiones habet.
- 5 Vita contemplatiua est in hac uita maxime delectabilis.
- 6 Vita contemplatiua est durabilis.
- 7 Vita contemplatiua est utilis ad merendum, & quæ sit maioris meriti an contemplatiua vel actiua.
- 8 Vita cōtemplatiua, simpliciter, & absolute est nobilior uita actiua.
- 9 Vita contemplatiua est nobilior actiua.
- 10 Vita actiua principaliter consistit in optimo agibili.
- 11 Vita contemplatiua excellit uitam actiuam in quattuor.

12 Vita actiua secundū quid excellit uitam cōtemplatiuā in quattuor

13 Proprietates uitæ cōtemplatiuæ respectum uitæ actiuæ sub figura Lyæ. & Rachelis.

C A P. I.



Contemplatio. Circa uitam contemplatiuam cōsideranda sunt tria. scilicet dispositio quæ exigitur, operatio qua attingitur, commendatio qua extollitur.

Primò circa uitam contemplatiuā cōsideranda est dispositio quæ exigitur. Nā mens nostra impeditur a contemplando propter uehementiam passionū seu inordinatarum affectionum. Contra has autē passiōes inordinatas quattuor sunt inter alia, quæ ad contemplandum nos incitat, & disponunt. scilicet amor charitatis, dulcor tranquillitatis, nitor puritatis, decor, uel candor castitatis.

Primò ad cōtemplandum enim nos incitat, & disponit amor charitatis, qđ tripliciter p̄bo, auctoritate, similitudine, rōne. Primò auctoritate Greg. super Ezech. sic dicentis. Contemplatiua uita est charitatem Dei, & proximi totā mente retinere, & soli conditoris desiderio inherere. Secundo hoc idē p̄bo similitudine sic, quia uirtus appetitiua seu desiderium alicuius mouetur ad aliquid sensibiliter, uel intelligibiliter aspiciendū, uel propter amorē rei uisæ, uel propter amorem uisionis, uel propter amorem delectationis ex qua ē amor intenditur, sic a simili spūaliter desiderium cōtemplationis procedit, & causatur primò ex amore Dei: unde Matth. 6. Vbi Thesaurus tuus, ibi est, & cor tuū. Secundo ex amore cognitionis Dei, quā quis inspectione, uel contemplatione cōsequitur. Nam ex dilectione inardescit animus ad eius pulchritudinē inspiciendā, vt Greg. ait. Tertiò ex amore, delectatiōis, unusquisq. enim delectatur cum adeptus fuerit id quod amat. Tertiò ex his concludo, q̄ charitas incitat, & disponit ad contemplandum triplici ratione. Primò ratione finis contemplationis qui est deus. Secundo ratione diuinæ cognitionis, quia contemplatio Dei est quædam cognitio nobi-

Primo
Oppos.

nobilissima. Tertiò rōne delectationis. Nam contemplatio delectationē annexā habet, similiter contemplatio Dei, terminatur ad delectationem quę est in affectu: quod patet, quia unusquisque delectatur cum adeptus fuerit id quod amat. Similiter ex delectatione Dei, per contemplationem adepti amor intenditur, per oppositum uerò ille cuius mens Dei, & proximi charitatem non habet, nō est habilis, uel dispositus ad contemplandum.

Secūda.

Secundò ad contemplandum nos disponit, & iuuat dulcor tranquillitatis: unde Greg. super Exech. dicit, q̄ uita contemplatiua calcatis curis omnibus ad uidendum faciem sui conditoris inardescit. Nā curas, uel sollicitudines omnium calcat, q̄ quietem in mente seruat: unde Bart. Aug. super psal. in matutinis domine meditor in te: sic ait. Beata si quidem illa anima apud quam deus requiem inuenit, negare ei requiem celi non poterit Hęc. B. Th. secunda secundæ. q. 180. art. 1. utrum uita contemplatiua habeat aliquid in affectu, in cor. q. & in sol. 2. arg. Et iterum. 3. scrip. sent. dist. 35. utrum contemplatiua uita consistat tantum in actu cognitiuæ: in cor. q.

Tertia.

Tertiò ad contemplandum nos disponit nitor puritatis, ita dicit Isid. in libr. de summo bono. In actiua uita p̄ exercitiū boni opis cūcta exhauriēda sunt vitia, vt in contemplatiua iam pura mentis acie ad contemplandum deum quisq. pertrāseat, Ratio autem huius est, quia nullus potest peruenire ad uidendum faciem creatoris nisi principaliter per munditiam mentis: unde Matth. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Et Cassianus in collationibus patrum sic ait. Quantò mens ad subtiliorem profecerit puritatē tantò sublimius videbit Deum.

Quarta

Quartò ad contemplandū deū nos disponit nitor, uel candor castitatis, nā uirtus castitatis maximè reddit hominē aptū ad contemplandum. Cuius ratio est, q̄a uita contemplatiua principaliter, & essentialiter consistit in actu rōnis, uel intellectus: temperantia uero seu castitas maximè reprimat concupiscentias, uel delectationes uenereas lumen rationis obscurātes, & maximè ad sensibilia deprimētes. Hęc. B. Th. secunda secundæ. q. 180. arti.

2. utrum uirtutes morales pertineant ad uitam contemplatiuam, in sol. 3. argum. in finē.

C A P. I I.

Secundo principaliter circa uitam contemplatiuam considerata est operatio qua attingitur, uel perficitur. Nam uita contemplatiua sanctorum præsupponit amorē amati. s. Dei, qd̄ patet; quia ipsa ab amore ipsius Dei contemplati procedit, ut patet c. præcedenti, unde uita contemplatiua principaliter consistit in sola contemplatione Dei. Consequenter uero ad uitā cōtemplatiuā p̄tinet cōtemplatio diuinorum effectuum ex quibus manducitur homo in Dei cognitione. Primò dico, q̄ uita contemplatiua principaliter in sola contemplatione diuinæ uirtutis cōsistit, q̄ tripliciter probo. s. ex ordine, ex nomine, ex fine. Primo ex ordine, quia in contemplatione principium quod est Deus queritur: unde Greg. super Exech. sic ait. Vita contemplatiua ad solum uidendum principium. s. Deum anhelat. Secūdo hoc idē probo ex nomine, quia nomen cōtemplationis significat principaliter illum actū quo quis Deum in seipso contemplatur. scilicet uisionem, uel cognitionem Dei. Tertio hoc idem patet ex fine: q̄a cōtemplatio diuinæ uirtutis est finis totius, humanæ naturæ: unde Aug. primo de Trin. dicit q̄ cōtemplatio Dei promittitur nobis actionum omnium finis atque eterna possessio gaudiorum, quæ quidem cōtemplatio ueritatis diuinæ alit̄. & competit nobis in uia & aliter in patria, quia dum sumus in uia cōtemplatio Dei conuenit nobis imperfectè. s. per fidem vñ Apost. prima Cor. 13. Videmus nunc p̄ speculū qd̄ quidem speculum scdm̄ Aug. in gl. ibid. dicitur tribus modis, uel ipsa aīa in qua p̄ rōnem tāquā in speculo cognoscimus Deū, uel fides, & ideo subditur. Et in enigmate. i. obscurè, q̄a fides facit nos credere quod non uidemus, uel ipsa creatura est speculum, quia sicut per speculum nō nisi imago rei, & nō res cernitur: sic per creaturā Dei imago, & non Deus cognoscitur. In patria uero contemplatio Dei erit p̄fecta quando. s. uidebimus eum facie ad faciem

ut ibidem subdit Apostolus, quasi dicat. Ista contemplatio quæ habetur de Deo, imperfecta est, quia per fidem. Illa uero erit perfecta, quia per speciem, ut Aug. ibid. in gl. exponit. Et hoc est quod dicit Apost. 2. ad Cor. 3. Nos autem reuelata facie gloriæ Dei speculantes in imaginem eandem transformamur a claritate in claritatem, nihilominus tamen etiam contemplatiua secundario considerat aliqua in quantum ad Dei contemplationem ordinatur sicut ad finem, puta creaturas ex quibus manuducitur homo in contemplationem, uel cognitionem Dei secundum illud Apostoli ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 180. art. 4. utrum uita contemplatiua consistat solum in contemplatione Dei argu. contra, & in cor. q. Et iterum. 3. scrip. sent. dist. 35. art. 2. q. 3. utrum omnis actus intellectus pertineat ad vitam contemplatiuam, in cor. q.

C A P. III.

AD Maiorem autem euidenciam capituli præcedentis est sciendum, quod uita contemplatiua unicum actum habet qui in hac uita inchoatur & quo finaliter in patria uita contemplatiua perficitur. scilicet contemplationem diuinæ ueritatis, ut patet c. præcedenti. Multos autem actus in uia habet quibus uita contemplatiua peruenit ad hunc actum finalem, scilicet ad contemplationem Dei facie ad faciem, ita quod ad uitam contemplatiuam pertinent diuersi actus, diuersi gradus, diuersi motus, diuersi effectus. Primò dico, quod uita contemplatiua in uia habet octo actus quibus ad contemplationem Dei in patria peruenitur, qui actus sunt contemplatio, meditatio, cogitatio secundum Richardum de sancto uictore, speculatio secundum Apostolum, admiratio secundum Bernardum, oratio, auditio, lectio. Primò enim Richardus de sancto uictore dicit, quod tres actus sunt pertinetes ad uitam contemplatiuam. scilicet cogitatio, meditatio, contemplatio. Qui sic ad inuicem distinguuntur, quia contemplatio est perspicax, & liber animi intuitus in res perspiciendas. meditatio est intuitus animi in ueritatis in-

quisitione occupatus, cogitatio autem est animi respectus ad euagationem pronus. Quartus actus est speculatio secundum Apostolum 2. ad cor. 3. qui sic ait. Nos autem reuelata facie gloriæ Dei speculantes, uide re autem aliquid per speculum est uidere per effectum eius in quo eius similitudo uelut in speculo relucet. Quintus actus est admiratio diuinæ maiestatis secundum Bernardum in libr. de consideratione: quæ admiratio est species timoris consequens apprehensionem alicuius rei nostram facultatem excedentis. Sextus actus est oratio, quia homo in oratione accipit cognitionem ueritatis a Deo, & ideo necessaria est oratio secundum illud. Sap. 7. Inuocaui, & uenit in me spiritus sapientiæ. Septimus actus est auditio uerbi Dei, quia per auditum uerbi Dei: homo accipit cognitionem diuinæ ueritatis ab alio, unde de Maria per quam uita contemplatiua designatur, dicitur Lucæ. 10. quod sedens secus pedes domini audiebat uerba illius. Octauus actus est lectio, secundum quod homo accipit cognitionem ueritatis ab eo, quod scriptum est. Hæc. B. Th. secunda secundæ. q. 180. art. 3. utrum ad uitam contemplatiuam pertineant diuersi actus: in cor. q. & in sol. 4. argum. per totum.

Secundò dico, quod ad uitam contemplatiuam pertinent diuersi contemplationis gradus: unde Richardus de sancto uictore ponit sex species contemplationis: quibus per creaturas quasi sex gradibus in Dei contemplationem ascenditur. Primus gradus est perceptio, uel cognitio sensibilibus seu corporalium. Secundus est dispositio, uel ordinatio eorundem. Tertio est progressus a sensibilibus ad intellectibilia. Quartus est consideratio absoluta intelligibilium in quæ per sensibilia deuenitur. Quintus est consideratio insensibiliu quæ per sensibilia non possunt cognosci sed per rationem. Sextus est consideratio intelligibilium quæ ratione humana nec inueniri possunt nec apprehendi, sed sola irradiatione diuini luminis: sicut illa quæ nobis de Trinitate traduntur, ut in hac cognitione perficitur contemplatio uiuæ. Vbi nota, quod quamuis ista sex consideret interdum contemplatiuus, non tamen in his principaliter uita contemplatiua consistit. Hæc Beatus Thom. secunda secundæ ubi

Sex sunt gradus contemplationis.

sup. ar. 4. utrū uita contemplatiua solum in Dei contemplatione consistat, in so. 3. arg. Et iterum. 3. scri. sent. dist. 35. ar. 2. utrum omnis actus intellectus ad uitam cōtemplatiuam pertineat, in sol. 3. argument.

Ad uitā cōtemplatiuā pertinent diuersi motus. Tertio dico, qd ad uitam contemplatiuam pertinent diuersi motus: unde Dionysius. 4. c. de diu. no. distinguit contemplationem per tres motus. scilicet circularē, rectū, & obliquum siue reflexū, quod ista rōne facit, quia in motibus corporalibus perfectiores, & primi sunt motus locales, ut 6. Physicorum probatur, & ideo eorum similitudine operationes intelligibiles describuntur. Motus autem localis principaliter sunt tres differentia. scilicet rectus secundum quem aliquid procedit ab uno in alium, obliquus, uel reflexus quasi compositus ex utroque circularis secundum quem aliquid mouetur uniformiter circa idem centrum, sic est in operationibus intelligibilibus, uel intellectualibus. Aliter tamen in anima, & aliter in Angelo, quod sic patet, nam motus rectus in anima est secundum, qd anima intelligendo procedit ab exterioribus sensibilibus in cognitionem intelligibiliū. Motus obliquus, uel reflexus in anima est ppter mēs diuinis illuminationibus. ratiocinando utitur. Motus uero circularis in anima est quando cessante discursu figitur intuitus animæ, in contemplatione unius simplicis ueritatis. Ad quod faciendū oportet, qd ab anima duplex deformitas amoueatur. Prima est, ut anima, relinquat exteriora & introeat ad seipsam. Secunda deformitas est per discursum rōnis ab uno in aliud. ut. scilicet cessante discursu ab uno in aliud figatur intuitus animæ in contemplationē unius simplicis ueritatis. In Angelis uero motus rectus non potest accipi scdm, qd in considerando Angelus procedit ab uno in aliud, quia in Angelis non est rōnis discursus: sed solum scdm ordinē suæ prouidentia. scilicet scdm, qd Angelus superior interiores illuminat p modos. Motus obliquus seu reflexus in Angelis est compositus ex utroq; motu. scilicet ex recto, & circulari, inquantū secundū contemplationē Dei inferioribus prouidet. Motus uero circularis inest inquantum uniformiter, & indefinenter absque principio, & fine intuentur Deū sicut motus circu-

laris carens principio, & fine uniformiter est circa idem centrum. Patet igitur ex præmissis quo modo Dionysius istos tres motus aliter assignat in anima, & aliter in Angelo. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 180. ar. 6. utrū contemplationis operatio conuenienter distinguatur p tres motus. scilicet circularē, rectum, & obliquum, in cor. q. & in solu. 2. & 3. argument. in fine.

Quarto, & ult. ad uitā contemplatiuam pertinent diuersi effectus ex quibus manuducit hō in cōtemplatione Dei in via. Unde Ber. in li. de cōsideratione dicit, qd quadruplex est species cōtemplationis, prima est admiratio maiestatis: secunda est cōtemplatio iudiciorū Dei: tertia est contemplatio beneficiorum eius, quarta est cōtemplatio præmissorum, ita qd prima species contemplationis est consideratio diuinæ maiestatis, secunda est consideratio diuinæ seueritatis: tertia est consideratio diuinæ largitatis, puta beneficiorum Dei: quarta est consideratio diuinæ pmissionis ex quib. manuducit homo in cognitionē operū Dei, & per consequens Dei per eius effectus: quod de singulis patet. Primo enim ex consideratione diuinæ maiestatis manuducitur hō in admirationē Dei, inquantū admiratio q̄ est spēs timoris cōsequitur apprehensionē alicuius rei in Deo excedētis facultatē nrām. Scdō ex cōsideratione diuinæ seueritatis iudiciorū Dei manducitur hō in contemplationē diuinæ iustitiæ, tertio ex consideratione diuinæ largitatis. scilicet beneficiorū Dei manuducitur hō in cōtemplationē diuinæ misericordiæ seu græ quasi p effectus exhibitos. Quarto ex cōsideratione diuinæ promissionis manuducit hō in contemplationē diuinæ bonitatis quasi p effectus exhibendo, ita qd primo consideratio, uel cōtemplatio diuinæ maiestatis est causa, ut admiremur, secundo consideratio iudiciorū Dei, est causa, ut conuertamur, & humiliemur, tertio cōsideratio diuinæ curialitatis. scilicet beneficiorū Dei est causa, ut regratiemur, quarto consideratio diuinæ promissionis est causa, ut speremus, & consolemur. Hæc B. Thom. secunda secundæ ubi supra. artic. 4. utrum uita contemplatiua consistat solum in contemplatione Dei in sol. 2. argument.

Cassianus etiam in collationibus patrū dicit.

effectus ad cōtemplationem p̄tinentes diuersi sunt.

Mens nra eleuat in cōtēplationē vel cognitionē
 nra ad Dei in pſenti vita Primò. n. cōsiderando
 Deū creaturarū pductionē, & gubernationē
 gatur cognosco Dei potētā infinitā, Scdò cōsi-
 quat- derando creaturarū ordinē, & pulchritu-
 ror cō dinē cognosco Dei sapiām infinitā. Ter-
 sidera- tiō cōsiderādo diuersa flagitia, & pēā cō-
 tionib. missa, & nō punita cognosco immēsam
 secūdū clementiā. Quartò cōsiderādo naturā hu-
 Cassia- manā a verbo asūptā, & reparā cognosco
 num. Dei ineffabilē grām, & misericordiā co-
 piosam. Et pmissis ergo patet: q̄ cōtēplati-
 uus ē cōsiderat alia inquantū ad Dei cō-
 tēplationē ordinantur, putā creaturas in
 q̄b. admirat diuinā maiestātē, & sapiām,
 & bñficia Dei ex quib. inardescit in eius
 amorē, & ppter ea pēā ex quorum ablu-
 tione mūdatur cor, ut Deū uidere possit.
 Et ppter hoc Bern. secundā speciē cōtē-
 plationis ponit qua quisq; Dei iudicia,
 & peccata sua recogitat: ut patet sup. Hæc
 B. Th. 3. scri. sen. dist. 35. art. 2. q. 3. vtrum
 omnis actus intellectus ad vim pertineat
 contemplatiuam in cor. quæst.

C A P. III.

Tertio principaliter circa uitam con-
 tēplatiuam consideranda est cōmē-
 datio qua ex tollitur. Nam uita contēpla-
 tiua quattuor excellentes cōditiones hēt
 s. nobilitatem, delectabilitatem, diuturni-
 tatem, utilitatē. Est. n. uita contemplatiua
 nobilis delectabilis, diutabilis, utilis. Pri-
 mō uita contemplatiua est nobilis, quod
 probo spāliter duplici ratione. s. ex parte
 eius qd̄ aspiciat, q̄ est summū, & ex parte
 eius quo aspiciat qd̄ ē optimū. Prima rō
 quare uita contemplatiua est nobilis est
 ex parte eius quod aspiciat quod est men-
 tibus summū, quia uita contemplatiua
 aspiciat ipsum Deū, qui est summū bonū.
 Quod aut uita contemplatiua aspiciat
 ipsum Deū ex significatione noīs patet,
 quia nomē cōtēplationis significat illū
 actū quo quis Deū in seipso cōtēplatur.
 Et per hoc differt cōtēplatio a specula-
 tione, quia speculatio, magis nominat il-
 lū actū quo quis diuina in rebus creatis
 quasi in speculo aspiciat, hanc rationē, &
 distinctionem assignat. B. Tho. 3. scrip.
 sent. di. 35. art. 2. q. 3. vtrum omnis actus

intellectus ad uitam cōtēplatiuam perti-
 neat, in cor. q. Scdā rō quare uita cōtēpla-
 tiua est nobilis est ex parte eius quo aspi-
 cit qd̄ est optimū, q̄a uita cōtēplatiua
 conuenit homini scdm illud qd̄ in hoīe
 est optimū. s. scdm intellectū: ergo ipsa vi-
 ta cōtēplatiua nobilior est actiua q̄ cō-
 uenit hoī scdm sensū. Hanc rōnē tangit.
 & assignat B. Thom. 2. 2. q. 182. arti. 1. v-
 trū uita actiua sit potior contemplatiua,
 in cor. q. in principio. Et est prima eius
 rō de nouem rationibus quas ibi ponit.
 Sed q̄a in prima rōne dictū est, q̄ contē-
 platio signat illū actū, quo q̄s Deū in se-
 ipso cōtēplat, uel aspiciat, posset aliq̄s q̄-
 rere, utrū uita cōtēplatiua s̄m statum
 pntis uitæ possit pertingere ad uisionē di-
 uinæ essētiæ. Resp. & dico, q̄ nō. Hoc aut
 dupliciter pbo. Primò auctoritate B. Gr.
 super Ezech. sic dicētis. Quandiu in hac
 uita mortali carne uiuitur, nullus ita cō-
 tēplationis uirtute pficit, ut in ipso in-
 circūscripti luminis radio mētis oculos
 infingat. Secūdò hoc idē probo rōne sic.
 Cōtēplatio humana s̄m statū præsenti-
 tis uitæ non pōt esse absq; fantasmatib.
 quia connaturale est homini, ut species
 intelligibiles in fantasmatibus uideat; si-
 cut dicit Philosophus in 3. lib. de anima,
 sed per nullam speciem, uel similitudinē
 creatam sensibilem: uel intelligibilem di-
 uina essentia uideri potest ergo &c.

Vbi nota, q̄ in hac uita pōt esse aliquis
 dupliciter, uel ut actualiter utens sensib.
 uel ut potentialiter utens sensib. Primò
 ut actualiter utens sensibus & sic contem-
 platio præsentiis uitæ nullo mō eleuari
 potest ad Deū per essentiam aspiciendū,
 ut patet in rōne præmissa. Scdò anima
 existens in corpore pōt considerari non
 ut actualiter, sed ut potentialiter utēs sen-
 sib. inquantū anima existens coniūcta cor-
 pori, ut forma, non actualiter utatur sen-
 sib. & aut imaginatione sicut accidit in
 raptu Pauli. Et potest cōtēplatio huius
 uitæ pertingere ad uisionē diuinæ essen-
 tiæ: unde supramus gradus contempla-
 tionis præsentiis uitæ est qualis habuit
 Paulus in raptu secundum quem fuit me-
 dio modo se habens inter statū præsenti-
 tis uitæ, & futuræ. Hæc B. Thom. secun-
 da secundæ q. 180. art. 5. vtrum uita con-
 templatiua secundum statum huius ui-
 tæ pos-

Vita cō-
 templa-
 tiua an
 possit i
 hac uita
 pertin-
 gere ad
 uisionē
 diuinæ
 essētiæ.

Vita cō-
 templa-
 tiua est
 nobilis.

et possit pertingere ad visionē diuinæ essentia, argumen. contra : & in cor. q. & in so. 2. argum. Requi. supra. Beatitudo, & infra Raptus, & infra Visio diuinæ essentia.

CAP. V.

SECUNDO dico, q̄ vita contemplatiua est delectabilis, habet enim contemplatio Dei, (que est principalis actus vitæ contemplatiuæ) delectationem maximam, quod quadrupliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, similitudine, comparatione. Primò probo auctoritate Sapient. 8. ubi loquens de cōtemplatione Dei sic ait. Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tedium conuictus eius, sed gaudium, & lætitiā. Secundò hoc idem probo ratione sic. Aliquid enim est alicui delectabile duplici ratione. Prima est ex parte operationis conuenientis, quia unicuique est delectabilis operatio quæ ei conuenit secundum naturam suam, sic homini prout est animal rationale delectabile est contemplari veritatem. nā omnes homines natura scire desiderāt. Secūda ratio est ex parte obiecti eminentis, & p̄ficientis inquā tum aliquis delectatur cum rem amatam contemplatur, & propter hoc homines in cognitione veritatis delectantur. Tertiò hoc idem probo similitudine in visu corporali, nam visio corporalis duplici ratione est delectabilis. prima est ex eò q̄ ipsum videre est delectabile. Secunda est ex eò, quòd quis videt personam amatam. Sic à simili vita contemplatiua est delectabilis duplici ratione, prima est ratione ipsius contemplationis, secunda est ratione ipsius diuini amoris, vnde Grego. sup Ezech. dicit, q̄ cū aliquis ipsum quē amat viderit in amore ipsius amplius inardescit. Quartò hoc idem probo comparatione. Vbi nota, quòd sicut contemplatio Dei in hac vita est imperfecta respectu contemplationis patriæ, ita etiam delectatio contemplationis viæ est imperfecta respectu delectationis contemplationis patriæ, de qua delectatione in psal. dicitur. Torréte voluptatis tuæ potabis eos, nihilominus tñ cōtemplatio dei in via etsi sit imperfecta respectu cōtemplationis patriæ, est tamē delectabilior oī alia delectatiōe,

vel quacunque alia alterius rei cōtemplatione, & hoc propter excellentiam rei. scilicet Dei cōtemplati, quæ tantum placet. hoc autem dupliciter probo. scilicet auctoritate, & figura. Primò auctoritate Greg. super Ezech. sic dicentis. Contemplatiua vita amabilis valde dulcedo est quæ super semetipsam aīam rapit, cēlestia aperit, spiritualis mētis oculos patefacit. vnde post agnitionem, & gustationem illius suauitatis alia contemnuntur. q̄ secundò sub figura ostēdo, dicitur enim Gen. 3. 2. quod postquā Iacob dixit. Vidi dñm facie ad faciē, claudicabat pede, eò q̄ tetigerit angelus neruū femoris eius, & obstupuerit. vnde Greg. super Ezech. sic ait. Iacobus post contemplationem vno pede claudicabat, quia necesse est vt debilitato amore seculi, cōualescat aliquis ad amorem Dei. Et ideò post agnitionem, & gustationem suauitatis Deo, unus in nobis sanus pes remanet atq; alius claudicat. Omnis. n. qui vno pede claudicat solum illi pedi innititur quē sanum habet. Hęc B. Tho secunda secundæ. q. 780. ar. 7. utrū contemplatio delectationem habet per totum.

CAP. VI.

TERTIO principaliter dico, q̄ uita contemplatiua est durabilis. Nam uita cōtemplatiua est diuturna dupliciter, & secundum naturā, & quòd ad nos, uel ex parte sua, uel ex parte nostra. Primò dico, q̄ uita cōtemplatiua secundum suam naturam est diuturna, & hoc duplici ratione. Prima est, quia uersatur circa incorruptibilia, & immobilia, scilicet circa diuina. Secunda est, quia non habet contrarietatem, delectationi enim quæ est in cōtemplando, uel diuina considerando nihil est contrariū, ut dicitur in 1. Topi. & hoc idē patet ca. præce. Secundò uita cōtemplatiua est diuturna quòd ad nos uel ex parte nostra: & hoc duplici rōne. Prima est quia competit nobis secundum actionem incorruptibilis partis aīæ. s. secundū intellectū. Secunda est, q̄a in operibus uitæ cōtemplatiuæ corporaliter nō laboramus, unde in huiusmodi operibus magis cōtinuē persistere possumus & ideò uita contemplatiua post hanc uitam potest dura-

re. Vita autem actiua cessat, nec post hanc vitam durare potest, ut patebit infra Vita actiua. Et per hoc dicitur Lucæ. 10. de Maria per quam vita contemplatiua designatur, Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea.

Ad cuius euidentiâ nota duo. Primum est quod vita contemplatiua quantum ad modum contemplationis viæ non remanet in patria. Cuius ratio est quia modus contemplationis viæ est per fidem quæ non manet in patria: unde dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 13. Scientia destruetur, manet tamen modus contemplationis viæ in patria quantum ad actum charitatis in qua contemplatio, & principium, & finem habet: hoc est quod dicit Gregorius super Ezech. Contemplatiua vita hic incipit: ut in coelesti patria perficiatur, quia amoris ignis qui hic ardere inchoat cum ipsum quem amat viderit in amore ipsius amplius ignescet. Secundum est, quod vita contemplatiua non potest diu durare quantum ad summum actum, vel gradum contemplationis, qui est, ut attingat ad uniformitatem diuinæ contemplationis quæ est in patria, ut Dionysius. 4. cap. de diuino nomine dicit. Tamen quantum ad alios contemplationis actus potest diu durare, ut ex rationibus supradictis patet. Hæc. B. Thom. secunda secundæ. q. 180. arti. 8. utrum vita contemplatiua sit diuturna, arg. contra & in cor. q. & in solu. 1. & 2. arg.

CAP. VII.

QUARTO principaliter dico, quod vita contemplatiua est utilis ad merendum. Sed forte quæres, quæ est maioris meriti an contemplatiua, vel actiua? Respondeo premitens duas distinctiones, scilicet de merito, & de vita actiua. Primum enim distinguo de merito, & dico, quod duplex est meritum, scilicet dimissionis culpæ, & consecutionis gloriæ.

Primo ergo loquendo de merito dimissionis culpæ maioris meriti dicitur esse vita actiua quam contemplatiua quod tripliciter probatur, scilicet auctoritate, ratione, & similitudine. Primum auctoritate Gregorius super Ezech. sic dicentis, nullum sacrificium est magis acceptum Deo, quam regimen, vel salus, vel zelus animarum, sed

per zelum salutis animarum aliquis se conuertit ad opera vite actiue. ergo vita actiua est maioris meriti. Secundum hoc idem probatur ratione sic. Merces debetur labori, secundum illud Apostoli. 1. ad Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum, sed vita actiua est laboriosior in quantum satagit circa frequens ministerium, ut dicitur Lucæ. 11. vita autem contemplatiua in quadam quiete consistit: unde vita actiua plus habet de ratione satisfactionis: ergo est maioris meriti. Tertium hoc idem probatur similitudine humane amicitie comparata ad diuinam, quia in humana amicitia hoc videmus, quia verus amicus magis querit bonum amici, quam de eius presentia delectari, sic in diuina amicitia fortioris, vel maioris charitatis secundum genus suum, videtur hoc ipsum esse. scilicet quod homo pretermissa consolatione qua in Dei contemplatione reficitur, gloriam Dei in aliorum conuersione querat. Ita dicitur ad Romanos. 9. Optabam anathema esse a Christo pro fratribus meis. quod dicitur desiderabam ad tempus, vel ad horam separari a Christo, non quod quidem per culpam, quia nulli licet peccare, sed ut alijs beneficiat, sed per poenam in quantum affectabat a diuinæ contemplationis dulcedine separari ad horam, ut voluntatem Dei præferret, & proficeret in animarum salutem. Secundum dico, quod loquendo de merito consecutionis gloriæ vita contemplatiua est maioris meriti quam actiua: quod tripliciter probatur auctoritate, ratione, & signo. Primum auctoritate Gregorius super Ezech. sic dicentis. Magna sunt vite actiue merita, sed vite contemplatiue potiora. Secundum probatur hoc idem ratione sic. Meritum magis consistit in dilectione Dei quam proximi: sed in vita contemplatiua homo magis insistit dilectioni Dei, in actiua etiam vita magis insistit homo in dilectione proximi, ergo vita contemplatiua est maioris meriti quam vita actiua. Tertium hoc idem ostendo signo expressiori. Vbi nota, quod aliter labor exterior auget præmium, & aliter charitas quia labor exterior operatur ad augmentum præmij accidentalis: charitas verò operatur ad augmentum præmij essentialis. nam augmentum præmij essentialis principaliter consistit in charitate, & ideo si labor exterior toleratur propter Christum

Duplex
est meri-
tum.

sum est signum charitatis, multò expref-
fius signum charitatis est, q̄ aliquis præ-
termiffis omnibus quæ ad uitam ptinēt
foli contemplationi diuinæ uacare dele-
ctetur. Secundò distinguo de uita actiua,
& dico, quòd uita actiua hēt duas partes.
Prima est qua circa fui moderationem,
vel gubernationem studet. Secūda est qua
quis profectui aliorum inuigilat. Dico
ergo quòd uita contemplatiua quantum
ad intentionem meriti est minoris me-
riti illa parte uitæ actiue quæ circa
fui moderationem & prouisionem studet,
& est maioris meriti illa parte uitæ actiue
q̄ profectui aliorū inuigilat, & ex præmis-
sis patet, ita quod hæc uidetur se habe-
re sicut excedentia, & excessa. Hęc. B. Th.
3. script. sent. dist. 35. art. 4. q. 2. utrum uita
contemplatiua sit maioris meriti quàm
actiua, uel ē conuerso, in cor. q. Et iterum
secunda secundæ q. 18. art. 2. sub eodem
tit. arg. contra, & in cor. q. & in sol. 1. arg.

CAP. VIII.

Quarto, & ultimò circa uitam con-
templatiuam, considerata est cō-
paratio qua præfertur. Nam uita cō-
templatiua simpliciter, & absolutè potior
est uel nobilior uita actiua. Hoc autem
quattuor rationibus probo, scilicet ratio-
ne operationis, dilectionis, delectationis,
quietationis. Primò rōne operationis, sic.
Illa uita simpliciter, & absolutè est nobi-
lior, cuius actus, uel operatio est nobilior.
Sed operatio uitæ contemplatiue est no-
bilior operatione uitæ actiue, ergo &c.
Quod autem actio uitæ cōtemplatiue sit
nobilior, & perfectior operatione uitæ a-
ctiue probo duplici ratione. Primò ratio-
ne principij a quo producitur, quia actio
uitæ contemplatiue conuenit homini se-
cundum illud quod est optimum in ipso,
secundum intellectum. Secundò ratione
obiekti quod attingitur, quia per hanc a-
ctionem intellectus. s. per contemplatio-
nem attingitur obiectum nobilissimum,
quod est Deus, ab his duob. deficit opera-
tio uitæ actiue, nam in operationibus ui-
tæ actiue communicant etiam uires infe-
riores quæ sunt communes nobis, & bru-
tis.

Secundò, quòd uita cōtemplatiua sim-
pliciter nobilior sit uita actiua probo ra-
tione dilectionis sic. Ratio exigit natura-
lis, quòd sit amor est boni, cō quòd nihil
amatur nisi sub rōne boni maior amor
debet esse maioris boni. sed uita contem-
platiua magis diligitur quàm uita actiua
ergo &c. Qd̄ aut uita contemplatiua ma-
gis diligitur quàm actiua tali ratione o-
stendo. Illud quod propter se diligitur ma-
gis diligitur, quàm illud quod diligitur pro-
pter aliud, sed uita actiua propter aliud di-
ligit. s. propter illud ad quod ordinat, ui-
delicet propter uitā cōtemplatiuā: uita au-
tem cōtemplatiua diligitur propter seip-
sam tāquā ultimus finis. Ita dicit Aug. in
lib. de Trin. s. quòd uita cōtemplatiua q̄
in clara Dei cognitione consistit, promit-
titur nobis, ut finis omnium actionum,
& æterna possessio gaudiorū: uita autem
actiua ad aliud finaliter ordinatur: ut pa-
tet: unde in psalm. Vnam petij a domino
hanc requiram &c. Vbi gl. sic ait. Vnam.
s. rem, idem ipsum Deum petij a domino:
quasi dicat secūdū gl. quòd mali quidem
multiplicia quærun: ego tantum unam
rem, scilicet ipsum Deum uidere, & habe-
re quæro, Vel aliter secundum Gl. Hiero.
Vnā. i. unum, scilicet ipsum Deū: quare
quia unū est necessarium. s. habere Deū,
Et subditur: Et in habitem in domo do-
mini, id est in ecclesia fidelium, & nume-
ro, & merito. Omnibus dieb. uitæ meæ. i.
quādiu uiuo, & nulla aduersitas ab unitate
fidelium me excludat. Hęc ibidem in
glo. Terriò quòd uita contemplatiua sim-
pliciter nobilior, uel melior sit actiua pro-
bo ratione delectationis, quia maior est
delectatio uitæ contemplatiue quā acti-
ue, cō quòd uita contemplatiua habet
delectationem sine amaritudine, uita ue-
rò actiua amaritudinē habet annexam.
unde super illo uerbo Lucæ. 10. Martha
Martha sollicita es, & turbaris erga pluri-
ma. Aug. in lib. de uerbis domini sic ait.
Martha Martha. Repetitio nominis indi-
ciū est dilectionis aut fortè mouendæ in-
tentionis, bis uocata audit. Turbaris erga
plurima. i. circa multa es occupata: uult
enim homo occurrere quādo ministrat,
& aliquando non potest, quæritur quod
deest, paratur quod deest, distenditur ani-
mus, ideo dicit. Turbaris erga plu-
rima.

Exponi-
tur illud
Luc. 10.
Martha
Martha
turbaris
erga plu-
rima.

Nam

Nam dum Marta turbabatur Maria epulabatur. Vel aliter. Turbaris erga plurima. q.d. Multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia, quia temporalia sunt in quibus turbaris. Sed certè unū est necessarium, in quo nulla potest esse perturbatio, pponit vnū .n. multis, non .n. a multis unum, sed multa ab uno, vnde vnū est necessariū. s. Deus cui adhærere bonum est, unum sunt pater, & spiritus sanctus: ad hoc vnum non nos perducit nisi multi habeamus cor vnum. Hæc Aug. ibidem. Quartò quòd vita contemplatiua simpliciter melior sit a ctiua, pbo rōne qetationis sic. Quies melior est motu, qui & laborem, & indigentiam continet, sed vita actiua est in labore continuo, vita uerò cōtemplatiua est in quiete, quod figuratur Lucæ. 10. per Martham, & Mariam. Nam de Martha p quā vita actiua significatur, dicitur q Martha satagebat circa frequēs ministerium. De Maria uerò per quam vita cōtemplatiua designatur, dicitur, q sedens audiebat verbum domini: ita q Martha stās laborat. Maria sedens quiescit. Martha reficit carnem in qua est uerbum. Maria uero reficitur uerbo incarnato. Ita dicit Gregor. Vita actiua pascit dominum, uita uerò cōtemplatiua pascitur a domino. Patet igitur ex præmissis, q uita actiua est in sollicitudine, & labore, uita uerò cōtemplatiua est in quiete, unde in psal. Vacate, & uidete quoniam ego sum Deus &c. Dicit autem vacate, & ratio huius est, quia oportet uacare ab omnib. reb. mutabilib. si quis uult venire ad cognitionem rei immutabilis: vnde Greg. Vacāt qui terrenarū actionū strepitus pro diuino amore intermittēdo postponunt, ne dum in uia indefinenter occupātur cor funditus a summis cadat. Albertus sic exponit super psalm. Vacate a peccatis, a negotijs seculi, a perturbatio nib. animi. Et subditur uidete, scilicet mēte quæ quantò fuerit purior, tanto uerum facilius, & clarius intuebitur. Et subiūgit, ad quem finem, uel ad quid debeat quis uacare, & uidere, scilicet uel ad cognoscēdum Christum esse Deum: ideò dicit, Videte qm ego sum Deus, & non alius Deus præter me. Vel ideò dicit vacate, & uidete. s. contemplationi ad ostendēdum, q per contemplationem nō quæritur nisi Deus q cognoscatur p fidē, uel p uestigiū

in creaturis in uia, & postmodum p faciē s. in seipso in patria. Vbi nota, q a negotijs secularib. sequestratus homo soli Deo vacat dupliciter, s. per lectionem, & p orationem. Primò per lectionem in quantum homo, Deū loquentē in scripturis audit. Secundò per orōnē in quantum deo loquitur, ut dicit. B. Th. 4. scr. sent. ut patebit infra. Hug. aut de sancto Victore posuit tres contemplationis partes primā lectionē, secundā orationem, tertiā meditationē, q ad utranq; .s. ad lectōnē, & ad orationem se habet quasi medium inter ea, quia ex hoc, q Deus nobis loquitur in scripturis ei per meditationem intellectu, & affectu præsentamur, & sic pnti ei, uel pntem eū habens ei loqui possumus per orationē. Hæc B. Th. 4. scr. sen. dist. 15. de oratione, art. 19. q. 2. utrū oratio sit actus doni, uel virtutis, in sol. 1. argu. Tanguntur autem ibid. duo. Primò sequestratio a terrenis ibi. s. in psal. 45. Vacate. Secundò consideratio mentis de diuinis, ibi, Et uidete. Nā uacatio est dispositio ad ipsam cognitionem, & supra eodē psal. dicuntur. duo. s. uenite, & uidete, hic similiter dicuntur duo vacate, & uidete. Sed quare supra additej. Venite. Respōdeo, q sine accessu fidei nō ualet cōsideratio, & cognitio Dei: dicit ergo Venite, & uidete. In quib. uerbis tāgitur duplex cognitio q habetur de Deo. s. p opera, & p seipsum. Primò ostēditur, q Deus cognoscitur in operib. ibi Venite. s. per fidē, ad Hæbr. 11. Credere oportet accedēte ad Deū quia est, & q inquirentibus remunerator sit, & uidete opera Christi, uel Dei q ipse sit Deus. q.d. Primò accedite ad locū per fidem, & postea uidete per lucem. & quæ duo. s. miracula magna, ideò dicit. Fecit prodigia super terram: & pacem inordinatam: ibi Arcum conteret &c. Duo enim mirabilia erāt. Primum fuit de suscitatione mortuorum, & sanatione infirmorum: & de alijs quæ narrantur in euangelio: posuit. n. prodigia super terram, sicut, q uirgo peperit, q stella Magis apparuit, quòd Angelorum chorus natiuitatē domini pdicauit, quòd infirmos sanauit, mortuos suscitauit. Requie infra Miraculū. Secūdū mirabile, quòd tēpore natiuitatis data fuit uniuerso mūdo pax, iō dicit. Arcū cōteret &c. In quo not. quòd tēpore natiuitatis Xpi fuit

Obiect. in mundo pax generalis: Isaie. 2. Conflabunt gladio suos in uomeres, & lanceas suas in falces quæ opera aperte ostendunt Christum esse Deum. Spiritualiter verò intelligitur de argu. malæ intentionis, & armis malæ operationis, & scuto peruersæ defensionis in peccatis, si ergo combusta sunt arma, subdit Vacate, & uidete quoniam ego sum Deus. Vacate omnes homines a bellis. Et uidete. i. intelligite quoniam ego sum Deus. Hæc Aug. in gl. In quibus ostendit, quod Christus, uel Deus cognoscitur per seipsum, ibi. Videte quoniam ego sum Deus, & non alius, Deut. 32. Vbi sunt Dij eorum? &c. Baruch. 3. Hic est Deus, & non estimabitur alius: uidete quod ego sum solus, & non alius præter me absq. me non est Deus &c. Quamuis autem uita contemplatiua simpliciter nobilior sit actiua, sicut patet per quattuor rationes, tamen secundum quid, & in casu magis est eligenda uita actiua propter necessitatem præsentis uitæ sicut etiam philosophus dicit in 3. Topi. quod philosophari est melius quam ditari, sed ditari melius est, quod ad necessitatem patientis. Hæc b. Th. 2. 2. q. 182. art. 1. utrum uita actiua sit potior contemplatiua, in cor. q. ratione 2. 3. 5 & 6.

CAP.

IX.

Secundo præter quattuor rationes præmissas in c. præced. ostendo etiam, quod uita contemplatiua simpliciter potior, vel nobilior est uita actiua quattuor alijs rationibus. scilicet ratione maioris sufficientiæ, efficaciam, conuenientiæ, permanentiæ.

Primò ratione maioris sufficientiæ sic: Illa uita est nobilior, in qua homo est magis sibi sufficiens, & paucioribus indigens. Sed in uita contemplatiua est magis sibi sufficiens, quia paucioribus ad eam indiget. Ad uitam autem actiuam plura sunt necessaria ad quæ homo non est semper sufficiens, ergo &c. unde Luc. 20. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: ubi Aug. in lib. de uerbis domini sic ait, Martha laborat: Maria uacat, erat. n. Maria intera dulcedini uerbi domini: a Martha conuiuium domino parabatur, in conuiuium Maria iocundabatur.

Et subdit Aug. ibidem dicens: Si. n. uita actiua fuisset nobilior diceret ei. scilicet Mariæ: Surge, & uade adiuua sororem tuam Martham, sed non dixit: mira. n. suauitate tenebatur, quæ profecto maior est mentis quam uentris. Hæc Aug. ibidem. Secundo uita contemplatiua est nobilior ratione maioris efficaciam sic: Illa uita est nobilior, quæ est efficacior ad merendum. Sed uita contemplatiua est maioris meriti, quam actiua, ut patet supra ergo &c.

Sed forte argues in contrarium sic: Gre. **oblecta** dicit super Ezech. quod nullum sacrificium est Deo magis acceptum quam zelus animarum: sed per zelum animarum aliquis se conuertit ad studia, & opera uitæ actiue, ergo uita actiua est nobilior uita contemplatiua. Respondetur, & dico, quod sacrificium spiritualiter offertur Deo cum aliquid exhibetur ei. Inter omnia autem bona hominis, Deus maximè acceptat bonum humane anime, ut sibi sacrificium offeratur. Offerre autem debet aliquis Deo primò quidem animam suam, secundum illud Eccl. 30. Miserere anime tue placens Deo. Secundò autem animas aliorum, secundum illud Apoc. ult. Qui audit dicat ueni.

Quantò. n. homo animam suam vel alterius propinquius coniungit Deo, tantò sacrificium est magis acceptum Deo, unde magis acceptum est deo, quod aliquis animam suam, & aliorum applicet contemplationi quam actioni, unde per hoc q. b. Greg. dicit, quod nullum sacrificium est Deo magis acceptum quam zelus animarum, quia non præfertur merito uitæ actiue merito uitæ contemplatiue: sed ostenditur magis esse meritorium, si quis offerat animam suam, & aliorum Deo quam quæcunq. alia exteriora dona. Hoc modo soluit B. Th. & exponit auctoritatem beati Gregor. secunda secundæ. q. 182. art. 2. utrum uita actiua sit maioris meriti quam contemplatiua, in sol. 3. arg.

Tertiò uita contemplatiua est nobilior uita actiua ratione maioris conuenientiæ sic: Quantò uita alicuius est cœlesti uitæ similior, tantò est nobilior, sed uita contemplatiua est similior uitæ cœlesti quam actiua, quia sicut dicit Augustinus ultimo libro de ciuitate Dei: In cœlesti uita uocabimur, & uidebimus, uidebimus, & amabimus, amabimus, & laudabimus,

H h bimus,

Obiect.

bimus, & hoc pertinet ad uitam contemplatiuam, ergo ratione similitudinis quā uita cōtemplatiua habet cum uita, cēlesti, uita contemplatiua est nobilior uita actiua. Hanc rationem assignat b. Tho. 4. scri. sen. dist. 35. art. 4. q. 1. utrum uita actiua sit nobilior contemplatiua, arg. 2. contra.

Quartò uita contemplatiua est nobilior uita actiua ratione permanētiæ, quia uita contemplatiua, & in præsenti uita potest esse magis continua, licet non quantū ad summum contemplationis gradum, & in futura uita erit perpetua, quia semper durabit. Hanc rationem assignat dominus, Lucę. 10. Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea: quæ uerba b. Aug. in libro de uerbis domini, duob. modis exponit. Primò sic: Quare optimam partem, quia non auferetur ab ea, quasi diceret: A te auferetur aliquando munus necessitatis. Non enim cum ueneris ad illā patriam inuenies peregrinū quem suscipias. Secundo modo exponitur sic: A te auferetur opus uitæ actiue non quasi sit malū, sed ut quod est melius, detur, quia auferetur a te labor ut requies detur, tu nauigas, illa in portu est. Et Gre. super Ezech. sic ait: Dum præsenti seculo uita auferetur actiua, contemplatiua autem hic inchoatur, ut in cælesti patria perficiatur. Cuius rationē assignat b. Th. dicens, quod ideo post hanc uitam, uita actiua finietur, quia uita actiua occupatur circa exteriora, quæ in futura uita cessabunt quando corpus erit non animale, sed spirituale, uita autē contemplatiua uersatur circa interiora, quæ nunquam cessabunt. Quod confirmat B. Tho. auctoritate b. Augustini in fide de ciui. Dei, sic dicentis: Deus autem sine fine uidebitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur, hoc munus: hic affectus: hic actus erit in omnibus.

Hec Tho. secunda secundæ q. 181. artic. 4. utrum uita actiua maneat post hanc uitam, arg. contra. & in cor. q. Et iterum ibidem. q. 182. 1. utrum uita actiua sit potior quam uita contemplatiua: uel e conuerso in cor. q. ratione, 2. 4. & 9.

CAP. X.

Postquam dictum est de uita contemplatiua dicendum est de uita actiua, de qua consideranda sunt duo, scilicet cōsistentia, & eminentia. Primò enim consideranda est consistentia, scilicet in quo uita actiua consistit. Sicut enim uita contemplatiua consistit principaliter in optimo intelligibili, ita actiua consistit principaliter in optimo agibili. Primò dico, quòd uita contemplatiua consistit principaliter in optimo intelligibili inquantū ipsa principaliter ordinatur ad cognoscendum, & contemplandum optimū intelligibile, qđ est Deus. unde principalis actus uitæ contemplatiue est contemplari ipsum Deū, uel in seipso, uel prout relucet in creaturis, ut supra patet. Et hoc est quod dicit b. Gre. super Ezech. Vita contemplatiua est charitatem Dei, & proximi tota mente retinere, exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, ut iam nihil habere libeat, sed calcatis curis omnib. ad uidendum faciem sui creatoris animus inardescat. Secundò dico, quod uita actiua principaliter consistit in optimo agibili inquantum ipsa principaliter ordinatur ad bonum circa proximum operandum: unde Isido. in lib. differentiarum sic ait: Vita actiua est quę in operibus iustitiæ, & proximi utilitate uersatur. Et beat. Greg. super Ezech. sic ait: Actiua uita est panem esurienti tribuere: verbo sapientie nescientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis uiam superbientem proximū reuocare. Infirmantis curam gerere, quę singulis, & quibuscunque expediant dispensare, & commissis nobis qualiter subsistere valeant providere. Hæc b. Tho. 3. scrip. sen. dist. 36. art. 3. utrum uita actiua principaliter consistat in his, quæ sunt ad alterum, argum. contra, & corp. q. Requ. de uita contemplatiua, in quo actu principaliter consistat supra. 2. cap.

obiect.

CAP. XI.

Secundo principaliter consideranda est circa uitam contemplatiuam, & actiuam eminentiam, scilicet quæ istarum est potior uel melior. Vbi nota, q̄ istæ duæ uitæ se habent ad inuicem sicut excedentia & excessa: quod patet primo de uita contemplatiua, secundo de actiua. Primo. n. dico, q̄ uita contemplatiua excellit uitā actiuam in quattuor, scilicet, quia est dignior, securior, iocundior, diuturnior. Primo. n. uita contemplatiua excellit actiuā, quia est nobilior, & dignior; quod tali ratione ostendo: Dignitas significat bonitatem alicuius propter seipsam, sed uita contemplatiua propter seipsam diligitur, & quæritur: uita autem actiua solum principaliter diligitur, & quæritur propter aliud. scilicet in quantum ad utilitatem proximi ordinatur, ergo uita cōtemplatiua dignior est actiua. Hanc rationem assignat B. Thom. 3. scrip. sent. dist. 35. art. 4. q. 1. utrum uita actiua sit nobilior quam contemplatiua, iterum secunda secundæ. q. 182. art. 1. utrū uita actiua potior sit quam contemplatiua, in cor. q. ratione. 5.

Secundo uita cōtemplatiua excellit actiuam, quia est securior, & hoc ratione maioris puritatis, & formo sic rationem, Illa uita est purior, & per consequens securior, cui minus admiscetur de puluere terrenorum, sed uitæ contemplatiuæ non tantum admiscetur de puluere terrenorū, ut sit in uita actiua, ergo &c. unde dicit B. Greg. q̄ uita contemplatiua ideo maior ē merito, quia minus habet de impuritate demeriti admixtum. hanc rationem. assignat b. Tho. 3. scrip. sen. ubi supra immediate, ar. 4. q. 1. in cor. q. & in sol. 1. arg.

Tertio uita cōtemplatiua excellit actiuam, quia iocundior: uel delectabilior, & formo sic rationem, Illud quod est explicatum, uel expeditū a curis sæculi: & quod nec sollicitudinē nec laborem nec inquietudinem habet, est maioris delectationis quam id quod curis sæculi anxietur. Sed uita contemplatiua est huiusmodi: uita autem actiua turbatur de proximorū necessitatib. & de proprijs passionib. ergo &c. Req. supra. 2. ca. ubi probat multipliciter quod uita contemplatiua est delectabilis.

Et iterum supra 4. di. ubi dicitur, quod uita cōtemplatiua simpliciter est potior actiua quattuor rationibus.

Quarto uita contemplatiua excellit actiuam, quia est diuturnior, uel durabilior. nam uita contemplatiua est interminabilis, uita autem actiua terminabilis, quod patet, quia actiua uita non manebit in patria quantum ad eosdem actus quos habet in uia, quia ibi non turbabitur de proximorum necessitatib. & de proprijs passionibus unde super Ezech. sic ait: Quare pars Mariæ optima subinfertur cum dicitur: Quæ non auferetur ab ea. Actiua: n. uita cum corpore deficit: quod sic probat dicens: Qui. n. in æterna patria panem esurienti tribuat ubi nemo esurit, Quis potum tribuat, sitienti ubi nemo sitit? Quis sepeliat mortuum ubi nemo moritur, & sic de alijs actibus uitæ actiuæ. Vita autē contemplatiua est diuturnior quam actiua, quia manebit etiam quo ad illos actus quos habet in uia: q̄ quidē in statu uicē sūt imperfecti, sed in patria perficientur: unde Greg. super Ezech. de contemplatiua uita in statu presentis uitæ loquēs sic ait: Etiam cum contendimus hic cōtemplari, vix aliquid parum attingere ualemus. Sed in patria clare, & perfecte sicuti est cognoscimus. Hæc b. Tho. 3. scrip. sent. dist. 35. artic. 4. q. 3. utrum uita contemplatiua sit diuturnior quam actiua, in cor. q.

Vbi nota, quod uita actiua in statu presentis uitæ plus potest durare quam uita contemplatiua, quod non contingit ex defectu uitæ contemplatiuæ, sed ex defectu nostro scilicet ex corporis grauitate, ex qua ab altitudine contemplationis retrahimur, & impedimur: unde Gregor. super Ezech. dicit, quod in uita actiua fixi permanere possumus, in uita autem contemplatiua inteta mēte nullo mō manere possumus. & reddit causam huius dicens, quia ipsa sua infirmitate ab immensitate tantæ celsitudine repulsus animus in seipso labitur. Hæc b. Th. 2. 2. q. 181. art. 4. utrū uita actiua maneat post hanc uitam, in sol. 3. arg.

Diuturnior uita actiua.

Actiua pmanē
tior ē in
hac uita
quā cōtemplatiua.

CAP.

XII.

Actiua
prior est
cōtepla-
tiua na-
tura.

Secundo dico, q̄ uita actiua secundum quid excellit uitam contemplatiuam in quattuor. s. quia prior, tutior, laboriosior, feruentior. Primò uita actiua excellit contemplatiuam, quia est prior contemplatiua. Vbi nota, quod aliquid est (quo ad præsens) prius alio dupliciter, uel perfectione, uel tempore. s. generatione. Primò mō est aliquid prius alio natura, uel perfectione, & sic uita contemplatiua est prior actiua, inquantū uita contemplatiua priorib. & meliorib. uacat, quam actiua, ut ex superiorib. patet. Secundò aliquid est prius alio generatione, uel dispositione, & sic uita actiua est prior contemplatiua, eo q̄ uita actiua ad contemplatiuā, disponit: unde Greg. in Hom. super Ezech. dicit, quod uita actiua prior est tempore quam contemplatiua: quia ex bono opere tenditur ad contemplandum. Et Iñdo. in lib. de sum. bono sic ait. Qui prius in uita actiua proficit bene ad contemplationem conscendit. Hęc b. Tho. 2. 2. q. 183. arti. 4. utrum uita actiua sit potior quam contemplatiua, arg. contra, & in cor. q.

Prius a-lio du-pliciter. In uiato re pos-sunt eē simul a-ctiua, & cōtepla-tiua.

Sed fortè quæres hic duo. Prima q̄stio est, utrum in aliquo uiatore possit esse simul uita actiua, & contemplatiua. Respō-deo, & dico, quod sic, quod in beata uirgine patet. Nam beata uirgo fuit in utraq. uita: & ideo secundum Anselmū in assumptione eius legitur euangelium de Martha, & Maria, quæ signat uitam actiuam, & contemplatiuā: sed beata uirgo fuit tantū uiatrix, ergo in aliquo uiatore potest esse simul utraq. uita. s. actiua, & contemplatiua. Hęc b. Tho. 3. scrip. sen. dist. 35. arti. 3. q. 3. utrum uita actiua possit esse simul cum uita contemplatiua. arg. 3. cōtra. Sed forte dices contra tali ratione: Turbatio uacationi repugnat: sed uita actiua, quæ significatur per Martham turbatur, ut patet Luc. 10. ergo uita actiua non potest esse cū uita cōteplatiua. Reōsp̄deo, & dico q̄ turbatio in uita actiua non conuenit postquam ad perfectionem venit, quia tū iam delectabiliter & faciliter operatur nō turbatur, & ideo possunt esse simul ut pa-

tet. Hęc b. Th. ibidem, in sol. 2. arg.

Actiua

Secunda quæstio est, utrum uita actiua an impediatur uita contemplatiua. Respō-diat con-teplati-ua.

Secunda quæstio est, utrum uita actiua an impediatur uita contemplatiua. Respō-deo, & dico, quod uita actiua potest considerari quantum ad duo. s. quantum ad exercitium actionum, & quantum ad gubernaculū passionum. Primò potest considerari quantum ad studium, & exercitium actionum exteriorum, & sic uita actiua impedit uita contemplatiua, sicuti unū contrariorum impeditur per aliud. nam actiones uitæ actiue, & contemplatiue uidentur esse contrariæ: quod tripliciter patet. Primo quia uita actiua occupatur circa plurima: uita autem contemplatiua insistit ad contemplandum vnum. Secundò quia in uita contemplatiua necessaria ē quædam uocatio mentis, secundum illud psal.

Vacate, & uidete. &c. sed uita actiua habet inquietudinem mētis, & corporis, secundum illud Luc. 10. Martha Martha sollicita es. Terriò quia ad uitam contemplatiuam requiritur claritas visionis: sed uita actiua impedit uisionis claritatem: unde dicit Gre. super Ezech. quod uita actiua uelit Lya lippis est oculis, & secunda, quia, dum occupatur in opere minus uidet. Secundò modo potest considerari uita actiua quantum ad gubernaculum ordinatarū passionū, puta quod uita actiua adiuuat ad contemplandū: unde Greg. 6. Mora. sic ait, Qui contemplationis arcem tenere desiderant prius se in campo per exercitium operis probent, ut sollicitè sciant, si nulla iam mala proximis irrogant, si irrogata a proximis æquanimiter portant, si obiectis bonis temporalib. nequaquam mens lætitia soluitur, si subtrahitis non nimio merore sauciatur aut dein de perpendant, si cum ad seipsos introrsus redeunt in eò, quod spiritualia rimantur, nequaquam secū rerum corporalium umbras trahunt vel fortasse tractas manu discretionis abigunt. Ex hoc ergo exercitium uitæ actiue ad uitam contemplatiuā confert, quia comprimit, & quietat interiores passionēs animę ex quib. fantasmatata proueniunt, per quæ contemplatio impeditur. Hęc Bea. Thom. secunda secū dæ, quæstio. 182. artic. 3. utrum uita contemplatiua per actiuam impediatur, in cor. q.

Secun-

Secundò principaliter vita actiua excellit contemplatiua, quia est utilior in quantum vita actiua salutem proximorum studet, contemplatiua verò contemplationi diuinorum: vnde Greg. super Ezech. dicit, quod vita contemplatiua pascitur a domino: sed vita actiua, pascit dominum. In cuius signum videmus, quòd vita contemplatiua propter actiuam inter mittitur ad tempus ratione utilitatis nò ratione dignitatis, sicut patet de illis qui de religione, & contemplatione transferuntur ad statum praelationis, qui hoc modo vocantur, non ut contemplationem totaliter deferant, sed ut à contemplatione ad opera vitæ actiuæ interdum discedant, ut proximorum necessitati prouideant, ad ostendendum, quod licet vita contemplatiua dignior sit actiua, tamen vita actiua utilior est proximis vita contemplatiua: vnde vita contemplatiua tanquam dignior queritur propter se, & non propter aliud, ut patet ex precedentibus: vita verò actiua non queritur propter se, sed propter aliud scilicet ut proximi necessitati subueniat, utilitas enim queritur propter aliud. Sed vita actiua quæ non ad aliud, sed ad seipsum ordinatur tantum: neq; dignior, neq; utilior est quam contemplatiua, immo comparatur ad contemplatiuam, sicut utile ad illud ad quod est utile. Hæc Beatus. Tho. 3. scri. sen. dist. 35. artic. 4. q. 1. utrum uita actiua sit nobilior quam contemplatiua, in cor. q. & in sol. 1. argumentum, & iterum secunda secundæ q. 182. artic. 1. utrum uita actiua sit potior, quam contemplatiua, in solu. 3. argum.

Actiua est laboriosior contemplatiua, quia est laboriosior quia habet plus de ratione satisfactionis: & propter hoc magis meretur quòd ad dimissionem culpæ, quam uita contemplatiua.

Quartò uita actiua est feruentior, quam contemplatiua: quod patet, quia ex dilectione Dei uidetur procedere, quod homo propter terminatam consolationem propria uoluntatem Dei implere studeat in aliorum salute: unde Greg. super Ezech. sic ait: Est amanti animæ non parua consolatio, si cum ipsa differtur per eum multe colligantur. Has duas rationes assignat B. Tho. 3. scri. sen. di. 35. artic. 3. q. 1. utrum uita contempla

tiua sit maiori meriti, quam actiua, in cor. q. & in solu. 2. argum.

CAP. XIII.

UT autem breuius, & clarius possumus scire consistentiam, differentiam, eminentiam vitæ actiuæ, & contemplatiuæ. Beatus Greg. sub figura Lyæ, & Rachelis super Ezech. sic ait: Duæ beati Iacob mulieres, Lyæ & Rachel de quibus dicitur Gen. 39. duas uitas significant scilicet contemplatiuam, & actiuam, quod patet ex conditionibus earundem. Nam Lyæ interpretatur laboriosa, & est lippis oculis, & fecunda, quæ tria uitæ actiuæ conueniunt: primò enim interpretatur Lyæ laboriosa, & hoc est uita actiua: laboriosa quippe est quia defudat in opere: secundò Lyæ est lippis oculis, sic uita actiua dum occupatur in opere minus uidet: tertio Lyæ etiam est fecunda: quia modo per uerbum modo per exemplum ad imitationem suam proximos accendit multos in bono opere filios generat. Rachel uerò tres habet conditiones, uel proprietates: nam ipsa interpretatur ouis, uel uisum principium, ipsa etiam est pulchra, & infæcunda: primò enim Rachel interpretatur ouis, uel uisum principium quia uita contemplatiua simpliciter ad solum uidendum principium anhelat uidelicet ipsum Deum qui ait. Ego principium: secundò ipsa Rachel est pulchra, quia uita contemplatiua speciosa est in animo: tertio Rachel infæcunda, quia uita contemplatiua dum quiescere in silentio appetit, filios non generat, ex contemplatione enim uidet, & non parit, quia quietis suæ studio minus se in aliorum collectione succendit: beatus autem Iacob Rachel quædam concupierat, sed in nocte accepit Lyæ, quia uidelicet omnis qui ad Deum conuertitur contemplatiuam uitam desiderat, quietem æternæ patriæ appetit: sed prius necesse est ut in nocte uitæ præsentis operetur bona quæ post defudet in labore. 1. Lyam. scilicet actiuam uitam accipiat, ut post ad uidendum principium in Rachelis amplexibus requiescat. Hæc B. Gregorius super Ezechielem.

De Contentione.

S V M M A R I V M.

- 1 *Quid est contentio, & quomodo diffinitur.*
- 2 *Contentio vel est bona, vel mala, & quomodo.*
- 3 *Quadruplex est contentio.*

C A P. I.



CONTENTIO. Circa cōtentionem considerare debemus quatuor. scilicet quidditatē, causalitatem, qualitatem, varietatem. Primò cōsiderare debemus quidditatem cōtentionis,

scilicet quid sit contentio. Nam contendere est contra aliquem tendere, vel contra aliquem ire: unde sicut discordia importat quandam cōtrarietatem in voluntate: ita contentio importat quandam cōtrarietatem in locutione. Diffinitur autem contentio tribus modis. Primò enim, Tullius. 2. Reth. dicit, quod contentio est oratio, id est locutio acris ad cōfirmandum, & consultandum accommodata, secundo Ambro. contentionem diffinit sic dicens: Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Tercio modo diffinitur generaliter contentio sic: Contentio est impugnatio veritatis persistens in sermone causa vincendi. Has diffinitiones assignat Beatus Tho. 2. 2. q. 38. art. 1. vtrum contentio sit peccatum, in cor. q.

Vñ causetur cōtentio.

Secundò considerare debemus contentionis causalitatem. scilicet unde cōtentio originetur, vel causetur. Et quantum ad hoc dico, quod contentio oritur à superbia, & inanis gloria, & invidia diuersis respectibus, vel modis, quod sic patet. Nam hæc tria peccata, scilicet supbia, inanis gloria, & invidia, sunt causa discordiæ, hoc modo: Discordia enim est filia superbiæ, & inanis gloriæ, eò quod discordantium vterque stat in proprio sensu, & vnus nō acquiescit alte

ri, quod est proprium superbiæ. & inanis gloriæ. Invidia autem est causa discordiæ, quia discedit per discordiā ab illo cui inuidet: ergo superbia, & inanis gloria sunt causa cōtentionis, & discordiæ quantum ad illud in quo cōsistunt. scilicet quantum ad proprium sensum, quia sicut discordantes sunt aliqui ex hoc, quod stat corde in proprijs, ita superbi, & vanè gloriosi sūt cōtēdentes ex hoc, quod vnusquisque verbo id quod sibi videtur defendit: invidia est causa cōtentionis quantum ad id à quo discedit per discordiam. Hæc B. Tho. 2. 2. vbi supra art. 2. vtrum contentio sit filia supbiæ, & inanis gloriæ, in cor. q. & in sol. 2. arg.

C A P. II.



TERTIO considerare debemus contentionis qualitatem: vtrum, scilicet contentio sit peccatum vel non.

Vbi nota, quod contentio est vituperabilis: laudabilis, venialis, mortalis. Primò enim contentio tunc est vituperabilis, quando excedit convenientiam personarum, & negotiorum. Secundò contentio est laudabilis prout contentio dicitur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ. Tercio contentio est venialis prout contentio dicitur impugnatio falsitatis modo indebito, vel inordinato, ita tñ ut ex tali inordinatione non generetur scandalum aliorum. Quarto modo contentio est mortalis duobus modis: primò enim contentio prout importat impugnationem veritatis, & modo indebito, est peccatum mortale: & hoc modo diffinit Ambro. contentionem, ut patet ca. præced. Secundò contentio prout importat impugnationē falsitatis, scilicet modo indebito, uel inordinato, hoc est quando ex hoc generatur scandalum aliorum est peccatum mortale. unde, & Apostolus cum dixisset. 2. ad Thimo. 2. Noli verbis contendere: subdit causam dicens: Ad nihil enim est utile nisi ad subuersionem audientium. q. d. Noli verbis contendere, quia contentio nil potest, nisi subuertere audientes: unde Aug. in glo. ibidem sic ait: Contentio etiam minus stabilitatis generat scrupulum. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 38, art. 1. vtrum con-

contentio sit peccatum, in cor. q.

Cōtētio Vbi etiam est sciendum, q̄ cōtētio est
est p̄c̄m inordinata, & per consequens peccatum
4. rōnib. quattuor rationibus, scilicet cum contēdi-
tur de eo de quo non est contendendū: cū
contenditur modo quo non est contendē-
dum: cum contenditur in loco in quo nō
est contendendum: cum contenditur ab eo
eo à quo non est contendendum. Prima
ratio quare contentio est inordinata, & p̄
consequens peccatum est, cum contendit̄
de eo, de quo non est contendendum, qua-
lis fuit contentio discipulorum Christi: de
qua dicitur Luc. 22. Facta est contētio quis
corū videret̄ esse maior: inter quos nō erat
contentio cum intentione impugnandi
veritatem, quia vnusquisq; defendebat qđ
verum sibi videbat̄: & ideo talis contentio
non fuit in eis peccatum mortale. Erat ta-
men in eorum contentione inordinatio: quia
contendebant de quo non erat con-
tendend. s. de primatu honoris, nūdū. n. erāt
spirituales, sicut gl. ibid. dicit: unde, & dominus
eos consequēter compescuit: nam tunc uenialiter
peccauerunt, unde tāquā carnales reprehenduntur.
Hæc B. Th. 2. ubi supra immediatē, in sol. 1. ar.
Super illo uerbo: Facta est cōtētio &c. Be-
da sic ait: Sicut boni in scripturis exempla
patrum, quia proficiant, & humiliantur
requirunt, sic reprobi si quid fortē in ele-
ctis reprehensibile inuenerint, quasi suas
ex eo nequitias, obiecturi libenter solent
amplecti, ideo multi ardentius legunt, q̄
facta est contentio inter discipulos Chri-
sti: Ambr. sic ait: Si. n. contendant Aposto-
li non excusationi obtēditur, sed cautioni
proponitur. Caueamus ergo ne inter nos
de prelatione possit esse contentio ad o-
stendendum, q̄ inter seruos Christi non
de maiestate: sed humilitate debet esse
contentio. Hæc B. Th. in euangelij con-
tinuis allegat.

Prima ratio. Secūda ratio quare contentio est inordi-
nata, & per consequens peccatū, cum con-
tenditur modo, & animo quo non est cōtē-
dendū, ut verbū gratia. Cum aliquis clamo-
re inordinato ueritatē impugnat, ut ani-
mas simplicium, uel iustorum peruertat,
vel cū quis falsitatem impugnat, & ex mō
inordinato scandalum generat, tunc con-
tentio talium est peccatum mortale, ut di-
cit B. Th. 2. ubi supra immediatē in cor. q.

Secūda. Tertia ratio quare contentio est inordi-
nata, & per consequens peccatū, cum con-
tenditur in loco in quo non est contendē-
dum, ut uerbi gratia. Ille contendit in iu-
dicio, qui impugnat ueritatem iustitiæ, &
ille in disputatione, qui impugnat uerita-
tem doctrinæ. Et secundum hoc catholici
non contendunt contra hæreticos, sed
potius est contra. Si autem accipiatur cō-
tentio secundum, q̄ contentio importat
quandam acrimoniam locutionis, sic cō-
tentio non semper est peccatum morta-
le. Hæc B. Th. 2. ubi supra immediatē, in
sol. 3. arg.

Tertia. Quarta ratio quare contentio est inor-
dinata, & per consequens peccatum, est
cum contenditur ab eo à quo non est cō-
tendendum, putā cum contentio excedit
conuenientiam personarum, & nego-
ciorum, ut dicit B. Tho. ibidem, in cor. q.
vnde Apostolus. 2. ad Thim. 2. sic ait: Ser-
uum domini non oportet litigare, sed mā-
fuetum esse ad omnes. Et iterum. 1. ad Co-
rint. 3. Cum sit inter uos zelus inuidiæ
in interiori affectu, & contentio uerbo-
rum in exteriori effectū, non ne carnales
estis in sentiendo.

Quarta. CAP. III.
Quarto circa contentionem confi-
derare debemus ueritatē. Nā qua-
druplex est contentio. s. disputato-
ria, litigatoria, ostentatoria, meritoria.
Primò dico, q̄ est contentio disputatoria.
s. cū quis in disputatione contendit. Vbi
nota, q̄ contendere in disputatione du-
pliciter intelligit̄. Primo n. in disputa-
tiōe cōtēdere est idē q̄ ueritatē impugna-
re in tētiōe vincēdi. Et hoc modo con-
tendunt hæretici cum catholicis: unde
hoc est peccatum mortale, & ita non est li-
citur in disputatione contendere, pro-
pter quod hanc contentionem prohibet
Apostolus. 2. ad Thim. 2. Commoneo te-
stificans coram Deo: noli uerbis contē-
dere, s. in disputatione impugnando ueri-
tatem doctrinæ. Secundò contendere in
disputatione idē est quòd certare pro veri-
tate: & sic licitum est in casu aliquo in di-
sputatione contendere cū hæreticis. Hæc
B. Th. secunda secundæ. q. 38. art. 1. vtrum
contentio sit peccatum mortale, in sol. 3.
arg. Et Alex. 2. parte sum. q. 36. de conten-

Cōtētio
ligato-
ria.

tione, art. 3. q. 2. utrum cum hæreticis sit contendendum in disputatione, in cor. q. Secundò dico, q. est cōtentio litigatoria scilicet cum aliquis in iudicio contendit, ut habeat bona sua. Sed fortè quæres, utrum aliquis possit ad hoc, q. rehabeat bona sua cōtendere cum aliquo in iudicio sine peccato. Respondeo, & dico, q. contentio, uel importat discordiam, uel controuersiam siue acrimoniam. Primò, n. prout cōtētio importat discordiam, quæ est generatiua odij, & scandali, non est licitum uiris perfectis in iudicio contendere: unde Matth. 5. Et qui uult in iudicio tecum contendere, & tunicam tollere, dimitte, & pallium, quia ut Greg. dicit dū pro terrena re pax à corde cum Christo scinditur, apparet q. plus res, quam proximus amatur: hoc ergo modo non est licitum sua repetere cum cōtentione litigiosa. Secundo contentio pōt accipi prout importat cōtrouersia quæ est aliquando sit ex causa debita, & sic existēte causa debita licitum est in iudicio cōtēdere, & sua repetere: unde Greg. dicit sic. Non solam cura debet esse ne nostra subtrahantur: sed ne rapientes non sua semet ipsos perdant. Hæc Alex. 2. parte sum. q. de contentione, arti. 3. infra Articulum. q. 2. utrum aliquis possit sine peccato contendere cum alio in iudicio, in cor. q.

Cōtētio
ostentato-
ria.

Tertiò dico, q. est contentio ostentatoria de qua Matth. 23. Facta est contentio inter eos. scilicet inter discipulos Christi quis eorum uideretur maior. Cum. n. sit contentio non cum intentione impugnandi ueritatem, sed ex titillatione quadā honoris, vel gloriæ quo mō discipuli Christi ad inuicē contenderunt, sic contentio est peccatum ueniale. Et præcipuè cum contentio quadā acrimoniam locutionis importat, ut patet c. præce. De his trib. contentionibus dicitur. prou. 20. Honor est homini, qui separat se a contentione. unde Isid. In nulla causa contendas. scilicet cum clamore litigioso, & discordia. Et subdit causam dicens: Quia contentio lites pascit, facies odiorū accendit concordiam rumpit: unde Iaco. 3. Vbi est zelus, & contentio, ibi incōstantia, & omne opus prauum. q. d. ubi est zelus inuidiæ in interiori affectu. & cōtentio discordiæ in exteriori effectu: uel sic: Vbi est zelus indignationis, quæ provenit ex superbia in animo. & contentio in uerbis.

hæc. n. frequentius sunt annexa, quia ut dicitur prou. 11. ubi fuerit superbia ibi, & cōtumelia. Req. sup. 2. c. a quibus oritur contentio: & subditur ibi: Inconstantia. i. progressus de malo in malū, quia non stat in vno malo, sed a malo cordis prorumpit in malum oris, quia ex indignatione cordis maledictionē loquitur: & subiungitur: Et omne opus prauum, scilicet exterius, & interius propter quod dicit Apostolus ad Rom. 13. Nonne in contentione quoad uerbum, & emulatione quoad animū, vel factum: sed induimini dominum nostrum Iesum Christum.

Quartò dico, q. est cōtētio laudabilis & meritoria in quantum cōtēdere idem est quod certare, uel feruere in pænis huius mundi pro Christo toleratis ad habendam uitam æternam: uoce Lucæ. 13. Contendite intrare per angustam portam: ubi Cyrillus sic ait: Angusta etiam porta erumnæ, & patientiæ sanctorum significat. Sicut. n. pugnarum uictoria strenuitatē militis attestatur. sic præclarum efficit uaria perpessio laboris, & tentationū: & Gre. 11. Moral. super illo uerbo sic ait: Dicturus autē angustæ portæ introitum præmisit: Contendite, quia nisi mentis contentio ferueat: unde mundi non uincitur, per quam anima semper ad ima reuocatur. has auctoritates allegat. B. Th. in euangelio continuo super Lucam exponēs illud uerbum: Contendite intrare, &c. Lucæ. 13.

Cōtētio
laudabi-
lis.

De Continentia.

SUMMARIVM.

- 1 In diffinitione continentia philosophus tria tangit.
- 2 De continentia assignantur quinque distinctiones.
- 3 Continentia principaliter est in anima, & occasionaliter in corpore.
- 4 Temperantia est nobilior continentia.

5 Con-

- 5 Continentia excludit quadam uirtutem.
- 6 Quadruplex est continentia, & uirginitas dicitur perfecta.
- 7 Continentia quattuor remedijs integratur, & conseruatur.
- 8 Incontinentia concupiscentia est turpior incontinentia ire, quæ etiam damnatior est.

CAP. I.



Continentia. Circa continentiam quattuor considerare debemus. scilicet diffinitionem diuisionem, inhesionem comparisonem.

Primò circa continentiam considerare debemus diffinitionem: nam continentia sic diffinitur: Continentia est quam continens est permansiuus in ratione. Et incontinentia est qua incontinens est egressiuus à ratione: hoc modo diffinit philosophus continentiam. 7. Eth. c. 2. Videtur utique continens, & etiam in principio c. In qua diffinitione philosophus tangit tria ad continentiam pertinentia. scilicet rationem passionem, permansionem. Primò tangit rationem unde dicit, quod ille propriè continens, est qui persistit in ratione recta, abstinens a concupiscentijs prauis. Qui autem persistit in ratione peruersa abstinens a concupiscentijs bonis non continens sed cõtumax est, & obstinatus in malo, ut dicit B. Th. exponens diffinitionem philosophi secunda secunda. 155. art. 1. utrum continentia sit uirtus, in sol. 2. arg. Ratio autem huius est, quia homo propriè est id quod est secundum rationem. Et ideo dicitur ex hoc aliquis in seipso tenere quod continet se in eo quod cõuenit rationi. Quod autem ad peruersitatem rationis pertinet non est conueniens rationi: unde ille solus continens uerè dicitur, qui tenet se in eo quod est secundum rationem rectam, nõ autem in eo quod tenet se in eo quod est secundum rationem peruersam. Rationi autem rectæ opponuntur concupiscentiæ prauæ, & rationes peruersæ opponuntur concupiscentiæ bonæ. Et ideo ille propriè, & uerè continens est,

qui persistit in ratione recta, abstinens à concupiscentijs prauis. Non autem qui persistit in ratione peruersa abstinens a concupiscentijs bonis, sed hic magis potest dici obstinatus, ut dicit B. Th. in sol. 2. arg. ibidem. Secundò in diffinitione continentia tangit passionem tanquam continentia materiam propriam: unde subdit, quod continens est ille, qui patitur concupiscentias quas scit esse prauas, & non sequitur eas propter iudicium rationis. Incontinens autem scit aliqua esse praua, & tamen tangit ea propter passionem, ut dicit Phil. 7. ubi supra. Et B. Th. in scri. exponens eum. Tertiò in diffinitione continentia tangit permansionem unde subiungit, quod continens est permansiuus in ratione. Et Andronicus diffiniens continentiam dicit, quod continentia est habitus inuictus a delectatione, & ideo continentia est laudabilis sicut uirtus. Hec allegat B. Th. 1. 2. ubi supra argum. contra.

Vbi nota circa mansionem in ratione quattuor differetias hominum. Quidam. n. sunt qui uituperabiliter imminet propriae opinioni, ut pertinaces, quia. scilicet difficile persuadetur eis aliquid: & si fuerit aliquid persuasum eis non de facili transmutantur, ab illa persuasione, quod maxime uidetur accidere melancholicis, qui difficile recipiunt, sed recepte fortiter tenent admodum terræ. Quidam alij sunt, qui laudabiliter non imminet nec acquiescunt alterius persuasioni, non quidem propter incontinentiam, uel pertinaciã, sed propter amorem uirtutis, uerbi gratia: Cuidam persuasum fuerat ab Ulixæ, quod diceret falsum etiam in utilitatem patriæ, cui persuasioni ipse non immansit propter delectationem ueritatis, nec tamen propter hoc fuit incontinens, Cuius ratio est, quia non omnis, qui propter delectationem aliquid operatur est intemperatus siue prauus siue incontinens, sed solum ille, qui propter delectationem turpem aliquid operatur. Quidam uerò alij sunt, qui laudabiliter remouent à sua opinione, ut continens, qui non transmutatur a ratione propter concupiscentia passionem, sed a fortiori ratione inducitur: unde talis laudabilis est, quia non vincitur concupiscentia, sed ratione. Quidam uerò alij sunt, qui uituperabiliter discedant ratione ut incontinentes

Quattuor genera hominum qui manent in sua opinione.

tes & pertinaces qui ducuntur a delectationibus extra rationem: & tales sunt vituperabiles, quia cum non permittant se uinci ratione, uincuntur tamen passione. Hæc Philosoph. Eth. lib. 7. c. 2. secundum autem text. utrum autem continens, a. infra c. ibi: Sunt autem quidam inmansui opinioni & c. B. C. Et B. Th. in script. Eth. exponit Philosoph. lectione 9. utrum autem incontinens & c.

C A P. II.

2. **S**ECUNDO circa continentiam considerare debemus distinctionem; nam continentia quinque modis distinguitur. Primò sic: Continentia est quæ moderat delectationes uenereorum, & ciborum ut dicit Philosoph. 7. Eth. tamē magis est cōtra delectationes uenereorum quā ciborum. Cuius ratio est, quia continentia est circa delectationes uehementiores: sed delectationes uenereæ sunt uehementiores, quam delectationes ciborum: & idē circa delectationes uenereas magis consueuimus continentiam dicere, quā circa cibos.

2. Secunda distinctio est talis: Continentia uel incontinentia dicitur duobus modis. s. continentia simpliciter. s. continentia circa delectationes uenereorum: & cōtinentia secundum quid. s. continentia irē honoris lucri, & aliorum. Ratio autem huius est, quia cōtinentia propriē dicitur esse in illa materia in qua optimum, & difficilimum est continere. s. in concupiscentijs delectationum tactus. Exteriora uerò bona sicut honores, diuitiæ, & huiusmodi uident quidem secundum se eligibilia, nō autem quasi necessaria ad conseruationē naturæ, & idē circa ea non dicimus simpliciter aliquos continentes, uel incontinentes, sed secundum quid, apponentes, q̄ sint continentes, uel lucri, uel honoris, uel alicuius, ut dicit Philosoph. 7. Eth. c. 2. Videtur q̄ utique continentia. a. infra. c. ibi. Adhuc continentes: & B. Thom. in script. Ethic. ibidem: & iterum secunda secundæ q. 145. art. 2. utrum materia continentis sunt concupiscentiæ delectationem tactus in sol. 3. arg. & etiam 4.

Tertia distinctio est talis: Est enim cō-

tinencia generalis, & specialis. Continentia generalis uel principalis, & perfecta est per quam aliquis abstinet ab omni delectatione uenerea. & talis continentia perfecta est uirginitas: Req. infra. Virginitas. Continentia uerò specialis est per quam aliquis resistit concupiscentijs prauis quę in eo uehementes existunt.

4. Quarta distinctio est talis. Nam duplex est continentia, una per quam aliquis abstinet ab illicitis bonis. alia per quam aliquis abstinet a bonis minus licitis, ut totaliter intendat perfectioribus bonis. Hæc B. Th. secunda secundæ: ubi sup. art. 1. utrū continentia sit uirtus, in cor. q. & in sol. 3. argum.

5. Quinta distinctio est, q̄ continentia distinguitur a castitate in quattuor primò. Cōtinētia disti-
quia castitas refrenat hominem ab illicitis, continentia uerò a licitis: secundò quia continens patitur concupiscentias, sed non deducitur. Castitas uerò neq; patitur, neq; deducitur, ut dicit B. Th. prima secundæ q. 70. art. 3. utrum Apost. conuenienter enumeret fructus spiritus, ad Gal. 5. in cor. q. in fine. Reg. infra: Fructus: tertio quia cōtinentia est quæ a licitis se abstinet. Castitas uero quæ rectē utitur licitis, ut exponit Glo. ibidem: quarto quia continentia conuenit uirginibus, castitas uerò coniugibus, ut dicit Papias.

C A P. III.

3. **C**IRCA continentiam, tertio, principaliter considerare debemus inhxsiōē, ubi continentia est subiectiuē. Et quantū ad hoc dico, q̄ continentia principaliter est in anima: occasionaliter uerò in corpore. Primò dico, q̄ cōtinentia principaliter pertinet ad animam. quod probo duplici ratione. Prima est talis. Homo differt a bestiis principaliter secundum animam: sed bestias non dicimus continentes, uel incontinentes, ut patet per Philosophum. 7. Ethicor. ergo continentia maximē est ex parte animæ. Secunda ratio est talis: Ille est continens, qui se tenet in eo quod uerē conuenit rationi, ut patet. 1. c. sup. sed ratio est in anima, ergo continentia, & incontinentia sunt in anima.

Conti-
nentia,
& incō-
tinētia
sunt oc-
casiona-
liter ex
pte cor-
poris.

Secūdo dico, q̄ cōtinentia, & incontīnē-
tia occasionaliter sunt ex parte corporis,
eō q̄ ex cōplexione corporis datur ali-
qua occasio continentia, uel incontīnē-
tia in quantum passiones quæ ex disposi-
tione corporū insurgunt in appetitu sen-
sitiuo solū pstant occasionē incontinen-
tia, non tñ causam sufficientē. Quod tali
rōne ostendo: Passiones in appetitu sensi-
tiuō ex dispositione corporis insurgētes,
aut sunt ita vehementes, q̄ iudiciū rōnis
peruertunt, aut non. primō. n. cum tales
passiones tñ ex crescant, q̄ iudiciū rōnis
peruertunt. sicut accidit in his qui ppter
vehementiam passionū amentiam incur-
runt, tunc in talibus non remanet rō cō-
tinentia, neque incontinentia, quia non
saluatur in amentibus iudiciū rationis:
secundō uero cū tales passiones non tan-
tū crescant, q̄ peruertant iudiciū rōnis,
tunc quamdiu durat iudiciū rationis ho-
mo potest resistere passionibus, & si non
resistit est ex parte animæ quæ passio-
nibus non resistit. Quod facit anima du-
bus modis. Vno modo qñ anima cadit
antequam ratio consiliatur, quæ quidem
incontinentia uocatur incontinentia ir-
refrenata, uel p̄uolutio. Alio modo qñ
non permanet hō in his, quæ consiliata
sunt, eo q̄ debiliter est firmatus in eo q̄
ratio iudicauit, & talis incontinentia vo-
catur debilitas. Et sic patet q̄ incontīnē-
tia principaliter ad animam pertinet.

Vbi nota, q̄ ex impetu passionis con-
tingit, q̄ aliq̄s ante consiliū rationis sta-
tim passionē sequitur: qui quidem impe-
tus passionis potest puenire ex duabus
causis, uel ex uelocitate sicut in choleri-
cis, uel ex uoluntate sicut in melancholicis,
qui ppter terrestrem complexionē uehementius inflāmur.
Similiter, q̄ aliquis non persistat in eo
qd̄ iudicātū est, & consiliātū per ratio-
nem, procedit ex eo q̄ debiliter rationi
inhæret, sicut etiam in mulierib. hoc acci-
dit, q̄ sunt flegmaticæ complexionis, ita
q̄ ex complexione corporis datur aliqua
occasio incontinentia, sed non est causa
sufficiens, ut ex præmissis patet.

Sed fortē argues in oppositū. sc. q̄ con-
tinentia magis ad carnem pertinet q̄ ad
animam tali ratione. Victoria magis
pertinet ad eū qui uincit, quā ad eum

qui vincitur: sed ex hoc dicitur aliquis in-
continens, q̄a caro concupiscens aduer-
sus spiritū, spiritū superat: ergo &c. Resp.
& dico, q̄ concupiscentia carnis in eo q̄
incontinens est superat spiritum non ex
necessitate, sed per quandam negligentia
spiritus non resistentis fortiter. Hæc B.
Tho. secunda secundæ q. 156. ar. 1. utrū in-
cōtinētia ptineat ad aīam, uel ad corpus,
arg. contra, & in cor. q. & in solu. 3. argu.

Sed fortē quæres, in qua uirtute uel po-
tentia animæ est continentia, uel incon-
tinentia? Resp. & dico, q̄ continentia, uel
incontinentia est in uoluntate, ut in su-
biecto: quod tali ratione ostendo: Conti-
nentia uel incontinentia non differunt
ex parte rationis, neque ex parte passio-
nis, sed ex parte electionis: primo non
differunt ex parte rationis, quia tam con-
tinens, quā incontinens habet ratio-
nem rectam. Et ideo continentia, & in-
continentia non sunt in ratione: secun-
dō non differunt ex parte passionis,
quia tam continens quā incontinens
habet prauas concupiscentias, unde non
sunt in concupiscibili. Cuius ratio est,
quia omnis uirtus in aliqua potentia
existens aufert malum actum illius po-
tentia. Sed continentia non aufert a-
ctum malum concupiscibilis, eo quod
continens habet concupiscentias prauas
ut incontinens: ergo &c. Tertiō diffe-
runt continentia, & incontinentia ex
parte electionis, quod patet, quia conti-
nens quamuis patiatuehementes con-
cupiscentias, tamen eligit non sequi eas
propter rationem. Incontinens autem
eligit sequi eas, non obstante contradi-
ctione rationis. Et ideo oportet, quod
continentia sit in subiecto in illa poten-
tia uel uirtute animæ cuius actus est ele-
ctio, & hæc est uoluntas. Hæc Beat. Th.
secunda secundæ quæstion. 155. articu. 3.
utrū subiectum concupiscentia sit uis
concupiscibilis, argument. contra, & in
cor. quæst.

In qua
potētia
a. sc.
continē-
tia, uel
inconti-
nentia.

Anima
duobus
modis
non re-
sistit pas-
sionib.

C A P. IIII.

C I R C A continentiam, quartō, con-
siderare debemus comparationem.
Si n. comparemus temperantiā ad conti-
nētiā quæ melior, dico q̄ temperantia
est

Obiect.

est melior cōtinētia. Si uero cōparemus, intēperantiā ad incontinentiā, dico q̄ intēperantia est peior quā incontinentia. Primò dico, q̄ tēperantia est multo preciosior, seu nobilior continentia, quod duplici rōne ostendo. scilicet ex parte rōnis, & ex parte quietationis. Prima rō ē ex parte rōnis sic: Bonū uirtutis est laudabile, ex eò q̄ est scđm rōnē. Ex quo dicto talē rōnē ostendo: Illa est nobilior, uel maior uirtus in qua bonū rōnis plus uiget: sed bonū rōnis plus uiget in tēperato, q̄ in cōtinente, eo q̄ appetitus sensituius magis est subiectus rōni, & quasi a rōne edomitus in tēperato qui non patitur concupiscentias prauas, quā incontinente qui vehemētes concupiscentiarū passiones patitur, licet nō uincatur ab eis ergo &c. Secundò hoc idē probo ex parte quietationis sic: Nobilior est esse in quiete, quā in motu, eo q̄ motus oīs est propter indigentia: sed temperatus est in quiete, quia prauis concupiscentijs non agitur. Cōtinens autem est in cōtinua pugna, quia patitur concupiscentias prauas: ergo &c. vnde ita se habet continens ad temperatum sicut imperfectum ad perfectum.

Obiect.

Explicatur illud Eccles. oīs ponderatio non est digna animæ continentis.

Sed contra, q̄. n. temperantia non sit melior quam continentia sic probo: dī. n. Eccl. 26. Oīs aūt ponderatio nō est digna animæ continentis: ergo nulla uirtus potest continentiae adequari. Resp. & dico, q̄ illa auctoritas pōt dupliciter itelligi. Vno modo, put continentia accipitur scđm q̄ se abstinet ab oīb. uenereis, & hoc modo dī, q̄ omnis ponderatio est digna animæ continentis in genere castitatis, quia nec etiā fecunditas carnis que in matrimonio quæritur adæquatur continentiae uirginali, uel uiduali, ut patet infra: Virginitas. Alio modo potest itelligi, q̄ continentia accipitur prout abstinet a rebus illicitis: & sic dī q̄ omnis ponderatio nō est digna animæ continentis, quia non respicit estimationem auri, & argēti quæ commutantur ad pondus. Hęc Beat. Th. secunda secundæ. qu. 135. artic. 4. vtrum continentia sit melior, quā temperantia, in cor. quæst. & in solu. 1. argument.

An intēperantia sit peior incontinentia.

Scđdò. scilicet si comparemus intemperantiā ad incontinentiam, dico q̄ intemperantia est peior, quam incontinentia, & intēperatus peior incontinente: quod probo

quattuor rationibus. scilicet ratione insanabilitatis, continuitatis, occultationis, libidinis. Primò intemperatus est peior incontinente ratione insanabilitatis sic: Morbus corporalis qui est incurabilis est deterior morbo curabili: sed intemperatus est insanabilis quia mouetur ad peccandum ex electione, habet enim habitum permanentem ex mala cōsuetudine per quam consuetudinem mala eligit: sed in continens mouetur ad peccata solū propter passionem, quæ citò trāsit: ergo &c. Secundò q̄ intemperatus sit peior incontinente, probo ratione continuitatis sic: Infirmitas continua peior est continua. Sed incontinentia non est cōtinua quod patet, quia cum incontinens peccet ex passione sicut passio citò trāsit, ita incontinens cito curatur. Intemperantia uero aīsimilatur illis ægritudinibus quæ continuē insunt homini sicut hydropisis, & ptysis. Et hoc cum ex electione peccet, ut patet ratione precedenti: ergo &c. Et confirmo hanc rationem ratione impenitendinis sic Impenitentia aggrauat omne peccatum: unde August. in libro de sermone domini, d. q̄ impenitentia est peccatum in spiritum sanctum. Sed intemperatus non est pœnitens, incontinens autem sic ut dicit Philosophus 7. Ethic. ergo &c. Tertiò, q̄ intemperatus sit peior incontinente, probo ratione occultationis sic: Malum latens est periculosius, & insanabilius malo publico. Sed malū intemperantiæ latet cum cui idest, quia est deceptus, ut æstimet bonum illud quod facit: sed incontinentia non latet eum cui inest, quod patet, quia incontinens scit per rationem malū esse id in quo a passionibus inducitur, ergo intēperantia est peior incontinentia. Quartò q̄ intemperatus sit peior incontinente, probo ratione libidinis sic: Quantò aliquis ex maiori libidine peccat, tantò amplius peccat eo q̄ libido auget uoluntatem peccandi: sed maior libido est in intemperato, quā in incontinente: tū quia intēperatus quandoq; etiam leui concupiscentia peccat: tum quia intēperatus ē præuenit passionem: quod tali exemplo patet: Quia sicut peior est ille, q̄ defacili, & a paucio uino inebriatur, sic secundū mentem peior est intemperatus

incontinentiæ, eò quòd a minori passione vincitur. Hæc Philos. 7. lib. Ethic. cap. 19. Est autem intemperatus quidem quē admodum dictum est impænitius. imminet. n. electioni, incontinens autem pænitius omnis. a. Et B. Tho. secunda secundæ q. 159. art. 3. utrum incontinens plus peccet, quā intemperatus: argu. contra, & in cor. q. & in solu. 2. & 3. argum.

CAP. V.

PRÆTER illa quæ de continentia dicta sunt supra, nunc etiam circa continentiam quattuor considerare debemus. scilicet, quæ restringit, uel excludit, differt etiam, quæ distinguit, remedia quæ requirit, eminentiam qua præcellit. Primò circa continentiam considerare debemus uirtutem quæ excludit: nam continentia potest accipi duobus modis scilicet simpliciter, & secundum quid: primo enim continentia dicta simpliciter, est quæ moderatur, & refrenat secundum iudicium rationis concupiscentias seu delectationes uenerreas, quæ sunt naturales, utpotè necessaria ad productionē indiuidui, & conseruationem speciei, & uehementiores ad auferendum, uel obnubilandum usum, uel iudicium rationis, eò quòd tales delectationes impellunt (maxime propter earum uehementiam) ad prosequendum aliquid contra iudicium rationis; secundò continentia secundū quid est continentia aliorum delectabilium, ut bonorum pecuniarum, & huiusmodi, circa quæ nō dicimus aliquos continentes simpliciter, eo quòd hæc non sunt necessaria ad conseruationem uitæ, sed sunt per se, uel secundum eligibilia. Et ideo circa talia dicimus aliquos esse continentes, uel incontinentes secundum quid, apponentes, uel addētes, quòd sint continētes, uel lucri, uel honoris, ne alicuius, ut dicit Philosoph. 7. Ethic. cap. utrum autem est aliquis incontinens. Et B. Tho. secunda secundæ, Requ. sup. Continentia 2. cap. 2. dist.

Aliquis est cōtinens quinquē modis: primò est cōtinens qui refrenat carnis libidinem. secundò continens est qui refrenat oris ingluuiem quo ad cibum, & potum. tertio conti-

nens est qui refrenat mentis passionem. scilicet iram & alias quattuor principales effectiones. quartò continens est qui refrenat cordis cupiditatem circa diuitias temporales, de his omnibus modis continentie potest dici quod scribitur Ecc. 3. Qui diligit Deū exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis. q. d. qui diligit amore gratuito, exorabit. i. corde orabit non labijs tantum pro peccatis proprijs commissis ut sibi dimittantur, & post dimissionem continebit se ab illis. 1. corde, & opere a peccatis præteritis sibi dimissis abstinere. Requ. sup. Abstinencia a peccato.

CAP. VI.

Circa continentiam, secundò, principaliter considerare debemus differentiam, quæ distinguit. Est enim quadruplex continentia. scilicet perfecta, signata, donata, oblata. Primo dico, quod est continentia perfecta. scilicet uirginitas. Dicitur autem uirginitas esse perfecta continentia duplici ratione. Prima est, quia continentia perfecta est, quæ abstinet ab omni delectatione, & uenerrea, & praua. Secunda est, quia continentia perfecta est, quæ abstinet etiam a bonis minus licitis ut bonis per ectionibus intendatur, & hæc duo facit uirginitas, ut patet, sup. Continentia. 2. ca. dist. 4. Secundò dico, quod est continentia signata, uel distincta per quam aliquis ab omni delectatione illicita abstinet, & talis est castitas. Nam castitas est quædam continentia per quam aliquis ab omni delectatione illicita abstinet.

Virginitas est cōtinētia perfecta.

Castitas est cōtinētia signata.

Quod dupliciter patet ex nomine, & similitudine: primò ex nomine quia nomen castitatis sumitur ex hoc, quod per rationem concupiscentia castigatur; secundò patet ex similitudine, quia concupiscentia debet ad modum pueri castigari, ut dicit Philosophus, 3. Ethic. Cuius ratio est, quia sicut puer qui suæ relinquitur uoluntati faciliter crescit in malum, sic concupiscentia delectabilium si nutriatur consentiendo eis maxime augetur. Et ideo maxime indiget castigari. Hæc B. Thom. secunda secundæ q. 151. de castitate, art. 1. utrum castitas sit uirtus, in cor. q. & ibidē

art.

art. 2. utrum castitas sit generali uirtus in
sol. 2. argu. Req. infra: Virginitas.

Cōtinē Tertio dico, quod est continentia dona
tia dona ta. sc. a Deo: Sapientie 8. Scio quod non pos
ta q̄ sit. sum esse continens nisi Deus det q. d. Scio
quod non possum esse continens a culpa,
a concupiscentia praua, nisi Deus det, eò
quod homo non potest uitare peccatum,
& facere bonū sine diuino auxilio, secun
dum illud Ioh. 1. sine me nihil potestis fa
cere. Sed contra, quia ex hoc uidetur q̄ in
continentia non sit peccatum, quia Aug.
dicit in libro de libero arbitrio: Nullus
peccat in eo quod uitare non potest. Sed
incontinentiam nullus potest ex seipso ui
tare, ut patet auctoritate inducta, ergo in
continentia non est peccatū. Respondeo,
& dico, quod licet homo indigeat diuino
auxilio, ut sit continens, non propter hoc
excluditur, quin incontinentia sit pecca
tum: & hoc duplici ratione. Prima est, quia
quæ per amicos possumus, aliquo modo per
nos possumus, ut dicit Philosoph. 3. Ethic.
Secunda est, quia in eo qui est incontinēs
uincitur iudicium rationis nō quidem ex
necessitate quod auferret rationem pecca
ti, sed ex negligentia quadam hominis nō
firmiter intendentis ad resistendum passio
ni per iudicium rationis quod habet. Hæc
b. Tho. secunda secundæ q. 156. arti. 2. utrū
continentia sit peccatum, in solu. 1. & 2.
argum.

Cōrinē Quartò dico, quod est continentia Deo
tia Deo per uotum oblata. Ad cuius euidētiam no
oblatap ta tria. sc. meriti rationem, comparisonē,
uotum dispensationem. Primò nota rationem
qualis meriti. Est enim continentia uirtus lauda
bilis, & meritoria: quod probō duplici
ter. sc. ratione, & comparisone. Prima
ratio est talis: accedere ad id quod est secū
dum rationem est laudabile, & meritoriū,
præcipue si fiat ex charitate: sed continen
tia accedit ad id quod est secundum ratio
nem, ergo &c. Secunda est talis: Discede
re a concupiscentijs prauis est laudabile,
& meritorium: sed continens facit huius
modi: quod patet. continens est qui tenet
se in eo quod est secundum rationem,
& qui abstinet a concupiscentijs prauis: er
go &c.

Tertia ratio est per cōparationem ad
eis oppositum. sc. ad incontinentiam sic:
Incontinentia est peccatum: & per conse

quens demeritorium: ergo continentia est
uirtus, & per consequens laudabilis, & me
ritoria. Quod autem incontinentia sit pec
catum probō triplici ratione. Primo est p
pter recessum sic: Qui discedit ab eo qd̄
est secundum rationem peccat: sed incon
tinens facit huiusmodi, ergo &c.

Secunda est propter excessum sic: Qui
se immergit quibusdā delectationib. pra
uis peccat. sed incōtinens est huiusmodi:
ergo &c. Tertia ratio est propter modum
indebitum: & sic incontinentia est pecca
tum nō solum ex eo quod a iudicio ratio
nis recedit, vel ex eò quod alijs concupi
scentiis se immergit, sed ex eo quod bona
concupiscendo non seruat modum debitū
rationis. Hæc b. Tho. ubi sup. imediatē,
art. 2. in corp. q.

Secundò nota meriti comparisonem
. sc. utrum magis sit meritoria continen
tia Deo per uotum oblata, quam sine uoto.
Et quantū ad hoc rñdeo & dico, q̄ continē
tia per uotum est maioris meriti, quam si
ne uoto: quod dupliciter probō. sc. ratione
& similitudine. primo ratione sic: Consi
liū est de meliori: sed uotum cadit sub con
silio ergo &c. Et confirmo hanc rationē
sic: Magis meretur qui implet duo consi
lia, quam qui implet unum tantum: sed
qui seruat continentiam sine uoto implet
tantum unum consilium: qui uero seruat
continentiam cum uoto, uel per uotum
implet duo consilia sc. uouendo, & seruādo,
ergo &c. secundò hoc idem probō ex simi
litudine, quia sicut plus daret homini q̄
daret ei arborem cum fructib. quam qui
daret ei tantum fructus, ut dicit Anselmus
in libro de similitudinibus, ita plus dat
Deo, qui dat continentiam Deo per uotū,
quam qui dat sine uoto, & per consequēs,
plus meretur. Hæc B. Tho. secunda secun
dæ. q. 88. art. 6. utrum magis sit laudabile,
& meritorium aliquid facere sine uoto,
quam cum uoto, argu. contra, & in cor. q.
Req. infra: Votum alias tres rationes.

Tertio nota, uoti continentie dispensa
tionem. Si enim quæritur utrum in solen
ni uoto continentie possit fieri dispensa
tio.

Respondeo, & dico, quod solus dominus
Papa, & non alius potest in solemnī uoto
continentie dispensare: quod probō dupli
citer. sc. auctoritate, & ratione: primò au
cto

Cōtinē
tia p uo
tū obla
ta ē ma
ioris me
riti quā
altera.

An i uo
to solem

ni fieri
possit di
spensatio

Autoritate Augustini in libro de virginitate sic dicentis: Maius est bonum obedientiæ quàm continentia: sed pro bono obedientiæ vnius regni, vel vnius gentis scismaticæ potest in voto obedientiæ dispensari: ergo magis in bono continentia: secundò hoc idem probò ratione sic: Melius est commune bonum, quàm priuatum, ergo pro bono patriæ potest, & debet fieri dispensatio in solemni voto continentia.

Sed contra, Eccl. 26. dicitur quod omnis ponderatio non est digna animæ continentis: ergo &c. Respondeo & dico, quod non potest inueniri bonum priuatum præponderans bono continentia: sed bonum commune præponderat: unde cum filia, vel filio regis post votum continentia imminente periculo successionis extraneæ in regno, vel magnæ discordia, solus dominus Papa dispensare potest, & debet, quod aliquando est factum, Hæc Pet. de Tharan. 4. scrip. sen. dist. 38. art. 4. vtrum in voto solemni continentia possit dispensari, in arg. contra, & in cor. q. & in solut. arg. Requi. infra: Votum de hac materia plenè, & copiosè.

CAP. VII.

CIRCA continentiam, tertio, principaliter considerare debemus remedia quæ requirit. Nam quattuor sunt inter alia quibus præcipuè continentia integratur, & conseruatur, scilicet temperantia, abstinencia, perseverantia, & prudentia. Primo enim continentia conseruat temperantia: unde Tullius, & Andronicus ponunt continentiam coniunctam temperantiæ sicut principali virtuti. Et propter hoc Philosophus 7. Ethic. 2. capitu. dictum recitans antiquorum sic ait: Et temperatum quidem continentem. Ratio autem quare hoc antiqui dixerunt est non quod temperatus sit continens vel temperantia sit continentia, sed quia sunt aliquialiter circa eandem materiã, scilicet circa corporales voluptates, & tristitias, sed non eodem modo, quia temperatus, & intemperatus cum electione, continens verò, & incontinens sine electione, ut dicit Philosophus 7. Ethic. ca. 4. vtrum autem est aliquis incontinens simplici-

ter a. infra ca. ibi. Et propter quod in idem incontinens & intemperatum ponimus, & continens, & temperatum, sed non simpliciter: Requi. infra: Temperantia.

Secundò continentia per abstinenciam integratur, & conseruatur: unde Philosophus dicit 7. Ethic. 2. cap. quod continens est qui patitur concupiscentias prauas, & tamen abstinere à delectationibus prauis secundum rationem rectam, unde non sequitur eas propter iudicium rationis: unde omnis abstinens a delectationibus prauis est continens, & omnis non abstinens est incontinens: Requi. sup. Abstinencia à quibus aliquis debat abstinere.

Tertio continentia integratur, & conseruatur perseverantia: unde Philosophus 7. Ethic. vbi sup. quod continens est ille qui est permansiuus in ratione recta, & quod continens est qui prauas concupiscentias patitur, & non deducitur.

Quarto continentia prudentia integratur, & conseruatur. vbiq; enim est prudentia ibi est continentia, & quicunq; est prudens est continens: non enim contingit, quod idem homo sit simul prudens, & incontinens: quod probat Philosophus 7. Ethic. duplici ratione. Prima est talis: Prudentia simul est cum virtute morali: unde prudens est virtuosus, quia non deducitur à passionibus: ergo non potest simul aliquis esse prudens, & incontinens: hanc rationem tangit Philosophus. Ethic. cap. 21.

Quia autem est aliquis. a. infra, cap. ibi. Neq; simul prudentem, & incontinentem contingit esse eundem: simul enim prudens, & studiosus secundum morem ostensum est ens b. Secunda ratio est talis: Non. n. dicitur aliquis prudens ex hoc solum, quod est speculatiuus. i. cognoscitiuus, sed ex hoc quod est practicus. i. operatiuus: unde in 4. Ethic. dicitur quod prudens est actiuus secundum rationem rectam: sed incontinens, licet sit cognoscitiuus, tamè deficit ab eo quod est practicus, quia non operatur secundum rationem rectam: unde prudens non potest esse incontinens. Hanc rationem tangit Philosophus. ibidem dicens: Adhuc non est scire solū prudens, sed in eo quod est practicus. Et B. Th hoc modo Philosophum exponit ibidem lectione 10. Neq; simul prudentem, & incontinentem contingit esse eundem. a. Requi. infra. Prudentia.

CAP.

Cōtinē-
tia inte-
gratur
p absti-
nentiã.

Itē, pp-
seueran-
tiam, &
p Prudē-
tiam.

Cōt nē-
tia con-
seruatur
tempe-
rantia.

CAP. VIII.

CIRCA continentiam, quartò, & ultimò cōsiderare debemus culpæ vehementiam qua excedit. cum. n. sit continentia duplex scilicet continentia concupiscentiæ, & continentia iræ ut patet ex supradictis, posset aliquis quære re quæ incontinentia sit magis peccatū. Respondeo & dico quòd incontinentia cōcupiscentiæ est turpior incontinentia iræ: & incontinentia iræ est grauior idest damnosior, vel periculosior incontinentia concupiscentiæ. Primò dico, quòd incontinentia concupiscentiæ est turpior eo quòd habet maiorem deordinationem quam incontinentia iræ. Et hoc propter quattuor rationes. s. ex parte rationis, cōplexionis, manifestationis, delectationis. Primò dico, q̄ incōtinēs iræ est minus turpis quā incontinens concupiscentiæ venereorū ex parte rationis sic: Quāto autem aliquis minus deuiat à ratiōe tāto est minus graue: sed motus iræ minus deuiat à ratione, quā motus cōcupiscentiæ, ergo &c. Quod autem motus iræ minus recedat à ratione, quā motus cōcupiscentiæ probo, quia motus iræ participat aliquāliter ratiōe in quantum iratus tendit ad vindicandum iniuriam sibi factā, q̄ ratio aliquāliter dictat, sed non perfectè quia non intendit modum debitum in vindicandum: quod Philosoph. ostendit per duo exempla. Quorum primum est de ministris qui sunt valde veloces qui antequā audiant q̄ eis dicitur currunt ad exequendum, & si sequitur, q̄ peccem: in executione mandati, quod non perfectè audierunt. Secundum exemplum est de canibus qui ad primum sonitū pulsantis ad hostium latrāt antequā attendāt si ille qui pulsat ad ostium sit aliquis de familiaribus, vel amicis: & ita etiā est de ira, quia ipsa audit in aliquo rationem secundum naturalem caliditatem, & velocitatem cholæræ commouetur ad iram, & antequā audiat totum præceptum rationis, mouet ad puniendum. Sed motus cōcupiscentiæ est totaliter secundū sensum & nullo modo secundū rationem, quia cōcupiscētia statim, q̄ denunciatur sibi delectabile, per rationem, vel p̄ sensum, mo-

uet ad prosequendum, vel appetendum illud delectabile absq; alio consilio rationis. Ratio autem huius differentiæ inter cōcupiscentiam, & iram est, quia delectabile habet rationem finis ut per se appetibilis, qui est sicut principiū in syllogizatum. Nocumentum autem alteri inferendum nō est per se appetibile, ut finis quod habet rationē cōclusionis in agibilibus, & ideò concupiscentia non mouet syllogizans, sed ira mouet syllogizans. Et inde est q̄ ira conlequitur aliquāliter rationē, cōcupiscentia verò nello modo, sed solū p̄prium impetum, ideò est turpior: nam per hoc est aliquid in rebus humanis turpe, quia est præter rationem.

Secundò incontinētia concupiscentiæ est turpior incōtinētia iræ ex parte cōplexionis sic: Illud peccatum quod prouenit ex naturali complexiōe, vel dispositione corporis est minus graue, & propter hoc reputatur magis venia dignum. Sed motus iræ propter caliditatem, & subtilitatem humorum faciliè inflammabiliū est magis secundū complexionem corporis, quā motus cōcupiscentiæ: unde magis est in promptu q̄ ille q̄ est dispositus secundū complexionē corporis ad irascendum irascatur, quā q̄ ille q̄ est dispositus ad concupiscendum concupiscat. qđ patet, q̄a frequentius ex iracundis nascuntur iracundi, quā ex concupiscentibus cōcupiscentes, ut patet in exemplo qđ Philosophus ponit. Dicit enim Philosophus q̄ quidam percutiens patrem repræhensus respondit q̄ ille. s. pater suus percusserrat etiam patrem suum, & ille etiam percusserrat superiorem patrem: & ostenso filio suo dixit: Et iste quando veniet ad virilem etatem me percutiet: hoc est enim generale generi nostro. Ponit etiam aliud exemplum de eo qui cum traheretur a filio suo iussit, q̄ quiesceret quando perueniret ad ostium, quia ipse vsq; ad illū locum traxerat patrem suum. Sic ergo patet, q̄ ira naturalior est quā concupiscētia, & minus est turpis incontinens iræ, quā incontinens concupiscentiæ.

Tertiò hoc probo idem ex parte manifestationis sic: Quantò malum est latentiùs tantò est periculosius: quod patet, q̄a illi qui magis ex insidijs peccant sunt iniustiores, quia cum hoc q̄ ledunt etiam de-

2. ex parte cōplexionis.

2. ex parte manifestationis.

icipiunt. Iracundus autem non agit tanquam insidiator, sed manifestè vult inferre vindictam, non enim esset contentus nisi ille, qui ab eo læderetur sciret propterea eum esse læsum, quia eum offenderat, neque et ira insurgit latenter, & insidiosè sed cum quodam impetu: sed concupiscentia delectabilium quærit tenebras, & dolosè subintrat: unde incontinentia, quæ est circa concupiscentias est iniustior, & turrior incontinentia, quæ est circa iras.

4. ex parte dele.
rationis

Quartò hoc idem ostendo ex parte delectationis sic: Quanto aliquis malum magis uoluntariè, & delectabilius operatur, tanto grauius peccat: sed incontinens concupiscentiæ uoluntariè, & cum delectatione operatur: iratus autem cum quadam tristitia operatur, non quidè tristatur de vindicta, quã infert sed magis de ea gaudet, tristatur autem de iniuria sibi illata. Et ex hoc quasi coactus ex præcedenti iniuria mouetur ad iram, & per consequens ad uindictam: & sic iratus non est simpliciter uoluntarius in inferendo uindictam, quia nullo modo sibi imputatur quod facit, sed habet inuoluntarium mixtum cum uoluntario. Vnde minus sibi imputatur eo, quòd hoc facit prouocatus ab illo, qui ei iniuriatur. Sic ergo patet, quod incontinentia quæ est circa concupiscentias est turrior incontinentia, quæ est circa iras.

4. mem
brum pro
ponit.

Secundò dico, quod incontinentia iræ est grauior. id est periculosior, uel damnosior incontinentia concupiscentiæ, eo quod plurimum ducit in ea, quæ pertinent ad Christi nocumentum quod duplici lege confirmo, scilicet diuina, & humana. Primò lege diuina, quia dominus in Euangelio Matth. 5. Magis uidetur aggrauare gradus iræ quàm gradus concupiscentiæ, dicit. n. Omnis qui irascitur fratri suo &c. Quod autem magis aggrauatur peius est, & iuxta qualitatem, & grauitatem culparum uoluit dominus esse qualitatem poenarum, quauis per illud uerbum uoluit dominus intelligi non solum de gradibus iræ, sed etiam de gradibus concupiscentiæ, ut patet infra: Species luxuriæ, & etiam de gradibus aliorum peccatorum. Secundò hoc idem probo lege humana: nam omnes leges positivæ magis puniunt summam iræ, scilicet homicidium, quàm summam concupiscentiarum dummodo sint naturales.

Cuius ratio est, quia leges humanæ sunt ordinatæ ad bonum ciuilitatis, & ideo illud quod est magis nocumentum grauius puniunt. Quandam tamen concupiscentiam magis puniunt, ut adulterium quàm aliquam iram.

Sed fortè argues in contrarium scilicet, quòd incontinentia concupiscentiæ est grauior, quàm incontinentia iræ tali ratione. Quanto est difficilius resistere passioni tanto est minus, uel leuius peccatum. Sed difficilius est pugnare contra iram, quàm contra concupiscentiam, ergo in continentia concupiscentiæ est maior quàm incontinentia iræ: unde philosophus. 7 Ethic. Si quis enim a fortibus, & super excellentibus delectationibus vincitur, non est admirabile. sed condonabile. Respondeo, & dico, quòd difficilius est assiduè pugnare contra concupiscentiam quàm contra iram, quia concupiscentia est magis continua: sed ad horam difficilius est resistere iræ propter eius impetum quàm concupiscentiæ. Hæc philosophus. 7. Ethic. capit. 16. Quoniam autem est minus turpis incontinentia, quæ iræ quàm quæ concupiscentiarum speculabimur. In quo capitulo philosophus hoc probat per quattuor rationes. Et Beatus Thomas in scripto super libro Ethicorum quod recollegit Beatus Thomas. audiens ab Alberto in quadam questione ibidem: utrum grauior sit incontinentia iræ quàm incontinentia concupiscentiæ, in solutione argumen.

Obiect.

De Contumelia.

SUMMARIVM.

- 1 Contumelia propriè in uerbis iniuriosis consistit.
- 2 Aliquis contumelias alteri, dicit, triplici ratione.
- 3 Aliquis contumelias illatas sustinere debet.
- 4 Quæ contumelia est sustinenda, & quæ non.

Contumelia ex quattuor vitijs oritur vel causatur.

C A P. I.

1



Contumelia. Circa contumeliam quattuor considerare debemus. scilicet significatū nominis, reatum criminis, affectum hominis, initiū originis. Primo circa contumeliam considerare debemus significatum nominis: nā

Verba dupliciter pnt considerari.

contumelia proprie in uerbis iniurijs consistit. Vbi nota, qd verba dupliciter possunt considerari. Vno modo secundum suam essentiam, inquantū. scilicet ipsa uerba sunt quidam soni audibiles, & sic nullū nocumentum inferunt, nisi fortē grauādo aurem cum aliquis loquitur nimis altē. Alio modo possunt uerba considerari inquantū sunt signa repræsentantia aliquid in nocumentum aliorum: & sic qui aliquem defectum, uel malum dicit alicui in detrimentum honoris sui, uel corā multis deducendo ad eorum noticiam, uel sibi soli inquantum ipse loquitur contra reuerentiam audientis, talis contumeliam infert: unde Isidorus in lib. Aetimo. dicit, qd contumeliosus est, qui uelox est, & tunc uerbis iniuriæ. Et potest sic formari ratio: Nihil auditu percipitur nisi uerbum; sed contumelia. i. uerbum iniuriosum auditu percipitur, secundum illud Her. 20. Audiui contumelias in circuitu, contumelia in uerbis iniurijs proprie consistit. Communiter tamen extrinseco nomine contumelia etiam in factis dicitur, unde super illud Apo. ad Ro. 1. Contumeliosos superbos: dicit gl. Contumeliosi sunt, qui dictis, uel factis contumelias, & turpia inferunt. Quod fit tribus

Contumelia infertur tribus modis.

modis. scilicet dicendo alicui defectum uel culpā, uel pænā, uel indigentiam. Primò. n. infert quis iniuriam alteri dicendo defectum culpæ. Cum. n. aliquis iniuriosè dicit alicui peccatum suum quod ille fecit, putā qd est fur, uel adulter, uel homicida, uel huiusmodi talia, talis, qui huiusmodi defectus animæ dicit non solum conuitium dicit, sed etiam contumeliam

infert: quod Eccl. 8. prohibetur, ubi sic dicitur: Ne despicias hominem auertentē se a peccato, nec impropere ei. q. d. Ne despicias hominem auertentem se a peccato, scilicet per pœnitentiam, sicut nec Christus Magdalenam Lucæ. 7. Nec pater filium prodigum reuertentem Lucæ. 15. Sed quia frater tuus est, debes gaudere sicut Angeli gaudent de peccatore pœnitentiam agente Lucæ. 15. Et ipse peccator fuisti sicut, & ipse: uel si non fuisti, esse potuisti, uel adhuc eē poteris: Hęc Greg. unde subdit: Et ne impropere ei. scilicet peccatum quod fecit, uel si ex fragilitate in peccatum labatur, quia nō est hō qui faciat bonum, & nō peccet. Secundò aliquis iniuriam infert alteri uerbis, dicendo delectum pœnæ ex parte corporis. scilicet cū dicit, qd est rusticus, seruus, contractus, uel cæcus, uel similia. Et talis conuitium dicit non contumeliam. Eccl. 22. Est reuersio ad amicum exceptio conuitio, & maledictio &c. Tertiò aliquis infert iniuriam alicui alteri uerbis dicendo ei defectum indigentia, puta cum aliquis iniuriosè, contra honorem alterius reducit alteri ad memoriam auxilium quod ei lit ei contulit necessitatem patienti: & talis iniuria dicitur improprium, quod prohibetur. Eccl. 41. Cum dederis, ne impropere illud, sed imiteris dominum, ut dicit gl. Qui dat omnibus affluenter, & non impropere. Iacobi. 1. ita qd hæc est differentia inter conuitium, contumeliā, & improprium, quia conuitium est qñ alicui impropereatur quasi culpa, ut si dicatur, qd sit de illegitimo matrimonio natus, non enim hoc est uitium illius, licet sit uitium parentum: contumelia est & conuitium, idest opprobrium, uel uituperium cum imponitur, uel dicitur culpa: improprium uerò cum deducitur ad memoriam alteri seruitium in necessitate collatum. Hęc B. Th. 2. 2. q. 72. art. 1. utrū contumelia consistat in uerbis arg. contra, & in cor. q. & in solut. 1. & 2. argu. Et Alexand. secunda parte summæ. q. 36. de contumelia art. 1. quæst. 2. de diffinitione, & differentia conuitij, contumeliæ, & improprij. De impropere dicitur: Eccl. 20. Datum insipientis non erit tibi utile: nam oculi eius septemplexes sunt, exigua dabit, & multa improperebit.

In quo

Explica tur illud **Ecc. 20.** **Datū in** **sipiētis** **nō erit** **tibi uti-**
le. In quo verbo de dono insipientis tangū-
 tur quinq; Primum est dantis stoliditas:
 ibi Datum insipientis. s. qui non seruat
 modum in dando. Secundum muneris
 infructuositas, ibi Non erit tibi utile, q̄a
 non dat pro tuo bono, sed pro suo. Ter-
 tium est intentionis prauitas, ibi Oculi
 eius septemplices sunt ad ostendendum,
 q̄ intentio dantis est multiplex, & ad va-
 ria emolumenta intendens: dat. n. emol-
 umentum sperando, importunè exigen-
 do, multotiens impropereando, tuorum
 ambiendo re sibi subiiciendo, inde inani-
 ter gloriando, datum multò maius quàm
 sit reputando, propter quod dicitur habe-
 re oculos septemplices. Quartum est
 doni modicitas, ibi Exigua dabit. Quin-
 tum est impropereandi facilitas: ibi Et
 multa impropereabit. Cuius contrarium
 dicitur Eccle. 11. Cum dederis, ne impropere-
 res, ut supra.

CAP. II.

1. **Verba**
duplici
ter pnt
confide
rari.
SECUNDO principaliter cit-
 ca contumeliā considerare de-
 bemus reatū criminis, vtrum
 scilicet contumelia sit pecca-
 tum. Vbi nota, quòd uerba dupliciter
 possunt considerari. Vno modo inquan-
 tum sunt quidam soni, & tunc non est in
 verbis peccatum: eo quòd non sunt in
 nocumentum aliorum, ut patet cap. præ-
 cedenti. Alio modo possunt uerba confi-
 derari in quantum aliquid significant,
 quæ quidem significatio ex intentione,
 vel affectione loquentis procedit: & ideo
 ad sciendum utrum in uerbis, quæ quis
 loquitur contra aliquem sit peccatum,
 maximè considerandum est ex quo affe-
 ctu, uel ex qua intentione aliquis contra
 alium uerba proferat. Triplici ergo de
 causa aliquis contumelias idest, uerba
 iniuriosa potest dicere alteri, scilicet cau-
 sa solatiandi, corrigendi, dehonoriandi,
 vel ex leuitate animi, ex correctione pro-
 ximi, ex liuore odij. Primò aliquis contu-
 meliam infert alteri causa solatiandi, vel
 ex leuitate animi, putà quando quis incau-
 tē. s. ex labilitate linguæ, & ex ludo in-
 fert aliqua uerba iniuriosa, tunc si talia
 uerba non sunt in detrimentum alterius
 sunt peccatū ueniale. Si uerò ex incaute

la, ex ludo contra honorē alterius proferat
 uerbum iniuriosum tunc mortaliter pec-
 cat, etiam si hoc non intendat, sicut si ali-
 quis incautē ludens cum alio eum graui-
 ter lædat, mortali culpa non caret. Secun-
 dò aliquis uerba iniuriosa infert alteri ex
 correctione proximi, & tunc tale uerbum ze-
 lo correctionis prolatum nec contumelia
 neq; conuitium dici potest, & tale nō est
 peccatū, sed meritorium. Cuius ratio est,
 quia sicut licet alicui causa disciplinæ
 seu correctionis aliquem uerberare, & in
 rebus ēt condēnare, sic causa correctio-
 nis pōt aliquis uerbum conuitiosum con-
 tra aliquē dicere. quod patet exēplo Chri-
 sti, qui apostolos stultos, & sine intellectu
 vocauit, & exēplo Pauli qui Galathas in-
 sensatos uocauit. Rarò tamen, & ex ma-
 gna necessitate, & utilitate, & cum mode-
 ramine huiusmodi obiurgationes sunt
 faciendæ ut dicit Aug. in lib. de sermone
 Domini in monte. Tertiò dicit aliquis
 uerba iniuriosa alteri ex liuore odij. s. cā
 dehonoriandi, & ulciscendi, & tunc talis
 contumelia est peccatū mortale. Quod
 tripliciter p̄bo. s. intentione, similitudi-
 ne, rōne: Primò ex loquentis intentione
 sic: P̄cā uerborū ex intentione p̄ferētis
 alleuiantur, & aggrauantur, ut patet sup.
 Et ideo si loquentis intentio ad hoc fēra-
 tur, ut ex ira uel ex odio, & ex uindicta
 contra alium proferat uerbum iniurio-
 sum, talis contumelia est peccatum mor-
 tale. Secundò hoc idem probo compara-
 tione, uel similitudine sic: Nō minus pec-
 cat, qui alteri conuitium, uel contumeliā
 infert, quam qui rapinam uel furtum fa-
 cit, eo q̄ homo non minus amat honorē
 suū quàm rem possessam: sed qui aufert
 alteri quod est suum mortaliter peccat,
 ergo magis, qui infert contumeliā alte-
 ri. Tertiò hoc idē probo ratione sic: Ni-
 hil mæretur pēnam æternam nisi pecca-
 tum mortale, sed contumeliosus mæret
 pēnam æternam, ut dicitur Matth. 5. Qui
 dixerit fratri suo racha, uel fatue reus erit
 gehennæ ignis. i. qui ex iracundia, uel fu-
 rore ad determinata uerba, & conuitia
 processerit, reus erit pēna inferni, ergo
 contumelia hoc modo est peccatū mor-
 tale. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 27.
 art. 2. vtrum contumelia sit peccatū arg.
 contra, & in cor. q. & in solu. argument.

CAP. III.

TERTIO principaliter circa contumeliam considerare debemus af-
fectum hominis. scilicet. utrum aliquis contumelias sibi illatas debeat sustinere. Et quantum ad hoc dico, quod aliud est contumeliam repellere, & aliud est contumeliam sufferre, & aliud est contumeliam rependere. Primum enim, scilicet. contumelias repellere potest tribus modis, scilicet. puniendo, repugnando, impediendo. Primo contumelias sibi dictas vel factas potest quis licite repellere puniendo, ut ille, qui auctoritatem super hoc habet: unde contumelia iussu principis, & manu militis est punienda: unde Apost. ad Roma. 13. Non enim sine causa gladium portat, Deo enim minister est vindicæ in iram ei qui male facit. Secundo contumelia repellitur repugnando, & tunc potest repelli licite cogente necessitate non ulciscendi libidine. Requi. infra Homicidium. Tercio modo potest repelli iniuria impediendo, & sic iniuriam repellere omnibus licet: unde saluator percussus alapa percussorem reprehendit nec alteram maxillam præbuit dicens: Ioh. 18. Quid me cedis? Et similiter Paulus munitus militibus impediuit iudeos ne sibi inferrent iniuriam.

Iniuriā
repelle-
re qñ li-
ceat.

Contume-
lias sus-
tinere
aliqñ ē
pētūm,
aliquan-
de meri-
torium

Secundo dico, quod contumelias ferre aliquando est peccatum, aliquando est necessarium, uel meritorium. Primo dico, quod contumeliam sibi factam sufferre, uel tacere est peccatum, puta si homo contumeliam sibi factam sufferret, & taceret hoc animo, uel hac intentione, ut tacendo contumeliantem ad iracundiam prouocaret, hoc est peccatum eo quod pertinet ad uindictam. Secundo contumeliam sibi factam sufferre, & tacere est necessarium triplici ratione. Primo ratione incorrigibilitatis. Cum enim contumeliam inferens est incorrigibilis, tunc ille, qui contumeliam paritur tali respondere non debet: unde Christus non respondit Herodi Lucæ. 23. nec Pilato, ut dicit Iohann. 19. nec principibus sacerdotum nec scribis, ut dicitur Matthæi. 26. & Lucæ. 23. tanquam obstinatis. Respondit tamen Petro tanquam corrigibili ipsum dure corripiendo, ut dicit

Matth. 16. Secundo non debet quis contumeliam sibi inferenti respondere rōne uitandæ temeritatis: ita dicit Prouer. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiā suam ne ei similis efficiaris. Tercio non debet quis sibi contumeliam inferenti respondere ratione conseruandæ virtutis: cum enim quis tacet propter iram uitandam, ut det locum iræ secundum Apostolum, & propter patientiam conseruandā, tunc tacere, & nō respondere est meritorium. Ratio huius est, quia sicut patientia est necessaria in his quæ contra nos fiunt, ita etiam est necessaria in his, quæ contra nos dicuntur. Præcepta aut patientiæ in præparatione animi sunt habenda, sicut dicit Aug. in lib. de sermone domini in monte, exponens illud præceptum: Matth. 5. Si percusserit te in una maxilla præbe ei, & Alteram ubi innuit Aug. q̄ tā in uerbis, quæ contra nos dicuntur, quā ē in factis, quæ contra nos fiunt patientiam in animo debemus habere, ut homo habeat animum præparatum hæc, & alia sustinēdi si necesse fuerit: unde Eccl. 8. Non litiges cum homine linguato, & non instruas in ignem illius ligna. In quibus uerbis docet sapiens specialiter cum tribus non litigare. scilicet. cum potente, quia per potentiam te opprimit, cum diuite, quia per pecuniam te uincet, cum loquace, quia per linguā te decipiet, & confundet. Et ideo in ps. dicit: Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt uanitates. Et postea subditur: Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Quæ uerba secundum glossam sic exponuntur. Qui inquirebant. q. d. quia non inueniebant, ideo inquirebant mala mihi. Prou. 11. Qui inuestigator est malorū, opprimitur ab eis. Tales enim locuti sunt uanitates. i. sinxerūt falsa. Et subditur patientia: Ego autem tanquam surdus: non dicit Surdus, quia nō est uirtus, sed tāquam surdus. Cum enim non esset surdus, & teneret se tanquam surdū, quia nollet audire ad cordis mururationem, signum est patientiæ. Et subdit. Et sicut mutus: non dicit, q̄ sit mutus, sed sicut mutus non respondeo: & hoc est secundum patientiæ signum.

Tercio verborū contumeliā repellere debemus ī casu necessitatis: & hoc duplici rōne

Explica-
tur illud
ps. Qui
inquire-
bant.

ne. Prima ratio est, ut contumeliantis elatio, uel audacia comprimatur, & cōpescatur: unde Prouer. 26. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens uideatur. Secūda ratio est ne aliorum profectus impediatur per contumelias illatas nobis: unde Gre. super Ezechielem Homel. 9. sic ait: Hi quorum uita in exemplo imitationis est posita debent si possunt detrahentium sibi uerba compescere, ne eorum prädicationem non audiant qui audire poterant. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 72. art. 3. utrum aliquis contumelias sibi illatas de beat sustinere, argumento contra, & in cor. q. & in sol. 3. arg.

Contumeliam Vbi nota, quod in casu necessitatis debet aliquis moderatē reprimere non solū alienā contumeliam propriam, sed etiam alienā dēbet repellere propter officium charitatis, non propter cupiditatem priuati honoris. Et si quæris, alter sicut & p quid magis meritoriū. quod est magis meritorium, uel reprimere contumeliam propriam, uel alienam? Respondeo & dico magis prouenit ex charitatis affectu repellere contumelias alienas, quam proprias. Cuius ratio est, quia in hoc, quod aliquis reprimat contumelias alienas non timetur cupiditas priuati honoris, sicut timetur cum aliquis repellit contumelias proprias: & ideo repellere contumelias alienas uidetur prouenire ex maiori charitatis affectu, ut dicit Beat. Tho. ibidem in solution. primi, & secundi argumenti.

niam in proprijs iniurijs esse quempiam patientem laudabile est: iniurias autem Dei dissimulare nimis est impium.

Secundo oportet cōsiderare tempus quo quis cōtumeliam infert. Nam tēpore quo conuitians est infurore non competit redargutio, uel correctio: sedato uero furore sic, quia tunc ad correctionem est aptus. Tertio considerandus est modus, quia interdum melius fit contumeliantis correctio silendo quam respondendo. Et hoc duplici ratione. Prima est, quia plus est uincere sui ipsius uitium, quam personam, ut dicitur Prouer. 16. Melior est patiens uiro forti &c. Secunda est, quia nullus uincitur ab alio in conuitijs nisi a seipso uincatur. Vincitur autem a seipso aliquis tribus modis: primo hoc, quod est causa cōuitij, secundo si dolet de conuitio propter se, & non propter conuitiantem: tertio cum impotentem se estimat ad uincendum: unde Chrysostom. Sit aliquis uir mirabilis, & magnus, & omnes eum uocent mæchum, furem, homicidam: ille uero non moleste tur, nec conscius sit sibi alicuius talis, licet multi de eo talem opinionem habeant non est conuitium passus, sed illi seipsos confuderunt. ille autem non est confusus. Hæc Alexander 2. parte summæ de contumelia quæstion. 36. articulo 3. utrum contumelia sit sustinenda, in corp. quæst. Et ibidem articulo 4. utrum contumelia sit uindicanda silendo uel respondendo, in cor. quæst.

CAP. IIII.

CAP. V.

AD euidentiā autem præcedentis est sciendum, quod circa contumeliam repellendam, uel sustinendam sunt consideranda tria. scilicet status, tempus, modus. Primò est considerandus personæ cōtumeliam facientis, & patientis status. Si enim contumelia infertur personæ priuatæ, & præsumitur de medicina morbi, tunc est contumelia sustinenda: si uero infertur superiori iniuria, & prælato, tunc est contumelia punienda: unde Chrys. super illud Matth. 5. Vade retro sathana: sic ait: Discamus exemplo Christi nostras quidem iniurias magnanimitè sustinere, Dei autē iniurias, nec usq. ad auditum sufferre, quo

CIRCA contumeliam, quartò, & ultimò considerare debemus initium originis scilicet a quo peccato oritur contumelia. Vbi nota, quod contumelia ex quattuor uitijs oritur scilicet Ira, ex stultitia, inimicitia, superbia. Primò enim contumelia oritur ex ira, ut dicit Beatus Greg. 31. moralis: & hoc ex parte finis ipsius iræ, qui est uindicta. Ex quo talem rationem formo: Finis iræ est uindicta: sed nulla uindicta irato est magis in promptu quam inferre contumeliam alteri, ergo principaliter, & directè ex ira oritur contumelia. Secundo contumelia

Contumelia nascit ex ira. Ex stultitia.

lia oritur est stultitia; ita dicitur Prouer. 10. Omnes stulti miscentur contumelijs, uel eas alijs inferendo, uel alijs conuitiantib. se intermiscendo. Ratio autem quare contumelia oritur ex stultitia est, quia secundum philosophum. 7. Ethic. Ira non perfecte audit rationem, & sic iratus patitur rationis defectum: & sic conuenit cum stultitia inferendo alijs cōtumelias, uelut iratus facit.

Superbia.

Tertio contumelia oritur ex superbia, & hoc dispositione, quia superbia disponit ad contumeliam, unde Prouer. 11. Vbi superbia ibi cōtumelia. q.d. Vbi superbia sua facta alijs preponens, & aliorum postponens: ubi & contumelia actiue, & passiuè, talis enim infert alij contumeliam, & frequenter infertur ei, Prouer. 13. Inter superbos iurgia sunt. Ratio autem quare superbia disponit, & inducit ad contumeliam, est, quia superbi æstiment alios inferiores se, & ideo facilius irascuntur, ut potè reputantes indignum quicquid contra eorum uoluntatem agitur.

Ex inimicitia

Quarto contumelia oritur ex inimicitia. Cuius ratio est, quia ille, qui odit aliū, ei contumeliam infert: cum enim uox sit signum cordis, inimicitia cordis est causa contumeliæ oris. Sed fortè quæres, quis magis peccat, an qui ex odio contumeliam infert, an qui ex ira? Respondeo, & dico, quod inferens contumeliam ex odio in quantum odium est peius ira, ut dicit philosophus. 2. Rhetor. Vbi nota, quod iratus intendit manifestam offensam de qua non curat odiens: & ideo contumelia, quæ importat manifestam offensam, magis pertinet ad iram quā ad odiū. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ, quæstio. 72. art. 4. utrum contumelia oriatur ex ira argum. contra & in corp. q. & in sol. argum. Requi. infra Iniuria, & infra. Vindicta.



De contritione.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid dicatur contritio, & quomodo differat a contritione.
- 2 Tria in contritione considerata sunt.
- 3 Diffinitio contritionis secundum Isidorum.
- 4 De quo malo non est contritio, & de quo sit.
- 5 Contritio conuenienter diffinitur ab Isidoro.
- 6 Isidorus quattuor tangit in diffinitione contritionis.
- 7 Quanta debeat esse contritio de peccato.
- 8 Vtrum dolor contritionis possit esse nimis magnus.
- 9 Vtrum dolor contritionis possit esse nimis paruus.
- 10 In contritione debet esse gradus sicut in peccatis.
- 11 Necesse est quod peccator doleat semper de peccato suo in habitu, & non in actu, & quare.
- 12 Tempus huius uitæ est tempus contritionis.
- 13 Post hanc uitam, non est tempus contritionis, quia tunc animæ non poterunt conteri de peccatis.
- 14 In præsentī uita debet homo conteri de peccatis suis quattuor modis.
- 15 Vtrum contritus magis debeat uelle esse in inferno quam peccare mortaliter.
- 16 Primus effectus contritionis si remissio culpæ.

17 *Secundus effectus contritionis est ablutio pena.*

18 *Tertius effectus contritionis, est collatio gloria.*

C A P. I.



CONTRITIO. Circa contritionem sex per ordinem considerare debemus, scilicet proprietatem significationis, congruitatem diffinitionis, quantitatem argumentationis, continuitatem durationis, sagacitatem electionis, utilitatem operationis. Primò circa contritionem considerare debemus proprietatem significationis. nam contritio dicitur simul de multis contritiis. Differt autem attritio a contritione sicut differt fractio a comminutione: quod patet in corporalibus, & in spiritualibus. In corporalibus ut patet 4. Metheororum. frangi enim dicuntur aliqua quando diuiduntur in magnas partes, sed comminui, & conteri dicuntur quando ad partes minimas reducuntur. Sic in spiritualibus significat contritio perfectam displicentiam uoluntatis de peccatis commissis: attritio uero significat quandam displicentiam imperfectam: unde quia ad remissionem peccati requiritur, quòd homo totaliter affectum peccati dimittat, ideo actus ille quo peccatum remittitur contritio nominatur per similitudinem ad corpus quod quidem tunc dicitur esse contritum quando oēs partes eius per diuisionem simul ad minima sunt reductæ, ut patet.

Attritio
an fiat
cōtritio.

Sed forte quæres utrum attritio fiat cōtritio? Respōdeo, & dico, quòd non: quod probo triplici ratione. Prima est talis: Diuersi motus uel actus sunt, qui sunt a diuersis motoribus, uel agentibus: sed attritio est a gratia gratis data: contritio est a gratia gratum faciente, ergo &c. Secunda est talis: Timor seruilis est principium attritionis: timor initialis, uel filialis ē principium contritionis, sed timor seruilis nūquam simul fit initialis, & filialis, immo simpliciter differunt, ergo attritio nunquam fit contritio.

Tertia ratio est talis: Attritio non oppo-

nitur peccato: contritio uero opponitur peccato. Idem autem eidem opponi, & nō opponi est impossibile, ergo &c. Quòd autem attritio simul stet cum peccato, contritio uerò nullum secū patiatur peccatū patet, quia cum aliquis attritur de aliquib. peccatis suis, adhuc habet uoluntatem aliorū, nec uniuersaliter dolet. Cum autem gratia infunditur, & conteritur, dimittit illam malam uoluntatem, & simpliciter de omnibus dolet. Vbi nota, quòd ad consummatam iustificationem qua fit remissio, & a culpa, & a pena, requiritur triplex dolor, scilicet antecedens iustificationem, & coexistens, & subsequens. Primus dolor, scilicet antecedens est dolor attritionis, ut homo se ad iustificationem præparet, faciendo quod infra est. Secundus est dolor contritionis sacramentalis. Tertius est dolor satisfactorius. Hæc b. Th. scri. sen. dist. 17. de contritione, art. 1. q. 1. utrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus, in cor. q. 1. & ibi. q. 2. utrum contritio sit actus uirtutis in sol. 3. arg. Et Pet. De Thar. ibi. art. 1. q. 4. utrum attritio sit idem quod contritio in duob. arg. contra, & in cor. q. Et Alex. 4. parte sum. q. 254. de contritione, art. 2. utrum attritio sit idem quod contritio in duob. arg. contra, & in cor. q. Et ibi. de ordine attritionis ad contritionem art. 3. utrum attritio præcedat contritionem, in cor. q.

Attritio
stat si-
mul cū
peccato,
cōtritio
non.

Ad cōsū
matā iu-
stifica-
tionē re-
quirit
triplex
dolor.

C A P. XII.

AD maiorem autem euidentiam præcedentis cap. est sciendum, quòd in contritione penitentiae sunt attendenda tria. scilicet quod conteritur, a quo conteritur, & ad quid contritio terminatur. Primò nota quod conteritur. nam illud quod conteritur est cor peccatoris quod est tanquam uas plenum ueneno. Ratio quare cor peccatoris debeat conteri ad remissionem peccati est ista, quia initium peccati est superbia per quam homo sensui suo inhærens mandatis Dei recedit, & ideo oportet, quod illud quod destruit peccatum, hominem a suo sensu discedere faciat: ille autem, qui perseverat in sensu suo, rigidus, & durus per similitudinem uocatur, unde frangi aliquis dicitur quando diuellitur a suo sensu. Oportet, ergo ad plenam remissionem pec-

Cor il-
lud ē qd
conteri-
tur.

cati, quòd homo per contritionem totaliter omnem sensum, & effectum peccati dimittat, & hoc est cōteri cor. s. habere perfectam displicentiam de omnib. peccatis a se commissis. Hæc b. Th. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione, art. 1. q. 1. utrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus, in cor. q.

Conteritur verò spe, & timore. Secundò nota quo cor conteratur. Nā cor duplici mola conteritur. Vna est superius sursum eleuans, & hæc est spes ueniam ex consideratione diuinæ misericordiæ. Alia mola est deorsum deprimēs, s. timor pænæ ueniens ex consideratione diuinæ iustitiæ.

Conteritur tandem, ut peccati delectatio tollat. Tertiò nota ad quid contritio terminatur: & tunc dico, quòd ad istum finem conteritur ut peccati delectatio totaliter effundatur, ideo dicitur contritio non fractio. nam fractio est in partes imperfectè diuisas: contritio uero est in partes minimas, & perfectè diuisas, ut pater capit. præcedenti. Tunc enim uas frangitur imperfectè. s. in partes maiores quando odor, uel color, uel sapor, remanet in partib. uasis: sed quando uas comminuitur nihil remanet in partib. uasis coloris, odoris, uel saporis. Sic a simili cū cor frangitur per attritionem delectatio peccati adhuc remanet: sed cum cor conteritur, uel per contritionem frangitur habendo perfectam displicentiam de peccato, tunc nihil coloris odoris: saporis id ē delectationis peccati remanet: vñ tunc fit uas in honorem sanctificatum. Hæc Alex. 4. parte sum. de contritione, art. 3. de ratione huius nominis contritio, in cor. q. in fine.

C A P. III.

Secundo principaliter circa contritionem considerare debemus congruitatem diffinitionis. Nam contritio conuenienter diffinitur tam a doctorib. quam etiam ab Isidoro. Primò enim contritio a doctorib. sic diffinitur: Contritio est dolor pro peccatis voluntarie assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Quæ quidem diffinitio magistralis tangit quattuor necessaria cōtritioni. s. contritionis actū, quia contritio est dolor obiectū quia pro peccatis, modum quia uoluntariè assumptus effectum uel terminū. s. cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Primò tan-

git contritionis actum dicens; quòd contritio est dolor. Vbi nota, quòd duplex est dolor, ut dicit b. Aug. 14. lib. de Ciui. Dei. s. dolor sensibilis, & dolor mentalis. Primus dolor. s. sensibilis, qui est quædam passio carne, in carne, uel in parte sensitua non est essentialiter contritio, sed effectus contritionis. Sicut n. pænæ exterior corporalis est effectus uirtutis pænitiæ ad reconciliandum offensam, quæ in Deum commissæ est officio membrorum, sic uirtus pænitiæ infert dolorem ipsi concupiscibili ad reconciliandum offensam, quæ in Deum est commissæ per inordinatum actum partis sensitivæ scilicet uirtutis concupiscibilis. Alius dolor est mentalis, scilicet in uoluntate, qui nihil aliud est quam displicentia peccati ratione suæ deformitatis. s. in quantum peccatum est in offensam Dei: & talis dolor essentialiter est contritio. Hæc b. Th. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione, art. 1. q. 2. utrū contritio sit actus uirtutis, in sol. 1. arg.

Sed fortè argues in oppositum. s. quòd contritio non est dolor tali ratione. Dolor differt a timore, quia timor est de malo futuro, sed dolor de malo præsentis: sed peccata de quibus homo conteritur non sunt quando est contritio, ergo non est dolor. Respondeo tribus modis. Primò, quia quāuis dolor sensibilis sit tantum præsentis, tamen dolor mentalis, scilicet uoluntatis est tam præsentium quam præteritorū. Secundò quia peccatum licet non sit præsens quò ad essentiam, est tamen præsens quò ad memoriam. Tertiò quia licet peccatum non sit præsens actu, est tamen præsens quò ad effectum, uel reatum, uel damnum. s. temporis quod aliquo modo recuperari non potest. Hæc B. Thom. ubi supra immediatè, art. 2. q. 1. utrum contritio sit dolor.

Secundò diffinitio contritionis tangit contritionis obiectum. s. de quo est contritio: unde dicit, q. cōtritio est dolor de peccatis: quod tali ratione ostendo. Contritio est pars pænitiæ, sed pænitentia debet fieri de peccatis. Vbi nota, quòd sicut in cōtritione requiritur dolor, ita etiam gaudium, spes, & pudor. oportet enim, q. contritus habeat dulcorem, spem, pudorem, sed principaliter dulcorem. Cuius ratio est, quia illa tria non ita directè respiciunt pec-

Contritionis actus est dolor, q. duplex est.

Contritionis obiectū est peccatum.

peccatum, sed magis alia: verbi gratia: Spes quam contritus habet non respicit ipsam culpam, sed diuinam misericordiam. Similiter gaudium quod contritus habet non respicit ipsum peccatum, sed potius gratiam Dei ex contritione recuperatam, vel gaudium quod contritus habet respicit ipsum dolorem per quem recuperatur gratia, gaudet enim, quia de peccato dolet, sicut etiam aliquando aliquis dolet se prius non voluisse. Similiter pudor quem contritio habet non respicit ipsum peccatum directè, sed peccati effectum, qui est infamia, nam verecundia est timor ingloriationis, id est infamiae. Contritus enim habet pudorem ex consideratione tam diuinæ quam humanæ infamiae ex turpi: sed dolor directè respicit ipsum peccatum, & ideo contritio, quæ ordinatur ad deletionem peccati magis dicitur dolor quàm aliquod prædictorum. Hæc B. Thom. ubi supra, art. 1. q. 1. in solut. 4. argum. Vbi nota, quod non solum peccata, quæ consistunt in delectatione sanatur dolore cordis, sicut vnum contrarium curatur per aliud, sed etiam peccata, quæ committuntur dolore cordis, puta accidia & inuidia curantur dolore, quia dolor inordinatus dolore ordinato sanari potest, & debet. ut dicit B. Thom. ibidem in solu. 3. arg.

Obiect.

Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod contritio non sit dolor de peccatis præteritis, aut enim vult ea non esse, aut non fuisse. Si vult ea non esse, & iam non sunt, ergo iam habet quod vult, ergo magis gaudium est quàm dolor. Si autem vult non fuisse. Contra: Voluntas rationabilis, & discreta non est eius quod est simpliciter impossibile. Sed impossibile est peccatum factum non fuisse, ergo contritio non est dolor de peccatis commissis. Respondeo, & dico, quod quàmuis voluntas cōpleta, & absoluta alicuius sapientis non possit esse de aliquo impossibili, tamen voluntas cōditionata, quæ & velleitas dicitur, potest esse de impossibili, quia velleitate, id est conditionata voluntate etiam sapiens aliquid vellet quod impossibile est si possibile foret: & ista voluntas sic conditionata sufficit ad dolorem causandum, & præcipuè quando impossibilitas obinendi quod volumus ex nobis puenit, & sic est in proposito. Hæc B. Thom. ibidem in solu. 3. arg. Si verò aliter vis

respondere dicas, quod licet non fecisse peccatum sit impossibile, tamen rationabiliter, & ordinatè licet velle non fecisse quod demeritorium factum est: verbi gratia: Sicut bonus filius vellet patrem suum mortuum non esse mortuum. Hæc Alexand. 4. parte sum. de quiditate contritionis, artic. 1. utrum contritio sit dolor, in solut. 3. argum.

Tertiò cōtritionis diffinitio tangit doloris modum: unde dicit, quod contritio est dolor de peccatis voluntariè assumptus. Dicit enim, quod dolor contritionis est voluntariè assumptus triplici ratione. Prima est ad ostendendum, quod electio requiritur ad actum virtutis, ut exponit Bea. Thom. 4. scrip. sent. dist. 18. de contritione, art. 1. quæstio. 1. utrum contritio sit dolor pro peccatis voluntariè assumptus, in cor. q. Secunda ratio quare dicit, quod contritio est dolor voluntariè assumptus, est ad ostendendum, quod sicut peccatum fuit voluntariū, ira dolor contritionis necessariò debet esse voluntarius, ita dicitur dolor assumptus, hæc autem assumptio doloris est dissensus voluntatis à malo commissi, ut exponit Alex. 4. parte sum. q. 232. artic. 4. utrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus, in cor. q. Tertia ratio quare dicit voluntariè assumptus est: & quia dolor voluntarius posset esse de bono alieno, & tunc non est meritorius, sed demeritorius, ideo tangit obiectum de quo iste dolor voluntariè est assumptus, scilicet de peccato, ut exponit Petrus de Tharan. 4. sent. distinct. 17. de contritione, artic. 1. quæstio. 1. utrum contritio à magistris conuenienter diffiniatur, in cor. q. Dicitur autem iste dolor, qui est contritio assumptus non datus hac ratione, quia Deus primò dat gratiam ipsi animæ, & ideo gratia magis propriè est donum, vel datum Dei, quàm assumptum: sed habita Dei gratia potest quilibet pro peccatis dolorem assumere, ideo dicitur assumptus, ut exponit Alexand. ubi sup. in cor. q. immediate.

In contritione qualis esse debet dolor.

Sed fortè argues in oppositum, quod ipse dolor pro peccatis, qui est ipsa cōtritio non sit assumptus tali ratione, Quod datur non assumitur: sed cōtritio pro peccatis nobis à Deo datur, ergo non assumitur. Rñdeo, & dico, quod cōtritio est à solo Deo quātum ad formam

Opposi.

mam qua informatur, scilicet quantum ad gratiam: sed quantum ad substantiam actus est à libero arbitrio, & à Deo qui operatur in omnibus operibus, & naturæ, & voluntatis, ut dicit Beatus Thom. 4. script. senten. distin. 19. de contritione, art. 1. vtrum contritio sit dolor pro peccatis voluntariè assumptus, in solu. 6. argumen. & Petrus de Tharan. & Alex. ibidem.

Contritionis effectus qualis sit. Quartò, & ultimò diffinitio magistralis tangit cōtritionis effectū: vnde subiungit: Cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Nam contritioni semper est annexum propositum cōfitendi, & satisfaciendi, sine quo proposito non est contritio. Sed forte argues in cōtrarium. scilicet q̄ cōtritio non habeat propositum confessionis, & satisfactionis, & ita posset esse cōtritio sine istorum duorum p̄posito. Primò q̄ contritio possit esse sine proposito confitendi, probo duplici ratione. Prima ratio est talis. Interdum confitetur quis non cōtritus, postea vero cōteritur: & tunc ut cōmuniter dicitur, non est necesse iterū confiteri, nec habere propositum confitendi, ergo quando contritio confessionē sequitur, ut patet, non oportet in contritione esse propositum confitendi. Respondeo & dico, q̄ contritio naturaliter præcedit confessionem: sed q̄ aliquando contritio confessionem sequatur, hoc est per accidēs scilicet ex defectu pœnitentis, & tamen suam fictionem confiteri tenetur, ut patet supra. Confessio. Et propter hoc etiam debet habere propositum cōfitendi si aliquid eius occurrerit memoriæ, quod confessus non fuerit. Secunda ratio ad idem est talis, & est talis casus. Contingit aliquando q̄ aliquis in articulo mortis sine memoria cōfitendi conteritur, ergo propositum confitendi nō est essentialiter annexum contritioni. Respondeo & dico, q̄ in articulo mortis sufficit propositū implicitum cōfitendi quamvis non sit explicitum, quia sufficit contritio quæ est actus virtutis, quamvis non habeatur illa cōtritio quæ est pars sacramenti. Tertiò q̄ contritio possit esse sine p̄posito satisfaciendi tali ratione ostendo. Satisfactio est necessaria ad hoc q̄ pœna remittatur: sed quandoq; tantum quis conteritur, q̄ sua contritio sufficit ad deletionē culpæ, & pœnæ,

ergo est necessarium quod contritus habeat propositum satisfaciendi. Respondeo & dico, q̄ quamvis tota pœna possit per contritionē dimitti, tamen adhuc est necessarium, q̄ sufficienter contritus confiteatur, & satisfaciat. Et hoc duplici ratione. Prima est, quia homo non potest esse certus de sua contritione, q̄ fuerit sufficiens ad totam pœnā tollendam: & ideo ne discrimini se cōmittat utile est & necessarium ut satisfaciat. Secunda ratio est, quia sicut confessio est in præcepto, ita satisfactio: & ideo si sufficienter contritus nō confiteatur, & satisfaciat si possit erit transgressor præcepti diuini: & sic pro illo peccato transgressionis damnaretur sicut pro alijs, si de illis nō esset contritus. Hæc B. Thom. 4. script. sent. dist. 17. de contritione, artic. 1. q. 1. vtrum contritio sit dolor &c, in solu. 4. argu. & Alex. 4. parte sum. q. 132 art. 1. quid sit cōtritio, in solu. duorum argum. Et Pet. de Tharan. 4. script. sen. dist. 17. de cōtritione, art. 1. vtrum cōtritio conueniēter diffiniat à magistris, in solu. 9. argum.

CAP. IIII.

AD maiorem tamen euidentiā cap. præcedentis est sciendum circa cōtritionis obiectum, q̄ licet cōtritio sit semper de malo, & nunquam de bono, nō tamen cōtritio est de omni malo. Vbi nota, q̄ duplex est malū. scilicet malū pœnæ, & malū culpæ. Primò igitur dico, quod cōtritio non est dolor de malis pœnæ: quod tali ratione ostendo: Nullus tenet id de quo dolet: sed pœnitens tenet pœnam: ergo dolor pœnitentialis qui est contritio nō est de pœnis: vnde licet malis pœnæ possit esse dolor, non tamen contritio. Hæc B. Thom. 4. script. sen. dist. 17. de contritione, artic. 2. q. 1. vtrum homo debeat conterri de pœnis argum. contra, in cor. q. Secundò dico, q̄ cōtritio est solum de malis culpæ. Vbi nota de peccatis duas distinctiones. Prima distinctio est, q̄ est peccatū originale, & actuale: De peccato enim originali nō debet esse cōtritio: quod tali ratione ostendo. Medicina debet esse proportionata morbo: sed peccatum originale sine nostra voluntate cōmittitur ergo non

Contritio ē de malis culpæ.

non requiritur, q̄ per actū uoluntatis qui est cōtritio ab ipso purgemur. Hanc rationem assignat b. Tho. 4. scrip. sen. ut sup. ar. 2. q. 2. utrum de peccato originali debeat esse contritio, arg. contra, & in cor. q. secundò dico, q̄ de peccato actuali debet esse cōtritio, quod probò duplici ratione, primò: ratione remissionis sic, Nullum peccatum mortale sine p̄nitentia remittitur, p̄nitentia uerò sine contritione non habetur, ergo &c. secundò ratione iustificationis sic: Nullus potest iustificari nisi cōteratur de peccato: quod patet, quia contritio assignatur unum de quattuor quæ ad iustificationem impij requiruntur, quæ sunt contritio, motus liberi arbitrij, culpæ deletio, & gratiæ infusio, ergo sine contritione peccator non iustificatur: tertio ratione conuersionis ad deum sic: Contritio debet esse de eo quo quis a Deo auertitur, sed etiā cum peccato mortali est actualis auersio uoluntatis a Deo ad peccatum, ideo cum contraria contrarijs curentur, oportet q̄ in omni remissione peccati mortalis sit actualis conuersio uoluntatis a peccato ad Deum. Hęc autem conuersio a peccato contritio appellatur: duricia uoluntatis permanentis in peccato non tollitur, nisi per fractionem omnimodam uoluntatis quæ contritio appellatur: quartò ratione curationis sic, In omni peccato mortali est quædam duricia uoluntatis: quod patet, quia uoluntas peccatoris legi Dei non cedit, uel eam transgrediendo, uel omittendo, ut patet in peccato mortali, uel præteream agendo, ut patet in peccato ueniali: & ideo si peccatum curari debeat, oportet quòd per contritionem comminuentem remittatur. Hęc b. Tho. ubi supra articu. 2. q. 3. utrum de omni peccato actuali commissio a nobis debeamus conteri, argum. contra, & in corp. q. Vbi nota, quòd de peccato mortali actuali non est contritio ratione suę substantiæ, uel actus tantū, quia ex hoc non habet rationem mali, nec iterum ratione deformitatis tantum, quia deformitas de se non dicit rationem culpæ, sed quandoq. importat p̄nam: debet autē de peccato mortali actuali esse contritio in quantum importat utrumq. scilicet deformitatem ex actu uoluntatis prouenientem, ut dicit b. Tho. ubi sup. art. 2. q. 2. in sol. 1. argumen.

Tertiò dico, q̄ contritio non est de peccatis alienis, sed de proprijs: quod probò duplici ratione. Prima est talis: Nullus p̄nitet nisi de his quæ ipse fecit: sed p̄nitentia non est sine contritione: ergo nullus conteritur nisi de his quæ ipse fecit, & nō de alienis. Secunda ratio est talis: Illud idē conteritur quod prius durum, & integrū fuit: unde oportet, quòd contritio sit in eodem in quo duricia peccati præcessit, & sic de alienis peccatis non est contritio, quāuis debeat esse dolor. Sed contra: Non petit aliquis indulgentiā nisi de peccato de quo quis est contritus: sed de peccatis alienis indulgentia petitur. In psal. Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo: ergo cōteritur de peccatis alienis. Respondeo & dico, quòd ab alienis peccatis sibi parci propheta precatur in quantum ex consortio peccatorum aliquis per consensum aliquam immunditiam contrahit, sicut scriptum est in psal. Cum peruerso peruerteris. Hęc b. Tho. ubi sup. ar. 3. q. 5. utrum homo debeat conteri de peccato alieno, argu. contra, & in cor. q. & in solu. 1. arg.

Quartò dico, q̄ de peccatis futuris non debet esse contritio, quod triplici ratione probò. Prima est, quia nunquam iuste p̄na infligitur sine culpa, sed culpa futura nondum est, ergo nullus pro culpa futura debet conteri, uel dolere. Secunda ratio est, quia uere contritus ex confidentia diuinæ gratiæ debet habere quandam confidentiam de non peccando in posterum nec alias, est contritio uera, quod patet; quia si aliquis proponeret, uel præsumeret se labi in mortale non esset uere contritus, Tertia ratio est, quia contritio est pars p̄nitentiæ, sed p̄nitentia semper respicit peccatum præteritum, ergo & contritio, & confessio, tamen quia prudentia est coniuncta contritioni, quamuis contritio non sit de peccatis futuris, ut patet, est tamen cautio quæ est pars prudentiæ de peccatis futuris. Hęc B. Thom. ubi sup. art. 2. q. 4. utrum debeat aliquis conteri de peccatis futuris, argum. contra, & in cor. q. in fine. Et Alex. 4. parte summi. q. 240. articu. 9. in corpo. q. ubi subiungit q̄ sufficienter contritus debet habere propositum & cautelam nunquam recidiuandi. Cuius ratio est, quia secundum Theologos, & Philoso-

Contritio non ē de peccatis alienis.

De peccatis futuris nō debet esse cōtritio.

phos quolibet uirtus ad hoc quod uerè in sit importat propositum certum perseuerandi, ut uerbi gratia. Non diceretur esse castus qui non proponeret in perpetuum continere. Similiter non est uerè pœnitēs qui non habet propositum nunquam reciduiandi. Hæc Alex. ibidem in cor. q. unde subiungit, quod sufficienter contritus debet habere propositum nunquam reciduiandi.

Contritio debet esse de singulis peccatis mortalibus.

Quintò dico, quod de singulis peccatis mortalibus debet esse contritio, quod intelligo duobus modis, primò, quia nō potest quis conteri de uno peccato sine contritione alterius: secundò quia non sufficit una communis contritio de omnibus, sed de quolibet peccato mortali oportet, quod sit specialis cōtritio. Primo dico, quod de singulis peccatis mortalibus debet esse contritio hoc modo, quia non potest quis de unoquoq. peccato mortali conteri sine cōtritione alterius, uel cum complacentia alterius, quod probò duplici ratione: primo ratione absolutionis sic: Cum enim in cōtritione remittatur culpa, posset aliquis absolui ab uno peccato manēte alio: sed hoc est falsum, immo quædam impietatis infidelitas dimidiam sperare ueniam ab eo qui totus iustus, & misericors est, ut Aug. dicit. Et habetur extra de pœni. & remis. dist. 3. Sunt plures &c. secundò hoc idem probò ratione diuinæ largitionis sic: Contritio nunquam est sine gratia gratum faciente: sed gratia gratum faciēs nunquam est cum cōplacentia peccati: ergo nunquā conuenit conteri de uno peccato nisi generaliter de omnib. fiat contritio. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 240. art. 4. utrum contritio possit esse de uno solo peccato sine contritione aliorum, uel cum uoluntate, uel cōplacentia alterius, in cor. q. Secundò dico, quod de singulis peccatis mortalibus debet esse contritio.

Contritio potest considerari dupliciter.

Vbi nota, q. contritio potest considerari quantum ad duo. scilicet quantum ad eius principium, & quantum ad eius terminū: primò contritio potest considerari quantum ad eius principium. scilicet quantum ad cognitionē peccati, neq. est principium peccati: & sic de singulis peccatis quæ quis cogitat, & in memoria habet oportet q. sit contritio: quod probò duplici ratione: primo ratione confessionis sic: Sicut queritur, contri-

tio, sic & confessio: sed impossibile est plura confiteri simul, ergo impossibile est cōteri de omnibus simul: secundo hoc idē probò ratione curationis sic: Diuersorū morborum diuersæ sunt medicinæ, quia non sanat oculus quod sanat calcaneum: Io. dicit: sed contritio est medicina singularis contra unum peccatum tantum mortale: ergo non sufficit una communis contritio de omnibus. Secundò contritio potest considerari quantum ad eius terminū, quæ est gratia Dei. scilicet quanto ille dolor cōtritionis est Dei gratia informatus. & tūc sufficit q. sit una contritio de omnib. peccatis, cō quod ille motus agit in uirtute omnium dispositionum precedentium. Hæc b. Thom. ubi sup. art. 2. q. 6. utrum de singulis peccatis mortalibus contritio requiratur in duobus arg. contra, & in cor. q. Et Pet. de Thar. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione art. 2. q. 2. & 3. utrum requiratur cōtritio specialis de singulis peccatis mortalibus, arg. contra: & in cor. q.

Sed forte quæres, utrum de peccatis oblitis debeat quis conteri. Respondeo, & dico, quod aliquod peccatum potest esse oblitum dupliciter: Aut ita quod in generali in memoria maneat, & non in speciali, & debet homo recogitare ad inueniendum peccatum, quia de quolibet peccato mortali tenetur homo specialiter conteri, ut patet sup. immediatē. Si autem inuenire non possit, sufficit de eo conteri secundū quod in memoria tenetur, & debet homo non solum dolere de peccato, sed de obliuione peccati, quæ ex negligentia contingit. Si autem peccatum omnino a memoria excidit, tunc ex impotentia faciendi excusatur a debito, & sufficit contritio generalis de omni eo in quo Deum offendit, sed quando impotentia tollitur sicut cum peccatum ad memoriam reuocatur, tunc tenetur homo specialiter conteri, sicut etiam pauper qui non potest soluere ut debet excusatur, & tamen tenetur cum primo poterit. Hæc b. Th. 4. scrip. sen. ubi sup. art. 2. q. 3. utrum de omni peccato actuali commissō a nobis debeamus conteri, in sol. 3. argumen.

An quis debeat conteri de peccatis oblitis.

C A P. V.

Secundo contritio ab Iſid. sic diffinit:
 5. Contritio est cōpunctio, & humilitas
 mentis cum lachrymis ueniens de recor-
 datione peccati, & timore iudicij. Ratio
 autem huius diffinitionis est ista, quia in
 peccato sunt quinque. scilicet assensio, delecta-
 tio, elatio, infectio, inconsideratio. Primò
 in peccato est assensio, unde dicit Mētis.
 Sicut. n. peccatum consummatur per cō-
 sensum uoluntatis rationalis, ita deletur
 per dissensum eius, dissensus autem iste
 non est nisi displicentia eius quod fuit:
 nam sicut peccata quando acciderūt uo-
 luntaria fuerunt, ita quando eis dissenti-
 mus, & de eis conterimur uoluntaria nō
 sunt: & iō nobis nolentibus acciderunt
 non quidē sū uoluntatē quam tunc ha-
 buimus cum ea uoluimus, sed secundum
 illam quam tunc habemus, quia uelle-
 mus ut nūquam fuissent, ut dicit B. Th.
 4. scri. sen. dist. 17. de contritione, ar. 1. q.
 2. utrum contritio sit dolor pro peccatis
 uoluntariē assumptus, in sol. 2. arti.

Secundò in peccato est delectatio, &
 cōtra hanc dī contritio cōpunctio men-
 tis: licet. n. istum peccasse sit necessariū,
 nihilominus cadit sub libero arbitrio
 electio istius actus. scilicet complacentiæ, uel
 displicentiæ peccati, ut v. g. Licet enim
 sit necessarium patrem meum hodie mo-
 ri & mortem euadere sit impossibile, nō
 tamen propter hoc debeo appetere mor-
 tem eius, & conualescentiam fugere. Sic
 a simili displicentia eius quod fuit. scilicet pec-
 cati est meritoria duplici ratione: prima
 est, quia cadit sub libero arbitrio: secun-
 da est, quia conformatur Deo. Voluntas
 enim nostra tunc meretur quando con-
 formatur uoluntati diuinæ, non solum
 in uolendo quod Deus uult nos uelle: li-
 cēt enim Deus non uelit istum non pec-
 casse, uult tamen uelle illum se non pec-
 casse. Sicut Aug. ponit exemplum de bo-
 no filio, qui desiderat, q̄ pater eius diu ui-
 uat. Cuius contrarium Deus uult. Hæc
 Alex. 4. parte sum. q. 340. art. 1. utrum pœ-
 nitens conteri, uel dolere debeat de pec-
 cato, in sol. 4. arg. Vbi nota, q̄ compun-
 ctio quattuor modis causatur in mente.
 Primò cū malorum suorum recolens co-
 gitat, ubi fuit: secundo cum iudicia Dei

metuens considerat ubi erit: tertio cum
 mala præsentis uitæ attendens consid-
 rat ubi est: quarto cum bona supernæ
 patriæ contemplans cogitat ubi non est.
 Hæc Greg. in moral.

Tertio in peccato est elatio Et contra
 hanc dicit: Humilitas mentis, quia sicut
 per superbiam aliquis in suo sensu ma-
 nens redditur, uel efficitur durus ad persi-
 stendum in culpa, eo q̄ durū est qd̄ non
 defacili cedit, uel frangitur, & efficitur ri-
 gidus, & ineptus ad suscipiendam diui-
 nam gratiam ita per hoc q̄ a sensu suo
 contritus recedit, humiliatur, & a pētō cu-
 ratur, & ad oē bonū habilitatur. Hæc B.
 Tho. 4. scri. sen. di. 17. de contritione, ar.
 1. q. 1. in cor. q. in expositione diffinitio-
 nis contritionis secundum Iſidorum.

Quarto in peccato mortali ē infectio,
 in quantum peccatum mortale inficit,
 & maculat, & mentem, & carnem, ut pa-
 tet infra. Malitia, & infra: peccatum mor-
 tale. Et contra hoc dicit: Veniens cum la-
 chrymis: nam lachrymæ secundum
 Ambr. sordes peccatorum lauant.

Quintò in pētō mortali est incōsidera-
 tio: qd̄ patet, quia pētōr nec peccatū aspi-
 cit nec supplicij attendit: sed timorē di-
 uinū abiicit. Et contra hoc dicit: Veniēs
 ex recordatione pētī, & timore iudicij. In
 quo uerbo duo dat intelligere: primò q̄
 dolor contritionis causatur in nobis ex
 recordatione pētī, ad ostendendum q̄ de
 quolibet peccato mortali de quo quis co-
 gitat, & actualiter recolit debet esse con-
 tritio singularis, de uenialibus autem oī-
 bus debet esse contritio eo modo quo cō-
 fessio & pœnitentia. Requi sup. Confes-
 sio: ut dicit B. Tho. 4. scri. sent. dist. 17. de
 contritione, artic. 2. q. 3. utrum de omni
 peccato actuali commissio a nobis debeat
 esse contritio, in cor. q. & in solu. 4. argu.
 secundo quòd dolor contritionis causa-
 tur ex timore iudicij diuini nam cum ho-
 mo cogitat, q̄ in iudicio generali oīa pec-
 cata commissæ erunt manifesta, quæ hic
 per penitentiam non fuerunt deleta, & q̄
 districtus iudex non relinquet impuni-
 tum unam minimam cogitationem, sta-
 tim mente incipit contristari, & pauere
 quo pauore cor liquefit, & exinde dolet
 gemit, & erubescit. Et ideo dicit psal. A iu-
 dicijs enim tuis timui.

Obiect.

Sed fortè argues in oppositū. s. q. suffi-
 ciat una contritio generalis ad delēdum
 omnia pēta mortalia tali ratione: Plus
 conueniunt omnia pēta mortalia actua-
 lia, q̄ actualia, & originale. Sed Baptism⁹
 delet omnia actualia, & originale: ergo
 vna contritio generalis delet omnia pec-
 cata mortalia. Resp. & dico, q. non est si-
 mile de Baptismo, & contritione dupli-
 ci ratione. Prima est, quia Baptismus agit
 in virtute meriti Christi, quod habet infi-
 nitam virtutem ad delendum omnia pec-
 cata mortalia, & propter hoc unus Bapti-
 smus sufficit: sed in contritione cum me-
 rito Christi requiritur actus noster: & cū
 actus noster non habeat infinitam virtu-
 tem, oportet, q. singulis peccatis respon-
 deat sigillatim contritio singularis. Se-
 cunda ratio est, quia Baptismus est spiri-
 tualis regeneratio, & ideo una regenera-
 tione remouentur omnia accidentia cō-
 traria rei generatę: vnde Baptismus vnus
 delet omnia peccata mortalia nouam vi-
 tam inducendo: sed contritio, uel pœni-
 tentia est spiritualis sanatio per modum
 cuiusdam alterationis: in qua alteratio-
 ne remouetur tantum unum accidens
 contrarium alteri accidenti, ad quod al-
 teratio terminatur: & ideo contritio, uel
 pœnitentia non delet omnia peccata ni-
 si ad singula feratur, unde oportet de sin-
 gulis peccatis conteri, & confiteri: unde
 licet homo possit simul, & quasi in mo-
 mento ad Deum cōverti, non tamen po-
 test simul conteri, & confiteri rationibus
 supradictis. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent.
 vbi supra immediatē artic. 2. quæst. 6. v-
 trum requiratur contritio de singulis
 peccatis mortalibus, in solu. 3. argumen.
 Requi. cap. præcedenti.

CAP.

VL

SI uerò diffinitionem Isidori de con-
 tritione aliter uis diuidere, & expone-
 re dicas, q. Isidorus in prædicta diffi-
 nitione tangit quattuor, scilicet motum,
 modum, effectum, motiuum. Primò tan-
 git motum: vnde dicit: Contritio est com-
 punctio. Cuius ratio est, quia sicut in pec-
 cato est motus a Deo ad peccatum, sic in
 contritione est motus a peccato ad Deū:
 & hic motus cōpunctio dicitur. Vnde no-

ta, q. contritio, & compunctio sunt idem
 subiecto, differunt tamen ratione duob.
 modis: primò quia contritio importat,
 vel dicit respectum ad peccatū, quod in
 contritione destruitur: compunctio ue-
 ro dicit respectum ad subiectum. s. ad cor,
 quod ibi dolore pungitur, ut exponit Pe-
 de Thar. 4. scri. sen. dist. 17. de contritio-
 ne, art. 1. q. 2. in cor. q. secundo modo cō-
 tritio, & compunctio differunt, quia con-
 tritio dicit ipsam doloris acerbitatem si-
 ne signi expressione: compunctio uerò di-
 cit ipsum dolorem cū expressione signi. s.
 lachrymarum: unde August. Lachrymæ
 sunt testes doloris, ut exponit Alexan. 4.
 parte sum. q. 32. de ratione huius nomi-
 nis contritio, artic. 3. in cor. quæst. Secū-
 dō tangit contritionis modum: unde di-
 cit: Et humilitas mentis, & hoc contra
 inobedientiam in auersione: nam humi-
 litas ibi accipitur prout opponitur super-
 bix. Sicut enim superbia initium est om-
 nis peccati, eò q. per superbiam homo
 diuinæ legi non subditur, uel transgre-
 diendo, uel omittendo, sic per humilita-
 tem contritus a suo sensu recedit, & a pec-
 cato ad Deum accedit. Requi. infra: Hu-
 militas, & infra Superbia. Terriò tangit
 Isidor. cōtritionis exteriorem effectum:
 vnde dicit. Veniens cum lachrymis: un-
 de nota, quod iste effectus contritio-
 nis non est de esse, uel de necessitate con-
 fessionis, vt dicit Pet. de Tharan. ubi su-
 pra in solu. 3. argument. Quartò tangit
 Isid. contritionis motiuum.

Vbi nota, q. duplex est cōtritionis mo-
 tiuū. s. dolor culpæ, & timor pœnæ. Primū
 contritionis motiuum est dolor culpæ:
 vnde dicit: Veniens ex recordatione pec-
 cati. Nam recordatio peccati inquātū ta-
 le. s. in quantum est in offensam Dei non
 est delectabile, & sic consideratur in cō-
 tritione, ut dicit Pe. de Tharan. ibidem,
 in solu. 5. arg. vnde Aug in lib. de pœnit.
 Dolendum est & de dolore purgandum,
 non solum quia peccauit, sed quia uirtu-
 te se priuauit. Ad cuius auctoritatis intel-
 lectū nota, q. dolor pōt esse de duob. s. de
 culpa, & de pœna: primò de culpa inquan-
 tū culpa est offensa Dei, & talis dolor est
 essentialiter ipsa contritio: secūdo dolor
 pōt esse de pœna: & hoc tribus modis: pri-
 mō in quantum dolor est de amissione

Contri-
 tionis
 duplex
 est moti-
 uum.

virtutis per peccatum: & talis dolor non est essentialiter ipsa cōtritio, sed est principium eius: quod patet, quia sicut aliquis mouetur ad appetendum aliquid propter bonum quod inde expectat, ita mouetur ad dolendum de aliquo propter malum quod inde est consecutus, ut dicit B. Th. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione, art. 2. q. 1. utrum homo debeat conteri de pœnis, in sol. 2. arg. secundo modo dolor potest esse de pœna, & hoc dupliciter. uel in quantum pœna est iustè a Deo inflicta, uel in quantum est læsiua: primo modo in quantum est iustè a Deo inflicta, & sic dolor de pœna hoc modo est malus, eò q̃ pœna inflicta super est propter aliquod bonum eliciendum ex ea, uel propter deum diuinę misericordię, qua ex pœna bonum glorię elicit, uel propter ordinē diuinę iustitię, quę peccatum impunitū nunquam relinquit: secūdō modo dolor potest esse de pœna in quantum est læsiua: & sic de pœna dolendum est, nec tamē de pœna debet esse contritio, ut ex superiorib. patet. Hęc Alex. 4. part. sum. q. 281. art. 1. utrum debeat esse contritio de peccatis solum aut de pœnis peccatorum, in sol. 4. arg. Secundum notium contritionis est timor pœnæ, unde dicit: Contritio est compunctio ueniens ex timore iudicij. Vbi nota q̃ timor iudicij Dei est principalis causa contritionis. Spes uerò diuinę misericordię est concausa contritionis: quod patet, quia timor sine spe nō contritionem sed desperationem posset facere, ut dicit B. Th. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione, art. 1. q. 1. in cor. q. de definitione Isidori quam de contritione assignat.

CAP. VII.

7. **C**irca contritionem, tertio, principaliter considerare debemus quantitatem augmentationis, quanta. s. debeat esse contritio. Circa eius intensionem nota quattuor. s. respectum, excessum, defectum, & gradum. Primò circa quantitatem contritionis nota intensionis respectum, nam dolor contritionis qui est displicentia uoluntatis de peccato præterito a nobis commisso comparatione,

vel respectu aliorum dolorum est maximus: quod probō triplici ratione. s. complacentiæ, amicitie, culpæ: primo ratione complacentiæ sic: Quāto res aliqua alicui placet, tantō eius contrarium displicet: sed finis ultimus. s. Deus uisus, & Dei uisio supra omnia placet, eò q̃ propter ipsum omnia desiderantur, & ideo peccatū quod ab ultimo fine. s. a Dei uisione auertit super omnia displicet: secūdō hoc idem probō ratione amicitie sic, secundum Aug. Omnis dolor in amore tanquam in causa fundatur. Nā amor est causa doloris, & aliarum affectionum, ut patet sup. Amor: sed amor charitatis est maximus: ergo dolor contritionis cuius amor charitatis est cā est maximus: tertio hoc idem probō ratione culpæ sic: Dolor est de malo, ergo de maiori malo debet esse maior dolor, sed culpa est maius quam pœna ut patet infra: Malum: ergo dolor contritionis qui est de malo culpæ est maior dolor qui possit esse.

Sed fortē argues in oppositum. s. q̃ dolor contritionis non sit maximus comparatione aliorum dolorum: quod probō quattuor modis. Primò sic: Dolor est sensus læsionis: unde quāto magis læsio sentitur, tantō maior est dolor: sed aliquę læsiones magis sentiuntur quā læsio peccati sicut læsio vulneris, ergo contritio quę est dolor, uel displicentia de peccato non est maximus aliorum dolorum. Respondeo & dico, q̃ læsio peccati quamuis non percipitur secundum sensum exteriorem, tamen percipitur esse maxima secundum sensum interiorem. s. rationis. Secundò ad idem argues sic. Ex effectu iudicamus de eā: sed effectus doloris sunt lachrymæ. Cum ergo aliquis magis emitat lachrymas corporales de morte amici, quā de peccatis, ergo uidetur, q̃ contritio quę est dolor de peccatis non sit maximus dolorum. Respondeo & dico, q̃ de dolore sensibili citius perfluunt lachrymæ, quā de dolore spiritali contritionis, non q̃ dolor sit maior, sed quia corporales immutationes immediate sequuntur ad passiones sensitiuę partis, & eis mediantibus ad affectiones appetitiuę superioris. Tertio ad idem argues sic: Quāto aliquid plus habet de permissione contrarij, tantō est minus intensum,

Dolor contritionis debet esse maximus.

sum: sed dolor contritionis habet multum de gaudio admixtum, quia contritus gaudet de deliberatione, & spe veniæ, & de multis huiusmodi: ergo dolor contritionis non est maximus. Respondeo & dico, quod gaudium illud quod poenitens, uel contritus habet non minuit displicentiam sed auget, sicut verbi gratia, qui delectatur in addiscendo aliquam scientiam melius addiscit: similiter qui gaudet de displicentia, vehementius displicentiam habet: sed bene potest esse, quod illud gaudium temperat dolorem in parte sensitiva resultantem.

Quartò ad idem argues sic: Dolor contritionis est quædam displicentia de peccato: sed multa sunt quæ magis displicent contrito, quàm peccata sua quæ fecit: verbi gratia, quia non uellet contritus poenam inferni sustinere potius quàm peccaret, nec etiam sustinuisse, vel sustinere omnes poenas temporales, ergo dolor contritionis non ex maximus omnium. Respondeo & dico, & sicut aliquis plus debet odire culpam in quantum est offensa Dei, quàm in quantum culpa est nociua sibi, eò quod plus Deum, quam seipsum debet diligere, ita plus debet odire poenam quæ inseparabiliter habet offensam Dei annexam, sicut separationem a Deo magis debet odire propter offensam Dei quàm habet annexam quàm in quantum est nociua sibi.

Sciendum tamen est, quod quamuis talis debeat esse contriti dispositio non tamen de his est tentandus, eo quod homo affectus suos nō potest de facili mēsurare: & quandoque illud quod minus displicere uidetur magis displicet, uel è conuerso illud quod minus displicet magis uidetur displicere, quia est propinquius sensibili nocumento quod magis est nobis notum. Hæc Beat. Thom. 4. scrip. sent. distinct. 17. de contritione, artic. 3. quæst. 1. vtrum contritio sit maior dolor, qui possit esse in natura in duobus argumentis, & in cor. q. & in solu.

4. argum. Requi. infra, an contritus debeat potius eligere poenam inferni, quàm quod mortaliter peccet.

Secundo circa quantitatem contritionis nota intensiois excessum. sc. vtrū dolor contritionis possit esse nimis magnus. Et quantum ad hoc respondeo & dico quod in contritione est duplex dolor, scilicet uoluntatis, & sensualitatis.

Primus est dolor uoluntatis rationalis qui est displicentia de peccato a nobis commisso, & talis non potest esse nimis magnus quod probo triplici ratione. sc. ratione gratiæ, beneuolentiæ, & displicentiæ: primò ratione diuinæ gratiæ sic: Contritio est dolor diuina gratia informatus sed diuina gratia in nobis nimium intendi non potest: ergo nec contritio: secundo hoc idem probo ratione beneuolentiæ sic: Quantum est diligenda alicuius boni præsentia, tantum odienda est & detestanda illius boni amissio, uel carentia, uel absentia: sed Deum non potest aliquis nimium amare, & appetere: ergo peccatum quod a Deo separat non potest nimium displicere, uel detestari: tertio hoc idem probo ratione displicentiæ sic: Displicentia peccati ex amore charitatis causatur, & procedit: sed amor charitatis quo Deum diligimus non potest esse nimius: ergo displicentia peccati nimia esse non potest in quantum, scilicet peccatum est in offensam Dei.

Dolor uoluntatis de peccato nō pōt esse nimis magnus.

Secundus dolor contritionis est sensualitatis qui dolor est quædam passio in partem sensitivam ex ratione redundans, & talis potest esse nimis magnus, sicut etiam exterior afflictio corporis potest esse nimia, ut patet infra de ieiunio ex verbis Hiero. nam quandoque corpus tantum affligitur, quod deficit, & in languorem incidit: unde in talibus est observatio mediæ necessaria, aliàs non esset actus uirtutis: sed in actu contritionis qui est displicentia de peccato quantumcunque intendatur, uel ex parte peccati a quo receditur per dissensum, uel ex parte Dei ad quem acceditur per affectum, nulli potest aliquod accidere detrimentum, & ideo non est sibi superfluum. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione artic. 3. q. 2. vtrum dolor contritionis potest esse nimis magnus, in cor. q. Et Alexa. 4. parte sum. q. 23 2. articul. 4. vtrum contritio

Dolor autem sensualitatis pōt esse nimis magnus.

tio possit esse nimis magna, in argu. contra, & in cor. q. Et Pet. de Tharan. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione, arti. 3. q. 2. utrum in contritione requiratur maximus dolor. in cor. q.

C A P. IX.

Tertio circa quantitatem contritionis nota intensio defectum utrum. scilicet dolor contritionis possit esse nimis parvus, & quantum ad hoc respondeo, & dico, quod contritio duplicem dolorem habet, scilicet rationis, & sensus, ut patet ex præcedentibus. Primus dolor est rationis, scilicet displicentia peccati commissi, & talis dolor potest esse adeo parvus, quod non sufficiat ad rationem contritionis, ut si minus displiceret ei peccatum quam debeat displicere separatio a fine: uerbi gratia. Si enim alicui displiceret, quod Deus offenderet per peccatum, & illa displicentia non excederet displicentiam amissionis unius obuli, nulli est dubium qui in illa displicentia insufficiens esset ad hoc, quod esset dolor contritionis. Sicut etiam amor potest esse ita remissus, quod non sufficiat ad rationem charitatis.

Sed fortè argues in oppositum, scilicet quòd dolor quântumcunque paruus sufficit ad rationem contritionis, & per consequens ad salutem tali ratione. Amissio boni cum difficultate recuperandi illud, est causa magni doloris: ergo per oppositum amissio boni cum facilitate recuperandi illud, non est causa magni doloris. Non enim deberet iustè aliquis affligi licèt incurrisset damnum maximum si illud faciliter recuperare posset. Sed illa q̃ amittuntur per peccatum, scilicet Deus, & gratia &c. de facili recuperari possunt, quia non requiritur nisi quod ille qui amisit faciat illud quod in se est, ut illa recuperet, hoc autem non est magnum: & Deus faciet, quod in se est: ergo contritio parua sufficit ad salutem. Respondeo tribus, modis. Primò quòd hæc est falsa, Deus, & gratia de facili recuperari possunt quia non est in hominis potestate redire ad statum gratiæ post peccatum, est enim spiritus uadens, & non rediens, unde pec-

care in spe ista est stulta præsumptio, & maximè cum nesciat peccans an morte præueniatur. Secundò quia illud quod supponitur est falsum, scilicet quòd existens in peccato potest facere quod in se est, ut recuperet gratiam, Cuius ratio est, quia facere quod in se est, est consentire gratiæ præuenienti, hoc autem non potest peccator de se facere cum gratia præueniens non sit in sua potestate. Tertio dico, quòd non potest constare alicui, quod fecit quod in se est quia etsi multum doleat de multis peccatis, & diu, adhuc nescit si sufficienter fecerit quod in se est.

Secundò dolor contritionis est in sensu licet quædam passio redundans in sensualitate, qui dolor ex primo dolore, scilicet ex dolore rationis causatur, uel ex necessitate naturæ ex motu superiorum virium quem sequuntur vires inferiores, vel secundum electionem prout uoluntas excitat dolorem illū, & paruitas istius doloris non impedit rationem istius contritionis, tum quia non est talis dolor essentialiter ipsa contritio, sed quasi per accidens adiungitur ei, unde non requiritur ad contritionem de necessitate, eò quòd contritio sine tali dolore potest esse, sed est ad bene esse hoc est de perfectione contritionis, tum etiam quia talis dolor sensibilis non est in pte nostra.

Concludo ergo, & dico, q̄ contritio
duo nominat, scilicet gratiam, & dolorē
Primò igitur contritio ex parte gratiæ
non potest esse minima, vel nimis parua.
Cuius ratio est, quia sicut minima gratia
gratum faciens, & minima charitas suffi-
cit ad quodlibet peccatum delendum, sic
contritio quantumcunque minima ex il-
la parte qua est informata diuina gratia
gratum faciente, sufficit ad delendum oē
peccatum mortale quantumcunque ma-
gnū. Secundò contritio ex parte dolo-
ris, uel displicentiæ potest esse nimis par-
ua, ut si alicui peccatum displiceat non
eo mō quo debet, putā si aliquis pœniteat
de peccato nō propter Dei offensam, sed
propter sui pœnam. Dolor autē qui est in
sensu non est de esse contritionis, sed de
benē esse, ut ex præmissis patet. Hæc B.
Th. 4. scr. sen. dis. 17. de contritione, art. 5.
q. 3. utrū cōtritio parua sufficiat ad dele-
tionē magnorū pētorū, in cor. q. & Ale. 4.

Dolor
sensuali
tatis po
test eadē
paruus,

parte sum. q. 23 2. ar. 3. utrū cōtritiō possit
ēē nimis parua, in cor. q. & in sol. ult. ar.

C A P. X.

10. **Q**uarto circa quātitatem cōtritionis
nota intensiōis gradū: debet. n. gra-
dus esse in dolore cordis, sicut gradus est
in peccatis, quod sic patet. Cum enim du-
plex sit dolor. s. spiritualis, & sensibilis,
uel mentalis, & corporalis, non debet es-
se uterque dolor æqualis de omnibus pec-
catis mortalib. sed maior de maiori pec-
cato. Et primò ostendo, quòd dolor men-
talis, uel spiritualis, qui est displicentia
de peccato commissio maior debet esse de
maiori peccato. quod probò quattuor ra-
tionib. scilicet ratione offensionis, auer-
sionis, uitationis, adæquationis. Primò
ratione offensionis sic. Vbi est maior rō
dolendi, ibi debet esse maior dolor, sed
de uno peccato mortali est maior ratio
dolendi, quā de alio. quod patet, quia v-
bi est maior offensio dei, ibi est maior ra-
tio dolendi, & per consequens debet esse
maior dolor, sed in uno peccato mortali
est maior offensa Dei, quam in alio, quia
ex magis inordinato affectu & actu Deus
magis offenditur, ergo de uno peccato
mortali debet esse maior dolor quā de
alio. Secundò hoc idem probò ratione a-
uersionis sic. De peccato præcipuè est cō-
tritiō secundum, q̄ peccatum a Deo auer-
tit. Ex quo uerbo formo sic rationem. Cō-
tritiō debet esse ratione auersionis. quod
patet, quia si in peccato posset esse auer-
sio sine conuersione adhuc deberetur, ei
carent a uisionis, & pœna ignis, ergo ma-
ioritas contritionis secundum maiorita-
tē auersionis a Deo debet esse, unde ma-
ioritas pœnæ in inferno non est secun-
dum maioritatem auersionis a Deo, ut
uerbi gratia, quia homicidio debetur pœ-
na ignis acerbius quam simplici fornica-
tioni, licet in homicidio sit minor dele-
ctatio seu conuersio, ergo si dolor contri-
tionis debet esse de peccato ratione qua
peccatum auertit a Deo, quantò peccatū
magis auertit, & elongauit a Deo, tantò
de eo amplius est dolendum. Tertiò hoc
idem probò ratione uitationis sic. De

hoc dēt hō cōteri, q̄ debuīt uitare, sed hō
dēt magis uitare unum peccatum quā
aliud. s. q̄ grauius est si necessitas alterū
faciendi incumberet, ergo similiter de-
bet homo de maiori peccato, uel graui-
ori magis dolere quā de leuiori. Quar-
tò hoc idem ostendo ratione adæquatio-
nis, uel commensurationis sic. Contri-
tione adæquantur, uel commensurantur
plagæ, uel pœnæ peccatis. Ita dicitur Deu-
ter. 25. secundum mensuram peccati erit,
& plagarum modus: ergo contritiō debet
esse maior de uno peccato quā de alio.
Secundus dolor est sensibilis, & talis do-
lor, uel pœna debet esse maior ratione ma-
ioris culpæ seu offensæ, secundum, q̄ pro
peccato ex electione assumitur maior do-
lor sensibilis, quasi pœna maioris pecca-
ti. de hoc duplici dolore. s. spirituali, &
sensibili dicitur Apoc. 18. Quantum glo-
rificauit se &c. Vbi primò t̄gitur culpa,
scilicet, superbia quæ est causa auersio-
nis a Deo, & secundò culpa, scilicet con-
cupiscentiæ quæ est de inordinata con-
uersione ad delectabile, ibi. Et in delitijs
fuit, nam de delectatione non est dolendū
ratione delectationis, sed ratione qua est
culpabilis de ea est dolendū. Est autē cul-
pabilis delectatio rōne auersionis a Deo.

Sed fortè argues in oppositū. s. q̄ nō
dēt esse dolor maior de uno peccato quā
de alio dupliciter. s. auctoritate, & ratione. Opp.
Primò auctoritate, quia Hier. commēdat
Paulam de hoc, q̄ minima peccata sicut
magna plangebant, ergo non est magis do-
lendum de uno peccato quā de alio.
Respondeo, & dico. Hier. nō laudat Pau-
lā de hoc, q̄ de omnib. peccatis doleret
æqualiter, sed quia de paruis peccatis t̄n
dolebat ac si essent magna p cōparatio-
nem ad alios, qui de peccatis dolent, sed
istā multò amplius ā maiorib. doluisset.

Secundò ad idem arguo ratione sic. De
peccato debet esse dolor secundū, q̄ auer-
tit a Deo, sed oīa peccata mortalia sunt
in auersione a Deo, quia oīa tollūt gratiā
qua anima coniūgitur Deo, ergo de om-
nibus peccatis mortalibus debet esse æ-
qualiter dolor. Respondeo & dico, q̄ quā-
uis quodlibet p̄ctm mortale a Deo auer-
tat, & gratiam tollat, tamen quoddam a
Deo plus elongat quā aliud, inquantū
habet maiorem dissonātiā ex sua inor-

dinatione ad ordinem diuinæ bonitatis, quàm aliud. Et ideò de vno peccato est magis dolendum quàm de alio. Hæc. B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione. artic. 3. quæst. 3. vtrum debeat esse maior dolor de maiori peccato, in argumēt. contra, & in cor. quæst. & in solu. 1. & 3. argumen. & Pet. de Tharan. ibidem dicit idem, & Alexan. idem dicit 4. parte sum. quæst. 233. de quantitate contritionis, articul. 7. vtrum maioritas contritionis sit secundum maioritatem auersionis a Deo vel conuersionis inordinatæ ad cōmutabile bonum in cor. q.

C A P.

XI.

Q V A R T O principaliter circa contritionem considerare debemus continuitatem durationis, nā totum tempus præsentis uitæ est tēpus contritionis. Vbi nota, quòd contritio de peccato commisso habetur duobus modis, scilicet in habitu, & in actu.

Primò in habitu, scilicet, quòd peccator quodcumquē cogitat de peccatis, quæ fecit tenetur de eis cōtritionem habere, quod tali ratione ostendo. In contritione est dolor, scilicet mentalis, & sensibilis. Primus dolor est mentalis: & est displicentia, uel detestatio peccati præteriti: & quantum ad istum dolorem totum præsens tempus est tempus cōtritionis: quod probo duplici ratione. Primò ex parte peccati sic. Quamdiu aliquis est in vita detestatur incommoda quibus a peruatione termini uiæ impeditur, uel retardatur sed per peccatum homo impeditur, uel retardatur a peruatione termini uiæ, scilicet, cœlestis patriæ, ergo oportet, quòd semper in præsentī uita sit detestatio peccati. Secundò hoc idem probo ex parte nocumenti sic. Detestatio debet esse alicuius, quod est in nocumentum: sed illud tempus quod erat deputatum ad currendum, & perueniendum ad terminum est per peccatum omissum, uel impeditum, nec idem recuperari pōt, ergo oportet, q̄ semper in hac uita tempus contritionis de peccato maneat, scilicet displicentia, uel detestatio peccati commissi. Secundus dolor in contritione est sensibilis: quem scilicet dolorem

voluntas assumit in corpore pro peccato commisso. Et talis dolor in præsentī uita semper manere debet: quod tali ratione ostendo. Per peccatum mortale homo meretur æternam pœnam, quia contra æternum, scilicet contra Deum peccauit: ergo pro pœna æterna in temporalem mutata debet dolor in æterno hominis, scilicet in statu huius uitæ manere.

Vbi nota, q̄ aliud est de rubore, & de confessione, & de satisfactione, & aliud de detestatione pēti. Primò enim loquendo de rubore pēti, nō oportet, q̄ post remissionē peccati sit erubescētia de pēto. Cuius ratio est, quia erubescētia respicit peccatum solum in quantum turpitudinem habet. Et ideò postquam peccatū remissum est non manet pudori locus: unde Ambr. Nihil habet quod erubescat, cui peccatum dimissum est, sed post dimissionem peccati manet locus dolori. Cuius ratio est, quia dolor non est solum de pēto in quantum turpitudinem habet, sed in quantum habet nocumentum annexum, scilicet quia tempus in quo fuit perpetratum peccatum perditum est, nec amplius idem recuperari potest. Sedò loquendo de detestatione, & cōfessione pēti non est simile: quia post cōfessionē pēti non oportet iterū cōiteri, sed dolere sic. Cuius rō est, quia dolor respicit peccatū, in quantum habet nocumentū annexū, sed confessio respicit absolutionē, & satisfactionē: unde tertio dico, q̄ nō est idē de satisfactione, & de dolore pēti, & hoc duplici rōne. Prima est, quia satisfactio attenditur s̄m pœnam taxatam quæ pro pēti iniungi debet, & ideo potest terminari, ut nō oporteat ulterius satisfacere.

Secunda rō est, quia pœna proportionatur culpæ ex parte cōuersionis, sed dolor cōtritionis respondet culpæ ex parte auersionis ex qua culpa quādā īfinitatē hēt, & iō contritio in habitu. s. in dispositione hominis dēt semp manere. s. q̄ hō taliter sit dispositus, ut quodcumq; cogitat de peccatis, quæ fecit, ea sibi displiceant, & detestetur. Et ppter hoc Hugo de sancto Victore dicit, q̄ Deus absoluēs hominem a culpa, & a pœna ligat eū vinculo perpetuæ detestationis peccati. Secūdo dico, quòd dolor de peccato commisso habetur in actu, & tunc non est ne-

celse, & homo continuè doleat de peccatis suis, quod probo tam de dolore mentali, quàm etiam de dolore sensibili. Primò de dolore mentali: licet enim dolor mentalis, qui est displicentia peccati possit esse continuus, quantumcunq; in actu istius displicentiae homo possit esse, melius tamen est dummodo aliarum uirtutum actibus melioribus vacet tempore suo, & loco. Secundò hoc idem probo de dolore sensibili, qui a uoluntate assumitur pro peccatis debet esse moderatus, & quantum ad intensiorem, & quantum ad durationem, ne si nimis duret homo in desperationem, & pusillanimitatem, & huiusmodi peccata labatur. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. senten. distinct. 17. de contritione, artic. 4. quæst. 1. vtrum tota præsens uita sit tempus contritionis, in corp. quæst. & in solut. 2. & 5. argument. & ibidem quæst. 2. vtrum expediat continuò de peccato dolere, in cor. q.

C A P. XII.

Suero aliter uis procedere dicas, & expedit in hac uita quando quis recolit dolere semper de peccatis quæ fecit: quod probo duplici ratione.

Prima quia totum tempus præsentis uitæ est tempus contritionis.

Secunda est, quia animæ post uitam contritionem habere non possunt.

Prima ratio quare continuè expedit conteri de peccatis est, quia totam tempus præsentis uitæ est tempus contritionis: quod probo quattuor rationibus, scilicet ratione pœnitentiæ, iustitiæ perseuerantiæ, cautelæ. Primò ratione pœnitentiæ sic Pœnitentia non potest esse sine dolore, quia non potest pœnitere qui non dolet, sed pœnitentia semper debet esse in habitu, scilicet quando quis recogitat de peccatis quæ fecit: ergo, & dolor: unde August. in libro de pœnitentia sic ait. Vbi dolor finitur deficit pœnitentia, ubi deficit pœnitentia nihil relinquitur de uenia. Vbi nota, & dolorem finire, potest intelligi duobus modis: uno modo per perpetrationem peccati, & tunc deficit pœnitentia. Alio modo per occupationem melioris boni, scilicet quando aliquis congruo loco, & tēpore occupat se circa

opera meliora, & tunc cessante dolore nõ cessat pœnitentia. Secundò hoc idem probo ratione iustitiæ sic. Vt enim æqualitas iustitiæ obseruetur inter meritum, & præmium, proportio debet esse. Sed beatitudo quæ est ultimus finis creaturæ rationalis est præmium continuum, & indeficiens, ergo illud meritum quo beatitudo acquiritur, scilicet dolor contritionis: vel gemitus peccatis quantum est possibile continuum, uel perpetuum debet esse eo, quòd beati qui lugent, ut dicitur Matth. 5. unde Greg. super illo uerbo Iob. 14. Anima ipsius super semetipso lugebit, sic ait. Dignum est, ut in seipso semper maiores inueniat qui relicto creatore gaudia in se quærebat.

Tertiò hoc idem probo ratione perseuerantiæ sic. Sicut se habet innocens respectu culpæ futuræ, ita se debet habere pœnitens respectu culpæ præteritæ ab eo commissæ, sed innocens semper tenetur futurum peccatum subterfugere, & uitare: ergo pœnitens semper quā recolit tenet de peccato commissio dolere. Quartò hoc idem probo ratione cautelæ sic. Peccatum consistit in uoluntate: unde Aug. Peccatū ideo est peccatum, quia uoluntarium, ergo sicut est peccatū uelle peccare, ita est peccatū uelle peccasse, & iō sicut hō semper tenetur nolle peccare, ita semper tenetur nolle peccasse, sed ex hoc quod uult nõ peccasse, & peccauit, generat dolor: ergo semper quā de peccato commissio quis cogitat tenetur dolere. Hæc Alex. 4. parte sum. quæst. 238. utrum pœnitens semper teneatur conteri de peccatis quæ fecit.

Quintò hoc idem probo auctoritate Hieron. tren. 2. Deduc quasi torrētē lachrymas per diē, & noctē, & non taceat pupilla oculi tui. In quo uerbo de contritione peccatoris tanguntur quattuor, scilicet actus: tren. 2. modus, tempus, gradus. Primò tangitur actus contritionis, ibi deduc lachrymas quæ sunt signa cōpunctionis, ut enim dicit Isid. de sum. bono. nihil autem peius est quā culpam cognoscere, & non deflere. Et subdit Isido. dicens. Duplicem fletū dēt habere oīs peccator, uel quia bonū per negligentiam non fecit, uel quia malū per audaciā perpetravit. Secundò tangit contritionis modus dicens. Deduc quasi torrentē lachrymas, quod tribus modis

ex po-

exponitur. Primo secundum gl. sic. Torrens non semper uno eodemq. impetu, currit uel defluit: sed sicut inundatio de cælo defluit, sic lachrymæ quasi diuina inspiratione, & compunctione cordis generantur. Secundo modo exponitur sic. Deduc quasi torrentem lachrymas. q. d. qui te multum peccasse consideras, necesse est, ut nec in magnitudine, nec induritate doloris tibi parcas. Tertiò sic. Deduc quasi torrentē lachryma. Torrēs. n. cum impetu de currit magno, sed quò vehementius defluit, tantò citius pertrāsit, necesse ergo compunctionis feruor torrenti comparatur, quoniam quantò uis maior doloris in compunctione fuerit, tantò citius diuina consolatione superueniente pertransit: Sed quia inchoare bonum parum prodest nisi perseueranter teneatur, idè tertiò subditur tempus contritionis, scilicet per diem, & noctem. quod exponitur duobus modis. Primò secundum gl. sic. Non des requiem tibi per diem, & noctem ad ostendendum, q̄ mens, & oculi semper debent esse parati ad lachrymas effundēdas per diem, idest in prosperis, & p̄ noctem, idest in aduersis, ut nemo sibi parcat quandiu uiuit. Et non torpeat quasi securitate accepta donec ad illam requiem pueniat, in qua absterget Deus omnem lachrymā &c: Hęc in gl. Secundo modo exponitur sic. Rectè subiungitur per diem, & noctem ad ostendendum, q̄ aliter peccator aliter iustus plorat. Ille nanque, scilicet peccator ex recordatione peccatorū deorsum lachrymas ducit. iste, scilicet iustus pro desiderio supernæ patriæ ex intimis suspiria trahit.

Quartò subiungitur contritionis gradus uel uirtus, unde ait. Neque taceat pupilla oculi tui. gl. pupilla oculi est compunctio rationis. q. d. Semper displiceat rationi, & uoluntati peccatum quod cōmisisti. Verbum misericordiæ est illud. Pupilla inquit non solum marginem oculorum, sed ipsum uisionis radium procella lachrymarum erumpens obtenebret, ut id etiam quod tenerū est affligitur citius ad misericordiam pietas iudicis moueatur.

CAP. XIII.

Quare totum tempus præsentis uitæ est tempus contritionis. Secunda ratio est, quia post hanc uitam non possunt conteri de peccatis, quod tali ratione ostendo. In contritione sunt tria, scilicet essētia, forma, efficacia. Primò in contritione est essētia, scilicet quia contritio secundum suam essētiā est dolor de peccatis, & sic animæ, q̄ post hanc uitam in patria sunt, contritionem habere non possunt, quia carent dolore propter gaudij plenitudinē, dicente Christo. Gaudium uestrum plenum sit. Ioha. 16. Sed contra uidetur, quòd animæ beatorum doleant de peccatis tali ratione. Amor charitatis causat displicentiam de peccato, sed post hanc uitam remanet in Beatis amor charitatis, & quantum ad actum, & quantum ad habitum, quia charitas nūquam excidit, ut dicit Apostolus, ergo remanet in beatis dolor, uel displicentia de peccato. Respondeo, & dico, q̄ charitas non causat dolorem de peccato, nisi illis qui sunt capaces doloris. Sed plenitudo gaudij omnem capacitatem doloris a Beatis excludit, & idè quamuis habeant charitatem, carent tamen contritione.

Secundo contritio est dolor gratia informatus, & idè animæ, quæ sunt in inferno carent contritione, quia & si dolorem habent de peccatis suis propter poenam suam quam sustinent, deficit tamē in eis gratia informans dolorem, & ideo contritionem, quæ est dolor gratia informatus, habere non possunt.

Tertiò contritio est dolor meritorius, & sacramentalis, & quodāmodo satisfactorius, & idè animæ, quæ sunt in purgatorio quamuis habeant de suis peccatis dolorem gratia informatum, non tamen habent dolorem meritorium, eò q̄ non sunt in statu merendi sed soluendi.

Quòd autem animæ, quæ sunt in purgatorio contritionem habere non possunt, probo dupliciter.

Primò ex contritionis diffinitione sic. Isidorus contritionem diffiniēs dicit sic. Contritio est humilitas mentis cum lachrymis ueniēs ex recordatione peccati,

& timore iudicij. Si existens in purgatorio non timent Dei iudicium, ergo &c.

Secundò hoc idem probò ratione sic. Tanta posset esse contritio, q̄ sufficeret ad deletionem non solum culpæ, sed pœnæ. Igitur si animæ existentes in purgatorio contritionem habere possent, tanta in eis posset esse contritio, q̄ omnino purgarentur a pœna ignis, quod videtur esse inconueniens, cum status ille nō sit status merendi, sed soluendi pœnam secundum merita in carne. In hac aut̄ uia, vel vita tria prædicta quæ ad contritionem exiguntur inueniri possunt, & ideo tempus vitæ præsentis est tempus contritionis propter quod expedit continuè dolere de peccatis cum homo cogitat peccata quæ fecit. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 17. de contritione, art. 4. q. 3. utrum animæ post hanc vitam de peccatis cōterantur, in cor. q. & Alex. 4. p. sum. q. 241. utrum animæ in purgatorio conterantur de peccatis suis, in arg. cōtra, & in cor q.

C A P. XIII.

AD maiorem autem euidentiā prædictorum dñt sciendum, q̄ homo in toto tempore præsentis vitæ debet de peccatis conteri quattuor modis, scilicet perfectè, distinctè, perpetuè, intense. Primò debet conteri perfectè, ut scilicet non solum actum, sed etiam affectum peccati totaliter detestetur. Ita dicit Isid. lib. de sum. bo. Ille dignam pœnitentiam agit qui sic præterita mala deplorat, ut iterum futura non committat. Et subdit rationem dicens. Etenim qui sic plangit peccatum præteritum, ut iterum peccatū committat, est quasi si quis lauet laterē crudum quem quantò magis abluuit tantò magis lutum facit. Et propter hoc dicitur Hierem. tren. 1. effunde sicut aquā cor tuum ante conspectum domini, & hoc dupliciter, scilicet in contritione, & in confessione.

Primò in contritione, quia sicut aqua simplex nec substantiam nec colorem nec saporem nec odorem relinquit in vase unde effunditur, sic peccatum totaliter in detestatione haberi debet, ut totaliter extinguatur: & subdit. Ante conspectum domini, quia propter ipsum solū debet

quolibet conteri, vel propter ipsum amissum, vel propter ipsum debitè glorificandum. 1. ad Corinth. 10. Siue manducatis siue bibitis siue aliud facitis omnia in gloriam dei facite. Secundò debemus effundere sicut aquam cor nostrum in confessione, ut integrè cōfiteamur. & subdit. Ante conspectum domini. Gl. Ante conspectum domini cor suum effundit qui sacerdoti tanquā Dei vicario se cōmittit. In psal. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te nō est absconditus, & iterum. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam.

Secundò debet homo conteri de suis peccatis distinctè, scilicet ut de quolibet peccato mortali specialiter conteratur: unde super illo verbo psal. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Glo. sic ait. In mensura, idest pro viribus tuis, quia fidelis est Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, uel in mensura, idest pro modo culparum, secundum glo. unde Grego. Illud uerbum exponens ait. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura, ut uidelicet mensura usque tanto puniendo uel penitendo cōpunctionis suæ lachrymas bibat quanto se meminit meruisse per culpas: unde per Hier. in tren. 3. dicitur. Diuisiones aquarum deduxerunt oculi mei. ubi gl. sic ait. Diuisas quippe in oculis aquas deducimus cum peccatis singulis disparitas lachrymas damus, ut secundū multitudinem delictorum sit effusio lachrymarum. In psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum.

Tertiò debet homo conteri de peccatis suis continue, idest tempore, & loco suo. Cuius ratio est, quia cum obligatio ad contritionem sit præcepti affirmatiui quod obligat semper, sed non ad semper, idest tempore suo, ideo licet obligatio ista sit perpetua, non tamē est continuè exequenda, sed solum quādo peccator recordatur peccatorum suorum quibus Deum offendit, tūc oportet q̄ doleat de peccatis suis quod probò per simile de oratione, sicut n. de oratione dicitur. 1. ad Theff. 5. Sine intermissione orate, idest horis certis, & statutis, ita ēt de dolore contritionis, ut dicit Alex. parte sum. q. 234. in cor. q. Sed Obie-

forte argues in oppositum. scilicet quod homo cōtinuè.

Secundò distinctè.

Tertio continuè.

Homo dēt conteri de peccatis suis pfectè.

non teneatur continuè de peccatis suis dolere tali ratione. Impossibile est gaudere simul, & dolere, sed expedit continuè gaudere, ut dicit Apostolus ad Philip. 4. Gaudere in domino sèper, ergo si expedit & necessarium est gaudere, non expedit nec est possibile contristari. Respōdeo duobus modis. Primo: quia gaudiū, & dolor prout sunt in contritione simul non sunt contraria, eo q̄ non sunt respectu unius, & eiusdem, sed diuersorum, quia gaudium directè respicit in contritione gratiam recuperatam, sed dolor respicit directè culpam commissam, unde in contritione dolor est materia gaudij, & de dolore gaudendum est, ut dicit. B. Tho. 4. scri. sen. distin. 17. de contritione. arti. 1. q. j. Quid sit contritio, in solu. 4. arg. Secundo modo respondeo, & dico q̄ gaudium seculi, scilicet mundi impedit dolorem contritionis, quia quanto plus diligit mundum tanto minus de peccato commissio dolet. sed gaudium Dei facit dolorem contritionis quod patet, quia quanto quis plus gaudet de Deo, tanto plus conteritur, & dolet de cōmisso peccato: unde gaudium, quod est de Deo, habet pro materia ipsum dolorem de peccato commissio, ut dicit. B. Thom. ubi supra immediatè, artic. 4. q. 2. utrum expediat continue de peccato dolere, in sol. j. arg.

Quartò intensè. Quartò debet homo conteri de peccatis suis intensè, id est amare ad modum, scilicet unigeniti. Hier. 6. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum, ubi gl. sic ait. Nihil dolorosius, uel dolentius, quam unigenitum, uel unicum perdere filium. Vbi sciendum, q̄ augmentū, uel intensio contritionis potest considerari quantum ad duo. Primo quantum ad criminis extinctionem, & sic quælibet contritio quantuncunque parua dum tamen sit contritio totaliter peccatum destruit nec est necesse contritionem augeri, Secundo quantum ad affectionem, & sic cōtritio potest semper augeri, quia nullum peccatum uoluntas ita detestatur quin amplius detestari possit: ut dicit Petrus de Tharan. 4. scri. sen. dist. 17. de contritione: art. 5. q. 2. utrum motus contritionis possit intendi in sol. 1. arg.

QVinto circa contritionem considerare debemus sagacitatem electionis, scilicet utrum cōtritus magis debeat uelle esse in inferno quam peccare mortaliter. Respondeo duobus modis.

Primò quia aut loquimur de pœna in generali, aut de pœna in speciali. Si enim loquimur de pœna in generali tūc dico, quod contritus magis tenetur, & debet eligere, & uelle pati omnem pœnam quā peccare. Cuius ratio est, quia contritio non potest esse sine charitate, ex charitate autem plus homo diligit Deum quā seipsum, sed peccare est facere contra Deum: puniri autem est aliquid pati contra seipsum: unde charitas requirit, ut quamlibet pœnam in generali homo cōtritus praelegat culpæ: nullam enim puram pœnam tantum refugit charitas quā tantum offendere, uel offendisse Deum, & ideo magis est detestanda una culpa quā omnis pura pœna in generali. Sed loquendo de pœna in speciali, scilicet utrū contritus debeat magis uelle pati pœnam inferni quā peccare, dico quod non tenemur descendere ad hanc pœnam, uel ad illam in speciali, imò stultum faceret si quis seipsum, uel alium de huiusmodi pœnis particularibus sollicitaret. Cuius ratio est, quia sicut delectabilia plus mouent in particulari considerata quā in communi, ita terribilia plus terrent si in particulari considerentur, & aliqui sunt qui minori tentatione non cadunt, qui forte maiori caderent, ut verbi gratia. Si cut aliquis audiens adulterium ad libidinem non incitatur, sed si per considerationem descendat ad singulas illecebras magis mouetur. Et similiter aliquis non refugeret pati mortem pro Christo, sed si descenderet ad considerandum singulas pœnas magis retraheretur: & ideo descendere in talibus ad singula est inducere hominem intentionem, & præbere occasionem peccandi. Hec B. Tho. in primo quodlibet. q. 9. utrum contritus debeat magis uelle esse in inferno quā peccare, in cor. q.

Secundo modo cum queritur an contritus debeat praelegere pœnam inferni pœtō sine offensione Dei. Respondeo, & dico

In generali peccator debet eligere magis omnem pœnam, quā peccare secus autē in particulari

Contritus an debet praelegere

ligere
penā in
ferui pec
catō sine
offensio
ne Dei.

dico, quod hæc quæstio nulla est. Cuius ratio est, quia ubi non est electio non debet esse præelectio. Illud autem sub electione non cadit quo separatur a Deo, sed perpetratione peccati, & pena inferni homo separatur a Deo, quod patet, quia pena illata includit debitum patiendi illam, scilicet peccatum. Si autem quadam abusione electionis, supponeretur inter prædicta posse fieri electionem, dico quod præeligenda esset perpetratio peccati penę inferni.

Cuius ratio est, quia vnum malum præeligendum est, sed pena æterna importat duo mala, scilicet cruciatum inferni vehementissimum, & debitum illius cruciatu scilicet peccatum quo anima a Deo æternaliter separatur, & cruciatur in inferno: ita quod inflictio illius separationis a Deo perpetuè duplex malum importat, scilicet penę, & culpę, perpetratio autem peccati vnum malum importat, scilicet malum culpę. Si autem poneretur inter prædicta, scilicet inter perpetrationem peccati, & sufferentiam penę inferni posse fieri electionem in quantum pena inferni est tantum pena sine peccato inflicta, tunc dico, quod electio talis penę non posset fieri sine derogatione bonitatis diuinę, cuius misericordia superexaltat iudicium. Iacob. 2. Vnde talis pena non est præeligenda, quod probatur duplici ratione. Prima est, quod talem penam inferni infligere sine culpa derogat bonitati diuinę cui proprium est semper misereri, & parcere. Secunda ratio, & confirmatio præcedentis est, quia magis est a singulis detestandum fieri a Deo aliquid quod derogat bonitati diuinę quam ab ipsis fieri aliquid contra legem Dei, verbi gratia. Sicut enim præeligendum est me non esse quam Deum non esse, ita præeligendum, est me aliquid iniuste facere quam Deum, vnde quia penam æternam inferni infligere innocenti derogat bonitati, & pietati diuinę, ut patet, ideo &c. Si autem pena inferni innocenti posset infligi sine derogatione bonitatis diuinę, tunc dico, quod præeligenda esset pena inferni perpetrationi peccati: vnde Anselmus in libro de similitudinibus sic ait. Si hinc inquit peccati pudorem, illinc cernerem inferni horrorem, & necessariò vni eorum haberem immergi, prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immit

terem. Et subdit: Mallet enim purus peccator, & innocens in gehennam intrare quam peccati sorde pollutus cælorum regna tenere. Et subdit causam huius dicēs, Innocens in inferno non sentiret penam. Et peccator in Paradiso non gauderet de gloria, cum constet solos malos in inferno torqueri, & solos bonos in beatitudine foueri, & gloriari, ideo &c. Hæc Alex. 4. parte sum. quæst. 233. art. 7. utrum penitens tantum debeat dolere de peccato quod mallet omnem penam tam temporalem uel æternam sustinere, quā peccatum mortale committere, uel commississe, in cor. q.

C A P. XVI.

Sexto, & ultimò principaliter circa contritionem cōsiderare debemus utilitatem operationis. Nā uirtus seu effectus contritionis est triplex scilicet remissio culpę, ablatio penę, collatio glorię. Primus effectus contritionis est remissio culpę. Virtute enim cōtritionis remittitur culpa, quod tripliciter probatur scilicet auctoritate, contrarietate, & ratione.

Primò auctoritate psal. dicentis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. ubi gl. sic dicit. Contritio cordis est sacrificium quo peccata soluantur, & Origenes. 4. Homelia. Quantò amplius compungimur, tantò amplius peccatorum uincula relaxantur. Et subditur in psalm. Cor cōtritum, & humiliatum Deus non despicias. Gloss. quasi dicat. Deus spernit taurum, & hircum, uel omnia quæ tempus habuerunt, dum aliquid promitterent futurum. Sed tu Deus non despicies cor contritum tibi displicendo offensam. Et humiliatum, sacerdoti confitendo culpam, non eleuatum peccatum excusando, sed humiliatum confitendo, prius dicit contritum, postea humiliatum, quia non potest cor humiliari nisi prius fuerit contritum. Secundò probatur hoc idem contrarietate sic. Virtus, & uitiū ex eisdem causis contrario modo acceptis generantur, & corrumpuntur, ut dicitur. 2. Ethicor. sed peccatum committitur per amorem inordinatum, sed amor charitatis causat dolorem con-

Sedus
effectus
cōtritionis
est
remis-
sio cul-
pę.

contritionis; ergo contritio peccatum delet.

Tertiò probo hoc idem ratione sic.

Cōtritio est dolor gratia informatus, sed gratia gratum faciens omnem culpam delet, ergo & contritio.

Obiectio. Sed fortè argues in oppositum, scilicet q̄ contritio non delet culpam tali ratione. Solus Deus remittit peccata. ita dicitur Lucæ. 5. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus, sed nos sumus aliquando causa contritionis, quia actus noster est causa contritionis: ergo &c. Respondeo duobus modis.

Primò quòd contritio in quantum est dolor, est à libero arbitrio, & sic non delet peccatum. in quantum uerò contritio est dolor gratia informatus immittitur à Deo, & sic delet peccatum.

Cā remittens peccatū est triplex. Secundò modo respondeo & dico, quòd causa remittens peccatum est triplex, scilicet effectiua principaliter. dispositiua uirtualiter, adhibita instrumentaliter.

Prima causa peccatum remittens est effectiua principaliter, & sic solus Deus remittit peccata, ut dicitur Lucæ. 5.

Secunda causa peccatum remittens est dispositiua uirtualiter, & talis est contritio quæ disponit animam ad remissionem peccati.

Tertia causa peccatum remittens est adhibita instrumentaliter sicut etiam sacramentum est, & quia contritio est pars sacramenti pœnitentiæ, idè ipsa contritio instrumentaliter operatur ad remissionem peccati.

In peccato sūt tria. Vbi nota, q̄ in peccato sūt tria scilicet actio mala, interior macula, & peccati sequela. Actio enim mala tollitur timore pœnæ. Interior macula tollitur ratione gratiæ. Peccati sequela tollitur charitatis ardore. Hæc B. Thomas. 4. script. sent. distinct. 17. de contritione, articul. 5. quæstio. secunda utrum peccati remissio sit effectus contritionis, in argument. contra, & in corp. quæstio. & in solutione 1. argument. Et Alexand. 4. parte sum. quæstio. 245. de iustificatione articul. 2. utrū cōtritio habeat efficaciam in iustificatione impij, in solut. ultimi argum.

CAP. XVII.

Secundus effectus contritionis est absolutio pœnæ, nam uirtute contritionis pœnitens absoluitur a pœnâ; quod dupliciter probo, scilicet ratione, & comparatione.

Primò ratione sic. In cōtritione est duplex dolor, scilicet mētalis, & sensibilis. Primus dolor qui est in contritione est mentalis, scilicet displicentia peccati cōmissi ex charitate procedens, & talem dolorem contingit tantum intendi, q̄ nō solum a culpa, sed etiam ab omni pœnâ absolutionem merebitur. Secundus dolor qui est in contritione est dolor sensibilis quē uolūtas in cōtritione p̄ peccatis assumit, & quia talis dolor est pœnâ quædā, pōt ēt tantum intendi, q̄ sufficit ad deletionem non solum culpæ, sed pœnæ.

Secundò probo hoc idem cōparatione sic. Maioris ponderis est apud Deum effectus interior quàm effectus exterior. Sed per effectū pœnæ exterioris pōt tota pœnâ dimitti, ergo multò magis p̄ effectū pœnitentiæ interioris, scilicet ipsam contritionem. Si uerò hanc rationem aliter uis formare dicas sic. Plus acceptat Deus interiorem cordis affectum quàm exteriorē actum, sed per actus exterioris pœnitentiæ absoluitur homo ab omni culpa, & pœnâ, ergo multò magis per affectum interiorem cordis, scilicet per contritionem, & displicentiam de peccato.

Oppos. Sed fortè argues in oppositum. s. q̄ per contritionem nō absoluitur quis a pœnâ duplici ratione. Prima est talis. Per quæ quis peccat debet puniri, ut dicitur. Sap. 11. Cum ergo nō solū corde peccetur, sed alijs membris, necesse est etiam alia mēbra puniri. Respondeo, & dico, quòd congruitas est, & non necessitas, q̄ homo puniatur per eadem membra. Cuius rō est, quia per mēbra non peccatur nisi instrumentaliter, sed per cor. id est per uoluntatem principaliter. Secundum ad idem argues sic. Dolor cōtritionis est finitus, sed pro peccato aliquo, scilicet mortali debetur pœnâ infinita, ergo nunquam tanta potest esse contritio q̄ doleat totā pœnā. Rñdeo, & dico, q̄ dolor cōtritionis quī sit finitus quantum ad intensiōem, sicut ēt

pœna peccato mortali debita est finita quantum ad intensiōem: habet tamen contritio infinitam uirtutem ex charitate qua informatur, & secundum hoc potest valere ad delectationem culpæ, & pœnæ. Hæc B. Tho. 4. scri. sen. distin. 17. de contritione: artic. 1. q. 2. utrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ, in cor. q. & in solu. 3. arg. & Pet. de Tharan. ibidem, art. 6. q. 2. in solu. 2. arg.

C A P. X V I I.

18
Tertius
effectus
contri-
tionis ē
collatio
gloriæ.

Tertius effectus contritionis est collatio, vel adeptio gloriæ. Nam uirtute contritionis quilibet in fine meretur & consequitur vitam æternam, quod dupliciter probo, scilicet ratione, & similitudine.

Primò ratione sic. Homo absolutus ab omni culpa, & ab omni pœna cum de cedit statim ad cœlum euolat, eo q̄ in tali nullum impediens obstaculum reperitur sed contritio perfecta absoluit ab omni culpa, & ab omni pœna, ut ex præmissis patet ergo &c. Secundo hoc idē probo similitudine, s. exemplo latronis cui dictū est à Christo in fine. Hodie mecum eris in Paradiso, quod exēplū allegat. B. Th. 4. scri. sent. dist. 17. de contritione, art. 5. utrum contritio possit totaliter tolerare reatum pœnæ, arg. contra. unde Chryso. in quodam sermone ostendens quāta sit uirtus contritionis sic ait. Cōtritio Deo miserante peccata relaxat, contritum sanat, tristem exhilarat, Paradisum aperit, quod per multa exempla ostendit dicens. Per pœnitentiam ciuitas. Ninive nō solū periculum mortis euasit sed uitę incognitæ, & æternæ coronam accepit, per pœnitentiam. Filius prodigus postquam omnia malè viuendo consumpsit paternum amplexum meruit adipisci. David post flagitiū fœlix factus iterū recipit spiritū. Petrus postquam Christum negauit indulgentiam recepit. latro per pœnitentiā

Exponitur illud iuit ad cœlum: unde prouer. 14. Cor. quod nouit amaritudinem animæ suæ in gaudio eius non miscebitur extraneus, quod nouit amaritudinem animæ suæ, idest sensualitatis suæ, quæ amaritudo est præsens tribulatio quā

bona quā fructuosa quā preciosa sit. In gaudio eius scilicet de tribulatione sua, in habita. Non miscebitur extraneus, idest gaudio in expertis tribulationis, hmoi n. pati non eius ne est quorumlibet, sed dilectorū, & electissimorum. Apoca. 3. Ego quos amo corrigo: & castigo. Secundo exponitur sic secundum glo. Cor, scilicet iusti. Quod nouit amaritudinē animæ suæ, quæ amaritudo est ex dilatione futuræ gloriæ, uel de incolatu præsētis miseræ. In gaudio eius, scilicet quod expectat. Non miscebitur extraneus, idest reprobis qui propria sponte cœcatus nō uidet quod in præsenti patitur, & non prouidet, quod in futuro passurus est utinam saperent, & intelligerent ac nouissima prouiderent. Tercio exponitur sic. Cor quod nouit amaritudinē animæ suæ, idest qui nouit amare conteri de peccatis, licet in culpa sit dulcedo carnis, tamen est amaritudo mentis. Et ideo cor quod nouit amaritudinē animæ suæ, scilicet conscientia de peccato ad dolendum, & confitendum, & satisfaciendum sicut faciebat ille, qui ait. Isaia. 38. c. Recogitabo tibi oēs annos meos &c. In gaudio eius quod habebit in futuro peracta pœnitentia non miscebitur extraneus, idest alienus à pœnitentia.

Quarto modo exponitur sic. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, i. quanta amaritudo pœnæ debeat animæ pro peccato. In gaudio eius non miscebitur extraneus, qui non nouit de hac amaritudine quā peccatum in anima facit dolere: unde Orige. Si videremus, & vulneratæ animæ cicatrices intelligeremus usq; ad mortē resisteremus peccato Vel sic. In gaudio eius: quod in præsenti hēt penitens de peccato non miscebitur extraneus. Ille qui pœnā, uel contritionē de peccato suo nō habet. Hoc. n. uidetur incredibile in expertis, q̄ simil, & semel in anima possit esse tantus dolor, & tantum gaudium. Cum reuera experientia doceat, q̄ quanto huius dolor est acrior tanto etiam est gaudium maius. In psal. secundum multitudinem dolorū meorū in corde meo &c. Greg. Dulciores sūt lachrymæ pœnitentium delitijs regū. Hoc tamen verum est, q̄ nō est dolor, & gaudium de eodē, sed dolor quia peccauit, gaudium de spe uenise, de gustu gratiæ, de pragu-

præguſtatione gloriæ. Vel ſic. In gaudio eius nō miſcebitur extraneus, ſcilicet ab amaritudine culpæ, unde latro dexter qui nouit amaritudinem ſuam, ſcilicet culpam, & pœnam de culpa, dixit. Et nos quidem digna factis recipimus ab eius gaudio fuit extraneus, & excluſus latro ſiſter qui noluit cognoscere amaritudinem ſuam. Leuit. 23.

De Correctione fraterna.

S V M M A R I V M.

- 1 Diffinitur fraterna correctio.
- 2 Vtrum aliquis teneatur ex præcepto ad fraternam correptionem.
- 3 Aliquis tenetur corripere delinquentem in generali duplici ratione.
- 4 Correctio fraterna duplex eſt.
- 5 Prælatus exiſtens in peccato mortali, peccat corripiendo ſubditum poteſt tamen monere, vel rogare vt ſuo exemplo non prouocetur ad malum.
- 6 Subditus bonus ex zelo charitatis tenetur corripere prælatum ſuū delinquentem.
- 7 Modus corripiendi fratrem delinquentem ex præcepto diuino eſt quadruplex.
- 8 In ordine correptionis fraternæ, ex præcepto Dei primò debet præcedere ſecreta denuntiatio.
- 9 Ex eodem præcepto, debet eſſe diſcreta denuntiatio, quæ prælato in ſecreto fieri debet.
- 10 Inductio teſtium requiritur.
- 11 Vltimò requiritur, publica diuulgatio eccleſiæ, uel multitudini.

C A P. I.



CORRECTIO fraterna.

Circa fraternam correptionem tria conſiderare debemus, ſcilicet affectum quo inducimur, præceptum quo aſtringimur, modum quo dirigimur. Primo circa correptionem fraternam conſiderare debemus affectum quo inducimur. Tria enim ſunt quæ ad correptionem peccatoris præcipue mouere debent primum eſt amor charitatis quem erga proximū tenemur habere ſecundū eſt horror iniquitatis quam in proximo tenemur odire, tertium eſt valor correptionis, & ſalutis quā proximo tenemur optare, propter hæc tria correptio fraterna ſic diffinitur. Correptio fraterna eſt admonitio fratris de emendatione delictorum ex fraterna charitate procedens. Quæ quidem diffinitio tangit tria, ſcilicet actum terminum: principium. Primo tangit actum: unde dicit, q̄ correptio fraterna eſt admonitio fratris, admonere autem idem eſt quòd ad mentem reducere. Admonetur autem aliquis duobus modis. Vno modo cum quadam coactione, nel uerbis ſicut cum aliquid alicui præcipitur, vel factis ſicut cum quis punitur, & hoc ad corrigentem virtute prælationis, Alio modo admonetur aliquis per uerba quæ vim coactiuam non habent, & talia uerba admonitoria dicuntur, & hic modus ad corripiētem pertinet, unde correptio quando præter ordinem prælationis fit vocatur correptio fraterna. Secundo tangit correptionis terminū uel finem ultimū cum dicit de emendatione delictorū. nā admonitio eſt de ipſa emendatione, emendatio autē eſt reuerſi peccatoris ad ſtatū rectæ operationis. Vbi nota, q̄ aliquis à uia rectitudinis diſcedens, ad uiam rectitudinis reduci poteſt duob. modis: vno modo per timorem, & odium turpitudinis, ſicut cū quis propter pœnas pro peccatis illatas quas ſibi timet inferri reſilit à peccato, quia talis modus eſt cum quadam uiolētia, ideo correptio dicitur, & pertinet ad prælatos. Alio modo per timorē, & odium turpis, vt cum quis turpitudinem peccati abominatur, & conſuſio.

Tria
ſunt q̄
mouere
dēt ad
corre-
ptionē.

fusionem inde sequentem, & talis modus propriè dicitur correptio. Cuius ratio est, quia sicut illa rapi dicuntur quæ subito auferuntur, unde & syllaba dicitur corripitur, ita ex hoc solum, quod huiusmodi turpitudine peccati ostenditur, & aliquis eum ad meliora hortatur, quod ipse per se ad rectitudinis viam reuertitur corripitur dicitur.

Tertiò prædicta diffinitio tangit correptionis principium, cum dicit. Ex fraterna charitate procedens. Quod enim fraterna correptio sit actus charitatis tripliciter probatur, scilicet similitudine, ratione, comparatione. Primò similitudine sic. Corripere delinquentem est quidam eleemosyna spiritualis, ut patet infra Eleemosyna. Sed eleemosyna est actus caritatis, ut patet ibidem ergo, & fraterna correptio est actus charitatis. Secundò hoc idem ostendo ratione sic. Eiusdem rationis est remouere malum alicuius, & procurare bonum eius, sed procurare bonum fratris pertinet ad charitatem per quam volumus & procuramus bonum amico; ergo correptio fraterna, per quam repellimus malum fratris, ad charitatem pertinet, & est actus charitatis. Tertiò probatur hoc idem comparatione sic. Magis est actus charitatis subuenire menti quam carni, sed curatio infirmitatis corporalis, & subuectio tempore egestatis sunt actus, uel effectus charitatis, ergo correptio fraterna, quæ ordinatur ad remouendum peccatum fratris, multò magis est actus caritatis. Hæc B. Th. 3. scr. sent. dist. 16. de correptione fraterna, art. 1. utrum correptio fraterna conuenienter diffiniatur, in cor. q. & in solu. 1. 2. & 3. arg. & iterum secunda secundæ. q. 33. artic. 1. utrum fraterna correptio sit actus charitatis, arg. contra, & in cor. q.

C A P. II.

2. **S**ecundo principaliter circa correptionem fraternam considerare debemus præceptum quo astringimur, utrum, scilicet quilibet ex præcepto teneatur ad correptionem fratris delinquentis. Vbi nota

est ratio, quod differentia est inter præcepta negativa, & affirmatiua, eo quod præcepta negativa obligant semper, & ad semper, .i. gatiua, omni modo, omni tempore, omni loco ad

non faciendum. Cuius ratio est, quia præcepta negativa prohibent actus peccatorum, qui ex eodem quod sunt secundum se mali nullo modo, uel aliquo tempore, aut loco fieri bene possunt, quia secundum se sunt coniuncta malo fini, ut dicitur 2. Eth. sed præcepta affirmatiua quamuis obligent semper, non tamen ad semper, .i. omni modo, & tempore, & loco, sed tempore, & loco suo. Cuius ratio est, quia præcepta affirmatiua inducunt ad actus uirtutum, qui non quolibet modo, uel tempore, uel loco fieri debent, sed obseruatis debitis circumstantiis quæ requiruntur ad hoc; quod actus sit uirtuosus, scilicet ut fiat ubi debet, & quando debet, & secundum, quod debet, prout conuenit fini: nam secundum rationem finis debet accipi id quod est ad finem. Correptio autem fratris ordinatur ad emendationem fratris tanquam ad finem, & ideo eo tempore, & loco, quo frater delinquens potest corrigi, cadit sub præcepto, ut dicit B. Th. secunda secundæ. q. 33. art. 2. utrum correptio fraterna cadat sub præcepto, in cor. q.

Est autem duplex correptio, una, quæ ordinatur ad bonum particulare, scilicet ad emendationem fratris per simplicem admonitionem, & quia talis correptio est actus charitatis, ideo pertinet ad quemlibet charitatem habentem siue sit subditus, siue sit prælatus. Alia correptio est quæ ordinatur ad communem utilitatem non solum per emendationem fratris, sed interdum etiam per punitionem, ut alij a peccato desistant, & talis correptio pertinet ad prælatos, ut dicit B. Th. secunda secundæ. q. ubi supr. art. 2. utrum correptio fraterna pertineat solum ad prælatos, in cor. q. Et confirmo hoc tali exemplo, quia sicut in exercitu est duplex ordo, unus quo totus exercitus ordinatur ad Ducem, alius quo singuli de exercitu ordinantur ad inuicem, ita in conuersatione huius uitæ est duplex ordo, unus omnium subditorum ad prælatum, alius omnium subditorum ad inuicem, & uterque ordo cadit sub præcepto. Primus ordo est, ut prælati subditos dirigant, & subditi prælatis obediant. Secundus ordo subditorum singulorum ad inuicem est, ut unusquisque alteri auxiliū præbeat ad consequendum bonum suum. Et ideo sicut prælatus ex præcepto

Duplex
est cor-
reptio.

incumbit, vt subditorum gerant curam. & subditis, vt praelatis obediant, ita coræqualibus ex præcepto incumbit, vt sibi inuicem auxilium ferant non solum in corporalibus, sed etiam in spiritualibus magis, & ideo cum maximū auxilium per correctionē homini in spiritualibus adhibeatur ex præcepto diuinæ legis ad hoc obligatur. Hęc Bea. Thom. 4. scri. sen. dist. 19. de correctione, artic. 2. vtrum quilibet ex præcepto ad correctionem fraternam teneatur, in cor. q.

CAP. III.

Differūt
corrigere,
corripere,
&
monere

AD maiorem autem euidētiā pceden. cap. est sciendum, quod aliquis tenetur corripere alium delinquentem in generali duplici ratiōe scilicet ex merito, & ex officio, vel ex dignitate meriti, & ex auctoritate officij.

Vbi nota qd alterius est corripere, & alterius est corrigere. & alterius monere: nam alicuius potest esse corripere cuius nō est corrigere: vnde correctio est actus iustitiæ, sed correptio est monitio, & actus charitatis, vel misericordiæ. vt dicit. Beat. Tho. 4. scri. sen. di. 19. de correctione fraterna, arti. 2. vtrum correptio fraterna cōuenienter diffiniatur, in sol. 2. argumen. Primum enim scilicet corripere quod est actus charitatis est respectu parium. scilicet respectu subditorū ad inuicem: vnde Matthēi 19. Si peccauerit in te frater tuus &c. Secundum, scilicet corrigere: vel arguere, quod est actus iustitiæ est propriē superiorum respectu inferiorum, scilicet praelatorum respectu subditorum, vnde Apostolus ad Tyrum. 2. dicit. Argue cum omni imperio, glo. idest cum auctoritate potestatis. Tertium, scilicet monere qd est actus charitatis est inferiorum respectu superiorum, idest subditorum respectu praelatorum. vnde Bern. ad Eugenium Papam sic ait, Moneo te non arguo. Primo enim ad correctionem fratris delinquentis prout correptio est actus charitatis quilibet subditus existens in charitate ex dignitate meriti obligatur præcepto Dei, quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, similitudine.

Ad correptionē faciendā quis teneatur

Primò probo auctoritate Ecclesiast. 17. Vnicuique mandauit Deus, de proximo suo, scilicet de nō lædendo. diligendo corripendo. Primò mandauit Deus, vnicuiq; de proximo non lædendo. Exod. 20. Non concupisces rem, vel donum, vel vxorem proximi tui, non furaberis, non occides, & sic de alijs. Secundò mandauit Deus vnicuique de proximo diligendo siue amico siue inimico. Natthæ. 22. Diliges proximum tuum &c.

Tertiò mandauit de proximo corripiendo. Natthæ. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum &c. Et August. in lib. de verbi domini sic ait. Si neglexeris corrigere, peior eo factus es qui peccauit, sed hoc non esset nisi per huius negligentiam aliquis præceptum omitteret. Secundò hoc idem probo ratione sic. Super illud Natthæ. 18. Si peccauerit in te frater tuus. &c. Glo. sic ait. Ita peccat qui fratrem suum peccare videt, & tacet sicut qui peccanti non indulget, sed omnes ex præcepto charitatis tenentur ad indulgendum peccanti, ergo, & ad corripiendum delinquentes.

Tertiò hoc idem probo similitudine sic. Elemosyna spiritualis magis est necessaria quàm corporalis. Sed Elemosyna corporalis suo loco, & tempore, scilicet in casu necessitatis cadit sub præcepto, vt patet infra Elemosyna, ergo correptio fratris peccantis cum sit elemosyna spiritualis magis cadit sub præcepto. Tempus autem quo quilibet ex præcepto tenetur corripere peccatorem est triplex, scilicet cū peccator est præsens, cum prælatus est absens, cum prælatus est negligens. Primò tenetur quilibet corripere peccatorem cum peccator est præsens, non enim tenetur per mundum quærere peccatores ad corripiendum, vel corrigendum eos, quia non debet esse explorator, vel inuestigator aliorum malorum, vt dicitur proverb. 24. Non quæres impietatem in domo iusti, sed solum quando peccator occurrat tunc quilibet ex præcepto charitatis tenetur corripere eum. Secundò quilibet tenetur corripere peccatorem quādo prælatus est absens, cum. n. prælatus qui ex officio tenetur corripere peccatorem nō est pñs, putā quia ad locū remorū perrexit, ita, qd p tunc non pōt esse recursus ad eum quili-

quilibet ex præcepto obligatur corrigere delinquentē. Tertiō quilibet tenetur corripere peccatorem cum prælatus cui ex officio imminet corripere licet sit præsens est tamen negligens, putā quia de ore sibi commissā parum curat. Et ideo ne dilatio correctionis pariat detrimentum damnationis, quilibet obligatur ex præcepto ad correptionem peccatoris, ita quod propter tres causas scilicet propter peccatoris pñtiā, propter pastoris obſentiam, propter pastoris negligentiam quilibet ex præcepto tenetur corripere peccatorem. Excusatur tamē aliquis, & absoluitur ab hoc præcepto duplici ratione. Prima est propter diffidentiam correctionis. Si. n. non speraretur emendatio, sed magis deterioratio propter impatientiam eius qui debet corripī, tunc nullus corripere obligatur. proue. 9. Noli arguere derisorem &c. Hiero. Frustra niti & nihil aliud quā odium querere extreme dementię est. Secunda ratio propter pastoris diligentiam est. Si enim prælatus diligens appareat ad corrigendum, subditus absoluitur, & excusatur ab hoc præcepto. Hæc B. Tho. 4. scr. sen. dist. 19. de correptione fraterna, arti. 2. q. 1. vtrum quilibet teneatur ex præcepto ad correptionē fraternam, in solu. 3. argu.

Correptio quando omitti possit.

Est autem notandum, quod correptio triplici ratione omitti potest. Scilicet ratione formidinis, timoris, utilitatis. Primō ratione formidinis. dubitat. n. aliquis ne alius corrigatur, & timor, & cupiditas tardiorē facit hominem ad corripiendum delictū fratris, non tamen ita, quod si ei constaret, quod fratrem posset à peccato retrahere propter timorē, vel cupiditatem dimitteret: quibus in animo suo præponit charitatē fraternam, & talis tarditas, vel omissio est peccatum veniale. Et hoc modo viri sancti quandoque negligunt corrigere delinquentes. Secundō omittit aliquis corripere fratrem delinquentem rōne timoris, scilicet quando formidatur iudiciū vulgi, & carnis excruciatio, vel pemptio, unde quā hæc ita in animo dñantur, quod præsumitur probabiliter, quod posset eum à peccato retrahere, & tamen propter timorem, & cupiditatem corripere prætermittit talis mortaliter peccat. Tertiō omittitur correptio fratris delinquentis ratione utilitatis, putā cum quis ob-

iurgandis, & corripiendis malē agentibus parcat. quia oportunius tempus inquiritur, & obseruatur: ut melius corrigatur. Et omittere ad tempus corrigere peccatorem propter talem causam ē meritorium. Tūc enim nō est occasio cupiditatis, sed consilium charitatis, ut dicit Augu. de ciui. Dei. Hæc B. Thom. secunda secundę. 7. 33. arti. 2. vtrum correctio fraterna sic sit in præcepto, in solu. 3. argu.

C A P. IIII.



ECVNDO dico, quod corrigere est superiorum respectu inferiorum, ut prælatorum respectu subditorum. Vbi nota, quod duplex est correptio. Vna est sine correctione: & sine punitione per solam simplicem admonitionem, & talis conuenit æqualibus adinuicem, ut non solū in corporalibus, sed etiā in spiritualibus magis sibi auxiliū ferant. Alia correctio est cui adiungitur correptio, id est punitio. Et hæc solis prælatis competit, unde Hiero. sic ait. Sacerdotes studeant implere illud euangelicū. Si peccauerit in te frater tuus &c. Et subiungit, quæ enim est misericordia parcere vni, & omnes in discrimine adducere? Hæc Beatus Thomas. 4. scrip. sen. dist. 19. de correptione fraterna, arti. 2. q. 1. vtrum quilibet ex præcepto ad correptionem teneatur, in solu. 1. argumen. Quod autem prælatus ratione officij subditum suum corrigere teneatur tripliciter probo, scilicet ratione, similitudine, auctoritate. Primō ratione sic. Sicut enim correptio put est actus charitatis, vel misericordię pertinet ad quēlibet subditū charitatē hñtem ut ex pmissis patet, ita correptio put est actus iustitię pertinet ad auctoritatem habentem, sed hæc auctoritas ratione officij residet in prælato: ergo &c. Secundō hoc idē probo similitudine, quia si cutabscissio mēbri infecti propter corporis sanitatē ad solum medicum spectat, & nō ad alium: ut patet in fra Homicidium, quō cōuenit publicę personę, ita correptio peccatoris cum punitione pertinet ad solum prælatū. Tertiō hoc idē probo auctoritate Apost. ad Tyram dicentis. Argue cum omni imperio, gl. id est cum auctoritate potestatis. & B. Grego. exponens illud verbū Ezech.

Correptio est duplex.

3. Si dicente me ad impiū &c. sic ait. Vbi subditus ex sua culpa moritur ibi is qui praelatus præst qm̄ tacuit reus mortis tenetur: unquatuor de prou. 5. praelato sic percipitur. Discurre, festina, suscita amicum tuum. In quo dēt sub- uerbo ostendit, q̄ praelatus debet subditū ditū cor suum corrigere quattuor modis. scilicet genera- rigere, liter, celeriter, ueraciter, dulciter. Primò & priò, debet eum corrigere generaliter, ideò di- generali cit. Discurre. quod uerbum exponitur quattuor modis. Primo sic. Discurre, idest ad diuersos curre, modo ad istum modo ad illum ne sis personarum acceptor. ad Rom. 12. Qui præst in sollicitudine. Secū- dō sic. Discurre. scilicet per domos ægrotantiū, eis pro posse si opus fuerit ministrando. 1. ad Thessa. 2. Facti sumus in medio ue- strum tāquā si nutrix foueat filios suos. Tertiò sic. Discurre, singulorum consciē- tiā, & merita diligenter excutiendo. Pro- uer. 27. Diligenter cognosce vultum pe- coris tui.

Quartò sic. Discurre, idest uade, & cur- re ad eum. Ratio huius est secundum Chrysos. quia peccator ira, & uerecundia detinetur, & brius factus est, quasi graui sō- no detinetur: unde oportet te qui sanus es ad alium ire, sicut medicus ad ægrotum.

Non est expectā- dum tē- pus sol- uēdi de- bitū qd̄ debem', Vbi nota, q̄ illud, q̄ debetur alicui de- terminatæ & certæ personæ siue sit bonū corporale siue spirituale, oportet q̄ ei im- pendamus non expectantes, q̄ nobis oc- currat, sed debitam sollicitudinem habē- tes, ut eam inquiramus: unde sicut ille qui debet pecuniam creditori debet eum requirere cum tempus fuerit, ut ei debi- tum reddat, ita ille qui hēt specialiter cu- ram alicuius debet eum quærere ad hoc q̄ eum corrigat de peccato. Sed illa bene- ficia quæ non debentur certæ personæ, sed communiter omnibus proximis siue corporalia sint siue spiritualia, non opor- tet nos quærere quib. impendamus, sed sufficit, q̄ impendamus eis qui nobis oc- currūt. unde Aug. in lib. de uerbis domini dicit sic. Admonet nos dominus non ne- gligere inuicem peccata nostra non que- rendo quid rependas, quia non debemus effici exploratres uitæ aliorum, sed uidē- do quid corrigas. Hæc. B. Th. secunda se- cundæ. q. 33. art. 2. utrum correptio frater- na sit in præcepto. in sol. 4. arg.

Secūdo celeriter Secundò praelatus debet subditum suū

corrigere celeriter sine dilatione. ideò di- cit festina. Et hoc duplici ratione. Prima est propter periculum mortis, quia prela- ti, & subditi uita est incerta. Eccl. 9. Ne- scit homo finem suum. Secundus est quo- niam timetur si eum non corripiat, quòd- peior fiat, tunc enim tanquam habitua- tus in malo difficilius corrigitur. Et iō celeriter debet eum corrigere.

Tertiò praelatus subditum suum debet corrigere ueraciter, ideò dicit suscita, sci- licet mortuum, uel mortuos in peccatis. Sed mirum est de aliquibus prelaris, qui remoti a subditis uolunt per ministros in peccatis mortuos suscitare, ut dicitur, cum nec Heliseus p̄ Giezi potuerit mor- tuos suscitare, ut dicitur. 4. Reg. 4. Nec do- minus legat nisi p̄sens aliquē suscitasse.

Quartò praelatus subditum suum corri- gere dēt dulciter siue exasperatione: unde dicit Amicum tuum ita dicit Apost. 2. ad The. in fine. Nolite quasi inimicum exi- stimare illum sed corripe ut fratrem, in psalm. Corripiet me iustus in misericor- dia. & increpabit me. Vbi nota, quòd pec- cator, uel peccat ex electione, uel passio- ne siue ex malitia, uel infirmitate, quod idem est. Primo enim cum peccat ex pas- sione, uel infirmitate debet eum magno moderamine, uel dulcedine eius corre- ptio temperari. Secundò cum peccat ex electione, uel ex malitia debet rigide uel asperè corrigi, ut dicit Grego. in pastora. Hoc aut̄ quō perpendi potest, q̄ aliquis ex malitia, uel ex ignorantia, uel ex infir- mitate peccet, dico, q̄ hoc perpendi pōt ex conditione peccantis, & ex iteratione peccati, quia si aliquis frequenter, & sine freno in aliquod peccatum est lapsus, si- gnum est, quòd ex electione, uel ex mali- tia peccauit. Si autem semel occasione o- blata in peccatum ruit, & postea tristitiā uel uerecundiam ostenderit, signum est, q̄ sit peccatum ex passione, uel ex infir- mitate, & q̄ de facili emendetur. Loqui- tur autem Beatus Gregor. ibidem de cor- reptione quæ praelatis competit, tamen in correptione, quæ sit ab alijs, hoc est soli- citè obseruandum, quod fraterna corre- ptio semp debet ad lenitatem accedere, quia non ex auctoritate officij, sed ex cha- ritatis affectu exhibetur. Hæc B. Thom. 4. script. sentent. dist. 19. de correptione,

Tertio veraci- ter.

Quarto dulciter

art. 3. q. 1. utrum oporteat, q̄ fraterna admonitio præcedat denunciationem ecclesiæ faciendam, in cor. q. & ibidem. q. 3. utrum correptio quantum ad monitionem secretam debeat esse dura, in cor. q.

CAP. V.

AD maiorem autem euidenciam præcedentis c. est sciendum q̄ prælatus qui est in peccato mortali etiā occulto: peccat corripiendo, uel quicquid alijs proprii officij exequatur: quod ostendo quatuor rationibus, scilicet ratione abusio- nis, conditionis, præsumptionis, turbationis. Primò hoc probò ratione abusio- nis sic. Qui abutitur, idest indignè utitur officio suo peccat, sed prælatus existens in peccato mortali etiam occulto, cum alium corripit abutitur officio suo, quia indignè, & iniustè corripit; ergo peccat. Secundo hoc idem probò ratione uilis conditionis sic. Qui æquale, & præcipuè maius peccatum commisit non est dignus, ut alium corrigat de æquali, uel de minori: unde Ambr. in pastoralis dignitate sacerdotali sic ait. Qui cordis suis de- num non ualet excolere; quomodo adhi- bebit diligentiam plurimorum? Et qui peccati trabem ex oculo suo non potest eruere quomodo ab alterius oculo festu- tam poterit amputare? Tertiò, hoc idem probò ratione præsumptionis seu elatio- nis. Qui iudicat peccata sua parua, & a- liena magna, cum sit oppositum non rectè iudicat, immo talis in superbiam ele- uatur cum seipsum præfert alijs. Sed prælatus peccator peccata propria paruipen- dēs præfert seipsum proximo, & eius pec- cata seueritate iudicat: ergo peccat. Quar- tò hoc idem probò ratione turbationis sic. Quicumque actiuè alium scandalizat peccat. Sed hoc prælatus peccator corripiens alium. quod patet, quia cum præla- tus peccator corrigit alium, & præcipuè si peccatum prælati corripientis est maius sequitur scandalum, & turbatio aliorum eò q̄ tunc non ex charitate, sed magis ad ostentationem uidetur corripere pecca- torem. Potest tamen prælatus peccator, uel etiam subditus si aliquem peccatore

sciuerit nō corripere sicut patet per quat- tuor rationes præmissas, sed eum admo- nere, & rogare, ut suo exemplo non inci- tetur, uel prouocetur ad malum, & hoc tribus modis modis. Primo modo cum memoria propriæ fragilitatis. Secundò cum conscientia perpetratæ iniquitatis. Tertiò cum misericordia, uel clementia fraternæ punitionis. Hæc tria tangit B. Aug. super illo uerbo Matthæ 7. aut quo- modo dicis fratri tuo &c. dicens. Cum ali- quem reprehendere nos necessitas coe- gerit, primum cogitemus utrum illud vi- tium de quo reprehendimus unquam ha- buimus, aut si habuimus licet modo non habeamus aut si modo habemus. Primò. n. si nunquam habuimus cogitemus nos homines esse, & habere potuisse. Secun- dò si talem uitium habuimus licet modo non habeamus, tunc memoriam tan- git communis fragilitas, ut illam corre- ptionem non odium sed misericordia præ- cedat. Tertiò si inuenimus nos in eodē uitio, uel maiori esse, non obiurgemus, ingemiscamus, & ad pariter conandum inuitemus. Hæc Beat. Tho. 4. script. sent. dist. 19. de correptione fraterna, arti. 2. q. 2. utrum peccator corripiciens alium pec- cet, in cor. q. Et iterum secunda secundæ. q. 33. art. 5. utrum peccator corrigere de- beat delinquentem, in cor. q.

CAP. VI.

TERTIO dico, q̄ est correptio in- ferioris respectu superiorum, & hoc modo subditi tenentur ex præcepto præ- latus corripere delinquentes. Sicut enim prælatus ex officio obligatur corripere subditos delinquentes, ut ex præceden- tibus patet, ita subditus ex charitatis zelo tenetur ex præcepto corripere præ- latum delinquentem: quod probò tripli- ci ratione, scilicet ratione defectus, sta- tus, affectus. Primò probò hoc idem ra- tione defectus sic. Ille qui est defe- ctuosus seu uilis conditionis debet cor- rigi, sed prælatus subiectus peccato mor- tali est huiusmodi, ergo &c. unde Isido- rus lib. 3. de summo bono. sic ait. Quan-
to

to splendoris honore celsior quiq; est tāto si delinquat peccator maior est. Secūdo hoc idem probo ratione status sic: Quicumque est in magno periculo indiget magno auxilio: sed omnis prælatus, & præcipue peccator est huiusmodi, ergo &c. August. in regula: Quanto in statu superiori tanto in periculo maiori uersatur: unde subueniendum est periculoso statui prælatorum. Tertio hoc idem probo ratione affectus sic: Correctio non sequitur officium prælationis solum, sed magis affectum charitatis: & ideo omnia, quæ alijs affectu charitatis debemus, prælatis debemus impendere.

Subditus debet suum prælatum delinquentem corripere tribus modis. Prius humiliter absque præsumptione. Si enim subditus prælato suo uel filius patri suo, uel seruus domino suo in omnibus se crederet meliorem, tunc uideretur esse superbus seu præsumptuosus, eò quod nullus est in hac uita, qui aliquem defectum non habeat. Secundo debet eum corripere latenter absque diffamatione non enim prælatis a subditis coram multitudine, sed humiliter in priuato corripiendi sunt. Et hoc ideo ne infamato prælato uno, alij infamentur, ut dicit August. ad plebem hyponensem. Cum enim de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis, uel falsi sonuerit, uel ueri patueri, instant, satagunt, ambiunt, ut de omnibus hoc credatur. Tertiò subditus debet prælatum delinquentem corripere reuerenter absque obiurgatione. Ita dicit Apostolus prima ad Thim. 5. Seniore te ne increpaueris sed obsecra ut patrē. Aug. Seniore te. s. moribus, uel officio. Ne increpaueris, propter ætatis honorem, uel dignitatē ne s. indignē ferens se a iuniore correctum magis exasperetur, quā proficiat, sed obsecra, ut patrem, ut facilius admonitionem suscipiat: & ideo Dionysius redarguit Theophilum Monachum, quia sacerdotem irreuerenter correxerat, eū percutiens, & de ecclesia eiiciens: unde quāuis prælatis mali sint corripiendi a bonis subditis, non tamen est eis pœna infligenda Sed recurrendum est ad superiores denunciando, uel si non hēt superiorem recurratur ad Deum, ut eum emendet, uel

de medio subtrahat. Sciendum tamē est quod ubi immineret periculum fidei etiam publicē essent prælatis a subditis quando corrigendi: unde, & Paulus, qui erat publicē subditus Petro propter imminens periculum scandali contra fidem Petrum publicē arguit: tunc enim prælatus minor fieret si in infidelitatem laberetur, & subditus fidelis maior. Subditus uero peccator si cum humilitate corripit delinquentem rogans eum humiliter, ut corrigatur & ne suo exemplo ad malum incitetur, nec peccat, nec sibi nouam damnationem acquirit, licet per hoc, uel in conscientia fratris, uel saltem sua pro peccato præterito condemnabilem se esse ostendat. Hæc Beat. Thom. 4. script. sentent. distinctio. 19. de fraterna correctione, artic. 2. quæst. 3. utrum aliquis teneatur corripere prælatum suum, argument. contra, & in corp. quæst. & in solu. 1. argument. & iterum secunda secundæ. quæst. 33. artic. 4. utrum aliquis teneatur corrigere prælatum suum, argument. contra, & corp. quæstion. & in solut. 2. & 3. argument.

CAP. VII.

CIRCA correctionem fraternam, tertio, considerare debemus modū siue documentum a quo dirigimur, & instruimur. Sicut enim correctio fraterna est de necessitate diuini præcepti in quantum ipsa ordinatur ad emendationē fratris, ita etiam modus, uel ordo correctionis fraternæ cadit sub præcepto diuino, in quantum modus uel ordo correctionis fraternæ faciunt ad emendationem fratris: unde Deus hunc ordinem, & modum corripiendi statuit, & præcepit: Matthei. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. ut primo: frater corrigatur secretò, ut sic, & innocentiam recuperet, & famam non perdat. Secundo si hæc medicina non fuerit efficax, debet peccatum fratris paucis ostendi, ut culpa corrigatur, & fama totaliter non perdatur. Tertiò si frater ex hoc non corripitur, debet omnino fama negligi, & in publicum prodi propter emendationem proximi: sic medicus negligit minus malum, ut vitet maius, quia ipse amputat membrū

infectum ne totum corpus inficiatur. Sic quia minus est damnum famæ quàm cōscientiæ, non curatur de damno famæ propter bonum conscientiæ. Quartò si publica correctio non profuerit debet omnino abscindi iudicio ecclesiæ, ut sit tibi sicut athenicus & publicanus. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 19. de correctione fraterna, artic. 3. q. 1. utrum de necessitate præcepti in correctione fraterna admonitio fraterna præcedat denuntiationem ecclesiæ faciendam, in cor. q.

C A P. VIII.

1. **A**D maiorem tamen prædictorum euidenciam est sciendum, q̄ ex ordine instituto a Christo in correctione fraterna quattuor debent esse, scilicet secreta admonitio, discreta denunciatio, certa testium inductio, & publica diuulgatio. Ita ex præcepto Christi, frater hoc ordine, & modo est corrigendus. Primò debet in secreto admoneri. Secundò si hoc non sufficit, prælato, & personæ particulari debet ostendi. Tertiò si hoc nō valet, debent testes adhiberi. Quartò si etiam nec hoc valet debet in publicum produci. Hæc Beat. Tho. breuiter, & formaliter concludit. 4. scrip. sent. dist. 19. de correctione fraterna, articu. 3. q. 2. utrum in correctione fraterna, conueniēter ponatur inductio, in solu. 4. argum. in fine. Primò enim dico, q̄ ex præcepto Christi in ordine correctionis fraternæ. Primò debet præcedere secreta admonitio, quæ semel, vel pluries debet fieri quamdiu p̄babiliter spes de correctione fratris habetur. Ratio autem huius est, scilicet quare secreta admonitio debet præcedere, quia peccator ex peccato duo mala incurrit: vnum est læsio conscientiæ, alterum est læsio famæ. Primum damnum, scilicet conscientiæ maius est quam secundum, scilicet damnum famæ, & ideo magis subueniendum est maiori dāno quàm minori. Vbi ergo potest subueniri conscientiæ sine damno famæ faciendum est: & ideo dominus præcepit, ut secreta admonitio publicam denunciationem præcederet, ut emendatio uitæ expectaretur, & famæ peccatoris parceretur, nam ex amissione famæ tam in temporalib.

quàm in spiritualib. quantū ad multa patitur detrimentū. Et ideo ad conseruationē famæ, & emendationē uitæ præcepit dñs ut peccator in secreto deberet corrigi, & hoc triplici ratione. Prima est, ut peccator a peccato reuocetur, secunda est ne alij infamentur: tertia est ne ad peccandum alij prouocentur. Prima ratio quare ex præcepto Dei peccator debet corrigi in secreto est, ut a peccato reuocetur: unde Hiero. super illo uerbo. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsum solum, sic ait: Corripendus est seorsum peccator, ne si publice correptus uerecundiam ac pudorem amiserit permaneat in peccato. Et Aug. in li. de uerbis domini super illo uerbo sic ait: Si peccauerit in te frater tuus &c. Studens correctioni, parcens pudori: fortè enim præ uerecundia incipit defendere peccatum suum, & quem uis facere meliorem facis peiorem. Ex quo uerbo formo rationem talem: Ex præcepto charitatis tenemur, ut frater peccator non deterior sed melior efficiatur, sed corripiedo eum in publico fit deterior, corrigendo autem eum in secreto fit melior, ut patet, ergo &c. Et Origenes super Leui. 21. tractans illud. Si uideris fratrem tuum non recta agere, argue eum inter te, & ipsum: sic ait: Solus uidisti, solus inter te, & ipsum corripe: ubi enim seruari sibi mysterium uiderit, seruabit, & ipse emendationis pudorem. Si enim diffamaris illico ad negandum in iudiciam conuertetur, & non solum peccatum non emendaueris, sed etiam duplicabis. Secunda ratio quare ex præcepto Dei peccator debet corrigi in secreto est, ne alij infamentur: nam manifestato peccato secreto subditi, uel prælati multi hos audientes alios subditos, uel prælatos eis similes suspicantur, secundum illud Augustini in epistola ad plebem hyponensem. Cū de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur aliquid criminis, uel falsi sonuerit, uel ueripatuerit fatagunt, ambiunt, ut de omnib. hoc credatur. Tertia ratio quare ex præcepto Dei peccator debet corrigi in secreto est, ne ad peccandum alij prouocentur, nam ex peccato unius publicato alij prouocantur etiam ad peccandum, eo q̄ homines magis sunt prouocati ad malum quàm

Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

ad

Forma-
lis, p̄ces-
sus cor-
rectiōis
fraternæRō pro-
positio-
nis.Cōsciē-
tiæ ē cō-
sulendū
sine dā-
no famæ

ad bonum. Hæc B. Th. secunda secundæ. q. 33. art. 7. utrum in correctione fraterna admonitio secreta debeat præcedere denunciationem, in cor. q.

CAP. IX.

Secundo dico, ex præcepto Christi in ordine correctionis fraternæ post admonitionem secretam, necessaria est discreta denuntiatio: si. n. admonitio secreta non sufficit ad fratris correctionem, ita. sc. q. per admonitionem secretam frater peccator non corrigatur, debet prius denunciari secretè prælato antequam testib. quod dupliciter probo. Primò auctoritate. B. Augu. in regula, qui dicit, q. peccatū antequam alijs ostendatur prius Præposito debet ostendi. Secundò hoc idē ostēdī rōne sic: Illi personæ peccatum occultū debet ostendi, quæ possit prodesse, & nō obesse: sed nullus magis potest prodesse quam prælatus, ergo &c.

Peccatū occultū fratris pōt dici prælato in iudicio, vel extra iudiciū. Vbi nota: q. peccatū occultum fratris potest dici prælato, uel in iudicio, uel extra iudiciū. Si in iudicio, tūc peccatū prius debet probari testibus quā dicatur iudici ad condemnandum, quia peccatū ante assertionem testium nō punitur, ut patet supra accusatio. Si uero consideretur prælatus extra iudiciū, tūc prius debet peccatum fratris ostendi secreto prælato antequam testibus, ut patri, qui uult, & magis prodesse potest ad corrigendū, ita q. dicere peccatū fratris secretè prælato antequam testibus: non est dicere ecclesiæ, sed personæ quæ pōt prodesse ut patet. In peccatis autem denunciandis prælato est cōsiderandum, q. peccatum, uel oīno est publicū, uel est omnino occultum. Primò. n. si peccatum est publicū oīno, quia iā deuenit ad noticiā aliorū, tunc non est tantū adhibendum remedium ei, qui peccauit, ut melior fiat, sed etiam alijs in quorū noticiā uenit: unde talia peccata publica dēnt denūciari ei, qui potestatem habet corrigendi, ut qui scandalizati sunt de culpa ædificentur de pæna: unde Apostolus prima ad Thim. 5. sic ait. Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Secundò cum pecca-

tum est in uia ueniendi in publicum, scilicet per signa aliqua, tunc etiam est denunciandum prælato ut futuro scandalo occurratur. Tertiò cum peccatum fratrum est omnino occultum, tunc do duas distinctiones. Prima est, q. peccatum occultum, aut cedit in damnum commune sicut est hæresis, quæ est infectiua ecclesiæ, aut cedit in damnum personæ aliæ, ut in furto, vel homicidio, aut cedit in nocumentum personæ propriæ sicut in fornicatione; Secunda distinctio est: q. de peccatis occultis antequam perpetrent, aut speratur correctio, non. His præmissis respondēdo, & dico, q. si est peccatum occultum siue sit infectiuum aliorum, ut in hæresi, siue in damnum multitudinis, ut in prodicione ciuitatis. Si emendatio speratur, admonitio secreta debet præcedere, & denuntiatio differri. Si uero emendatio non sperat cuius signū apparet ex reiteratione actus, tunc dēt renunciari prælato, ut suo gregi caueat, sicut. n. dicit Hiero. Quæ misericordia parcere uni, & multos in discrimina adducere? polluitur populus ex uno peccatore, sicut ex una oue morbida uniuersus grex. unde, & fama unius neglegi debet, ut innocentia & fama multitudinis cōseruetur. Si autē peccatum occultum in nullius damnum uenit nisi in illius, qui peccauit, etiam debet dici prælato extra iudiciū antequam testib. unde Augu. hoc probat in regula per exemplū de vulnere q. latet in corpore. Sed fortē argues in oppositum, scilicet q. peccatum occultum non debet manifestari prælato tali ratione. Nulli licet, q. sit proditor criminis: sed qui manifestaret peccatū occultū fratris esset proditor criminis, ergo &c. Respondeo, & dico, q. subditus manifestans prælato peccatum occultum fratris non est proditor criminis, quia non manifestat crimē ad infamādū, sed corrigendum. Hæc B. Th. 4. scri. sent. dist. 19. de correctione fraterna, artic. 3. q. 1. utrum oporteat, q. fraterna admonitio præcedat denunciationem ecclesiæ faciendam in solut. 2. argument. per totum. Et ibidem artic. 3. quæst. 2. utrum in ordine correctionis fraternæ ponatur testium inductio, in solut. 1. argument. in fine. Et iterum secunda secundæ quæst. 33. artic. 7. utrum in correctione frater-

na debeat ex necessitate præcepti admonitio secreta præcedere denunciationem, in cor q.

C A P. X.

Tertio dico, quòd ex præcepto Christi in ordine fraternæ correctionis est necessaria certa testium inductio. Si. n. prædicta duo. s. secreta admonitio, & prælati denuntiatio non valent ad emendationem fratris, procedendum est ulterius ad inductionem testium nisi fortè probabiliter æstimaretur, q. hoc ad emendationem fratris non proficeret, sed exinde deterior efficeretur, propter quod esset totaliter a correctione tali cessandum. Si uerò spes de correctione habetur nec tamen propter admonitionem secretam, & denunciationem corrigitur debet ostendi paucis, qui possunt prodesse corrigendo, & non obesse diffamando. Vnde dicitur Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsum solū. Si te audierit, idest si peccator occultus te audierit. i. correctionem tuam in secreto receperit, lucratus es fratrem tuum. Non dicit: Ille lucratus est seipsum: sed q. tu lucratus es eum, quia p. salutem alterius nobis etiam acquiritur salus, ut exponit. Hier. Si uerò tuā correctionē nō receperit in secreto, oportet, q. ex præcepto Dei adhibeas unum, uel duos testes. Cuius rō est, quia sicut in curatione corporali medicus nō assumit in principio nimis fontē medicinam ne natura infirmi nimis grauetur: sed medicinam leuē, quæ si nō proficit, assumit medicinā magis grauem, & efficacē, sic in correctione peccatoris. Primò leuis medicina, scilicet secreta admonitio, uel denuntiatio debet præcedere, quod si profit sufficit, nec est ulterius procedendum: si uerò non sufficit debet ostendi paucis, qui possunt prodesse, & non obesse: & ideo præcepti dicens: Adhibe tecum unum, uel duos testes. Vbi nota, q. alia rōne adhibetur unus testis, & alia de causa adhibentur duo. Ipse. n. corrector ex se sufficit admonendum si peccator vult correctionem suscipere, ipse uerò corrector cū uno teste sufficit ad denū-

ciandum, quia per hoc fit aliqua pronuntiatio iudici, duo uerò testes sufficiunt ad cōuincēdum, & ad decidendum causam, ita q. ad denunciationem sufficit unus testis: sed ad conuictionē, quæ fit coram iudice requiruntur plures testes, iō dicit, ut in ore duorum, uel trium testium stet oē verbum Adducuntur autem plures testes propter tres rationes. Prima est ad ostendendum, q. hoc sit peccatum de quo aliquis arguitur: ut Hiero. dicit. Secunda est ad conuincendum coram ecclesia negantem si actus peccati iteretur, ut Augu. dicit in regula. Tertia est ad testificandum q. frater admonens fecit quod in se fuit, ut dicit Chryso. Hæc B. Th. 4. script. sent. dist. 19 de correctione fraterna, artic. 3. q. 2. utrum in ordine fraternæ correctionis ponatur conuenienter inductio testium, in cor. q. & in sol. 2. argum. & iterum secunda secundæ quæst. 33. artic. 8. utrum testium inductio debeat præcedere publicam denunciationem, in sol. 4. argum. Req. supra. Accusatio, & infra testimonium.

C A P. XI.

Quarto dico: q. ex præcepto Christi in ordine fraternæ correctionis ē necessaria publica diuulgatio: nam de uno extremo ad aliud extremum conuenienter transitur per medium. In correctione autem fraterna uoluit dominus, & præcepit, qd. principium esset occultum dum frater corripere fratrem inter se, & ipsum solum, finem uoluit esse publicum ut scilicet ecclesiæ denunciaretur, & ideo primò ponitur secreta admonitio, ut bonum uitæ, & conscientie recuperetur, & damnum infamiae nō incurratur. In medio ponitur, uel præcipitur denuntiatio, scilicet ut peccatum occultum fratris indicetur paucis, qui possint prodesse, & non obesse, ut saltē sine multitudinis infamia emenderetur: deinde præcipitur testium inductio: ultimò quādiu est spes correctionis præcipitur publica diuulgatio: unde ait: Dic ecclesiæ: quod exponitur duobus modis. Primò secundū Hiero. sic: Dic ecclesiæ idest dic multitudi-

Vnicū testimonium facit de denunciatum, plures autē necessarii sunt in iud.

tudini. Si .n. illos non audierit, tunc multis dicendum est ut detestationi eum habeant qui paucorum pudore saluari non potuit, multorum saluetur opprobrijs. Secundò exponitur sic secundum Chrysost. Dic ecclesiæ. i. coram prelato ecclesiæ eū per testes conuince. Si uerò propter hæc omnia non se correxerit, sequitur excommunicatio quæ fieri debet per os ecclesiæ per sacerdotem, quo excommunicante, tota ecclesia cum eo operatur: unde sequitur: Sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus: nam Ethnicus idem est q̄ gentilis, ut Rabanus dicit: unde sicut Iudæi non contebantur Samaritanis, ut dicitur Ioh. 4. ira tu peccatorem incorrigibilem, obstinatum, & excommunicatum in pœnam suam deuita, non communicando cum eo. Vnde Aug. in li. de uerbis domini sic ait: Sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus q. d. noli illum iam deputare in numero fratrum tuorum. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 33. art. 8. utrum inductione testium debeat præcedere publicam denunciationem, in cor. q.

Patet de bet corrigi & a peccato retrahi tribus modis. scilicet amore, timore, pudore: primò debet a peccato retrahi amore. Et hoc quando corrigit in secreto, q̄ si sufficit nõ est ulterius procedendum: si uerò non sufficit: secundò debet reuocari pudore quando. scilicet denunciatur uni, uel adhibentur testes: quòd si non sufficit: tertio debet a peccato retrahi timore pœnæ, quando. scilicet ab ecclesia præciditur, & in pœnam suam uelut excommunicatus uitatur, faceret autem contra præceptum Christi si quis de peccato occulto fratrem corrigeret sine præmonitione secreta siue denunciatione discreta siue testiū inductione certa, ut ex præmissis patet, eò q̄ sicut correctio suo loco, & tempore cadit sub præcepto, ita etiam modus, & ordo correctionis.

An reliquenda sit correctio quā dubitat de emendatione peccatoris. Sed forte quæres utrum aliquis debeat a correctione cessare, quando probabiliter credit ne alius corrigatur, sed inde deterior efficiatur. Respondeo & dico, quòd duplex est correctio. scilicet ex officio, & ex zelo, ut patet supra. Prima correctio est ex officio, quæ est cum punitione habens uim coactiuam. Et talis non est dimittenda propter incorrigibilitatem, & turbationem eius, qui corripitur: tum quia & si non uult

sponte, & amore corrigi, debet cogi timore pœnarum, ut a peccato desistat: tum et si incorrigibilis sit prouideatur bono communi dum seruetur ordo iustitiæ, & unius exemplo alij deterrentur: unde iudex non prætermittit ferre sententiam condemnationis in peccantem propter timoremurbationis, uel etiam amicorum eius.

Secunda correctio ex charitatis zelo, quæ est sine citatione, uel punitione non habens uim coactiuam, sed semper simplicem admonitionem: & talis, quando probabiliter æstimatur, q̄ peccator admonitionem non recipiat: sed ad peiora labatur est dimittenda: quod dupliciter probo. scilicet ratione, & auctoritate: primò ratione sic: Ea quæ sunt ad finem debent regulari secundum quod exigit ratio finis: sed finis talis correctionis est emendatio delinquentis: & ideo ubi probabiliter creditur, quòd aliquis non emendatur, sed deterioratur, est a correctione huius desistendum: secundò hoc idem probo auctoritate Prouer. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Ex quo uerbo talis quæstio potest quæri.

Utrum aliquis debeat correctionem dimittere ne contumelias, aut derisiones accipiat. Hanc quæstionem soluit Glossa super illo uerbo. Noli arguere &c. sic dicens: Non est timendum ne tibi derisor cum arguitur contumelias inferat: sed hoc potius prouidendum, ne uagus ad odium inde fiat peior, ideoque tibi aliquotiens ab eius correctione non tuæ timiditatis, sed dilectionis eius gratia cessandum est. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ quæstione 33. art. 6. utrum aliquis debeat ab alterius correctione cessare propter timorem: ne ille fiat deterior, argumentum contra, & in corp. q. utrum uero correctio sit propter scandalum dimittenda. Req. infra Scandalum.

Vbi nota, q̄ correctio qua fratres corrigimus effectum habet in prædestinatis, & nõ in reprobatis secundum illud Ecclesi. 7. Nemo potest corrigere quem Deus despexerit, id est, reprobauerit: sed sicut nulli quamdiu uiuit est denegandum orationis suffragium, ita nulli est subtrahendum correctionis beneficium quamdiu hic uiuit, quia non possumus hic distinguere prædestinatos a reprobatis, ut Augustinus dicit in libro de cor-

reptione, q. gratia. Hec B. Thom. secunda
secundæ. q. 83. art. 7. utrum debeamus pro
alijs orare, in solu. 3. argum. Requi. infra
Oratio.

De Cruce.


S V M M A R I V M.

- 1 Crux Christi primò figuratur, & comparatur ligno uitæ.
- 2 In paradiso erat triplex genus lignorum.
- 3 Lignum uitæ erat nobilius alijs.
- 4 Secundò Crux Christi comparatur, & figuratur in altari Abrahæ.
- 5 Tertiò Crux Christi figuratur in virga Moysis, propter sex mirabilia opera, quæ Moyses cum uirga fecit.
- 6 Ultimo Crux Christi figuratur in serpente æneo.
- 7 Christus voluit mori exaltatus in Cruce.
- 8 Conuenientissimum fuit Christum mori in Cruce, sex rationibus.
- 9 Cum Christus noluerit in Cruce mori, probatum meritum eius primò ex forma quam assumpsit.
- 10 Meritum Christi secundò fuit ex obedientia propter quam sustinuit mortem.
- 11 Meritum Christi fuit etiam ex pæna quam sustinuit, & conuenientius fuit, quòd per mortem Christi liberemur, quam per solam Dei uoluntatem.
- 12 Christus noluit omnia genera mortis pati.
- 13 Præmium Christi ex passione fuit exaltatio eius a Deo.
- 14 Tria notanda de passionibus Chri-

sti.

- 15 Christus merito suæ passionis fuit exaltatus a Deo in manifestatione suæ deitatis.
- 17 Signum Crucis imprimitur in quatuor locis.
27. Quinque fuerunt Cruces.
- 18 Et iustus, & peccator debent portare Crucem, idest facere pœnitentiam, sed differenter.

C A P. I.



R V X. Circa beatam Crucem Christi cōsideranda sunt quatuor. scilicet eminentia præfigurationis, conuenientia passionis, continentia impressiōis, differētia operationis. Primo circa Crucem Christi cōsideranda est eminentia præfigurationis. Nam Crux Christi comparatur, uel figuratur in quattuor, quæ præcesserunt in ueteri testamento: primo ligno uitæ propter uitæ reparationem, secundo aræ Abrahæ propter ueræ hostiæ immolationem: tertiò uirgæ Moysi propter miraculorum operationē, quartò æneo serpenti propter tentationum liberationem. Primò Crux Christi præfiguratur ligno uitæ propter uitæ reparationem. Ita dicitur Genesi. 3. Lignum uitæ in medio paradisi. In quo uelbo tanguntur tria, quæ sunt in Cruce. scilicet uirtus quia lignum uitæ, situs, quia in medio, fructus quia paradisi.

Primò tangitur uirtus Crucis, quia lignum uitæ: nam esus ligni uitæ tres nobiles effectus, uel uirtutes habebat, & ante peccatum, & post peccatum. prohibebat enim infirmitatem, imbecillitatem, mortalitatem: unde Bernardus in glossa sic ait, Lignum uitæ dicitur, quia diuinitus accepit uirtutem ut, qui ex eo manducaret corpus eius stabili sanitate firmaretur, nec ulla infirmitate, uel ætate in deterius, uel in occasum, scilicet in mortem laberetur. Et Strabus in glossa super illo uerbo sic ait: Lignum uitæ hanc naturaliter uirtutem habebat, ut qui ex eius fructu comederet, perpetua

Secundū Num 8. Tertiū, Nu. 16 Quartū Nu. 17
Cruz Christi præfiguratur ligno.

soliditate firmaret, & beata immortalitate vestiretur, nulla infirmitate, vel anxietate, vel senij lassitudine vel imbecillitate fatigandus. Secundò lignū vitæ hanc virtutem etiam habuisset post peccatum: vnde Aug. in lib. de quæst. veteris, & noui testamenti sic ait: Gustus vel esus arboris vitæ corruptionē corporis inhibebat: denique etiam post peccatū potuit insolubilis manere, si permissum fuisset illi edere de arbore vitæ. Sed meritò culpæ, scilicet inobedientiæ, & ingratiitudinis suæ, Deus prohibuit ne de ligno vitæ post peccatum comederet dicens ad Angelos: Vide te ne fortè sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. Gen. 3. quod verbum, vel præceptum fuit iustitiæ, & misericordiæ. Primò fuit præceptū diuinæ iustitiæ punientis: nam causam immortalitatis in primo homine fuit duplex. Prima fuit intrinseca, scilicet cōtentia ipsius animæ, quam habuit à Deo in statu innocentia. Secunda fuit extrinseca, scilicet esus ligni vitæ, vt dicit Alexander. 2. parte sum. q. 14. articu. 20. quam virtutem habuit lignum vitæ: vnde quia homo sibi subtraxit intrinsecus causam immortalitatis, iustum fuit, vt puniretur à Deo cām immortalitatis extrinsecus subtrahendo. Secundò illud præceptū Dei fuit misericordiæ compatientis: quia enim post peccatū in miseria erant victuri, quanto vita fuisset diuturnior, tantò miserabilior. Et ideo ait: Videte id est cauetè ne fortè mittat manū suā &c. q. a si gustasset de ligno vitæ viuētes diu essent diu miseri, tum quia virtus finita nō pōt durare tempore infinito, & cum virtus ligni esset finita, ideo virtus ligni vitæ non poterat dare corpori virtutem durandi tempore infinito: vnde semel sumptum præseruabat ipsum corpus à corruptionibus vsq; ad determinatum tempus, quo finito ipse homo indignisset iterum de ligno vitæ sumere, vel translatus fuisset ad spirituale vitā, vt dicit B. Thom. 1. parte sum. q. 98. art. 4. vtrum lignum vitæ esset causa immortalitatis, in cor. q. Lignum autem spirituale vitæ, scilicet Christus qui est in finitæ virtutis, vel Crux Christi, quæ ex contactu Christi habet virtutem infinitam, hanc triplicem virtutem habet, scilicet præseruandi à culpa, perpetuandi in gratia, beatificandi in patria, & ideo no-

biliori, & perfectiori modo est causa immortalitatis, quàm lignū vitæ materiale. Et ideo meritò dicitur de tali ligno vitæ. Prouer. 3. Lignum vitæ est his, qui apprehendunt eam, & qui tenuerit eam Beatus. Dicitur autem Crux lignum vitæ triplici ratione. Prima est, quia uirtute crucis mors est destructa: Osee. 13. Eromors tua o mors. Et ad Hæbre. 2. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, idest diabolus. Secunda ratio est, quia uirtute Crucis est vita restituta, ad Collos. 2. Cum essetis mortui in delictis donans nobis omnia delicta ipsū tulit de medio affigens illud Cruci. Tertia ratio est, quia uirtute Crucis vitæ, ianua est reſerata. Apoca. 2. vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei, non tamen Crux est lignum vitæ, idest causans vitam, perpetuans vitam, fēlicitans vitam omnibus, sed solum his, qui apprehendunt eam, scilicet fide, charitate, & opere. Et dicit: Apprehendunt non comprehendunt, quia Christus vel Crux Christi apprehendi potest, non comprehendit. Sed quia non sufficit ad salutem apprehendere, & non tenere, ideo dicit. Et tenuerit eam, scilicet perseveranter hic beatus erit. Apocal. 3. Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam.

Secundò principaliter tangitur situs ligni, quia in medio. Erat enim lignum vitæ situm in medio aliorum lignorum paradisi: & hoc quattuor rationibus. Prima est naturalis, vt sicut principium receptiuum vitæ scilicet cor est in medio hominis, sic illud lignum causatiuum, vel effectiuum vitæ esset in medio lignorum nutrimento aptorum. Secunda ratio est naturalis, vel singularis, scilicet vt ostendatur dignitas, vel nobilitas illius arboris respectu aliarum. Nam aliæ arbores paradisi erant tantum in alimentum. Sed arbor vitæ erat in alimentum, & sacramentū, scilicet in signum ligni spiritualis, scilicet Christi, vel crucis Christi, vt Aug. dicit in quæst. veteris, & noui testamenti. Et ideo erat in medio, vt in omni tempore accessus esus esset facilior, & cōmuniior, & esus utilior. Tertia ratio est spiritualis, ut ostendatur, qd sicut illud lignū materiale erat in medio paradisi: ita

Crux dicitur lignū vitæ triplici ratione.

Lignum vitæ erat sitū in medio paradisi.

linum vitæ spiritualiter, scilicet Christus fuit in medio paradisi spiritualis, .s. ecclesiae, cō quod Deus operatus est salutē in medio terræ. In psal. & Hilarius sup illo verbo Lucę. 23. Venerunt in locum, qui vocatur caluaria, sic ait: Locus autem crucis talis est, vt positus in medio terræ ad capescendū Dei cognitionē vniversis gētibus esset æqualis. Quarta ratio est etiā spiritualis, scilicet ad ostendendū, q̄ vbi duo, vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum, Matth. 18. vnde ipse Dei filius vt lignum vitæ in medio positum sine psonarū acceptione omnibus se offerens: omnes ad se attrahēs: omnib. se ipsum impartiens, vt dicit Alexan. 2. parte summæ. q. 14. art. 20. vbi lignū vitæ esset positum. Tertiō principaliter tangitur ligni fructus, quia paradisi. vnde August. in libro de quæstionibus veteris. & noui testamenti sic ait: Sicut lignū materiale erat in medio paradisi corporalis, ita lignum spirituale, scilicet Christus est vel erat in paradiso spirituali, in quo misit de cruce Latronem. Requ. sequen. cap.

CAP. II.

AD maiorem tamen euidentiā præcedentis capituli est sciendum, q̄ Deus ad ornatum paradisi in quo posuit hominē quē creauerat, produxit de humo omne lignū pulcrum visu. Et ex fluuiō paradisi fiebat multiplicatio, & distinctio arborum, ita quod in paradiso erat triplex differentia, siue triplex genus lignorum. Quoddam fuit ad sustentationem vitæ per nutrimentum. Quoddam ad probationem obedientiæ, sicut lignum scientiæ boni, & mali. Quoddam lignum ibi fuit ad immortalitatem scilicet lignum vitæ, q̄ erat in medio paradisi. De his tribus lignorum generibus Deus dedit duplex præceptum, scilicet affirmatiuum, & negatiuum.

Primum præceptum fuit affirmatiuum: Genesim. 2. Præcepit ei Deus dicens: ex omni ligno paradisi comede. Secundū præceptum fuit negatiuum præcipiens ei

ibidem: De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: quę verba dupliciter exponuntur. Primò secundum Hiero. mortaliter sic: Ille comedit de omni ligno q̄ exemplum bonorū operam capit. Ille comedit lignum scientiæ, qui per scientiam, & deliberationem peccat. Secundò exponit B. Greg. in glo. sic dicens: Omne lignum significat hic omnem virtutē ad beatē viuendum, ex quibus est perceptio summæ bonitatis: præcipitur igitur per Christum ecclesiae vsus bonitatis: sed prohibetur discussio summæ veritatis curiosa, & presumptuosa. Et hoc est q̄ dicitur: De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Est autem veritas summa, scilicet Christus lignum scientiæ boni, & mali triplici ratione. Prima est in quantum Christus diiudicat singulorum merita bona, & mala. Secunda est in quantum retribuit bonum electis, & malum gehennæ reprobis. Tertia est, quia Christus dicitur lignum scientiæ boni ratione prædestinationis electorum, & lignum scientiæ mali ratione præscientiæ reprobiorū. Dicitur autem lignum scientiæ boni, & mali non ab effectu, sicut lignum vitæ, sed ab euentu, quia in esu eius expertus est homo quantum sit malum inobedientiæ: & per oppositum quantum est bonum obedientiæ. prius enim poterat cognoscere bonū obedientiæ, & malum inobedientiæ per simplicem notitiā. Sed post esum contra prohibitum cognouit malū inobedientiæ per pœnæ experientiam: vnde Gen. 3. dicitur: Aperti sunt oculi eorum. Cumq; cognouissent se esse nudos consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Quę verba exponens Aug. in glo. ibidē sic ait: Aperti sunt oculi eorum: non enim cæcerant vel oculi eorū clausi: sed aperti sunt oculi eorum ad cōcupiscendum se inuicē, ad quod ante non patebant: Sicut aperti sunt oculi discipulorum, & cognouerunt quē cognoscere prius nō poterant, Lucę vlti. Et cognouerunt se esse nudos, quia habuerunt pudorem, non solum quia bestialem motum in se sentiebāt quē ante non senserunt, sed etiam quia motus ille pudendus de transgressione veniebat. Vel aliter secundum August. ibidem in glos. Cumque cognouissent se esse spoliatos à gratia ad quam cōsecuta est erubescencia

Exponuntur verba illa de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas.

Xps est lignum scientiæ boni, & mali.

Exponitur illud Gen. ap. ti sunt oculi eorum.

conserunt folia ficus, quæ pruritus carnis, & libidinis significant. Et fecerunt perizomata, idest succinctoria uel bracas secundum glosam quib: succingere, idest cooperire, & defendere quieuerunt.

Sed forte quæres unde fuit peccatum homini comedere de ligno scientiæ boni, & mali. Respondeo, & dico, quod aliquid est prohibitum quia peccatum, aliquid uero est peccatum, quia prohibuitur. Modo igitur comedere de ligno scientiæ boni, & mali, constat quod non fuit peccatum ex parte ligni uel ex parte fructus ligni, quia fructus secundum se bonus erat, nec ex parte gustus uel esus, quia si non fuisset esus talis ligni prohibitus secundum se se non fuisset peccatum: ergo fuit peccatum de tali ligno comedere ratione prohibiti. at Aug. dicit ibidem glos. unde peccatum fuit de tali ligno comedere ratione affectus comedentis, inordinati, præponentis se diuinæ uoluntati, & iussioni cui debebat, & tenebatur esse subiectus.

CAP. III.

EST etiam sciendum, quod cum in paradiso fuerit triplex genus lignorum, ut patet cap. præcedenti lignum uitæ erat nobilius alijs: & hoc triplici ratione, scilicet propter effectum, situm, & sacramentum. Prima ratio est propter effectum: nam lignum uitæ erat causa immortalitatis non quidem principalis, sed coadiuuans ad continuationem uitæ, unde immortalitas non est iudicanda naturalis propter uirtutem ligni uitæ, sed magis gratuita propter uirtutem animæ, quæ erat principalis causa immortalitatis corporis, ut dicit Bea. Thom. secundo scrip. sent. distin. 19. articul. 4. utrum homo in primo statu erat impassibilis, & immortalis, in solu. 5. argum.

Secunda ratio est propter situm: nam lignum uitæ situm erat in medio paradisi, per quod ostenditur dignitas istius arboris respectu aliarum. Quare autem erat situm in medio? Require quatuor rationes supra primo cap. Tertia ratio est propter sacramentum, ut enim dicit Augustinus in

libro de quæstionibus ve. & no. testamenti. In alijs lignis paradisi erat alimentum: unde dictum est: De omni ligno paradisi comede. In isto uero ligno uitæ non solum fuit alimentum, sed sacramentum, uel signum, significabat enim illud lignum crucem Christi; Prouer. 3. Lignum uitæ est his, qui apprehendunt eam, & qui tenuerit eam beatus: unde Augustin. in lib. de ciui. Dei, cum loquitur de paradiso spirituali, scilicet illud uerbum Can. 4. Emissiones tuæ paradisi &c. dicit, quod per ligna fructifera significatur sancti: per lignum scientiæ boni, & mali significatur liberum uoluntatis arbitrium. Per lignum uitæ significatur Christus, uel crux Christi: & ideo merito dicitur Ezech. 31. Omne lignum paradisi non est assimilatum illi, scilicet Christo, uel cruci Christi: & hoc specialiter in quinque.

Primò in perfectione charitatis. Secundò in expressione humilitatis. Tertiò in intensiōne pænalitatis. Quartò in confusione utilitatis. Quintò in adeptiōne utilitatis. Primò dico, quod nullum aliud lignum assimilatur cruci, uel passioni Christi in perfectione charitatis, eo quod Christus maior dilectionis signum nobis ostendit, & actum perfectissimæ charitatis patiendo pro nobis: quam carnem nostram assumendo, uel quam corpus suum in cibum nobis tradendo: quod dupliciter proboscilicet ratione, & auctoritate. Primò ratione sic: Tantò magis ostenditur aliquis, & probatur amare alium, quantò magis bonum quod sibi diligit propter amicum præmittit, & contemnit, & malum quod odit propter amicum pati eligit: unde Prouer. 12. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. Et ideo cum homo uelit sibi, & diligat triplex bonum particulare, scilicet animam, corpus, & res exteriores, manifestum est quod homo inter omnia bona alia præsentis uitæ maximè sibi diligit ipsam animam, idest uitam: & contrariò maximè odit ipsam mortem, & præcipuè cum doloribus corporalium tormentorum, quorum metum etiam bruta animalia a maximis uoluptatibus retrahuntur: unde signum amoris est, quod homo in rebus exterioribus pro amico damnum sustineat, maior autem si homo in suo corpore pro amico detrimentum

Nullum aliud lignum assimilatum est cruci propter lignum uitæ pp qnq.

Primū.

Xps maior signum dilectionis ostendit patiendo pro nobis quam nascendo

tum patiatur. s. labores corporales, uel uerbera sustinendo. Sed priuari uita quam quis maximè diligit, & pati mortem quā qui maximè inter omnia odit ppter amicum est maximæ charitatis signū. Et ideo q̄ Christus non solum pro amico: sed etiā pro inimico animā suam posuerit moriēdo maximæ fuit dilectionis, uel charitatis signum. Secundò hoc idem probo auctoritate Io. 15. maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis p̄ amicis suis. Hæc b. Thom. secunda secundæ. q. 124. de martyrio. art. 3. utrum martirium sit actus maximæ perfectionis, in corp. q. iuxta finem. Et iterum 5. quodlib. q. 6. utrum Christus maius signum dilectionis nobis ostenderit pro nobis patiendo, quam corpus suum in cibum nobis tradendo, argu. contra, & in cor. q. Req. infra Martyrium.

Secundò dico, q̄ nullum aliud lignum assimilatum est cruci, uel passioni Christi in cruce in expressione humilitatis. Nullus enim semetipsum tantum humiliavit quantum Christus: unde Apost. a Philip. 2. sic ait: Humiliauit semetipsum factus obediens patri usq. ad mortem, ubi Glos. Sic humiliavit se Christus patri non solum usq. ad mortalitatis humanæ suspensionem, usq. ad diaboli tentationem usq. ad populi irrisiōem, usq. ad sputa, uincula, flagella, & alapas, sed usq. ad mortem. Sed fortè quæres utrū alia passio Christi sine morte fuisset sufficiens ad salutē humani generis. Respondeo & dico, q̄ differentia est inter liberationem, & redemptionem humani generis. Si enim loquimur de liberatione humani generis, dico, quòd cum Christus sit Deus, & per hoc potentia infinita absq. omni passione: modo alio. s. solo uerbo hominem potuit liberare. Si uerò loquimur de redemptione humani generis, dico, quòd ad emptionem requiruntur duo. s. quantitatis precij, & de deputatione precij.

Primò ad emptionem requiritur quantitatis, uel æqualitatis precij: si enim aliquis det precium non æquiualens ad rem aliquam acquirendam, non dicitur simpliciter emptio, sed partim emptio partim donatio: uerbi gratia, ut si quis emat librum qui ualeat 20. libras pro decem libris partim emeret librum, & partim sibi daretur.

Secundò ad emptionem requiritur deputatione precij, ut uerbi gratia: Si n. aliquis daret etiam maius precium, & illud precium non deputeret ad emendum non diceretur librum, uel aliquid aliud emere. Sic ergo loquendo ad propositum: circa redemptionem humani generis a Christo possumus considerare hæc duo. s. quantitatem precij & deputationem precij. Primò quantitatem precij: & sic quælibet passio Christi etiam sine morte suffecisset ad redemptionem humani generis: quod dupliciter probo. s. ratione, & auctoritate: primò ratione sic, iniuria uel passio alicuius mensuratur ex dignitate personæ cui infertur, uerbi gratia Maiorem iniuriam patitur rex si percutiatur in faciem quam aliqua priuata persona: sed dignitas personæ Christi est infinita, quia est persona diuina, ergo quælibet passio Christi quantumcunq. sit minima, dignitate, & uirtute est infinita, & sic quælibet passio eius suffecisset ad redemptionem humani generis etiam sine morte propter infinitam dignitatem personæ Christi, quæ est Deus: secundò hoc idem probo auctoritate B. Bern. quæ dicit, quòd minima gutta sanguinis Christi suffecisset ad redemptionem humani generis: potuisset autem aliqua gutta sanguinis Christi effundi sine morte, ergo etiam sine morte potuisset per aliquam passionem humanum genus redimere. Secundò circa redemptionem humani generis possumus considerare deputationem precij. Et sic ad redemptionem humani generis non sunt deputatæ aliæ passiones a Deo patre, & a Christo absq. morte: & hoc pp̄ tres rationes. s. propter precium, propter exemplum, & propter sacramentum. Prima ratio est propter precium, uoluit. n. Deus pater, & Christus, ut precium redemptionis humani generis non solum esset infinitæ uirtutis: sed etiam esset eiusdem generis, ut. s. nos de morte per mortem redimeret: & hanc rationem tangit Apo. ad Hæbr. 2. dicens, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium.

Secunda ratio est propter exemplum, ut. s. mors Christi non solum esset precium redemptionis, sed etiā uirtutis, ut. s. homines non timerent pro ueritate mori. Et hanc rationem tangit Apo. ad Hæbr. 2. ibi dem subdens. Et liberaret eos qui timori mor-

Cur Xps uoluit nos redimere p mortē.

Vtrū alia passio Xpi sine morte fuisset sufficiens ad salutem humani generis.

mortis per totā uitam obnoxij erant. Tertia ratio est propter sacramentū. s. ut mors Christi esset in sacramentum, uel signum salutis, dum nos uirtute Christi morimur peccato, & carnalibus concupiscentijs, & proprio affectui. Et hanc rationem assignat B. Petrus 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu: unde humanum genus non erat redimendum per aliquam passionem absq. morte Christi. Et confirmo hoc idem auctoritate apostoli ad Tytum 2. Apparuit gratia saluatoris mei &c. Et sequitur: Qui dedit semetipsum ut nos redimeret. ubi Glos. sic ait: Qui dedit. i. tradidit morti semetipsum hominem innocentem, immo verum Deum non Angelum, uel aliquem alium uirum iustum. Ut nos redimeret per suum sanguinem ab omni iniquitate tam originali, quam actuali: & hoc quod ad pœnam, & emundaret ab omni macula, & culpa in Baptismo. In signum horum duorum exiuit de latere eius sanguis, & aqua: aqua in ablutionem, & sanguis in redemptionem: Ioh. 19. Secundo hoc idem probo auctoritate apostoli: ad Hebr. 2. Decebat. n. eum propter quem omnia, & per quem omnia &c. per passionem consummari, ubi Gl. sic ait: Sanandæ nostræ miseræ conuenientissima fuit ac ualde necessaria passio mortis Christi, quia nisi Christus moreretur, homo non redimeretur: & non redemptus periret: quod si fieret frustra facta essent omnia. Cum enim omnia homini seruiunt, homo Deo nec in aliquibus Deus glorificaretur, cō ad hoc idem est ad hūc finem omnia facta sunt, falsa esset etiam prædestinatio de filiis adducendis. Hæc B. Thom. 2. quolibet. q. 2. utrum quælibet passio Christi absq. morte suffecisset ad redemptionem humani generis. in corp. q. Et Alex. 3. parte sum. q. 3. art. 10. de necessitate passionis Christi, in cor. q. & in solu. argu.

Tertiū.

Tertiō dico, q. nullum aliud lignū assimilatum est Cruci, uel alia passio passio ni Christi in intensiōe pœnalitatis: nam passio alicuius sancti potest inueniri, quæ magis dolorosa quantum ad aliquid. s. quantum ad diuturnitatem, quam passio Christi: sed simpliciter & absolutē loquen-

do dolor passionis Christi in cruce fuit maior omnibus doloribus uiatorū: quod tripliciter probo. s. auctoritatibus, rationibus, & distinctionibus. Primō auctoritate: dicitur enim Tren. primo in persona Christi: O uos omnes qui transitis per viā attendite, & uidete si est dolor sicut dolor meus: q. d. non ergo dolor Christi in cruce fuit maximus dolorum omnium. Spiritualiter hoc uerbum attendite, debet dicere anima contrita de peccato mortali, attēdite corde, & uidete oculo si est dolor sicut dolor meus: quia ex peccato mortali Deū amisit, habitum gratiæ perdidit, bonum naturale uitiauit, pœnam eternam promeruit. Hier. .2. Scito & uide quam malum, & amarum reliquistis Deum tuum. Hæc Alber. Secundo hoc idem probo quattuor rationibus. s. ratione dilectionis, complexionis, impermixtionis, compassionis. primō ratione dilectionis sic, Virtuosi est diligere uitam suam. quod patet per eius oppositum, quia peccatores seipso odiant intātum q. sæpē seipso interimunt, ut dicit Philosoph. 9. Ethic. sed Christus fuit uirtuosissimus: ergo maximē uitam suam dilexit, ergo dolor de amissionē uitæ fuit maximus: secundo hoc idem probo ratione complexionis sic: Quanto homo habet meliorem, & nobiliorem complexionem, tantō magis sentit corporis lēsiōem uel dolorem, quia habet meliorem tactum: sed Christus fuit optimæ complexionis, eo q. habuerit nobilissimam animam, cui respōdet æqualitas complexionis in corpore: ergo &c. tertio hoc idem probo ratione impermixtionis: sic: Quanto dolor est purior, & impermixtibilior: tantō est maior: sed dolor Christi sensibilis in morte fuit absq. omni admixtione alicuius mitigationis, quia nulla fuit redundantia uitium superiorum ad inferiores: ergo &c. quarto hoc idem probo ratione compassionis sic: Quanto maior est compassio alicuius de aliquo, tātō eius dolor est maior: sed Christus ex defectibus humani generis maxima charitate compatiebatur: ergo dolorē excedentē omnes alios dolores assumpsit. Tertiō hoc idē probo inductione sic. Omnis dolor pœnitentis uitæ est, uel dolor iustorum, uel pœnitentium, uel martyrium: sed dolor Christi fuit maior omnibus dolorib. prædictorum, quod sic probo: pri-

Dolor
Xpi fuit
maior
omnib.
dolorib.
uiatorū.
Primō,

Secundo

mo

mo enim dolor Christi fuit maior omnibus doloribus iustorum, vel innocentium. Cuius ratio est, quia nullus iustus, vel innocens apprehendit pœnam sibi illatam tantum indebitam sicut Christus, idè &c. secundò dolor Christi fuit maior doloribus pœnitentium, & hoc duplici ratione. Prima est, quòd dolor Christi nulla consolatione mitigabatur. Secunda est quia dolor Christi ab eo maximè percipiebatur, & ideo maximum dolorem patiebatur, unde dolor quem habet pœnitens de peccato nō est tantus, tum quia ex spe uenix mitigat, tum quia ita non a dolente, uel pœnitente percipitur, quamuis pœnitens peccando amiserit maius bonum: tertio dolor Christi fuit maior omnibus doloribus martyrum. Cuius ratio est, quia dolor in alijs sanctis, & martyribus mitigatur ex influxu uirium superiorum in inferiores: & hoc duplici ratione, uel ex contemplatione, quæ uires inferiores aliquantulum abstrahit a suis actibus, uel ex sua complacentia uoluntatis ex amore eius propter quod patitur, quoniam neutrum fuit in Christo.

An dolor Vpi fuerit maior doloribus damnatorum.

Sed forte quæres, utrum dolor Christi in morte fuerit maior doloribus damnatorum qui sunt in inferno, Respondeo, & dico, quòd non: & hoc duplici ratione. Prima est quòd Christus assumpsit pœnam uiatoris, unde sicut gaudium compræhensoris superat omne gaudium uiatoris, ita dolor uel tristitia damnati superat omne dolorem uiatoris: unde cum Christus nō assumpsit nisi dolorem uiatoris, idè dolor quem damnati habent, & quantum ad pœnam damnati, & quantum ad pœnam sensus est maior quam fuerit dolor Christi in morte. Secunda ratio est quia dolor damnatorum facit damnatos miseros, quod absit ut de Christo dicatur. Hæc b. Thom. 4. scrip. sentent. distion. 15. artic. 3. q. 3. utrum dolor Christi fuerit maior omnibus doloribus iustorum pœnitentium, martyrum, uel damnatorum, in argum. contra, & in corpor. q. Require infra: Passio supplicium maximum.

Quartū

Quartò dico: quod nullum aliud lignum assimilatum est cruci, uel passioni Christi in cruce in confusione utilitatis. Sicut enim Christi passio fuit dolorosior, ita fuit ignominiosior, quia non quamlibet mortem,

sed mortem crucis elegit. Require infra: Quare fuit cōueniens, quòd Christus moreretur in cruce.

Quintò nullum aliud lignum assimilatum est ligno crucis in adeptione utilitatis. Require infra Passio de fructibus passionis Christi: unde Iohan. damasc. loquens de utilitate crucis sic ait: Omnibus precior beata crux: per nullum enim aliud est euacuata mors, peccatum solutum, infernus deprædatus, resurrectio donata, uirtus ad contemnendum præsencia, ad pristinam beatitudinem reuersio directa.

Quintū

C A P. IIII.

Secundo principaliter crux Christi figuratur, & comparatur altari Abraæ propter ueræ hostiæ oblationem. Ad cuius euidenciam, nota, quòd triplex fuit causa passionis Christi. scilicet beneuolentia, obedientia, culpa. Prima causa fuit beneuolentia Dei ad humanum genus: Iohannis 3. Sic Deus dilexit mundum &c. Et hoc est quòd dixit Deus in figura ad Abraam Gene. 22. Tolle filium tuum quem diligis Isaac. Glossa. Abraam personam gerit Dei patris Isaac Christi, unde sicut Abraam unicum filiū, & dilectum Deo obtulit uictimā, ita Deus pater unicum filium, & dilectum pro omnibus nobis tradidit uictimam. Et sicut Isaac portauit ligna holocausti imposita super humeros suos a patre, ita Christus in humeris suis gustauit lignum crucis in quo erat crucifigendus: Iohannis 19. Banius sibi crucem. Chrysostom. ibidem. Sed quia lignum ut prophanum uitabant, & neq. tangere ipsum sustinebant, crucem Iesu ut condemnato imponunt: quod in figura factum est in Isaac, etenim ligna portauit. Et sicut pater portauit ignem in manibus suis, & gladium, ita Deus pater portauit ignem in manibus. i. bonum zelum in operibus, & gladium qui separaret patrem, & filium. Et sic Isaac dixit patri: Vbi est uictima? quasi ignorare uideatur, ita ut dicit Glossa. Christus dixit patri quantum ad causam suæ passionis quasi ignorare uideretur cur patitur: unde in psal. Congregata sunt super me flagella, & ignoraui. Respondit Abraam filio Deus prouide

Cā passionis Xpi fuit beneuolentia.

debet sibi de uictima fili mi, quia passio Christi a Deo fuit ab eterno praeuifa.

Secūda causa Passionis Christi in cruce fuit obedientia. ut dicitur ad Philip. 2. Factus est obediens &c. unde dicitur in figura ibi, Pergebant ergo simul. Glo. quia obediebat patri filius usque ad mortem. Et subditur, Venerunt ad locum quem praecepit ei Deus. Glo. scilicet ad locum caluariē die tertiō. Allegoricē. Nō iussus est Abraam subito filium occidere, sed tri-
Exponi duo ad immolandum ducere ut in longi-
tur illud tudine tēporis tentatio augetur. Per tri-
de sacri duum. n. crescentib. curis paterna viscera
ficio A- cruciantur, & prolixo spacio pater filium
braz. intuetur, cibum cum eo sumit, tot nocti-
bus: pēder puer in amplexu patris, cubat in gremio: sed per singula momenta etiā in paterno affectu dolor occidendi filij cumulatur: uel aliter: Tres dies quib. ad locum immolationis ueniunt sunt tres mundi aetates, prima ante legem. secunda sub lege, tertia sub gratia, in qua aetate Christi passio est completa. Duo serui dimissi nec perducti ad locum sacrificij, sunt iudaei qui seruiliter uiuentes, & carnaliter sapientes non intellexerūt humilitatē & passionē Iesu Christi. Duo quidē quia in duas partes erant diuidendi, qd factū est peccāte Salomone quando diuisus est populus loco regni, quibus dicitur aduersatrix Israel, & praeuaricatrix iuda. Postquā ad montem uel locum caluariē puenerant dicitur. Cumq. concidisset Abraam ligna: ubi Gl. dicit, q' duob. lignis in generali compacta est crux Christi. Sed in speciali quattuor lignis est cō-
Exponi pacta. s. Cedro ex qua fuit pes q' erat sub
tur illud terra. Cipresso ex qua fuit stipes siue lon-
Abacuc. gitudō. Palma ex qua fuit lignum trans-
3. uersale. Oliua ex qua fuit tabula in qua
in titulus erat scriptus Deinde aedificauit al-
manib. tare. i. erexit crucem. Vbi nota, q' ibi fuit
ignis. crux pro altari, hostia Christus offerens, cui offertur ipsemet Deus, pro quibus offertur uniuersus mundus. Deinde Isaac ligatis pedibus, & manibus super ligna est positus. Similiter Christus in ligno ē appensus, quia cruci est crucifixus. Vidit Abraam post tergum arietem. Gl. quia ueritas huius umbræ, quæ diu præcessit est declaranda: Tanquam ouis ad ocisionē ductus est. Isaia 53. Isaac non mactaba-

tur, sed aries pro ipso. Sic & diuinitas Christi in morte nihil est passa, sed eius humanitas immolata, ideō dicitur: Et ecce Angelus domini dixit ei: Ne extendas manum tuam in puerum. Glo. quia caro poterat crucifigi, diuinitas autem nō potuit tangi.

Tertia causa passionis Christi fuit culpa. Si enim homo non peccasset Christus crucifixus non fuisset, ideō sequitur: Aperuit Abraam oculos uiditq. post tergum arietem intra uepres hærentem cornibus quem assumens obtulit holocaustum pro filio Gl. Aries hærens cornibus est Christi humanitas crucifixa. Nam crux cornua habet, sic duo ligna per tran-
Exponi uersum in se ducta crucē faciūt: unde dici-
tur illud tur Abac. 3. Et cornua in manibus eius. i. 3. Et cor-
Abacuc. cornua crucis erant in manibus Christi. **3.** Et cor-
in Sed quare non dixit manus in cornib. si-
manib. cut cornua in manibus eius? Respondeo
ignis. & dico, q' hoc fecit, & dixit propter quattuor rationes. Prima est, quia passio Christi fuit in tota eius potestate, quia cum uoluit animam suam posuit, & eam positam cum uoluit assumpsit; Iohann. 10. Secunda est, quia etiam tunc cornua, id est, regna erant in manibus eius. i. in potentia eius. Tertia ratio spiritalis est, quia Christi passio cornibus comparatur, & meritō, quia animalia cornibus pugnat: sic & Christus contra diabolū in passione pugnat ubi eum deuicit: Iohā. 12. Nunc iudicium est mūdi, nunc princeps huius mundi &c. Quarta ratio est, quia in uenatione necessaria sunt cornua ad captionem bestiarum, ita etiam commemoratio passionis Christi in prædicatione est necessaria ad conuersionem peccatorum: prima ad Cor. 2. Non iudicauit me scire aliquid inter uos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Sed heu, quia ut dicitur prima Corinth. 1. uerbum crucis pereuntibus quidem stultitia est &c. Uepres autem in quibus erat aries sunt spinæ: Seu quæ spinæ? dico quod sunt spinæ peccatorum pro quibus Christus est crucifixus, & spinæ hominum impiorum, a quibus Christus ex crucifixus, & spinæ ueprum quibus est coronatus: de quibus Cant. 3. Venite & uidete regē Salomonem in dyademate. i. Christum crucifixum in corona spinea qua coronauit

Tertia causa fuit culpa.

Exponitur illud Abacuc. 3. Et cornua in manibus Christi. in manibus ignis.

manavit eum mater sua. i. synagoga de qua natus est secundum carnem in die despersionis illius. i. in die passionis quoniam factus est ecclesie sponsus sanguine suo sicut dicitur Exod. 4. de Moyse: Et concluditur in figura: Postquam uero adorauerimus, reuertemur ad uos: Glosa. i. postquam sacramentum dominice crucis fuerit impletum, tunc omnis Israel saluus erit: unum peracto uel impleto sacrificio dixit Deus Abrahæ: In semine tuo benedicentur omnes gentes: quod iam adimpletum est in passione Christi: unde dictum est: Conuertenter ad dominum uniuersi fines terre, hæc omnia Hier. & etiam in Gl.

C A P. V.

Tertio crux Christi figuratur, & comparatur uirgæ Moyse: & hoc propter miraculorum operationem. Nam Moyses sex mirabilia opera cum uirga fecit. quæ Christus in cruce seu in uirtute crucis fecit: primò enim aquam de petra dedit: secundò aquam in sanguinem conuertit: tertio aquam amaram in dulcem conuertit: quartò mare diuisit: quintò Pharaonem, & eius populum prostrauit, & submersit: sextò Dei populum liberauit. Hæc omnia B. Aug. ponit in sermone de passione: ut narrat. B. Th. 3. parte sum. q. 46. art. 4. utrum Christus debuerit assumere mortem crucis, in cor. q. fin. in fine. Hæc omnia uirtus crucis fecit quod de singulis patet. Primò enim Moyses aquam de petra dedit, ut dicitur Numeri 20. Percussit bis uirga silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ: quod uerbum Augu. in Gl. sic exponit: Petra erat Christus secundum quod dicit Apostolus prima ad Corinth. 10. Sed quod petra uirga percutitur crux Christi figuratur: ligno. n. accedente ad petram. i. ad Christum gratia manauit qua sitis interior mitigatur. Et quod bis uirga percutitur euidentius significat crucem: duo enim ligna crux habet. Et subditur, & egressæ sunt aquæ largissimæ. s. gratiarum abundantia in Baptismo. unde de latere Christi crucifixi fluxerunt duo principalia sacramenta. s. Baptismus, & passio, aqua regenerationis, & sanguis redemptionis:

Iohannis 19. Et subdit Apostolus ibidè: Omnes eandem escam spirituales manducabant. s. manna quæ dicitur esca spiritualis, quia descendebat de celo. Et omnes eundem potum spirituales. s. aquam de petra bibebant. In psal. Percussit petram, & fluxerunt aquæ. Vel aliter: Omnes enim per fidem aquam de petra. i. de Christo eos consequente habebant & comedebant eandem escam spirituales. s. corpus Christi, & omnes bibebant eundem potum spirituales. s. sanguinem Christi. Aliter tamen quam nos, quia ipsi tantummodo spiritualiter. s. per fidem quam de Christo habebant. Nos autem spiritualiter, & sacramentaliter Ioh. 6. Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Totum autem fluebat, & fluit de Christo eis in figura, nobis in ueritate. Secundò Moyses uirga aquam in sanguinem conuertit. Ita dicitur Exo. 7. Et dixit dominus ad Moysen: Tolle uirgam tuam super aquas Aegypti. Et eleuans uirgam percussit aquam fluminis, quæ uersa est in sanguinem, de quo potest triplex ratio assignari. Prima est litteralis quam tangit ibidè Gl. sic dicens: In aqua puniti sunt, quæ conuersa est in sanguinem, quia in aqua Aegyptij necauerunt filios hebræorum. Aqua idè in sanguinem est conuersa, ut bibam sanguinem quem fuderunt, ut aqua quæ est de omnibus generandis materiale principium, Aegyptijs fieret supplicium, ut sciant propter quid puniti sunt. Gregor. Qualia fecistis, talia reddet uobis: & Origenes in Gl. Aqua uertitur in sanguinem in reatum pænæ, quia omnis sanguinis qui effusus est super terram requiritur a generatione hac. Secunda ratio est spiritualis: unde Isido. Aqua in sanguinem uertitur, cum abusus diuitiarum in penam uertitur. Iacob. 7. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. Tertia ratio est etiã spiritualis quam assignat Strabo in Gl. dicens: Aqua in sanguinem uersa mundana sapientiam significat, in qua omnis qui mæserit necat sicut in sanguine, mundana enim sapientia stultus putat. Deum pro hominibus mori huic quicumque adhæserit uiuere non poterit, sed necabitur. Vel tunc aqua in sanguinem est conuersa, quia unus militum latus Christi in cruce aperuit, & exiuit sanguis, & aqua. Ioh. 19.

Primū.

Secundū

Sex admiranda cum cruce gessit Xps.

ad ostendendum, q̄ aqua regenerationis nr̄e in Baptismo non sufficiebat sine sanguine redēptionis. Illud. n. quod in aliud cōuertitur assumit virtutē eius in quod conuertitur. Sic aqua regenerationis in Baptismo habet virtutem a sanguine redemptionis in passionis sacramento.

Terriū. Tertiō Moyſes virga aquā amarā in dulcē conuertit, ut patet Exod. 15. ubi dī, q̄ filij Israel non poterant bibere demarath aquas, eo q̄ essent amarę, & murmurauit ex hoc populus contra Moyſen dicens quid bibemus? At ille clamauit ad dominum qui ostendit ei lignū quod cū misisset in aquis in dulcedinē uersę sunt. Quod verbum s̄m Glo. exponitur sic. Aquę amarę ex quibus oritur murmuratio, quia sunt inhabiles ad bibendū sunt intolerabilia legis onera. Req. infra Lex Moyſaica. Aug. in Glo. Lignum quod dominus Moyſi ostendit est spiritualiter lignum crucis: quod lignum aquas dulces facit pręfigurans gratiam, & gloriam crucis: ubi dicit Hębreus, q̄ lignum illud erat amarissimum, ut virtus diuina mirabilior in notesceret. Amarum enim amaro additum, est dulcedinem operatum, ad ostendendum, q̄ per crucem dulcoratur omnis pœna assumpta, uel illata. Vel aliter: Virga aquę amarę in dulcedinem conuertuntur, quia si tibi tribulatio uideatur amara, respice lignum crucis, & reduce ad memoriam beneficium passionis: & sic tibi omnis tribulatio dulcis fiet. Et nota, q̄ non dicit dulcoratę sunt aquę, sed in dulcedinem conuersę: quod multō maiore notat dulcedinem. q. d. reduce me in memoriam. Et narra si quid habes ut iustificeris q. d. Confer opera tua cruci, & vide, q̄ inæqualis sit recōpēsatio tua, ut exponit moralitas magistralis.

Quatū. Quarto virga Moyſes mare diuisit, ita dī Exod. 14. Dixit dominus ad Moyſen tu eleua virgam tuam, & extende manū tuam super mare, & diuide illud, ut gradientur filij Israel in medio mari per siccum. Spiritualiter virtute crucis populo Dei exeunti de Aegypto. i. de tenebris erroris peccati aperitur via eundi ad celū. Cuius figurę veritas exprimitur. Ioh. 19. ubi dī, q̄ unus militum lancea eius latus aperuit: ubi Aug sic ait: Vigilanti verbo euangelista vsus est, ut non diceret latus

eius percussit, aut vulnerauit, sed aperuit ut illic quodam modo vitę hostium panderetur: unde sacramenta ecclesię manauerunt, sine quibus ad vitam quę verē uita est non intratur.

Quintō Moyſes virga aquam diuidēs Dei populū liberauit: ita dī Exod. 14. Diuisa est virga aqua & ingressi sunt filij Israel per medium maris sicci, erat enim aqua quasi murus ad dexteram eorum, & laeuam. Vbi nota secundum litteram, q̄ aqua prębuit filijs Israel viā duobus modis. s. per diuisionē, & per desiccationem, quia primō aqua virga fuit diuisa, & postea desiccata. Et dicit Aug. ibidē, q̄ duodecim fuerunt diuisiones aquarum s̄m numerum tribuū, ut singulę tribus vias suas meandi haberent. In psal. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: Maię 63. Qui scidit aquas maris ante eos & trib. Iuda primō ingressa est. Spiritualiter autem murus est defensio ut dicit ibidem Glosa. Iste autem murus est a dextris, & sinistris. Murus a sinistris est meror ex consideratione, & trepidatione malorum. Murus a dextris est mæror ex contemplatione bonorum. Et benē dicit a dextris, & a sinistris, quia in vno concludimus concupiscentiam, in altero vitamus negligentiam, quia qui expectat premium extendit se in meritum, & qui meruit pœnam solícite declinat culpam: hæc est moralitas magistralis.

Sextō Moyſes uirga Pharaonem prostrauit, & Aegyptum submersit: ita dicit Exod. 14. Extende manū tuam super mare, ut reuertatur aqua ad Aegyptios. Et subditur: Reuersęq. sunt aquę, & cooperuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, nec vnus quidem superfuit ex eis. Sic spiritualiter per crucem, & mūdus superatur, & diabolus cum suis principibus, & potestatibus eijcitur. Et subditur: Nec vnusquidem superfuit eis. Glo. quia omnia peccata per crucem, & Baptismum Christi dimissa sunt, & potentia diaboli submersa. Spiritualiter virtus crucis, ut virga Christi sex mirabilia facit, vel operatur: primō enim uirtute crucis cor induratum, & clausum emollitur lacrymosa contritione, & aperitur in confessione: secundō cor amarū, & tribulatū dulcoratur spirituali cōsolatione. s. cum

Quintū.

Sextū.

Virga crucis sex mirabilia operatur

ad dominum conuertitur per spē diuinę misericordię: tertio cor carneū abstrahitur ab omni carnalitate carnis imitatione: Quarto cor insipidum, saporatur Christi dilectione. Quinto cor obstinātū emollitur, & irrigatur lachrymarum cōpunctione: Sexto cor obsessum a diabolo, & peccato liberatur a tentatione, & peccatorum persecutione.

C A P. VI.

QUARTO & ultimò crux Christi figuratur, & comparatur æneo serpenti propter tentatorum, uel infirmorum liberationem, de quo dicitur Iohan. 4. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto ita oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. In quo uerbo beatus Iohannes tangit tria de passione Christi, scilicet signū, modum, fructum. Primò tangit passionis Christi signum, uel figuram: unde dicit sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto. Nam murmuranti populo Dei de cibo ei dato, scilicet manna, & dicenti Num. 21. Anima nostra nauscat idest, vsque ad stomaci vomitum indignatur super isto cibo leuissimo: Deus in ultionem murmuris misit serpentes ignitos, a quibus percussi plurimi moriebantur. Et dicebantur serpentes igniti duplici ratione, uel quia minimi, & ueloces erant ad modum scintillarum, uel quia tactu, & morfu ueneno inflamabant ad tumorem, & ruborem igneum postea uero poenitente populo de peccato, & conquerente ad Moysen, & Moyse orante, & clamante ad dominum, mandauit dominus fieri serpentem æneum, qui quidem serpens fuit, & in remedium contra illos serpentes & in signum idest, in figuram dominicę passionis: unde dicitur Numer. 21. Dixit dominus ad Moysen: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo qui percussus, uel morsus aspexerit eum uiuet. Et subditur ibi: Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo quem cum aspicerent morfi sanabatur. Hunc serpentem æneum habuerunt filij Israel semp postea: & magnificè, uel honorificè repositus erat in hierusalem,

quē tandem cōminuit rex iuda. s. Ezech. ut patet 4. li. Reg. 18. ppter superstitionē quam populus illi exhibebat: Huic figurę respondet ueritas Christi. Dī autē Christus serpens æneus propter quinque rōnes. Prima est, quia æs est infabricabile, nec potest domari tunfionib. malleorum, sed tamen poliri potest. Et significat patientiam Christi & inuincibilitatem eius in passionibus quib. flecti nō potuit, sed poliri, & decorari, sicut dicitur ad Hæbr. 2. Videmus Christum propter passionem. mortis gloria, & honore decoratum. Secunda ratio est, quia æs est diuersę naturę, non enim est unius metalli, sed plurium, & diuersorum coniunctorum in unum: sic Christus non fuit unius naturę: sed gigas geminę substantiæ. s. diuinę, & humanę unitę in unā personā Christi. Tertia ratio est, quia æs inter omnia metalla est magis sonabile: unde conuocat populum, sicut Christus qui prædicauit, & docuit, & clamans uoce magna preciū pro nobis exoluit: Lucæ 23. Deus Deus meus &c. Quarta ratio est propter similitudinem, quia sicut serpens æneus uenenum non habuit, sed fuit figura serpentis uenenosi. Sic etiam Christus non habuit peccatum quod est uenenum mortem inducens, quod cum consumatū fuerit generat mortem, ut dicitur Iacob. 1. sed habuit similitudinem ueneni. s. pcc̃i, ut dicitur ad Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinē carnis peccati &c. Quinta ratio est propter proprietatē, & uirtutem, quia sicut tunc cōspicientes serpentem æneum exaltatum, & a ueneno sanabantur, & a morte liberantur, sic nunc qui conformant similitudini mortis Christi per fidem baptismūq; eius: & a peccato per iustificationem, & a morte per eius resurrectionem liberantur, ut dicit Aug. li. de Baptismo paruulorū. Spiritualiter loquendo Deus permittit sæpē mala diabolus suggerere nobis, & ita spiritualiter vulneramur in mente: sed si respicimus serpentem æneum rationib. prædictis in cruce pro nobis positum per fidem, & imitationem de quocunque peccato tenemur liberabimur: ut uerbi gratia: Cum tentatur quis de auaritia debet inspicere Christum dicentem: Lucæ 11. Date alemosynā, & omnia munda sunt

Compa
ratur
Xps ser
penti
æneo.

vobis. Cū tentatur quis de luxuria dēt in-
 spicere Christum dicentē Lucæ. 12. Sint
 lumbi vestri præcincti &c. Cum tentatur
 quis de superbia debet inspicere Christū
 dicentē Marth. 11. Discite a me, quia mi-
 ris sum, & humilis corde. Cum tentatur
 quis de gula debet inspicere Christū dicē-
 tem in ps. In siti mea potauerunt me ace-
 ro: & sicut cum quis tentatur de alijs ui-
 rijs, & peccatis debet inspicere Christū
 imitando eum, & ab omnibus liberabitur.
 Secundò principaliter tangit B. Ioh. pas-
 sionis Christi modum, cum dicit: Ita exal-
 tari oportet filium hominis quod intelli-
 gitur de exaltatione crucis: unde Io. 12.
 cum Christus diceret, Oportet exaltari fi-
 lium hominis &c. sequitur: Hoc autem
 dicebat significans qua morte clarificatu-
 rus esset Deum. Voluit autē Christi mo-
 ri exaltatus in cruce quinq; rationibus.
 Prima est, vt cœlestia purgaret. Sicut. n.
 Christus per sanctitatem conuersationis
 suæ iam purgauerat terrestria, ita voluit
 purgare aerea, ad Colos. 1. Pacificans per
 sanguinem crucis siue, quæ in cœlis siue,
 quæ in terris sunt. Secunda ratio est, ut
 de dæmonibus triumpharet, qui in aere
 nobis bellum præparant, ad Ephe. 2. Se-
 cundum mundi huius principem pote-
 statis aeris, qui in isto caliginoso aere do-
 minatur, ut August. & Ambr. exponunt in
 glo. Tertia ratio est, vt virtutem ostende-
 ret, ex eo enim, qd morte crucis exaltatus
 de inimicis triumphauit non vocatur
 mors, sed exaltatio. In psal. Exaltare do-
 mine in virtute tua. Quarta ratio est, vt
 errorem destrueret, scilicet ut ostēderet,
 qd id quod mundus uocat deiectionem,
 apud Deum est exaltatio, & è conuerso.
 Quinta ratio est, vt corda nostra ad se at-
 traheret. Iohann. 12. Et ego si exaltatus
 fuero a terra omnia trahā ad meipsum.
 Requi. expositionem huius sequenti ca.
 Tertiò Beatus Iohannes tangit passio-
 nis Christi fructum, qui est vita æterna
 cum subiungit: Vt omnis qui credit in
 ipsum non pereat, sed habeat uitam æter-
 nam. Et respondet hic fructus in aliquo,
 fructui figuralis, serpētis, quia sicut qui-
 cunq; respiciebat serpentē Encum libera-
 batur a veneno, & pseruabat a morte, ita
 ille qui respicit filium hominis s. Chri-
 stum exaltatum in cruce per fidem in eū

credendo, & operādo liberat a veneno. i.
 a pctō: Ioh. 11. Qui credit in me non mo-
 rietur &c. Et pseruatur ad vitā æternā. Iter
 Ioh. 20. Hæc scripta sunt, vt credatis, & vt figuram
 credentes vitam habeatis &c. Et Aug. ibi & veri-
 fic ait hæc est differentia inter figurantē tatem.
 imaginem, & ipsam rem, scilicet qd illi sa-
 nabantur a morte ad vitam temporalem,
 hæc autē, vt habeat vitā æternā: & Chrys.
 sic ait ibidem: Si enim qui credunt in
 crucifixum non pereunt: multò magis
 qui crucifixus est non perijt. Hæc Beat.
 Thom. in postil. quam fecit super Iohan-
 nem exponens illud verbum Iohann. 3.
 Sicut Moyses exaltauit serpentem in de-
 serto &c. Et iterum in Euangelio conti-
 nuo exponens prædictum uerbum.

CAP. VII.

ET ego si exaltatus fuero a terra oīa
 traham ad meipsum Iohann. 12. Chri-
 stus loquens de passione sua in verbis 7.
 præmissis tangit duo, scilicet passionis
 modum, cum dicit Ego si exaltatus fuero
 a terra: & passionis fructum, cum dicit
 Omnia traham ad meipsum. Primò tan-
 git passionis suæ modum cum dicit: Ego
 si exaltatus fuero a terra in cruce, sicut
 Moyses exaltauit serpentē in deserto &c.
 vt patet c. præcedenti. Voluit autem Chri-
 stus mori exaltatus in cruce ppter quat-
 tuor rationes, scilicet ex parte dæmonū,
 & ex parte hominum. Primò ex parte dæ-
 monum, scilicet propter eorum exclusio-
 nem, vt eos, qui in aere principatum, &
 potestatem exercebant, ipse eleuatus a
 terra eijceret, & conculcasset Ioh. 12. Nūc
 princeps huius mundi eijciatur foras. 7.
 Princeps huius mūdi est, vel amator mū-
 di inordinatus, uel diabolus. Diabolus
 aut per passionē Christi eijciatur foras tri-
 pliciter. Primò quò ad potestatem trahē-
 tem, quæ benè ablata est, quia nōn pōt
 trahere sanctos ad limbū sicut prius, imo
 tractus amisit: Zac. 9. Tu aut in sanguine
 testamēti eduxisti vinctos de lacu &c. Se-
 cundò eijciatur quò ad potestatem impellē-
 tē, quæ multū diminuta est: Ezech. 30. Cō-
 fregisti brachium Pharaonis. Tertiò eij-
 ciatur quò ad potestatem possidentem, quæ pro
 magna parte ablata est. Expullus est. n. a
 cordib. hominum quos possidebat: Lucæ.

Prima
ratio.

11. Cū autē fortior illo superuenerit, &c.

Secūda.

Secundō Christus uoluit mori exaltatus in cruce ex parte hominū: & hoc pp tres rationes. s. propter viæ directionē, uenerationē, aduocationē. Prima rō est pp viæ directionē, ne erremus. Vnde, & crux erigitur ad ostensionem viæ Num. 8. Cū posuerit septem lucernas candelabrū in australi parte erigatur. Secunda ratio est propter uenerationem, & sic eriguntur sanctuaria, & sic crux figuratur: Gen. 28. Surgēs Iacob crexit lapidē in titulū fundensq; oleū de super ait: Nō est hic aliud nisi domus Dei, & porta cēlirexpone.

Tertia.

Cruz
Christi
triplici-
ter est si-
gnum.

Tertia ratio est pppter aduocationē. s. ut esset aduocatus noster, & sic erigitur vexillum: Isaia. 11. Leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel: & dispersos Iuda colliget a quattuor plagis terræ. Vbi nota, qd triplex est signum. Primum est discretium pugnantium in bellis. s. m est directum itinerantium in biuijs: tertium est rememoratium stantiū de præteritis. Sic spiritualiter cruz Christi. Primō est signum discretium incipientium, qui sunt in statu tentationis discernit. n. pœnitantes ab impenitentib. vnde Ezech. 9. Trā per mediam ciuitatem in medio Hierusalē, & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cūctis abominationibus, quæ sunt in medio eius: vbi glo. sic ait: Thau quæ apud Hæbreos extrema est, & vigesima secunda similitudinē crucis hēt quæ in Christianorum frontibus frequēter signatur, & perfectam in uiris gementibus, & dolentibus scientiam monstrat. Scdō cruz Christi est signum directium proficientium, qui progrediuntur in via laboris seu virtutis ne contingat eos errare: vt. n. dī Prouer. 14. Est via, quæ uidetur homini iusta: nouissima autē eius deducunt ad mortem de hoc signo dicit Isaia. 11. In die illa. s. passionis domini erit radix Iesse, quæ stat in signū populorum ipsum gentes deprecabunt, & erit sepulcrum eius gloriosum. Tertiō cruz Christi est signū rememoratium perfectorum, qui sunt in quiete contēplationis, ut non cōtingat eos obliuisci: Exo. 13. Erit quasi signū in manu tua. Gl. memoria beneficii passionis Christi. Scdō principaliter in auctoritate pmissa Christus tangit: suæ

passionis fructum, cū subdit: Omnia trahā ad meipsum: quod uerbum exponitur sex modis. Primō sic: Omnia traham: nūquid bestias aut lapides ē certe non, sed omnia terribilia, quæ non sunt nisi creaturæ rationales: & hoc mō omnia trahā ad meipsum. s. per sufficientiam, sed non per efficaciam, fuit. n. passio Christi sufficiens ad trahendum oēs, sed non efficiēs propter impœnitentiam aliquorum. Secundō exponitur sic s. m Aug. ibidē. Omnia trahā. i. de omni genere hominum, ut fiat distributio non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Tertiō sic etiam secundum Aug. Omnia traham ad meipsum, id est omnia naturam integritate, ut referatur hæc distributio Omnia, non ad vniuersitatem omnium quia non est omnium fides s. m Apostolum, sed ad creaturæ integritate. s. spiritum, animam, & corpus. s. ad id quo intelligimus, sentimus, uiuimus. Quartō exponitur sic secundum Aug. ibidem: Omnia traham. s. ad salutem prædestinatos tantum. Et concludit Aug. ibidem: Omnia traham. s. trahibilia tribus modis prædictis præter sola peccata ut exponit B. Th. in postilla quam fecit super Iohannem ibidem. Quintō exponitur secundum Gāfridum sic: Omnia traham: quænam omnia, certe cœlestia simul, & terrena: cœlestia, scilicet ipsum Deum patrem traxit vel inclinauit ad misericordiam peccatoris: terrestria, scilicet peccatorem ad penitentiam. Sextō secundum eundem exponitur sic: Omnia traham. s. cœlestia, & terrestria. Cœlestia sunt beatitudo, & sanctitas: terrestria sunt pœna, & culpa. Sicut. n. cēli ciues obtinent felicitatē, & sanctitatem, sic peccator nihil habet propriū nisi culpam, & peccati pœnam, mediator enim Dei, & hominum sanctitatem, & felicitatem cum Deo habuit, & pœnā peccatorum hominum super lignum crucis ferens in sua felicitate, & sanctitate permansit: habuit enim simul hæc duo. s. felicitatē, quia in continua fruitione erat, & dolorē, vel pœnalitatē in ligno crucis. Et in nullo propter talem dolorem eius felicitas, uel fruitio est minorata. Septimō exponitur sic: Omnia traham ad me ipsum, quia nullus pōt uenire ad Christum nisi tractus a patre, ut dicitur Ioh.

Exponitur illud omnia traham ad meipsum.

Cur dixerit traham, & quid significat tractus. 6. Nemo potest uenire ad me nisi qui miserit me. s. pater traxerit eum. Vbi nota, qd dicit trahit propter duplex pondus qd est in nobis. s. pondus culpæ ad Hebre. 12. Deponentes omne pondus, & circumstans peccatum. Et pondus pœne de quo Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: unde sicut graue per naturā non potest per se sursum ferri nisi trahatur ab alio, ita cor humanum ex se ad inferiora tendens non potest sursum per se eleuari nisi tractū, ideo dicit saluator: Nemo potest uenire ad me nisi &c. Vbi Chryso. sic ait: Hic insaniunt Manichei dicentes: quoniam nihil in potestate nra est positum. ergo si non trahimur non defectus est ex parte traēti, sed ex parte trahentis. Respondeo, & dico, quod non debet facere, uim in uerbo tractus, eo qd tractus non dicit uolentiam, sed indigentiam, non dicit inuitum sed adiutum: nō dicit necessitatem, sed uolūtatem. Primo istud uerbum tractus non dicit uolētiā, quia ut dicit Augu. Cetera potest homo nolens credere autem non potest nisi uolens, sed dicit indigentiam: unde Chryso. non quod in nobis est destituit, sed ostendit nos Dēi auxilio indigere. Secūdo tractus non dicit inuitum, sed adiutum, ut sit sensus, nemo potest uenire ad me nisi pater meus traxerit. i. adiuuerit eum. Teruo tractus non dicit necessitatem, sed uolantatem: unde Aug. ibidem. Porro si poetæ licuit dicere: Trahit sua quemque uoluptas non uolentia, sed misericordia, non obligatio, sed delectatio, quanto magis nos dicere debemus trahi hominem ad Christum qui delectatur ueritate, beatitudine, iustitia, & aeterna uita, quod totum est Christus: unde si homo nō trahitur, & leuatur nō est defectus ex parte trahentis, qui quantū in se est nulli deficit, sed ppter impedimentū eius, qui nō trahitur. Si autē quæris quare nō trahit omnes, sed quosdam sic, & quosdam non, & quare. Respondeo, & dico, qd de hoc assignari potest ratio in generali, & non in speciali. Primo quidem in generali, ut in illis, qui non trahuntur appareat, uel refulgeat ordo diuinæ iustitiæ, in illis autē, qui trahuntur appareat immensitas diuinæ misericordiæ. Secundo dico, qd in speciali quare istum trahat, & istum non tra-

Deus cur istū trahat, & illum non.

ihat non potest ratio assignari. Et ideo si non traheris roga, ut traharis, ut etiam Augu. ibidem dicit: Hoc etiam per duo exempla ostendi potest. Primum exemplum est in lapidibus domus, quare artifex aliquos lapides ponat inferius, & quare aliquos superius in lateribus, & alios non assignatur ratio in communi, scilicet dispositio domus, cuius complementum hoc exigit. Sed quare in speciali hos lapides ibi ponat, & hos non, hoc dependet à simplici uoluntate præter quā nulla potest ratio alia assignari. Secundum exemplum est quare aliquos in ecclesia facit Aposto. alios Martyres, & alios confessores. Ratio in communi assignari potest. s. propter ecclesiæ decorem, & complementum. Sed quare Petrum fecit Apostolum: Stephanū Marthyrem: Nicolaū confessorem, non est alia ratio nisi uolūtas sua. Sic igitur ex pmissis patet humanæ facultatis defectus, & auxilij diuini subsidium. Hæc B. Tho. in postilla super Iohānem super illo uerbo Ioh. 6. Nemo potest uenire ad me nisi pater meus, qui misit me traxerit eum. Requ. infra prædestinatio. Octauo, & ultimo modo Leo Papa in sermone de cursis sup istud uerbū Ioh. 12. Ego si exaltatus fuero à terra omnia trahā ad meipsum sic ait: O mirabilis potētia crucis, o ineffabilis gloria passionis in qua est tribunal domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi: unde dicit: Omnia traham ad meipsum qd uerbum Leo Papa quattuor modis exponit. Primò sic. Traxisti domine omnia te cū cōfistente maiestatis tuæ sensum totus mundus accepit. Secundo modo sic: traxisti domine omnia ad te quoniā in execrationē iudaici sceleris uniuersa creatura impiorū usui se negaret, q̄a & sol obscuratus est, & terra tremuit & sic oīa elemēta in detestationē sceleris vnā tulerunt sententiā. Tertio modo sic. Traxisti domine omnia ad te quoniā scisso templi uelo sancta sanctorū ab indignis pontificibus recesserūt: ut figura in ueritatem: prophetia in manifestationem: & lex in euāgelium verteretur. Quarto modo sic: Traxisti domine omnia ad te, ut quod in uno iudæorum tēplo obumbratis significationib. agebāt, aperto sacramento uniuersarum nationū deuotio ce-

lebraret. Nunc enim, & ordo clarior leuitarum, dignitas amplior seniorum, & sacrator est unctio sacerdotum: Quia crux tua omnium est fons benedictionum, omnium est causa gratiarum per quam credentibus datur uirtus de infirmitate, gloria de opprobrio, & uita de morte: hæc Leo Papa ubi supra.

C A P. VIII.

8
Secundū
principale hu-
ius tra-
ctatus.

Prima
ratio.

Secūda.

Tertia.

Secundo principaliter circa crucem consideranda est conuenientia passionis. Conuenientissimum. n. fuit Christum pati mortem crucis, & hoc precipue sex rationibus, scilicet ratione imitationis, satisfactionis, purgationis, preparationis, saluationis, perfectionis. Primo ratione imitationis sic: Christus accepit omnia quæ pertinent ad vitam rectam, & ad exemplum virtutis pertinet autem ad vitam rectam non timere ea, quæ sunt timenda: sunt autem quidam homines, qui quamuis non timeant mortem, genus tamen mortis horrescunt: & ideo ut Christum imitemur, & nullum genus mortis horreremus, Christus uoluit in cruce mori quo genere mortis nihil erat execrabilius, fomidabilius, vel horribilius.

Secundò Christus uoluit in cruce mori ratione satisfactionis sic: Christus uolens sua passione satisfacere pro peccato, uoluit in cruce mori: & hoc rationabiliter, quia peccatum primi parentis fuit ex eò quòd contra mandatum Dei pomum ligni vetiti sumpsit: & ideo conueniens fuit, quòd Christus ad satisfaciendum pro illo peccato seipsum pateretur ligno crucis affigi, quasi restituens quod Adam supererat: secundum illud psal. Quæ rapui tunc exolvebam: unde Aug. dicit in quodam sermone de passione: Cōtempnit Adam præceptum, accipiens ex arbore pomum: sed quicquid Adam perdidit Christus in cruce inuenit.

Tertiò Christus uoluit in cruce mori ratione purgationis, uel mūdationis sic: Ex peccato primorum parentum non solum terra infecta est, sed et aer: & idò Christus nō sub tecto, sed in excelsso ligno est passus, ut sanguis Christi de latere Christi

decurrens sua stillatione mūdaret, & purgaret non solum terram sed aerē ut dicit Chryso. in sermones. Et iterum super illo uerbo ioh. 3. Oportet exaltari filiū hominis: Chryso. sic ait: Exaltari audiens suspensum intelligas in altum ut sanctificaret aerem, qui sanctificauerat terrā ambulande in ea.

Quartò Christus uoluit in cruce mori ratione preparationis, quia per hoc quod in cruce moritur exaltatus in altum ascensum nobis parat in cœlū, ut Chryso. dicit. Et inde est, quòd ipse dicit Ioā. 12. Ego si exaltatus fuero à terra &c.

Quintò uoluit Christus mori in cruce ratione generalis saluationis. Nā mors Christi in cruce cōpetit uniuersali saluationi totius mūdi: unde Grego. Nicenus dicit, quod figura crucis à medio contractu in quattuor extrema partita significat uirtutem, & prouidentiam eius, qui in ea pependit diffusam. Chryso. etiam dicit, quòd Christus in cruce expansis manibus moritur, ut altera manu ueterem populum, altera uero eos, qui sunt ex gentibus trahat.

Sextò uoluit Christus in cruce mori ratione perfectionis, quia per hoc genus mortis diuersarum uirtutum in Christo perfectio designatur: unde Aug. in li. de gratia ve. & no. testamenti sic ait: Nō frustra tale genus mortis Christus elegit, ut latitudinis, altitudinis, longitudinis, profunditatis, de quib. Apostolus loquitur ad Ephe. 3. Magister existeret: quod uerbum secundum Aug. ibidem exgonitur litteraliter, & spiritualiter: ut uerbi gratia. Nā latitudo crucis est in eo ligno quod transuersum desuper figitur, & hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extendit manus. Longitudo uero crucis est in eo quod ab ipso transuerso usque ad terram conspicuum, idest manifestum est ibi quodā modo statum, uel persistitur, & perseveratur quod longanimitati attribuitur. Altitudo uero crucis est in ea ligni parte quæ ab illa, quæ transuersa figitur uersus sursum relinquatur, hoc est ad caput crucifixi, quia benè sperantium superna expectatio est: profunditas uero crucis est totum illud quod de ligno crucis fixum in terra occultatur quod signat profunditatem gratuite græ. Si uero breuius uis præcedere dicas,

Quarta

Quinta

Sexta.

dicat, q̄ Apostolus in his verbis ut possitis cōprehendere &c. exprimit formā crucis: nā profundū crucis erat infixū humi sublimitas eminēs super caput, lōgitudō ab imo sursum porrecta usq; ad altitudinē, latitudo lignū trāuersum ab una manu ad aliam, hęc oīa diuersimodē est inuenire, & in bono, & malo, in uita p̄senti, & in futuro ut patet infra, vnde Aug. sup̄ Ioh. sic ait: Lignū in quo fixa erant membra patientis, ēt ad cathedrā fuit magistri conuenientis dicentis, vel docentis. Hęc B. Th. 3. parte sum. q. 46. art. 4. utrū Christus debuerit in cruce pati, in corp. q. Est autē sciendum, q̄ verbū apostoli ad Eph. 3. In charitate radicati, & fundati ut possitis cōprehendere cū omnib. sanctis q̄ sit latitudo, & longitudo sublimitas, & profundū, pōt exponi quinq; modis, primō, q̄ quattuor dimensiones crucis, perfectionē quattuor virtutum significant. Nam latitudo crucis significat p̄fectionē latitudinis charitatis quæ ēt ad inimicos extendi debet dicente domino Matt. 5. Diligite inimicos vestros &c. qđ ipse in cruce pendens fecit, orans pro inimicis. Longitudo uero signat perseverantiā in bonis operib. Non. n. qui inceperit, sed qui perseverauerit in finem hic saluus erit, ut dicitur Matth. 10. & Io. 13. dicitur, q̄ Christus cū dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Aug. ibidem in finem. i. usq; ad mortem: uel in finem. i. usq; in Christum, ut enim dicit remigius: Finis non semper dicit consumptionem sed perfectionem, iuxta illud: Finis legis Christus est. Altitudo crucis significat expectationem supernam. s. ut q̄ramus quæ sursum sunt, ut dicit Apostolus ad Colo. 3. Quæ sursum sunt querite, Aug. in Glo. sursum sunt gloria æterna, vel spiritualia, quæ ad eam ducunt. Et ipse Christus voluntatem patris prætulit voluntati suæ, Matth. 26. Nō sicut ego volo sed quod tu, & Marci 14. Nō quod ego volo, sed quod tu. Profundum uero crucis significat profunditatem, vel immensitatem humilitatis Christi qua se humiliavit usq; ad mortem crucis, ut dicitur ad Philip. 2. vel profundum crucis significat occultum iudiciorū Dei. s. quare hūc trahit, illum nō trahit, quare hunc uocat & illum reprobatur, vnde Apostolus ad Ro

man. 11. dicit, O quam incōprehensibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius. Prou. 25. Qui scrutator est maiestatis opprimeretur a gloria q. d. Nimia perscrutatio secretorum Dei obcæcat intellectum, sicut nimis intendens in solarem radium excæcatur: & sicut qui fodit fundamentum ædificium obruit, & seipsum oprimit: secundò exponitur sic: Ut possitis cōprehendere &c. hęc quattuor cōprehendisti si stupes, si paues, si ferues, si sustines. Quis stupet nisi qui contēplatur gloriam Dei: Quis pauet nisi qui scrutatur profunda sapientiæ seu iudiciorum Dei Quis sustinet, & perseverat in amore Dei nisi qui æmulatur in amore æternitatem charitatis: Nam hęc virtus potius æternitati hominem reddit dicente domino. Qui perseverauerit usq; in finē idest in Christum hic saluus erit, tertio exponitur sic. Ut possitis compræhendere &c. Animaduerte quattuor contemplationis species, quia sublimitas est contēplatio, vel admiratio maiestatis, latitudo recordatio beneficiorum Dei, longitudo meditatio promissōrum, profundum inspectio iudiciorum, ut dicit Bern. supra. Contemplatio, quarto modo exponitur sic. In vita peccatorum inueniuntur quattuor dimensiones contra quas defendimur, & saluamur virtute crucis: primō. n. sunt quidam homines quos magis urget conscientia pertinentiū ad luxuria p̄ccōrum, & hęc est profunditas vitæ iniquæ: & ab ea contraria crucis profunditate saluamur, secundò sunt quidam alij quos arguit cōscientia altitudinis. s. superbiæ, & vanitatis cui opponitur ad salutē sublimitas crucis, tertio sunt quidā alij quos arguit longitudo seu perseverantia in peccato, qui a mane usque ad vesp̄eram. s. ab adolescentia ad senectutem protrahunt, peccata sua, quibus longitudo crucis opponitur ad salutem, quartò quidam alij sunt qui dilatant peccata sua qui non solum coram Deo, sed coram hominibus peccant, qui nec timore Dei, nec pudore hominum peccare desistunt, quibus opponitur ad salutē latitudo crucis: quinto modo exponitur sic, ut possitis cō-

2. Expositio.

Tertia.

Quarta

Quinta

nitate, & latitudo in plenitudine profunditas in inscrutabili sapientia, & scientia Dei.

C A P. IX.

Secundo, q̄ Christus uoluit in cruce mori prater rationes predictas probo etiam auctoritate Apostoli ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens usq. ad mortem: mortem autem crucis. In quo verbo Apostolus tangit duo. Primò Christi meritum, cum dicit: Humiliauit semetipsum &c. Secundo tangit Christi p̄m̄ium, cū subdit. Propter quod, & Deus exaltauit illum &c. Primò tangit Christi meritum, cum dicit: Humiliauit semetipsum, &c. Meritum autem Christi fuit ex tribus. Primò ex forma quam assumpsit: ibi Formā serui accipiens. Secundo ex obedientia propter quam sustinuit, quia factus obediens patri. Tertio ex p̄na quā subiit: quia usq. ad mortem nō quamcūq., sed mortem crucis. Primò meritum Christi fuit ex forma quā assumpsit, quia exinaniuit semetipsum formā serui accipiens. Aug. in gl. Cum. n. Dei filius esset in forma Dei patris, idest in plena essentia & æqualitate Dei patris quam non usurpauit, quia uerè per naturam erat æqualis patri. Exinaniuit semetipsum, non substantiam euacuans, non formam Dei mutans, sed formam serui assumens non formam Dei amittens. serui forma accessit nō forma Dei discessit: non. n. quod erat amisit, sed manēs qđ erat assūpsit qđ nō erat. Erat. n. ab æterno filius Dei, & idē factus est tanquam seruus: nec solum formam serui accepit, ut subesset, sed etiam formam mali serui, ut uapularet, & formā serui peccati, ut p̄nā solueret cū culpam non haberet. Ratio huius est, quia in peccato primi parentis fuit elatio, & ideo oportuit, q̄ sicut per superbiam ceciderat, ita per humilitatem non cuiuscūq., sed Christi resurgeret, ideo Apostolus dicit: Humiliauit semetipsum, gl. non aliū hominem non Angelū, sed semetipsum, in quantum formam serui usq. ad assumptionem humanitatis passibilis, & p̄nalis accepit.

Sed fortè argues ex hoc, q̄ satisfactio p̄ peccato non debuit fieri p̄ passionē Christi tali ratione. Contraria contrarijs curantur: peccatum hominis fuit superbia: sed fuit maior humilitas Christi in assumptione humanæ naturæ quando exinaniuit semetipsum formam serui assumens, quam superbia Adæ ergo ex assumptione humanæ naturæ pro peccato hominis sufficienter esset satisfactum, & iō non oportuit q̄ Christus pateretur. Respondeo, & dico, q̄ in peccato Adæ non solum fuit elatio, sed delectatio: & ideo oportuit, q̄ Christus non solum pro elatione, sed etiam pro delectatione p̄nā mortis exolueret. Similiter nec effusio sanguinis Christi in circumcisione ad satisfactionē pro peccato fuit sufficiens. Cuius ratio est: quia quāuis una gutta sanguinis quam in circumcisione fudit esset sufficiens ad omnem satisfactionem, considerata dignitate p̄sonæ Christi, quia Deus cuius uirtus, & dignitas est infinita, non tamen considerato genere p̄næ, quia pro morte ad quam obligatum erat humanū genus, oportebat q̄ Christus mortem exolueret. Hæc B. Th. 3. scr. sent. dist. 20. art. 7. utrum satisfactio debuit fieri p̄ passionem Christi. in solut. 3. & 4. argument.

Opp. q̄ Xps nō debuit sic pati.

C A P. X.

Secundo meritum Christi fuit ex obedientia p̄ quā sustinuit, ideo subdit Apostolus ad Phil. 2. Factus obediens, scilicet patri. Cuius ratio est, quia Christus assumpsit naturam nostram, ut eam curaret: sed uoluntas humana maximè indigebat curatione: qđ patet, eò q̄ inobediens fuit uolūtatī Dei uolūtatē propriam faciens, & non Dei, quod est magna infirmitas, & prauitas uolūtatī: unde quia in peccato primi parentis fuit transgressio, oportuit ad curationem uolūtatī inordinatæ, q̄ in Christo esset subiectio, uel conformatio suæ uolūtatī ad Deū patrē, & ideo ipse assumpsit uolūtatē conformā uolūtatī diuinæ: unde ipse dicebat Matt. 26. & Marc. 14. Non qđ ego uolo, sed qđ tu. q. d. non qđ ego uolo. s. uolūtatē sensualitatis: sed uolo qđ tuus uolūtatē

tate

Exponitur illud ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum &c.

tate rationis: ecce perfecta obediētia Christi ad patrē: unde benē dicit Apostol. Factus est obediens patri &c. qđ fecit Christus per eruditionem nostram, ut in tribulationib; & passionib; supponamus voluntatem nostrā uolūtati diuinā, ut Christus fecit, qui dicit Io. 6. Descendi de cōlo non ut faciam uoluntatē meā, sed eius qui misit me patris: ubi Aug. sic ait: Propterea. n. anima à Deo exiuit, quia superba erat, superbia eiecti sumus, humilitate regredimur. Medicus ergo quādo egritudinē discutit causam morbi medetur, & tunc infirmitas curatur; ut ergo causa malorum omnium curaretur. i. superbia, descendit, & humilis factus est Deus. Quid superbis homo? filius Dei p te humilis factus est. Puderet te fortē imitari humilem hoīem, saltem imitare Deum, hæc est. n. commendatio humilitatis. Superbia quippe facit uoluntatē suā, humilitas uoluntatē Dei: qui superbus fuit p iectus est forās: nō. n. forās mitti nisi superbia: ad me. n. uenire non potest nisi humilis: & ideo, qui seruat humilitatem nō labitur, uel eiicitur forās: quare? quia humilis uenit, & imitatur illum, qui non uenit facere uoluntatem suam, sed Dei: & meritō, quia uoluntas propria uoluntati Dei resistit, faciūt. n. homines uoluntatem suam nō Dei quando faciunt qđ uolunt, ut tamen sequantur uoluntatē Dei non faciunt uolūtātē suam, sed Dei: Hæc Aug. super Io. ibid. Est autē sciēdum, qđ in Christo duæ uoluntates fuerunt secundum duas naturas. s. uoluntas diuina, & humana. Voluntas autem humana in Christo fuit duplex, scilicet sensualitatis qua uolebat mori, immo refugebat mortem: unde dicit Matth. 26. Pater si possibile est transeat a me calix iste. s. passionis. Alia uolūtas fuit rationis qua uolebat id quod uoluntas diuina. s. pati & mori. Nō tamen in Christo uoluntas sensualitatis fuit contraria uolūtati rationis: qđ probō quadruplici ratione. Prima est, quia rebellio carnis ad spiritū, uel sensualitatis ad rationem non est nisi in illis in quib; est concupiscentia carnis, qđ est peccatū ueniale quod nullo modo in Christo fuit. Secūda rō est: quia uoluntas sensualitatis in Christo nunquam ferebatur in aliquid nisi pordinaret a ratione: Tertia rō

quia contrarietas uoluntatis nō extenditur ex diuersitate uolitorum, sed ex diuersa ratione uolendi, ut uerbi gratia. Si aliqui duo diuersa uelint per eandem rationem, non dicuntur habere contrarias uoluntates, ut si unus uult pluuiam æstimās eam bonam, & utilem pp cōsecutionē frugum, & alius uult siccitatem propter eandem causam reputās siccitatē utilē ad hoc idem, non dicuntur habere contrarias uoluntates: sed si ex diuersis rationibus ēt idem uelint dicuntur habere diuersas uoluntates. Sic igitur in Christo fuit contrarietas uoluntatum quantum ad uolita, quia uoluntas sensualitatis mortem tanquam malū repudiabat: unde dicebat patri. Si possibile est &c. sed uoluntas rationis reputabat mortem utilem, & ideo acceptabat eam ad salutē humani generis: unde dicebat: Verum tamen non mea uoluntas, sed tua, quia cum uoluntas sensualitatis in Christo nunquam ferebatur in aliquid nisi pordinaretur a ratione, iō in Christo non fuit rebellio uoluntatum. Quarta ratio est, quia rectitudo uoluntatis non est ex conformitate uoliti, quia aliquis potest peccādo uelle illud uolitū qđ Deus uult, & meretur in hoc, qđ illud non uult, sed rectitudo uoluntatis causatur ex tribus. Primō ex conformitate modi uolendi, scilicet ut uelit ex charitate sicut Deus uult. Secundo ex causa finali. s. ut propter idem uelit illud qđ Deus uult. Tertiō ex causa efficienti. s. ut uelit illud qđ Deus uult eum uelle, quæ tria sensualitas in Christo directa ratione uolebat. Hæc magister sen. 3. lib. dist. 17. in principio distinctionis. & Beat. Th. p. scrip. sen. dist. 17. art. 2. q. 1. utrum uoluntas humana in Christo semper uoluntati diuinæ conformabatur in uolito, in cor. q. & ibidem. q. 2. utrum uoluntas sensualitatis fuerit contraria uolūtati rationis in Christo, in cor. q. Quod. s. sensualitas feratur in delectabile sensus secundum rationē, hoc ē nāle sensualitati humanæ: sed quia moderatē, uel effrenatē hoc est absq. rōne, hoc facit corruptio fomitis. & hinc est peccatum ueniale in sensualitate qđ nullo modo fuit in Christo, ut pater supra. Hęc B. Th. ibidem supra immediatē, in sol. 2. arg-

In Xpo
fuerunt
duæ uo
lūtates.

CAP. XI.

Tertio meritum Christi fuit ex pœna quam sustinuit, licet. n. Christus sola uoluntate, uel solo uerbo potuisset nos a peccato liberare absque aliqua passione, eò q̄ cum Dei potentia sit infinita, ad modum aliquem non est limitata, quia non ē impossibile apud Deū omne uerbum ut dicitur Lucæ. i. tamen si modo aliquo absque passione nos liberaffet nō habuisset rationem redemptionis, sed liberationis tantum, quia liberatio non fuisset facta per solutionem præcij, & iō fuisset liberatio non redemptio, ut dicit B. Th. 3. scri. sen. dist. 20. art. 4. q. 1. utrū alius modus fuisset possibilis nostræ redemptionis ex parte Dei, arg. cōtra & in cor. q. Et ideo conuenientius fuit, q̄ per passionem Christi liberaremur quam per solam Dei uoluntatem: quod dupliciter prob. s. auctoritate, & rationibus. Primò auctoritate Apostoli ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediēs usq. ad mortē: ubi gl. sic ait: Humiliauit semetipsum factus obediens patri: non solum usque ad mortalitatis humanæ naturæ susceptionem, ad incarnationem, ad diaboli tentationē, ad populi irrisiōem, ad sputa uincula, & flagella, & alapas, sed usque ad mortem. Secundò hoc idem probō sex rationibus. s. ratione liberationis, prouocationis, imitationis, præmiationis, præseruationis, commendationis. Primò ratione liberationis, quia per passionem Christi hō liberatur cōuenientius a peccato: unde Aug. 13. de ciuit. Dei sic ait: Sanandæ nostræ miseræ conuenientior modus non fuit, quam compassiōem Christi quia sicut in peccato primi parētis fuit elatio transgressiō delectatio, ita in Christo fuit humiliatio quantū ad primū, ut patet primo c. subiectiō cōtra secundū, ut patet. c. pced. immediatē, & mortis passio, uel afflictio ut contraria contrarijs curarentur & homo plenariē liberaretur, & sanaretur. Secundò hoc idem probō ratione prouocationis, quia per passionem Christi magis prouocatur homines ad diligendum Deum quā per aliud quod aliud: unde Apostolus ad Roma. 8. Commendat suam charitatem in nobis,

quoniam cum inimici essemus pro nobis mortuus est. Tertio hoc idem probō ratione imitationis, quia per passionem Christi ipse dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ iustitiæ, & aliarum uirtutum in passione sua ostēfarum, quæ sunt necessariæ ad humanam salutem: unde dicitur. 1. Pe. 2. Christus passus est pro nobis uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius: Quarto hoc idem probō ratione præseruationis a peccato: nam per passionem Christi homini maior necessitas est indicata, se immunem a peccato præseruandi, ex quo. n. Christi sanguine redemptum se cogitat: magis sibi caueat a peccato, secundum illud Apostoli. 1. ad Cor. 6. Empti estis precio magno, glorificati, & portate Deum in corde uestro. Quintò hoc idem probō ratione commendationis, uel adæquationis: nam liberatio hominis a peccato per passionem Christi ad maiore dignitatem hominis cessit, ut sicut homo uictus fuerat, & deceptus a diabolo, ita etiam homo esset, qui diabolum vinceret: sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo mortem superaret, ut dicitur. 1. ad Cor. 15. Deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christū. Sextò hoc idem probō ratione præmiationis, quia Christus per passionem suā nō solum hominem a peccato liberauit, sed etiam gratiam iustificantem, & gloriā beatitudinis eius promeruit, ut patet infra Passio: de fructibus passionis Christi. unde super illo uerbo Mar. h. 20. Ascendens Iesus hierosolimam assumpsit duodecim discipulos suos secretò, & ait illis. &c. Chryso. sic ait: Omnis autem salus hominum in Christi morte posita est: nec est aliud propter quod magis Deo gratias agere debeamus quā propter mortem ipsius, ideo duodecim discipulis in secreto mortis suæ mysterium annunciauit, quia semper Thesaurus in melioribus uasis includitur, & ne infirmus aliquis scandalizetur. Hæc B. Tho. 3. parte sum. q. 46. art. 3. utrum alius modus fuerit cōuenientior liberationi humanæ naturæ quā per passionem Christi, in corp. quæst.

Tertia.

Quarta

Quinta

Sexta.

Conuenientius
fuit nos
liberari
per passionem
Christi, quā
per solā
Dei uoluntatē
Prima
ratio

Secūda.

CAP. XII.



AD maiorem tamen euidentiā præced. cap. est sciendum, q̄ Christus noluit gladio necari nec igne cremari sicut animalia, quæ in veteri testamento in figura Xpi offerebantur in sacrificiū. Cuius ratio ē, quia Christus detrectabiles passiones, quæ pertinebant ad defectum scientiæ, vel gratiæ assumere renuit. Et si arguis, q̄ illa animæ mali sic occisa, & postea cremata præcesserūt in figura Christi, ergo similiter Christus nō debet in cruce pati, sed magis gladio occidi, & igne cremari. Respondeo, & dico, q̄ non oportet, q̄ quantū ad omnia veritas respondeat figuræ, datam nō esset similitudo, sed veritas; vt Damas. dicit in 3. li. Locus autē materialis ignis fuit in holocausto, & sacrificio Christi ignis charitatis. Similiter nō fuit Christo amputatū caput vt Iohanni Baptistæ, neq; sectus fuit vt Isaias Propheta. Et hoc specialiter duplici ratiōe, vt Chrysostomus dicit. Prima ratio est vt corpus eius integrū, & indiuisibile morti serualet. Secūda rō huius, est, q̄a Christus nō fuit occasio volentibus ecclesiam diuidere. Illas autem passiones, quæ pertinebant ad iniuriā ab exteriori illatam non tenuit: sed subire voluit propter redemptionem humanæ naturæ. Et quia pœna duplici ratione timetur, & subterfugitur, vel quia difficilis aut horribilis, vel quia vilis, Christus non solum mori voluit, sed etiam in cruce mori voluit. Ita dicit Apostolus ad Phil. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortem autem crucis. Vbi glossa sic ait: Et si parum est hoc, scilicet vsq; ad mortem, audi aliquid de genere mortis, non quamlibet mortem, sed mortem crucis, quæ ignominiosior est sustinuit Christus. Hęc. B. Th. 3. parte sum. questio. 46. artic. 4. vtrum Christus debuit in cruce pati, in solu. 1. & 2. arg. Voluit autem Christus exaltari in cruce, & mori specialiter quinque rationibus, scilicet propter figuram, medicinam, efficaciam, doctrinam, & gloriā. Prima ratio est figura sic: Veritas debet quantum ad aliquid respondere figuræ, vt patet supra. Sed altare holocaustorū in quo sacrificia animalium offerebantur erat fa-

ciū de lignis vt habetur Exod. 27. vbi dicitur in principio cap. Facies, & altare de lignis Sethim, & significat lignū crucis, ergo vt verificetur figura quantū ad hoc Christus voluit in cruce mori, vt dicit B. Thom. 3. parte sum. vbi supra immediatē, in solu. 3. argum. Secunda ratio huius est propter nostram medelam, vt videlicet p mortē crucis ab omnibus nos purgaret, & sanaret peccatis. Nā beata crux est curatio, vel euacuatio vulneris, restitutio sanitatis: & figuratur in serpente Eneo erecto in palo: Nume. 21. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto &c. Req. supra. 4. cap. Tertia ratio est propter efficaciam: quia Christus exaltatus in cruce sua efficaciam, & virtute sufficiente omnia ad se attraxit, vel ideo in cruce exaltatus est mortuus, vt omnia ad se attraheret: vt dicitur Io. 12. Et ego si exaltatus fuero à terra &c. Requ. supra. Quarta ratio est propter nostram doctrinā. Voluit enim Christus in cruce pati propter nostrum exemplum, & documentum, vt scilicet propter Christū omnem ignominiam sustineamus, & omnem mundanam gloriā contemnamus: vnde ad Hebr. 12. Apostolus de Christo dicit: Proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione cōtempa. In quo verbo ostenditur, q̄ Christus primò contempsit mundanam gloriā. Secundo contempsit omnem mundanā pœnam, & ignominiam. Primò contempsit omnē mundanam gloriā, vnde dicit: Proposito sibi gaudio: ita dicitur Ioh. 6. Cū cognouisset, quia volebant eum rapere, vt facerēt sibi regem fugit: vnde August. sic ait: Erat quidā rex qui timebat fieri rex: nectalis rex, qui ab hominibus fieret, sed talis, qui hominibus regnum daret. Secundo Christus contempsit omnē mundanā pœnam, & ignominiam vnde subdit: Sustinuit crucem confusione cōtempa: vnde Aug. in li. de catechizandis rudibus sic ait Omnia. n. terrem bona cōtempnit hō Christus, vt ea cōtempnenda monstraret. Et omnia terrena mala sustinuit, quæ sustinenda præcipiebat, vt nec in illis quæreretur fœlicitas, nec in istis timeret infœlicitas. In ciuitate vili est natus. S. nazareth cuius patria erat cœlestis. Paup̄ est Christus factus cuius sunt omnia, ne de terrenis diuitij quisquā extolleret noluit

Secūda

Tertia.

Quarta

rex ab omnibus fieri, quia humilitatis viam ostēdebat miseris. Esuriuit qui omnes pascit. Sitiuit qui est fons sitientium. Fatigatus est ex itinere, qui viam facit nobis in cælum. Obmutuit & obsurdit per quem mutus locutus est, & surdus audiuit. Vincit qui infirmitatum vincula soluit. Mortuus qui mortuos suscitauit. Amore itaq. eius similia patiamur. Hæc Aug. vbi sup. & habentur in Glo. Quinta ratio quare Christus uoluit mori exaltatus in cruce est propter suam gloriam, quia mors crucis fuit causa exaltationis eius. Et ideo concludit Apostolus ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum &c. usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum. Requ. sequenti cap.

C A P. XIII.

13. **P**ostquam superius Apostolus ostendit Christi meritum, ad Philip. 2. dicens: Humiliauit semetipsum &c. hic ostendit Christi præmium in hoc q. dicit: Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Et hoc ut imitemur Christum, in merito, & in præmio. Primò in merito. Inducitur autē Christi meritum in nostrū exemplū quantum ad quatuor. s. primò quātum ad detestationem elationis, quia humiliauit semetipsum: secūdò quātum ad detestationē trāsgressionis, quia factus obediens patri: tertio quātum ad delectationem delectationis, quia usque ad mortem. quartò quātum ad despectionem confusionis, quia usq. ad mortem crucis.

2. Inducit in nostrū exemplū. Secundò inducitur Christi præmium in nostrū exemplū, ad ostendendum, q. si fuerimus ei conformes in merito, erimus & in præmio: unde subdit: Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Ostenditur autē præmiū exaltationis humanæ naturæ Christi per eius passionem, & post resurrectionem duob. modis: primò in se, cum dicit: Propter quod & Deus exaltauit illum: secūdò in comparatione ad alias creaturas, cum subdit: Et dedit illi nomen super omne nomen &c. Primo ostenditur præmium exaltationis humanæ naturæ Christi in se, cum dicit: Propter quod & Deus exaltauit illum. q. d. secūdū

Gl. Propter quod, id est quia tam innocēter, tam humiliter, tam grauitē, tam uiliter Christus passus est, ideo horum meritò Deus ipse exaltauit illum, dando sibi in resurrectione specialiter tria. s. immortalitatem corporis, impassibilitatem mētis, & corporis claritatem diuinitatis: primò Deus pater exaltauit illum dando sibi immortalitatem corporis: unde Apostolus ad Rom 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur.

Trib. exaltatus ē Xps. i. immortalitate.

Sed fortē argues non solum post resurrectionem, sed etiam ante passionem erat necessariò immortalis tali ratione: Necessitas moriēdi inest hōi ex peccato: Sed Christus nullum peccatum habuit: ergo &c. Respondeo & dico, q. Christus ante passionem habuit necessitatem moriēdi, non quidem ex peccato, quia nullum habebat, sed ex principijs naturalib. unde etiam si Christus non occideretur necessariò moreretur ratione humanæ naturæ cui inest necessitas moriēdi. Et ideo immortalitatem quæ naturæ humanæ in Christo non erat debita, Christus meruit per passionem: ut dicit B. Th. 3. sent. dist. 16. artic. 4. q. 1. Vtrum Christus meruit sibi per passionem immortalitatem corporis, in sol. 3. arg.

Vbi sciendum q. quadruplex est status hominis: primus est ante peccatum: secū- **Quadruplex est status hoīs.** dus est in peccato, & ante gratiā: tertius est post peccatum & sub gratia: quartus uerò in gloria, de quorum Christus quolibet accepit aliquid, quia omnes saluare uenit: de primo quidem statu accepit peccati immunitatem: de secūdo uerò statu. s. in peccato, & ante gratiam accepit defectus pænales. de tertio statu. s. post peccatum, & sub gratia accepit gratiæ plenitudinem: de quarto statu. s. de statu gloriæ accepit Christus nō posse peccare, & Deū perfectē cōtēplari, ut dicit magister sent. in textu 3. lib. dist. 15. in fine distinctionis.

Secundò Deus pater exaltauit filiū meritò passionis suæ dādo sibi impassibilitatem mētis, & corporis. Nam Christus, & secundum animam, & secundum corpus ante resurrectionem erat passibilis, q. patet, quia ante resurrectionē aīa Christi habuit tristitiam, iram, timorem, dolorē, quæ sunt animæ passionēs: primò di-

eo quod Christus habuit tristitiam: quod tripliciter probo. primò auctoritate Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem: secundò hoc idem probo signo, quia fletus est signum tristitiæ, sed Christus fleuit Ioh. 11. ergo &c. tertio hoc idem probo ratione sic. Tristitia est cum accidit aliquid contrarium eius, quod nos delectat: & quia uita Christi sibi erat maxime delectabilis, ideo de morte naturaliter contristabatur ut dicit B. Th. 3. scrip. sent. dist. 15. art. 6. q. 1. utrum Christus habuit tristitiā, in arg. contra, & in cor. q. Secundò, dico quod in Christo fuit ira, non quidem ira per uitium quæ est contra ordinem rationis, sed ira per zelum quæ in surgit secundum ordinem rationis, & est uirtus scilicet uoluntas uindicandi aliquod malefactum: & hoc modo ita per zelum est in Deo, & in beatis, & in Christo fuit. ut dicit Beatus Thom. ibidem. quæstio. 2. utrum in Christo fuerit ira, in cor. q. Tertiò dico Christus habuit timorem: ita dicitur Marci 14. Cepit Iesus tædere, & pauere: & cōfirmo hoc ratione sic. Eiusdem est, timor, & dolor: sed in Christo fuit uerus dolor, ut infra patebit, ergo & timor: ut dicit B. Tho. 4. scrip. sent. ibidem q. 3. utrum in Christo fuerit timor, in cor. q. Quartò in Christo fuit uerus dolor: quod dupliciter probo: primò auctoritate psal. Repleta est malis. i. doloribus, ut exponit Gloss. de Christo: secundò hoc probo ratione sic: Vbicunque est læsio, & cognitio læsionis contrariæ uoluntati ibi est dolor: sed ipsa corporis læsio erat contra aliquam uoluntatem quam mortem naturaliter refutabat. Et similiter mala humani generis ei displicebāt: ergo in Christo fuit dolor tam in inferiori parte mentis quam etiam carnis. Differunt autem dolor, & tristitia in duobus. primò quia dolor est in sensu, sicut in subiecto, sed tristitia in appetitu est: secundò quia tristitia est passio animalis: sed dolor est magis passio corporalis: unde tristitia est dolor animæ per corpora, ut

August. dicit. Hæc Beatus Thom. 3.

scrip. sentent. ibidem: articul.

3. in cor. quæstio. 1

CAP. XVIII.

AD maiorem tamē euidentiam præcedenti capit. circa passionem quas Christus ante resurrectionem habuit, scilicet circa tristitiam, timorem, & dolorē nota tria scilicet intellectum auctoritatis, documentum utilitatis, modum passibilitatis. Primò nota intellectum auctoritatis: nam uerbum, uel auctoritas saluatoris dicentis Matth. 16. Tristis est anima mea: & 14. Cepit, pauere, & tædere: exponitur quinq. modis: primò enim Beda, & Theoph. sic exponunt. Excluditur per hoc quorundam impietas, nam qui corpus suscepit omnia debuit suscipere quæ corporis sunt, ut esuriet, sitiet, angeretur, contristaretur, ut discant, quæ uerus homo erat in hoc quod naturales hominis proprietates assumpsit: diuinitas. n. per hos commutari nescit affectus: secundò Ambr. super Lucam sic exponit: Tristis est anima mea &c. nō ipse sed anima: non enim tristis est sapientia, non diuina substantia, sed anima: suscepit enim tristitia animam meam, suscepit corpus meum. Tertio modo Orig. sic exponit: Tristis est anima mea usque ad mortem. q. d. Tristitia incepit in me, non super sed usque ad tempus mortis: ut cum mortuus fuero peccato, moriar, & uniuersæ tristitiæ: cuius principium tantum fuit in me q. d. Tristitia mea ultra mortem non extendetur, sed morietur in morte mea: quarto modo Hieron. sic exponit: Tristis est anima mea, non autem propter mortem, sed usque ad mortem dicitur contristatus, donec alios sua liberaret passione: quintò Hiero. sic exponit: Tristatur Christus non timore patiendi, uel moriendi, quia ad hoc uenerat, sed propter infelicem Iudam, & scandalum apostolorum, & electionem iudeorum, & euerfionem iherusalem. Secundò nota circa passionem mentis quas Christus habuit ante mortem documentum utilitatis: ut enim dicit Hiero. sup illo uerbo Marci. 14. Cepit Iesus pauere, & tædere: in hoc etiam pauere, & tristari docemur ante iudicium mortis, quod non possumus per nos dicere. Venit princeps mundi huius, & in me nō habet quicquam. Tertio nota modum passibilitatis, quam

Exponitur illud Tristis est anima mea

quā. Anima Christi ante eius passionē patiebatur, & fruebatur quod dupliciter ostēdo. primò auctoritate Aug. qui in li. de spū & anima modū ostēdit dicens, q̄ anima dupliciter pōt cōsiderari, videlicet anima vt anima, & anima vt spiritus primò pōt considerari anima ut anima, & sic hēt relationem, uel dependentiā ad corpus qđ viuificat, & animat, & sic anima passionē corporis patiebatur: non. n. dolor corporis pōt esse sine anima: sed ē conuerso dolere pōt anima ēt non dolente corpore: secundò anima pōt considerari vt spiritus prout nullam hēt relationē ad corpus siue dependentiam: & sic anima Christi fruebatur, & non patiebatur, secundo modus & rō quare anima Christi simul, & semel fruebatur, & patiebatur ē ista, quia anima Christi media fuit inter diuinitatē, & carnē, & quia beatitudo inerat aīæ Christi ex diuinitate, corpus autem eius erat passibile, iō anima Christi erat passibilis ex parte illa qua coniungebatur corpori. Et erat anima Christi beata ex parte illa qua diuinitati coniungebatur, unde quia anima Xpi coniungebatur corpori s̄m suam essentia prout erat forma corporis: iō anima Xpi s̄m suam essentiam tota patiebatur ex corporis læsione. Et quia anima p̄ intellectum, & voluntatem in Deum cōuerrebatur, iō quantū ad istas duas potētias, vel actus earum non patiebatur, sed fruebatur, quantū verò ad alias potētias quibus anima coniungebatur corpori. s. quā tum ad potentias affixas corpori, & actus earum, anima Christi patiebatur etiam corporali læsione. Hunc modum & rationē passionis animæ Christi assignat B. Tho. 2. scri. sent. dist. 15. art. 2. q. 2. vtrū anima Christi sit passibilis, in cor. q. in fine: Hæc autem passionēs p̄dictæ quāuis in anima Christi ante mortem fuerint eo modo quo supra patet, tamen merito passionis ultra mortem non extiterunt post resurrectionem, unde patet ex præmissis, q̄ Deus pater in resurrectione exaltauit filium suum dando sibi impassibilitatem animæ quam meruit ex passione, cuius anima ante resurrectionem fuit passibilis. Et ideo sicut Christus per suam passionem meruit gloriam resurrectionis, ita etiam meruit impassibili-

tatem animæ, vt dicit Beat Tho. 3. scrip. sentent. ibidem dist. 18. artic. 4. quæst. 2. vtrum Christus meruit impassibilitatē animæ, argum. contra, & in corp. quæst.

CAP. XV.

TERTIO Christus per suam passionem meruit exaltari a Deo patre in comparatione ad alias creaturas: & hoc in manifestatione suæ deitatis quæ exaltatio consistit in tribus, scilicet in notitia cordis, in reuerentia corporis, in magnificentia laudis.

Primò enim sicut Christus meritò sue passionis fuit secundum humanitatem exaltatus a patre dando illi immortalitatem corporis, & impassibilitatem mentis secundum Gl. vt patet c. p̄ce. ita, ēt secundum diuinitatem Christus fuit exaltatus a patre in notitia cordis. Exaltatio autem diuinitatis in Christo est per ostensionem & manifestationem ipsius: & propter hoc dicit Apostolus, q̄ Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomē, quia sicut in assumptione nostræ humanitatis, & infirmitatis dicitur in Christo diuinitas exinanita, quia non apparuit, q̄ erat, ita in resurrectione diuinitas dicitur exaltata, quia tūc cepit sciri, & manifestari quod erat, vt Glo. dicit, & Ambr. in Glo. ibidem sic ait: Tunc enim dedit ei pater nomē qđ est super omne nomen: quando Christi maiestas, vel diuinitas post crucem & resurrectionem reuelata est, & manifestata hominibus, vt scilicet non solū Christus esset Deus, & beatus in seipso, sed eius deitas, vel beatitudo manifestaretur ad alios, & hoc conueniens, & rationabile fuit, quia cum beatitudo Christi sit completissima, & perfectissima non solum debuit in seipso esse Deus, & beatus, sed oportuit, q̄ eius deitas beatitudo, uel gloria etiam manifestaretur ad alios, quia gloria est clara cum laude notitia, vt dicit Glo. Rom. vltim.

Vbi nota, q̄ Christus fuit exaltatus a patre, & in conceptione, & ante resurrectionem, & post resurrectionē: primò in cōceptione, quia ab initio. i. ab instanti ante suæ cōceptionis ex hoc ipso, quia natura humana est assumpta a uerbo, exaltata ē & post.

15.
3. chari-
tatediui-
nitatis.

Xps fuit
exalta-

tus a pa-
tre in cō-
ceptiōe
ante re-
surrect.

& nomen deitatis sibi debetur, non tamen tunc eius diuinitas alijs fuit manifestata: secundò Christus ante resurrectionem exaltatus fuit à Deo patre quò ad diuinam naturam, inquātum eius diuinitas est manifestata non multis sed paucis, nec per certitudinē, sed per quādam coniecturam: tertio post resurrectionem altitudo suę diuinitatis est exaltata, quia toti mundo innotuit, & per certitudinem fidei. Et ideo benè dicit Aposto. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Dicitur autem nomen super oē nomen duob. modis: uel quantum ad illud à quo imponitur, uel quantum ad illud cui imponitur: primò quantum ad illud à quo imponitur, & sic Christus uel Iesus est nomen supra omne, quia utrumque istorum nominum imponitur ex vnione humanę naturę ad diuinam, & sic Christus dicitur ex hoc, q̄ Deo est unius: & ex tali unione etiam à peccatis potest saluos facere: secundò dicitur nomen super omne nomen quantum ad illud cui imponitur: & sic hoc nomen Deus est super omne nomen quod imponitur sibi secundum diuinam naturam quę quidem licet secundum rei ueritatem à principio conceptionis in Christo fuit, non tamen tunc dicitur exaltata, quia non erat in notitia hominum, sicut post resurrectionē fuit ut ex predictis patet. Secundò Christus fuit secundū diuinitatem merito suę passionis post resurrectionem exaltatus à Deo patre in reuerentia corporis quantum ad genuflexionem: & ideo dicit ut in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. glo. Ut in nomine Iesu. i. uirtute, & imperio eius fateantur subijci angeli, homines, & dæmones. Et dicitur omne genu. habet enim duo genna omnis rationalis creatura. i. intellectus, & affectus, ergo omne genuflectatur. i. omnis intellectus, & affectus flectatur, & subijciatur nomini Iesu. i. imperio eius reuerentiam exhibendo. Cœlestium. i. Angelorum in quibus est notitia per gratiam. Terrestrium. i. hominum in quibus est notitia per fidem. Et infernorum. i. dæmonum in quibus est notitia per experientiam: Isaia 45. Mihi euruabitur omne genu. Tertiò Christus

merito suę passionis post resurrectionē fuit exaltatus in magnificentia cōfessionis, uel laudis. Et hoc est quod dicit Apostolus: Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Aug. Et tandem in fine omnis lingua hæbreorum, grecorum, latinorum, bonorum, & malorum confiteatur orē, uel corde sponte, uel inuitē, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. i. æqualis patri, nam hoc competit Christo qui natus est de Deo esse in gloria Dei patris. Esse autem in gloria Dei patris: est nihil differre ab eo ut una gloria sit patris, & filij per communem substantiam, & uirtutē. Hæc Grego. & Ambro. viri illustres in gl. & B. Tho. 3. scrip. sen. dist. 16. arti. 4. q. 3. utrum Christus meruerit exaltationem per passionē suam, in cor. q. & in sol. 1. 2. & 3. arg.

CAP. XVI.



Iterio principaliter circa crucem considerata est continentia impressionis. Nam signum crucis cum oleo, uel chrismate imprimitur in quattuor locis, ut inter scapulas, in uertice, in fronte, in pectore.

Primò imprimitur inter scapulas ad designandum, q̄ iugū Christi est suauē, & onus eius leue, ut dicitur Matth. 11. Super quo uerbo Hilarius sic ait, quid iugo Christi suauius, quid hoc onere leuius. s. à culpa abstinere, bonum uelle, malum nolle, omnes amare, nullum odisse nec odire æterna consequi, præsētib. non capi, nolle inferre alteri quod sibi perpeti sit molestum.

Secundo signum crucis imprimitur in uertice ubi est cella, & sedes memorię ad designandum, q̄ semper debemus habere memoriā crucifixi, ut dicit Apostol. 1. ad Corinth. 11. Hoc facite in meam commemorationem: ubi Augustinus in glo. sic ait: Hoc facite, id est corpus meū accipite, & manducate in meam commemorationem, id est, in memoriā passionis, & mortis meę, ut sicut processu sequamini. Ratio autem huius est, quia sicut bonus cibus in optime salsa intinctus efficitur melior, & suauior, ita quicquid boni

16
Tertiū
p̄cipale
huius
tracta-
tus.

Signū
crucis
imprimi-
tur ī
4. locis.
1. inter
scapulas.

2. in uer-
tice.

boni facimus cum memoria dominicæ passionis, efficitur melius dulcius, & suavius. Bern. Si passio domini ad memoriã reuocetur &c. unde ad Hæbr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis uestris deficientes. In quibus uerbis inducit ad imitationem passionis, & patientiæ Christi considerando tria: primò pænæ Christi magnitudinem ibi. Recogitate eum: gl. quasi aspiciate Iesum qui talē. i. tā grauem, & tam uilem sustinuit passionem, & mortem. s. crucis: non solum dico in membris suis, sed aduersus semetipsum. i. in sua propria persona: secundò cōde-rate inferentiū uilitatem ut pæna reddatur grauior, quia à peccatoribus. i. ab hominib. rudibus, & miseris quod est ualde indignū: Matth. 26. Filius hoīs tradet in manus peccatorū: tertio aspiciate &c. imitando finem, & consequendo utilitatem, & hoc ut non fatigemini animis uestris. q. d. Et si corpus deficit, animus stet. Deficere. n. est timore tribulationis fidē negare. Perfectior ī hac uita dilectio nulla est ea ad quā sancti martyres pueniūt qui contra peccatum vsque ad sanguinē certauerunt. Hæc Aug. in glo. & 1. Pet. 4. ita dicitur: Christo pāso in carne nō in deitate, & uos eadem cogitatione armamini. i. eius passionem recogitate memoriter, parati similia pro eo pati: & meritò, quia ut dicit Origenes, tāta est uirtus crucis Christi ut si in mente fideliter habeat nulla libido peccati, nulla præuale-re pōt inuidia, sed continuo ad memoriã eius totus peccati, & mortis fugat exercitus: & dicit Armamini non patiamini, quia pati pro Christo non est datum omnibus sed paucis quia electis: sed armari cogitatione passionis omnes possunt, & nulli est negatum.

3. in frō
te.

Exponi
tur il-
lud Mi-
hi absit
gloriarī
&c.

Tertio signum crucis imprimitur in fronte ubi est sedes pudoris ad designandū, q. non debemus erubescere crucifixū, immo de eo cōtemptis omnib. gloriari, unde Aposto. ad Galath. 6. sic ait: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In quo uerbo quattuor facit: primò excludit falsam gloriam, ibi. Mihi autem absit gloriari

in terrena pte, in scientiæ vanitate, in mundana prosperitate, uel fertilitate.

Contra hæc tria dicitur Hierem. 9. Non gloriatur fortis in fortitudine sua: non gloriatur dives in diuitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire, & nosse eū secundò includit ueram gloriam, ibi. Nisi in cruce 2. ad Corinth. 12. Igitur libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. tertio exprimit eius gloriam, ibi. Domini nostri Iesu Christi. Ratio huius est, quia seruus merito gloriatur in domino, amans in amato, perditus in salute, infirmus in unctione. Christus autem est honor noster, unde dicit: Domini amor noster, unde dicit: Nostri: salus nostra, unde dicit Iesu: unctio nostra, unde dicit Christi. Et ideo quilibet debet de eo rationabiliter super oīa gloriari. Bene ergo dicit. Mihi absit gloriari &c. Quod uerbum Hugo de S. Victore exponens dicit, quod triplex est crux. s. Christi latronis dexteri, & latronis sinistri. In cruce Christi est gloriatio in cruce latronis dexteri est consolatio in cruce latronis sinistri confusio. In prima cruce. s. Christi est pæna sine culpa: in secunda cruce. s. latronis dexteri est pæna pro culpa, & post remissio, in tertia cruce. s. latronis sinistri est pæna pro culpa, & post damnatio. Et subdit dicit. n. homines quando pænā sustinent. Si me uissemus nō erubesceremus: nunc autem iniuste pati ignominiosum est nobis. Oculi qui non uident, immo si pro culpa pateris erubescere si sine culpa gloriare, latro magis uis esse quā Christus, & fortē sinister blasphematorius nō dexter confessorius. Tu. n. p culpa pateris, nec cognoscis, nec iudicē ueneraris. Si saltē dexter fuisses culpā humiliter agnosceres pænā patienter ferres, & mox ueniā inuenires. Hæc Hugo de S. Victore ubi sup. quartò Aposto. reddit cām ibidē: Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Quæ uerba Aug. in glo. sic exponit: Per quē. s. per Christum crucifixum mihi mundus crucifixus est ut me non teneat, & ego mūdo ut non teneam mūdū. Vbi nota, q. aliqui sunt qui nec sunt crucifixi mūdo nec mūdus eis. s. qui solū curant de mundo, & mundus de eis: qui solum in uita ista beatitudinē posuerunt, & hoc est pessimum. Aliqui uero sunt

Nota di-
stinctio
nē corū
qui mū-
do sunt
crucifi-
xi.

sunt qui nō sunt crucifixi mundo, qui de mundo curant. sed mundus est crucifixus eis, quia nō curat de eis. Aliqui verò sunt qui sunt crucifixi mundo, quia nō curant de mundo, sed mundus nō est crucifixus eis, quia curat de eis: vnde Aug. Contemnere mundum virtutis est cōtemni à mūdo securitatis est q̄ si utrūq; haberi non potest saltem primum habeatur: .s. contemnere mundum.

Xps in pectore. Quartò & vltimò crux Christi imprimatur in pectore vbi est sedes sapientiæ, ad designandū q̄ vera, & perfecta sapientiæ est cognitio crucifixi, vt dicit Apostolus 1. ad Corinth. 2. Non enim iudicaui me aliquid scire inter vos nisi Iesū Christū, & hunc crucifixum: vbi Glo. sic ait: Non enim iudicaui me aliquid scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum: vbi gloss. sic ait: Non enim iudicaui me aliqd scire de diuinis inter vos minus ca paces nisi hoc q̄ Christus est saluator animarum, & hoc per crucifixionem: vnde dicit Nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. In quibus verbis tangit tria: primò terminum ad quem tenditur, ibi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Nam Iesus i. salus est finis ad quem est tēdendum: secundò tangit principium à quo tenditur, ibi Christum. i. vnctū, in quo intelligitur gratia, quæ est principium à quo tenditur ad salutem: tertiò tangit medium quo quis perducitur ad salutem. .s. crucifixum 1. ad Corinth. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, iudæis quidem scādalum, gentibus, autem stultitiam, ipsis autem vocatis iudæis, atq; græcis Christū Dei virtutem, & Dei sapientiam. In quibus verbis Apostolus tangit duo. Primò tangit occasionem periculi: vnde dicit: Nos autem prædicamus Christum crucifixum. In Christo rege est dignitas: in crucifixo est extrema humilitas: Et subdit: Iudæis quidem scandalum: Glo. q. d. prædicare iudæis Christum crucifixum non est iudæis signum potentiae sed scandalū, quia irascuntur cōtra prædicatores rubore sceleris sui. Gentibus autem stultitiam qui nihil intelligere volunt nisi quod pertinet ad humanam, & inanem sapientiā: secundò tangit cōsecutione præmij, cum subdit: Ipsi autem vocatis, non omnibus vocatione cōmuni sed speciali: sed voca-

tis à Deo inspiratione æterna, & prædestinati prædicamus Christū pro nobis crucifixum esse Dei virtutem, quia in crucifixione apparuit virtus Dei, qui mortuus vicit mortem. .s. diabolum & iudæum. Et Dei sapientiam: qua callidè diabolum decepit, vt Glo. ibidem dicit. Vel aliter: Nos prædicamus Christum crucifixū esse Dei virtutem qua omnia sunt creata, peccata dimissa, dēmonia fugata, anima virtutibus illustrata, & miracula facta, & quęcunq; saluantur saluata, & Dei sapientiam per quā anima est illuminata, & omni virtute edocta. Exemplum de tribus nouitijs, quorum vnus studebat in litteris nigris. .s. peccatorum suorum, alius in litteris rubies. .s. Christi flagellorum, alius in litteris aureis, scilicet cōlestium præmiorum.

CAP. XVII.



IRCA crucem, quartò, & vltimò, principaliter cōsideranda est differentia electionis & operationis, fuerunt etenim quinq; cruces. .s. crux latronis mali, crux latronis boni, & crux Symonis cyrenæi, crux Petri, crux Christi. Crux latronis mali qui fuit à sinistris habet ignominia, dixit enim Lucæ. 23. Situ es Christus descende nunc de cruce & saluum fac te metipsum & nos. q. d. Si tu es Christus. nescio vel non credo, sed tamen si es salua te metipsum, cum ipse nō indigeret, eò q̄ ipse esset salus omnium, & nos quasi curaret de salute corporali, non de spiritali. Vnde Chrysost. in sermone de passione sic ait. Considera simul malitia, & stultitiam: primò malitiam filiorum diaboli. .s. quomodo imitantur vocem paternam: Dicebat diabolus Christo: Si filius Dei es mitte te deorsum sic filius diaboli latro sinister patrem imitās dixit. Si filius Dei es descende de cruce &c. sed è conuerso dicere debuit si filius Dei es ascende crucē, & saluum fac &c. secundò cōsidera miram stultitiam, q. d. Si rex Israel est sceptrum deponat, baculum in quo pro Israele pugnat dimittat, hostibus cedat, ut sic, uel eis captiuus fiat. Rabanus: Si autem tunc de cruce fugeret ut petebat, insultantibus cedens uirtutem patientiæ nō de

¹⁷ Quartū principale huius tractatus.

Primò crux fuit latronis mali.

demonstraret: sed expectauit paululum, irrisiōem sustinuit, & qui de cruce fugere noluit, de sepulchro surrexit.

Secundò crux latronis boni a dextris

Secūda latronis boni. hēt misericordiam, quia audiuit Lu. 23. Hodie mecū eris in paradiso: habuit. n. illa quattuor a Christo quæ tangit Apo-

stolus 1. ad Corinth. 1. dicens: Ex ipso autē vos estis in Christo Iesu qui factus est sapientia nobis a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, primò enim latro bonus in cruce pendens habuit sapiētiā, quia per fidem illuminatus est qm̄ tunc Christum Deum esse cognouit quando omnes discipuli eum reliquerunt: secūdo habuit iustitiā qd̄ sic patet. Triplex est pars iustitiæ. scilicet correptio, cognitio, p̄dicatio, vel defensio. Prima est correptio p̄ pietatē erga proximum quam latro habuit ait. n. ad alterum: Neque tu times dominum qui in eadem damnatione es. Secunda est cognitio culpæ per penitentiā, & hanc habuit latro: unde ait: Et nos quidem iustē digna factis recipimus: Tertia est prædicatio, vel defensio innocentiae Christi: unde dicit: Hic uero nil mali fecit: tertio habuit sanctificationē, quia per fidem, & dilectionem Christi orauit dicens: Memēto mei domine &c. Quartò habuit redemptionem a Christo, quia dominus dixit ei: Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Hæc Bern. exponens illud verbum Apostoli.

Tertia Simōis cirenei.

Quarta Petri.

Quinta Christi.

Quidā nu c ni- iunt cru cē Chri- sti.

Tertiò crux Symonis Cyrenæi habuit violentiā: vnde dī Matth. 26. q̄ angariauerunt eum, vt tolleretur eius crux.

Quartò crux Petri habuit iustitiam, quia pro fide, & iustitia sustinuit mortem crucis: Ioh. 21. Cum senueris extends manus tuas, scilicet in cruce &c.

Quintò crux Christi habet gloriam: Lucæ. 24. Nonne hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. scilicet in humanitatem, vt Theophilus dicit.

Est autem sciendum, q̄ cruce dominum quidam inueniunt, quidam accipiūt, quidam deferunt, quidam ascendunt: primò cruce Christi quidam inueniunt: vt Iudas qui significat penitentes per cuius inuentionem euasit mortem de qua dicitur Prou. 8. Qui me inuenerit inueniet vitam. q. d. qui me. scilicet lignum crucis inuenerit inueniet vitam, eo q̄ ipsa crux

est lignum vitæ: vel Qui me. i. crucifixum inuenerit per contemplationē, & imitationē inueniat vitam, quia ipse est vita: Ioh. 14. Ego sum uia in patiēdo, ueritas in promittendo, uita in remittendo: Requi. sup. de ligno vitæ.

Secūdo cruce Christi quidā accipiūt, vt illi qui pro suis peccatis pœnitentiam faciunt, & satisfaciunt Matt. 10. Qui nō accipit cruce suam non potest meus esse discipulus, uel non est me dignus.

Vbi nota, q̄ crux Christi tollitur tribus modis secundum B. Gregor. primò cum propter fidem Christi martyrium sustinetur: secundo cum pœnitentiæ opus assumitur: tertio cum quis proximis compatitur.

Tertiò cruce Christi quidam deferunt, vt illi qui per eam ab omnibus aduersitatibus se protegunt, uel defendunt: vnde Iohann. 19. de Christo dicitur. Et baiulans sibi cruce exiuit in eum qui dicitur caluariæ locus: vbi Chrysost. sic ait: Sed quia lignum vt prophanum vitabant, & neque ipsum tangere sustinebant, cruce Iesu, vt condemnato imponunt, ita & in typo idest, in figura factū est. Isaac enim ligna portauit, ut patet supra de secūda figura crucis. Et subdit ibidem Chrysost. q̄ sicut victores: ita & ipse in humeris victoriæ signū portauit. Vbi Theophylus talem quæstionem quærit dicens: Sed qualiter alij euangelistæ dicunt, q̄ angariauerunt Simonem vt cruce portaret; cum Iohann. dicat baiulās sibi cruce &c. Respondit Aug. dicens. Vtrūq; factum inuenimus, primò id qd̄ Iohann. dicit, deinde quod dicunt ceteri tres: vnde intelligitur, q̄ ipse sibi portabat cruce cum exiret in locum memoratum. Et hoc triplici ratione secundum Amb. ibidē. Prima ē, q̄ crux super humeros imponitur, quia siue Simon siue ipse cruce portauerit, & Christus in homine. & homo portauit in Christo. Secūda est, quia ex hoc apparet bonus ordo nostri profectus, vt ipsius crucis vexillū ipse exigeret, deinde martyrib. traderet. Tertia est, q̄ Christus præcedit non sequitur iuxta hoc quod scriptum est Matth. 16. Tollat cruce suam, & sequatur me. Et subdit: Exiuit in eū qui dicitur caluariæ locus: vbi Hierony. sic ait: Tradunt autem

Quidā accipiūt

Cruce Christi tollitur trib. modis.

Quidā deferūt.

Christus cur sibi portauerit cruce

tem iudæi, q̄ in hoc mortis loco immolatus est aries pro Isaac, & ibi dec luatur Christus, idest a carne sua carnali uidelicet a iudæa separatur.

Quidā ascēdūt crucem Christi. Quatō Crucem Christi quidam ascēdunt. Illi qui dolorem Crucis non sentiunt, eō q̄ fructu eius. s. Christo reficiuntur. Cant. 7. Ascendā in palmam, & apprehendam fructus eius. Ratio aut̄ quare dolor in p̄nis nō sentitur, uel mitigatur est triplex. Prima est ex Dei munere. s. ex Dei gratia, q̄ fortius aīam eleuat ad diuina in quib. magis delectatur quam a p̄nis corporalib. afficiatur, sicut patet de B. Steph. cui lapides torrentis in passione dulces fuerunt, & de b. Tiburcio qui cum super carbones incensos nudis plantis incederet, dixit quod uidebatur sibi super flores roseos ambulare. Secunda ratio huius est ex uirtute. Nam delectatio uirtutis superat dolorem corporis in quantum homo p̄fert bonū uirtutis uitæ corporali. Tertia ratio huius est ex fine. Nam opera uirtutū delectabilia sunt propter finem. Hæc B. Th. secunda secundæ q. 123. art. 8. utrū fortis delectetur in actu suo in cor. q. bene ergo dicit. Ascendam scilicet per contemplationem, dilectionem uirtutis operationem finis. s. p̄mij consecutionem in palmam, idest in Crucem, quia Dei filius fuit exaltatus in Cruce.

Cruce si
guratur
per pal-
mam.

Crucis
fructus
quat-
tuor.

Figuratur enim crux per palmā triplici ratione. Prima est, quia pars Crucis, ut dicit glo. in decretali fuit ex palma. Secunda est quia ibi consummata fuit nostra uictoria, sicut palma est signum uictoriæ. Tertia est, quia palma aspera est in cortice, & dulcē fructum habet uel affert. Sic Crux Christi aspera fuit in Christo. sed dulcissimū fructum reportauit, & ideo dicit. Apprehendam fructus eius. Attulit enim passio, uel ascensio Christi in Cruce quattuor fructus contra quattuor quæ facit peccatum. Primus fructus fuit gaudium contra dolorem, de quo Iohan. 16. Tristitia uestra uertetur in gaudium. In cuius figura filij Israel palmas portabant in solemnitatibus, ut patet. Leui. 23. Secundus fructus fuit quies contra p̄nam, & laborem, in psal. In pace in idipsum &c. In cuius figura Delbora quæ iudicauit populum Israel, sedebat sub palma quæ illius nomine uocabatur, ut patet Iudicum 4. Tertius

fructus fuit decor contra deformitatem Zachariæ. 1. 1. vnam uirgam. s. Crucis uocauit decorem, quia ibi nos lauit a peccatis nostris in sanguine suo. Apocalypsis. 1. Quattuor fructus fuit honor contra seruitutem, in cuius signum, uel figuram filij Israel portabant palmam, quando aliquem honorare uolebant, ut legitur. 2 Machabeorum. 10. Req. infra Passio. de fructibus idest de utilitatib. passionis, vlti. cap.

CAP. XVIII.

AD Maiorem tamen euidentiā p̄cedentis cap. est sciendū, quod quia p̄cessit culpa, uel in natura, uel in persona, ideo tam iustus quam peccator debet facere p̄nitentiam propter purgationem culpæ & recompensationem offensæ. Iustus uero uel innocens debet facere p̄nitentiam propter meritum uirtutis, & p̄p̄ p̄seruationem a culpa: unde Iob, Tobias, & alij sancti, qui non habebant peccatum, p̄nitentiam propter hoc fecerūt, ut dicit b. Th. 4. scrip. sen. dist. 15. arti. 4. q. 2. utrum flagella quib. a Deo in hac uita punimur sint satisfactoria, in sol. 3. arg. Et ideo dicitur Luc. 11. Si quis uult post me uenire abneget semetipsum, & tollat Crucē suā, & sequatur me. In quib. uerbis principaliter duo tangit. s. imitationis actū cū dicit. Si quis uult post me uenire. In quib. uerbis tangit tria. s. raritatē, libertatē, conformitatē. Primo tangit sequentiū raritatē cum dicit. Si quis. Multi enim sunt uocati: pauci uero electi, qui me sequuntur. Chryso. illud uerbum sic exponit. Si quis uult post me uenire, idest si mulier, si uir, si rex, si liber, si seruus. Exo. 32. Si quis est dñs iungatur mihi. Et Iohannis. 12. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et quare certē quia p̄ me si quis introierit, saluabitur &c. 10. Secūdo tangit sequendi libertatē, cum subdit. Vult Eccle. 15. Apposui tibi ignem, & aquam, ad quod uolueris extendas manum tuam. Tertio tangit debitam sequelæ conformitatē cum addit. Post me. i. ita pati, & talia sicut ego. Matt. 7. Si quis uult post me uenire &c. Secūdo principaliter tangit imitationis modū in hoc q̄ dicit. Abneget semetipsum, & tollat Crucē suā & sequatur me. In quib. uerbis

exponit
il lud
Luc. 9. si
q̄s uult
uenire
post me
&c.

uerbis tangit. Primum est sui abiectio cū dicit. Abneget semetipsum, scilicet suum intellectum, suū affectum, suum sensum. Intellectum rationis per fidem, affectū uoluntatis per charitatem, sensum carnis per spem ad Gala. 2. Viuo ego iam non ego, uult autem Christus in me. Gregor. super Ezech. sic ait. Semetipsum abnegat quicūque imitatur ad meliora, incipit esse quod non erat, & desinit esse quod erat.

Secundum est carnis afflictio, cū subdit, Tollat crucem suam. Vbi Greg. in Hom. sic ait. Crux dicitur a cruciatu. Duobus ergo modis crucem domini baiulamus, aut cum per abstermentiam corpus affligimus, aut cum per cōpassionem proximi necessitatem illius nostram reputamus. Mat. 10. Qui non capit Crucem suā, & sequitur me, me nō est dignus. Suā dicit, notando uirtutis menturā non minimā, non remissā, sed cōgruam: vñ Luc. 2. S. meō accepit puerū in uinas suas, sed quia solē priuationes, saluant sine debita, & recta actione, & intentione. Ideo tertium quod ponitur est recta in utroque intentio cum additur. Et sequitur me. Chryso. ibidem quia etiam latrones multa graua patiuntur, ut non existimes, quod passio malorum sufficiat ad iungit causam patiendi, cum dicit, & sequitur me, ut propter eum omnia sustineas. & alias eius uirtutes addiscas: hoc enim est sequi Christum, ut oportet diligentem esse circa uirtutes, & pati omnia propter ipsum, ideo dicit. Sequatur me, non mea.

Me, scilicet ducem in Cruce, me expectās scilicet remuneratorem. In psal. Propter te merificamur tota die. Et Mat. 19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. In quibus uerbis tangit duo, scilicet consilium & praeceptum. Primò consilium, cum dicit. Ecce nos reliquimus omnia. scilicet illicita, superflua, & propria. Primò dicit omnia illicite acquisita, ut Mat. fecit, qui relictis omnib. illicite acquisitis secutus est Christum, ut enim dicit Ambr. Nunquam dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Secundò dicit omnia, scilicet superflua nō necessaria, quia nulli licet relinquere necessarium sicut nec occidere seipsum, sed superflua quae quilibet tenetur dare de necessitate salutis, ut patet in fra Eleemosyna.

Tertiò dicit Omnia. scilicet propria quod est supererogationis, & nō necessitatis, & ideo

subdit praeceptū eū addit. Et secuti sumus te, quod est de necessitatis salutis. Bene ergo dicit. Et sequitur me: hoc est enim completiū, & perfectiū meriti: multi. n. sunt abiecti: multi portant Crucem: sed quia sequuntur Christum: carent merito, & abiectio, & afflictio.

Vbi nota, quod non bene sequitur Christū aliquis quattuor modis. Primò inuitus penitentiā faciēdo, figuratus in Simone Cyrenaeo quē angariauerūt, ut tolleret Crucem: sed citò dimisit Crucem ad pristina exercitia redeundo sic quidam ad penitentiam faciendam inducuntur quasi coacti, velint, nolint, qui penitentia dimissa redeunt ad pristina peccata. Secundò nō sequuntur bene Christum aliqui de penitentia quam faciunt murmurando, ut filij Israel. Tertiò bonum temporale expectando, ut ille scriba. Quarto humanā gloriā intendēdo: unde Greg. in Hom. super illo uerbo Luc. 14. Qui non baiulat Crucem suam, & sequitur me nō est me dignus, sic ait. Sed quia non nulli carnis abstinentiā, non pro Deo, sed pro inani gloria exhibent, & cōpassionem proximo non spiritualiter, sed carnaliter impendunt, recte dicit. Et uenit post me, uel sequitur me, baiulare enim Crucem, & post dominum ire est, uel carnis abstinentiam, uel cōpassionem proximo pro studio aeternae intentionis exhibere.

Sed forte quæres, utrum flagella, quæ Deo uolente de necessitate eueniunt, & quibus a Deo, de necessitate punimur, & affligimur possunt esse satisfactoria. Respondeo, & dico, quod tali a flagella habet rationem uindicationis, & satisfactionis. Primò habent rationem uindicationis, in quantum flagellis quæ necessariò eueniunt homo per impatiētiam dissentit, tunc. n. talia non efficiuntur aliquo modo ipsius patientis, eò quod eis dissentit, & inuitus patitur, & ideo non sunt satisfactoria, sed uindictiua, & exterminatiua.

Secundū talia flagella habent rationem satisfactionis in quantum talibus quis utitur patienter, licet enim flagella quibus necessariò punimur a Deo, non sint omnino in potestate nostra, tamen quantum ad aliquid sunt in potestate nostra, scilicet, ut eis patienter utamur, & sic homo facit de necessitate uirtutem in quantum flagella

Non bene sequitur Xpm aliquis quattuor modis.

exponit illud ecce nos reliquimus omnia.

An flagella quæ necessariò eueniunt sint satisfactoria.

Quadruplex differentia illorum quæ portant crucem. Flagella quæ Deo volente necessario eueniunt homo acceptat patienter ad purificationem peccatorum suorum, & tunc flagella hoc modo fiunt ipsius in quantum ad illum finem eis utitur patienter, unde, & satisfactoria, & meritoria esse possunt ratione prædicta, ut dicit b. Tho. 4. script. sen. dist. 15. art. 4. q. 2. utrum flagella quibus a Deo punimur satisfactoria esse possint, in cor. q. & in sol. 1. arg. Sic igitur ex præmissis patet, quod portatium crucem, vel penitentiam facientium est quadruplex differentia. Quidam enim portant Crucem penitentiam cum coactione velint nolint, figurati per Simonem Cyrenæum. Matth. 27. Quidam cum murmuratione figurati per latronem malum qui usque ad mortem in Cruce fuit, nec inde profecit, sed ad liberationem suam aspirauit, nec obtinuit. Lucæ. 23. Quidam faciunt de necessitate uirtutem qui & si non possunt euadere penam, tamen illam in bonum conuertunt: figurati per latronem bonum. Quidam uero Christi dilectione, & imitatione, & peccati detestatione de quibus supra dicitur. Tollat Crucem suam, & sequatur me, & mente exemplo virginis cuius animam pertransiuit gladius. Luc. 1. & carne, exemplo Christi.

Sequitur de Littera D.

De Decimis.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad solutionem decimarum omnes obligantur duplici iure.
- 2 Solutio decimarum præcipitur a iure naturali diuino, sed determinatio quantitatis est a iure positiuo.
- 3 Solutio decimarum est in præcepto affirmatiuo, obligat semper, sed non ad semper, sed loco & tempore.
- 4 De iuste acquisitis decimæ dari debent.

- 5 Quando Decimæ dari debeant an in principio anni vel in fine.
- 6 Clericis tantum danda sunt decimæ.
- 7 An laici, uel clerici teneantur dare decimæ.

C A P. I.

DE C I M A E Circa solutionem decimarum considerata sunt tria. scilicet obligatio necessitatis, determinatio quantitatis, excusatio communitatis.

Primo considerata est obligatio, necessitatis. Nam ad soluendas decimas omnes tenentur, & obligantur uelint, nolint. Et hoc partim ex iure naturali, & diuino quod partim ex iure positiuo, scilicet ex institutione ecclesiæ. Primo dico, quod ad solutionem decimarum tenentur omnes, & omni tempore ex iure naturali, & diuino, quod tripliciter probō, scilicet rationibus, similitudinibus, & auctoritatibus. Primo probō hoc idem triplici ratione. Prima est talis. Præceptum naturale omni tempore omnes obligat: sed præceptum naturale est, quod ministri Dei, de nostra substantia sustententur, ergo soluere decimas ad sustentationem ministrorum Dei est, de iure naturali, & ideo omnes omni tempore obligantur. Secunda ratio est talis per locum a maiori, & est confirmatio præcedentis. Magis est subueniendum his, qui insunt diuino cultui, quam his qui inuigilant communi utilitati, sed ratio naturalis dicitur, ut his, qui communi utilitati deserviunt, scilicet principibus & militibus uel eius stipendia a populo debeantur, & tribuantur, ergo magis ministris Dei.

Quod autem de nostra substantia sustentare ministros Dei sit præceptum naturale uel de iure naturali tali ratione ostendo. Illud est præceptum naturale, uel de iure naturali quod est in corde hominis scriptum, & quod ratio naturalis dicitur, sed ratio naturalis dicitur, quod de nostra substantia minister Dei sustentetur, ergo &c. Tertia ratio ad idem est talis, & est confirmatio præcedentis. Ratio naturalis

dictat, quòd homo maiori benefactori magis tenetur: sed minister spiritualis est maior benefactor ministro temporali, ergo si ministro temporali ex iure naturali tenemur, ut patet, multò magis spirituali, propter quod dicit Apost. prima ad Corin. 8. Si nobis spiritualia seminamus, nò est magnum si uestra carnalia, uel temporalia metamus.

Secundò probo hoc idem triplici similitudine, scilicet militantis, plantantis, pascentis. Primò probat hoc apost. similitudine militantis dicens. 1. ad Corin. 9. Quis militat stipendijs proprijs. q. d. nullus.

Nam milites de iure naturali debent habere sua stipendia ab his pro quibus militant. Secundo probat hoc idem apost. similitudine vineæ plantanorum dicens ibidem. Aut quis plantat vineam, & de fructu eius non edet? quasi dicat nullus, unde secunda ad Thi. 2. Apost. ita dicit Laboranti agricolam oportet præmium de fructibus præcipere Tertiò probat hoc idem Apost. similitudine pastoris, unde subiungit ibidem. At quis pascit gregem. i. ad pascua deducit, & pascentem custodit, & de lacte gregis non manducat? Et confirmatur hæc similitudo triplex generaliter a Christo similitudine operantis: de quo dominus Matthæ. 10. dicit Dignus operarius mercede sua. Super quo uerbo b. Greg. sic ait. Sunt enim de mercede operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic de labore, vel prædicatione inchoetur, qui illic de ueritatis uisione percipitur.

Et subdit. Qua in re pensandum est, quòd vni nostro operi duæ mercedes debentur: una in uia quæ nos labore sustentat, alia in patria quæ nos resurrectione remunerat. Merces itaque quæ in præsentia recipitur hoc in nobis debet agere, ut ad sequentem mercedem robustus tendatur, uerus ergo quisque prædicator non ideo hic prædicare debet, ut in hoc tempore mercedem recipiat: sed ideò debet mercedem recipere, ut prædicare sufficiat. Quisque nanq. ideò prædicat, ut hic laudis, uel muneris mercedem recipiat æterna mercede se priuat. Hæc Greg. ubi supra.

Tertiò, quòd solutio decimarum ad sustentationem ministrorum Dei sit de iure naturali probo triplici auctoritate.

Primò auctoritate Augu. & habetur. 16.

q. i. ubi sic dicitur. Decimæ ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint res alienas inuadunt.

Secundò probo hoc idē auctoritate Alexandri. Est enim decretalis Alexandri Papæ de decimis & primitijs sic dicentis. Mandamus quatenus parochianos uestros monere curetis, & si opus fuerit sub excommunicationis distractione compellere, ut de prouentibus molendinorum piscariorum feno & lana ecclesijs quibus debentur cū integritate persoluant.

Tertiò hoc idem probo auctoritate Innocentij, & est decretalis eius tertio concilio lateranensi, ubi sic dicit. Ille quippe decimæ necessario sunt soluendæ, quæ ex lege diuina debentur, uel consuetudine approbata. Sic ergo ex præmissis patet qualiter prouidere ministris Dei in necessarijs uitæ est de iure diuino, & naturali, & ideò nulla consuetudo contraria soluit hominem ab obligatione reddendi decimas. quæ hæc obligatio fundatur super ius diuinum, & super ius naturale: unde semper tenetur homines reddere decimas si ecclesia exigat, secunda secundæ. q. 87. ar. 1. arg. contra, & in cor. q. & Alex. 3. parte sum. q. 33. artic. 1. in cor. q.

CAP.

II.

Circa solutionem decimarum secundo principaliter consideranda est de terminatio quantitatis. Cum enim tria tempora distinguantur. scilicet tempus legis nature, tempus legis scriptæ, tempus legis gratiæ. Dare decimas secundum determinationem quantitatis, ut scilicet pars aliqua daretur ad sustentationem ministrorum Dei semper fuit in præcepto & de iure naturali, unde Genesis. 47. Sacerdotibus Aegypti cibaria ex horreis publicis præbebantur. Secundum uero determinationem certæ partis, uel quantitatis: scilicet decimæ partis ante legem scriptam, scilicet in lege naturæ fuit in consilio.

In lege uero scripta a Moyse fuit in præcepto simpliciter, ut patet. Exod. 23. & Numeri. 17. In lege uero gratiæ, scilicet tempore euangelij decimæ factæ sunt in præcepto, & hoc cū necessitas est & a mi-

Secundū
principale tra-
ctatur.

ministris petuntur, uel & si non petuntur, dū tamē sit consuetudo regionis ut patet supra primo. c. de decimis per decretalē Alexandri, extra de decimis, & primitiis. Mandamus. Hęc Alex. 4. parte sum. q. 33. de decimis. art. 2. in cor. q. in fine. Quamuis autem dare decimas secundum inde terminationem quantitatis, & ad ministrorū sustentationem sit de iure diuino, & naturali, ut patet supra c. præcedenti, tamen determinatio, uel taxatio certæ quantitatis, uel partis. s. decimæ non est de iure naturali, sed positiuo. s. ex determinatione Dei in ueteri testamento, & ex institutione ecclesiæ nouo. Quod autē taxatio decimæ quantum ad talem numerum. s. partis decimæ non sit de iure naturali, sed positiuo sic probo: Quia ratio naturalis non dicitur, q̄ talis pars. s. decima magis soluatur quā alia, ut uerbi gratia. Ius naturale dicitur, q̄ malefactor puniatur est per ius positiuum. Similiter ratio naturalis dicitur, q̄ ille, qui furatur debet puniri: sed q̄ ille, qui furabatur ouem magis reddat quattuor quam tres uel quinq. non habet ratio naturalis, sed ex institutione humana: unde si ab aliquo rege statuatur, teneatur eius subditi obseruare. Similiter obseruantia sabbati est de iure naturali quantum ad hoc, q̄ aliquod tempus deputetur quiescere ad uacandum diuinis: hoc. n. dicitur ratio naturalis. Et ideo quantum ad hoc, præceptum de custodia sabbati est naturale: sed quod dies septima ad hoc sit deputata est ex determinatione Dei propter figuram aliquam: sicut patet infra Festa: unde patet, quod ius positiuum nihil est aliud quā determinatio iuris naturalis. Ad quemlibet autem principem qui potest, legem condere pertinet determinatio iuris naturalis. Sic ergo decimæ quantum ad taxationem certæ partis. s. decimæ sunt de iure positiuo: quod patet, quia ecclesia posset statuere si causa subesset sub maiori uel minori numero, puta q̄ daretur octaua, uel duodecima sicut, & q̄ detur decima: u. de pensatis opportunitatibus temporum, & personarum posset partem aliā determinare soluēdam. Ratio autem quare in ueteri testamento ex determinatione Dei, & in nouo ex auctoritate ecclesiæ decima pars est magis instituta, & præce-

pta solui quā alia, est quadruplex, scilicet ratione perfectionis, obligationis, sit in sustentationis, conditionis. Primò enim. *tata.* Deus determinauit in ueteri testamento, & ecclesia instituit in nouo, & præcepit, q̄ decima pars magis quā alia soluere-tur ratione perfectionis. Nam numerus denarius significat perfectionem futurā esse petendam, & expectandam a Christo: quod sic patet: Numerus denarius est quodammodo numerus perfectus quasi primus limes numerorum: ultra quem numerum non proceditur, sed reuertitur ab uno nouem sibi partibus reseruatis. Et ideo, qui dant decimas protestantur quasi in quodam signo ad se pertinere imperfectionem, perfectionem uerò quæ erat figurata per Christum a Deo esse petendam. Secundò hoc probo ratione obligationis, uel comparisonis sic: Magis obligatur populus nouæ legis ministris noui testamenti quā ueteris legis ministris ueteris testamenti, sed populus legis ueteris testis ex ordinatione Dei offerebat ministris decimas, ergo populus nouæ legis ex institutione ecclesiæ magis debet offerre decimas ministri nouæ legis, tum quia populus nouæ legis ad maiora obligatur, secundum illud Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia uestra plus quā scribarum & ceterum quia ministri nouæ legis sunt maioris dignitatis ministris legis ueteris. Tertiò hoc idem factum est ratione sustentationis sic: Cum enim conferret ratio naturali, quæ uiuersaliter erat necessaria sustentationi humanæ uitæ, inueniebat secundum exigentiam naturæ octo partes necessarias sustentationi personæ, & suæ familiæ, nam secundum cursum naturæ communiter tunc uiuere poterant homines usq. ad quartam generationē. Quattuor autē generationes ad minus ponunt octo personas, scilicet patrem, & matrem, filium, & filiam, nepotem, uel neptem pronepotem, uel proneptem, ergo ratio naturalis iudicauit octo partes necessarias sustentationi propositæ familiæ: nonam partem uerò necessariam iudicauit retinere pro semine, & excultione terræ: decima uero parte, quæ super exercebatur iudicauit Deum Deum esse honorandum, & eius sustentandum ministrum. Quarto hoc idem

taxatio
decimæ
quantū
ad talē
numerū
nō ē de
iuræ na-
turali.

Cur ma-
gis deci-
ma, quā
alia
pars.

factum est ratione humanę conditionis. Nā primus homo cum raptus fuit in exilium ad curiam Angelorū nouem ordinib. distinctam, ex inspiratione, uel reuelatione diuinitus sibi facta cognouit, quod ipse erat in decimo ordine collocandus. Et ex hoc eius ratio naturalis iudicauit decimam partem offerre Deo ad laudem, & gloriam conditoris qui ad decimum ordinem eum debebat assumere: iuxta parabolam de dragma decima. Lucā. 15. Hęc B. Th. secunda secundæ. q. 87. artic. 1. in cor. q. & Alex. 3. parte sum. q. 34. arti. 1. & 2. utrum decimæ sint de iure naturali, uel positiuo.

CAP. III.

3.
Tertiu
princi-
pale hu
ius tra-
ctatus.

Tertio principaliter circa solutionē decimarum considerata est excusatio communitatis. Si autem quæritur an aliqui per consuetudinem decimas non soluentes possint a crimine excusari, uel sint in statu damnationis. Respondeo, & dico, qd differentia est inter præceptum negatiuum, & affirmatiuum, quia præceptum negatiuum obligat semper, & ad semper, scilicet in omni tempore, & in omni loco, ut non occides, & alia præcepta negatiua. Præceptum autem affirmatiuum, & si obliget semper non tamen ad semper, nisi cum tempus & locus se offert, ut si pater indigeat, uel a filium obsequium debitum exigat. A simili soluere decimas est in præcepto affirmatiuo, & ideo obligat semper non tamen ad semper, sed loco suo, scilicet ubi est consuetudo, & tempore suo, scilicet in quo est necessitudo. Nam ubi est consuetudo soluendi decimas quilibet tenetur soluere decimas et si minister non exigat, quia ipsa consuetudo ex postulat decimas, ubi uerò non est consuetudo sed necessitudo, scilicet si sacerdos a quo sacramenta recipiunt sit indigens, & sic si propter indigentiam, & sustentationem uitæ suæ peteret teneretur parrochiales decimas dare: unde si sacerdos esset pauper nec haberet aliunde: unde sustentaretur, concordant omnes doctores, quod posset eis diuina officia subtrahere subtractis oblationibus, & decimis, quia nemo cogitur suis stipendijs

militare, ut ait Apostolus prima ad Cor. 9. Quamuis autem omnes homines omni tempore dare decima, teneantur in terris in quibus est consuetudo, quod decimę soluantur etiam si non peterentur, quia ipsa consuetudo quasi ex postulat decimas: unde peccaret, qui non redderet decimas, ut primò c. multipliciter probatum est, tamen in terris in quibus consuetudo est communis, quod decimæ non dētur, & ecclesia non petit videtur ecclesia remittere dum dissimulat & ideo homines in terris illis non peccant decimas non dando. Durum enim esset dicere, qd omnes homines Italiæ, & orētalium partium damnarentur, qui decimas non soluunt. Et huiusmodi argumentum accipere possumus ab Apostolo cui cum uictus necessaria deberentur ab eis quibus prædicabat, non tamē exigebat, quod sibi debebatur ne daret aliquod offendiculum euangelio, ut ipse dicit Act. 20. Nō enim subterfugi quo minus annundiarem uobis omne consilium Dei, unde non benē facerent rectores ecclesiarum si in terris illis exigerent decimas in quib. non est consuetudo dari si probabiliter crederent, quod ex hoc scandalum nasceretur.

Vbi nota, qd duplex est scandalum. scilicet Scād-
particulare, & generale, propter scādalu-
particulare nō est ueritas iustitiæ dimit-
tenda, nec differenda, sed propter scanda-
lum gñrale quo timemus scisma, uel peri-
culū generale differenda est iustitia, &
mitiganda, ut patet infra Scandalū. Nec
tamen peccabant illi, qui Apostolo deci-
mas non soluerunt, alioquin Apostolus
eos corrigere non omisisset. Et similiter
laudabiter ministri ecclesiæ decimas nō
requirunt ubi sine scandalo requiri non
possent, propter dissuetudinem, uel pro-
pter aliquam aliam causam, nec tamen
sunt in statu damnationis qui non soluit
in illis locis in quibus ecclesia non petit,
ut ex præmissis patet, nisi forte propter
obstinationem animi habentes uolunta-
tem non soluendi etiam si ab eis decimæ
peterentur. Hęc B. Thomas secunda. 2.
quæst. 87. art. 1. in sol. 5. arg. in fine. & A-
lex. 3. parte summæ. q. 33. de decimis, art.
1. in cor. q.

Scād-
lum du-
plex, &
qn iusti-
tia di-
mitten-
da pp
scādalu

C A P.

IIII.

PRÆTER illa, quæ de decimis sunt prædicta circa solutionem decimarum iterum quattuor sunt notanda, scilicet de quibus debeant dari, quando debeant dari, quibus debeant dari, a quibus debeant dari. Primò considerandum est de quibus debeant dari. Nam de iustè acquisitis decimæ debent dari. Prou. 3. Honora dominum de tua substantia &c. nō autem de illicitè acquisitis. Prou. 21. Hostiæ impiorū abominabiles quæ offeruntur ex scelere. Vbi nota, q̄ aliqua sunt

ex scelere, & illicita duobus modis, uel quia ipsa acquisitio est iniusta, uel quia acquisitio est ex turpi causa. Primò sunt aliqua illicita, quia ipsa acquisitio est iniusta, ut in fure, & raptore usurario, simoniacopater, & de talibus decimæ dari non possunt. Cuius ratio est, quia in talibus nō est translatum dominiū in accipientem: & ideo omnia talia, & similia homo restituere obligatur, unde postquā dicitur Ecclesiast. 3. 5. Sanctifica decimas tuas subiungitur. Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa dominus. Secundò aliqua sunt illicita, quia acquiruntur ex turpi causa, ut patet in meretricio, & histrionatu, & de talibus dari possunt. Cuius ratio est, quia cum in talibus transferatur dominium in accipientem non tenetur restituere ea quæ per meretricium, & histrionatum sunt accepta, unde lex hūa dicit, q̄ turpiter facit meretrix, q̄ ē meretrix nō tñ turpiter accipit. Sed tñ ecclesia nō dēt recipere quādiu persona est in peccato ne videatur peccatis eorum communicare, eorum scelera approbando, unde dicitur Deute. 23. Nō offeres mercedem prostribuli nec preciū canis, nam canis ibi histrio potest dici: sed postquam penituerunt, & uitam, malam deseruerunt, potest ecclesia de huiusmodi decimas recipere, quia sicut dicit. B. Gre. super illo uerbo Iob. 28. Ferrū de terra tollitur &c. non dēt respici quis sepeans se ab actione terrena in eo, quod fuit, quia iam incipit esse quod non fuit.

Usurarius autem teneat dare.

Ad maiorem tamen euidentiā prædictorū pono hic sub quæstione quattuor casus. Primus casus ē talis. Esto q̄ aliquis

usurarius qui nihil habet nisi de usura agrum emeret, & fructum perciperet, aut non teneretur decimas dare, aut teneretur. Si dicit, quod non teneretur: ergo lucrum ex sua impietate, & peccato reportabit quod est inconueniens. Si dicit, quod teneretur ergo ex hoc quod acquisitum est ex usura possunt dari decimæ, quod est falsum, ut patet supra immediate. Respondeo, & dico, q̄ talis teneretur de fructibus agri empti, & seminati ex usura dare decimas. Cuius ratio est, quia fructus illi non prouenerunt ex usuraria actione sed ex Dei munere.

Secundus casus est, utrum de minutis quæ proueniunt homini, sicut sunt herbarum quæ nascuntur in orto, homo teneatur decimas dare. Respondeo, & dico, q̄ non. Cuius ratio est, quia ista minuta, uel nutritiua quasi nihil computantur, nisi propter consuetudinem patriæ, & necessitudinem ecclesiæ. Nam si sit consuetudo patriæ, & ecclesia indigens hoc petit de huiusmodi tenentur homines decimas dare, & si non darent peccarent.

Tertius casus est utrum homo cui fructus agri subtrahuntur per furtum, uel rapinam teneatur decimas dare. Respondeo, & dico, q̄ ille a quo fructus agri furto, uel rapina tolluntur non teneretur de his dare decimas antequā recuperet, nisi fortè propter culpam suam uel negligentiam damnum incurreret, quia ex hoc ecclesia damnificari non debet. Cuius ratio est, quia talia sic ablata in eius non remanent potestate.

Quartus casus est, utrum emens triticum non decimatum teneatur dare decimas. Respondeo, & dico, q̄ ecclesia potest exigere decimas ab emptore, quia habet rem ecclesiæ debitam, & a uenditore qui quantum est in se ecclesiam defraudauit uno tamen solvente alius soluere non tenetur. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ. quæst. 87. artic. 2. in solu. 2. 3. & 4. arg. & Alexand. 3. parte sum. quæst. 33. de decimis, artic. 1. in cor. q.

C A P.

V.

SECUNDO circa solutionem decimarum considerandum est qñ debeant dari utrum scilicet in principio anni sol-

decimas si nihil aliud habet præter acquisita ex usu-

Decimæ autem dantur de minutis reb.

De furto sublatis non dantur decimæ.

Decime
alię sūt
persona
les, alię
prædia-
les.

ui. debeant, uel in fine. Ad cuius euidētiā nota quattuor. Primum est, quid sint decimæ personales, & quid prædiales, Nam decimæ personales sunt quæ de lucro negociationum, uel mercationū soluuntur. Decimæ uero prædiales sunt quæ ex cultu terræ percipiunt. Secundū est, quod decimæ personales possunt, & debent dari in fine anni. Cuius rō est, quia decimæ debēt dari de uoluntate ecclesiæ cum ecclesiæ magis expedit, sed magis, ecclesiæ expedit. ut decimæ personales in fine anni soluātur, quod patet, quia frequenter cōtingit, quod aliquis de sua mercatione non lucrat in una die forsitan nisi unū denariū, uel in una septimana, uel mense nisi paucos denarios, qui uix & cum parua utilitate ecclesiæ decimari possent, & ideo mercatio non est statim uel in principio, uel in medio decimanda, quia tunc per minutias solueretur, sed in fine quando lucris omnibus congregatis magnum commodum poterit ecclesiæ prouenire. Tertiū est, quod decimæ prædiales debent statim dari cum fructus terræ percipiuntur. Cuius rō est, quia tunc decimæ sunt soluendæ: quādo maximè expedit ecclesiæ, sed magis expedit ecclesiæ: quod in principio anni decimæ prædiales soluant: ergo &c. Quartū est, quod ambæ decimæ: scilicet personales, & prædiales sunt soluendę quā ecclesia uult. uult autē ecclesia, quod decimæ personales soluātur in fine anni, & decimæ prædiales in principio, quia tunc magis expediunt ecclesiæ, & ideo nulli licet amplius tardare eo, quod nulli licet rem ultra uoluntatē sui domini retinere, & qui contrarium facit peccat. Quintū est, quod solutio decimarū dēt præcedere solutionē census, uel tributī, quod dupliciter probō. scilicet auctoritate, & rōne. Primò a ueritate concilij generalis: sub Innocentio tertio, de decimis, & prius promittis. Statuimus inquit, ut exactionem tributorum, & censuum præcedat solutio decimarum. Secundò hoc idē probō rōne. Quia eadē est comparatio census ad censum, & domini ad dominū, sed decima soluitur sacerdoti vicario Dei in signū generalis celestis, & perpetui seu æternalis domini. Censum autē, uel tributū soluit domino terreno temporali, & particulari: unde cum dominū celeste generale, & æternale præcedat dominū terrestre particula-

re. & corruptibile, ideo &c. Vbi concluditur in paucis uerbis, quod non debent prius deduci, uel solui tributa census, & precij operariorum, quā soluantur decimæ, immo è conuerso decimæ ante omnia debent solui, ut patet auctoritate, & ratione. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ q. 87. artic. 2. in sol. 4. arg. in fine, & Alex. 3. parte sum. q. 33. de decimis, ar. 4. i cor. q.

C. A. P.

V. I.

TERTIO circa solutionem decimarum considerandum est quibus debeant dari. Nam solis clericis sunt dandæ Decimæ. Hoc autem probō quattuor rōnibus. scilicet ratione successionis, administrationis, sustentationis, subuentionis, uel distributionis. Primò dico, quod clericis, idest sacerdotibus dandæ sunt decimæ, ratione successionis sic. In ueteri testamento solis filiis leui dabantur decimæ, ergo &c. Scdò hoc idem probō rōne administrationis, uel iurisdictionis sic. Illis solis debentur de iure decimæ ad quos pertinet curam animarum habere, & spiritualia ministrare, sed ad solos clericos sacerdotes hæc spectant, ergo &c. Tertiò hoc idem probō ratione sustentationis sic. Ministrantibus spiritualia comperit victus necessaria prouidere, sed tales sunt sacerdotes, quod patet, quia tales, ut patet, succedunt filiis leui quibus ideo dabantur decimæ, quia partē in successione eum aliis tribubus non habebant, sed ministri nouæ legis ab omnibus negotiis secularibus debet abstinere magis quā illi: ergo &c. Quartò hoc idem probō ratione subuentionis, uel distributionis. Licet enim clerici in ueteri testamento non haberent possessiones, tamē in nouo testamento habent possessiones etiam patrimoniales, in super, & oblationes pro uiuis, & mortuis recipiunt. Et ideo quamuis pro se decimis non indigeant, scilicet propter sustentationem sui, debent tamen eis dari, ut ex eis subue-niant pauperibus, ita quod sacerdos qui aliunde habet potest, & debet recipere decimas, scilicet ut tanquā procurator in necessitates pauperum, uel utilitates ecclesiæ expendendas. Non autem potest recipere in usus proprios conuertendos, vel

vel in malos usus distrahendas, immo si in proprios usus conuertat cōmittit sacrilegium, si uerò in malos usus expendat incurrit iudicium. Et de illis intelligitur illud quod dicit Aug. ad Bonifaciū comitem. Si priuatim quæ nobis sufficiunt possidemus, non enim illa nostra sunt, sed pauperum quorum procuracionem quodammodo gerimus, proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ. q. 87. art. 3. in cor. quæst. & in sol. 1. argument. Et Alexand. 3. parte summar. quæst. 3. artic. 3. in cor. q.

CAP. VII.

7. **Q**UARTO, & ultimò principaliter circa solutionem decimarū cōsiderandum est a quibus debet decimæ dari, utrum, scilicet laici, uel clerici teneantur dare decimas. Ad cuius euidentiam nota hic octo conclusiones, uel determinationes. Prima est, q. laici propriè debent dare decimas clericis, & non e conuerso: quod dupliciter probo. Primò similitudine, quia sicut nullus laicus absoluitur a solutione census Cæsaris, ita nec a solutione decimæ quæ redditur clericis in signum domini generalis. Secundò hoc idem probo ratione sic. Illi qui recipiunt spiritualia decimas debent dare illis a quibus recipiunt, sed laici a clericis recipiunt, spiritualia, ergo &c.

Secunda conclusio est, quòd clerici in quantum clerici non debent decimas dare, quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate ecclesiæ. Nam decretalis Paschasii Papæ sic dicit. Nouum genus exactionis est, ut clerici a clericis decimas exigant. Secundò hoc idem probo ratione, quia sicut idem non potest esse causa agendi, & patiendi, ita nec idem potest esse causa dandi, & recipiendi, sed clericis in quantum sunt ministri altaris spiritualia populo ministrantes decimæ a laicis debentur, ergo clerici in quantum clerici decimas ecclesiasticas soluere non tenentur.

Tertia conclusio est, quòd licet clericis, ut clericis nō teneantur dare decimas, sicut patet, tamen quibusdam aliis modis tenentur quod dupliciter probo. Pri-

mò ratione sic, quia sicut idem uno modo est causa patiendi, alio uero modo est causa agendi, sic clerici in quantum clerici non tenentur decimas dare, ut immediatè superius est probatum, tamen aliis quibus aliis modis clerici ad soluendas decimas sunt obligati. Secundò hoc idem probo ex canone concilii cabillonensis ecclesiæ ubi dicitur. Si quid clerici, uel p. successionē patrimonii, uel per acquisitionē emptionem, uel donationē obtinuerint, uel proprio alio iure possideant tenentur de illis decimas dare.

Quarta conclusio est, q. clerici aut habent prædia propria aut communia. Si habent prædia propria. s. per patrimonii successionem, uel per emptionē, uel per donationē, tunc de fructibus illorū prædiorū tenentur decimas dare parrochiali ecclesiæ in cuius parrochia sunt prædia. Si uero nō habent nisi prædia ecclesiæ, tūc nō sunt ad soluendas decimas obligati. Rō aut istorū duorum est, quia aliud est habere aliquid, ut propriū, & aliud habere aliquid, ut cōe. Si clerici habent aliquid, ut proprium, tenentur dare decimas ubi cunq; sint prædia. Si uero non habent nisi prædia ecclesiæ non tenentur etiam si sint interminis alterius parrochiæ.

Quinta conclusio est, q. religiosi qui sunt cleri sacerdotes curā animarum habentes, in quantum huiusmodi non tenentur dare decimas. Cuius ratio est, quia sicut idem non potest esse agens, & patiens ita nec recipiens, & dans.

Religiosi autem tales debent decimas recipere, ergo nō tenentur dare. Religiosi uero clerici qui curā animarū nō habent, licet de iure communi teneantur, tamen de iure speciali propter concessionē eis factam a sede apostolica non tenentur.

Sexta conclusio est, q. sicut in ueteri testamento de mādato Dei leuitæ summo sacerdoti loco decimæ soluebant primicias, ita nūc eadē rōne, & clerici tenentur summo pontifici decimas dare si exigeret, quia rō naturalis dicitur, ut ille qui habet curam de omni multitudinis statu, de omni multitudinis statu provideatur, ut possit exequi ea quæ pertinent ad communem salutem.

Septima conclusio est, q. decima datur duplici ratione, aut pp. supplendā suam

Religiosi si nō tenentur dare decimas.

Clerici tenent dare decimas summo Pontifici.

Decime quare sint in-

Laici tenentur dare decimas.

Clerici non tenentur nisi in aliquo casu.

paupertatem si pauper est, uel propter
 firuta, pauperum prouocationem quæ ad sacer
 q paup dotē spectat, aut pp ecclesiæ utilitatem.
 teneur Octauus conclusio est, q non solum
 cū ad so diues sed etiam pauper tenetur sacerdoti
 luendas diuini decimam dare, & ipse sacerdos te-
 dcimas netur eam recipere, non tenendam pro
 se, sed ut reddendam pauperi. Cuius ratio
 est, quia ipse sacerdos tenetur de sua su-
 perabundantia pauperes sustentare. Hæc
 B. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. in cor. q. & in
 sol. 1. 2. & 3 arg. & Alex. 3. parte sum. q.
 33. art. 7. de decimis. in cor. q.

De Delectatione.

SUMMARIUM.

- 1 Prima causa delectationis est con-
naturalis operatio.
- 2 Secunda causa delectationis est al-
terius recta operatio.
- 3 Tertia causa delectationis est lar-
gitio, uel benefactio.
- 4 Quarta delectationes causa est ad-
miratio.
- 5 Delectatio causat cordis dilatio-
nem.
- 6 Delectatio causat sui ipsius aug-
mentationem.
- 7 Delectatio causat rationis coadiu-
uationem.
- 8 Delectatio, uel impendit operatio-
ne intellectus, uel proficit.
- 9 Aliqua delectatio est mala, & as-
signatur ratio.
- 10 Aliqua delectatio est bona, &
quare.
- 11 Bonitas, uel prauitas delectationis
ex tribus cognoscitur.
- 12 Aliqua delectatio est optima, &
quæ.
- 13 Ad beatitudinē requiruntur tria.
- 14 Delectatio est mensura, uel regula
boni, & mali morlis.

- 15 Delectatio spiritualis est absolute
perfectior, corporali, sex rōnib.
- 16 Delectationes corporales secun-
dum quid. id est quò ad nos sunt
vehementiores. & perceptibilio-
res spiritualibus.
- 17 Quattuor sunt effectus, uel signa
delectationis.
- 18 Indelectationibus corporalibus nō
consistit felicit, ut quidam dixe-
runt.
- 19 Beatitudo non consistit in delecta-
tionibus corporalibus.

C A P. I.



Delectatio. Circa delectationē
 considerata sunt quinq;
 scilicet causa, efficacia, dif-
 ferentia, eminentia signa.
 Primo circa delectationē
 considerata est delectationis causa. Nā
 causa delectationis est quadruplex: pri-
 ma est connaturalis operatio. secunda
 est alterius recta actio, tertia est liberalis
 benefactio quarta est admiratio. Prima
 causa delectationis est connaturalis ope-
 ratio. Nam delectatio ab operatione na-
 turali sensus, uel intellectus procedit tan-
 quam effectus a sua causa. quod duplici-
 ter probo. scilicet auctoritate, & rationibus. Pri-
 mò auctoritate phil. 7. & 8. Eth. dicentis,
 q delectatio est operatio cōnaturalis nō
 impedita, id est delectatio operationem
 connaturalem consequitur. sicut effectus
 suam propriam causam. Quod autem o-
 peratio connaturalis seu proportionata
 sit delectationis causa probo triplici rō-
 ne. scilicet rōne adeptionis boni cognitionis
 adepti. quietationis in bono. Primò ratio-
 ne adeptionis boni sic. Ad delectationē
 requiritur adeptio delectationis. scilicet boni
 conuenientis, qd patet quia nullus potest
 delectari nisi, uel secundum appetitum
 rectū, uel secundū appetitū corruptū, sed
 adeptio Boni ab operatione causatur, ut
 uerbi gratia Habere diuitias honorē, uel
 aliquid huiusmodi est, uel uti eis, uel pos-
 se uti eis ergo opatio cōnaturalis, & pro-
 por-

Causa
 delecta-
 tionis ē
 quadru-
 plex.
 Primus
 causa.

portionata est delectationis causa. Scđd̄o probo hoc idē rōne cognitionis adeptio-
nis boni sic. Ad hoc, qđ aliq̄s in bono ade-
pto, vel habito delectetur requiritur co-
gnitio adeptio-
nis boni, qđ patet, quia si
quis bonū aliquod adipisceretur, & igno-
raret se illud bonū habere, non delectare-
tur ex eo, ergo ad delectationē requirit̄
cognitio adepti boni. Tertiō hoc idē p-
bo rōne quietationis in bono. Nisi. n. ap-
petitus alicuius quietaretur in bono: nū-
quā delectaretur in ipso. Ad quietationē
aut̄ in bono per operationē attingitur,
quod patet p̄ diffinitionē delectationis
q̄ est talis. Delectatio est quies appetitus
in re delectante qua quis per operationē
potitur. Ita qđ hęc tria sunt delectationis
cā. sc̄. adeptio boni, cognitio adepti boni,
& quietatio in adepto bono. Et quia hęc
tria per operationē causantur, ideo opa-
tio connaturalis, & proportionata est de-
lectationis causa. Operatio uero quæ na-
turam, uel mensurā operantis excederet
nō esset proportionata nec delectationis
causa, sed magis laboriosa, & attediāns.
Et secundum hoc ocium ludus, & alia q̄
ad requiem spectāt sunt delectabilia in-
quantum auferunt tristitiam quæ est ex
labore. Hęc Bea. Thom. prima secundę.
quæst. 3. 2. art. 1. argum. contra, & in corp.
q. & in sol. 1. & 3. arg. Et iterum in scri. su-
per librum Ethic. lib. 10. ca. 6. in fin. cap.

C A P. II.

SECV NDA causa delectationis ē
alterius recta actio. Nam recta ope-
ra aliorum in nobis delectationē cau-
sant, quod dupliciter probo. sc̄. auctorita-
te, & rationibus. Primō auctoritate Iohā-
nis in secunda canonica sic dicentis. Ga-
uissus sum valde, quia inueni de filiis tuis
ambulantes in veritate. Secundō hoc idē
probo triplici ratione, scilicet ratione co-
gnitionis, consecutionis, dilectionis bo-
ni. Primō ratione cognitionis boni sic.
Cognitio uel æstimatio boni proprii est
nobis delectationis causa, sed per opera-
tiones aliorum efficitur in nobis aliqua
cognitio, uel æstimatio boni proprii, pro-
pter quod uidemus, qđ homines delectan-
tur in hoc, qđ ab aliis laudantur, & hono-
rantur, quia per hoc æstimationem acci-

piunt in semetipsis esse aliquod bonum.
Et quæstia æstimatio ex testimonio bono-
rū, & tapietum fortius generatur, & iō in
laudibus, & honoribus prædictorum ma-
gis hoīes delectantur. Secundō hoc idē
probo ratione consecutionis boni sic. Be-
nē pati, uel bonum habere est delectatio-
nis causas, sed per operationē aliorū ad
nos, benē patimur, & consequimur, ergo
operationes illorum qui nobis aliquod
bonū faciunt nobis sunt delectabiles, vel
delectationis cā. Tertiō hoc idē probo
rōne dilectionis amici sic. Dilectio amici
ē dilectationis cā, sed operationes aliorū
si sint bonæ æstimantur, ut propriū bonū
propter virtutē amoris qui alterius bo-
num æstimat suum, & per oppositam. sc̄.
per odiū quod facit æstimare bonū alte-
rius sibi contrarium, mala operatio ini-
mici efficitur delectabilis, seu delectatio-
nis causa ergo ex unione amoris bona
operatio aliorum est nobis delectationis
cā: unde dicitur prima ad Corinth. 13. qđ
char. tas non gaudet super iniquitatem,
congaudet autem ueritati.

Sed argues in oppositū. sc̄. qđ operatio-
nes aliorum non sunt nobis causa de-
lectationis sic. Proprium bonum coniun-
ctum nobis est causa delectationis: sed
operationes aliorū nō sunt nobis coniū-
ctæ, ergo &c. Respondeo, & dico, qđ ope-
ratio alterius pōt esse tribus modis coniū-
cta, vno modo per prospectum. sc̄. quando
ex actione alterius cognoscimus, uel æ-
stimamus esse bonum, ut patet ratione
prima. Secūdo modo per effectum, qñ. sc̄.
ex actione alterius cōsequimur bonum:
ut patet in rōne secunda. Tertiō modo
per affectū, quando. sc̄. ille qui bonum ope-
ratur per amorē est vnū nobiscū, ut pa-
tet in ratione tertio. Hęc B. Tho. prima
secundæ. q. 32. artic. 5. arg. contra, & in
cor. q. & in solu. 1. 2. & 3. argu.

C A P. III.

TERTIA causa delectationis est
largitio, vel benefactio. Ita dicit
philosophus. 2. politicorum. Lar-
giri, & auxiliari amicis aut extraneis est
delectabilissimum. Hoc autē probo quat-
tuor rationibus, scilicet ratione amoris,
imaginationis, ualoris uirtutis. Primo ra-
tione

Triasūt
delecta-
tionis
causa.

Oppo.

tionem amoris sic. Omne quod facimus vel patimur propter amorem, uel dilectionem alterius nobis est delectabile: sed benefacere amicis, uel extraneis ex amore eorum procedit. ergo &c. Secundò hoc idem probò ratione imaginationis sic. Spes, uel imaginatio alicuius boni consequendi est delectationis causa, sed per hoc, quod aliquis benefacit alteri sperat consequi aliquod bonum sibi ipsi, uel a Deo, uel ab homine, ergo &c. Tertiò hoc idem probò ratione reputationis, uel ualoris boni abundantis sic. Reputatio boni abundantis in se ipso existentis est delectationis causa, per hoc quod aliquis benefaciat alteri imaginatur bonum aliquod abundanter in se habere: ergo &c. Cuius signum est, quod homines delectantur in operibus propriis & in filiis suis quibus bonum proprium communicant.

Quarto hoc idem probò ratione uirtutis. Virtus inclinans ad benefaciendum alteri est delectationis causa, quia signum generari habitus est delectabilius operari, ut dicit Phil. 2. Eth. unde illi qui sunt liberales sua bona alijs delectabiliter tribuunt. Vbi nota, quod emissio, uel datio dupliciter considerari potest. Vno modo in quantum est indicatiua boni proprii, & ostensiuu uirtutis, & utroque modo datio delectabilis. Alio modo in quantum est uacuatiua, uel diminutiua, & consumptiua boni proprii, & sic est contristabilis, quod ex hoc patet, quia liberalis delectatur in dando, & perseverat temporibus suis dando, eo quod eius datio moderata est, & discreta quoad circumstantias omnes, prodigus uero desistit benefacere, eo quod eius datio est immoderata. Hæc B. Th. r. 2. q. 3. 2. art. 6. arg. contra. in cor. q. in sol. 1. 2. & 5. & argument. Requi. supra Auidia.

C A P. IIII.

Quartam causam delectationis est admiratio. Ita dicit Philosophus 1. rhetoricæ. Admiratio est delectationis causa: hoc autem triplici ratione, scilicet ex parte desiderij, ex parte spei, ex parte rei. Prima ratio est ex parte desiderij, sic desiderium est delectationis causa, & hoc ratione amoris, & ideo quanto

magis crescit desiderium rei amata, tanto magis per ademptionem delectatio crescit, sed admiratio est desiderium quoddam sciendi, quod quidem in homine ex duobus contingit, uel ex hoc, quod uidet causam, & ignorat effectum, uel ex hoc, quod uidet effectum, & ignorat causam, in quantum cognitio causæ facultatem cognoscentis excedit: ergo admiratio est delectationis causa ex desiderio cognoscendi aliquid cuius causam ignoramus. Secundo hoc idem probò ratione sumpta ex parte spei sic. Spes consequendi bonum aliquod est delectationis causa, ut patet infra Spes, sed admiratio habet adiunctam spem consequendi cognitionem eius, quod scire desiderat: ergo &c.

Tertio probò hoc idem ratione sumpta ex parte obiecti, nam mirabilia sunt delectabilia, uel causa delectationis rationibus supradictis, sed rara, noua, ignota: & alia huiusmodi sunt mirabilia: ergo delectabilia. Primo enim rara tanquam mirabilia sunt delectabilia, quod tali ratione patet. Conferre unum alteri per actum rationis est delectabile, sed anima gaudet in collatione unius rari, uel quod raro contingit ad alterum, ergo &c. Secundo noua, & insolita, uel ardua sunt mirabilia, & ideo delectabilia. Et ideo liberari a magnis periculis est delectabile, quia est admirabile, ut dicit Philosophus primo rhetoricæ: unde maximè delectatur homo in his, quæ de nouo inuenit, uel addiscit in quantum sibi mirabilius hoc uidetur. Tertio ignota sunt magis delectabilia per accidens quem cognita, in quantum ipsorum ex desiderio maiori procedit, desiderium autem cognoscendi magis ex perceptione ignorantie excitatur, per se autem bona constantia sunt magis delectabilia, eo quod appetitum magis quietant. Hæc B. Th. prima secundæ. q. 3. 2. artic. 8. utrum admiratio sit causa delectationis, arg. contra, & in cor. q. & in sol. argument.

C A P. V.

Secundo principaliter circa delectationem consideranda est delectationis efficacia. Nam delectatio inter alia quatuor causat, scilicet cordis dilationem, sitis

fitis augmentationem, rationis conformationem, operis perfectionem. Primò delectatio causat cordis dilationem, quod tripliciter patet, scilicet ex nomine, ex opere, ex auctoritate. Primò ex nomine. nam ipsa delectatio ex dilatatione nomē accipit, sicut letitia quasi latitia nominatur ab effectu. Secundò hoc idem patet ex ope. nam ex delectatione sequitur, vel causatur dilatio in quantum in seipso aliquid ampliatur, ut quasi capacius redditur, vel ad amplius continendum, vel ad amplius cognoscendum, vel ad amplius perficiendum. Primò per delectationem dilatatur, vel ampliatur intellectus, ut delectabili perfectior cognitio habeatur: secundò per delectationē ampliatur affectus, ut amplius delectabile interius cōtineatur, & ei amplius cōiungatur: tertio per delectationē ampliatur utriusque virtus. scilicet intellectus & affectus, uel appetitus, ut pfectè delectabili fruatur, & in ipso immobilius quiescat cū delectatio sit finis desiderij. Tertiò hoc idem probo auctoritate Isa. 60. sic dicentis. Tunc videbis & afflaes, & mirabitur, & dilatabitur cor tuū. In qua auctoritate tanguntur tria prædicta; ut patet. Requi. expositionē huius supra Beatitudo. Hęc. B. Tho. prima secundæ. q. 34. arti. 1. arg. cōtra. & in cor. q. & in solu. trium Argumentorum.

CAP. VI.

9. **S**ECUNDÒ delectatio causat sui ipsius sitim, vel augmentationem. Vbi nota, quòd delectatio, vel habetur perfectè vel imperfectè. Primò enim cum delectatio habetur perfectè, & ex parte rei quæ delectat, & ex parte eius qui delectatur, tunc talis delectatio omnimodā quietem habet, & cessat motus desiderij tendentis in non habitum. Et de tali delectatione dicitur Iohannis. 4. Qui autem biberit ex aqua quam dabo ei non sitiet in æternum. Vbi Aug. rationem huius reddit dicens. Nam quomodo sitient qui inebriantur ab ubertate domus Dei? sed fiet in eo fons &c. Chrysost. quasi dicat. Sicut qui fontem habet intra se positum nequaquam siti afficietur, ita qui biberit aquā quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.

Secundò verò cum delectatio habetur imperfectè, non quietat, sed prouocat, & augmentat sui ipsius desiderium. Nam eadem res, vel vnum, & idem bonum, & quietat appetitum in quantum habetur, & prouocat sui ipsius desiderium in quantum imperfectè habetur. Sic delectatio in quantum habetur quietat appetitum, in quantum verò imperfectè habetur sui prouocat appetitum. Habetur autem delectatio aliqua imperfectè duobus modis, scilicet, vel ex parte eius quod delectat, vel ex parte eius, qui delectatur. Primò Delecta ex parte eius, quod delectat, eò quòd tio habe res, quæ delectat non simul, sed successi- tur imp uè habetur. Et tunc dum aliquis delecta- fectè tur in eo, quod habet desiderat potiri, vel duobus delectari in eo, quod non habet & quod modis. habendum restat, sicut qui audit vnā partem versus, desiderat aliam partem versus audire, ut dicit August. 3. confessionū. Et hoc modo omnis delectatio corporalis facit sui ipsius sitim, eò quòd imperfectè, idest non simul tota, sed successiue, & in parte habetur, secundum illud Iohannis. 4. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum: per quam aquam, ut dicit August. ibidem, signatur delectatio corporalis, ita quòd omnis delectatio corporalis dupliciter potest considerari, vel in quantum habetur successiue, vel in quantum habetur continuè. Primò in quantum habetur successiue, & sic prouocat sitim, vel appetitum, ut patet: secundò in quantum delectatio corporalis habetur continuè, & immoderatè, & tunc quia naturam lædit, propter continuitatem, & superfluitatem sui generat, vel prouocat fastidium, sicut stomacho pleno existente cibo, est fastidiosa memoria cibi.

Secundò delectatio habetur imperfectè ex parte eius qui delectatur, sicut omnis delectatio spiritualis qualis est in cōtemplatione, vel cognitiōe Dei in mūdo isto, quæ quidem delectatio nō potest esse excessiua nec læsiua: quia naturā mentis reficit, & non soluit vel lædit, ut corporalis, nec quantum de se est laboriosa, sed solum per accidens ratione potentiæ sensitivæ, in quantum operationi vitæ cōtemplatiue operationes aliquæ virtutum corporaliū adiunguntur, quæ per assiduitatem opandi lassant, & debilitantur. Est tñ delecta

lectatio spiritualis quæ in Dei cognitione consistit imperfecta ex parte nostra in mundo isto: unde sicut aliquis rem aliquam imperfectè cognoscens, & hic desiderat eam perfectè cognoscere, & habere, ita in mundo isto percipientes aliquid de diuina cognitione delectantur. Et ipsa delectatio diuinæ cognitionis in hac vita habitæ imperfectè excitat sitim, vel desiderium perfectè cognitionis qualis erit in patria. Et per hunc modum potest intelligi verbum Ecclesiastici. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: quod exponitur duobus modis. Primò sic. Qui bibunt me, idest qui me in presenti vita cognoscunt ad huc sitient, quia quantò magis scit homo, tantò magis desiderat scire quousque facie ad faciem Deum videat.

Secundo modo exponitur sic. Qui edunt me sacramentaliter, adhuc esurient manducare spiritualiter. Et dicitur Christus sacramentaliter manducari in altari, & spiritualiter fide. Augu. Vt quid paras ventrem? crede, & manducaſti: & sic edere, & bibere non satiat, sed magis famem excitat. Hæc Beatus Thomas, prima 2. quæſt. 34. arti. 2. arg. contra, in co. q.

DAP. VII.



TERTIO delectatio causat rationis coadiuuationem. Vbi nota, quod delectationum quædam sunt propriæ, quædam extraneæ, vel communes. Primæ delectationes, scilicet propriæ sunt, quæ conueniunt homini in quantum est homo, quæ consistunt in ratiocinando, vel contemplando, & tales adiuuant rationem, quod tali ratione ostendo. Atentio adiuuat rōnem, quod patet, quia quantò attentius operamur, tantò pfectius, & rationabilius operamur, sed illud in quo delectamur attentius operamur, ergo &c. Secundò delectationes sunt extraneæ, vel cōmunes, quia non conueniunt homini in quantum est homo, sed in quantum habet aliquod commune cum bestiis quales sunt delectationes ciborum, & venereorū, & tales usum rationis impediunt, & pervertunt triplici ratione, scilicet attentionis, oppositiōis,

transmutationis. Primò ratione attentionis, quia cū aliq̃s uni rei delectabili fortiter intendit, circa alia delectabilia debilitatur, uel ab eis intentio totaliter reuocatur: unde delectationes corporales hoc modo usum rationis, uel debilitant, uel excæcant intentionem animi à spiritualibus abstrahēdo, corporalibus intēdēdo. Secundo hoc idem probō ratione oppositiōis sic. Vnum contrarium corrumpit, vel excludit aliud, sed delectationes corporales, & præcipuè venereæ cum sunt vehementes sunt contra ordinem rationis: ergo tales rationis perfectionem, & prudentiæ æstimationem corrumpunt, vt dicit philosophus. 8. Ethic. Tertio hoc idem probō ratione transmutationis sic. Ad delectationes corporales sequitur quædam transmutatio corporalis: ex transmutatione autem corporali appetitus afficitur, & iudicium rationis ligatur, perturbatur, & impeditur, vt patet in vinolentis, & ebris quod iudiciū rōnis habet ligatū, & impeditū: ergo &c vbi supra articu. 3. arg. contra, & in cor. q.

CAP. VIII.



QUARTO delectatio causat operationis perfectionē. Vbi nota, quod delectatio extranea, scilicet corporalis impedit operationem intellectus, & hoc dupliciter. Primò est detractiōe intentionis, quia ad ea de quibus delectamur magis intenti sumus. Et dū vni vehementer intendimus, necesse est, quod ab alio intētio retrahatur. Secundo ex oppositiōe delectatiōis. Nam vna cōtraria delectatio impedit aliam cōtrariam sicut delectatio sensus contraria rationi impedit æstimationē prudentiæ magis quàm æstimationē speculatiui intellectus, dicit Beatus Thomas prima secundæ. q. 4. artic. 2, in solu. 3. argum. Delectatio verò propria concomitans operationem intellectus nō impedit ipsam, sed magis eam adiuuat, & confortat, & perficit. Perficit autem delectatio operationem duobus modis. Vno modo per modum finis, prout delectatio est quidam finis superueniens operationi in quantum super hoc bonum, quod est operatio superuenit hoc bonū; delectatio quæ importat quietationem appetitus in bono præsuppositio

8.

Delectatio p̃fici-
cit operationē
duobus
modis.

Delectatio duplex
propria, &
extranea.

posito. Alio modo per modum aggentis in sua actione ad ipsam uehementius intendit, & eam propter delectationem diligentius operatur, & in operatione perseuerantius immoratur, unde philosophus. 10. Ethico. dicit, quod delectatio perficit operationem sicut pulchritudo iuuentutem: sicut enim pulchritudo non est de essentia iuuentutis, sed est quedam forma siue quedam perfectio superueniens iuuentuti, sic delectatio intrans essentiam operationis, sed consequitur bonam dispensationem causarum operationum. scilicet obiecti sensibilis, uel intelligibilis, & operantis per sensum, uel intellectum in bona dispositione existentium.

Sed forte argues, quod exemplum de iuuentute, & pulchritudine non est conueniens, eo quod multi sunt iuuenes sine pulchritudine, & ideo pulchritudo non est perfectio iuuentutis, nec per consequens delectatio perfectio operationis. Respondeo, & dico, quod exemplum de iuuentute, & pulchritudine in hoc est conueniens, quod sicut pulchritudo est quidam flos iuuentutis faciens magis appetibilem, sic delectatio est quidam superfloratio operationis operationem magis delectabilem, & firmam reddens: unde delectatio dicitur operationem, perficere in quantum operans in operatione per delectationem firmatur, & propter delectationis dulcedinem assiduus fit in illa.

Sed forte quæres quandiu delectatio in operatione durare possit? Respondeo, & dico, quod tãdiu in operatione delectatio erit quandiu ex una parte obiectum sensibile, uel intelligibile, & ex alia parte operans, uel discernens per sensum, uel intellectum in bona, uel debita dispositione erunt.

Cuius ratio est, quia quandiu in actiuo, uel passiuo manet adinuicem eadem dispositio, uel habitudo, manet idem effectus, unde si bona dispositio potentie cognitue, & obiecti cognitum est causa delectationis, ut patet, bona dispositione manere necesse est delectationem durare. Non autem potest aliqua delectatio corporalis, uel mentalis esse continua in hac uita, quod ostendo per rationem. Et primo in delectatione corporalis sic. Ad operationem consequitur delectatio, sed omnia quæ habent corpora passibilia non possunt continue operari, eo quod eorum corpora a sua dispositione mutantur, ergo a sua operatione, & per consequens

sequens a sua delectatione corporali. Et quia operationi potentia intellectiua adiungitur usus uirium sensitiuarum. Et quia talis usus, uel operatio per organa corpora exercetur, ideo fatigatur, unde non potest esse continuus. Et ideo ex quo operatio potentie sensitiue, & intellectiue non potest esse continua, neque etiam delectatio, quæ per operationem sequitur potest esse continua. Hæc philosophus. 10. Ethico. c. 5. Sensus autem omnis &c. & infra capitulum, ibi Delectatio non sicut habitus quæ essentialiter inest, sed ut superueniens quidam finis, sicut iuuenibus pulchritudo quo ad primum. Et ibidem infra. Qualiter igitur nullus continue delectatur, quo ad secundum. Et b. Tho. in script. quod fecit super librum ethicorum ibidem. Et prima secunda de q. 33. art. 4. arg. contra, & in cor. q. ubi subiungit. Quod hæc duæ causæ, scilicet efficiens, & finalis sibi inuicem sunt causæ, ut dicit Philosophus. 1. ethic. Et ideo operatio est causa delectationis per modum causæ efficientis, delectatio uero perficit operationem per modum finis in quantum operans propter delectationem in opere firmatur, & perseueratur, ibi in sol. 3. argum.

CAP. IX.

Tertio principaliter circa delectationem consideranda est delectationis differentia. Nam circa delectationes quadruplex differentia inuenitur. Est. n. aliqua delectatio mala, aliqua bona, aliqua optima, aliqua regula, uel mensura. Primo dico, quod est aliqua delectatio mala contra opinionem Epicureorum, qui posuerunt omnes delectationes etiam corporales esse bonas. Quod autem sit aliqua delectatio mala quadruplè pro. Primo ex parte uirtuosi sic. Illud quod uirtuosus fugit, & detestatur est malum: sed uirtuosus. scilicet temperatus delectationes inordinatas tanquam malas uitat, & detestatur, ut patet infra Temperantia, ergo &c. Secundo hoc idem probo ea parte iudicij sic. Illud quod impedit iudicium rationis est malum, sed delectationes ciborum, & ueneriorum impediunt iudicium rationis: eo quod peruertunt estimationem prudentiæ, ergo &c. Tertio hoc idem probo ex parte desiderij sic. Illud cuius desiderium

Tertia pars tractatus delectatio est quadruplex Mala.

Quãdiu delectatio in operatione durare possit

Delectatio siue corporalis siue spiritalis non potest esse continua in hac uita.

exponit
illud, læ-
tantur
cum ma-
lefecerint.

desiderium facit malum, est malum; sed desiderium delectationum ciborum, & uenereorum facit aliquos malos, sicut intemperator qui delectationes carnales persequuntur, ut finem. Et blandos qui ad alios delectandum semper loquuntur dulcia, ergo &c. Quarto hoc idem probo auctoritate Prouerb. 2. lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. In quo uerbo, tanguntur duo aggrauantia omne peccatum. scilicet impænitentia, & malitia. Primo tangit impænitentiam, ideo dicit. Lætantur dum malefecerint. Lætantur. scilicet gaudent interius cum malefecerint. ecce impænitentia, nam pænitentis est dolere post peccatum commissum: & per oppositum lætari de peccato commissio est impænitentis, Amos. 6. Lætamini in nihilo, id est in peccatis. Secundum aggrauans peccatum est malitia, unde subdit. Et exultat. scilicet exterius de peccato gaudium exprimendo per risum plausum, & hoc signatur, ibi In rebus pessimis, quod est pure malitiæ: Si enim malum dolorem debet inducere, gaudere de pessimis est summæ malignitatis: Eccl. 27. Risus eorum in delicijs peccati, & hic est pessimus, quia ut dicit Chysostr. super Matth. Non dolere quia peccaueris magis offendit Deum quam quod ante peccaueris. Et glos. super illo uerbo Prou. 2. Lætantur cum malefecerint, sic ait. Si. n. ad quas tendunt pænas aspicerent, gressus cohiberent, moxque lætitiā salubri fletu castigarent. Patet igitur his quattuor modis, quod aliqua est delectatio mala, ut dicit b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 49. de delectatione, ar. quarto quæst. 1. in tribus arg. contrarijs. Et prima secundæ. q. 34. art. 1. & 2.

C A P. X.

impugnât il-
lorū sen-
tentia q.
dicunt

Secundo dico, quod est aliqua delectatio bona contra opinionem stoicorum, qui posuerunt, & dixerunt omnes delectationes esse malas sequentes opiniones philosophorum antiquorum, qui non discernabant inter sensum, & intellectum, ut dicit Philosophus. 1. de anima. Et opinio hæc, quod sit falsa probo dupliciter, primo probando oppositum, secundo confirmando propositum. Primo approbando

oppositum: & hoc duplici ratione. Prima est talis. Nullus potest sine delectatione uiuere. si ergo omnis delectatio esset mala, sequeretur, quod omnis uita esset mala, cōsequens est falsum. scilicet quod omnis uita sit mala, ergo, & antecedens. scilicet quod omnis delectatio sit mala. Secunda ratio est talis. In operationibus & passionibus humanis magis mouent exempla quam uerba. Et ideo cum tales delectationes tanquam malas detestentur, & facto imitentur, eorum doctina omitti, & contēni debet. Secundo, quod delectatio aliqua sit bona ostendo confirmando propositum, & hoc tribus modis, scilicet ratione, arte, & auctoritate. Primo ratione sic. Id quod eligitur, & prosequitur uirtuosus, est bonum: sed uirtuosus aliquas delectationes. scilicet illas quæ sunt ordinatæ, & secundum rationem eligit, & prosequitur, ergo &c. Secundo hoc idem probo ex arte sic. Ars est factiua boni, sed aliqua ars est factiua delectationis scilicet pulmentaria, & pigmentaria, ut dicitur. 7. Ethicorum. ergo est aliqua delectatio bona. Tercio idem probo auctoritate psal. dicētis. Delectare in domino &c. sed delectatio ueri boni semper est bona: ergo &c. Hæc B. Tho. prima secundæ q. 34. art. 1. & 2.

C A P. XI.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorum est sciendum, quod delectatio dupliciter considerari potest. Vno modo in quantum delectatio, & sic omnis delectatio ratione entitatis, & naturæ suæ est bona. Alio modo in quantum est delectatio talis, & sic aliqua delectatio est bona, & aliqua mala, quod quidem ex tribus partibus cognosci potest scilicet ex parte rationis, quietationis, operationis. Primo potest cognosci, quæ delectatio sit bona, uel mala ex parte rationis, quia si bonum in quo quis delectatur conuenit rationi est delectatio bona: si uero discordet a ratione est delectatio mala, ut uerbi gratia. Si cut in naturalibus aliquid dicitur naturale ex eo, quod conuenit naturæ, aliquid uero dicitur innaturale ex eo quod a natura discordet. Sic in moralibus aliqua delectatio dicitur bona, uel mala prout conuenit rationi, uel discordat a ratione.

Secundo

Secundò delectatio an sit bona, vel mala potest cognosci ex parte quietationis: nam delectatio est quietatio appetitus in bono. Et ideo sicut in naturalib. quædam quies est naturalis quæ est in eo, q̄ conuenit naturæ, ut cum graue quiescit deorsum, & quædam quies est innaturalis, sicut cum graue quiescit sursum, ita & in moralibus est quædam delectatio bona secundum, quòd appetitus superior quiescit in eo quod conuenit rationi: & quædam delectatio est mala secundum q̄ appetitus superior, uel inferior quiescit in eo quod discordat a ratione, & a Dei lege. Tertiò, q̄ delectatio aliqua sit bona, uel mala potest cognosci ex parte operationis sic: Delectatio ex operatione causatur. Et ideo ut dicitur. 10. Ethico. sicut operationes differunt bonitate, & malitia, ita etiam delectatione, unde secundum hoc dicitur esse delectatio bona, quæ ex bona operatione procedit, & dicitur esse mala, quæ ex mala operatione procedit. Hæc Beat. Thom. 4. script. sent. dist. 49. de delectatione, artic. 4. q. 1. in cor. q. in fine. Et iterum prima. 2. quæst. 34. artic. 1. in corp. quæst.

C A P. XII.

12. **T**ERTIO dico, q̄ est aliqua delectatio optima. Vbi nota duo. Primum est, q̄ delectatio non est optima simpliciter eo, q̄ non est ultimus finis, sed est optima secundum quid puta, q̄ inter omnia bona humana delectatio est optima. Secundum est, q̄ propriè loquendo delectatio aliqua non est optima, sed est aliquid optimi, scilicet felicitas, quæ delectationem includit, ut dicit Phil. 10. Ethico. His præmissis dico, q̄ aliqua delectatio. scilicet felicitatis est optima. quod probo triplici ratione. scilicet ratione operationis, quietationis, impermixtionis. Primum ratione operationis sic: Delectatio operationem consequitur: unde cum aliqua operatio in genere bonorum humanorum sit optima scilicet felicitatis, & ipsa habeat delectationem annexam, delectatio felicitatem consequens erit optima. Vbi nota, q̄ felicitas, & delectatio de felicitate non sunt considerata quasi duo bona, sed quasi unum bonum, unde sicut ex pfectio-

ne, & pfectibili sit una perfecta res, ita ex delectatione, & operatione sit una operatio pfecta, quæ est felicitas, cū delectatio sit operationis pfectio. Secundò q̄ delectatio felicitatis in genere bonorū humano rū sit optima p̄bo rōne quietationis sic. quietatio in optimo est optima, sed delectatio felicitatis est perfecta, quia uoluntas beati in optimo. scilicet uisione Dei, vel in Deo uiso, ergo talis delectatio est optima in genere omnium bonorū humanorū, vel est delectatio optimi sicut patet. Tertiò, q̄ delectatio felicitatis sit optima, vel optimi probo rōne impermixtionis sic: Illa delectatio quæ est absq; p̄mixtione alicuius mali, & quæ habet plenitudinē omnis boni ē optima: sed delectatio quæ ex uisione diuinę essentię sequitur ē huiusmodi, ergo delectatio talis est optima, unde in ps. Adimplebis me læticia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua usq; in finē. Vbi Aug. sic ait: Adimplebis me læticia cum vultu tuo, ut nō ultra quæram aliud cū facie ad faciē videbo te. Et Alb. super illo verbo sic ait: Nō. n. dicit implebis, sed adimplebis, quia de infinito bono adiiciet eò q̄ mēsurā bonā, & cōfertā, & coagitatā, & superfluentē dabit, ut patet infra Mensura. Hæc B. Tho. 4. script. sent. dist. 49. delectatione, argu. 4. q. 3. in cor. q. Requi. supra Beatitudo.

Quod autē delectatio sit aliquod optimum probo tripliciter. scilicet singulari signo, generali dicto, finali bono. Primum hoc p̄bo singulari signo, quia. scilicet appetitus omnium, & conatus est ad delectationē habendā: unde per hoc, q̄ omnia appetūt, & quærunt delectationem est quoddam signum, q̄ aliququaliter delectatio sit optimum. Ex quo talem rationem formo: Illud quod omnes appetunt, & cum cuius contrario nihil est eligibile, viderur esse quid optimum, sed omnes, & pueri, & bestię, & omnes sapientes, & insipientes delectationem appetunt, nec aliquid esset bonum eligibile si esset triste, ergo delectatio est quid optimum. Secundò hoc idē probo generali dicto sic: Cōis fama, quæ. scilicet apud multos populos diuulgatur falsa esse non potest, sed communis fama est, q̄ omnes appetunt, & quærunt delectationem tāquam aliquod optimum, ergo &c. Hæc Phil. lib. 7. Ethic. ca. 23. ibi.

Delectatio ē aliquid optimum.

Delectatio felicitatis est optima.

Et prosequi autem omnia, & bestias, & homines delectationem tanquam optimum &c. B. Tho. in scrip. ibidem, lectio-
ne nona, in medio: ibi Et prosequi autē omnia quasi quærere omnia delectationem. Tertiò hoc idem probo finali, uel virtuali, & sublimi facto sic: Illud quod dicit, vel facit quietationem appetitus est aliquod optimum, sed delectatio est huiusmodi: quod patet, quia quærere quare aliquis velit delectari, est idem qđ quærere quare aliquis uelit appetitum suum quietari: quod idem est ac si quæreretur quare aliquis velit finem uoluntatis consequi. Vbi nota, qđ differt operatio a delectatione, quia operatio non importat de suo nomine rationem finis, vel quietationem in fine: & inde est, qđ magis quærimus propter quid operari vis quàm propter quid vis delectari. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 49. de delectatione, art. 4. q. 3. in sol. arg.

CAP. XIII.

13. **A**D maiorem tamen euidentiā prædictorum est sciendum, qđ ad beatitudinem requiruntur tria, scilicet visio Dei, tentio, delectatio. Primò ad beatitudinem requiritur visio Dei, quæ est perfecta cognitio Dei respondens, & succedens imperfectæ cognitioni, scilicet fidei. Secundò requiritur comprehensio, vel tentio Dei, quæ importat præsentiam Dei correspondens beatitudini speciei. Tertiò requiritur fruitio, uel delectatio quæ importat quietationem amantis in amato consequens dilectionem Dei.

Sed fortè quæres, quid est in beatitudine nobilius, vel principalius an delectatio de visione Dei, an visio Dei. Respondeo & dico, qđ istam quæstionem mouet Phil. in 20. Ethic. & eam insolutam dimittit. Sed si quis diligenter consideraret, ex necessitate oportet, qđ ipsa operatio intellectus, quæ est visio sit principalior, & potior delectatione, quod probo duplici ratione, scilicet ratione causalitatis, & affectionis. Primò ratione causalitatis sic. Causa nobilior est effectu: sed visio Dei est causa delectationis, quæ habetur de visione Dei, vel de Deo uiso, ergo &c. Secundò ratione affectionis sic: Illud qđ

principaliter affectatur, & quæritur est nobilius illo quod quæritur comitanter, vel consequenter, sed in beatitudine visio Dei principaliter quæritur: delectatio autem quæritur, ut concomitans visionē Dei, & confirmo hoc idem tertia ratione sic: Delectatio est quies appetitus in re delectante qua quis per operationem potitur: non autem aliquis appetit quietem in aliquo nisi in quantum æstimat sibi illud conueniens, & ideo ipsa operatio quæ delectat sicut quoddam conueniēs, & præcipuè visio dei, videtur per prius appetibilis quàm delectatio. Hæc B. Th. prima secundæ. q. 34. art. 1. arg. contra, & in cor. q. & iterum in scrip. sup. li. Eth. 10. c. 6. ibi Sensus autem omnes, in fine cap.

CAP. XIII.

14. **Q**UARTO dico, qđ delectatio est mensura, uel regula boni, & mali moralis, unde sicut in artificialibus. finis architectonicæ artis est ille ad quem respiciunt sicut ad quandam mensuram, vel regulam omnia, scilicet quæ sub illa arte continentur, ut verbi gratia. Sicut frenofactiua id est, ars quæ facit frena accipit regulam ab arte equitandi, quia ille, qui debet æquitare dat regulam frenofactori, & præcipit ei qualiter frenum faciat: & similiter ars equitandi accipit regulam ab arte militandi: & idem est in omnibus artificialibus in quibus artes inferiores accipiunt regulam a suis superioribus: Ita etiam in moralibus delectatio bona, vel mala est regula ad quā aspiciendo de bonitate, uel malitia alterius iudicium sumimus, quod probo ex quatuor, scilicet ex parte virtutis, operis, quietis, finis. Primò ex parte uirtutis, quia signum generati habitus boni, uel mali accipitur ex delectatione, uel tristitia, quæ superuenit operationibus. quod tripliciter probo scilicet per operandi modū, exēplū, & documentū. Primò per operandi modū, quia ante uirtutē facit hō sibi violentiam quandam ad operandum actus uirtutum, & ideo tales operationes aliquā tristitiam admixtam habent, sed post habitum uirtutis iam generatū huiusmodi operationes delectabiliter fiunt. Cuius rō est, quia habitus, i. uirtus i actus

per modum cuiusdam naturæ, ex hoc autem est aliquid delectabile, quod convenit aliqui secundum naturam. Secundò hoc idem probò per signum. Nam signum generati habitus est delectabiliter operari. Tertiò hoc idem probò per exemplum, quia ille est temperatus, qui in hoc gaudet, quod recedit a voluptatibus corporalibus, & ille est intemperatus, qui in hoc tristatur, quia operatur id quod suo habitui est contrarium. Et similiter ille est fortis, qui sustinet pericula delectabiliter, vel ad minus sine tristitia: specialiter enim in actu fortitudinis sufficit non tristiari, ut patet infra Fortitudo, & ille est timidus qui sustinet pericula cum tristitia. Quarto hoc idem probò per documentum. Oportet enim eum, qui ad virtutem tendit, statim a iuventute aliquantulum manu duci, ut de quibus oportet gaudeat, & tristetur. Et idem instructores iuvenum cum benefaciunt aplaudunt eis: cum autem malè agunt increpant eos. Causa autem omnium istorum est, quia omnis virtus mortalis est circa voluptates, & tristitias hoc modo scilicet principalis finis omnium virtutum moralium est delectatio, vel tristitia: hoc enim in omni virtute morali requiritur, ut aliquis delectetur, & tristetur in quibus oportet.

Secundò. Secundo hoc idem probò ex parte operis: quod sic patet: Nam virtus moralis ordinatur ad bene operandum: sed ad hoc requiritur delectatio, vel tristitia: non enim parum pertinet ad operationes, quod aliquis bene, vel malè gaudeat, vel tristetur: quia si gaudet, vel delectatur de bonis bene operabitur: si autem delectatur de malis malè operabitur: hæc Phil. lib. 2. c. 2. Signum autem oportet facere &c. & B. Th. in scrib. ibidem. lectione. 3.

Tertiò. Tertiò hoc idem probò ex parte quietis sic: Ille est bonus cuius voluntas quiescit in vero bono malus autem cuius voluntas quiescit in malo: sed delectatio est quies appetitus in bono existenti, vel apparenti, ergo ille est malus qui delectatur in malo, & Ille est bonus qui delectatur in bono.

Quarto. Quarto hoc idem probò ex parte finis sic. Ex fine cognoscitur præcipuè utrum voluntas sit bona, vel mala: sed delectatio est finis ad quem quilibet respiciens operatur & in quo quilibet appetitus quiescit.

Ita dicit Aug. super illud psal. Scrutans corda & renes Deus: finis curæ, & cogitationis est delectatio ad quam quis nititur pervenire: ergo si delectatio est bona, vel mala homo propter eam operans, & in ea velut in fine quiescens tanquam ex regula cognoscitur, & iudicabitur bonus vel malus: unde Philosophus. 7. Eth. dicit, quod delectatio est finis architectorum. id est principalis ad quem respicientes tanquam ad regulam &c. Hæc B. Th. 1. 2. q. 34. art. 4. arg. contra & in cor. q. & in sol. arg.

Sed forte argues in oppositum. scilicet quod delectatio non est regula operationis, & voluntatum bonarum, & malarum duplici ratione. Prima est talis. Illud quod est maxime irregulatum non regulat alia: sed delectatio est huiusmodi, ergo &c. Secunda ratio est talis. Multi sunt, qui non regulant operationes suas delectatione, sed potius lucro. quod patet, quia ad magnum lucrum multum operantur, ergo non videtur Philosophus verum dicere. Respondeo, & dico, quod quodlibet desideratum consequitur, delectatio quando habetur: sed non est eadem ratio delectationis in eo quod consideratur secundum sensum quod est bonum, ut nunc, & in eo quod desideratur secundum rationem quod est bonum simpliciter: & ideo dicitur, quod omnis operatio regulatur, vel mensuratur delectatione, sicut aliquid mensuratur, sine, quia ad multam delectationem aliquis multum operatur: & ad parvam delectationem parum, & similiter ad fugam maximam tristitiæ impeditur maxima operatio, & ad fugam parvam impeditur parva, & sic operatio mensuratur delectatione & tristitia, ut dicit commentator. Ad primam rationem respondeo, & dico, quod cursum quod habet aliquem modum recti potest regulari: & tale est delectatio: si enim aliquæ delectationes sint curvæ, tamen habent similitudinem veræ delectationis, quæ est in bono simpliciter. Ad secundam rationem respondeo, & dico, quod illi qui regulant operationes suas lucro mensurant operationes suas delectabili, quia bonum suum ponunt exterius, scilicet in lucro, & delectantur in ipso: hoc Alb. in scrip. super lib. 2.

Oppos.
quod delectatio
non sit regula
operationis
nam.

CAP. XV.

Quarto principaliter circa delectationem consideranda est eminentia. Vbi nota, q̄ una delectatio potest esse & iudicari nobilior, & perfectior altera duobus modis. Vno modo simpliciter, & secundum se, & sic delectatio spiritualis est potius corporalis. Alio modo secundum quid, & quò ad nos, & sic delectatio corporalis, uel sensibilis ē nobilior delectatione spirituali. Primò dico, q̄ simpliciter, & secundum se delectatio spiritualis est nobilior delectatione corporali: quod probo sex rationibus, scilicet ratione cognitionis, delectionis, electionis, coniunctionis, impermixtionis, durationis. Primò ratione cognitionis sic. Cognitionis est delectationis causa, ergò quantò cognitio est perfectior, tantò delectatio potior, sed cognitio intellectualis est perfectior quàm sensibilis, tū quia intellectus supra suum actum reflectitur: quod non facit sensus: tum quia per intellectum res intimius attingitur quam per sensum eò, q̄ intellectus attingit usque ad naturæ quidditatem, uel essentia rei, sensus uero sola accidentia apprehendit, & iò multo magis delectatio hō intelligendo quàm sentiēdo, ergo &c.

Secundo hoc idem probo ratione dilectionis sic. Dilectio est causa delectationis: ergo quante bonum aliquod magis diligitur, tanto habitum magis delectat: sed delectatio mentalis, uel intellectualis magis diligitur quàm sensibilis, uel corporalis, quod tripliciter probo. Primo auctoritate Aug. in lib. de ciuit. Dei qui dicit, q̄ nullus est qui magis non uellet carere uisu corporali quam uisu intellectuali, eo modo quo bestie, id stulti carēt. Secundo hoc idem probo signo. Nam huius signum est, quia uidemus, & homines etiam a maximis uoluptatibus se abstinere, scilicet corporalibus. ut non perdant honorem qui est bonum intellectuale. Et etiam incommoda temporalia sustinent, ut infamiam uident, & uictoriam habeant, quæ sunt perfectiones spirituales & nō corporales, ergo &c. Tertio probo hoc idem ex uerbo philosophi qui dicit in 1. s. de animalibus, q̄ magis diligit homo cognoscere aliquid de cælestibus quàm uis adit modicum, quam multa quæ de rebus alijs inferioribus apprehendit, &

cognitio quam habemus de substantijs spiritualibus cælestibus est nobis delectabilissima.

Tertio principaliter hoc idem probo ratione electionis sic. Quod est secundū si eligibile est nobilius quam quod est secundū se eligibile secundū accidens, sed delectationes corporales non sunt eligibiles hōi secundū seipsas, sed solum per accidens in quantum sunt medicinæ quædam tristitia prohibentes, & ideo appetendæ sunt seruata quadam mensura quam eis ratio præfigit, & si eam exceßerint noxiæ reputantur. Sed delectationes spirituales appetuntur secundum seipsas quasi homini connaturales, & non ut medicinæ cum non habeant tristitias contrarias, & ideo delectationibus spiritualibus nullam mensuram ratio præfigit, sed quanto sunt maiores, tanto sunt eligibiliores, ergo &c.

Quartò hoc idem probo ratione coniunctionis sic. Coniunctio boni est delectationis causa, ergo quanto bonum aliquod intimius coniungitur, tanto magis delectat. sed res spirituales intellectui intimius coniunguntur, quam res corporales apprehensæ per sensum, eo q̄ sensus consistit circa exteriora. s. circa accidentia rei, intellectus uero penetrat usq. ad essentiam rei, ut patet supra: ergo &c.

Quintò hoc idem probo ratione impermixtionis sic. Tantò delectatio est maior, & perfectior, quantò purior, sicut tantò aliquid est albius quātò est nigro impermixtius, sed delectatio corporalis habet admixtā tristitiā quæ ei cōtrariatur. delectatio autem spiritualis nō habet aliquā admixtionem tristitiæ quæ ei cōtrariatur: ergo delectatio spūalis est potior corporali.

Sextò hoc idem probo ratione durationis sic. Quantò bonū aliquod est diuturnius, uel permanētius, tantò magis delectat, sed delectationes spirituales sunt incorruptibiles, quia sunt circa spiritualia, & diuina q̄ sunt incorruptibilia: delectationes autem corporales sunt corruptibiles, quia sunt circa bona corporalia q̄ sunt corruptibilia, & cito deficientia, ergo &c.

Septimò hoc idem probo ratione quietationis sic. Delectatio est quies appetitus in bono conuenienti: ergo quantò bonum magis quietat, tantò magis delectat, sed delectationes spūales secundū se

magis

magis quietant appetitum quam corporales, eo quod delectationes corporales acquiruntur per motum qui lassitudinem causat, & ideo non habentur totæ simul, sed in eis aliquid transit, & aliquid expectatur consumandum, sicut patet in delectatione ciborum, & ueneriorum, delectationes autem spirituales, quia sunt absq. motu, neq. lassitudinem causant, & sunt totæ simul. Hęc B. Th. scri. sen. dist. 49. de delectatione, art. 5. q. 1. utrum delectationes corporales sint potiores spiritualibus. argu. 3. contra, in cor. q. in principio, & in sol. 2. arg. Et iterum prima secunda q. 3. 1. art. 5. sub eod. tit. in cor. q.

C A P. IIII.

Secundo uero modo loquendo de delectatione dico, quod delectatio corporalis secundum quid. i. quo ad nos est uehementior, & perceptibilior delectatione spirituali, quod probo quattuor rationibus. Prima est ex maioris perceptione, uel cognitione sic: Ad delectationem requiritur perceptio, uel cognitio convenientis: sed magis cognoscuntur a nobis corporales delectationes, quam spirituales, eo quod sensibilia magis sunt nota nobis, quam intelligibilia, & corporalia quā spiritualia, & inde est quod plures inclinantur ad delectationes corporales quam spirituales.

Secunda ratio est ex interiori dispositione. nā ex dispositione affectus ille qui corporalibus delectationibus est assuetus magis delectatur corporalibus delectationibus quam spiritualibus, uerbi gratia. Sicut. n. gustus infectus non percipit dulcedinem puram, ita etiam affectus nostri delectationibus corporalibus inquinati, delectationes purissimas. s. spirituales non possunt percipere: & ideo homines uirtuosi qui habent affectum a delectationibus corporalibus depuratum, magis delectationibus spiritualibus fruuntur: & unde & Philosoph. dicit 8 Ethic. quod illa est potissima delectatio quæ uidetur potior uirtuoso.

Tertia ratio est ex corporali transmutatione, quia ex delectationibus corporalibus sequitur corporis transmutatio, non autem ex delectationibus uel tristitijs spiritualibus, nisi sint adeo fortes, quod ex eis fiat redūdantia ad sensibilem appetitū, transmuta-

tiones autē corporales maximè percipiuntur. unde & delectatio corporalis magis percipitur quam spiritualis.

Quarta ratio est ex remedij collatione: quia delectationes corporales appetunt ut remedium uel medicinā præbentes contra molestias corporales: unde Aug. dicit 8 confes. quod gaudium, uel delectatio maior sequitur ubi maior molestia præcessit. In rebus autem corporalibus continuo molestamur per multiplices motus qui sunt cum labore, non autem in spiritualibus. unde dicit Philosoph. 7. Ethic. quod delectationes corporales appetuntur ut medicinæ quædam contra molestias corporales, & propter hoc iuuenes in quibus natura continue laborat ex augmento corporis, & alijs motibus magis afficiuntur ad delectationes corporales. Et similiter melancholici quorum corpus semper mordetur ex malitia complexionis sunt in uehementi appetitu delectationis, utpotè semper indigentes medicina, ut dicit Philo. 7. Ethic.

Si uero aliter uis procedere dicas, quod delectationes corporales quod ad nos sunt uehementiores, & maiores propter quattuor rationes. s. propter notitiam, indigentiam, efficaciam, impotentiam. Prima ratio est propter notitiam, quia plures sequuntur delectationes corporales quam spirituales, eo quod corporalia sunt pluribus, & magis nota. Secunda ratio est propter indigentiam, quia homines indigent delectationibus corporalibus: ut medicinis contra multiplices tristitias, & dolores, quod non faciunt delectationes spirituales cum tristitiæ admixtionem non habeant. Tertia ratio est propter efficaciam, quia delectationes corporales faciunt transmutationem in corpore & in mente: unde Philosoph. dicit 6. Ethic. quod concupiscentiæ ueneriorum manifeste corpus transmutant, & intellectum obnubilant & rationem impediunt. Ratio autem quare delectationes corporales corpus transmutant est in quantum sunt delectationes secundum partem sensitivam. i. appetitus sensitui. Ratio autem quare intellectum obnubilant est propter earum uehementiam: & ideo indigent reperiati, & refrenari per rationem. Delectationes uero spirituales de se neq. corpus transmutant, eo quod non sunt secundum partem sensitivam, sed

Quarta

Alia probatio.

secundū intellectūam. Et quāuis ad semētem rapiant, in nullo tamen impediunt, eò quòd delectationes spirituales sunt secundum mentem, quæ de seipsa est regula. unde secundum seipsas sobrie, & moderatæ sunt, & ideo eas refrenare non oportet, ut delectationes corporales. Hæc beat. Th. 4. scri. sen. dist. 49. de delectatione, art. 1. q. 1. in cor. q. in fine, & in sol. 4. arg.

CAP. XVII.

Quinta
pars tra
ctatus.

Quintò & ultimò principaliter circa delectationem cōsideranda sunt delectationis effectus, uel signa. scilicet gaudium, lætitia, exultatio, iocunditas. Ad cuius euidētiam nota tria. scilicet communitatem, varietatem, causalitatem. Primò nota communitatem. Hæc n. quinque. scilicet delectatio, gaudiū, lætitia, iocunditas, & exultatio hoc habēt cōmune, uel in hoc conueniunt, quia omnia causantur ex coniunctione perfectionis appetitæ, perfectio autem, alicuius boni conuenientis potest alicui coniungi duobus modis. scilicet realiter, & mentaliter. id est apprehensibiliter. Primo realiter, & tūc ex coniunctione reali perfectionis appetitæ id est boni conuenientis causatur, & consurgit delectatio. Secundo mentaliter, uel apprehensibiliter: & ex hoc causantur, & cōsurgunt alia quattuor. scilicet gaudium, lætitia, exultatio, & iocunditas. Ratio autem huius est, quia bonum nunquam causat delectationem nisi in quantum est cōiunctum realiter. Et similiter bonum nunquā causat alia quattuor nisi in quantum æstimmatur, ut coniunctum mentaliter. Secundo ex hoc nota uarietatis, quia delectatio differt a gaudio in tribus. Primò quia delectatio est de bono quod nobis realiter coniungitur, gaudium uero est de bono quod nobis mentaliter coniungitur, id est quod a nobis apprehenditur, uel cognoscitur inesse nobis. Secundo differt in tempore, quia delectatio semper est de præsentibus, de præsentibus. n. tantum delectamur, sed gaudiū est de spe futurorum, & memoria præteritorum. Tertio differt, quia gaudium sequitur rationem, delectatio uero sensum, unde delectatio est in animalibus. brutis non

autē gaudium: quod etiam patet p hoc, quia quandoq. aliquis sentit delectationē aliquam secundum corpus, de qua tamē non gaudet: Ita quod in plus est delectatio q̄ sit gaudiū, quia de omnibus de quibus est delectatio potest esse gaudium, sed nō e conuerso, ut patet de delectatione mentali, & corporali: unde Auicenna dicit in suo lib. de anima, quòd gaudium est quædam species delectationis. Tertiò nota causalitatem, nam alia tria nomina. scilicet lætitia, exultatio, & iocunditas sunt inuenta ab effectibus delectationis, & gaudij, quod sic patet. Primò. n. lætitia exprimit effectū interiorem gaudij: secundum quòd ipse affectus interior quasi roboratur, & perfectius ex coniunctione appetibilis dilatatur: unde & passio gaudij cum dilatatione cordis perficitur: dicitur. n. lætitia quasi lætitia. Secundo exultatio exprimit ulterius effectum gaudij exterioris prorumpentem in signum interioris gaudij: & dicitur exultatio ex hoc quòd gaudium est interius, & ad exteriora procedit quod ex magnitudine gaudij interioris contingit: unde in psal. Propter hoc dilatatum est cor meum, exultauit lingua. In quo uerbo dilatatio cōcupiscibilis exprimitur quantum ad duo. Primò quantum ad actum interiorem cordis dicens. propter hoc dilatatum est cor meum. Secundo quantum ad actum exteriorem locutionis cum subdit: Exultauit lingua mea; ubi Glo. sic ait: Hæc est plena lætitia, quæ etiam corde hilari percipitur, & alacri sermone profertur: unde Cassiodorus ibidem dicit, quòd exultatio est in magnis gaudiis. Tertio iocunditas ultra hæc duo importat effectum gaudij exterioris prorumpentem, qui non solum demonstrat exteriorius gaudiū, sed excitat alios ad gaudendum. Hæc b. Tho. 3. scrip. sen. dist. 49. de delectatione, art. 1. q. 4. utrum delectatio, & gaudium sint p nitus idem, in cor. q. Et iterum prima secundæ. q. 3. artic. 3. in corp. q. & in solution. 3. argum. unde in psal. Exultent, & lætentur in te omnes quærentes te & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum. In quo uerbo tanguntur. 12. bona contra 12. mala. Primò enim dicit: Exultent contra accidiam. Secundo dicit. Lætentur contra iram. Tertiò dicit: In te uel super te, non super aurum, uel argentum

explicat
illud ex-
ultet, &
lætentur
in te om-
nes.

rum contra auaritiā. Quartò dicit Omnes cōtra singularitatem, vel discordiam. Quintò dicit. Quærentes contra pigritiā. Sexto dicit Dicant cōtra raciturnitatem cōfessionis, & laudis. Septimò dicit semper contra interruptionem boni. Octauo dicit Magnificetur cōtra inuidiā. Nonò dicit: Dominus contra superbiam. Decimò dicit Qui diligunt contra odiū. Undecimò dicit Salutare cōtra mundi vanitatem. Duodecimò dicit Tuum cōtra diaboli elationem, vel inferni damnationē: vt exponit Hugo Cardinalis super verbū illud in postilla. Contrario autem quattuor sunt signa tristitiæ, vel doloris. sc. miseria, inuidia, anxietas, vel angustia, & accidia, vt patet infra Dolor. Req. ibi.

CAP. XVIII.

12.

DELECTATIO carnis. Quòd fælicitas hominis non consistat in voluptatibus, vel delectationibus corporalibus, vt quidam dixerunt probo per quattuor, quæ sunt de ratione fælicitatis. Nam fælicitas habet rationem vltimi termini: & formo sic rationem: Fælicitas est vltimus finis hominis: sed delectationes corporales ciborum, & venereorum nō sunt vltimus finis, sed ordinātur ad fines aliquos manifestos, sicut comestio ad cōseruationem corporis, & coitus ad generationem prolis: ergo &c. Secundò fælicitas in delectationibus corporalibus non cōsistit, eò q̃ fælicitas habet rationem boni proprii: & formo sic rationem: Fælicitas est quoddam bonum hominis proprium: sed delectationes carnales sunt communes hominibus, & brutis: bruta autem non possunt dici fælicia nisi abusiue, ergo &c. Tertiò fælicitas in bonis corporalibus nō cōsistit, eò q̃ fælicitas habet ratiōem optimi: vñ formo sic rationē: Fælicitas cū sit vltimus finis habet rationē optimi, ergo est ponenda in eo q̃ est in homine nobilissimum: sed delectatiōes corporales nō cōueniunt homini secundū id q̃ est in ipso nobilissimū. sc. s̃m intellectum sed s̃m sensū, ergo &c. Quartò fælicitas in delectationibus corporalibus nō consistit, eò q̃ fælicitas habet rationem p̃fectiui: sed hoc nō habet delectatio c̃ rporalis: quod

tali rōne ostendo, summa p̃fectio hominis, quæ est fælicitas nō potest esse in hoc q̃ rebus inferioribus, & vilioribus se coniūgitur: sed delectationes corporales in hoc consistunt, q̃ homo inferioribus, & vilioribus se cōiungitur sicut quibusdam sensibilibus, ergo &c. Et per hoc errores quattuor excluduntur, & reprobantur. scilicet error Epicureorum, cherintianorum, iudæorum, & saracenorum. Primò excluditur error Epicureorū in his voluptatibus fælicitatem hominis ponentiū, ex quorum persona dicit Salomon Ecc. 5. Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, & hoc ē pars illius, & Sap. 2. Vbiq; relinquamus signa lætitię nostræ quoniā hæc est pars nostra, & hæc est substantia nostra. Secundò excluditur error cherintianorum, qui in vltima fælicitate post resurrectionē mille annos in regno Christi secundū carnales ventris voluptates fabulantur esse futuros. Tertiò excluditur error iudæorum, & saracenorum quorum fabulę retributiones iustorū in p̃dictis voluptatibus ponunt: fælicitas. n. est uirtutis p̃mium. Hæc B. Tho. contra gen. lib. 3. ca. 35 q̃ impossibile est fælicitatem humanam consistere in delectationibus corporalibus in quattuor rationibus primis, & in fine ca. ibidem. Requ. supra Beatitudo, qualiter non consistit in delectationibus.

CAP. XIX.



SECUNDO præter rationes positas in cap. præc. ostēdo in p̃senti capitulo, q̃ beatitudo nō consistit in delectationibus corporalibus, vt q̃dā dixerunt: q̃ ad p̃sens p̃bo quattuor rōnibus. sc. rōne separationis, infectionis, læsionis. inquietationis. Primò rōne separationis sic: Beatitudo cōsistit in p̃fecta cōiunctione hominis ad Deū p̃ intellectū, & voluntatē, sed p̃ delectationes corporales inter omnia alia maximè hō impedit ne eius mens Deo cōiungat, eò q̃ in actu illo nō pōt intelligere, ergo &c. Secūdo p̃bo hoc idē rōne infectionis sic: Ex beatitudine cū sit summū bonū maximè beatus nobilitatur: ergo nō est beatitudo ponenda in illo quo maxime mens inficitur, & vilificat:

Excludit quattuor errores circa delectationē carnis.

61.

quod tripliciter probo. Primò rōne sic: Per illud hō vilificatur per quod inferioribus & vilioribus se rebus coniungitur: sed per delectationē carnis homo inferioribus, & vilioribus se cōiungitur. s. rebus sensibilibus, & à nobilioribus. s. intellectualibus, & insensibilibus separatur, ergo &c. Secundò hoc idē pro tali similitudine: Vide mus n. q. argentū existens medium inter aurū, & damnū: ex permixtione auri perficitur, & nobilitatur: ex permixtione autē dāni inficitur, vilificatur, & impurius redditur. Sic à simili anima nostra per cōtemplationem diuinorum Deo coniungitur, perficitur, nobilitatur, & beatificat: sed p delectationē carnis cōiungit rebus inferioribus, & vilioribus. s. actibus bestialibus à quibus vilificatur. Tertiò hoc idē pbo auctoritate Ezech. 16. Abominabile feci sti decorem tuū. s. cōtemplationē mētis per delectationem carnis. & Grego. in Moral. Infelix anima, quæ virtutē mentis ad transitoriā delectationē inclinat. Tertiò hoc idē pbo ratiōe læsionis sic: Beatitudo cū sit summū bonū hominis nō est læsina, sed perfectiua ipsius, ergo nō est fēlicitas ponēda in eo q. est impedimētum mentis, & læsiuum corporis, sed vsus delectationis corporaliū est impeditiuus ratiōis, & læsiuus corporis, ergo &c. Quartò hoc idē pbo ratione inquietatiōis sic: Beatitudo pfectē quietat, & satiat appetitum beati, ergo beatitudo nō est ponenda in illo q. nūquam quietat, vel satiat. sed magis accendit, & prouocat appetitū sed delectatio carnis semp prouocat, & nunquā satiat appetitū, ergo &c. Haec b. Th. contra gen. lib. 3. ca. 27. vt patet ca. p̄ce.

Quod autē delectatio carnalis nunquā satiat appetitum probo auctoritatē Salomonis Prouer. 30. vbi sic dicitur: Tria sūt insatiabilia, & quartū quod nunquā dicit sufficit: Infernus, & os vuluæ, & terra: quæ nunquā satiat aqua, ignis verò nūquā dicit sufficit. In quibus verbis quattuor p̄dicta insatiabilia exponunt. s. malitia, vel inuidia, luxuria, auaritia, superbia. Prima culpa insatiabilis est malitia, vel inuidia: vnde dicitur infernus, ad litteram. n. nunquam satiatur infernus, quia nō redūdat: Isa. 5. Dilatauit infernus animā suam, & aperuit os suū absq; vllō termino. Rō autē huius est duplex. Prima est ex parte dia-

boli, qui est insatiabilis propter eius malitiam, & inuidiā: non. n. diabolus satiatur animarum perditione: vnde glo. sup Lu cā sic dicit: Tormentum est diaboli ab hominis illusione cessare. Secūda est ex parte Dei, qui est insatiabilis ppter eius iustitiam, vt. s. insatiabili culpæ insatiabili correspondeat pœna. Apoca. 18. Quantū glorificauit se, & in delicijs fuit. Tertiò infernus est insatiabilis, q. non comedit nisi mortuos & damnatos ppter peccatū q. nihil est, & ideo satiari non potest. Secundum peccatum insatiabile est luxuria: vnde dicitur. Os vuluæ: nam vires fornicantium deficiunt, sed voluptas augeat. vnde Hiero. Voluptas habita famē nō saturitatem parit. Tertium peccatū est auaritia: vnde dicit, q. terra nunquā satiat aqua, sic auaritia nunquā satiat diuitijs. Assimilantur autem diuitiæ aquæ, eò q. diuitiæ labiles, vel fluxibiles ad modum aquæ nō satiant cor terreum. Quartum peccatum est supbia, vel ambitio: vñ dicit: Ignis verò nunquā dicit: sufficit: nā p ignē supbia, vel ambitio designatur. Cuius ratio est: quia sicut ignis semp sursum mouet, & super elementa cetera eleuatur: sic superbia, & ambitio super omnes vult esse, neq; ad modum ignis vnquā dicit, sufficit: quia si superbus, vel ambitiosus est episcopus vult esse archiepiscopus: & si archiepiscopus, vult esse Papa, quia nunquā dicit sufficit: Et q. honores, & diuitiæ nō sufficiunt ei cū sint vmbra, quæ nec replet neq; solidat. Req. infra Inuidia vel Malitia, & infra Luxuria, & supra Auaritia, & infra Superbia, & supra Ambitio.

De Derisione.

S V M M A R I V M.

- 1 Derisio est peccatum & quare.
- 2 Derisio aliquando est peccatum veniale, aliquando mortale.
- 3 Derisio propter contemptum, & nocumentū meretur pœnā eternā.
- 4 Aliqui derident Deum, quod grauissimum peccatum est.

Quatuor, q. satuari nō possunt, & eorū duplex expositio.

- 5 Derisio parentum est peccatū mortale.
- 6 Aliqui derident iustum simplicem, & est peccatum graue.
- 7 Tria specialiter deridentur.
- 8 Triplex damnum ex derisione causatur.
- 9 Vtrum derisionem sustinens mereatur.

C A P. I.



ERISIO. circa derisionem considerare debemus tria. scilicet de deformitatem culpæ, grauitatem offensæ, acerbiteriam pe-

nz.

Primò circa derisionem cōsiderare debemus deformitatē culpæ Est. n. derisio peccatum, & peccatum speciale. Primò dico, quòd derisio est peccatum: quod probō triplici ratione. scilicet ex intentione, ex læsione, ex modi assumptione.

Prima ratio est ex intētionē animi sic: Peccata verborum secundum intentionē proferentis præcipue sunt pensanda. Ex quo dicto formo sic rationem, Illud uerbum est peccatum quod ex corrupta, & mala intentione procedit. sed derisio est huiusmodi Nam derisio semper habet malam intentionem, ut statim patebit, ergo &c. Secunda ratio est ex illatione nocu menti sic: Illud est peccatum per quod infertur ex proposito alteri nocumentum: sed derisio est huiusmodi, quod patet, quia derisor intendit uerbis suis alium facere erubescere, ergo &c. Tertia ratio est ex assumptione modi sic: Si modus proferendi uerbum est, peccatum, & ipsum uerbum, uel locutio est peccatum: sed modus quē derisor tenet est peccatum. ergo ipsa derisio est peccatum. Nā derisor, qui uult aliū facere, erubescere duplicem modum tenet. Primò enim intēdit alios facere erubescere cachinis, uel uerbis, & talis modus propriè derisio appellatur. Secundò intendit alios facere erubescere naso, rugato, & talis modus dicitur subsannatio. Secūdo dico, quòd derisio est speciale peccatum ab alijs

peccatis linguæ distinctum, quod dupliciter probō, scilicet distinctione, & ratione. Primò distinctione, nā ita quattuor peccata linguæ. scilicet conuiciatio, detractio, susurratio, & derisio conueniunt in materia, quia omnes malum loquuntur de alio: sed differunt uel distinguuntur in fine, uel in intentione, quia aliam, & aliam intentionē habent: quod patet per singula. Primo. n. cōuiciator, intendit derogare honori, uel reuerentiæ, ut patet supra. Contumelia. Secundò detractor intendit derogare nomini seu famæ, ut patet infra Detractio. Tertiò susurratio intendit derogare paci seu concordia, uel amicitia, ut patet infra Susurratio.

Quartò derisor intendit derogare honori seu lætitiæ quam uirtuosus apud alios, & in sua conscientia habet de opere uirtuoso. Secundò ostendo hoc idem ratione sic, Virtuosus enim ex opere uirtuoso quod facit meretur duo, scilicet bonæ conscientia gloriā, & lætitiā apud seipsum, secundum illud. 2. ad Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostræ & famam, & reuerentiam apud illos. Et e contrario de opere uitioso homo meretur, scilicet ablationem lætitiæ in conscientia apud seipsum, & ablationem famæ, & reuerentiæ quò ad alios. Modo sicut contumeliosus, & detractor intēdunt dicere turpia per quæ apud alios tollatur hominis honor, reuerentia uel fama, ita derisor ad hoc dicit turpia ut hominis conscientia, & lætitiā, & gloriā apud seipsum tollat per quandam confusionem, & erubescētiā. Hæc bea. Tho. secunda secundæ. q. 75. art. 1. in cor. q. & in sol. 3. arg.

C A P. II.

Secundo principaliter circa derisionē considerare debemus grauitatem offensæ. Vbi nota, quòd derisio aliquādo est peccatum ueniale quandoq. mortale. Primò dico, quòd derisio est peccatum ueniale quod ex duobus cognosci potest, scilicet ex animo, & ex malo. Primò ex animo, quādo enim derisio ex malo animo, puta ex contemptu alterius non procedit, seu potius ex solatio, uel ex ludo, tūc derisio

Derisio
ē pētīn
distin
ctum ab
alijs lin
guæ.

Derisio
est pecca-
tum mor-
tale: du-
pliciter.

sio est peccatum veniale: secundò ex malo quod ex derisione infertur alteri: quando enim aliquis ponit, uel dicit in ludū, uel risum defectum, uel malum alterius quod est paruū, tunc etiam talis derisio est peccatum veniale, sicut defectus puerorum, uel stultorum parum ponderare solemus, ut de eius malo non sit curandum, sed pro ludo habendum. Secundò dico, q̄ derisio est peccatum mortale, & hoc duplici ratione scilicet ratione motiui, & debiti: primò ratione motiui, cum enim aliquis ex contemptu alterius alium deridet uel paruipendit, tunc ratione talis contemptus derisio est peccatum mortale, & tantò grauior quantò est maior contemptus: secundò derisio est peccatum mortale ratione debiti. Nam si aliquis deridet personam cui magna reuerentia, uel honor debetur, talis contemnens, & deridens eum qui est dignus magna reuerentia, & honore mortaliter peccat, & tantò derisio est grauius peccatum, quantò contemptus, uel reuerentia est maior: unde grauissimum peccatū est, primò deridere Deum & ea quæ sunt dei: unde dicitur Isa. 37. Cui exprobraſtis & quem blasphemasti, &c. & subditur: Ad sanctum Israel. Secundario uerò est parentum irrisio: unde prouer. 30. Oculum qui subsannat patrem & despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedent eum filij aquilæ, post hoc iustorum derisio qui honorem meretur & præmium: Iob 12. Deridetur iusti simplicitas, quæ quidem derisio est ualde nocua, quia per hoc homines a bene agendo impediuntur, secundum illud Gregor. Qui in aliorum actibus exoriri bona conspiciunt, mox ea amplius manu pestiferæ exprobrationis euellunt. Hæc b. Th. secundæ q̄ 75. artic. 2. utrum derisio sit peccatum mortale.

C A P. III.

Circa derisionem, tertio, principaliter considerare debemus quantitatem, seu acerbicatem pænæ. Nam derisio quæ fit in contemptū personæ, & in nocumentum reuerentiæ meretur pænā æternā, quod probò duplici ratione. Prima est ta-

lis: Omne peccatum mortale meretur pænā æternā: sed derisio duplici ratione est peccatum mortale, ut patet ca. præced. ergo derisio pænā æternā meretur. Secunda ratio est talis: Irridere Dei, est peccatores illusores æternaliter punire, sed Deus deridet illusores, ut dicitur prouer. 30. ergo &c. Tertiò probò hoc idem auctoritate psalm. Qui habitat in cælis irridebit eos: ubi Gloss. sic ait: Quòd derisio est insultatio, quæ fit bucca, & cachino immoderatam lætitiā denuntians, propter quod dicitur, qui habitat in cælis irridebit eos. Subsannatio uerò est insultatio quæ fit naso contracto, uel rugato: unde dicitur: Et dominus subsannabit eos. Hæc b. Th. secundæ q̄ 75. artic. 2. utrum derisio sit peccatum mortale, argum. contra. Quartò probò hoc idem alia ratione sic: Causa damnationis est peccatum mortale. sed de damnatis dicitur sapient. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum illudentes bonis signis, uerbis, & factis, & in similitudinem improprij, impropèrantes eis q̄ in hominem uilē, uel pauperem, & abiectum, & tandem crucifixum crediderunt; quod tamen non erat verum impropèrium, sed tantum similitudo improprij, ergo derisores bonorum æternaliter punietur a Deo, & ideo tales nō sunt deridendi, quia ibidem subditur. Et ecce quomodo computati sunt inter filios Dei q̄. Quicumque uiles: & abiecti deputabantur, & deridebantur in mundo computati, & numerati sunt inter filios, & sanctos Dei in cælo. Hanc rationē, & auctoritatem assignat Alexan. 2. parte sum. q̄ 75. arti. 2. utrum derisio sit peccatum mortale.

C A P. IIII.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorum circa derisionem considerare debemus tria. scilicet obiectum quod offenditur nocumentū quod incurritur, meritū quod acquiritur. Primo considerare debemus obiectū quod offenditur: nam aliqui derident Deū creatorem, patrem genitorē, iustum innocentem, & simplicē. Primò aliqui derident Deum creatorem: unde ipse dicit Hierem. 20. Factus sum in derisum tota

tera die, ideo subsannant me: & hoc est grauiſſimū peccatū. ſ. contemnere, & deridere Deum cui maximam reuerentiā exhibere debemus. Et ideo Iſaias abominatur & detestatur dicens 57. Super quem luſiſtis, & dilataſtis os, & eiecisti linguam ueſtram. Quæ uerba Gl. de Chriſto, & de iudeis exponens ſic ait: Super quē. ſ. ſuper Chriſtum. Luſiſtis conſpuendo in faciē, & euellendo barbā. Et ſuper quem dilataſtis os. ſ. clamantes: Crucifige crucifige eum: Lucæ 23. Et eiecisti linguam ueſtrā dicentes: Ioh. 8. Samaritanus es tu & dæmonium habes: in pſal. Poſuerunt in cælū os ſuum. Vbi nota, quod aliqui derident Deum in ſeipſo, & aliqui in effectu ſuo. Primò enim derident Deum in ſeipſo aliqui: & hoc duobus modis. ſ. illi qui ei non credunt, & illi qui iudicia Dei contemnunt. ut dicit Alex. parte ſum. q. 37. de deriſione, art. 3. quæ deriſio ſit grau. uſ. peccatum, in cor. q. Et de talibus dicitur pro uerb. 10. Parata ſunt iudicia deriſorib. & mallei percutiētes ſtultorum corporibus. Expositor: Parata ſunt a Deo iudicia. ſ. pænæ æternæ: Deriſoribus. ſ. qui nec Deo credunt uel Dei iudicia contemnunt. Sed quæ iudicia, & quæ pænæ? Bern. reſpondet dicens: Ibi erit mors corporis, & animæ ſi ne ſpe veniæ, & miſericordiæ: ſic. n. moriētur ut ſemper uiuant, ſic uiuent: ut ſemp moriantur: & ſubditur: Et mallei percutiētes. i. morſus, uel uermis conſcientiæ qui reprobos feriēdo æternaliter cruciabit; hi mallei parati ſunt corporib. ſtultorum. i. eis qui ſtulti uoluntatem carnis ſaluti animæ præpoſuerunt. Secundò derident aliqui Deum in effectu ſuo: & tales ſunt quatuor genera hominum: primò derident Deum qui uotum emiſſum non ſoluunt: Iſa. 28. Nolite illudere ne fortè ſtringantur uincula ueſtra, ſecundo derident Deū qui auditum uerbum Dei contemnunt, exemplo phariſeorum de quibus dicitur Lucæ 16. Audiebant hæc omnia phariſei, & deridebant eum; tertio derident Deum qui in cōfeſſione propositum peccandi non deferunt. Iſido. Irriſor eſt, & noſi pæniter qui adhuc agit quod pænitet: quarto derident Deum qui medicum in nomine dei petentem ad oſtium ſuum expectare faciunt, & poſtea dimittunt vacuum, & expellunt: Iſa. 28 Hæc eſt requies mea re-

ficere laſſum, & hoc eſt teſtimonium meū & noluerunt audire, & ideo ſequitur poſt hoc: Audite uerbum domini uiri illuſores.

CAP. V.

Secundo derident aliqui patrem genitorem. Vbi nota, quod poſt peccatū deriſionis Dei tenet ſecundum locum in grauitate peccatum deriſionis parentum, quia maior honor, & reuerentia poſt Deū debet parentib. a filiis exhiberi: & ideo parentum deriſio eſt peccatum mortale, ut dicit B. Tho. ſecunda ſecundæ q 79. artic. 2. utrum deriſio ſit peccatum mortale, in argum. contra, & in corp. q.

Quod hoc per hoc ibidem probat, & quia deriſio parentum punitur a Deo ut peccatum mortale: unde dicitur prouerb. 30. ſic: Oculum qui ſubsannat patrem, & deſpicit partum matris ſuæ ſuffodiant eum corui de torrente, & comedant eum filij aquilæ. In quibus uerbis tanguntur duo. ſ. deriſionis culpa & pænā primo tangitur duplex culpa. ſ. ſubsannationis exterior: unde dicit Oculum eius qui ſubsannat. i. qui per aeris attractionem & nariū rugationem aliquem deridet: pſa. Subſannauerunt ſubsannatione. & dicit: Patrem: uel cæleſtem, uel carnalem, uel ſpiritualem, in quo oſtenditur aggrauatio culpæ, quia ei debetur reuerentia, & non deriſio: Eccl 3. Ne gloriſ in contumelia patris tui. Requi. expo tionem huius in fine huius cap. ſecundò tangitur culpa deſpectionis cum dicit. Et deſpicit partum matris ſuæ. i. fratrem ſuum uterinum, uel deſpicit partum matris ſuæ. i. gemitus, & dolores quos habet mater filium pariendo: Ioh. 16. Mulier cum parit triſtitiam habet. ſecundò tangitur duplex pænā deriſionis. prima eſt eruitio oculi, ſecunda eſt deuoratio. Vel prima pænā eſt ſupplantatio culpæ in præſenti, ſecunda eſt plenā abſorptio pænæ in futuro, Prima pænā deriſionis eſt oculi eruitio: unde dicit: Suffodiunt eum corui de torrentibus. i. dæmones; nam dæmones aſſimilātur coruis triplici ratione. Prima eſt, quia coruus in ter imunda animalia reputatur: Leui. 14. ſic diabolus Lucæ 11. Cum immundus

exponit illud p uer. 30 oculum qui 2.

Triplici ratione dæmones aſſimilant.

Quartu or hoīū gña de ridētiū Deſi in ſuis effectibus.

dus spiritus. i. diabolus exierit ab homine
 &c. Secunda ratio est, quia coruus deuor-
 rat cadauera, ita diabolus ferentes pecca-
 tores. Deut. 22. Deuorabunt eos aues mor-
 su amarissimo. Tertia ratio est, quia cor-
 uus archa est missus, ita diabolus de cælo
 est eiectus: Gene. 8. Benè ergo dicit suffo-
 dianc eum corui. i. dæmones. quod exponi-
 tur tribus modis. primò sic, suffodiant eū
 dæmones. i. cadere eum faciant, de culpa
 in culpam, sicut qui supplantatur, & qui
 suffoditur cadit. Secundò sic: Suffodiant
 i. obtenebrent, & excæcent eum vt quanti-
 tatem peccatorum suorū non uideat neq.
 pēnam expectat. Tertiò sic. Suffodiant. i.
 mala morte eum de medio subtrahant, Ex
 subditur: Corui de torrentibus. s. mundi,
 & rerum mundanarum, quæ ad modum
 torrenti impetuose transeunt. Io. 16. Vo-
 catur diabolus princeps mundi huius. Se-
 cunda pēna est deuoratio, unde subditur.
 Et comedant eum. s. derisorem parentum
 filij aquilæ, i. dæmones: nam aquila dici-
 tur magnus, & primus diabolus, quia si-
 cut aquila altius cæteris uolat, sic ille luci-
 fer: Isaia 14. Ascendam in cælum, & simi-
 lis ero altissimo. Et ideò derisio, uel con-
 tumelia patris prohibetur Eccle. 3. Ne glo-
 rieris in contumelia patris tui: non enim
 est tibi gloriatio, sed confusio. Quod ver-
 bum exponitur duobus modis: primò sic:
 Ne gloriaris in contumelia. i. in confusio-
 ne patris tui. i. cælestis, uel carnalis, uel spi-
 ritualis. Dicitur enim cōtumelia defectus
 aliquis, uel nuditas, uel ebrietas, uel pau-
 pertas in quibus non debet aliquis gloria-
 ri, sicut fecit Cham qui risit quando uerè
 da patris sui uidit & non cooperuit: Gen.
 9. Et Absolon qui gloriabatur in confusio-
 ne patris sui Dauid, eum de regno eijcien-
 do, & concubinas eius cognoscendo 2.
 Reg. 16. Et subdit causam dicēs, quia igno-
 minia patris confusio est filij: ideò ait: Nō
 enim est tibi gloria, sed confusio addu-
 cens tibi ignominiam. s. contumeliā pa-
 tris tui. Et uerè non est tibi gloria, quia
 gloria hominis est ex honore patris sui,
 & dedecus filij si pater est sine honore, eò
 quòd defectus parentum. i. paupertas uel
 uilitas patris uertitur in dedecus filij, uel
 quia peccata parentum filijs improprian-
 tur: secundo modo exponitur sic: Ne glo-
 riaris in contumelia. i. in iniuria patris

tui. nam contumelia dicitur iniuria illa-
 ta uerbo patri: Req. infra Honor paren-
 tum: & infra Grauitas peccatum.

C A P. VI.

TERTIO derident aliqui iustū sim-
 plicem, ut dicitur Iob 21. Deridetur
 iusti simplicitas deridetur etiam iustitia
 in opere, & simplicitas in intentione.
 Quod quidem uerbum duob. modis expo-
 nitur. Primò secundum B. Greg. in mora-
 lib. illud uerbum Iob sic exponitur: Iusto-
 rum simplicitas deridetur, quia ab huius
 modi sapientia, puritas uirtutis: uel puri-
 tatis uirtus fatuitas creditur, omne enim
 quod innocenter agitur ab eis proculdu-
 bio stultum putatur, quicquid in opere ve-
 ritas approbat, carnalis sapientia fatuum
 putat. Secundo modo b. Tho. illud uerbū
 Iob: Deridetur iusti simplicitas, in postil-
 la quam facit super Iob exponit sic dicēs:
 Qui in uirtutibus superabundant, eos qui
 in uirtutibus deficiunt non irident, sed
 magis cōpatiuntur, & iuuant si possunt:
 sed illi qui abundat in temporalibus ma-
 ximè consueuerunt pauperes irridere, &
 præcipuè quando nō adhiberent studium
 ad temporalia acquirenda. Studium autē
 iustorum non est ad temporalia acquiren-
 da, sed magis ad uitæ rectitudinem cōser-
 uandam, unde a fraudibus, & dolis absti-
 nent, quibus plerunq. diuitiæ acquirun-
 tur, & ex hoc simplices reputantur, & sic
 deridentur: unde causa derisionis iustorū
 est simplicitas, cum tamen iusti ueram pru-
 dentiam habent, sicut patet infra Pruden-
 tia: unde derisio iustorum qui honorem
 uirtutis merentur, & præmium: post deri-
 sionem Dei, & parentum de quibus patet
 sup. graue peccatum, eò quòd derisio iusto-
 rum quamplurimum est nociua, ut dicit
 B. Th. secunda secundæ q. 7. art. 2. utrum
 derisio sit peccatum mortale, in cor. q. in
 fine. Requ. infra penul. ca. nocumentis
 quæ ex derisione proueniunt.

Quale
 sit studiū
 iustorū.

Lucifer
 aquilæ
 cōparat.

7. **S**I vero aliter vis pcedere dicas, quòd
 Stria specialiter deridere solent in mū
 do isto. s. paupertas, iniquitas aduersitas.
 Primò deridetur paupertas: Iob 30. Nunc
 quoq; .s. tempore paupertatis extremæ
 derident me iuniores tempore, quorum
 non dignabar partes ponere cum canib.
 gregis mei, quorum virtus manuū erat
 mihi pro nihilo, & uita ipsa putabantur
 indigni. In quo verbo peccatum derisio-
 nis ex quattuor aggrauatur. s. ex ætate, sto-
 lilitate, inutilitate, prauitate: primò ex
 ætate, unde dicit, Nunc autem derident
 me iuniores tempore quo. s. debent senio-
 ribus reuerentiam exhibere, & hoc est
 magnum peccatum quando qui debent
 reuerteri irridentur: Leui. 19. Coram ca-
 no capite confurge, & honora personam
 senis, & time dominum Deum tuū. Hu-
 iusmodi contrarium habetur 4. Reg. 2.
 de pueris qui irridebant Hælisum dicē-
 tes: Ascende calue &c. secundò aggrauat
 peccatum derisiones ex stoliditate, unde
 dicit: Quorum non dignabar patres po-
 nere cum canibus gregis mei. s. ad custo-
 diam ouium mearum q. d. Si filij qui me
 derident sunt stulti, neq; mirum, quia pa-
 tres sapientiores solent esse filiis, sed pa-
 tres istorū ita stulti sunt, q̄ nō dignabar
 eos ponere ad custodias gregis mei. Ex
 hoc patet filios esse stultos a parentibus
 stultis esse educatos, & instructos. Vel po-
 test dici, q̄ aggrauatur peccatum derisio-
 nis ex utilitate cū dicit: Quorū nō digna-
 bar patres &c. q. d. Illi qui me deridēt ita
 sunt uiles, q̄ canes mei, & pastores mei
 sunt eorum patribus digniores, ut osten-
 datur, q̄ stoliditas, & utilitas aggrauant
 peccatum derisionis: tertio aggrauatur
 ex inutilitate: unde dicit. Quorum virtus
 manuum erat mihi pro nihilo q. d. Vir-
 tus operum suorum nulla reputabatur mi-
 hi, & hoc est maximum peccatum. s. virū
 idest, omnibus inutilem irridere omnib.
 fructuosum: quarto aggrauatur ex prauita-
 te: unde dicit. Et uita ipsa putabantur
 indigni q. d. Non solum fuit in eis defe-
 ctus virtutis corporalis, sed etiam spiri-
 tualis, quia ipsa uita indigni erant. Gre.
 Indigni sunt uita, qui sub nomine Chri-
 sti militant contra nomē Christi, & hoc

graue peccatum & magnum damnum,
 quando non solum inutilis, sed etiā pec-
 cator, & malefaciens iustos irridet. Secū-
 dō deridetur iniquitas. Ita dicit psa. Lo-
 quens de peccatoribus: Omnes uidentes
 me deriserunt me: contra quod dicitur **exponit**
 Micheę 7. Ne læteris inimica mea, quia **illud**
 cecidi, & resurgam, cū sedeo in tenebris **Mec. 7.**
 dominus lux mea est. Quæ uerba reali- **ne læte-**
 ter sunt uerba Hierusalem ad babyloni- **ris.**
 cos qui erant inimici eius. Spiritualiter
 sunt uerba peccatoris conquiritis de il-
 lusore, & insultante: unde dicit: Ne læte-
 ris &c. In quibus uerbis tanguntur duo:
 primò dissuadetur culpa, ibi: Ne læteris,
 secundò assignatur causa, ibi Surgā &c.
 primò dissuadetur culpa, cum dicit, ne læ-
 teris, secundū Glo. Ne insultes mihi quia
 cecidi, uel a prosperitate in aduersitatem,
 uel a gratia in culpam. Et meritò, quia ut
 dicitur prou. 17. Qui in miseria lætatur
 alterius idest, qui gaudet in ruina, uel
 pēti, uel mortis, uel infortunij alterius,
 non erit impunitus. Et quare? certe quia
 ipsum gaudium de malo alterius est rui-
 na, quod patet ex sua causa, quia lætari
 de iniuria alterius ab odio, uel rancore,
 & inuidia procedit: potest tamen gaude-
 re si indignus cadat a promotione pro-
 pter bonum ecclesiæ, non autem si bo-
 nus Ecclesiast. 27. Laqueo peribunt qui
 oblectantur in casu iustorum: secundò
 assignatur causa quare non est lætandum
 alicui inimico propter eius casum, & est
 duplex: prima est liberatio, secunda est
 liberationis ratio. Prima causa est libera-
 tio, ibi Cecidi, & resurgam q. d. sicut cec-
 di in culpam Deo permittente, ita resur-
 gam a culpa in qua iaceo Deo miserāte
 & erigēte, in psal. Dominus erigit elisos.
 Non autem solum corporalis erectio est.
 a Deo: sed etiam spiritualis: Ezech. 18.
 Nolo mortem peccatoris, sed ut magis
 conuertatur, & uiuat: secundò ponitur li-
 berationis ratio, unde dicit: Cum in tene-
 bris, scilicet culpæ ignorantix sedeo, do-
 minus lux mea est, s. infundens gratiā, &
 expellens culpam. Sic enim anima pāni-
 tens sperare debet. q̄ a tenebris culpæ, &
 ignorantix illuminante Deo peruenit
 ad lumen gratiæ. Tertio diredetur ad-
 uersitas. Tren. 3. Factus sum in derisum
 oī populo Contra quod dicitur **Eccle. 7.**
 Ne

Exponit
 verbum
 Iob 30.
 nunc
 quoque

exponit
 illud
 Mec. 7.
 ne læte-
 ris.

Ne irrideas hominem in amaritudine animæ suæ, est qui humiliat, & exaltat circumspexit Deus. In quo uerbo tangit duo: primò prohibet, & excludit culpam, ibi Ne irrideas hominem, quia sicut dicitur prouerb. 19. Parata sunt iudicia derisoribus: secundo tangit derisionis miseri-
 am, ibi In amaritudine animæ suæ: qd' dupliciter exponitur Primò sic: In amaritudine animæ suæ id est siue sit infortunatus, siue afflictus, siue inimicus tuus. Iob. 31. Si gauisus sum ad ruinam eius q' me oderat, & exultaui cum inuenisset eum malum. q. d. non: secundo modo exponit sic: Ne irrideas hominem in amaritudi-
 ne animæ suæ. i. in culpa existentem: nā amaritudo animæ est peccatum. Eccl. 8. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes: tertio tangit huiusmodi duplicem causam. scilicet quare nullos prædictos debet deridere. Prima causa est, quia Deus hoc efficit: ibi Est enim qui humiliat & exaltat Deus Psal. Hunc humiliat & hunc exaltat q. d. Non debet homo laudari si exalteretur, neq' derideri si deiiciatur: quare? quia Deus est qui humiliat superbum iridentem, & exaltat humilem. Secunda causa est, quia Deus conspexit: ibi Circumspexit Deus qui ubique & undique videt: Eccl. 23. Oculi domini multò plus lucidiores super solum circumspicientes omnes vias hominum & profundum abyssi, & hominum corda intuentes. Si uerò aliter uis procedere in auctoritate ista dicas, q' Salomon prohibet ibi peccatum derisionis sex rationibus. Prima est, quia est tibi propinquus: ideo dicit: Non irrideas hominem
 Sex rationib. prohibetur derisio.
 Secunda est, quia afflictus: ibi In amaritudine. q. d. Sufficit sibi afflictio propria sine derisione tua. Tertia est, quia non solum corpus, sed etiam spiritus, ibi Animam suam q. d. debes a derisione cessare, eò qd' nō solum eius corpus, sed etiam eius spiritus est afflictus. Quarta est: quia a Deo est angustatus, ideo dicit: Est qui humiliat. Quinta est, quia a Deo est erectus, ideo dicit: Et exaltat.

Sexta est, quia est a Deo cognitus, ideo dicit

Circumspexit Deus.

CAP. XIII.

Circa derisionem, secundo, considerare debemus nocumentum quod incurrit. Nam triplex damnū ex derisione accidit. scilicet retractio a bono opere, retractio a perfectione uitæ, retractio a fide. Primū est retractio a bono opere. scilicet a bono penitentia: nam ille qui deridet nititur quantum potest retrahere illum quem deridet a bono opere. scilicet penitentia: unde Greg. Si qui fortè in aliorum actibus exoriri bona conspiciunt: mox ea manu pestiferæ exprobrationis euellunt. Secundum nocumentum est retractio a perfectione uitæ: unde illud psal. Tota die exprobrabant mala mihi inimici mei. Gloss. sic dicit: Quos diabolus aliter nequit perdere, arte quadam vult capere: facit enim irrideri penitentes, quasi iurent in eorum detestationem irrisores, qui laudabant eos dum eis erant seculares. Tertium nocumentum est retractio a fide: unde super illud psal. Repleti sumus despectione Gl. sic ait: Abundant passionem in quibus despecti sumus. Irridetur enim attentè, q' amat, q' sperat nō uisa: & ei dicitur: Quid credis insane, uides quod credis, reuersus est aliquis ab inferis, & retulit tibi, quid ibi agitur: ecce qd' ego amo uideo, & fruor, despiceris, quia speras quod nō uides: Hæc Alex. 2. parte sum. q. 17. de derisione, artic. 5. in cor. q.

CAP. IX.

Circa derisionem, tertio, principaliter considerare debemus meritū q' acquiritur, utrum uidelicet sustinens derisionem mereatur. Et dico q' derisio fit dupliciter: aliquando enim fit pro bono opere, aliquando uerò fit pro peccato. Primò enim illa derisio quæ fit pro opere uirtuoso si patienter sustineatur est meritoria. Et de talibus dicit Greg. Eò. scilicet intus robustius in Deo solidatur, quo foris nō inueniunt in quo requiescant. Et super illo uerbo Iohann. 11. Qui deridetur ab amico suo: Gl. sic ait: Illum facit humana derisio Deo proximum, quem ab huma-

De ioh. exponit illud psal. tota die exprobrabant.

nis prauitatibus uite innocentia seruat alienum. Secunda derisio quæ nascitur ex peccato non est meritoria. Et de talib. dicit Greg. Cum derisio ex culpa nascit, profecto nullum uirtutis meritum in derisione generatur: & iterum Greg. Sunt nonnulli quos humanæ derisiones deprimunt, & tamen diuinis auribus exaudibiles non sunt. Hæc Alex. ubi sup. art. 4. vtrū sustinēs derisionē mereatur, in cor. q.

De Descensu Christi ad inferos.

S V M M A R I V M.

- 1 Conueniens fuit Christum ad inferos descendere.
- 2 Ad quem locum inferni Christus descendit.
- 3 Christus descendens ad inferos, nō liberauit animas damnatas, neq. pueros qui descenderant in peccato originali, neque animas quæ erant in purgatorio, & quare.
- 4 Christus descendens ad inferos omnes visitauit, sed differenter. Quod sicut corpus Christi mansit in sepulcro per unam diem integram, & duas noctes, ita anima Christi mansit in limbo.
- 6 Propter quinque rationes Christus tanto tempore mansit in limbo ut in sepulchro.

C A P. I.



DESCENSUS Christi ad inferos. Circa descensum Christi ad inferos quattuor sūt notāda. s. cōueniētia descēsus, doctrina lītus, euidētia actus, pmanētia status. Primō circa descensum Christi ad inferos cōsideranda est cōueniētia

descensus. Conueniens. n. fuit Christum ad inferos descendere quattuor rationibus. s. ratione amicitie naturalis, iustitie generalis, regulæ exemplaris, uictorie triumphalis. Primō conueniens fuit Christum ad inferos descendere rōne amicitie naturalis sic: Lex enim naturalis amicitie exigit ut amicus uisitet amicum existentem in pœna, & liberet eum a pœna de qua se liberare non potest: sed sancti patres erant in pœna de qua se liberare nō poterant, neq. a creatura aliqua præter Christū: ergo &c. Vbi nota q. duplex est pœna. Prima est pœna damni. s. carentia uisionis diuinæ, & ab hac sunt liberati per passionem Christi, qua solutum est p̄cium. s. sanguinis Christi, unde statim uiderunt Deum. Secunda est pœna sensus, & ab hac liberari non potuerunt nisi per descensum Christi ad inferos. Cuius ratio est, quia pœna sensus non potest esse satisfactoria ubi non est status merendi: sed illi qui erant in limbo non erant in statu merendi, ergo pœna sensus nō erat satisfactoria: unde sicut Christum mori conueniēs fuit, ut nos a morte liberaret, ita fuit conueniens Christum ad inferos descendere, ut illos a descensu ad inferos liberaret. Et sicut uirtus passionis applicatur uiuentib. per sacra cōfigurantia nos passioni Christi, ita etiam uirtus passionis Christi applicata est mortuis per descēsum Christi ad inferos. Secundo fuit conueniens Christum ad inferos descendere ratione iustitie generalis: Iustitia. n. generalis exigit q. quando aliquis pro maleficio in carcere detinetur, soluto precio a carcere liberatur: sed sancti patres in inferno detinebantur pro peccato humanæ nature, igit cum in passione Christi pro illo peccato fuit solutum precium sanguinis Christi, conueniens fuit ut per suum descēsum ad infernū de inferno liberaret: unde Osæ 13. dicitur. Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferno. Quæ rat diuerba Greg. exponens sic ait: Ero mors tua o mors, quia Christus morte sua mortem destruxit: nam mors Christi mortē in electis omnino consumpsit aperiēdo ianuā uitæ æternæ. Et subditur: Ero morsus tuus inferno: dicit enim mors Christi morsus inferni, quia sicut morsus una partem capit aliam dimittit, sic Christus sua

sua morte, & descensu ad inferos electos inde eduxit, & reprobos dereliquit. Tertiò fuit conueniens Christum ad inferos descendere rōne regulæ exēplaris. Descēdit. n. Christus ad inferos, ut præberet nobis exēplum, q̄ nos frequenter ad inferos mentaliter descendere debemus pēnas æternas considerando, quia sicut multi a maleficijs retrahuntur magis timore pœnæ quā amore iustitiæ, ita multi a p̄ctō retrahuntur cōsiderando pēnas inferni. Vel ideo Christus descēdit ad inferos ut tantus esset Christi descensus, quātus fuit liberandorum casus, uel tantus fuit Christi descensus quantus fuit diaboli appetitus ascensus. Quartò fuit conueniēs ad inferos Christum descendere rōne victoriæ triūphalis. Cum. n. aliquis p̄fectè de hoste aliquo triumphauit, tunc eū p̄fectè sibi subiicit, & omnia eius quæ iniuste detinet eripit: sed Christus perfectè de diabolo triumphauit in deserto, in mundo, in patibulo: ergo oportet ut suam potentiam ostenderet in inferno, animas visitando, illuminando, & de manu dæmonis liberando: unde in ps. dicitur in persona Christi: Attolite portas principes vestras & eleuamini portæ æternales. Quod verbum s̄m Glo. ibid. sex modis exponitur: primò sic: O principes inferni attollite portas vestras. i. auferre p̄tatem vestram qua usque nunc in inferno animas detinebatis, secundo modo exponitur sic: O principes tenebrarum, qui primatum in omnibus quæritis attollite portas vestras. i. auferre actus cupiditatis, & timoris quibus impediuntur homines intrare cœlum, dum timent non timenda, & cupiunt nō cupienda, & tunc introibit rex gloriæ. i. Christus, tertio modo exponitur sic: O principes mundani attollite portas vestras. i. auferre uitia, & peccata quibus s̄t locus diabolo in cordibus hominum, & eleuamini portæ æternales. i. iustitiæ, charitatis, & pietatis, & introibit rex gloriæ. i. Christus, quarto exponitur sic: O principes. i. o iusti homines: Attollite portas vestras, quæ sunt intellectus, & affectus quas oportet attolli & eleuari & tunc introibit rex gloriæ, nisi enim istæ duæ portæ. s. intellectus, & affectus aperiantur, & eleuantur ad Deum per contemplationem, & dilectionem, non introibit rex

gloriæ. i. Christus, quintò modo exponitur sic: O principes idest, o fideles qui estis genus electum, regale sacerdotium, attollite portas vestras, idest ampliate bona opera per quæ Deus intrat, & sic introibit rex gloriæ. i. Christus, sexto modo exponitur sic: O principes cœli. i. virtute ministerio præcedentes Christum in ascensione ad alias virtutes cælestes clamantes ut viam domino venienti aperiant, eique occurrant dicentes: Attollite portas principes vestras. O principes attollite. i. reserate cœlestes aditus domino uenienti. Et eleuamini idest occurrite ei. Et introibit rex gloriæ idest, Christus. Sed quærent dicentes: Quis est iste rex gloriæ? Respondent eis quinque modis, primo quia ille qui intrat est dominus absolute omnium, secundo est fortis viribus, etsi cum gladio eum cæpistis, tertio quia est potens in prælio ubi contra diabolum pugnavit, & uicit, & si Pilato eum tradidistis. quarto quia est dominus virtutum idest, cœlestium angelorum, & infernorum. Nam in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, ut dicitur ad Philip. 2. Vel est dominus virtutum idest, gratiarum, & donorum, quia omnibus omnia dona largitur. In hæbreo autem habetur Dominus sabaoth, quod interpretatur exercituum, & militiarum. quinto q̄ talis rex est rex gloriæ. i. Christus, hæc in Glo. & Beat. Thom. 3. scrip. sent. dist. 22. de descensu Christi ad inferos, artic. 1. quæst. 1. in cor. quæst. Et iterum 3. parte sum. quæst. 52. artic. 1. in cor. q. & in solu. argument.

C A P.

II.

Secundo principaliter circa descensum Christi ad inferos cōsideranda est differentia situs, ut autem sciamus ad quem infernum Christus descendit, nota q̄ infernus pōt accipi tripliciter. s. ratione meriti, supplicij, loci. Primò enim si infernus accipiatur ratione, uel ex parte meriti sic: Existētes in peccato mortali dicunt esse in inferno, & dicuntur de inferno erui quando illuminati p̄ penitentiam cōuertuntur ad dominum de suis peccatis: unde in psal. Eruiisti animā meā de inferno inferiori. Secundo infernus secūsus

Quinta

Sexta.

exponit
illud ps.
attolite.Secūda
exposit.

Tertia.

Quarta

triplex
inferno
Primus.

Tertius
Loca
quat-
tuor in
inferno

accipit ratione supplicij, & sic infernus dicitur pœna æternæ damnationis de qua non est liberatio: unde, & demones existentes in isto aere caliginoso, dicuntur esse in inferno ratione pœnæ: quod Hiero. probat per exemplum de febricitante dicens, quod febricitas quanuis in lectis ponatur eburneis, feruorem tamen aut frigus multi laboris nequit euitare, ita demones etsi in templis, vel idolis aureis seu quocunq; modo per aerem vestri, igne tamen gehennali semper ardent, & ab hoc igne non potest aliquis separari. Tertio modo accipitur infernus ratione loci. Vbi nota, quod in inferno sunt quattuor loca. Est enim ibi locus inferni infimus scilicet locus damnatorum in quo principaliter sunt duo mala, scilicet pœna damni, & pœna sensus. Sunt enim. Primò ibi tenebræ quantum ad duo scilicet quantum ad carentiam visionis diuinæ, & quantum ad carentiam gratiæ, & vtraq; est pœna damni. Secundò est ibi pœna sensus: & hæc est multiplex, vt patet infra Infernus, & infra Pœnas inferni. Secundus locus inferni supra locum damnatorum est limbus puerorum, & in loco isto est pœna damni, sed non sensus. Sunt enim ibi tenebræ, tum propter carentiam visionis diuinæ, tum propter carentiam diuinæ gratiæ, & vtraque istarum est pœna damni, sed non est ibi pœna sensus, vel sensibilis, eò quod nō est ibi pœna ignis. Tertius locus inferni supra istum dicitur purgatorium, & in isto loco est vna pœna damni, & vna pœna sensus. Est enim ibi vna pœna damni inquantū est ibi tenebra quantū ad carentiam visionis diuinæ, sed non est ibi tenebra quantū ad carentiam diuinæ gratiæ. Et est ibi vna pœna sensus, scilicet pœna ignis. Req. in. fra Ignis purgatorij. Quartus locus magis supra istū est limbus sanctorū patrū. Et in isto loco est vna pœna dāni, q̄a est tenebra quantum ad carentiā visionis diuinæ, sed non quantum ad carentiam diuinæ gratiæ: neq; ibi pœna sensus: & ad hunc locū inferni Christus descendit solum, videlicet quantum ad locum, sed nō quantum ad experientiam tenebrarum.

Aia Xpi Ad cuius euidentiā nota duo. Primum quò ad est, q̄ anima Christi quantū ad essentiā

nō iuit, vel descendit ad infernū damnatorum, nec ad limbum puerorū non circuncisorum, nec ad purgatorium, sed nō descendit ad locum supremum, scilicet ad limbum sanctorū patrū vbi animæ sanctorū patrū detinebantur. Alio verò modo anima Christi, scilicet quantum ad suam virtutem, & efficaciam, & potentiam descendit ad omnes partes vel ad omnia loca inferni. Exemplo episcopi, q̄ secundū suam personam est tantū in vno loco, & nō in alio: secundum verò potentiam est in toto episcopatu, vt parebit sequenti ca. Secundum est, q̄ descendere ad infernū quasi sub potestate infernalium deductus in malum sonat, & hoc modo Christus non descendit ad infernū. Sed descendere ad infernū p̄ modum dominij hoc sonat in magnam dignitatem, quia Christus descendit ad expoliandū infernū per modum dominij. Et quia hoc est maximæ dignitatis, ideo hoc modo competit Christo descendere ad infernū. Hęc B. Thom. 3. scrip. sent. dist. 22. de descensu Christi ad inferos. art. 1. q. 2. vtrum Christus descendit ad infernū damnatorum, in cor. q. & ibidem in solu. 2. arg. & Alexand. 3. parte sum. q. 9 art. 4. in cor. q. per totum.

CAP. III.



TERTIO principaliter circa descensum Christi ad inferos cōsideranda est euidentiā, vel efficacia actus. Ad cuius euidentiā nota duo, primum est, quid Christus non fecit: secundum est, quid Christus fecit descendens ad inferos. Primò enim videndum est quid Christus nō fecit descendens ad inferos: non. n. Christus liberauit de inferno damnatos, nec liberauit pueros, qui decesserant cum Peccato originali: neq; animas quæ erant in purgatorio. Primò dico, q̄ Christus descendens ad inferos nō liberauit nec extraxit animas de inferno damnatorum: quod probo duplici ratione, scilicet ratione obstinationis, & in dispositionis. Primò ratiōe obstinationis sic: Pœna nō potest tolli remanente culpa, sed illi, qui sunt damnati in inferno sunt in malitia obstinati sicut, & demones: & ideo de

Effectus
aiæ Xpi
ad infe-
ros.

Pp pœna

pœna illa liberari non potuerunt: & hoc non fuit ex insufficientia liberantis, sed ex indispositione eorum, vt in secunda ratione patebit. Hæc B. Thom. in 3. scrip. sent. dist. 22. art. 2. q. 2. cor. q. per totum. Secundò hoc idem probò ratione indispositionis sic: Illi q. sunt indispositi liberari non possunt: sed qui sunt in inferno sunt huiusmodi, quod patet, quia illi, qui sunt in inferno, aut penitus fidem passionis non habuerunt sicut infideles: aut si fidem passionis habebant: nullam tamen conformitatem habebant ad charitatem Christi patientis: unde nec à peccatis suis mundati fuerunt, nec à reatu pœnæ infernalis liberati. Hæc, B. Tho. 3. parte sum. q. 5. 2. articu. 6. vtrum Christus descendens ad inferos aliquos damnatos ab inferno liberauit, in cor. q.

Qui de. quod Christus ad infernum descendens
cedit cū nō liberauit pueros, qui decesserant cum
pctō o- peccato originali: quod probò duplici ra-
iginali tione. Prima est talis. Nullus liberatur
nō ē mē per Christum nisi sit membrum [Christi:
brū Xpi. sed pueri decedentes cum peccato ori-
ginali nunquā fuerunt membrum
Christi: ergo &c. Quod autem tales nun-
quam fuerunt membrum Christi tali
ratione ostendo. Illi soli sunt membrū
Christi, qui per fidem, & charitatem pas-
sioni Christi coniunguntur, & per hoc
liberantur: sed pueri, qui cum peccato
originali decesserunt nullo modo fue-
runt coniuncti passioni Christi per fidē,
& dilectionem, quod patet, quia neq;
fidem propriam habere poterant, quia
non habuerunt vsum liberi arbitrij, neq;
per fidem parentū aut per aliquod fidei
sacramentū fuerunt à peccato originali
mundati, ergo: &c. Secunda ratio est talis:
Sancti patres ab inferno sunt liberati p
hoc, q. sunt ad gloriā diuinæ visionis ad-
missi ad quā nullus potest venire nisi p
gratiam, secundum illud Apol. ad Rom.
6. Gratia Dei vita æterna. Cum ergo pue-
ri cū peccato originali decedētes gratiā
non habuerunt, non fuerūt ab inferno li-
berati. Si uero hanc ratiōem breuius uis
formare dicas sic: Post hanc uitam nō da-
tur gratia alicui non habenti in uita cum
decedit: sed pueri nō habuerunt gratiam
cum decederent, uel cū uiuerent in hoc
mundo: ergo non potest eis dari post ui-

tam, & ita non possunt educi ad gloriā.
Hæc Bea. Tho. 3. scrip. sent. distinct. 22.
art. 2. q. 3. in duobus arg. contra, & in cor.
q. Tertiò dico q. Christus ad inferos de-
scendens nō liberauit animas, quæ erant N
in purgatorio, & quamuis hoc non inue- rau
niatur determinatum à sanctis, tamen p
nir
babiliter potest dici, q. eas non liberauit: pur
quod probò duplici ratione. Prima est ta- rio, i
lis: Passio Christi eandem virtutē habet cund.
modo quā tunc: sed nunc uirtute passio- quosd
nis nō liberant omnes animæ, quæ sunt libera-
in purgatorio, ergo nec tunc. Secunda uite eas q
ratio est: Peccatum actuale oportet, q. uel satis iam
per actū proprium purgetur, uel per actū purgata
alterius specialis personæ agentis pro ip- erant, &
so. In purgatorio autem non potest culpa secundū
expiari per actum proprium meritoriū, aliquos
quia nō sunt in statu merendi: unde oportet
tet, q. expietur eorum culpa per pœnam gatoriū
quam ipsi sustineant, nisi p suffragium euacua-
eorum, qui sunt in statu merendi liberen- uit. Vi
tur. Passio autem Christi immediatē re- de Biel.
mouit impedimentū ex peccato origina-
li proueniens quod ex altero est contra-
ctum sed ad remouendum pœnam debi-
tam actuali peccato quod quisq. ex se ipso
commisit pringit eius efficacia median-
te aliquo sacramento circa personā exhi-
bito. Si autē alig in uita sua hoc merue-
runt ut per passionem Christi liberaren-
tur, uel hoc ex speciali gratia fuit, quod il-
li, qui in purgatorio inuenti sunt absolu-
ti sunt per passionem Christi. Hæc Bea.
Thom. 3. scrip. sent. distin. 22. ar. 3. q. 4.
utrum Christus ad inferos descendens,
&c. in cor. q. & 3. parte sum. q. 5. 2. ar-
tic. 8.

CAP. IIII.



SECUND O uidentum est
qd Christus ad inferos descē-
dens fecerit. Et quantum ad
hoc dico, q. Christus descēdēs
ad inferos omnes aliquāliter uisitauit, di-
uersimodē tamen: q. patet, quia quosdā
ad suam illuminationem, latificationē,
uel consolationem, uel liberationē uisita-
uit: quosdam uerò ad suam cōsutationē.
Nam Christus sanctos patres, qui p pec-
cato originali detinebantur illuminauit,
latificauit, & liberauit. Primò dico, quod
san

Xps in limbo illuminauit patres. sanctos Patres Xps descendens ad inferos, & in mente interius, & in exhibitione exteriori lumine glorie suae illuminauit. Cuius ratio est, quia sicut Christus a sanctis patribus qui erant in limbo omnes tenebras exteriores expulerat per demonstrationem suae diuinitatis, ita conueniens fuit ut per praesentiam suae humanitatis quantum ad animam tenebras etiam exteriores ab eis extraheret locum illuminando. Sed forte quaeres, utrum locum damnatorum illuminauit sicut locum, vel limbum sanctorum patrum. Respondeo & dico, quod non. Cuius ratio, quia sicut pena ignis, quae est pena inferni in quantum agit sicut instrumentum diuinae iustitiae, non affligit nisi eos, qui habent reatum penae et si aliquis alius ibi esset: ita lux illa, ut instrumentum diuinae misericordiae agens illos tantum inanit exteriori, qui interius illuminati erant, & sic non illuminauit daemones, vel damnatos. Hae B. Tho. 3. scri. sent. dist. 22. art. 1. q. 1. in cor. q. & in sol. 2. arg. Secundum Christum descendens ad inferos sanctos patres iustificauit. Vbi nota, quod illi, qui erant in limbo duos dolores, uel penas habebant. Vnus dolor erat ex passione praesentis penae quam homines patiuntur pro peccato actuali, secundum illud ps. Dolores inferni circūderunt me. Et istum dolorem penarum Christus soluit, vel remouit praeseruando ab eis, sicut medicus dicitur soluere morbum a quo praeseruat per medicinam. Alius dolor erat in eis ex dilatione. scilicet paratē glorie, secundum illud Prouer. 13. Spes quae differtur affligit animam. Ad quod signum dicit Aug. in sermone de passione, quod lachrymabili obsecratione Christum orabant. Et istos dolores causatos ex dilatione glorie Christus soluit gloriam praebendo. Et hoc duobus modis, scilicet in re, quia actualiter Dei essentia fruebatur: & in spe, quia Christus spem glorie eis dedit, ex cuius spe sancti habebant gaudium, secundum illud Iohannis. 8. Abraam pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est. 3. parte sum. q. 25. artic. 3. in solu. 2. argu. & iterum art. 5. in solu. 1. arg. per totum. Tercio dico, quod Christus descendens ad inferos omnes sanctos patres, qui erant in limbo detenti liberauit. Cuius ratio est, quia ex

peccato personae, & naturae, vel proprio, & alieno. scilicet ex peccato actuali, & originali homo duas penas incurrit. scilicet dissolutionem corporis, & priuationem diuinæ visionis, ut patet ex his, quae dicuntur Gen. 2. & 3. ubi dicitur, quod Deus post peccatum hominem de paradiso eiecit, cui ante peccatum mortem comminatus fuerat si peccaret. Christus autem descendens ad inferos virtute suae passionis, & a morte eripuit, & ad Dei visionem (in qua perfecta hominis beatitudo consistit) perduxit. Vbi nota, quod post passionem Christi anima eius statim ad infernum descendit, & fructum suae passionis exhibuit, scilicet quod ad illuminationem, consolationem, uel confortationem, & mortis absolutionem, non tamen quod ad praesentem liberationem statim inde animas sanctorum patrum de loco isto extraxit, quia praesentia Christi ad cumulum glorie pertinebat, sed quando celum ascendit. Hae Beat. Thom. 3. parte sum. q. 25. artic. 5. in cor. q. & in solu. 3. argument. Sed forte dices, quod Christus descendens ad inferos liberauit de quolibet loco, vel statu infernalium aliquos: quod probabili ratione, Christus in utroque tam in inferno quam in mundo operabatur per potentiam suae diuinitatis: sed in hoc mundo existens de quolibet statu aliquos liberauit ergo existens in inferno liberauit etiam aliquos de statu damnatorum. Respondeo & dico, quod Christus uirtute suae passionis liberauit a peccato mortali eos, qui sunt in uia: & hoc duobus modis scilicet, uel ut non committant, uel ut a commisso absoluantur si uelint. Non autem liberauit eos, qui iam cum peccato mortali decesserunt, quibus debetur iste locus inferni. Quod autem non sunt liberati de quolibet statu infernaliū sicut sunt liberati de quolibet statu mundanorum hoc non fuit propter impotentiam Christi: sed propter diuersam dispositionem utrorumque quia homines quandiu uiuunt possunt ad fidem, & charitatem conuerti. Cuius ratio est, quia in hac uita non sunt homines confirmati in bono, uel in malo sicut post exitum ab hac uita. Hae B. Th. 3. scri. sent. di. 22. ar. 1. q. utrum Christus descendit ad infernum damnatorum, in solu. 1. arg. Sed forte argues, quod Christus debuit usque

Nemine liberauit de loco damnatorum.

ad infernū dānatorū descēdere tali ratione: Ascēsis Christi correspōdet suo descē-
sui, quia qui ascendit ipse est, qui descen-
dit, ut dicit A post. ad Eph. 4. sed ipse ascē-
dit super omnes cēlos: ergo debuit usq.
ad infernum infimum descēdere. Respō-
deo, & dico, q̄ ascensio Christo congruit
Christo ratione sui, & ideo quia est altis-
simus super omnes cēlos ascendere de-
buit, sed descendere non competit sibi ni-
si pro nobis, & ideo tantum descēdit quā-
tum nostræ liberationi expediebat: unde
quia damnati non fuerunt dispositi ut li-
berarentur, ideo Christus ad infernum
damnatorum personaliter non descēdit,
vt dicit B. Th. 3. scrip. sen. ubi sup. imme-
diatē, in sol. 2. arg. Pater igitur ex præmis-
sis, q̄ Christus secundum animam in lim-
bo sanctorum patrum existens tria fecit.
Primò. n. illuminauit sanctos patres, qui
erant in limbo interius quò ad intelle-
ctum, & exterius quò ad locum. Secundò
confortauit etiam eos, qui erant in purga-
torio spem gloriæ eis dando. Tertiò con-
futauit eos, qui erant in inferno de sua in-
credulitate, & malitia arguendo.

CAP. V.

Quartò & ultimo circa descensum
Christi ad inferos considerata
est permanētia status, scilicet quā-
to tempore anima Christi fuit in limbo,
vel quantum moram traxit ibi. Et quantū
ad hoc respōdeo, & dico, q̄ ibi stetit usq.
ad horam resurrectionis suæ. Cuius ratio
est, quia cum anima, & corpus habeant
proportionem ad inuicem, tam diu ani-
ma Christi māsit in limbo, quam diu cor-
pus Christi fuit in sepulchro: corpus autē
Christi remansit in sepulchro per diem
integrum, & duas noctes, unde, & tantū-
dem credendum est animam eius fuisse
in inferno. Sed fortē argues, q̄ anima
Christi non fuerit tanto tempore in in-
ferno tali ratione. Anima Christi non po-
tuit simul esse in diuersis locis, scilicet in
paradiso, & in inferno, sed Christus secū-
dum animam in die mortis fuit in para-
diso: quod patet, quia in cruce pendens
dixit latroni: Hodie mecum eris in para-
diso, ergo uidetur q̄ illa die exierit de in-
ferno, & sic non fuerit in inferno, tribus

diebus. Respondeo, & dico q̄ triplex est
paradisus. Vnus est corporalis terrestris
in quo Adam positus. est. Alius est corpo-
ralis cælestis. s. cælum empyreum de quo
lucifer cecidit. Tertius est spiritualis, scili-
cet gloria de uisione Dei, & de isto paradi-
so intelligitur quod dominus dixit latro-
ni: Hodie mecum, &c. quia statim peracta
passione, & ipse latro, & omnes, qui erant
in limbo sanctorum patrum Deum per
essentiam uiderunt. Hæc B. Th. 3. scripto
sen. dist. 22. art. 2. q. 3. in cor. q. & in solut.
3. arg. & 3. part. sum. q. 52. art. 4. in cor. q.
& in sol. 3. arg.

CAP. VI.

Ad euentiam autem tertij capit. est
sciendum, q̄ corpus Christi fuit in
sepulchro per unam diem integram na-
turalem, & per duas noctes. Et toto isto tē-
pore anima Christi fuit in limbo, quod
Christus fecit propter quinque rationes,
scilicet propter figurationem, contem-
plationem, probationem, significationē,
potentiæ ostensionem. Prima ratio, est,
propter figurationem. Nam hoc figura-
tum fuit in ueteri testamento, scilicet in
Iona. de quo dicitur Matth. 12. Sicut fuit
Jonas in uentri cæti tribus diebus, & tri-
bus noctib. sic erit filius hominis in cor-
de terræ: ubi Chrysos. sic ait: Ionas fuit in
uentre cæti verē, & non fantasticē, pro-
pter quod manifestum est, q̄ filij diabo-
li sunt Marcionem sequentes, qui passio-
nem Christi, & sepulturam esse fantasti-
cam asserunt. Et Rabanus ibidem: Piscis
qui Ionam deuorauit in pelago signat
mortem, quā Christus passus est in mū-
do. Et subdit. Tribus diebus, & tribus no-
ctibus fuit Ionas in uentre cæti, & Chri-
stus in sepulchro: ille eiectus est in aridā:
iste surrexit in gloriam. Secūda ratio est
propter scripturæ completionem, ut pro-
phetia impleret: Osee. 6. Viuificauit nos
post dies duos, & die tertia suscitauit nos.
q̄ uerbū exponitur tribus modis. Primò
de Christo sic: Primus dies est incarnatio-
nis, secūsus est passionis, tertius iudicij,
in quo oēs suscitabuntur. Secundo modo
exponitur sic: Tres dies quibus suscita-
tur Lazarus mortuus. Io. 11. in primo die

Sepul-
tu-
ra Xpi
in Iona
figura-
ta est, de
tribus
autē die-
bus qui-
bus Xps
māsit ī
sep. uidē
origenē
sed me-
lius di-
cit Pa. d.
Pala. in
Matth.

uenit foras, in secundo soluitur, in tertio abire sinitur. In primo istorum fit lux, in secundo firmamentum, in tertio producit terra herbam uirentem. Tertio modo exponitur sic. Primus dies est contritionis, secundus confessionis: tertius satisfactio- nis, quo parentes inuenerunt Jesum. Tertia ratio est propter probationem, quia sicut in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum, ut dicitur Matth. 18. sic in tribus diebus probatur uera mors Christi. Quarta ratio est propter significationem. Nam super illo uerbo ad Ro. 6. Hoc scientes, quia uerus homo noster crucifixus est ut destruat corpus peccati, dicit Aug. quod una die, & duabus noctibus in sepulchro iacuit, ad significandum quod lux suae mortis curauit nostram duplicem mortem, unde dicit, quod sua simplici uetusta te nostram geminam tulit: quod probat, quia culpam Christus deleuit, & pœnam. Primò culpam. s. praeitam, praesentem, & futuram, nam praeterita peccata tulit ipse pro nobis ea remittendo: peccata praesentia tulit homines ab eis retrahendo, & iterum remittendo: peccata uero futura tulit non ea remittendo, sed gratiam quae uirtutibus conferendo, ergo futura tulit, quia ut non fierent fecit. Pœnam similiter consumpsit, quod sic probo: Nam duplex est pœna. s. gehennalis, & temporalis. Pœnam gehennalem Christus prorsus deleuit ut eam non sentiant uere penitentes. Temporalem uero nondum penitus tulit: manet. n. fames, sitis, mors, & huiusmodi: sed regnum, & dominium eius eiecit, & tandem in nouissimo eandem pœnitentia ex terminabit, sicut aliquis capiens hostem atrocissimum non statim interficit eum, sed patitur eum cum dedecore, & dolore aliquantulum uiuere: ita etiam Christus pœnam prius quasi alligauit, in futuro autem perimet eam. Hæc Aug. in Glo. super illo uerbo apostoli ad Rom. 6. Hoc scientes &c. Vbi nota secundum Aug. 4. de trini. quod corpus Christi in sepulchro fuit una die integra, & duabus noctibus. s. tota die sabbati integra, & tota nocte sequente. s. diem praecedentem dominicam. Et quia ibi fuit tribus diebus, ut saluetur articulus fidei qui dicit. Tertia die resurrexit a mortuis. Primus dies computatur ab hora nona feriæ sextæ qua est mortuus:

& accipitur ibi dies per synodochen. s. pars diei pro toto. Secundus dies intelligitur cum uiginti quattuor horis naturalibus scilicet nocturnis, & diurnis: & est integra.

Tertius dies intelligitur nox sequens sabbatum. Nam in diluculo ante lucem surrexit. s. antequam esset clara dies. in diluculo enim adhuc non est clara dies. Vbi sciendum est quod ante passionem Christi dies praecedebant noctem, ad designandum, quod homo per peccatum cecidit a luce gratiae in noctem culpæ: modo autem. s. post passionem Christi nox praecedit diem, quia passio Christi reducit nos a tenebris ad lucem, unde Aug. 3. de trini. sic ait: Sicut enim tunc primi dies propter futurum hominis lapsum a luce in noctem: ita nunc isti propter reparationem hominis a tenebris in lucem computantur.

Quinta ratio est propter potestatis suae ostensionem, quia si statim resurrexisset, non uideretur habere potestatem ponendi animam suam sicut resumendi eam: Hæc Alexander 3. parte summæ q. 9. articulo 16. utrum die tertia Christus debuerit resurgere, in corp. q. Require infra Resurrectionio.

Dies ante passionem Christi noctem praecedebat.

De Desperatione .

SUMMARIUM.

- 1 Desperatio uel est peccatum uel pœna peccati.
- 2 Desperans habet falsam opinionem de quattuor.
- 3 Peccatum desperationis secundum se est: leuius peccato infidelitatis, & odij Dei, sed quò ad nos peccatum desperationis est periculosius.
- 4 Desperatio ex quattuor peccatis oritur.

C A P. I.



DESPERATIO. Circa desperationem considerata sunt tria. scilicet falsitas opinionis, grauitas offensionis, causalitas originis. Primò circa desperationem considerata est falsitas opinionis: ut .n. Aug. dicit in lib. unde malum, optimum de Deo æstimare verissimum est pietatis exordiū, vera autem æstimatio intellectus circa Deum est, quòd ex ipso prouenit homini salus, & uenia peccatorib. datur, secundum illud Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Per oppositum autem falsa opinio, vel æstimatio intelle-

Differē ctus circa Deum est, quòd peccatori penitenti ueniam deneget, vel quòd peccatores spem, & per gratiam uiuificantem ad se non conuertat. Inter spem, & desperationem prædicta differentia inuenitur, quòd spes habet ueram æstimationem intellectus circa Deum, & ideo est stabilis, & uirtuosa: desperatio uerò falsè de Deo æstimans est uirtuosa, & peccatum. Quòd .n. desperatio falsè de Deo æstimet, uel opinetur tali ratione ostendo: Considerat. n. aliquis duo bona. scilicet timorem diuini iudicii, & horrorem peccati proprii, quibus bonis si benè uteretur nec desperaret nec unquam peccaret: sed quia prædictis bonis quis malè utitur, ideo ex timore Dei, & ex horrore peccati proprii occasionem accipiens desperandi, auertitur per desperationem a bono incommutabili. Si quis. n. desperat de eo quod non est natus adipisci, uel de eo quod non est debitum adipisci, desperatio talis non est peccatum: ut uerbi gratia: Si medicus desperet in curatione alicuius infirmi, uel si aliquis desperet se fore diuitias adepturum non peccat, & hoc propter impossibilitatem consequendi.

Sicut damnati desperant se beatitudinem consequi, desperatio non computatur eis ad culpam, quia sunt in statu desperandi propter impossibilitatem reditus ab beatitudine: unde damnatorum desperatio non est culpa, sed pars damnationis eorum. Sed quia homo in uia natus est consequi uitam æternam, & est possibile adipisci, ideo falsè æstimando, & opinando de Deo, & per consequens desperando

grauissimè peccat. Hæc b. Tho. 2. 2. q. 20. artic. 1. utrum desperatio sit peccatum, in cor. q. & in sol. 2. & 3. argu.

C A P. II.

A D maiorem tamen euidenciam præcedentis c. est sciendum, quòd desperans habet falsam æstimationem vel opinionem de quattuor. scilicet de Dei misericordia, potentia, omnipotentia, malitia propria. Primò habet falsam opinionem de Dei misericordia in quantum non credit, quòd Deus misereatur ei, desperat: unde Ambro. in Homel. super illud Lucæ. 2. Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetauit dicēs: Benedictus &c. Vide quàm bonus Deus, & facilè indulgēs peccatis, nō solum ablata restituit: sed etiam insperata concedit. Ille dudum mutus prophetauit, hic enim gratia Dei maxima cum quem negauerat confitetur.

Nemo ergo diffidat: nemo ueterum conscius delictorum præmia æterna desperet: nouit dominus mutare sententiam si tu noueris emendare delictum. Re. infra Prophetia quomodo Deus mutat sententiam non consilium, secundum Gre. c. 34. & 35. Secundò habet falsam æstimationem de Dei potentia, quia interdum per desperationem homo in hoc peccatū cadit, ut non tantum desperet de Dei misericordia, sed etiam de potentia dimittendi peccata, quia putat Deum non solum, nolle dimittere peccata, sed etiam non posse remittere.

Tertiò desperatio seu desperans interdū per falsam æstimationem de Dei omnipotentia putat Deum non uelle nec posse remittere peccata tanquam non possit omnia, & hæc est profundatio desperationis, quia tunc cadit in defectum fidei quia creditur omnipotentia Dei. Quartò desperas æstimationem falsam habet de sua culpa, in quantum æstimat suam malitiam excedere bonitatem. i. misericordiam Dei. Et hoc mō Chayn desperauit dicens Gen. 4. Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear: quod uerbū Hier. in gl. exponens sic ait: Peccata peccatis adiiciēs desperat: & est illa blasphemia in spiritū sanctum, quæ nō remittitur in hoc seculo nec in futuro, quia putat Deum aut nolle dimittere

exponit illud Gen. 4. iniquitas mea,

Bonitas
Dei ho-
minum
malitiā
excedit.

aut nō posse, tanquam omnia nō possit aut inuideat saluti. Sed fortē quæres, utrū desperans possit putare, quod malitia sua excedat bonitatem seu misericordiam Dei. Et videtur quod non, quia omnis malitia hominis terminum habet: bonitas autem, vel misericordia Dei est infinita: igitur quantumcūq; crescat malitia hominum semper bonitas Dei infinitum excedit malitiam hominum. Respondeo, & dico, quod malitiam humanam excedere bonitatem Dei dupliciter potest intelligi scilicet vel ex parte remissionis, vel ex parte satisfactionis. Primò ex parte remissionis, & sic bonitas, vel misericordia Dei cui attribuitur effectus remissionis peccati cum sit infinita excedit generaliter omnem malitiam hominum. Secundò potest intelligi malitiam humanam bonitatem Dei excedere ex parte satisfactionis, & sic malitia humana excedit bonitatem, vel misericordiam Dei in hoc, & non credit homo tantum posse satisfacere, ut veniam mereatur, propter quod de seipso dissidēs desperat, ut Cayn fecit dicens Gen. 4. Maior est iniquitas mea &c. Vbi nota, q̄ despatio de venia ex triplici falsa æstimatione, & cōsideratione p̄cedit. s. ex cōsideratiōe culpæ irremissibilis, iustitiæ inflexibilis, p̄cænæ inevitabilis. Primò ex falsa cōsideratiōe culpæ irremissibilis, vnde dicit: Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. q. d. Tā magna est iniquitas mea, q̄ non possum veniā inereri Vbi glo. sic ait, Culpam quam commiserat superbe confitetur nec veniam rogat. Secūdo causatur, vel p̄cedit desperatio ex falsa cōsideratione iustitiæ inflexibilis: vnde dicit: Eijcies me hodie à facie tua q. d. Expelles me nolens miserere. Vel secūdu gl. Expelles me tāquā indignū tuo cōspectu. Et ideo subdit: Et à facie tua abscondar. Glo. Quia mihi ipsi odiosus p̄sentia tuæ me subtrahā. Tertiò causatur desperatio ex falsa cōsideratione p̄cænæ inevitabilis, vnde subiungit: Ero vagus, & pfugus. Glo. Hoc desperando dicit, & p̄pter duo. Primò propter miseriam in vita: vnde dicit: Ero vagus quantū ad tremorem corporis. & profugus quantum ad instabilitatem furiosę mentis. Secundò p̄pter p̄cā in morte, ideo subdit Omnis q̄ inuenerit

me occidet me. Glo. interli. Hoc ut desperans dicit desiderando ut cōpendio mortis p̄sentes cruciatus euaderet. Chryl. verò ostendit quattuor gradus in peccato ipsius Cayn esse. Primò. n. diabolus p̄parauit ipsum deteriora offerre. Secundò inuidiam & emulationem accendit. Tertiò interficere persuasit. Quartò negare inquinatam occisionē: post non desistit quousq; verticem omnium malorum. s. desperationem superimposuerit. Hęc Alexand. secūda parte sum. quæst. 48. de desperatione, artic. 1. vtrum desperatio sit peccatum, in cor. q. & ibidem art. 4. quæst. 2. vtrum malitia hominis bonitatē Dei excedat. in sol. 1. argumen.

CAP. III.



SECUNDO circa desperationem cōsideranda est grauitas offensionis: nam peccatū despatiois vno modo est leuius peccatis spiritualibus, quæ directē cōmittunt in Deum, sicut infidelitate, & odio Dei, alio modo est periculosius. Primò dico, q̄ loquendo secundum se peccatum desperationis est leuius peccato infidelitatis, & odio Dei: quod tali ratione ostendo: Maius peccatum est offendere Deum in se quā offendere Deum p̄ participatur à nobis: sed infidelitas p̄uenit ex hoc, q̄ homo ipsam Dei veritatem non credit: odium verò prouenit ex hoc, q̄ voluntas hominis ipsi diuinæ bonitati contrariatur: desperatio autem secūdu q̄ eius bonitas à nobis participat. ergo secūdu se loquendo maius peccatū est non credere De ci veritatem, vel odire Dei bonitatem, quā non sperare ab ipso cōsequi salutem. Secundo vero modo loquendo quò ad nos, peccatum desperatio his est periculosius: quod probō triplici ratione, scilicet ratione admissibilitatis, insanabilitatis, inclinabilitatis. Primò ratione admissibilitatis sic: Illud per quod tollitur in bonis actibus constantia, vel perseuerantia, vel finis cōfidentia est periculosius: sed p̄ desperationem in rebus laboriosis, quæ ad vitæ perfectionem pertinent perditur constantia, & tollitur perseuerantia cui principaliter merces redditur, ergo &. Secundò hoc idem probō

3.

P̄cā in
fidelita-
tis gra-
uissimū
est.

P̄cā de
speratio-
nis, val-
de peri-
culosum

ratione insanabilitatis sic: Sicut. n. morbi incurabilis periculosior est curabili, ita peccatum quod nunquam sanatur: sed tale est peccatum desperationis, ita dicitur Hiere. 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Quod autem desperatio sit peccatum insanabile, dicitur Hiere. 15. Plaga tua. s. desperatio renuit curari.

Tertiò hoc idem proboratione inclinabilitatis sic: Illud peccatum per quod homo inclinatur ad omne malum, & per quod retrahitur ab omni bono est grauius, & periculosius cæteris: sed desperatio est huiusmodi, quod patet, quia sicut per spem reuocatur homo à malis, & prouocatur ad bona omnia prosequenda, ita per oppositum spei, .s. per desperationem misericordiæ Dei, & veniæ peccatorum suorum quasi ad omnia peccata labitur sine freno: vnde super illo verbo Prouer. 24. Si desperaueris lapsus in die angustiae minuetur fortitudo tua: glo. dicit: Si desperaueris de venia: In die angustiae idest in tentatione, vel in persecutione. Vel in die idest in penitentia cum inceperis dolere de peccato: vel in morte lapsus à spei fortitudine, vel firmitate quam prius habuisti: minuetur fortitudo tua, scilicet resistendi diabolo, & tentationi. Sicut enim spes est qua omnia mala imminetia constanter, & æquanimitèr sustinentur, ita nullum peccatum minuit fortitudinem mentis quantum desperatio. vnde glo. super illo verbo. Si desperaueris &c. ita dicit: Nihil est execrabilius desperatione: quam qui habuerit, & in generalibus huius vite laboribus, & quod peius est in fidei certamine constantiam perdit. Et Isidorus in li. de summo bono de grauitate peccati desperationis loquens sic ait: Perpetrare flagitium aliquod mors est: sed desperare de venia est descendere ad infernum. Et ideo B. Aug. in lib. de utilitate penitentiae agenda, peccato desperationis uolens remediū adhibere sic ait: Ne desperando augeamus peccata propositus est nobis penitentiae portus, rursus ne præsumendo augeamus peccata, datus est dies mortis incertus. Hæc B. Thom. secunda secundæ, q. 20. arg. contra, & in cor. q. Et Alex. secunda parte summæ. q. 174. art. 6. in cor. q. per totum.

C A P.

IIII.



TERTIO principaliter circa desperationem cōsideranda est causalitas originis. s. ex quibus peccatis oritur desperatio. Vbi nota, q̄ ex quattuor peccatis oritur, scilicet ex luxuria, tristitia, accidia, negligentia. Primo desperatio oritur ex luxuria. Cuius ratio est, q̄a sicut gustus vno humore infectus alios sapes fastidit, & eijcit: sic affectus noster infectus amore delectabiliū vel delectatione carnaliū, inter quas præcipuè sunt delectationes venere, fastidit bona spiritualia, & non sperat ea quasi quædam bona ardua, vel difficilia adipisci: vnde Apo. ad Eph. 4. de talibus loquens sic ait: Desperantes semet ipsos tradiderunt impuditiæ. Glo. Vt nihil omnino quod immundū sit prætermiserunt, quia nūquā luxuriando saturantur, quorum voluptas termino caret. Secundò desperatio oritur ex tristitia. Cuius ratio est, quia sicut ex spe oritur gaudium, vel delectatio, ita ex tristitia oritur desperatio. quod patet, quia sicut homines in delectationibus existentes efficiuntur maioris spei: ita homines existentes in tristitia in desperationem labuntur, vel cadunt: vt dicit Philosophus 2. li. Rhetoricæ: vnde Apostolus secunda ad Corint. 2. sic ait: Consolamini ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Vbi glo. sic ait. Consolamini per exemplum David, & aliorum qui multum peccauerunt, quibus indulta est venia p̄ verbum domini dicentis: Nolo mortem peccatoris. Et iterum: Quacūq; hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius nō recordabor. Et subdit causam dicens: Ne fortè abundantiori tristitia, idest desperationis, per nimiam penitentiā absorbeatur, vt velit vtī seculo, & conuerti ad peccata committenda. Tertiò desperatio oritur ex accidia. Cuius ratio est, quia cū accidia sit tristitia quædam deiectiona spiritus facit æstimare, q̄ bonum non solum sit arduum, vel difficile, sed impossibile adipisci: & ex hoc oritur desperatio. Cuius oppositum facit spes, quæ respicit bonum, vt possibile adipisci Req. supra.

4. Radices desperationis.

Luxuria

Tristitia

Accidia

Negligē Accidia cap. 3. Et infra Spes. Quarto desperatio oritur ex negligentia. Sicut enim sollicitudo considerandi diuina beneficia,

& maximè incarnationis, & passionis Christi est causa spei, & confidentiæ peccatoribus, quia ut dicit August. in lib. 13. de ciui. Dei: Nihil fuit tam necessarium ad erigendum spem nostram quam, ut demonstraretur nobis quantum nos diligeret Deus: ita ex negligentia considerandi hæc beneficia oritur desperatio: unde Iob. 7. Desperavi, scilicet ex negligentia considerationis diuini beneficii, & boni neglecti, & peccati iudulti: propter quod sequitur: Nequaquam ultra iam niuam, uel quia ex prædictis quis in mortem desperationis cadit, uel quia desperatio ex diffidentia Dei frequenter inducit hominem, ut corporaliter seipsum occidat. Hæc B. Tho. secunda secundæ quæst. 20. arti. 4. utrum desperatio ex accidia oriatur, arg. contra, & in cor. q. & in sol. argu.

De detractione.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid sit detractio, & eius diffinitio.
- 2 Detractio in generaliter duobus modis, in speciali sex modis.
- 3 An detractio sit peccatum mortale an ueniale.
- 4 An detractio grauius peccatum conuitio, homicidio, & furto.
- 1 An auditor detractionis peccet.
- 6 An aliquis detractiones debeat sustinere.
- 7 Quomodo detractio est repellenda, & quomodo sustinenda.

C A P. I.

DE T R A C T I O. Circa detractionem tria considerare debemus. scilicet quidditatem uocabuli, uarietatem modi, qualitatem uitij. Primò quidditatem uocabuli, scilicet quid sit detractio. A quibusdam enim sic diffinitur: Detractio est denigratio alienæ famæ per occulta uerba, uel sic: Detractio est seminatio mali occulte in iniuriam proximi, quam diffinitionem tripliciter probo, scilicet similitudine, ratione, distinctione.

Diffinitio detractio-
tionis.

Primò similitudine: assimilatur. n. detractor serpenti: ita dicitur Eccle. 10. Si mordeat serpens in silentio; id est occultè, quod est proprium ipsius serpentis, qui occultè uenenum infundit, nihil eo minus habet. scilicet mali. i. non minus nocet, qui occultè detrahit, sed plus, quia peius est infundere uenenum menti quam corpori: ideo serpens, & detractor equales sunt. Quomodo enim serpens occultè mordens uenenum inferit, sic iste clam detrahens virus pectoris sui, scilicet odij, & inuidiæ uenenum, id est infamiam infundit: Iacobi. 3. Lingua plena veneno mortifero. Secundò hoc idem probo ratione, quia sicut aliquis nocet alteri facto dupliciter, scilicet manifestè, ut in rapina, & in occulto, ut in furto, ita etiam aliquis lædit alium uerbo dupliciter, scilicet manifestè per contumeliā, ut patet supra. Contumelia, & occultè per detractionem. Tertiò hoc idem probo per distinctionem, quia aliquis de aliquo loquitur tribus modis, uel coram multis eo absente, uel uni soli eo absente, uel solo præsentem. primò enim si aliquis coram multis malum loquitur de eo, eo absente est detractio in toto, quia est diffusio infamiæ. secundò si uni soli aliquis malum loquitur de alio eo absente est detractio in parte, quia talis corrumpit famam eius non in toto, scilicet in manifesto, sed in parte. scilicet in secreto: tertio si aliquis malum loquatur de aliquo eo solo præsentem, tunc est contumelia. Vbi nota, quòd dupliciter differt detractio a contumelia.

Primo quantum ad proponendi modum Detradum, quia contumeliosus manifeste contra aliquem loquitur, detractor autem occultè a cō-
cul- tumelia

cultò, ut patet ex præmissis: secundo quantum ad nocumentum, quia detractor derogat famæ: contumeliosus uero honori: quarto hoc idē probo significatione. Nā detrudere dicitur de aliqua re summā partem tollere, quod non est aliquid de ueritate diminuerē, sed famā diminuerē, quod duobus modis potest contingere. scilicet secundum rem, & secundum opinionem. primo secundum rem aliquando denigratur fama alicuius & si nihil detrahatur de ueritate, puta cum aliquis uera crimina alicuius occulta pandit. Secundo secundum opinionem, quia frequenter contingit boni æstimationem, & opinionem esse ubi non subternitur illud bonum: & illius est denigratio potest esse, & per consequens detractio. Hęc b. Thom. secunda secundæ q. 73. art. 1. quid sit detractio art. contra, & in cor. q. & in sol. 4. & 3. arg. Et Alex. secunda parte sum. q. 146. de detractione ar. 1.

CAP. II.

Circa detractionem secundo, principaliter considerare debemus uarietatem modi. Nam detractio in generali fit duobus modis, uel respectu boni. scilicet occultando, uel deprauando, uel respectu mali, scilicet imponendo, uel augmentando. In speciali autem fit sex modis, quattuor modis directè, & duobus indirectè: primò enim modo directè fit detractio alicui falsum aliquid uel malum uel peccatum adinueniendo & imponendo, secundo modo fit detractio malum, uel peccatum alicuius augendo. Eccles. 11. Ab una scintilla augetur ignis. scilicet odij, & discordiæ nascitur ab uno doloso: & detractore, & ab eodem augetur sanguis. i. infamatio & hominum occisio, & perditio. tertio modo fit peccatum uel malum occultum reuelando quæ non debet, & eo modo, & fine, & cui reuelari non debet. Ecclesiast. 27. Qui denuadat archana amici fidem perdit. i. qui peccata sibi commissa, uel in confessione, uel in secreto alteri manifestat indignum se facit ut secretum aliquod sibi credatur. Quarto modo fit bonum peruertendo. scilicet cum bonum quod negari non potest peruertitur dicendo mala intentione esse fa-

ctū. Eccl. 11. Bona in mala conuertens insidiatur, & in electis ponit maculam q. d. Bona facta uel dicta aliena detractor in mala conuertens, uel diminuens, uel mala intentione facta asserens insidiatur: uel si male aliquid fiat publice, uel augmentet ut bonum omnino peruertat, & diminueat. Et subdit: Et in electis ponit maculam erroris, & prauæ intentionis: eorum bonam intentionem peruertens: sicut iudæi Matt. 12. dicentes. Non eiecit dæmonia nisi in beelzebub. quinto uero modo indirectè fit detractio bonum alterius denegando. scilicet cum negatur de aliquo bonum quod scitur ab eo factum, sicut illi iudæi qui miraculum a Christo factum de cæco nato negabant, & peruertebant. Io. 9. sexto modo fit detractio indirectè, bonum alterius maliciose tacendo, sicut habetur Matth. ultim. de militibus qui nouerant resurrectionem, & accepta pecunia tacuerunt. Hęc b. Thom. breuiter ponit secunda secundæ q. 73. artic. 1. quid sit detractio, in sol. 3. argum. Et Alexander secunda parte sum. q. 146. art. 1. quid sit detractio, in cor. q. in fine.

CAP.

III.

Circa detractionem, tertio, considerare debemus qualitatem uitij, utrum. scilicet detractio sit peccatū mortale, uel ueniale. Vbi nota, quod aliquis potest reuelare peccatum uel malum occultum proximi duobus modis. Primo obseruatis debitis circumstantijs, puta si mala occulta proximi dicantur ei qui uult & potest prodesse, & eo ordine quo debet, & eo fine quo oportet cum alijs circumstantijs, uel ad alterius correctionem, uel ad nocuenti uitiationem, & sic est bonum, nec est detractio. Secundo modo potest quis reuelare peccatum occultum proximi sine prædictis circumstantijs, uel cum tenetur celare sicut est peccatum rectum per sacramentalem confessionem, uel secreti obligationem, & intentione nocendi proximo, & tunc est peccatum detractionis. Ad cuius euidenciam est sciendum, quod peccata uerborum ex intentione loquentis sunt iudicanda, alieuanda, & aggrauanda, unde qui peccatū

Peccatū
proximi
occultū
duplici-
ter pōt
reuelari

occultum proximi reuelat, & manifestat triplicem intentionem habere potest. scilicet corrigendi, accusandi, famam denigrandi, & sic ledendi. Et sic reuelare peccatum occultum alterius potest esse actus uel beneuolentiæ, uel iustitiæ, uel inuidiæ: primo reuelare peccatum occultum alterius intentione corrigendi, & debitis circumstantiis obseruatis denunciando ei qui vult, & potest prodesse propter emendationem alterius, est actus charitatis, uel beneuolentiæ, & talis reuelatio neque est detraction, neque peccatum, immo meritoria: secundò reuelare peccatum occultum alterius propter culpæ punitionem, & reipublice conseruationem eum accusando est actus iustitiæ. Et his duobus modis reuelare peccatum occultum alterius non est peccatum. Cuius ratio est quia quando aliquis dicit uerba aliqua per quæ diminuitur fama alicuius non hoc intendens, sed aliquod bonum, uel necessarium debitis circumstantiis obseruatis non est peccatum nec detraction dici potest: tertio reuelare peccatum occultum alterius propter famę denigrationem intentionem lædendi est actus inuidiæ, unde b. Greg. 3. 1. moral. dicit, quod detraction oritur ex inuidia quæ nititur qualitercunque minuere gloriā proximi. Et sic peccatum detractionis per se loquendo est peccatum mortale: quod probō triplici ratione, scilicet ratione sui principij, diuini odij, nocuamenti proximi: primò ratione sui principij sic: Illud est peccatum mortale quod oritur ex mortali: sed detraction oritur ex peccato mortali scilicet ex inuidia. ut patet sup. immediate per b. Greg. ergo &c. secundò hoc idē probō ratione diuini odij sic: Illud quod a Deo oditur est peccatum mortale, sed detraction est huiusmodi ut dicit Apostol. ad Roma 1. Detractores Deo odibiles, quod ideo dicit, ut dicit Glo. ne detraction putet leue peccatum propter hoc, quod consistit in uerbis: ergo &c. tertio quod detraction sit peccatum mortale probō ratione nocuamenti proximi sic: Illud per quod infertur proximo in re nobiliori, uel utiliori nocuamentum est peccatum mortale: sed detraction est huiusmodi: quod patet, quia per detractionem aufertur illud quod inter omnia bona temporalia preciosius reputatur fama, & per cuius defectum homo a multis bene agendis impeditur: ergo &c.

Quia ratione alterius peccatum sit reuelandum.

Detraction est peccatum mortale

Secundo hoc idem confirmo alia ratione sic. Auferens bona temporalia ut fur peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur, quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, ut Aug. dicit: sed fama est preciosior, utilior omnibus temporalibus. ergo detractor peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur. Si quis uero dicit aliquid malum leue de alio, non nocendi intentione, sed ex animi leuitate, uel ex labilitate linguæ est ueniale peccatum: unde b. Aug. in homelia de igne purgatorio inter peccata minuta hoc ponit. Si uero aliquis ex animi leuitate, uel ex lapsu linguæ dicit aliquid uerbum graue, quod alicuius famam notabiliter lædat, præcipuè in his quæ pertinet ad honestatem uitæ mortaliter peccat, nec mentis leuitas, nec inaduertentia, uel labilitas linguæ eum a peccato mortali excusant, & ad restitutionem famæ tenetur sicut ad restitutionem cuiuslibet rei temporalis ablatæ inuito domino.

Restitutio famæ.

Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod detractor, ad restitutionem famæ non tenetur tali ratione. Nullas tenetur ad impossibile, sed potest contingere, quod ille qui læsit famam alterius eam reparare non potest: tum quia non est in ipso, quod homines habeant bonam opinionem de eo cuius fama læsit, tum quia aliquando non potest scire aliquis apud quos facta fuerit denigratio famæ. Respōdeo & dico, quod detractor tenetur facere quantum est sibi possibile hoc modo, uel bonum dicere de illis quibus malum dixit si eos nouit, uel si non potest mutare opinionem eorum coram quibus de alio malum dixit, debet eis ostendere se deliquisse, & malum dixisse, ex quo forte opinio illorum mutabitur: unde sicut exhibuit membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem, ita debet exhibere membra sua seruire ueritati in satisfactionem, & hoc si potest ad mutandum opinionem aliorum in bonum. Hæc bea. Thom. secunda secundæ q. 83. artic. 2. in cor. q. & Alexand. secunda parte summ. q. 146. de detractione. artic. 6. in corp. q. & in sol. argum. Requi. infra Fama. Et infra Restitutio.

Oppositi.

CAP.

IIII.

PRæter illa quæ de detractione dicta sunt superius, etiam nunc circa detractionem considerare debemus tria. scilicet gradum culpæ; auditum infamiæ, debitum tolerantie. Primò circa detractionem considerare debemus gradum culpæ, utrum. scilicet peccatum detractionis sit grauius omnibus peccatis quæ in proximum committuntur. Et quantum ad hoc dico, quòd detractione potest comparari ad tria peccata. scilicet ad conuitium seu contumeliam, ad homicidium, ad furtum.

Compa- Primò enim comportando detractionem ad contumeliam, dico quòd peccatum contumeliæ est grauius peccato detractionis, quod probo propter tres rationes. scilicet propter modum, contemptum nocumentum. **rat de-** **tractio-** **nem tri-** **bus pri-** **mò cõtu-** **melix.** Prima ratio est propter modum, quia sicut rapina quæ fit in manifesto est maius peccatum furto quod fit, in occulto, ita contumelia qua aliquis contra alium manifestè. i. in præsentia loquitur, est grauius peccatū detractione qua aliquis de alio occultè. i. in sua absentia malè loquitur. Secunda ratio est propter contemptum sic: Vbi est maior contemptus proximi, ibi est maius peccatum: sed in contumelia est maior contemptus proximi, eò quòd in sua præsentia offendit eum, detractor enim in sua absentia, ergo &c. Tertia ratio est propter nocumentum sic: Quantò nocumentum illatum est maius tantò peccatum est grauius: sed maius, nocumentum est derogare honori, ut contumeliosus facit, quam derogare famæ, ut detractor facit: & ergo &c.

Secundo
homici-
dio.

Secundò si comparetur detractione ad homicidium, tunc dico, quòd peccatum homicidij est grauius peccato detractionis, quod probo triplici ratione. Prima est talis. Tantò peccatum est grauius, quantò maius bonum tollitur, & maius nocumentū infertur, sed per homicidium tollitur maius bonum. scilicet bonum vitæ, & maius malū infertur. scilicet malum mortis, quam per detractionem per quam tollitur bonum famæ, & infertur malum infamiæ, ergo &c. Secunda ratio est: Maius peccatum est esse causam mali, quam esse occasionem mali: sed homicida est causa mali. scilicet mortis, detra-

ctor non est causa mali, sed occasio: ergo &c. unde detractor non est causa homicidij realiter, & principaliter, sed occasionaliter. scilicet in quantum per uerba sua dat occasionē alteri, ut proximum occidat, odiat uel contemnat: & sic est homicida occasionaliter, ut dicitur prima Iohan. 3. Qui odit fratrem suū homicida est: ergo &c. Requi. infra Homicidium. Tertia ratio est talis: Damnum irreparabile est maius damno reparabili: sed homicida infert dānum irreparabile; detractor uero reparabile, ergo &c. Tertio uerò si detractione comparetur ad furtum, dico quòd detractione est grauius peccatum furto. quod tali ratione probo: Peccatum quod in proximum committitur tantò est grauius, quantò proxim nocumentum est maius: nocumentum autem tantò est maius, quantò bonum quod demitur, vel aufertur est maius: sed fama præmineri bonis exterioribus. scilicet diuitijs, eò quòd est propinquior bonis spūalibus, & ideo detractione secundum suum genus est maius peccatum quam furtum. Hæc beat. Thom. secunda secundæ q. 73. articulo 3. utrum detractione sit grauius peccatum omnibus peccatis quæ in proximum committuntur, in cor. q. & in solu. 3. argumen. Et Alex. secunda parte sum. q. 146. artic. 7. de comparatione detractionis ad alia peccata, arg. contra, & in corp. q. Require infra Fama.

Tertio
furto.

CAP. V.

Secundo circa detractionem considerare debemus auditum infamiæ, utrum scilicet auditor alienæ infamiæ peccet. Et quantum ad hoc dico, quòd auditor detractionis tribus modis se potest habere. scilicet uel ut inducens, uel ut placens, uel ut tacens non resistens.

Primò enim auditor detractionis se habet ut inducens, cum enim aliquis detractionem audiens inducit alium ad detrahendum alteri, tunc talis grauius peccat quam detrahens. Cuius ratio est, quia maius peccatum est in fonte uel causa mali, quam in eo quod oritur ex fonte, sed inducens ad detractionem est fons, & causa detractionis: ergo maius peccatum est in inducente ad detrahendum, quam in detra-

Instruit
audito-
res detra-
ctionis.

heo.

CAP. VI.

hente. Secundo auditor detractionis se habet ut consentiens uel ut placens: si enim aliquis non inducit alium ad detrahendum, sed tamen consentit detractioni, quia ei placet detractio propter odium quod habet ad illum cui detrahitur, tunc tantum peccat quantum ille qui detrahit: unde Hierony. in epistola ad Nepocianum sic ait: *Cave ne lingua aut aures habeas prurientes ut alijs detrahas aut alios detrahentes audias.* Et Bern. in lib. de consideratione sic ait: *Detrahere aut detrahentem audire quod horum sit: damabilius non facile dixerim: nam ut dicit Isid. in libr. de summo bono: Non solum ille reus est qui falsum de alio profert, sed & is qui citò criminibus aurem præbet uel præfert: unde Bernard. in quodam sermone sic ait: Detractor, & libens auditor uterque diabolum portat, detractor in lingua, uel in ore, auditor in aure.* Tertio auditor detractionis aliquando se habet ut tacens, & non resistens: si enim alicui non placet audire detractores, sed tamen ex timore uel negligentia, uel uerecundia quodam omittit repellere detrahentem, peccat quidem talis, sed minus quam detrahens, & quandoque uenialiter, quandoque uero mortaliter. Et hoc propter tres rationes. Prima est propter officium. scilicet propter hoc quod alicui ex officio incumbit corrigere, uel compescere detrahentem, quod si non facit mortaliter peccat. Secunda ratio est propter periculum: si enim propter omissionem compescendi, uel corripiendi detrahentem cum potest, periculum aliquod inde sequitur mortaliter peccat non corripiens cum potest. Tertia ratio est propter omissionis principium, uel radicem quæ est timor mundanus. Si enim aliquis propter timorem mundanum, uel humanum omittit corrumpere, uel compescere detrahentem cum potest, mortaliter peccat, uel saltem potest mortaliter peccare, eò quod timor humanus quandoque potest esse peccatum mortale. Req. sup. Correctio: & infra Timor humanus. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 73. artic. 4. utrum peccet quis audiendo detractionem, in cor. q. Et Alex. secunda parte sum. q. 146. de detractione, art. 5. in cor. q. Req. supra cap.

Circa detractionem, tertio, considerare debemus debitum tolerantie, 6. utrum quis detractionem debeat sustinere. Et quantum ad hoc respondeo tribus modis.

Primo quod proprie loquendo detractiones de se nullus audit. Cuius ratio est, quia si mala loquimur de aliquo eo audiente non sunt detractiones, sed contumelia, ut ex præmissis, & sup. Contumelia. possunt tamen detractiones contra aliquem factæ, ad eum aliorum relationibus peruenire. Secundo dico, quod aliquis aliter se debet habere circa detractiones proprias, & aliter circa detractiones alienas: primo, n. audiens alterius relatione, & dicto detractiones proprias potest eas patienter ferre. Cuius ratio est, quia cum sit sui arbitrij, detrimentum suæ famæ pati potest, & in hoc potest eius patientia commendari si proprias detractiones sustinet patienter nisi hoc uertat in periculum aliorum: tunc enim nec tolerare potest nec debet: unde Greg. nona homelia super Ezechielem sic ait: *Linguas detrahentium sicut non debemus nostro studio excitare ne ipsi pereant, ita per suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat, aliquando autem etiam compescere, ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui nos ad bona audire poterant corda innocentum corrumpant.* Et infra ibidem Gregor. *Hic etenim quorum nita in exemplo imitationis est posita debent si possunt detrahentium sibi uerba compescere, ne eorum prædicationem non audiant qui audire potuerunt, & in prauis moribus remanentes bene uiuere contemnant: secundo dico, quod audiens detractiones alienas si potest debet eas compescere.* Cuius ratio *Quid agendum* est, quia cum non sit in arbitrio hominis, quod patiatur detrimentum famæ sit ut alterius sicut propriæ, ut patet, ideo in detractiones. culpam ei uertitur si detractiones alterius non compescit si ei incumbit compescere, uel ex officio prædicationis, vel sententiarum. ex statu perfectionis.

Tertio dico, quod in compescendo alienas detractiones debet aliquis tria facere.

ſ. contradicere, redarguere, condolere. Primò enim ille cui incumbit, & qui poteſt detractori debet cōtradicere: quando. n. talis detractiōem audiens ſcit falſum eſſe, illud de quo detrahit, tunc debet reſiſtere contradicendo ei qui detrahit, & defendendo eum cui detrahitur ea ratione & maiori qua tenetur aliquis ſubleuare a ſinū alterius iacentem ſub onere, ut præcipitur Deuter. 21. Secundò uerò aliquis audiens detractiōem alterius ſcit uerū eſſe illud de quo quis detrahit puta cum dicit malū, uel peccatum occultum alijs quòd ipſe ſolus nouit, tunc audiens talē detractiōem non debet contradicere arguendo eum de ueritate, quia Eccl. 4. dicitur: Non contradicas uerbo ueritatis ullo modo, ſed eum debet redarguere uerbis de hoc q̃ peccat fratri detrahēdo. Tertio uerò ſi audiens detractiōes alterius non poteſt contradicere detrahenti, quia ſcit illud de quo detrahit eſſe uerum, nec poteſt redarguere detrahentem, debet condolere, & contriſtari. debet enim oſtendere, q̃ ſibi diſpliceat per triſtitiam faciei, quia ut dicitur Prouer. 25. Ventus aquilo diſſipat pluuias, nubem contingendo, ſic cando, & ligando, & omnino fugando ne in pluuiā reſoluatur. Ratio autem huius eſt: quia uentus aquilo eſt uentus gelidus, & ſiccus: unde 3. libr. metheororū dicitur q̃ uentus aquilo dictus eſt, eò q̃ conſtringit, & nubes dictat, ſic a ſimili facies triſtis linguam diſſipat detrahentem: Eccl. 7. Melior eſt ira riſu, quia triſtitia uultus animus corrigitur delinquentis, & detrahētis. Sede: Si hilari uultu audieris detrahentem tu illi das fomitem detrahendi: ſi uerò triſti, diſcit non libenter dicere q̃ didicerit non libenter audiri, quia nemo inuito auditori, libenter refert. Et Hiero. ad Ruſticum exemplum ponit tale: Sicut ſi ſagitta mittatur contra duram materiā, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, ita detractor cū triſtem faciem uiderit audientis, immo potius non audientis, ſed obturantis aures ſuas ne audiat ſanguinem illico conſpiceſcit, paller uultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur. Et ſubdit Hier. Si non eſſet auditor, non eſſet detractor: unde Eccl. 28. Serpes tuas ſpinis, & noli audire linguā ſpinis, nequā. Vbi nota, q̃ triplex eſt ſpina qua

lingua pungitur detractoris ut taceat. Prima eſt oſtēſio uultus triſtis, ut patet. Secūda eſt auerſio uultus: Prouerb. 24. Cum detractorib, ne commiſcearis. Cuius ratio eſt, quia detractores ſunt fures bonæ famæ, ut dicit Ambr. Et ſocij furum reputantur fures, nam vix poteſt aliquis eſſe, uel morari cum talibus ſalua innocentia, & charitate. Tertia ſpina eſt obtuſio, & redargutio detractoris, & talis eſt amputatio linguæ eius, ut omnino mutus fiat: In pſal. Detrahentium ſecretò hunc perſequabar. Hæc B. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 72. art. 4. in ſol. 1. & 2. arg. Et iterum dominus Hugo cardinalis ordinis prædicatorum in expoſitione poſtillæ.

CAP. VII.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorum eſt ſciēdum, quòd detractio ſeu famæ denigratio repellit duobus modis. ſ. occaſionem ſubtrahendo: & linguam detrahentium compeſcendo. Primò detrahendi occaſionem ſubtrahendo, & ſic omnes tenentur detractiōnis cauſam, uel occaſionem uitare, ſicut etiam ſcandalum. ſ. ne aliquid faciant propter quos alius ſcandalizetur, & detrahar: quod dupliciter probò: primò auctoritate apoſt. prima ad Theſſ. vlti. dicentis. Ab omni ſpecie mali abſtinete uos: & hoc ut mali, uel peccati occaſio, uel ſcandali auferatur: ſecundò hoc idem probò ratione ſic: Qui ex ſuo opere occaſionē detrahendi præſtant quantum in ipsis eſt animas aliorum occidunt: ſed omnes tales peccant mortaliter: ergo omnes corā quibus detrahitur quantum eſt ex parte ſua tenentur ſemper occaſionem detractiōnis uitare: unde Grego. Vocandi ſunt detractores, & tranquille admonendi, eiſque ſatisfacere omnib. modis debemus, ne fortè ſcandalizentur: ſi uero hortatio prædeſt ſufficit, eo q̃ talis qđ in ipſo eſt ſecit. Si autem non poteſt ſatisfacere, tunc faciendū eſt ſicut conſilium euangelij dicit. Dominus enim dicentibus ſibi diſcipulis, ſcis quia iudæi audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt: reſpondit: Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Talibus. n. ſuffi.

Exponit illud
Ecc. 28.
ſepe au.
res tuas
ſpinis.

sufficit bona conscientia coram Deo. Secundò repellitur, detractio, linguas detrahentium compescendo, & tunc non oēs tenentur nisi quatenus debet aliquis saluti proximi prouidere, ut sup. præcedenti proximi prouidere, ut sup. præcedentibus capitulis patet. Sed fortè ex hoc argues, q̄ nullus debet linguam compescere detractoris tali ratione. Nullus debet impedire id quod est in aliorum utilitatem: sed detractio est frequenter in utilitatem eorum contra quos detrahitur: ita dicit Pius Papa: Nonnunquam detractio aduersus bonos excitatur, ut quos vel domestica præsumptio, uel aliorum in altū fauor extulerat, detractio humiliet, ergo nullus debet detractionem compescere. Respondeo & dico, q̄ utilitas quæ ex detractioe prouenit non est ex parte detrahentis, sed ex parte eius cui detrahitur patienter tolerantis, uel ex Dei ordinatione quæ ex quolibet malo bonum elicit: unde licet detractio sit occasio meriti apud sustinentem patienter, non tamen dàda est detractiois occasio, eò q̄ meritū sustinentis patienter detractioem est ex parte Dei, ut patet. Qui uerò dat causam, uel occasionē detractiois est principium mali: non sunt autem facienda mala ut ueniāt bona, ut dicit Apostolus ad Rom. 3. Sed fortè quæres, cum adulatio, & detractio sunt contraria, quare adulatio nō dicitur esse remedium detractiois, sicut detractio remedium adulationis? Respondeo & dico, q̄ adulatio non permittit hominē uidere defectum suum sicut detractio facit, & idē adulatio non dicitur esse remedium detractiois, sicut ē conuerso. Vbi nota, q̄ detractio est medicina, & uenenum: primò est medicina elationis, uel adulationis, quia cum aliquis aduertit sibi detrahi, conuertit se ad considerationem suæ infirmitatis, si fortè aliquid reprehensibile est in eo, & sic humiliatur. Est etiam detractio uenenum infusum a detrahēte, Illi uerò cui detrahitur non dicitur esse uenenum nisi ex ipso cōtrahat nocumentum. Hęc B. Th. secunda secundæ q. 73. art. 4. in sol. 3. arg. Et Alex. 5. parte summę q. 146. de detractioe, artic. 9. de remedio detractiois contra presumptionem & adulationem, in cor. q. Et ibidem q. 2.

Detra-
ctio me-
dicina
& uene-
num.

De deuotione.

SUMMARIVM.

- 1 Quid sit Deuotio, & quomodo diffinitur.
- 2 Quæ sit causa Deuotionis.
- 3 Deuotio duplicem effectum in mente causat.

CAP. I.



Deuotio. Circa deuotionem cōsiderare debemus tria. scilicet eius significatum, ortum, effectū. Primò considerare debemus deuotionis significatum. Dicitur enim deuotio a deuouendo: unde deuoti dicuntur qui seipsos quadammodo deuouent Deo, ut ei se totaliter subdant: propter quod & olim apud gentiles deuoti dicebantur qui seipsos idolis deuouebant in mortem pro sui salute exercitus, sicut de duob. Decijs Titus Liuius narrat. Vnde deuotio nihil aliud est quam uoluntas prompta faciēdi quod ad Dei seruitium pertinet, sicut dicitur. Exod. 35. q̄ multitudo Israel obtulit mente promptissima atque deuota primitias Deo. Vbi gl. inter. sic ait: Omnis multitudo Israel obtulit mente promptissima, quia non uult Deus coacta seruitia, sed deuota, quia amore ei seruitur, & non timore, & mēte promptissima, quia mente ei seruitur, & non corpore. Patet igitur ex præmissis tripliciter. scilicet interpretatione, auctoritate, & expositione, q̄ deuotio est uoluntas promptè se tradens ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum. Sed contra: Deuotio non solum habetur ad Deū, sed et ad sanctos uiuos, & mortuos: ergo diffinitio non datur bene de deuotione. Respondeo & dico, q̄ deuotio quæ hētur ad sanctos Dei uiuos, & mortuos non terminatur ad ipsos, sed trāsit in Deum inquitum. scilicet in ministris Dei ueneramur Deum. Hęc B. Th. secunda secundæ q. 82. art. 1. utrum deuotio sit spe-

Propo-
nit gen-
tilium
deuotio-
nem.

trialis actus, in cor. q. Secundò Hugo de sancto Victore deuotionem diffinit dicens: Deuotio est feruor bonæ voluntatis quem mens cohibere non valens certis manifestat indicijs, scilicet læritia, & tristitia, ut 3. ca. infra patebit clarius.

C A P. II.

2. **C**IRCA deuotionem, secundò, considerare debemus ipsius ortum. sc. q. sit causa deuotionis. Vbi nota, q. causa deuotionis est duplex. sc. primaria, & secundaria. Prima enim. sc. principalis causa deuotionis extrinseca est Deus: vnde Ambrosio. super Lucam dicit, q. Deus quos dignatur uocat, & quem vult religiosum facit: & si uoluisset Samaritanos exindeuotis deuotos fecisset. Secunda causa deuotionis est intrinseca. sc. ex parte nostra, & est hæc meditatio, uel contemplatio. Cuius ratio est, quia deuotio est actus uoluntatis quo homo promptè se tradit ad obsequium Dei, ut patet ca. præced. Ois aut actus uoluntatis ex aliqua consideratione intellectus procedit, eo q. bonum intellectum est obiectum voluntatis secundum Philosophum: vnde Aug. dicit in li. de trinitate, q. uoluntas ex intelligentia oritur. Et ideo necesse est, q. meditatio sit causa deuotionis in quantum per meditationem homo concipit, q. se tradat diuino obsequio. Est autem duplex meditatio, uel consideratio. Vna est impertinentium, & talis deuotionem impedit, eo q. ab his mens distrahitur, & a talibus separatur. Alia uero consideratio, uel meditatio est utilium, & huiusmodi est causa deuotionis. Est autem contemplatio, uel consideratio ex parte nostra deuotionem causans triplex. sc. meditatio diuinitatis, humilitatis, nostræ infirmitatis. Prima causa deuotionis ex parte nostra est contemplatio diuinitatis, secundum illud psal. Mihi autem adherere Deo bonum est: & ponere in domino Deo spem meam. In quo verbo tangit duo. sc. confidentiam, & præsentiam summi boni. sc. Dei: primò tangit præsentiam summi boni: vnde dicit: Mihi autem adherere Deo bonum est. Huiusmodi autem adherentia est per aspectum, per affectum, per cultum: primò est per aspectum: vnde Gl.

Mihi autem adherere Deo bonum est in futuro, quia tunc nihil est melius, quàm videre faciem ad faciem, ipsum Deum: secundò bonum mihi est adherere Deo per affectum: unde Glo. ibidem: Bonum est mihi adherere Deo per affectum. sc. per amorem boni, nam amor transformat amantem in amatum. Req. sup. Amor diuinus: vnde prima ad Corinth. 6. Qui adheret Deo unus spiritus est cum eo: & meritò, quia amor diuinus habet uirtutem unitiuam, & transformatiuam, ut patet supra. Amor diuinus. Tertiò adherentia mentis ad Deum est per cultum. Ita dicit Glo. ibidem. Mihi adherere Deo per cultum. sc. & obsequium bonum est. Vnde Cassianus in collatione Iohannis abbatis sic ait: Melius est deuotum in minoribus quàm indeuotum in maioribus inuenire. Secundò tangit confidentiam cum subdit: Et ponere in Deo spem meam. Aug. Nondum habes per præsentiam, inhere per spem. Cassiodorus. Nihil potest esse beatius quàm in illo omnia ponere in quo nullus est defectus. Talis ergo consideratio, uel contemplatio diuinitatis dilectionem excitat: sed a dilectione principaliter deuotio causatur, & conseruatur, & augmentatur: quod tali exëplo probo, quia sicut pinguedo corporalis per calorem naturalem digerentem, & ipsum naturalem calorem cōseruat, ita pinguedo spiritualis. sc. deuotio mentis per charitatem generatur, & ipsam charitatem conseruat. Sed fortè quæres quid anima in Deo considerat ex quo causatur deuotio. Respondeo & dico, quòd anima considerat de Deo duo, scilicet quòd Deus est creator animarum, & q. est beatificator, & ideo offert se prompte Deo in obsequium & sacrificium: & sicut principio suæ creationis, & sicut fini ultimo suæ beatitudinis. Ex quorum consideratione causatur in aia dilectio, & ex dilectione deuotio, ut dicit B. Th. scda secundæ. q. 85. de sacrificio, ar. 2. vtrum sacrificiū sit soli Deo offerendum in cor. q. Scda causa deuotionis ex parte nostra est contemplatio. sc. humanitatis Christi. Cuius rō est, quia sicut mens nostra ex debilitate suæ cognitionis indiget ex sensibilib. manuduci in cognitionē diuinorū, ita ad Dei dilectionē indiget manuduci per aliqua sensu-

A dilectione Dei potest emanare deuotio.

Necnō a cōtemplatiōe humanitatis Christi.

sensu-

Exponitur illud psal. mihi autem.

sensibilia nobis nota, inter quæ præcipuum est humanitas Christi, secundū, q̄ in p̄fatione dī, vt dum visibiliter Deum cognoscimus per hunc in inuisibiliū amorē rapiamur. Et iō ea quæ p̄tinent ad humanitatē Ch̄i per modum cuiusdā manu ductionis maximē deuotionē excitant. Tertia causa deuotionis ex parte nostra est cōsideratio proprię infirmitatis: indiget enim hō considerare defectus suos, vt ex consideratione ipsorum imitatur Deo: sc̄dum illud psalm. Leuauī oculos meos in monte, vnde ueniet auxilium mihi. Et subdit. Auxilium meum à domino qui fecit cœlum, & terram. Ratio aut̄ huius est, quia consideratio priorum defectuū excludit præsumptionē per quam aliquis impeditur ne Deo, se subijciat dū suæ virtuti innititur. Patet igit̄ ex præmissis, q̄ meditatio, uel contemplatio, uel consideratio trium, s. diuinitatis Christi humanitatis, & proprię infirmitatis, uel defectuositatis est causa deuotionis: unde in psal. In meditatione mea exardescit ignis. Spiritualis autem ignis, s. charitatis causa deuotionem, ut supra, patet, ergo meditatio est causa deuotionis. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 82. art. 3. vtrum contemplatio, uel meditatio sit causa deuotionis, arg. contra, & in cor. q. & in solu. 2. argu. Et iterum arti. 2. in solu. 2. argum. ubi ponit exemplum de pinguedine corporali, & spirituali.

CAP. III.

3 **T**ertio, circa deuotionem considerare debemus effectum: nam deuotio duplicem effectum causat: principaliter quidem causat lætitiā, & cōsequenter tristitiā. Cuius ratio est, quia deuotio specialiter ex duplici consideratione causatur. s. ex consideratione diuinę bonitatis, & est consideratione proprię fragilitatis, uel infirmitatis. Prima ergo consideratio, s. diuinę bonitatis per se causat lætitiā. Ex eo enim, quod uoluntas se promptē tradit Deo ex meditatione, uel cōsideratione quam intellectus habet ex bonitate diuina sequi delectatio, secundum illud psalm. Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit in me spiritus meus. In quibus uerbis tanguntur quattuor, scilicet recordatio,

quietatio, assuefactio, humiliatio. Primò tangitur recordatio, ibi, Memor fui Dei, oportet enim memorem esse multorum, & præcipuē quattuor. scilicet diuinę largitatis, idest beneficiorum Dei ad regrandum, nostrę infirmitatis ad humiliandum, beatitudinis ad sperandum diuinitatis, & humanitatis Christi ad delectandum. Secundò sequitur. Et delectatus sū, in quo tangitur fruitio, uel quietatio uoluntatis in Deo. Requi. supra Delectatio. Tertiò tangitur assuefactio, & hoc duob. modis, scilicet meditatione diuinorum, & executione bonorum. In Psal. In mandatis tuis exercebor, & considerabo uias tuas, & ad hoc facit delectatio quæ operationē perficit, ut patet, supra delectatio. Quarto tangitur humiliatio, ibi. Et defecit in me spiritus meus quando .n. perficimus in Deo, deficimus in nosmetipsis. Greg. Tunc in Deo plenē perficimus: cū à nosmetipsis funditus deficimus. q. dicat. Cum exercitatus sum in cōtemplatione diuinę sapientię qua cuncta ordinantur diuinę potentię qua cuncta cōseruantur, bonitatis diuinę qua cuncta dispensantur, ideò præ admiratione Dei, & humilitatione mei deficit spiritus meus reputando nihil. psal. Defecerūt oculi mei in eloquium tuum. Secundò consideratio diuinę bonitatis per accidens causat tristitiā quandam in his quę nō plenē Deo fruuntur, secundum illud psalm. Sitiuit anima mea ad Deum fontē viuū. Et sequitur. Fuerūt mihi lachrymę mearum panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus. Similiter cōsideratio proprię infirmitatis causat duo, scilicet tristitiā, & lætitiā: primò, & per se causat tristitiā recogitando defectus proprios, secundò per accidens causat lætitiā, propter spem diuinę subuentionis, & miserationis quod tribus exemplis probo, scilicet exemplo passionis, contritionis: plorationis. Primò exemplo passionis Christi. Nam consideratio passionis Christi causat tristitiā in quantum quis considerat culpā suā p̄ quam Christus est passus: similiter consideratio passionis Ch̄i causat lætitiā, & hoc p̄ diuinā gratiā, & misericordiā, & benignitatem quæ nobis prouenit ex ea, ita q̄ meditatio passionis Christi p̄ unam causā contristat

Cōsideratio p̄ priā infirmitatem cōfurgit lætitiā, & tristitiā

Expof.
psalm.
memor
fui Dei,
&c.

stat, & propter aliam causam delectat, ut patet. Scđo hoc probo exēplo cōtritionis interioris, nā deuotio p̄cipuē cōsistit in interiori sacrificio spūs. psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Spiritus autē ex vna parte contribulatur propter defectus p̄ntis uitæ, ex alia verò parte delectatur, ex cōsideratione diuinæ bonitatis, & ex spe diuini auxiliij: vnde contritus hēt in simul, & tristitiam ex consideratione culpæ, & lētitiam ex consideratione diuinæ misericordiæ, ita q̄ simul, & semel ille qui est contritus, & dolet, & gaudet scđm Aug. ut patet sup. Contritio, & infra Pn̄ia. Tertiò hoc idē ostēdo exemplo plorationis. Nā lachrymæ prorumpunt simul ex tristitia, & lētitia, & ex quadā teneritudine affectus cū considerat aliquid delectabile cū permixtione alicuius cōtristabilis sicut solent hoīes lachrymari ex pietatis affectu cū recuperāt filios, uel caros suos quos estimauerunt se pdidisse, & per hūc modū lachrymæ ex deuotione procedūt. Patet igitur ex præmissis, q̄ deuotio causat, & tristitiam, & lētitiam, & ecōuerso: vnde in collecta dicitur, quos ieiunia votua constringant ipsa quoque deuotio sancta lētificet. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 82. articu. 4. vtrum lētitia sit effectus deuotionis. arg. contra, & in cor. q. & in sol. arg.

De Dilectione.

SVMMARIVM.

- 1 Deus dilexit creaturas ab æterno.
- 2 Deus diligit creaturas generaliter.
- 3 Deus diligit creaturas inæqualiter quia meliora magis diligit.
- 4 Deus ex parte effectus magis diligit aliquas creaturas.
- 5 Deus est a nobis diligēdus sine medio hominis. (modo)
- 6 Nos debemus Deum diligere sine
- 7 Debemus Deum diligere sine termino. (Etū.)
- 8 Deū debemus diligere sine respectu.
- 9 In præcepto dilectionis Dei, primò tangitur actus meritorius.

- 10 In præcepto dilectionis Dei, tangitur obiectum beatificum, & gloriosum.
- 11 Gradus uel modus perfectæ dilectionis Dei conueniens Deo soli.
- 12 Gradus perfectionis dilectionis Dei conueniens comprehensori.
- 13 Modus perfectæ dilectionis Dei cōueniens uiatori.
- 14 Vtrū præceptū de dilectione dei ex toto corde in uia seruari possit.
- 15 Secundus modus dilectionis Dei cōueniens viatori (re.)
- 16 Cōtingit tripliciter seipsum amare.
- 17 Perfectio hominis consistit secundariò in dilectione proximi.
- 18 Dilectio proximi habet modum.
- 19 Magis meritorium est diligere deū quam proximum.
- 20 Modus perfectæ dilectionis proximi est duplex, primus est de necessitate præcepti, & debet quatuor in se habere.
- 21 Prima perfectio dilectionis proximi quæ est sub consilio attenditur secundum extensionē amabilis.
- 22 Scđa p̄fectio cadēs sub cōsilio, attendit quātū ad intēsiōnem amoris.
- 23 Tertia attenditur secundum collationem muneris.
- 24 Ex præcepto dei quilibet magis debet Deum diligere quàm seipsum.
- 25 Post Deum quilibet debet magis diligere seipsum quàm proximum.
- 26 Post deum, & post seipsum vnus proximus est magis diligendus quàm alius.
- 27 In dilectione proximi debemus primo cōsiderare excessū bonitatis.
- 28 Scđo i dilectione proximi cōsiderare debemus uinculū propinquitatis.
- 29 Quis est ordo Charitatis. (tis. Post.)

- 30 Post Deum, seipsum, & consanguineum magis, debemus benefactorem diligere.
- 31 In casu necessitatis magis diligere debemus inimicum quam amicū.
- 32 Vtrū teneamur ex præcepto signū dilectionis ostendere inimicis.
- 33 Vtrum teneamur ex libere p̄tōribus quattuor signa dilectionis.
- 34 Utrum magis meritorium sit diligere amicos quā inimicos.
- 35 Tria signa dilectionis inimicis ostendere debemus.

C A P. I.



DILECTIO. Circa dilectionem est notandum, q̄ quadruplex est dilectio, prima est dilectio Dei ad creaturas, secunda est dilectio hominis ad Deum: tertia est dilectio hominis ad seipsum, quarta est dilectio hominis ad proximum. Prima est dilectio dei ad creaturas. Vbi no. quod quinque modis deus dilexit, & diligit creaturas, scilicet æternaliter, generaliter, causaliter, inæqualiter, specialiter. Primo dico, q̄ deus dilexit creaturas æternaliter: quod tripliciter probō. Primo auctoritate Apostoli ad Ro. 9. Cum enim nondum nati essent aut aliquid egissent boni, dixit deus Malach. 1. Iacob dilexi, Esau odio habui, si autem quæris quare potius dilexit, & elegit Iacob quam Esau. Respondeo, & dico, q̄ non potest dici, q̄ p̄pter merita præcedentia, quia nōdum erant, nec propter merita sequentia, quia sic temporale esset cā æterni, quod est impossibile: ergo quare dilexit, & elegit Iacob rō est, quia sic voluit. Et si quis quare voluit. Rñdeo, & dico, q̄ nulla cā, uel ratio pōt assignari diuinæ voluntatis. Sed contra. Hiero. dicit, q̄ deus nihil facit, quia vult: sed quia ratio est sic fieri. Respondeo, & dico, q̄ sensus est, Deus nihil facit sine cā rōnabili, quia voluntas eius est causa rōnabilis oīum operum eius. Secundo, q̄ deus æternaliter dilexit creaturas probō

rōne sic. Amor boni sequitur cognitionē boni: sed Deus ab æterno cognouit oīa: ergo æternaliter dilexit omnia. Et cōfirmo hāc rōnem sic. De non sciente ab æterno non potuit deus fieri sciens, ergo similiter de non diligente ab æterno nō potuit fieri diligens. Tertio hoc idem p̄bo distinctione sic. Deum diligere creaturam pōt intelligi dupliciter. Primo sic, Deum diligere creaturam est Deum diligere creaturam in seipso: & hoc modo æternaliter Deus creaturam dilexit, licet. n. creatura in seipsa, uel in proprio esse nō fuerit ab æterno, fuit tamen ab æterno in Deo, & eo modo quo creatura fuit, Deus dilexit. Secundo modo sic, Deum diligere creaturam est se in creatura, uel creaturam diligere in seipsa, & talis dilectio ex tempore est. Secundo hoc idem probō alia distinctione sic. Diligere Dei potest dupliciter accipi. Vno modo pro actu interiori, & sic diligere dei idem est, q̄ uelle bonum alicui, & talis dilectio potest esse æterna. Alio modo potest accipi diligere dei pro actu exteriori: unde diligere dei idem est, q̄ impendere beneficia alteri, & tale connotat affectum in creatura, & sic est temporale. Est ergo duplex dei dilectio. scilicet affectus, & effectus: dilectio affectus deo conuenit ab æterno, dilectio effectus conuenit deo ex tempore. Hæc B. Tho. 3. scrip. sen. dist. 3 2. arti. 3. utrum deus ab æterno dilexit creaturas, in arg. contra. Et iterum prima parte sum. q. 20. art. 2. utrum deus amet omnia, in solu. 2. argum. & dominus Ambaldus de Rom. 3. scri. sen. ubi supra, & Alexand. 1. parte sum. quæst. 3 2. arti. 4. quid sit dictum deū diligere creaturas, in cor. q. Requ. supra Amor &c.

C A P. II.

Secundo Deus diligit creaturas generaliter, quod dupliciter probō. Primo auctoritate. Sap. 11. Diliges oīa quæ sunt. Secundo hoc idē probō duplici rōne. scilicet rōne efficiæ, notitiæ, prudētiæ. Primo rōne efficiæ sic. Diuinus amor fuit causa quare Deus res fecit, ut dicit Diony. 4. c. de diui. no. sed Deus fecit omnia, ergo deus gñaliter diligit omnia tāquā artifex opus suum. Secundo probō hoc

Ab æterno in deo fuerunt creatura.

2 Secūdo generaliter.

Q 9 2 idem

Dilectione Dei, ad creaturas quoniamque modis. Primo æternaliter.

Tertio idem ratione notitia sic. Amor boni se-quitur cognitionē boni: sed Deus cogno-
virtuali scit oīa, ergo generaliter diligit oīa. Ter-
ter a- tū hoc idem probō ratione prudentiæ
mor nō sic. Amor diuinus mouet superiora in p-
differt uidentia inferiorum, ut Diony. dicit. 4. c.
ab amor de diu. no. sed Deus de omnib. prouiden-
Dei. tia habet, ergo omnia generaliter diligit.
 Hæc B. Tho. 3. scri. sen. dist. 3 2. art. 2. utrū
 deus diligit oēm creaturā. Et iterū. 1. par.
 sum. q. 20. art. 2. utrū Deus omnia amet.
 Req. supra. Amor Dei ad creaturas. 1. ca.
 Tertio Deus diligit omnia uirtualiter. i.
 causaliter. Nā hæc est differentia inter
 amorē nūm, & amorē diuinum, quia a-
 mor noster non est cā bonitatis rerū, sed
 causat à bonitate rerū: verbi grā. Non. n.
 quia res diligimus iō sunt bonæ, sed ecō-
 uerso, quia sūt bonæ, ideō diligimus eas,
 sed amor diuinus nō causat à bonitate
 rerū, immō causat bonitatē in reb. non.
 n. quia creature sunt bonæ in Deo, Deus
 diligit: sed ecōuerso, q̃a deus diligit crea-
 turas ideō sunt bonæ, ut dicit B. Tho. 1.
 par. sum. q. 20. art. 2. utrū Deus amet om-
 nia: in cor. q. Req. supra. Amor diuinus,
 in vndecim. c. de effectib. diuini amoris,
 & supra. Amor Dei ad creaturas. 3. ca.

CAP. III.

Quarto Deus diligit creaturas in-
3 qualiter. Nam meliora deus plus
 diligit: quod tripliciter probō. s.
 distinctione, ratione: & auctoritate. Pri-
Quarto mō probō distinctione. Nam dilectio dei
in xqua- potest dici, uel intelligi maior vel minor
liter di- duobus modis. Vno modo ex parte affe-
lectio ctus, uel uoluntatis, & sic Deus omnia æ-
Dei, ma- qualiter diligit. Sūna simplicissima uolū-
ior, & tate in qua non est dare maius, uel mi-
minor nus. Alio modo ex parte effectus, & sic nō
duplici- omnia diligit æqualiter, sed illud magis
ter. diligit cui uult maius bonum: & ex hoc
 habet maiorem effectum in illo, quia uo-
 luntas eius est causa rerum. Secūdo hoc
 idem probō triplici ratione. Prima est ta-
 lis. Amor est boni, ergo maioris boni est
 maior amor, & sic Deus maius bonum
 amat magis. Secunda ratio est talis. Fi-
 nis magis diligitur quā id quod est ad
 finem, sed ipse Deus est finis omnium: er-
 go ipse Deus magis diligit se quā alia,

& inter alia magis unum quā aliud. s.
 quanto est propinquus Deo. Tertia ra-
 tio est talis. Illud propter quod aliquod
 diligitur magis diligitur, sed Deus om-
 nia fecit ppter se, & omnia diligit ppter
 se, prouer. 16. Vniuersa propter semetip-
 sum operatus est dñs: ergo omnia diligit
 propter se, & sic magis diligit se. Tertio
 hoc idem probō auctoritate Aug. sup Io.
 sic dicētis. Omnia diligit deus qui fecit,
 & inter ea magis diligit creaturas ratio-
 nales, & de illis ea amplius diligit q̃ sunt
 membra filij sui, & multo magis ipsum
 vnigenitum suū. Hæc B. Tho. 3. scri. sent.
 dist. 3 2. art. 3. utrū deus omnia æqualiter,
 amet, & iterum. 1. par. sum. q. 20. art. 4.
 utrū deus amet omnia æqualiter. Req.
 supra. Amor dei ad creaturas. 4. cap.

CAP. IIIL.

Quinto Deus dilexit, & diligit crea-
 turas specialiter, non ex parte af-
 fectus: sed ex parte effectus: hoc
 autem in quattuor creaturis rationabi-
 lius, uel quattuor exemplis probō. Pri-
 mō in natura Angelica, uel humana. Nā
 quō ad aliquid Deus magis diligit Ange-
 lum quā hominem, & hoc ratione ma-
 ioris conuenientia in natura. Et formo
 sic rōnem. Assimilatio est causa dilectio-
 nis, ergo ubi est maior assimilatio ibi est
 maior dilectio, sed in angelo est maior
 conuenientia, uel assimilatio cū Deo: ergo
 &c. Secūdo dico, q̃ Deus hominē spālius
 diligit, & hoc rōne unionis sic: Vbi ma-
 ior est effectus dilectionis ibi est maior
 dilectio, sed in homine ē maior effectus
 diuinæ dilectionis, quod patet quia ipsa
 vno uerbi Dei fuit summū beneficiū hu-
 manæ nature collatu, ergo maior fuit di-
 lectio Dei ad hominem quā ad Ange-
 lū. Secundo modo considerādo Angelū,
 & hominē quātum ad naturam, sic deus
 plus diligit Angelum quā hominē, quia
 naturam nobiliorem, & perfectiorem de-
 dit Angelo quā homini, sed quātum ad
 gratiam, & gloriam Deus aliqn æquali-
 ter utrunq; diligit. s. cū Angelus, & homo
 in grā, uel gloria sunt æquales. Aliquādo
 vnum, uel plus, uel minus alio diligit: se-
 cundum quōd in gratia, & gloria se exce-
 dunt. Hæc Alex. prima parte sum. quæst.

Quinto
 spiritua-
 liter
 quomō
 Deus
 magis
 Angelū
 quā ho-
 minē di-
 ligat, &
 magis
 hominē
 quā An-
 gelum.

33. arti. 1. vtrum deus plus diligat angelos quam homines, vel e conuerso, in cor. q.

Amor Secundò ostendo hoc idem in præscitum dei ad præscitum nunc iusto, & i prædestinato nunc peccatorem. & catore: nam deus secundum quid scilicet prædestinatum pro nunc plus diligit præscitum iustum quam prædestinatum peccatorem. Cuius ratio est, quia in præscito nunc iusto est duplex bonum, & naturæ & gratiæ, ita quod nihil est in eo quod deus odit. In prædestinato autem peccatore est tantum bonum naturæ quod deus diligit, sed est ibi malum culpæ, vel non bonum gratiæ quod deus odit. Sed loquendo simpliciter, & absolute deus plus diligit prædestinatum nunc peccatorem quam præscitum nunc iustum. Cuius ratio est, quia bonum prædestinatum non est bonum, ut nunc, sed bonum simpliciter, & iō simpliciter: & absolute à deo magis diligitur. Hæc Alex. 1. parte sum. q. 33. art. 2. vtrum inter homines deus diligat plus præscitum qui est in præscito iustus, quam prædestinatum nunc existentem peccatorem, in cor. q.

Tertio hoc idem ostendo in innocente & penitente, quia simpliciter, & absolute deus plus diligit innocentem quam penitentem, eò quod status innocentis est simpliciter melior, quam status penitentis. Cuius ratio est, quia bonum diuturnius est magis eligibile, & diligibile bono non diuturno: sed bonum gratiæ est diuturnius in iusto qui nunquam peccauit. sed semper in bono perseuerauit, quam in penitente qui aliquando fecit: ergo &c. Sed secundum quid deus aliquando plus diligit penitentem quam iustum, quia plerumque contingit, quod peccatores conuersi plus fuerunt in bono quam qui semper steterunt, ut patet per exemplum de igne, quia si apponatur in illum aqua, & ipse eam superet magis postea feruet quam prius, unde quod ad hoc melior est iste penitens quam ille iustus innocens, & magis à deo diligitur: sed si pares essent in hoc, & i alijs præterquam in hoc quod iste est penitens, ille iustus, dicimus, quod iustus præponitur penitenti. Hæc Alex.

Amor ibidem, arti. 3. in cor. q.

Christi Quartò hoc idem ostendo per exemplum ad Petrum, & Iohanne. Ex vna. n. parte vtrum, & quod deus magis diligat magis diligentes se quod, quia si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, sed deus diligit diligē-

tes se, ut dicit ipse prouerb. 8. Ego diligentes me diligo, ergo magis diligentes me magis diligo. Ex alia verò parte videtur oppositum de Petro, & Iohanne: quia Petrus plus dilexit Christum, quod sciens ipse dixit ei. Diliges me plus his. Io. 21. Iohannes verò qui minus dilexit Christum, magis fuit dilectus à Christo. Io. 21. Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus. Respondeo, & dico, quod Christus plus diligit plus diligentes se. Cuius ratio est, quia hoc esset culpandum in homine, quod magis diligentes se minus diligeret, & e conuerso: ergo hoc non est in deo in quo non est aliquid culpabile, vel reprehensibile, secundo verò quid, vel quod ad aliquid deus magis diligit minus diligentes se, ut patet Petro, & Iohanni, hæc Alex. ibidem, artic. 4. vtrum necesse sit de congruo, quod Deus plus diligat plus diligentes eum, in cor. q. Req. supra Amor Dei.

CAP. V.

SECVNDA dilectio est dilectio hominis ad Deum. Vbi nota, quod Deus a nobis quadrupliciter est diligendus, uidelicet sic, sine medio, sine modo, sine termino, sine respectu a Deo alio.

Primò à nobis Deus est diligendus sine medio, hoc autem probò triplici ratione scilicet ratione motiui, modi, termini. Primò ratione motiui sic. Ratio dilectionis est mediū diligendi: sed ratio diuinæ dilectionis non sunt creaturæ, immo e conuerso magis Deus est ratio quare diligamus creaturas: ergo Deus immediate per suam essentiam a nobis amari debet. Secundò hoc idem probò ratione modi. Aliiter enim se habet in intellectu, & aliter in appetitu, quia actus intellectus perficitur per hoc, quod, cognitum, vel intellectum est in intellectu, & quia intellectus noster, ut est in statu viæ versatur circa fantasmata, ideo non potest habere cognitionem illorum, quæ non habent fantasmata. Et hæc est causa quare in statu viæ immediate videre Deum est impossibile, quia nec sub fantasia, nec sub sensu cadit mediātibz quibus intellectus noster cognoscit: sed actus appetitus perficitur per hoc, quod appetitus noster inclinatur in rem ipsam, & iō immediate tē-

4. Deus a nobis quatuor modis est diligendus. Primò sine medio.

Cognitio viae **Amor Dei in patria, & in via eiusdem rationis.** dit ipsum. Tertiò hoc idem probo rōne termini sic. Vbi cognitio tendit, in illo dilectio incipit: verbi gratia. Cognitio nostra in statu viae à creaturis incipit: & quia non quiescit in rebus creatis, ideo nostra cognitio in Deum tendit, dilectio verò à Deo incipit sicut ab ultimo fine, & derivatur in creaturas, ita quòd in statu viae primò cognoscimus creaturas, & ex cognitione creaturarum in quibus nostra cognitio nō quiescit tendimus in cognitionem Dei. Sed in diligere est e converso, quia primò immediatè diligimus Deum: alia verò diligimus propter Deum. Et confirmo hoc idem alia ratione sic. Cognoscere Deum in se, & per aliud non est cognitio vnius rationis, sed alterius, & ideo sicut in patria cognoscimus, ita Deum per se, & immediatè quòd non per aliud, ita in via cognoscimus Deum per alia tantum sicut causam per effectum aut per modum eminentiae aut negationis, ut Dionysius dicit, lib. de divi. no. nunquam tamen per se, & immediatè, ut patet. Amor autem Dei in patria, & in via est vnius rationis, differt tamen per magis, & minus: & ideo sicut in patria amabimus Deum immediatè, ita et in via debemus amare immediatè.

Sed fortè argues in oppositum, scilicet quod nō possumus hic immediatè Deum amare tali ratione. Qui non potest quod minus est, nō potest quod maius est, sed maius est in statu viae amare Deum quàm cognoscere Deum, eò quod amor transformat amantem in Deum, ut dicit Apostolus 1. ad Corinth. 6. Qui adheret Deo per amorem unus spiritus cum illo est. & Augustinus dicit, quòd charitas intrat ubi scientia foris stat: sed homo non potest Deum immediatè cognoscere: ergo multo minus amare. Respondeo duobus modis. Primò quòd, quia dilectio Dei, in statu viae est maius aliquid, & nobilius cognitione Dei, ideo prae-supponit ipsam cognitionem Dei, oportet enim, quod amor sit cogniti aliquid qualiter, quia non diligitur bonum nisi cognitum: sed non oportet, quod sit amor boni cogniti, & visi in seipso illud quod cognoscitur in alio potest in seipso amari, nam cognitio est principium dilectionis: & dilectio est terminus cognitionis. Secundo vero respondeo, & dico, quod in cognoscendo,

& diligendo Deum est circulatio quaedam, in quantum intellectus noster primò cognoscit creaturas quàm Deum, quod quia eius cognitio non quiescit in creaturis, ideo per cognitionem creaturarum tendit in Deum, in quo dilectio incipit, & derivatur ad creaturas, ut patet supra. Hæc. B. Thom. 4. scrip. sen. dis. 27. de actu charitatis, arg. 1. utrum Deum immediatè per suam essentiam possit quis amare, in duobus argumentis. contra, & in cor. q. & in solu. 1. & 2. arg. & secunda secundæ. q. 17. arti. 4 arg. contra, & in cor. q. & in solu. 1. & 2. arg.

Amor & cognitio circularis.

CAP. VI.



SECUNDO Deus à nobis diligendus est sine modo, & sine mensura aliqua, quod quadrupliciter probo. Primò auctoritate Bernardi in lib. de diligendo Deum sic dicentis. Causa diligendi Deum Deus est: modus, sine modo diligere. Secundò hoc idem probo ratione sic. Dilectio cum sit boni, mensuratur secundum bonitatem diligibilis, sed divina bonitas est immensa: ergo dilectio ipsius modum, id est mensuram non habet. Et confirmo hoc idem alia ratione sic. Appetitus rei ex amore rei causatur, sed appetitus eorum, quæ sunt ad finem est finitus secundum ordinem ad finem: appetitus verò finis est infinitus, ergo & amor est infinitus: cum ergo Deus sit ultimus finis, ergo appetitus eius, & dilectio eius mensuram non habent. Tertiò hoc idem probo similitudine sic. Sanitas est finis medici, medicina est, ut ad finem: unde medicus non ponit mensuram aliquam in sanitate, sed facit eam quantumcumque potest magnam, sed medicina imponit mensuram secundum, quod expedit sanitati, à qua si deficeret esset inconueniens medicina. Sic à simili finis omnis affectionis humanæ est dilectio Dei per quam coniungimur Deo, & in dilectione dei non potest accipi modus, vel mensura sicut in re mensurata, ut sic in ea accipere plus, in dilectione autem hominis, & aliarum creaturarum sicut potest aliquis deficere a mensura cum nō diligit quantum debet, ita potest excedere mensuram cum diligit plus quàm debet.

Secundo sine modo & mensura.

Quartò hoc idem probo distinctione.
Vbi

Actus
charita-
tis du-
plex.

Vbi nota, q̄ charitas duplicem actum ha-
bet. s. exteriorē, & interiorē: unus actus
charitatis est exterior, qui cōsistit in affe-
ctu, & talis habet modum, quia pōt ho-
mo se nimis affligere in seruitio Dei.
Alius actus charitatis est interior in affe-
ctu, & hic non hēt, quia mensuram acci-
pit ex rōne obiecti mouentis, cuius boni-
tas est infinita, & ideo non potest homo
Deum, nimis diligere. Ratio aut̄ huius
est, quia aliter se hēt in mensuratis, & ali-
ter in mensura. nam mensurata habent
modum in ordine ad mensurā, sub quo
ordine non est accipere plus, vel minus,
vt patet in medicina, & sanitate, & simili-
bus. In mensura autem non pōt esse ex-
cessus, sed quanto plus regula, uel mensu-
ra attingitur, tātō melius, idest perfectius
est mēsuratum. vnde Aug. in lib. de mori-
bus ecclesiæ sic ait. Dic mihi quis sit mi-
hi modus diligendi Deum. Respondet
ipse, & dicit, q̄ modus diligendi Deum
est, ut ex toto corde diligatur. i. ut diliga-
tur quantum pōt diligi, & hoc pertinet
ad modum qui conuenit mensuræ, quia
ipse est prima mensura, uel prima regula
omnium, & ita quanto plus diligitur, tan-
to est dilectio melior. Hæc B. Thomas. 3.
scrip. senten. distin. 27. de actu charitatis.
utrum dilectio qua Deum diligimus ha-
beat modum, in arg. contra, & in corp. q.
Et iterum secunda secundæ q. 27. artic. 6.
utrum diuinæ dilectionis sit aliquis mo-
dus, argum. contra, & in cor. quæst. & in
solu. argumen.

CAP. VII.

Tertiò
sine ter-
mino.

In priā
fides e-
uacuabi-
tur.

Tertiò Deus est à nobis diligendus
sine termino. Nam fides in patria
euacuabitur, & cessabit spes: charitas au-
tem non euacuabitur. Dico ergo, quod
fides non erit semper, sed in patria eua-
cuabitur, & cessabit, quod probō duplici
ratione. Prima est talis. Fides est non ap-
parentium, sed in patria adueniente glo-
ria nihil erit non apparens eorum quo-
rum iam est fides, ergo non erit. Secūda
ratio est talis. Modus fidei imperfectio-
nem, & obscuritatem importat, eo quod
eius modus cognitionis in speculo, & in
enigmate cōsistit, sed adueniente gloria,
nec speculum nec enigma neq; per con-

sequēs aliqua imperfectio erit, ergo &c.
Hæc B. Tho. 3. scri. sen. dist. 11. art. 1. q. 1.
utrum fides euacuatur adueniente gloria.
ubi dicit, q̄ actus fidei qui est ipsa cogni-
tio remanebit in patria: modus uero fi-
dei qui est imperfectio, s. cognoscere
cum speculo, & enigmate euacuabitur. in
arg. contra, & in cor. q. Secundò dico, q̄
spes in patria non erit, quod dupliciter
probo. Primò auctoritate Apostoli ad
Ro. 8. sic dicentis. Quod uidet quis quid
sperat quasi dicat nullus. Secundò hoc
idem probō rōne sic. Spes est certa expe-
ctatio futuræ beatitudinis, sed beatitudo
in patria iam erit præsens, & non futu-
ra, ergo &c. Hæc B. Tho. ubi supra imme-
diatē, art. 1. q. 2. utrum spes euacuatur, in
arg. contra, & in corp. q. Tertiò dico, q̄
charitas non euacuabitur: quod duplici-
ter probō. Primo ratione sic. Præsencia
amati non tollit amorem sed auget, cha-
ritas autem est amor Dei: ergo quando
Deum præsentem uidebimus non tolle-
tur charitas, sed magis augebitur.

Secundò hoc idem probō auctoritate
Apostoli. 1. ad Corin. 13. sic dicentis. Cha-
ritas nunquam excidit. Vbi nota, q̄ ea-
dem charitas numero hic, & in patria re-
manebit. Cuius ratio est, quia charitas
in uia, & in patria pro obiecta unam, &
eandem rem habet, scilicet ipsum Deū,
tamen modus charitatis qui est in uia,
in patria perficietur, quod tali similitudi-
ne probō, quia sicut idem numero est ho-
mo qui prius erat puer, qui tamen per
augmentum perficitur, & fit uir. Simili-
ter eadem est numero albedo remissa, &
intensa, & tamen albedo remissa per in-
tensionem perficitur. Sic eadem est nu-
mero charitas quo ad essentiam in uia,
& in patria: tamen modus imperfectus
in uia qui est non semper actualiter fer-
ri in Deum, uel qui non est habiti, uel
non nisi in patria perficietur.

Sed fortē quæres utrum charitas uic-
tantum augeat possit, ut possit uenire ad
æqualitatem charitatis patriæ. Respon-
deo; & dico: q̄ nō, & hoc propter differē-
tiam quæ est ex parte causæ charitatis.
Nam uisio est causa amoris, ut dicitur. 9.
Ethic. Deus ante quanto perfectius co-
gnoscitur tanto perfectius amatur, unde
quia non potest ita perfectē cognosci hic

Itidem
& spes.
Chari-
tas autē
perma-
nebit.

Vide
Scot. ter-
tio sen.
dist. 31.
q. unica

ut in patria, ideo nunquam ita perfecte potest hic diligere sicut in patria. Hæc Bea. Th. 2. secundæ. q. 26. art. 13. utrum ordo charitatis maneat post hanc uitam, arg. contra, & in cor. q. & in sol. 2. & 3. argum. & 3. scrip. sen. dist. 3. ar. 2. utrum charitas euacuetur in patria, in duob. arg. contra, & in cor. q.

CAP. VIII.

8.
Deus p
pter seip
sū amā
dus.

Quarto, Deus a nobis est diligendus sine respectu a Deo uel a Dei fruitione alio. Vbi nota, q. Deus aliquando propter sensum solum est amandus, aliquando propter aliud est amandus. Primo dico, q. Deus propter seipsum est amandus, & hoc propter quattuor causas quas hæc præpositio, propter, dicit. Primo enim propter dicit causam finalem: sicut diligimus medicum propter sanitatem: & hoc modo diligimus Deum, propter se, scilicet propter causam finalem: quia Deus non ordinatur ad aliud sicut ad finem: sed ipse est omnium ultimus finis. Secundo propter dicit causam formalem, sicut diligimus hominem propter uirtutem, & hoc modo diligimus Deum, propter seipsum, quia ipse non formatur aliquo alio ad hoc q. sit bonus, sed eius substantia est eius bonitas. Tertiò propter dicit causam efficientem sicut diligimus aliquos in quantum sunt filij talis patris, & hoc modo diligimus Deum propter seipsum in quantum bonitas eius non inest ei ab altero, sed ab ipso inest omnibus alijs, nam omnia bona alia exemplariter, efficienter, & finaliter sunt a Deo. Quartò hæc præpositio propter dicit dispositionem materialē, & hoc modo Deum diligimus propter aliud, nam ex aliquib. alijs disponitur ad hoc, q. in Dei dilectione ueniamus, & proficiamus, puta per beneficia ab eo suscepta, uel p. præmia sperata, uel per supplicia, uel pœnas quas p. ipsum uitare intendimus. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 27. art. 3. utrum Deus sit propter se amandus, in cor. q. Sed forte quæres utrum in amore, uel in dilectione Dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem. Respondeo, & dico, q. merces propriè præmium dicitur quod quis ex

opere suo, uel labore meretur, ita q. merces, uel præmium est finis operis, uel laboris. Ponere ergo mercedem, uel præmiū finem potest dupliciter intelligi, scilicet finem amoris, uel finem amati. Primò. n. ille q. amore charitatis Deum diligit, non potest habere oculum ad mercedē, ut ponat aliquod præmium finem amati, scilicet dei, quia hoc esset contra charitatem, ut charitas est amicitia quædam. Cuius ratio est, quia amicitia diligit amicum p.pter seipsum, & non propter quodcunq. aliud. Similiter qui amore caritatis Deum diligit, non potest habere oculum ad aliquod bonum temporale, ut ponat ipsum præmium, uel mercedē amoris, quia hoc est contra rationem charitatis, ut est uirtus, & propter hoc mercenarius uituperatur. Io. 10. ubi dicitur, q. mercenarius est qui opus spirituale propter mercedē temporale exercet: potest tamen qui Deum ex charitate diligit habere oculū ad mercedem, ut ponat beatitudinē finem amoris, non autem finem amati, hoc. n. est contra rationem amicitie, neq. contra rationem uirtutis, cum beatitudo sit finis uirtutū. Sed fortè argues in oppositū auctoritate Aug. qui dicit, q. deo licet sine præmio seruire non possit, tamen sine intuitu præmij seruendum est, sed præmium nihil aliud est quam merces laboris: ergo sine respectu mercedis est Deo seruiedū. Respondeo quattuor modis. Primo q. sine intuitu præmij seruendum est Deo, ita q. præmium non ponatur finis eius quod amatur, & cui seruitur: sed q. ponatur finis illius seruitij uel amoris, ut patet supra. Secundo respōdeo & dico, q. facere aliquid p. aliquod temporale facit actum mercenariū, & iō merito uituperatur, non aut facere p. remunerationē æternam. Tertiò mō respōdeo, & dico, q. actus mercenarius dī qui sit p. mercedē, non aut qui est circa mercedē. Quarto mō respōdeo, & dico, q. spes non expectat remunerationē æternā in quantum est merces, sed in quantum est quoddā summum arduum, hoc est Deum hīe p. principali obiecto. Hæc B. Th. 3. scrip. sen. dist. 26. de spe. art. 1. utrum spes sit uirtus, in sol. 5. arg. & iterum ibidem dist. 29. art. 4. utrum in dilectione dei possit haberi respectus ad aliquam mercedem, in cor. q. & in sol. arg.

Cap.

Nō ama
tæ sed a
moris
merces
ponitur
finis.

Quo a
mor re
spiciat
merce
dem.

CAP. XI.

ET quia pfectio spiritualis uitæ principaliter in dilectione dei consistit vt pater supra. Charitas. 7. c. & infra Prælatio. iō dominus dilectionem principaliter Matth. 22. dicens Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. In quo pcepto dominus tangit tria. s. primò actū meritorium cum dicit. Diliges secundo obiectum gloriosum cum dicit. Dominū deum tuum. tertio modum necessarium vel fructuosum cum addit. Ex toto corde tuo &c.

Primo tangit, uel præcipit actum meritorium cum dicit. Diliges, non enim cognosces dicit, neq. timeas, neq. diligaris, sed diligas &c. Primò enim non dixit cognosces deum. sed diliges Deum. Cuius ratio est, quia in uia melius est diligere Deum, quàm cognoscere. Hanc rationē assignat Chryso. ibidē dicens. Vide quia non dicit cognosces deum, sed diliges, quoniam cognoscere vnum Deum penè proprium est humanæ naturæ, diligere autem eum, est religiosi cordis, & recti. Req. supra. Amor: de effectibus diuini amoris. 1. c. q̄ diuinus amor causat in anima unionem intimam, & ibidem 4. c. q̄ diuinus amor causat perfectionem maximam. Secundo non dixit timeas, sed diliges propter quattuor rationes quas assignat Chryso. ibidem. Tertio nō dixit, diligaris a Deo, sed diliges, eo q̄ rō amoris consisti: in amore, ergo dixit Diliges. Ratio autem quare prius dedit præceptū de amore quàm de alijs est quadruplex. Prima est propter facilitatem, quia nihil est tam facile, & liberum, & tam in potestate hominis sicut amare: unde nemo potest se excusare de mandato amoris. Secunda est propter suauitatem, quia amor reddit omnia suauia: Bern. Amanti nihil est difficile. Matth. 11. Iugum enim meum suauē est, & onus meum leue: si ergo tantum allicit illicitus amor mundi: ergo plus amor Dei. Tertia causa est ppter gratiositatem, quia amor omnia opera reddit gratuita. Deus autem non vult seruitia coacta, quia non sunt meritoria, sed gratuita, quod facit amor: r. ad Cor. 13. Si distribuero omnes facultates &c.

Quarta est propter uirtuositatem. Est. n. Maius amor uirtus: & pondus sursum erigens animam ad diuina: e contrario amor mundum diligit. Aug. Amor meus pondus meū. Chryso. Diliges inquit non time, quia diligere maius est quàm timere. Et hoc propter quattuor rationes. Prima est quia timere est seruorum, diligere uero filiorum. Secunda est, quia timor sub necessitate est. dilectio uero in libertate. Tertia est, quia timor pœnam habet, dilectio uero non sentit pœnam, sed gaudium, & lætitiā. Quarta rō est, quia qui in timorem seruit Deo, pœnam quidem euadit, mercedē uero iustitiæ non habet, quia inuitus facit bonum propter timorem. Non vult ergo dominus, q̄ timeatur quāsi dominus. sed magis, ut diligatur, ut pater, qui adeptionis spiritum donauit hominib. Has rationes assignat Chryso. super Matth. ibidem. Vel ideo dicit Diliges duplici ratione. Prima ratio quare dicit diliges, non diligaris est ad ostendendum, q̄ actus amicitiae, uel charitatis consistit in amare, non in amari, vt patet supra. Amicitia. 2. dist. 2. c. Req. ibi. Secūda ratio est ad ostendendum: q̄ deus diligentes se diligit, ut patet supra. Amor: de effectibus diuini amoris. 14. vbi dicitur. q̄ amor diuinus causat unionem mutuam, qđ p batur cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Req. expositionem huius ibidem in principio c. Et prou. 8. Ego diligentes me diligo. Req. supra. Amor Dei. c. 24. ubi dicitur, q̄ amor dei ad creaturas est uirtualis, & supra dilectio dei. 5. capitu. quomodo deus aliquos diligit, & dilexit specialiter. Vbi tamē nota, q̄ amor dei erga nos est prior, & causa amoris nostri, & non e conuerso, ut ibidem patet.

CAP. X.

Secundo in præcepto dilectionis tangit obiectū beatificum, & gloriosum eum subdit, Dominum deum tuum. In quo uerbo ostendit, quod Deus est Deus super omnia diligendus. Et hoc triplici ratione. Primo ratione potentiae per omnia diligendus. quia creauit, cum dicit. Diliges dominum &c. qui est creator ad esse: cōserua-

est p̄rio
rōne po
tentia.
secūdo
ratione
sapientiæ

Tertio
ratione
gratiæ.

tor in esse recreator in benè esse, glorificator in optimo esse Iosue. 14. Diligētissimè p̄cauere ut diligatis dñm Deū tuū.

Secundo modo est super omnia diligēdus ratione sapientiæ: idēd dicit Deum, Deum inquit diliges. Apostolus ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & meritō, ut patet ex trib. diffinitionibus Dei. Prima est talis. Deus est quo nihil melius excogitari potest. Secunda est talis. Deus est amor qui plus habitus plus placet. Tertia est talis. Deus est cuius posse non numeratur, cuius esse non clauditur, cuius bonitas non terminatur. Tertiō est super omnia diligendus ratione gratiæ suæ, uel beneuolentiæ, iō dicit Tuum. In psalm. Ipse est dominus deus noster. Deuter. 30. Considera, ut diligas dominum Deum tuum. Si uerō aliter uis exponere dicas sic: Primō enim dicit Diliges dominum Deum tuum, qui est principium creationis, & gubernationis creaturæ. Secundō diliges Deum in quo est exemplar dispositionis & cā regiminis. Tertiō diliges Deū tuū, in quo ē finis, & consummatio beatitudinis. Deuter. 32. Nunquid non ipse est pater tuus q̄ possedit te, & fecit, & creauit te? Requ. infra pater noster, quot modis dominus dicitur. Tertiō in p̄cepto dilectionis dei dominus tangit modum congruum, & fructuosum, cum addit. Ex toto corde tuo &c. ubi p̄mittit integritatem, & quātitatem, dilectionis Dei: cum dicit Toto. Primō integritatem, nam totum dicitur illud cui nulla suarum partium deest, ut dicit philosophus. 5. metaphysicę. Sic sp̄tualiter in dilectione Dei nulla subtractio uel diminutio debet esse: unde super illo uerbo Deutero. 6. Diliges dominum Deum tuum &c. glo. sic ait. Quia triplicis naturæ est anima, idēd iubetur diligere tripliciter, non uult Deus amorem suū partiri, ut simul diligamus Deum, & aurum, uel uxōrē, uel filium. Nemo potest duobus dominis seruire. Matth. 6. Ipse super omnia est diligendus, & idēd eius dilectio p̄ponitur cum dicitur. Diliges dominum deum tuum ex toto &c. Secundo p̄mittit quantitatem, uel magnitudinem dilectionis Dei cum dixit. Ex toto: nam totum, & perfectum idem sunt p̄genitus, ut dicit philosophus 3. physico-

rum: per quod intelligit plenitudinem, & perfectionem diuini amoris: unde super illo uerbo Lucæ. 10. Diliges dominū deum &c. Basilius sic ait. In cæteris uero recipit sectionem: nam quantuncunque dilectionem in infimis expendis: hoc tibi necessario a toto deficiet: quod p̄ exemplum ostendit dicens. Sicut enim in uase aliquo pleno liquore quātum emanat forās, tantum necesse est plenitudini derogari, sic & in anima quantum emanauerit, uel defecerit a Dei dilectione, & deflexerit ad illicita, tātum necessarium est minui dilectionem dei. Primō ergo determinat modum dilectionis dei cum dicit, diliges dominum Deum tuum.

Vbi nota, q̄ hoc p̄ceptum diuersimo Cur p̄ceptū di
dē inuenitur traditum in diuersis locis: ceptū di
quod patet. Nam Deut. 6. ponuntur tria. lectiōis
s. ex toto corde, ex tota anima, ex tota for- diuersi-
titudine. Matth. 22. ponūtur duo horum mode
s. ex toto corde, & ex tota anima, & omit- habeat
titur ex tota fortitudine, sed additur. In in sacra
tota mente tua. Mar. 5. uero ponunt quat scriptu-
tuor. s. ex toto corde, ex tota aīa, ex tota ra,
mēte & ex tota uirtute q̄ est fortitudo. Lu
cæ. uero. 10. ponuntur quattuor. s. ex toto
corde, ex tota anima, & ex omni mente,
vbi loco fortitudinis, uel uirtutis addit
quartum. s. ex omnibus uiribus tuis. Ra-
tio autem quare alicubi aliquod horum
omittit est, quia vnū ex alijs intelligit, ut
uerbi gr̄a. Hoc quod addit Lucas. s. ex om-
nib. uirib. tuis, refertur ad illa tria quasi
modus: & in unoquoq. intelligit. Et est
sensus Diliges dñm deum tuum ex om-
nibus uiribus tuis, totius cordis, totius a-
nimæ, totius mētis. P̄cipitur ergo nobis
modus dilectionis diuinę. s. q̄ diligamus
Deum ex toto corde, ex tota mente, ex
tota anima, ex tota fortitudine, uel uirtute,
seu ex omnib. uirib. nostris. Ratio au-
tem huius in generali est duplex. s. littera-
lis, & moralis. Primo ratio huius est litte-
ralis, nam dilectio est actus uoluntatis q̄
hic per cor intelligitur. Cuius rō, est, quia
sicut cor corporale est principium oīum
corporalium motuum, ita etiā uoluntas
est principium oīum sp̄ritualiū motuū.
Tria autem sunt principia quæ mouētur
a uolūtate. s. intellectus qui signatur per
mētē: uis appetitiua quæ signatur per ani-
mam, & uis executiua exterior q̄ signatur
per

per fortitudinem seu virtutem seu vires.

Ratio autem moralis seu spiritualis determinationis istius modi est multiplex secundum, quod iste modus diligendi Deum exponitur octo modis. Primum sic. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde

Octo ex
positio-
nes.
Prima.

tuo idest, ex tota intentione tua, ut tota nostra intentio feratur in Deum. Ex tota mente, idest ex toto intellectu, ita, quod totus intellectus noster subdatur Deo. Ex tota anima idest appetitu interiori, ita quod totus noster appetitus reguletur secundum Deum. Ex tota fortitudine, vel uirtute, uel viribus, idest ex omni actu exteriori, ita quod omnis actus noster exterior obediat Deo. Et hæc est expositio Beat. Thom. secunda secundæ, loco ubi dicitur infra, scilicet sexto modo. Secundo modo Chryso. super Matth. 22. exponit sic dicens. Diligere autem Deum ex toto corde, ut cor tuum non sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis, quam Dei. Diligere Deum in tota anima est certissimum animum, uel intellectum habere in veritate, & firmum esse in fide. Qui enim verè credit apud Deum esse omne bonum, & nihil boni esse extra ipsum, hic diligit dominum in tota anima. Diligere uero Deum tota mente est, ut omnes sensus tui vacent Deo. Cuius enim intellectus Deo ministrat, cuius sapientia circa Deum est, cuius cogitatio ea, quæ Dei sunt tractat, cuius memoria, quæ dei sunt recordaturis, tota mente diligit Deum. Tercio modo Aug. libr. 1. de doctrina Christiana refert cor ad cogitationem, animam ad uitam, mentem ad intellectum. Vnde ibidem exponit sic dicens. Deum ex toto corde diligere præcipis, ut omnes cogitationes tuas. Ex tota anima tua, ut omnem uitam tuam. Ex tota mente tua, ut omnem intellectum tuum in illum conferas a quo habes ea, quæ confers: nullam ergo uitæ nostræ partem reliquit quæ uacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re uelint frui, & subdit. Tunc est enim optimus homo cum via tota sua pergit ad incommutabile bonum. Quartò glosa sic exponit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde. i. intellectu, ut desit error. Ex tota anima. i. voluntate, ut tollatur omnis contraria affectio. Ex tota mente, idest memoria, ut absit

Secunda.

Tertia.

Quarta

obliuio, ut nihil ei contrarium sentias, vel recorderis. Quinto modo Origenes sic exponit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde. i. scilicet totam recordationem, & cogitationem, & operationem. Ex tota anima, ut paratus sis eam ponere pro pietate dei. In tota mente. scilicet ut nihil aliud proferas nisi quæ dei sunt. Sextò Greg. Nicenus super Luc. 10. exponit sic dicens. Inter alia quædam uis animæ discernit. Una est anima vegetabilis: & hæc est nutritiua, & augmentatiua solum quæ in plantis reperitur. Alia est anima sensibilis quæ saluatur in natura irrationabilium animalium. Alia est anima perfecta. scilicet rationalis quæ in natura humana inspicitur. Dicendo ergo cor, signat animam vegetabilem: dicendo uero animam, signat animam mediocrem. i. sensibilem: dicendo autem mentem: signat altiore. scilicet rationalem seu intellectuam. Ergo diliges ex toto corde quantum ad animam vegetabilem, ex tota anima: quantum ad sensibilem: ex tota mente, quantum ad rationalem. quia hoc quod nutrimur sentimus intelligimus debemus ad Deum referre. Hæc B. Thom. 3. scrip. senten. dist. 28. in expositione litteræ in fine, de præcepto, & modo diligendi deum. Et iterum secunda secundæ. quæst. 44. artic. 5. utrum in præcepto dilectionis dei conuenienter addatur ex tota mente in cor. quæst. per totum. Septimo modo Bern. in libro de diligendo deum exponit sic dicens. Dilige toto corde prudenter, tota anima dulciter, tota uirtute tua fortiter: & subdit. Disce Christiane homo amare Christum. Sed quomodo? Ama inquit dulciter, ne illectus: ama prudenter, ne deceptus: ama fortiter, ne oppressus ab amore Dei auertaris, & subdit. Non abduci blanditijs, neque seduci fallacijs, nec frangi iniurijs est deum toto corde, tota anima, tota fortitudine diligere.

Octauo modo Hugo de sancto Victore

exponit sic dicens. Dilige ex toto corde,

idest ex deuotione quod ad uirgines

ex tota anima, idest discretio-

ne quod ad confessores, ex

tota mente, idest per

seuerantia, &

fortitudine quod ad martyres.

CAP.

Quinta

Sexta.

Septima

Octaua

CAP.

XI.

11. **A**D maiorem tamen euidentiā prædictorum est sciendū, q̄ perfectio vitæ spiritualis in duobus consistit. scilicet in dilectione Dei, & in dilectione proximi. Primò ergo & principaliter perfectio spiritualis vitæ in dilectione Dei consistit: unde dominus ad Abraam loquens dicit sic Gen. 18. c. Ego dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus. Ber. Ambulatur autem coram Deo non passibus corporis, sed affectibus mentis, quorum principalis est amor. Est autem triplex gradus perfectionis diuinæ dilectionis: primus conuenit Deo soli: secundus conuenit comprehensori: tertius conuenit uiatori. Primus modus uel gradus perfectionis diuinæ dilectionis conuenit Deo soli, scilicet ut infinitè se diligat, nō autem alicui intellectui creato: quod tali ratione ostendo: Videre, & diligere Deū infinitè est Deum totaliter uidere, & totaliter diligere: sed hoc nullus alius a Deo potest facere, quod sic probō: Ad dilectionem Dei concurrunt tria scilicet dilectū, diligens, & dilectio. In quantum ergo totaliter dicit modum rei uisæ, & dilectæ, sic beati totum Deum uident, & diligunt, quia nihil est de essentia Dei, quod a beatis remaneat non visum, & non dilectū, ita q̄ totaliter beatus, & Deum uidet, & diligit. Si uerò totaliter dicit modum ex parte videntis, & diligentis, sic etiam secundum posse suum beati dominum vident, & possident nihil suæ potentiae subtrahentes uisioni, & dilectioni diuinæ. Si autē totaliter dicit modum uisionis, & dilectionis tunc dico, quod beati non vident nec diligunt Deum totaliter q̄ tali ratione ostendo: Vnumquodque in tantum est diligibile in quantum est bonum: cum autem bonitas Dei sit infinita, infinitè erit diligibilis: nulla autem creatura potest Deum diligere infinitè, quia nullius uirtutis finitæ potest esse actus infinitus, ergo &c. Secundò hoc idē probō ratione cognitionis sic: Amor boni sequitur cognitionem boni: sed Deus a creatura non potest totaliter cognosci, quia hoc esset comprehendere Deum, ergo &c. Tertio hoc idem probō ratione imperfectionis sic: Deus se totaliter vi-

det, & amat, si ergo ab aliquo alio videtur, & amatur: ergo aliquis alius tantum videt, & diligit Deum quantum Deus seipsum: sed hoc est inconueniens, ergo & primum. Solus ergo Deus cuius lux, & claritas, & bonitas est infinita seipsum totaliter, & perfectissime videt & diligit secundum primum perfectæ dilectionis modum. Hæc Beat. Thom. 3. script. sent. distinct. 18. de actu charitatis, artic. 2. vtrum Deus possit totaliter diligi, in corp. quæst. & iterum secunda secundæ quæst. 27. artic. 5. vtrum Deus possit amari totaliter, in corp. quæstion & in tractatu quem fecit de perfectione vitæ spiritualis. cap. 4.

Solus
Deus se
ipsum
absolu-
tè videt
& amat.

CAP.

XII.

SE C V N D V S gradus uel modus perfectionis dilectionis Dei conuenit comprehensori. Nam in cælesti patria omnes perfectè Deum vidēt, & diligunt: quod dupliciter probō, scilicet ratione, & auctoritate. Primò ratione sic: Beatitudo perfecta in diuina fruitione consistit: beatitudo autem illa non est in habitu, sed in actu, & ideo in cælesti beatitudine intellectus, & uoluntas creaturæ rōnalis semp actualiter ferunt in Deū: & quia Deo creatura rōnalis inheret tanquā fini ultimo, qui est veritas summa, in finem autem ultimū per intentionē omnia referuntur, sēc ultimū finem omnia exequendo disponuntur, consequens est, q̄ in illa beatitudine pfectè creatura rationalis diligit Deum. Secundò hoc idem probō auctoritate sic: Tunc. n. perfectè implebitur illud præceptum Deut. 6. Ex toto corde tuo & Lu. 10. & Matth. 22. & Marci. 12. Diliges, &c. ubi cor refertur ad intentionem, mens ad cogitationem, anima ad affectionem, fortitudo ad executionem, quæ omnia in dilectione Dei in patria actualiter referuntur in Deum: quod sic pater: Comprehensor. n. omnis diligit Deum. Ex toto corde dum tota eius intentio semper actualiter fertur in Deum ex omnibus, quæ cogitat, amat, & agit. Ex tota mente diligit Deum dum semper actualiter tota mens eius refertur in Deū ipsum semper vidēs, & omnia in ipso, & secundum eius ve-

exponit
pceptū
de dile-
ctione
Dei.

ritatem de omnib. iudicans. Ex tota anima diligit Deum dñi tota affectio eius ad Deum diligendum fertur continuè & ppter ipsum omnia diligit. Ex tota fortitudine, uel ex omnib. uirib. diligit Deum dum omnium exteriorum actuum ratio erit dei dilectio, & hic est summus perfectæ dilectionis modus qui est beatorum. Hæc B. Tho. breuiter, & compendiosè tangit secunda secundæ. quæst. 44. art. 4. utrū conueniēter præcipiatur, ut Deus diligatur ex toto corde, in solu. 2. argu. in principio. Et iterum diffusè tractat in tractatu quem fecit de perfectione uitæ spiritualis. capit. 5. de perfectione dilectionis dei quæ conuenit comprehensorib. Requi. supra Charitas, de perfectione charitatis patriæ quomodo eius perfectio sex requirit.

CAP. XIII.

Tertius modus perfectæ dilectionis Dei conuenit uiatori, & hic est duplex: primus est de necessitate præcepti, secundus de necessitate consilij. Primus modus perfectionis dilectionis Dei qui conuenit uiatori est, ut totum cor hominis habitualiter in Deum feratur, ita qd nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat: & hæc est perfectio uitæ, cui non cōtrariatur peccatum ueniale: quia non tollit habitum charitatis cum non tendat in oppositum obiectum, sed solū impedit charitatis usum, quod homo ita Deum diligit in hac uita, qd eius cor nihil acceptet quod sit diuinæ dilectioni contrarium, talis perfectè diligit Deum, & talis diuinæ dilectionis perfectio est de necessitate præcepti. Quod autem talis dilectionis perfectio detur homini in præcepto patet quātum ad quattuor quæ continentur in præcepto diuinæ dilectionis. Oportet. n. quod ille qui uult perfectè Deum diligere in hac uita faciat quatuor. scilicet primum est, ut omnia in Deum tanquam in finem referat, secundum est, quod intellectum suum Deo subijciat, tertium est, quod omnia quæ amat in Deū dirigat; quartum est, qd omnia exteriora ex diuina charitate procedant. Primò enim oportet, ut homo hæc omnia, quæ agit in Deū sicut in finē referat, ut dicit

Apost. 1. ad Corinth. 10. Siue māducatis siue bibitis siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite: quod quidem impletur cum aliquis uitam suam ad seruitium Dei ordinat, & per cōsequēs omnia, quæ per seipsum agit uirtutaliter ordinat in Deum, nisi sint talia quæ à Deo abducant sicut peccata, & sic diligit homo Deum ex toto corde.

Secundo oportet de necessitate præcepti, ut intellectū suum hic Deo subijciat ea credens quæ diuinitus traduntur, secundum illud Apostoli 2. ad Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omnem humanum intellectum in obsequium Christi: omnis, enim intellectus quantumcunq; sapientia eleuatus subijci debet doctrinæ Christi, & sic diligit homo Deum ex tota mente. Tertiò oportet de necessitate præcepti, ut quæcunque homo amat in Deo diligit, & omnem affectionem ad Dei dilectionem referat: unde dicebat Aposto. 2. ad Corinth. 5. Siue. n. mente excedimus, uel nos cōmēlādo, uel cōtēplādo sicut fuit in raptu, siue sobrii sumus, uel uerba humilia, uel ædificatoria proferamus hoc totum sit Deo, idest ad honorē, & gloriam Dei. Et reddit de hoc rōnem dicens. Charitas enim Christi, idest charitas qua Christus nos dilexit, & quam nobis exhibuit urget nos, ut omnia propter Dei gloriam faciamus: & sic diligit homo Deum ex tota anima. Quartò oportet, ut omnia exteriora uerba nostra, & opera ex diuina charitate procedant, secundum illud Apostoli. 1. ad Corinth. ultim. Omnia fiant in charitate. Glo. interli. Non causa inanis gloriæ, sed in charitate, eo quod ea, quæ sine charitate facimus non sunt meritoria uitæ æternæ, ut patet supra. Charitas. Hæc beatus Thomas compendiosè tangit secunda secundæ. quæstio. 44. articu. 4. utrum conuenienter præcipiatur ut Deus ex toto corde diligatur, in solut. 2. argum. & in tractatu quem fecit de perfectione uitæ spiritualis. cap. 6.

Peccatū
veniale
vsum tā
tum ca.
ritatis
aufert.

C A P. XIII.

14 **S**ED fortè quæres gratia prædictorū: **U**trum modus diligendi Deum, qui ponitur in præcepto cum dicitur. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. possit in uia seruari, & impleri. Respondeo dando, uel præmittendo duas distinctiones, una erit ex parte præcepti. Prima distinctio est ex parte modi cum dico. Ex toto corde. Vbi nota, quod totum, & perfectum idē est, ut dicit Philosophus. 5. Metaphysicæ. Ratio autem perfecti in hoc consistit, ut nihil ei desit, & hoc dupliciter, uel eorum quæ potest habere, uel eorum quæ debet habere, ut verbi gratia. Ille est perfectus qui habet totam illam quantitatem quam possibi-
 le est esse in natura humana, & sic gigas quantitate, uel magnitudine est perfectus, eo quod habet totam illam quantitatem quæ in natura humana possibilis est esse. Vel ille dicitur perfectus qui habet tantam quantitatem quantam requirit humana natura, & si non habeat quantitatem gigantis. Sic à simili quantitas dilectionis Dei potest dici perfecta duobus modis. Vno modo quando nihil deest sibi, vel eius, uel eorum quæ possibile est esse, vel haberi, puta quando nihil deest homini in his quæ potest expedere in amorem Dei quin in Dei dilectione ponat, & hæc est perfectio charitatis patriæ, quæ non præcipitur hoc præcepto. Diliges dñm Deum &c. hominī habenda, quia impossibile est in uia talem perfectionem dilectionis dei haberi: quod probo quatuor rationibus. Scilicet ratione rebellionis, conuersionis, unionis, offensionis. Primò ratione rebellionis sic. Cū inest alicui carnalis concupiscentia non ex tota anima diligitur deus, ut Augustinus dicit, sed hæc inest hominī dū est in uia, ergo non ex tota anima diligitur Deus, & sic non potest in uia prædictū præceptū impleri. Scđo hoc idem probo ratione offensionis sic. Ille qui peccat non diligit Deū ex toto corde: sed in hac uita non possumus saltē sine peccato veniali manere sicut patet. 1. Iohan. 1. ergo &c. Tertiò hoc idem probo ratione conuersionis sic. Non pōt homo simul cor ad multa habere, sed dum in hac uita

sumus oportet, quod cor rebus temporalibus aliquando apponamus: ergo non potest homo in hac uita Deum ex toto corde diligere. Quartò hoc ostendo ratione unionis sic. Deus intendit per hoc præceptū, Diliges dominum deum tuum, ex toto corde &c. quod homo semper actualiter in Deum feratur, & quod Deo totaliter uniatur, sed hoc fiet in patria quādo Deus erit omnia in omnibus, ut dicitur. 1. ad Corinth. 15. ergo &c. unde perfectio charitatis patriæ excludit omne quod etiam ad tempus actus dilectionis intercipere posset, ut ueniale. Secundo modo quantitas dilectionis dei est perfecta quando hominī nihil deest de his quæ debet habere secundū illud tempus, unde quā nihil subtrahit de his, quæ secundum tempus debet ponere in amore Dei, & excludit omne contrarium dilectioni Dei, repugnans sicut mortale, talis charitas est perfecta, & huiusmodi perfectio charitatis ponitur in præcepto etiam, ut nunc implenda. Secunda distinctio est, quod præceptum aliquod dupliciter impleri pōt, scilicet perfecte, & imperfecte. Primò quidem perfecte impletur præceptum quando puenitur ad finem quē præcipiens intendit. Scđo mō impletur præceptum imperfecte, quā etsi non ptingatur ad finē præcipientis, non tñ receditur ab ordine finis, Verbi grā de utroque, Sicut si dux exercitus præcipiat militibus, ut pugnent, ille perfecte implet præceptū ducis, qui pugnādo hostē uincit, quod dux intendit. Ille autē implet, sed imperfecte cuius pugna ad uictoriam non pertingit, non tamen contra disciplinam militarem agit. Sic à simili intendit deus. scilicet per hoc præceptum, ut homo Deo totaliter uniatur, quod fiet in patria quando Deus erit omnia in omnibus, & ideo tunc plenē, & perfecte implebitur hoc præceptū. In uia uerò hoc præceptum impletur, sed imperfecte, quod patet, quia licet talis intentionem dei in hoc præcepto non attingat, non tñ contra dei dilectionem aliquid agit, cum non peccat mortaliter, ut uerbi gratia. Sicut miles qui legitime pugnat, licet. n. non vincat non inculpatur nec poenā meret. Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod ille qui non diligit Deum ex toto corde, & per consequens non totaliter, peccat mortali-

ter tali ratione. Qui non implet præceptum peccat mortaliter, quia secundum Ambr. peccatum nihil aliud est quam transgressio legis diuinæ, & cœlestium inobedientia mandatorum. Si ergo nullus in via præceptum de modo diligendi Deum implet, sequitur, quod quilibet peccet mortaliter, & sic omne peccatum veniale erit mortale, quod est falsum, & incōueniēs. Respondeo, & dico, quod quamuis charitatem patriæ in hac uita nullus in quantum uiator habere possit non tamen ille qui non habet eam in uia peccat mortaliter, & hoc duplici ratione. Prima est, quia talis secundum hoc tempus facit quod debet, ut patet supra. Secunda ratio est, quia perfectio charitatis patriæ non præcipitur, ut facienda, & ut obseruanda in via, sed magis ostenditur, ut sciat quod perueniendum est. Sic ut ostendit beatus Augustinus in libro de perfectione iustitiæ per exemplum dicens. Non enim rectè curritur si quod currendum est nesciatur quomodo autem sciretur si nullis præceptis ostenderetur ita quod præceptum de modo diligendi deum est præceptum, & est documentum. In quantum est præceptum, secundum hoc ligat ad illud quod implendum est in via. In quantum uero est documentum, instruit nos quantum ad hoc quod implebitur de ipso in patria. Hæc B. Thom. 3. scri. sen. dist. 27. de actu charitatis. art. 4. utrum modus diligendi Deum qui in præcepto implicatur possit seruari in uia, in argu. contra, & in corp. & in solu. argum. & secunda secundæ. q. 44. art. 6. utrum præceptum de dilectione dei possit seruari in uia in cor. q. & in solu. 1. 2. & 3. arg. Req. supra Caritas. 19. c. & 20. quæ, & quot requirit charitas uix, & similiter charitas patriæ.

C A P. XV.

15 **S**ECVNDVS modus perfectionis dilectionis dei qui conuenit uiatori est de necessitate consilij, scilicet ut homo etiam ea abijciat quibus licitè potest uti: ad hoc quod liberius Deo uacet, quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & ratione.

Primò auctoritate Apostoli ad Philip. 3. sic dicentis. Sequor autem si quo mo-

do comprehendam, quæ quidem cōprehensio non importat inclusionem seu terminationem comprehensi, sic enim Deus incōprehensibilis est omni creaturæ, sed importat comprehensio consecutionem eius quod in secreto aliquis quæsiuit, & postmodum apprehendit: unde Aposto. ibidem subdit. Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus. Ex quib. uerbis manifestè accipitur, quod si perfectio charitatis comprehensorum non sit nobis possibilis in hac uita: tamen ambulare debemus, ut ad similitudinem perfectionis charitatis patriæ quantum possibile est nos trahamus. Et in hoc perfectio charitatis huius uitæ cōsistit ad quæ per consilia inuitamur.

Secundò hoc idem probo ratione. Manifestum est enim, quod cor humanum quantò intensius in unum aliquod fertur, tantò magis à multis reuocatur. Sic igitur tantò perfectius animus hominis ad deum diligendum fertur, quantò magis ab actu temporalium rerum remouetur: unde August. libro 83. q. dicit, quod venenum charitatis est cupiditas temporalium rerum: augmentum uero charitatis est cupiditatis diminutio, perfectio uero charitatis est nulla cupiditas. Omnia igitur consilia quibus ad perfectionem charitatis inuitamur ad hoc pertinent, ut animus hominis ab effectu temporalium auertatur, ut sic liberius mens tendat in Deum contemplando: amando, & eius uoluntatem implendo. Vbi nota, quod perfectio charitatis Dei ad quam consilia ordinantur est media inter duas perfectiones charitatis prædictas scilicet inter perfectionem charitatis patriæ, & perfectionem charitatis uix quæ est de necessitate præcepti, ut scilicet homo quantum possibile est se abstrahat à reb. temporalibus etiam licitis, quæ occupando animum: impediunt, & actum rectum cordis in Deum: & tanto magis in uia unus alio perfectionem charitatis implet quāto magis ad perfectionem charitatis patriæ per quandam similitudinem accedit quod magis facit qui implet consilia quā qui implet præcepta. Hæc B. Thomas 2-2. q. 44. artic. 4. utrum conuenienter mandetur, ut Deus diligatur ex toto corde. in solut. 3. argument. Et ibidem artic. 6.

articu. 6. vtrum præceptum de dilectione dei in via seruari, & impleri possit, in cor. quæst. in fine, & in tractatu quem fecit de perfectione vitæ spiritualis cap. 7. de perfectione diuinæ dilectionis quæ cadit sub consilio.

C A P. XVI.

Tertio principaliter consideranda est dilectio hominis ad seipsum: nam post dilectionem Dei quilibet debet seipsum diligere. Vbi nota, quod amare seipsum, vel est naturale, vel laudabile, vel vituperabile.

Primò, amare seipsum est naturale. Nā commune, & naturale est omni homini, vt diligit conseruationem esse sui ipsius, scilicet animæ, & corporis vñionem.

Secundò, amare seipsum est laudabile, sicut boni cognoscentes id quod in eis est principale, scilicet animam rationalem diligunt seipsos, secundum interiorē hominem. id est, secundum mentem, vel rationem, & hoc est in eis laudabile: eo quod rectè, & uerè cognoscentes seipsos, rectè, & uerè diligunt seipsos. Tertiò, amare seipsū est vituperabile, & hoc modo mali amantes seipsos vituperantur, eo quod non rectè cognoscentes seipsos non uerè diligunt seipsos, sed diligunt seipsos, secundum id quod seipsos cognoscunt, & se esse reputant, scilicet secundum naturam sensitivā, & corporalem cui ad nutum obtemperat, & ideo meritò vituperantur, secundū quod dicit Apost. 2. ad Thimo. 3. In nouissimis

Exponit diebus instabunt tempora periculosa, erunt D. Paulū enim homines seipsos amantes: vbi August. sic ait. Ex eo autem, quod homines non Deum, vt Petrus qui interrogatus à domi

Quartò no respondit, domine tu scis, quia amo te, sed seipsos libidinosè, & malè amant, ex hac radice mala omnia sequentia oriuntur. Re. supra Amor sui. Quot autem boni verè diligant seipsos probat Philoso. 9. Ethic. per quinque signa quæ sunt amicitie propria. Vnusquisque autem amicos primò quidē vult suū amicum esse, & uiuere. Secundò, vult ei bonum. Tertiò, operatur ad ipsum bonum. Quartò, conuiuit ei delectabiliter. Quintò, concordat cū ipso quasi in eisdem delectatus, & contristatus. Et secundum hæc quinque boni

seipsos diligunt quantum ad interiorem hominem: quod de singulis patet: primò enim boni uolunt, & diligunt se esse, & conseruari in sua integritate. Secundò optant sibi ipsi bona naturæ. Scilicet bona spiritualia. Tertiò ad bona assequenda operantur. Quartò ad cor proprium delectabiliter redeunt, & hoc ex tribus: primò ex notitia bonarum cogitationū quas presentialiter in mente inueniunt: secundò ex memoria bonorum præteritorum: tertiò ex spe, vel confidentia bonorum futurorū. Quintò boni non patiuntur in seipsis uoluntatis dissensionē, quia tota anima eorum tendit ad vnum. Econtrariò uerò faciunt mali: quod patet de omnibus. Primò enim mali non amant conseruari integritatem interioris hoīs. Secundò non appetunt spūalia eis bona. Tertiò ad bona spiritualia habenda non operantur. Quartò eis non est delectabile secū uiuere ad cor proprium redeundo, tum ex notitia presentium cogitationū malarū, tum ex memoria malorum præteritorum, tum ex timore futurorum suppliciorū quæ abhorrent. Quintò mali sibi ipsis non concordant pro conscientiam remorden tē, secundum illud psalm. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Hæc B. Tho. secūda secundæ. q. 25. artic. 4. vtrum aliquis possit seipsum ex charitate diligere, in solu. 3. argum. & iterum ibidem. quæst. 25. art. 7. vtrum peccatores seipsos diligant, in cor. q. per totum. Requi. supra Amicitia de quatuor differentiis amicitie, in quinque capitulis.

C A P. XVII.

Quartò, & ultimò consideranda est dilectio hominis ad suum proximum. Cuius ratio est, quia sicut perfectio spiritualis principaliter in dilectione dei consistit, ut ex præmissis patet, ita secundariò perfectio spūalis vitæ in proximi dilectione consistit, unde dominus postquam Matthe. 5. plura posuit quæ ad dilectionē proximi pertinent cōclussit in fine. Estote perfecti sicut, pater noster celestis perfectus est. Et ideo postquam dominus Matthe. 22. præmisit præceptū de dilectione dei, dicens. Diliges dominū deum tuū ex toto &c. immediatè addit præceptū de dilectione.

lectione proximi dicens. Et proximum tuum
 Tria ob sicut reipsum. Circa quæ præcepta nota
 serua si tria. scilicet conuenientiam numeri, differen-
 præcepto riam modis, eminentiam meriti. Primò no-
 dilectio ra conuenientiam, vel sufficientiam nume-
 nis, ri, duo. n. præcepta conuenienter de cha-
 ritate data sufficiunt ad salutem. scilicet præceptum
 de diligendo Deum, & præceptum de di-
 ligendo proximum, quod quadrupliciter
 probatur. scilicet ratione, auctoritate, utilitate, si-
 militudine. Primò probatur ratione sic. Amor
 siue dilectio est boni, bonum autem autem
 est ut finis, vel id quod est ordinatum ad fi-
 nem: ergo duo præcepta charitatis sufficiunt,
 vnum quo inducimur ad diligendum deum
 sicut finem, aliud quo inducimur ad dili-
 gendum proximum propter Deum, sicut
 propter finem. Secundò hoc idem pro-
 batur auctoritate Matthæ. 22. dicentis. In
 his duobus mandatis tota lex pendet, &
 prophetæ. ubi una glossa sic ait. Ad hæc duo
 mandata refertur totus decalogus, ut mo-
 nita prophetarum ibi finem habent, Gl.
 alia etiam ibidem sic ait. Nam idèd duæ
 tabulæ legis datæ sunt, in quibus erant
 decem præcepta, tria in una quæ sunt ad
 Deum, septem in altera quæ sunt ad pro-
 ximum. Et iterum. 1. Iohann. 4. Manda-
 tum habemus a Deo, ut qui diligit deum,
 diligat, & fratrem suum. In quibus uer-
 bis tanguntur duo, scilicet obligatio, &
 connexio. Primò obligatio obseruantia.
 in hoc mandatum habemus a Deo Ioh.
 13. Mandatum nouum do vobis, ut dili-
 gatis inuicem. Vbi Aug. super Iohann.
 sic dicit. Nonne hoc erat mandatum in
 antiqua Dei lege ubi scriptum est. Dili-
 ges proximum tuum sicut teipsum, cur
 ergo charitas nouum mandatum a do-
 mino appellatur? Respondet August. &
 dat rationem huius dicens, Charitas di-
 citur madatum nouum non quia in anti-
 qua lege non sit datum, sed propter nouum
 effectum, scilicet quia facit hominem
 nouum, & expellit uerustatem peccati.
 Secundò tangitur conexio, uel diuisio
 beneuolentiæ cum subdit. Et qui diligit Deum
 diligat, & fratrem suum. Vbi glossa sic ait.
 Frater tuus imago Dei est, si non diligis
 imaginem, nec eum diligis cuius est imago:
 unde August. super illo uerbo Iohan. 13.
 Hoc mandatū do vobis &c. sic ait. Vtrū-
 que mandatum a rectè intelligentibus,

& singulis inuenitur, nam qui diligit eum
 non potest contemnere præcipientem,
 ut non diligat proximum. Et qui sanctè
 ac spiritualiter diligit proximum, quid
 in eo diligit nisi Deum, & in dilectione
 proximi hic etiam datur intelligi dile-
 ctio Dei, ita tangit Gregor. in quadam
 Homelia super Iohannem. Per amorem
 Dei amor proximi gignitur & per amo-
 rem proximi amor Dei nutritur. Et subdit.
 Qui amare proximum negligit profectò
 Deum diligere nescit, & tunc plenius in
 Dei dilectione proficimus, si in eius dile-
 ctionis gremio prius proximi charitate
 lætatur, ita quod amor Dei amorè proximi
 generat, & amorè proximi calefacit amor
 Dei. Tertiò hoc idèd probatur utilitate. Li-
 cèt. n. charitas sit vna virtus, tamen duo
 præcepta de charitate debuerunt dari, tū
 propter duo obiecta quorum unum sub
 alio ordinatur quæ sunt Deus, & proxi-
 mus, tum propter duos actus charitatis,
 quorum vnus ordinatur ad aliū sicut ad
 finem, tū propter minus capaces qui non
 de facili considerant unum horū præce-
 ptorum sub alio contineri: unde in dile-
 ctione proximi includitur dilectio dei, si-
 cut finis in eo quod est ad finem, & in dile-
 ctione dei includitur dilectio proximi, si-
 cut id quod est ad finem includitur in fine
 Cuius ratio est, quia id quod est ad finem hæt
 rationem boni in ordine ad finem: & per
 oppositum recedere ab ordine finis ha-
 bet rationem mali. Hæc Beat. Thom. se-
 cunda secundæ. q. 44. artic. 2. vtrū de cha-
 ritate debuerunt dari duo præcepta, in
 cor. q. & & in solu. arg. Et iterum articu-
 3. vtrum duo præcepta charitatis suffi-
 ciant, in cor. quæst.

Quartò hoc idem probatur similitudine
 Hugo. de sancto Victo. sic dicentis. Si au-
 tem uere diligitur Deus ubicunq. inueni-
 tur siue in se siue in alio diligitur, verbi
 gratia. Diligis uel quia dulce, diligis rece-
 ptaculum mellis: sed mel diligis propter
 seipsum: fauum uero propter mel. Sed si
 fortè uides fauum melle carentem, doles
 vacua esse receptacula. & cupis ibi esse
 quod diligis. Ita a simili Deum dilige,
 quia dulcis est ipse & bonitas, & ueritas:
 proximum autem dilige, quia receptacu-
 lum est dulcedinis, & bonitatis, & uerita-
 tis, & hoc in ipso dilige, & propter hoc
 & r ipsam

Chari-
 tas hæt
 duo præ-
 cepta.

Chari-
 tas cur
 dicatur
 nouum
 manda-
 tum.

ipsum, & si uacuum vides dole, & opta ut ista mereatur accipere. Hugo de sancto Victo. qualiter Deus in se, & qualiter in proximo sit amandus.

C A P.

XVIII.

18.

Secundo circa hæc duo charitatis præcepta. scilicet Dei, & proximi nota differentiam. Nam dilectio Dei est sine modo, ut patet; supra: dilectio autem proximi modum seu mensuram habet. hoc tripliciter probatur. scilicet auctoritate, ratione, & comparatione. Primo auctoritate Chryso. super illo verbo Luc. 10. Diliges dominum Deum tuum, &c. & proximum tuum sicut teipsum sic dicentis: Tu tamen attende qualiter non cum eodem excessu posuit utrumque præceptum: de Deo. n. ait: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde: de proximo autem Sicut teipsum. Secundo hoc idem probatur ratione sic: Dilectio finis excedit dilectionem eius quod ordinatur ad finem, eo quod dilectio finis est causa diligendi id quod est ad finem, sed tales sunt hæc duæ dilectiones. scilicet dilectio Dei, & proximi, quia proximus diligitur propter Deum, sicut propter ultimum finem: Deus autem diligitur, ut finis, & ut causa, uel ratio diligendi proximum, & omnia alia, ergo non potest esse, ut aliqua charitas tantum diligat proximum quantum Deum. Et confirmo hoc idem alia ratione, quia aliter est de amore Dei, & aliter de amore proximi: nam amor Dei hic, & in patria est eiusdem rationis, sed differt per magis, & minus. Sed hæc duæ dilectiones. scilicet dilectio Dei, & proximi non sunt unius generis, uel rationis, quia alia est ratio diligendi finem, & alia est ratio diligendi id quod est ad finem, quia id quod est ad finem sortitur rationem diligendi ex alio. scilicet ex fine. finis autem non sortitur rationem diligendi ex alio, sed ex seipso, & ideo hæc duæ dilectiones non sunt ad inuicem comparabiles, sicut etiam cognitio Dei hic. scilicet in via, & in patria non est unius rationis. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 27. de actu charitatis, artic. 1. utrum Deus in statu viæ possit a nobis immediatè amari, in solu. 3. arg. Req. supra Dilectio hominis ad Deum. r. 4. quod Deus debet a nobis diligere sine modo. Tercio hoc idem probatur com-

paratione sic: Homo ex charitate plus debet Deum diligere quam seipsum eo, quod bonum commune quale est Deus magis debet diligere quam bonum particulare quale est homo, sed proximum suum debet homo diligere sicut seipsum, ut dicitur Matthæ. 22. ergo incomparabiliter maior est charitas hominis ad Deum, quam ad proximum. Vbi nota, quod istud præceptum de dilectione proximi: Diliges proximum tuum sicut teipsum, septem modis exponitur. Primo sic: Diliges proximum tuum sicut teipsum, id est diligas in proximo tuo quod diligis in teipso, scilicet naturam, imaginem, & similitudinem Dei, non vitium. Secundo modo exponitur sic: Sicut teipsum, id est ex quo charitatis affectu, & effectu teiplum diligis, diliges proximum. Tercio modo sic: Sicut teipsum, id est in quo teipsum, scilicet in Deo diligis diliges proximum. Quarto modo sic: Sicut teipsum, id est propter quod teipsum diligis, scilicet Deum, & non propter mundum, non propter temporale commodum diliges proximum. Quinto modo: Sicut teipsum, id est ad quod teipsum diligis, scilicet ad gratiam in presenti, & gloriam in futuro, sic ad id diliges proximum. Sexto modo sic: Sicut teipsum, id est quo ordine diligis teipsum, id est supra res, & supra corpus proprium, & infra Deum. Septimo modo sic: Sicut teiplum, id est quamdiu teiplum diligis, scilicet a principio usque ad finem, tamdiu diliges proximum. Licet autem istud aduerbium sicut sit signum similitudinis, non tamen debet esse signum æqualitatis in dilectione sui, & proximi, quia prius, & plus quilibet debet seipsum diligere quam proximum suum: ut patebit infra. Hæc dominus Hugo Cardinalis exponens illud verbum: Diliges &c. Vbi nota, quod proximum sicut teipsum diligit, qui quatuor facit, scilicet, qui congratulatur ei in prosperis, compatitur in aduersis, pertulit in iniurijs, benefacit in necessarijs. Hæc sunt quattuor signa verè proximum diligens.

Multi-
plex ex-
po. dedi
lectioe
pximi.

Charitas via
& patriæ
eiusdem
rationis.

CAP. XIX.

Tertio circa hæc duo præcepta charitatis, scilicet Dei, & proximi nota eminentiam meriti. Magis. n. est meritum diligere Deum quam proximum: quod tripliciter probo. s. ex communi propositione, obiecti perfectione, modi intensione. Primo ex communi propositione, obiecti perfectione, modi intensione. Primo ex communi propositione sic: Propositio philosophi primo posteriorem est talis: Propter quod unumquodque, & illud magis: sed dilectio proximi nō est meritoria nisi propter hoc, q̄ proximus diligitur ppter Deum, ergo dilectio Dei est magis meritoria quam dilectio proximi. Secundò hoc idem probo ex obiecti conditione sic: Quanto obiectum est cōpetentius dilectioni, tantò eius dilectio magis est meritoria: sed Deus est obiectū competentius dilectionis quam proximus, ergo &c. Tertio hoc idem probo ex modi diligendi intensione sic: Quanto voluntas intensius diligit, tanto dilectio est magis meritoria: sed voluntas intensius, & promptius afficitur in Deum quā in proximum: ergo modus dilectionis in Deum est melior, & per consequens magis meritorium quam in proximum. Sed fortè argues in oppositum. s. q̄ diligere proximum sit magis meritorium, quā diligere Deū tali ratione: Illud quod est difficilius uidetur esse uirtuosius, & magis meritorium, quia uirtus est circa difficile, & bonum, ut dicitur. 2. Eth. sed facilius est diligere Deum quam proximum, quia omnia naturaliter diligunt Deum, tum quia in Deo nihil occurrit q̄ non sit diligendum, quod circa proximum non contingit, ergo &c. Respondeo, & dico, q̄ plus facit ad rationē meriti, & uirtutis bonum, quam difficile: unde non oportet, q̄ omne difficilius sit magis meritorium: sed quod est sic difficilius, ut ē sit melius: & quia Deus est obiectum melius, & competentius ad diligendum quā uis nō sit difficilius, ideo &c. Hęc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 30. art. 4. utrum diligere proximum sit magis meritorium quam diligere Deū, in cor. q. & 2. 2. q. 27. art. 8.

CAP. XX.

Ad maiorem tamen euidētiā prædictorum est sciēdum, q̄ quia Deus est uniuersale bonum supra nos existēs, ideo nobis præcipitur modus diuinæ dilectionis, qui exprimitur Matt. 22. & Lucæ. 10. & Marci. 12. & Diliges dominum Deum tuum, &c. Et quia proximus non est uniuersale bonum supra nos existēs, sed particulare infra nos constitutum, iō non determinatur modus nobis, neque præcipitur, ut aliquis diligat proximum ex toto corde, sed sicut seipsum. Et sicut in dilectione Dei est duplex gradus, uel modus perfectionis dilectionis Dei, qui requiritur ad salutem, nunc qui est de necessitate præcepti, alius qui est de necessitate, uel perfectione consilij: de quibus patet supra: Ita modus perfectionis dilectionis proximi necessarius ad salutem est duplex, unus qui cadit sub præcepto, alius q̄ cadit sub consilio. Primò dico, q̄ dilectio proximi necessaria ad salutem, & quæ est de necessitate præcepti in se quatuor debet habere: debet. n. esse uera, iusta, sancta, operosa. Primò debet esse dilectio proximi uera. Est autem de ratione dilectionis siue amoris, ut aliquis bonum uelit ei quem amat, & quia dilectio fertur, uel tendit in duo, scilicet in eum cui aliquis uult bonum, & in bonum quod optat eidem, illud uerè amatus cui aliquis bonum optat: qui enim amat aliquem ppter suā utilitatem, uel delectationem seipsum amare conuincitur, qui ex altero bonum utile, uel delectabile querit, non illum ex quo querit diligit: ut uerbi gratia. Cū diligimus equum, uel unum non diligimus sicut nos ipsos, ut eis bona optemus, sed magis nos ipsos, ut scilicet ex ipsis bona capiamus, non est uera dilectio. Cum uerò aliquis diligit alium non propter propriam utilitatem, uel delectationem, sed propter bona, quæ ei optat, tunc diligit eum sicut seipsum, & implet præceptum charitatis: quod patet, quia, ut dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 13. Charitas nō querit, quæ sua sunt, sed optat bonum ei quem amat. In cuius rei signum & exemplum Apostolus seipsum dat, cum

Dilectio
proximi
ad salutē
necess.
quatuor ha
bet.

Quæ sit uera, & recta dilectio proximi.

dicit. 1. ad Corinth. 10. Non quærens quod mihi uile est, sed quod multis, ut salui fiant. Secundo dilectio proximi debet esse iusta, & recta. Et enim iusta, & recta dilectio cum minori bono præponitur magnum bonum, & bono magno præponitur maius bonum. Manifestum est autem quod inter humana bona bonum animæ præcipuum locum habet, uel tenet: post hoc autem bonum corporis ordinatur, ultimum autem bonum est quod consistit in rebus exterioribus: unde & hunc ordinem diligendi seipsum uidemus homini naturaliter inditum: quod patet, quia nullus est, qui non mallet oculo corporis priuam quam usum rationis, & est oculus mentis. Rursum pro uita corporali tuenda, uel conseruanda homo omnia bona exteriora largitur, secundum illud Iob. 2. Pelle pro pelle &c. Sic igitur rectitudo circa dilectionem proximi instituitur cum præcipitur alicui, quod proximum suum sicut seipsum diligat, ut, scilicet bona proximis eo ordine optet, ut sibi optare debet, præcipue quidem spiritualia bona: deinde bona corporis, & postremo ea quæ in exterioribus bonis consistunt. Si quis uero proximis bona exteriora optet contra salutem corporis, aut bona corporis contra salutem animæ, non diligit ipsum sicut seipsum: unde tunc dilectio proximi est iusta, & recta cum quis non condescendit proximo in aliquo malo, sed solum in bonis sicut, & suæ uoluntati satisfacere debet homo solum in bonis. Et talis modus dilectionis proximi est de necessitate præcepti cum dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Tercio dilectio proximi ex Dei præcepto debet esse sancta, dicitur enim aliquid sanctum ex eo quod ordinatur ad Deum unde altare sanctum dicitur. Deo dicatum, & alia quæ diuino ministerio incipiuntur. Sic a simili illa dilectio est sancta qua aliquis diligit proximum propter Deum. Vbi nota, quod in dilectione proximi triplex modus, uel differentia inuenitur. Aliquando, nempe dilectio proximi nec est sancta nec honesta nec recta, sicut cum aliquis solum carnaliter diligit proximum suum. Aliquando uero dilectio proximi est honesta, & recta, sed non sancta, quando inter aliquos in aliquo negotio, uel officio temporali aliqua conuenientia, uel communicatio inuenitur.

Differentia triplex, in dilectione proximi.

& tales proximorum dilectiones honeste quidem, & recte possunt fieri: sed non ex hoc dicuntur sanctæ, sicut illi, qui sunt socij in negociando, uel militando, uel fabri in artificio, uel in aliquo huiusmodi. Aliquando uero dilectio proximi non solum est honesta, & recta, sed etiam sancta, & hoc, quod solum spiritualiter diligit proximum propter Deum: unde dicitur. 1. Io. 4. Hoc mandatum habemus a Deo ut qui diligit Deum diligat, & fratrem suum. Quarto ex prædicto modo dilectionis præcipitur, ut dilectio proximi sit efficax, & operosa. Cuius ratio est, quia manifestum est, quod unusquisque sic seipsum diligit, ut non solum uelit sibi bonum aduenire, & malum abesse, sed unusquisque pro posse bona sibi procurat, & mala repellit. Tunc ergo homo proximum suum sicut seipsum diligit, qui non solum ad proximum affectum habet quo ei bona cupit, sed etiam effectum ostendit ei opere adimplendo: unde prima Ioh. 2. Non diligamus uerbo neque lingua, sed opere, & ueritate. Hec B. Th. secunda secundæ q. 44. art. 7. utrum conuenienter detur præceptum de dilectione proximi, in cor. q. Et in tractatu de perfectione uitæ spiritualis.

Vera dilectio proximi.

CAP. XXI.

Secundus modus perfectionis dilectionis proximi necessarius ad salutem, qui est de necessitate, uel de perfectione consilij attenditur secundum tria. Primo secundum extensionem amabilis: secundo quod ad intensiorem amoris: tertio secundum collationem muneris. Primo perfectio dilectionis proximi, quæ sub consilio cadit attenditur secundum extensionem amabilis. Cuius ratio est, quia quanto ad plures dilectio extenditur, tanto dilectio proximi uidetur esse magis perfecta. In hac autem dilectionis extensione est triplex gradus secundum quod triplex est amicitia. scilicet civilis, naturalis, supernaturalis. Primus gradus amicitie est civilis, qui coartatur ad homines, uel quia benefici sunt, uel quia consanguinei. Sunt enim quidam qui alios diligunt, uel propter impium beneficium, uel propter cognationis uinculum, alios homines. scilicet ex

dilectionis proximi tres gradus primus.

neos inimicos vel nō beneficos excluden-
tes ab ista dilectione: & talis dilectio non
meretur salutem, ut dicitur Matth. 5. Si
diligitis eos qui vos diligūt quam mercedem
habebitis, non ne publicani hoc faciūt?
& si salutaueritis fratres vestros &c.
q. d. nullam. Quod verbum potest expo-
ni, & intelligi tribus modis: primò sic: Di-
lectio qua amici diligūtur, vel pcedit so-
lum ex natura, vel ex gratia: primò si pro-
cedit solum ex natura, non potest esse me-
ritoria nec mercedem habere: secūdò si di-
lectio qua amicū diligimus sit gratia in-
formata est meritoria, & mercedē habet,
vt exponit B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 30.
artic. 3. utrum maioris meriti sit diligere
inimicum quā amicum, in sol. 1. ar. se-
cundo modo exponitur sic: Quia si dile-
ctio amicorum procedit solum ex amicitia,
putā quia amatur solum propter hoc
q̄ amici sunt, talis dilectio nō est merito-
ria. Si verò amici non solum quia amici,
sed etiam propter Deum diliguntur, talis
dilectio est meritoria, vt exponit B. Th. 2.
2. q. 27. art. 7. utrum magis sit &c. in sol. 1.
ar. tertio modo exponitur sic: Quia dili-
gere amicum potest intelligi duobus mo-
dis. Vno modo cum præcisione. s. si dili-
gitis tantum amicos & non inimicos, ta-
lis dilectio non est meritoria. Alio modo
pōt intelligi cum conditione, secundum
Chrysost. puta si diligitis solum pp hoc,
q̄ uos diligunt, talis dilectio non hēt mer-
cedem: sed si diligitis amicum etiam pro-
pter Deum, talis dilectio est meritoria. Et
concordat hæc expositio cum secūda ex-
positione beati Tho. Secundus gradus di-
lectionis proximi est naturalis qui natu-
ræ limitibus coartatus. Ex eo enim q̄ om-
nes hoīes in natura speciei conueniunt,
omnis homo omni homini naturaliter
est amicus: & hoc maximè in hoc osten-
ditur, q̄ homo aliū errantem in via diri-
git, & alios huius dilectionis effectus im-
pendit. Eccl. 13. Oē animal diligit sibi si-
mile sic, & oīs hō proximū sibi: vnde Au-
gust. in lib. soliloquiorū. Hoīes amo non
eo q̄ animalia, sed quia hoīes sunt. i. quia
rōnales animas hnt quas amo ē in latro-
nibus. Sed quia naturaliter quilibet hō se
ipsum magis, quā aliū diligit, & ex eadē
natura procedit, ut amicus diligatur, &
eius contrariū odio habeatur, idē conue-

niens est, vt infra naturalis dilectionis li-
mites inimicorum dilectio non compræ-
hendatur. Et idē tertius gradus amicitia,
uel dilectionis gradus est supernatu-
ralis. s. dilectio charitatis quæ etiam ad
inimicos extenditur & dilatatur quē qui-
dem gradum dilectionis dominus docet.
Matth. 5. Diligite inimicos vestros. Hu-
iusmodi autem inimicorum dilectio ex
sola dilectione diuina deriuatur. In alijs
autem dilectionibus mouet ad diligendū
aliquod aliud bonum, vt ibidem patet:
sed ad diligendū inimicos nihil mouere
potest nisi solus Deus. Diliguntur enim
inimici in quantum sunt Dei. i. ad eius
imaginem facti, & ipsius capaces.

Vbi nota, q̄ diligere inimicum duobus
modis est de necessitate præcepti primo
modo, ut cor hominis nihil acceptet qd
sit dilectioni inimici contrarium, ita qd
dilectione proximi inimicum non exclu-
dat, nec aliquid cōtrarium huius dilectio-
nis in corde suo recipiat: secundo modo
scilicet in casu alicuius necessitatis ē in
speciali actu inimicos diligere, & eis be-
nefacere tenemur ex necessitate præcep-
ti, putā si inimicus fame moreretur, uel
in aliquo huiusmodi articulo esset. Ex-
tra hos autem necessitatis articulos ini-
micis specialem affectum, uel effectū im-
pendere non tenemur ex necessitate præ-
cepti, sed hoc pertinet ad perfectionem
consilij, ita quod extra necessitatis articu-
los actu diligere inimicos, & in speciali
signa dilectionis ostendere est de perfe-
ctione dilectionis quæ est sub consilio, &
non sub præcepto. Hæc B. Thom. in tra-
ctatu quem fecit de perfectione vitæ spiri-
tualis, cap. 15. de perfectione dilectionis
proximi quæ cadit sub præcepto.

CAP. XXII.

Secundò, perfectio dilectionis proxi-
mi consideratur quantum ad intensio-
nem amoris. Quāto enim aliquid ama-
tur intensius, tantò facilius contemnun-
tur omnia pp̄ter ipsum. Ex his ergo quæ
homo propter proximi dilectionem con-
temnit considerari pōt an dilectio proxi-
mi sit perfecta. Huius autem perfectionis
dilectionis proximi inuenitur triplex
gradus primus est eorū qui bona exteriora

Tertius
gradus.

Dilige
reinimi-
cum est
de præ-
cepto.

22
Tres a-
lij gra-
dus di-
lect. pro-
ximi se-
cūdam
intētio-
nē pri-
mus.

ra propter proximi dilectionem contem-
nunt: secundus gradus est eorum, qui cor-
pus suū laboribus propter proximi dile-
ctionem exponunt: tertius gradus est eo-
rum qui animam suam propter fratris di-
lectionē ponūt. Primus gradus perfectio-
nis dilectionis proximi est eorum, qui bo-
na exteriora propter proximi dilectionē
contemnunt: & hoc duobus modis. Vno
modo, vel quia ea proximis ministrāt,
vt dicit Apostolus 1. ad Cor. 13. Si tradide-
ro in cibos pauperum omnes facultates
meas &c. Et Cant. 8. Si dederit homo om-
nem substantiam domus suę pro dilectio-
ne quasi nihil despiciet illā. Alio modo,
vel quia totaliter renunciāns necessitati
proximi irrogat, ut Christū liberius imi-
teretur. Et de hac dilectionis perfectione
sestāda, dominus cōsiliū cuidam de-
dit dicens: Matth. 19. Si vis perfectus esse
vade, & vende omnia quę habes &c. Vbi
omnium bonorū abdicationem videtur
dominus ordinare ad duo. scilicet ad dilectio-
nem proximi cum dicit: Da pauperibus:
& ad dilectionem Dei cum dicit: Veni se-
quere me. Hunc gradum dilectionis pro-
ximi non habent, qui de bonis, quę ha-
bent proximis necessitatem habentibus
subuenire nō curant: unde prima Ioh. 3.
Qui habuerit substantiam huius mundi,
& viderit fratrem suum necessitatem ha-
bere, & clauerit viscera sua ab eo, quō
charitas Dei manet in illo. Secundus autē
gradus perfectionis dilectionis proximi
est, vt aliquis corpus suū exponat labo-
ribus propter proximorum dilectionem.
Cuius rei exemplum Apostolus in seipso
ostendit cum dicit 2. ad Thess. 3. In labo-
re, & fatigatione nocte, & die operantes
ne quemquam vestrum grauaremus. Et
ad idem refertur: Si quis tribulationes,
& persecutiones propter amorem proxi-
morum pati nō recusat: vnde Apost. 2. ad
Corint. 1. Siue tribulamur pro vestra ex-
hortatione, & salute &c. Et secunda ad Ti-
moth. 2. Laboro usque ad vincula, quasi
malè operans, sed verbum Dei non est al-
ligatum ideo omnia sustineo propter ele-
ctos, vt & ipsi salutem consequantur. Hūc
gradum perfectionis dilectionis proxi-
mi non habent, qui de delicijs corporis
sui nihil omittūt, aut aliquid mali in cor-
pore suo non sustinent propter dilectio-

nem proximorum, contra quos dicitur
Amos 6. Qui dormitis in lectis eburneis,
& lasciuitis in stratis vestris, qui comedi-
tis agnum de grege, & vitulos de medio
armenti &c. Et in fine subditur: Et nihil
compatiebantur super contritionem Io-
seph. Tertius uerò gradus perfectionis di-
lectionis proximi est, vt animam suam a-
liquis pro fratris dilectione ponat. Vnde
1. Iohan. 3. In hoc cognouimus charitatē
Dei quoniam ille pro nobis animam suā
posuit, & nos debemus pro fratribus ani-
mam ponere. Ultra autem hunc gradum
dilectio intendi: vel extendi non potest,
vt dicit dominus Iohannis 15. Maiorem
hanc dilectionem nemo habet &c. Vnde
in hoc perfectio diuinę dilectionis confi-
sit. Vbi nota, qd anima cōsideratur duo-
bus modis. scilicet prout viuificat à Deo, & pro
ut uiuificat corpus. Primo modo potest
considerari anima inquantum viuificatur
à Deo, & quantum ad hoc homo pro fra-
tribus non debet animam ponere. Cuius rō
est quia tantum quis diligit vitam animę
quantum diligit Deum: plus enim debet
unusquisq; diligere Deum quā proximi:
vt pater supra. Nō debet ergo aliquis pec-
cando vitam animę suę contēnere, vt p-
ximum saluet. Secundo modo cōsiderat
anima secundum qd uiuificat corpus, & est
principium uitę humanę: & quantum ad
hoc debemus pro fratribus animā pone-
re. Cuius rō est, quia plus debemus proxi-
mum diligere, quā corpora nostra: un-
de uitam corporalē pro spiritali salute
proximorū debemus ponere: & cadit sub
necessitate precepti in articulo necessita-
tis: puta si aliquis viderit aliquem de infi-
delibus seduci: deberet se periculo mortis
exponere, ut a seductione mortis eū libe-
raret. Sed ut aliquis extra hos casus neces-
sitatis pro salute animarū mortis pericu-
lo se exponat pertinet ad perfectionē di-
lectionis consilij. Cui exemplum ab Apo-
stolo recipere debemus, qui dicit secūda
ad Corin. 12. Ego autem libentissimè im-
pendam, & super impendam ipse pro ani-
mabus vestris: ubi sic dicit glo. Perfecta
charitas est, ut quis paratus sit et pro fra-
tribus mori. Habet autem quandam mor-
tis similitudinem cōditio seruitutis: unde
& mors ciuilis seruitus dicitur. Cuius ra-
tio est, quia uita in hoc maximè manife-

Tertius
gradus.

Secūdus

Satur, & aliquis mouet seipsum: qui autem non potest moueri nisi ab alio: quasi mortuus videtur. Manifestum est autem & seruus non à seipso mouetur; sed p imperium domini: unde in quantum homo seruituti subiicitur quandam mortis similitudinem habet. Et ideo ad eandem dilectionis perfectionem pertinere uidetur, quod aliquis seipsum seruituti subiiciat propter amorem proximi, & quod periculo mortis se exponat licet subiicere se periculo mortis sit perfectius, quia homines naturaliter magis refugiunt mortem quam seruitutem. Hæc B. Tho. in tractatu de perfectione uitæ spiritualis. ca. 16. de perfectione dilectionis proximi quantum ad intensiorem amoris.

CAP. XXIII.

Tertio consideratur perfectio dilectionis proximi secundum collationem maioris muneris. Quantum enim maiora bona impendimus proximis, tanto dilectio perfectior dicitur esse. Huius autem perfectionis dilectionis proximi, quæ ex affectu consideratur est triplex gradus. Primus est eorum qui proximis largiuntur temporalia: secundus est eorum, qui largiuntur spiritualia non excedentia rationem: tertius est eorum, qui largiuntur spiritualia, scilicet dicet diuina super rationem existentia. Primus gradus perfectionis fraternæ dilectionis est eorum, qui largiuntur temporalia. Sunt. n. quidam qui in temporalibus bonis proximis obsequuntur, puta qui vestiunt nudos, pascunt famelicos, infirmis ministrant, & alia huiusmodi faciunt, quæ sibi dominus reputat fieri, & exhiberi. Matth. 25. Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Vbi dicit Hieronimus. quod omne opus minimo impensum pauperi pro Christo impenditur Christo. Et probat per exemplum dicens. Quod in omni paupere Christus esuriens pascitur, Christus sitiens potatur, & sic de alijs operibus misericordiarum. Secundus gradus perfectionis dilectionis proximi est illorum, qui spiritualia rationem non excedentia largiuntur. Sunt. n. aliqui, qui lar-

giuntur alijs bona spiritualia, quæ tamen non excedunt conditionem humanam, sicut qui docet ignorantem, consulit dubitantem, reducit errantem: Iob. 4. Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti, vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua tremetia confortasti. In quibus uerbis ostendit, quod ille, qui largitur alijs bona spiritualia bene se habet erga quatuor genera personarum. scilicet erga ignorantes, negligentes, dubitantes, tremetia. Primo bene se habet erga ignorantes dicens: Docuisti plurimos. scilicet nescientes quid oporteat facere: quod est magni meriti. Dan. 12. Qui ad iusticiam erudiunt plurimos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Secundo bene se habet erga deficientes, uel negligentes dicens: Et manus lassas ad bene operandum roborasti. id est. confirmasti ne deficient ad operandum. quod dicitur. Non solum nescientes instruxisti, sed etiam negligentes in opere, & deficientes ab opere confirmasti, propter quod dicitur Habreorum. 12. Remissas manus erigite, & genua debilia roborate, & gressus rectos facite. Tertio ostendit, quod bene se habet erga dubitantes dicens: Vacillantes. id est. dubitantes siue titubantes siue inconstantes in fide, & bono opere confirmauerunt sermones tui, non munitione armorum, sed uerborum, secunda Macab. vlti. Singulos eorum armavit non clipeo, & hasta, sed sermonibus optimis. Quarto bene se habet erga tremetia dicens. Et genua tremetia roborasti. Genua. id est. corda, tremetia per pusillanimitatem confortasti uerbo, & exemplo. quod dicitur. dimittentes operari propter operandi difficultatem, confortasti hortando ad patientiam: Isaia 35. Genua debilia roborare. Tertius gradus perfectionis dilectionis proximi est eorum, qui bona spiritualia largiuntur super rationem existentia qualia sunt diuina. Sunt. n. aliqui, qui spiritualia bona, & diuina super naturam, & rationem existentia proximis largiuntur, scilicet diuinarum scripturarum eruditionem, & spiritualium sacramentorum communionem inuadentia ad Deum. Et de his duobus. Apostolus mentionem facit ad Gala. 3. dicens; Qui tribuit uobis spiritum, & operatur in uobis uirtutes. Et prima ad Thessa. 2. Cum accepistis à nobis uerbum auditus Dei, accepistis illud

Tertius gradus.

non ut uerbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei. Hæc autem duorū bonorū. scilicet diuinorum uerborum; & sacramentorum collatio ad singularem quandā perfectionem pertinet fraternę dilectionis. Cuius ratio est, quia per hæc duo bona homo ultimo finī coniungitur in quo summa hominis perfectio consistit. Additur autem ad hanc perfectionem si huiusmodi spiritualia bona non uni tantum, uel duobus, sed toti multitudini exhibeantur. Cuius ratio est, quia etiam secundum Philosophos bonum gentis perfectius, & diuinus est quam bonum uini: unde & Apostolus dicit ad Ephē. 4. Alios autem pastores, & Doctores ad cōsummationem sanctorum in opus ministerij in ædificationem corporis Christi, scilicet totius ecclesię. Hæc B. Thom. in tractatu de perfectione uitę spiritualis. c. 17. de perfectione dilectionis proximi quantum ad effectum.

CAP. XXIIII.

24
Homo
magis
tenetur
diligere
Deum
quā seip-
sum.

AT quia in charitate est ordo, ut patet supra. Charitas. 2. ca. ideo quilibet magis debet Deum diligere quā seipsum; & post Deum quilibet magis debet diligere seipsum quā proximum, & inter proximos magis debet unum diligere quā alium. Primò dico, q̄ quilibet magis debet Deum diligere quā seipsum. Hoc autem probo quinque rationibus. scilicet ex parte boni, termini, motui, commodi exempli. Prima est ex parte boni sic: Amor est boni, ergo maioris boni debet esse maior amor: sed Deus est bonum infinitum: quilibet autem nostrum est bonum finitum, ergo quilibet debet magis Deū diligere quā seipsum. Secunda ratio est ex parte termini sic: Finis est magis diligendus quā ea, quę sunt ad finē: sed Deus est ultimus finis omnium diligibilium ex charitate, ergo ipse est supra nos, & supra omnia diligendus maximè. Tertia ratio est ex parte motui ad diligendum sic: Propter quod unum quodq; & illud magis, secundum Philoso. 1. Posteriorum, sed propter Deū omnia debent diligī: unde Augusti. & doctrina Christiana sic ait: Si teipsum pro-

pter te non debes diligere, sed propter ipsum ubi dilectionis tuę rectissimus finis est, ergo magis debet homo Deum diligere quā seipsum. Quarta ratio est ex parte commodi sic: Vnicuiq; propriū bonum magis est diligibile, secundū Philosophum, quā quodcunque aliud bonum, sed Deus est magis bonum propriū quā aliquid aliud, quia est bonum animę magis intimum quā ipsa sibi, ut dicitur in lib. de spiritu, & anima, ergo est super omnia diligendus. Quinta ratio est ex parte exempli sic: Pars enim naturaliter plus amat commune bonū totius quā bonum particulare propriū. Cuius ratio est, quia bonum amantis magis inuenitur ubi perfectius est: unde quia quælibet pars imperfecta est in seipsa, perfectionem maiorem habet in suo toto, ideo etiam naturali amore pars plus intendit ad cōseruationem uitę suę totius quā sui ipsius, propter quod etiam naturaliter aliquis opponit brachium ad defensionem capitis ex quo deperdet salus totius. Et inde est, quod etiam particulares homines seipsos morti exponunt pro cōseruatione ciuitatis cuius ipsi sunt partes. Quia ergo bonū nostrum in Deo est sicut in causa vniuersali bonorum, ideo bonum in ipso esse magis naturaliter complacet quā in nobis ipsis. Et quia charitatis naturam, & amorem naturalem perficit, ideo si amore naturali homo plus Deum diligit quā seipsum, multò magis amore charitatis. Cuius ratio est, quia amicitia charitatis fundatur super communicationem beatitudinis: sed Deus est per essentiam ipsa beatitudo, quilibet autem homo beatitudinem potest participare: ergo amore charitatis quilibet homo magis debet diligere Deum quā seipsum. Hęc B. Thomas 3. scrip. sent. dist. 29. de ordine charitatis. articu. primo utrum Deus sit super omnia diligendus ex charitate, in argumentis contra, & in cor. q. & iterum. 2. 2. quęst. 26. de ordine charitatis. articu. 3. utrum homo debeat ex charitate plus diligere Deum quā seipsum, arg. contra. & in cor. q. Req. supra. Angelus, quomodo Angelus plus diligit Deum quā seipsum.

Amicitia charitatis fundat in cōicatione beatitudinis.

CAP. XXV.

25 **S**ecundo post Deum quilibet magis debet diligere seipsum quàm proximum. Hoc autem septem rationibus probatur. scilicet ex parte causæ, naturæ, misericordiæ, culpæ, gloriæ. Prima ratio est ex parte causæ præferendæ sic: Causa potior est effectu, & exemplar exemplato: sed dilectio sui ipsius est causa, & exemplar dilectionis proximi, ut dicit Philosophus. libro 9. Ethico. ca. 2. Amicabilia quæ sunt ad alterum, uenerunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum, ergo &c. Secunda ratio est ex parte naturæ imitandæ sic: Illud quod est naturale est uehementius quàm id quod est uoluntarium: sed amor sui ipsius est ex inclinatione naturæ. Amor autem aliorum est ex uoluntate rationis tantum, ergo &c. Tertia ratio est ex parte misericordiæ impendendæ sic: Misericordia ex amore causatur: sed homo debet magis sui ipsius incipere misereri quàm alterius, ut dicit Aug. ergo &c. Quarta ratio est ex parte culpæ uitandæ sic: Quànto quis salutem alicuius amat, tantò eius peccatum uitat: sed homo magis debet uitare peccatum suum quàm peccatum alterius, ergo magis debet amare salutem suam quàm salutem alterius: unde homo nunquam debet subire peccatum aliquod, ut proximum liberet à peccato. Cuius ratio est, quia peccatum contrariatur participationi beatitudinis quàm homo magis debet in se diligere quàm in alio. Quinta ratio est ex parte gloriæ optandæ, & consequendæ sic: Desiderium boni ex amore sui causatur, sed quilibet magis debet desiderare beatitudinem suam quàm alterius, ut patet ratione præmissa, ergo &c. Sexta ratio est confirmatio præcedentis ex parte causæ diligendæ sic: Homo diligit seipsum ex charitate inquantum est particeps uitæ æternæ, sed potior ratio diligendi Deum est ex eò, quòd homo participat diuinum bonum quàm quod homo associetur proximo in hac participatione, ergo ex charitate magis debet homo seipsum diligere quàm proximum. Septima ratio est ex parte excellentiæ diligendæ sic: Vbi bonum perfectius inuenitur magis debet diligi, sed magis inuenitur bonum

vbi est secundum causam quàm ubi est secundum similitudinem tantum: & ideo licet diuinum bonum quicquid contingat magis inueniri in proximo inquantum ad similitudinem, tamen quia bonum quod est in Deo est meum et secundum causam, ideo debeo magis diligere meipsum quàm proximum. Hanc rationem tali ratione confirmo sic: Vnitas est potior unione, ergo consociatio beatitudinis secundum quandam unionem ad Deum est maior, & potior quàm quod aliquis associetur sibi in illo bono. Et ideo licet proximus melior sit Deo propinquior: quia tamen non est ita propinquus charitatem habenti sicut ipse sibi ipsi, quia respectu sui ipsius est unitas, respectu alterius non est unitas, sed unio, id non sequitur, quod aliquis magis debeat proximum diligere quàm seipsum, sed e converso propter maiorem coniunctionem sui ipsius ad seipsum quàm alterius ad ipsum. Sed forte argues in contrarium. scilicet quod aliquis ex charitate magis debet diligere proximum quàm seipsum; & hoc duplici ratione: Prima est ex parte uitæ sic: Illud quod aliquis maximè diligit in seipso est uiuere, & esse: sed charitas facit ponere uitam carnalem pro fratribus. Quidam etiam gentiles ex amore amicorum exposuerunt se morti sine spe uitæ æternæ, ergo charitas, & amicitia facit magis diligere proximum quàm seipsum. Respondeo deo, & dico, quod tradere, uel exponere se morti propter amicum non contingit ex hoc, quod aliquis plus amicum diligat quàm seipsum: sed quia in se plus quis diligit bonum uirtutis quàm bonum corporis. Secundò argues ex parte beneficentiæ sic: Beneficentia est effectus charitatis: sed magis laudantur, qui sunt benefici ad amicos quàm ad seipsos, ergo charitas facit magis amare proximum quàm seipsum. Rñdeo, & dico, quod cum in homine sit duplex natura. scilicet interior rationis, & exterior. scilicet sensualis: plus debet homo seipsum diligere quàm Interior tamen ad naturam interiorē quàm quantū & exterior ad naturam exteriorē: & ideo magis semper rior naderet homo impendere sibi ipsi de bonis spiritualibus. adipiscendis, & de malis spiritualibus uitandis minis. De bonis autem temporalibus magis impedimus amicis quàm nobis. Detrimēta autem corporalia daret homo sustinere propter amicum, & in hoc magis seip-

Oppos.

seipsum diligit secundum spirituale me-
rem, sed in spiritualibus non debet hō
pati detrimentum peccando, ut proxi-
mum liberet à peccato, sicut patet sup.
Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 29. de ordi-
ne charitatis. artic. 5. utrum ex charitate
aliquis magis debeat diligere seipsum
quàm proximum, in argumentis cōtra,
in cor. q. & in solu. 2. 3. & 5. argu. Et secun-
da secundæ. q. 26. de ordine charitatis. ar-
tic. 4. arg. contra, & in cor. q.

C A P. XXVI.

Tertio post gradum, uel modum dili-
gendi Deum, & seipsum unus pro-
ximus magis est diligendus, quàm alius:
quod probō quattuor rationibus. s. ex
parte peccati, supplicij, desiderij princi-
pij. Prima ratio est ex parte peccati, uel
contrarij sic: Tantò unusquisque magis
debet diligere, quantò magis peccat qui
odit, uel offendit proximum unum quàm
aliū: ergo magis debet diligere proximus
unus quàm alius. Secunda ratio est ex
parte supplicij sic: Apud Deum maiori
culpæ debetur maior pœna: sicut in 10.
præcipitur, q̄ qui maledixerit patri, uel
matri morte moriatur: quod non præci-
pitur, de his qui alios homines maledi-
cunt: ergo &c. Tertia ratio est ex parte
desiderij sic: Magis est ordinatus affectus
charitatis quàm appetitus naturalis: sed
appetitus naturalis qui est inclinatio na-
turæ magis tendit in rem sibi conueniē-
tem, ut uerbi gratia: Ad sensum patet, q̄
terra habet maiorem inclinationē gra-
uitatis quàm aqua, quia competit ei esse
sub aqua: ergo affectus charitatis qui est
inclinatio gratiæ magis debet intendi,
& extendi ad eos quibus conuenit nos
magis beneuolos, & beneficos esse. Quar-
ta ratio est ex parte principij diligēdi sic.
Principium dilectionis est Deus, & ipse
diligens, & ideo necesse est, q̄ secundum
maiorem propinquitatem ad alterum
illorum principiorum maior sit dilectio-
nis affectus. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 26. de or-
dine charitatis. artic. 6. utrum unus pro-
ximus sit magis diligendus quàm alius.
arg. contra, & in cor. q. per totum.

C A P. XXVII.

Ad maiorem tamen euidentiā præ-
cedentis. cap. est sciendum, quòd
in dilectione proximi maiori, uel mino-
ri quattuor considerare debemus. s. ex-
cessum bonitatis, uinculum propinqui-
tatis, debitum æquitatis, articulum neces-
sitatis.

Primò considerare debemus excessū
bonitatis, & sic meliores cæteris paribus
magis sunt diligendi ex charitate: quod
tripliciter probō. s. auctoritate, rōne, di-
stinctione. Primò auctoritate Ambr. qui
dicit, q̄ boni domestici sunt malis filiis
præponendi. Secundò hoc idem probō
ratione sic: Bonitas est causa propinqui-
tatis ad Deum: ergo qui sunt Deo propin-
quiores per maiorem bonitatem, magis
sunt diligendi ex charitate quàm alii qui
sunt minus propinqui Deo. Si verò hanc
rationem aliter uis formare sic dicas.
Principium diligendi est Deus, ergo secū-
dum maiorem propinquitatem ad Deū
per maiorem bonitatem aliqui sunt aliis
magis diligendi.

Sed contra: Vna & eadem ratio diligen-
di, & unum bonum quod diuersi uolu-
mus non debet esse causa inæqualis dile-
ctionis: sed Deus est una ratio diligendi
oēs proximos, ut patet per Aug. in pri-
mo de doctrina Christiana, & idem bo-
nū omnibus proximis uolumus. s. uitam
æternā, ergo oēs proximi æqualiter sunt
diligēdi. Rñdeo, & dico, q̄ licet sit una rō,
uel unum principium oēs proximos di-
ligēdi. s. Deus, & licet bonum quod omni-
bus uult charitas sit unum secundum se,
s. beatitudo æterna, diuersitas tamen, uel
inaqualitas dilectionis charitatis est at-
tendenda quantum ad duo: primò secun-
dum comparisonis, uel respectū propin-
quitate ad Deum, ut. s. ei qui est Deo pro-
pinquior maius bonum ex charitate ue-
limus: secundò per comparisonem ad
terminum uel finē ultimū. Licet. n. bonum
quod quidē ex charitate uolumus sit v-
nū. s. beatitudo æterna, ut dixi habet tñ
diuersos gradus secundum diuersas beati-
tudinis participationes ex maiori pro-
pinquitate per maiorem bonitatē, & hoc
pertinet ad charitatem ut uelit iustitiam
Dei

Dei seruari secundū quam meliores perfectius beatitudinem participant. Tertiò probo hoc idem distinctione: Nā inæqualitas dilectionis duob. modis potest considerari. Vno modo secundum quantitatem boni quod desideratur alicui, & sic in affectu charitatis non est aliqua inæqualitas, quia omnibus vnum bonum ex charitate quod Deus est optatur, ut patet sup. Alio modo secundum quantitatem modi .i. intensiōem desiderij, & sic melioribus & propinquieribus vehemētiore affectu bonum desideramus, vt sequenti cap. patebit.

**Quo di-
lectio
sit in æ-
qualis.**

Vbi nota, q̄ dilectio potest dici inæqualis duobus modis. s. ex parte beneuolentiæ & beneficentiæ: primò ex parte beneuolentiæ: & hoc dupliciter, uel ex eo q̄ quidam diliguntur, & alij non diliguntur: & in hac dilectione inæqualitas haberi, uel seruari non debet: uel ex eo q̄ quidam plus alijs diliguntur: & in hac dilectione ratione maioris bonitatis, & propinquitatis inæqualitas haberi debet: secundò dilectio potest dici inæqualis ex parte beneficentiæ, & in hoc inæqualitas seruari debet, eo quòd omnib. prodesse non possumus: Vnde Aug. 1. de doctrina christiana sic ait: Omnes hoīes æquē diligendi sunt: sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimè consulendum est qui pro locorū, uel temporum, uel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi, idest quadam sorte iunguntur. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 16. de ordine charitatis: utrū unus proximus sit magis diligendus, in cor. q. & in solu. 1. & 2. argum.

CAP. XXVIII.

13 **Secundò in dilectione proximi considerare debemus vinculum propinquitatis, uel consanguinitatis: & sic quilibet magis debet diligere coniunctos, uel consanguineos suos, quàm extraneos: quod tripliciter probo. s. auctoritate, ratione, & similitudine. Primò auctoritate apostoli 1. ad Timoth. 5. sic dicenti: Siquis suorum & maximè domesticorum, ut sunt patres, & matres, & filii. Glo. Qui tamen domestici cuiusmodi sunt, vt parentes filijs, &**

parentibus filij. Curam. i. prouidentiam non habet, non diligendo, & non prouidendo, fidē. i. fidelitatem qua suis tenebat negauit operibus, & si nō uerbo, talis est infideli deterior procurante domesticos, & regente, quia respicit ab eo quod bonū cognoscit: vnde maius crimē infidelis tangit dicens, quia est infideli deterior. Hæc in Glo. ibidem. Ex hac auctoritate talem elicio rationem: Interior charitatis affectus debet respondere exteriori effectui: sed maiorem curam debet homo habere de suis, quàm de alienis, ut per apostolum patet: ergo maiorem beneuolentiam charitatis. Secundò hoc idem probo alia ratione sic: Magis debet homo diligere seipsū quàm alios, ut patet sup. ergo quantò aliqui sunt sibi magis propinqui, tantò magis debet eos diligere. Tertiò hoc idem probo exempli similitudine. s. exemplo Saluatoris nostri. Nā ipse magister insinuās, quòd a pijs filiis cura parentibus est impendenda, de seipso exemplum instituit quando de cruce matrem Iohā. commendauit, & alterum pro se quodammodo filium ei prouidit, ut dicit Glo. Ambro. super illo uerbo Apostoli aliegato: Siquis suorum &c.

Vbi nota, q̄ dilectio quam habemus ad coniunctos, uel cōsanguineos est maior dilectione, quam habemus ad extraneos tripliciter. s. intensiue, extensiue, & tempore: primò intensiue, quia intensiori affectu diligit homo illos qui sunt sibi propinquiore ad illud bonū ad quod illos diligit, quàm meliores non coniunctos, uel non propinquos ad maius bonum: secundò est maior extensiue: quia pluribus modis diligit hō sibi coniunctos, quàm extraneos: quod patet, quia ad eos qui nō sunt nobis coniuncti non habemus, nisi amicitiam charitatis: ad eos autem qui sunt nobis coniuncti habemus aliquas alias amicitias, secundum modum coniunctionis ad nos: tertiò est maior tempore, quia aliqui sunt nobis ita propinqui, uel coniuncti, secundum naturalem ordinem, uel originem à qua discedere non possumus: sed bonitas uirtutis, secundum quam aliqui appropinquant Deo potest accedere, uel recedere, augeri aut minui: ergo patet, quòd dilectio, quæ habetur ad propinquos, & consanguineos

**Dile-
ctio cō-
sangu-
inei ex-
cedit di-
lectio-
nem ex-
traneā
triplici-
ter.**

neus est intērior extērior firmior, & diu-
turnior dilectione quæ habetur ad extra-
neos, dato q̄ extranei sint meliores. Sed
fortē argues in oppositum. s. q̄ magis de-
bemus diligere meliores extraneos, quā
propinquiores, uel coniuntiores nobis ta-
li ratione: Illud videtur esse magis diligen-
dum quod nulla ratione debet haberi o-
dio, quā illud quod aliqua ratione est
odiendum: sed personæ nobis coniunctæ
sunt secundum aliquam rationem odien-

Quo ac cipiant ad me, & non odit patrem suū, & matrē,
Xpi ver & uxorem, & filios, & fratres, & sorores
bē, si q̄s nō potest esse meus discipulus: homines
venit ad autem boni nulla ratione sunt odiendi: er-
me & go &c. Respondeo, & dico, q̄ in propin-
quos nō odit quis nostris nō præcipimur odire, q̄ pro-
patri. pinqui sunt, quia dominus non solū pro-
pinquos. s. amicos, & consanguineos præ-
cipit diligere, sed etiā inimicos: sed hoc
solum præcipit odire quod nos impedit à
uia Dei: & in hoc non sunt p̄pinqui, sed
inimici secundum illud Matth. 10. Inimi-
ci homines domestici eius. Hæc B. Tho.
3. script. sent. dist. 29. de ordine charitatis
artic. 6. utrum homo ex charitate magis
debeat diligere extraneos, quā propin-
quos, in argum. contra, & secunda secun-
dæ. quæst. 26. artic. 7. utrum magis debea-
mus diligere meliores, quā nobis con-
iuntiores, ar. contra, & in cor. 13. & in so-
lu. 1. argum.

CAP. XXIX.

29 **Ordo** **charita**
tis. **A**D maiorem tamen euentiam præ-
dictorum circa dilectionem charita-
tis nota tria. s. ordinem: modum, gradum.
Primò, nota ordinem diligendi: nam B.
Ambro. super illud Cant. 2. Ordinavit in
me charitatem diligendi, ordinem expri-
mens dicit: primò diligendus est deus: se-
cundò quilibet debet seipsum diligere: ter-
tiò parentes, deinde filios, post domesti-
cos, qui si boni sunt malis filiis præpo-
nendi sunt. Hæc magister senten. in tex.
lib. 3. dist. 29. in medio distinctionis, qui-
bus obuiat illud præceptum &c. Requi-
rationē huius ordinis sup. Caritas 3. ca.
Secundò nota diligendi modum. Nā pro-

ximos diligimus amore beneuolentiæ, se-
cundum q̄ bonum nostrum in eis per si-
militudinem inuenitur. Hæc autem simi-
litudo attenditur, secundum q̄ cum eis
communicamus, & ideò secundum mo-
dum cōmunicationis debet esse modus
dilectionis. Est enim cōicatio quadru-
plex. s. naturalis, officialis, ciuilis, spiritua-
lis. Prima cōicatio est naturalis, secundū
quam comunicāt in origine naturali:
& in hac communicatione fundatur ami-
citia patris, & filij, & consanguineorum.
Secunda communicatio est officialis, uel
iconomica, secundum quam homines in
domesticis officiis adinuicem comuni-
cant. Tertia communicatio est ciuilis. s.
politica, secundum quam homines ad ci-
ues communicant. Quarta communica-
tio est spiritualis. s. diuina, secundum quā
omnes homines, uel actu, uel potentia in
vno corpore ecclesiæ comunicāt: unde
secundum vnāquamque cōicationem,
uel communionem sunt amandi amici:
quod de singulis patet: primò enim in cō-
municatione naturali quæ fit per origi-
nem carnis debemus diligere patrem, &
consanguineos in his quæ spectant ad cō-
seruationem naturæ: secundò in com-
municatione particulari. s. iconomica debe-
mus domesticos diligere in his quæ spe-
ctant ad dispensationem domus: tertio
in cōmunicatione ciuili debemus conci-
ues diligere in his quæ ad ciuilem uitam
spectant: quartò in cōmunicatione spiri-
tuali. s. diuina omnes homines debemus
amore charitatis diligere in his quæ ad
deum spectant, ut omnibus optemus uitā
æternam, & secundum nostrum modum
cooperemur omnib. ad salutē: unde om-
nes aliæ species amicitiae respiciūt bonū
particulare, & particulares personas: sed
amicitia charitatis respicit bonum gene-
rale. s. uitam æternam, & generaliter om-
nes viuentes. Et ideò si ab amicitia chari-
tatis omnes aliæ amicitiae separentur, po-
tior est ipsa sine alijs quā aliq̄ sine ipsa,
& ideò non separatur quātum ad aliquid
qui in hac uita uiuit, sed post mortem se-
paratur ab amicitia charitatis damnatis:
unde plus debeo diligere hominem chri-
stianum quā patrem meum infidelē de-
functum, quāuis liceat secundum affectū
naturale in illud magis ferri quod magis
se

Ordo
debitus
amoris.

eundem naturam est nobis coniunctum. Hæc B. Tho. 3. scr. sent. dist. 29. de ordine charitatis, artic. 6. utrum ex charitate homo magis debeat diligere extraneos quam propinquos, in cor. q. Et iterum secunda secundæ q. 26. de ordine charitatis, art. 8. utrum sit magis diligendus ille qui est nobis propinquus secundum corporalem originem, in cor. q. Tercio nota diligendi gradum. Nam maior illa dilectio esse debet quæ magis accedit ad illud quod magis est diligendum: maximè autem diligendus est Deus: & post Deum magis debet homo seipsum diligere, & postea alios, ut dicit B. Thom. 3. scrip. sent. ubi supr. immediate. Circa modum uerò seu gradum diligendi proximum septem quæstiones propono. Prima est, utrum homo ex charitate magis debeat diligere filium suum quam patrem. Respondeo & dico, quod gradus dilectionis ex duobus pensari potest. scilicet ex parte dilecti, & ex parte diligentis: primo ex parte boni dilecti, & sic homo magis debet diligere patrem quam filium. Cuius ratio est, quia illud quod habet maiorem rationem boni, & quod est Deo similis magis est diligendum: sed pater magis habet huiusmodi rationem quam filius quod pater, quia patrem diligimus sub ratione principij quod habet rationem causæ, & eminentioris boni & Deo similioris, ergo &c. secundo gradus diligendi magis uel minus potest considerari ex parte diligentis. Nam aliquid amatur dupliciter. Vno modo ut res coniuncta, sicut amo manum meam, uel aliquod membrum vno amore quo amo me ipsum, & sic magis amantur parentes quam filij. Alio modo amatur aliquid sicut res distincta, sicut amo hominem uel aliquid ut in altero existens, & sic magis diliguntur filij quam parentes: Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 29. de ordine charitatis, art. 7. in cor. q. Vbi nota, quod aliud spectat ad patrem respectu filij aliud uerò spectat ad filium respectu patris. Nam ad filium pertinet ut patri honorem impèdat, eo quod principio, & causæ qualis est pater respectu filij debetur subiectio reuerentiæ, & honor. Ad patrem autem pertinet respectu filij, ut filij utilitati provideat, sicut effectui naturaliter competit recipere sui principij influentiã, & provisionem ipsius, quàmuis in articu-

lo necessitatis filius ex beneficijs susceptis sit obligatus, ut parentibus. maximè provideat: ut dicit B. Tho. secunda secundæ, ubi sup. artic. 9. in sol. 1. & 3. arg. Secunda quæstio est, utrum matres naturaliter plus diligant filios quam patres, uel è conuerso. Respondeo & dico, quod ex una parte matres plus naturaliter diligunt filios quam patres: & hoc propter tres rationes quas ponit philosophus libro Ethicorum. Prima est propter maiorem laborem, magis enim laborant in generatione filiorum, unde magis ponunt de suo quam patres. Secunda ratio est propter maiorem cognitionem, uel certitudinem, quia magis sciunt quod sunt filij sui quam pater sciat. Tertia est propter maiorem conuersationem, quia statim natos suos secum tenent, & nutriunt, non autem patres: sicut etiam consanguineos cum quibus conuersati sumus magis diligimus, quia amicitia naturali adiungitur amicitia socialis. Ex alia uero parte pater naturaliter plus diligit filium quam mater eo quod nobilius est in filio quod datur a patre quam à matre, quia pater dat filio formam quæ pertinet ad perfectionem, quæ est ratio diligendi: mater uero dat filio materiam quæ pertinet ad imperfectionem quæ non est ratio diligendi. Hæc B. Thom. 3. scrip. sent. dist. ubi sum. immediate in sol. 3. argum. Tercia quæstio est, utrum homo magis debeat diligere patrem quam matrem. Respondeo & dico, quod sic duplici ratione. Prima est, quia principium actiuum nobilius est passiuo: sed in generatione, pater habet rationem nobilioris boni, scilicet principij actiui, mater uero habet rationem ignobilioris boni, scilicet principij passiuui: ideo &c. Secunda ratio est, quia pater dat filio id quod est nobilius, scilicet, formam: mater uero dat quod est ignobilius. scilicet, materiam, ideo homo plus naturaliter diligit patrem quam matrem, ut dicit Beat. Thom. secunda secundæ. q. 26. de ordine charitatis, art. 10. in corpore q. Quarta quæstio est, utrum homo plus debeat diligere uxorem quam patrem, & matrem. Respondeo & dico, quod ex una parte magis parentes sunt diligendi quam uxor. Cuius ratio est, quia maioris boni maior debet esse dilectio: sed parentes habent rationem maioris boni scilicet

Secunda
an ma-
tres ma-
gis quã
patres
diligant
filios.

Tercia
quæstio an
homo ma-
gis de-
beat dili-
gere pa-
trẽ quã
matrẽ.
Quarta
an quis
magis
vxo-
rem
quã pa-
trẽ de-
beat di-
ligere.

cet rationem principij respectu filij, ergo
go &c. Ex alia uero parte uxor est magis
diligenda quam parētes, Cuius ratio est,
quia bonum cōiunctum magis diligitur
quam bonum separatum: sed uir, & uxor
coniunguntur ut una caro. s. quātum ad
generationem in qua non sunt duo, sed
vna caro, secundum apostolum, ergo quā
tum ad hoc intensius diligitur uxor pa-
rētib: sed maior reuerentia est exhiben-
da parentib. quam uxori, ut dicit. B. Th.

Quinta
an fra-
tres ma-
gis quā
sorores
sint dili-
gendi.

Quinta quæstio est, utrum homo plus de-
beat diligere fratres quam sorores, uel fi-
lios quā filias. Respōdeo & dico, q̄ sic.
Cuius ratio est, quia fratres, uel filij ma-
gis, uel perfectius assimilantur patri quā
tum ad formam quæ perfectionē impor-
tat, & quæ est ratio diligendi. Soror uero,
uel filia plus assimilatur matri quā pa-
tri. s. quantum ad materiam, & sic quan-
tum ad imperfectionem quæ non est rō
diligendi, & ideo homo naturaliter plus
diligit fratres quā sorores, & filios quā
filias.

Sexta d
consan-
guineis

Sexta quæstio est, utrum homo
plus debeat diligere cōsanguineos ex par-
te patris, quam ex parte matris. Respō-
deo & dico, quod sic. Cuius ratio est,
quia pater dat id quod est nobilius. s. for-
mam: mater uero dat id quod est ignobi-
lius. s. materiam: & ideo homo plus dili-
git naturaliter compatrem, & nepotes, &
consanguineos ex parte patris quā ex
parte matris.

Septima
d fratri-
bus, & fi-
lijs.

Septima quæstio est, utrū
homo plus debeat diligere fratres pa-
tris quam filios suos. Respondeo & di-
co, quod homo magis dēt diligere filios
suos. Respondeo, & dico, quod homo
magis debet diligere filios suos, quam
fratres patris. Cuius ratio est, quia
bonum quantō nobis propinquius, tan-
tō a nobis magis debet diligi: sed filij no-
stri sunt propinquiore, quam fratres
patris: ergo &c. Has tres ultimas quæ-
stiones mouet Beat. Thom. & ita soluit.

3. scripture sentent. distinct. 26. de ordi-
dine charitatis, articulo septimō,
utrum pater sit maximē dili-
gendus, in argument.
in fine.

C A P. XXX.

Tertio in dilectione proximi cōside-
rare debemus debitum æquitatis, &
sic magis diligere debemus benefacto-
rem, eō quod benefactor præuenit dilige-
do, efficit largiendo, excellit tribuendo,
ideō beneficiatum allicit, vel inducit ad
repetendum, & recompensandum. Pri-
ma ratio est, quia beneficiatus magis dēt
benefactorem diligere, quia benefactor
præuenit diligendo. Et formo sic rationē:
Ille est maximē diligendus qui nos præ-
uenit beneficio charitatis. Ita dicit Aug.
in lib. de catechizandis rudibus: Nulla
est maior prouocatio amoris quam præ-
uenire amādo: nimis. n. durus est animus
qui dilectionē, & non vult impendere, &
nolit rependere: sed benefactor nos præ-
uenit beneficio charitatis, ergo est maxi-
mē diligendus. Secūda ratio est, quia be-
nefactor efficit largiendo. Et formo sic
rationē: Amatori debet redamatio simi-
lis respondere, ut patet sup. sed ad aman-
tem pertinet agere, quod patet de quat-
tuor quæ ad amicitiam requiruntur, sed
ad amantem pertinet agere, quia amans
vult, & operator bonum amato, ergo ad
amatum pertinet amanti in similibus re-
spondere: sed benefactor est diligendus,
ut benefaciens, ergo beneficiatus hæc
duo benefactori tenetur. Tertia ra-
tio est, quia benefactor excellit tribuēdo.
Et formo sic rationem. Ille a quo maxi-
ma beneficia recipimus maximē est dili-
gendus, sed tales sunt Deus, & parentes
a quibus beneficia naturæ per creationē,
& generationē recepimus: ergo Deus &
parentes maximē sunt diligendi. Quartō
ex his rōnib. cōcludo, q̄ benefactor alli-
cit ad recognoscendum rependendū, uel
recompensandum. Et formo sic rationē:
Illud quod est debitum, præponendū est
ei quod non est debitum: sed reddere re-
tributionē benefactori est debitum bene-
ficiario: ergo &c. Et quia debitū est quod
aliquis impendat beneficium ei a quo ac-
cepit: & filius accepit beneficiū ei a parē-
tib. s. naturā, p generationē filius par-
tib. obligatur: nō pēt aut reddere equale,
ergo reddere tenetur æquiualens quod
est sibi possibile, s. amorem, & honorem:
unde

20
Tertiō.
Tertiū
cōsiderā
dū in di-
lectione

Effectus
benefa-
ctoris.

Amor parentū in filios & conuerso. Vnde alius est amor parentū ad filios, & alius est amor filiorum ad parentes: Nā amor parentū ad filios est ad benefaciendum filiis. Amor autem filiorum ad patres est ad honorandum parentes. Cuius ratio est, quia pater in quantum pater semper est superior, & nobilior filio eō quod est principium, & causa filij, & ideo debetur ei nobilior quod impendi potest. scilicet honor. Filius in quantum filius semper est inferior patri, sicut effectus sua causa: & ideo filiis à parentibus debetur cura prouisionis, & nō ē conuerso: vnde secunda ad Corinth. 12. dicitur, & non debent filii thesaurizare parentibus sed parentes filiis.

Propo- nant sibi filij ciconiarum exēplū. In casu tamen aliquo. scilicet extremæ necessitatis pater est inferior filio in quantum indiget auxilio filij: & ideo ad subueniendū patri in casu necessitatis inclinatur hominē ratio, ad quod alia animalia quæ carent iudicio rationis inclinatur natura: ut patet de ciconiis quæ prouident maribus tempore senectutis, quo tempore matres seipsas sustentare nō possunt, vnde nullo modo in extrema necessitate dēt filius parentes deserere, immo debet homo potius deserere filios quàm parentes propter obligationē beneficiorū suceptorum. Et ideo in tali casu magis liberare debemus patrem à morte quàm extraneū, vel et filium, etiam si ille in casu simili nos liberasset. Sed in alijs beneficiis quæ ad subuentionē naturæ non pertinent, possumus nos quāquod magis amabilius habere ad extraneos quàm ad propinquos. scilicet pauperes. In casu tamen aliquo, puta si extraneus sit in extrema necessitate magis est subueniendū extraneo quàm et patri nō tantā necessitatem patienti. Ad cuius euidentiam nota duo. Primum est quod quædam sunt beneficia spiritualia, quædam corporalia: beneficia spiritualia quæ pertinent ad communicationē gratiæ. scilicet de instructione morum, magis debet homo communicare filiis spiritualibus quàm corporalibus, quibus magis tenetur iu subsidiis corporalibus prouidere. Secundum est, quod quædam sunt beneficia ecclesiastica, quædam propria beneficia: ecclesiastica non sunt danda magis consanguineis, sed eis qui sunt magis idonei ad recipiendū regimen ecclesiæ. Cuius ratio est quia quantum ad hoc quod sumus dispensatores diuinorū, illi

qui sunt magis idonei ad recipiendū magis cōmunicant nobiscum. Beneficia autem alia. scilicet de p̄monio proprio & de lucro licito, & propriè acquisito, potest homo & debet magis impendere consanguineis quàm alijs, nisi ex alia parte sit aliquid quod præponderet, vel indigentia, vel utilitas. Hæc B. Thom. 3. scrip. sen. dist. 29. de ordine charitatis, artic. 6. vtrū homo ex charitate debeat magis diligere extraneos quàm propinquos, in solu. 3. & 5. ar. Et ibidem artic. 6. vel 7. utrum pater sit maximè diligendus, in solu. 1. ar. in fine, ubi rationem casum & exemplum de ciconia ponit: & secunda secundæ quod de ordine charitatis, artic. 6. utrum homo ex charitate magis debeat diligere extraneos quàm propinquos, in solu. ult. ar. & ibidem artic. 7. utrum sit magis diligendus ille qui est nobis coniunctus secundum carnalem originem, in solu. 2. ar. Et ibidem quod 3. 1. de beneficentia, artic. 3. vtrū sit magis benefaciendum his qui sunt nobis coniuncti, in argumentis ad partem falsam, & in solu. 4. ar.

Sed fortè quæres gratia prædictorū, utrum homo debeat magis diligere ex charitate benefactorē quàm beneficiatum, uel ē conuerso. Respondeo & dico, quod bonū aliquod diligitur magis alio duplici ratione, aut quia eminentius, aut quia propinquius: primò unum bonum diligitur magis alio ratione maioris perfectionis, & sic benefactor magis est diligendus quàm beneficiatur. Cuius ratio est, quia benefactor habet rationem excellentioris boni. scilicet principii, uel causæ: nā benefactor ē principium, & causa beneficii in beneficiato: secundò unum bonum magis diligitur alio, quia est nobis propinquius, uel cōiunctius: & sic beneficiatus magis diligitur quàm benefactor ratione maioris cōiunctionis. scilicet quia beneficiatus est bonum magis cōiunctum benefactori quàm ē contra, quod philosophus probat. 9. Ethico. per quatuor rationes. scilicet propter maiorem proprietatem, honestatem, nobilitatem, difficultatem. Prima ratio est propter maiorem proprietatem sic: Idem accidit in artificibus respectu suorum operum, & in benefactoribus respectu beneficiatorum: sed omnis artifex diligit opus suum propria magis quàm diligatur ab eo, etiam si ef-

Regula amoris circa benefactorē, & beneficiatum.

set possibile, q̄ opus suum fieret animatum, ergo & omnis benefactor magis diligit beneficiatum. i. opus eius, quàm e cōtra: unde consuevit dici de aliquo. Ille est factura illius. Ratio autem quare vnusq̄

Cur hō que diligit opus suum est, quia omnibus natura - est amabile, & eligibile suum esse, eo q̄ liter di - vnumquodque ens in quantum est, bo - ligit o - num est: bonum autem est diligibile, & pus suū. eligibile. Esse autem nostrum est uiuere, & per consequens operari, non est autē vita absque operatione: unde quia opus est manifestatio, & perfectio vitę, iō omnis benefactor diligit beneficiatum ut opus suum magis quàm diligatur ab eo. Secunda rō est propter virtutē sic: Opus honestum, vel uirtuosum magis dēt diligi quā opus vtile. Cuius signum est, quia opus uirtuosum magis delectat facientē cum ab eo consideratur, quā opus vtile. Benefactor autem delectatur in beneficiato, quia in eo inspicit actum uirtutis quē fecit in beneficio conferēdo: & ideo in uirtuoso opere delectatur, eo q̄ bonū honestum, uel uirtuosum non citō transiit, sed est diuturnū, & ideo delectabilius consideratur. Beneficiatus autē in benefactore inspicit opus utile: utilitas autē quia citō transiit parū est delectabilis: & ideo parum amabilis. Tertia ratio est propter maiorem nobilitatem. Sicut enim amare nobilius est quàm amari, ita benefacere est nobilius quàm benē pati, vel quā benē recipere. Et iō in his q̄ superexcellunt in agendo, scilicet in benefactorib. artificibus, & poetis requiritur q̄ ament, & quod operentur bonum ei quē amāt.

Quod quarta ratio est propter maiorem difficultatem sic: Ea in quibus laboramus magis diligimus: quę uerō de facili prouentur acq̄ - niunt quodammodo contemnimus, ut ritur mā - verbi gratia. Sicut illi qui proprio laboris suo possident diuitias, magis amant eas quàm illi qui accipiunt eas, per successionem parentum, vel ex dono gratuito alicuius. Sed quod aliquis alicui benefacit nō est sine eius labore: q̄ autem recipiat aliquis ab aliquo beneficium est sine eius labore, ideo rationabile est, q̄ benefactores magis ament beneficiatos quàm e conuerso. Quam rationem cōfirmat per exemplum matrum quę magis amant filios quàm patres, quia magis la-

borant circa generationem portando, & parturiendo eos quàm patres. Hęc Philosophus libro nono, Ethicorum cap. 7. ibi Benefactores autem. Et Beat. Tho. in scrip. ibidem. Et secunda secundę quęst. 26. de ordine charitatis, artic. 12. vtrum homo magis debeat diligere benefactorum quàm beneficiatum, in cor. quęstion. per totum. Requi. supra Benefactor.

CAP. XXXI.

QUARTO circa dilectionē proximī considerare debemus articulum necessitatis, & sic magis ^{13.} debemus diligere inimicum. Circa cuius **Quartū** dilectionem nota tria. s. obligationem ^{conside} pręcepti, ostensionem signi, comparatio ^{rādum} nem meriti. Primò nota obligationem ^{in dile} pręcepti: nam omnes ex necessitate p̄cepti tenentur ex charitate diligere inimicos: ita pręcipit dominus Matth. 5. & Lucę 6. Diligite inimicos vestros. In quo pręcepto tangit duo, scilicet actum uel ^{ctiōis} affectum, & obiectum. Primò actum uel ^{inimi} affectum maioris dignitatis: ibi Diligite. Ambr. ibidem. Inter tria maxima. s. si ^{corum.} dem, spem, & charitatem, maior est charitas, ideo dicit Diligite. Et Chrys. ibidem super Lucam sic ait: Non autem dicit, ne odio habeas, sed diligas q. d. Non sufficit nō odire sed diligere, immo pręcipimur diligere. Secundo tangit obiectum contrarietatis, ibi Inimicos uestros. Basilii ibidem ostendit quis sit inimicus dicēs: Inimici quidem proprium est obesse, uel insidiari, uel prosequi, omnis ergo qui qualitercūq; nocet alicui dicitur inimicus. Beatus August. super illo verbo cōtra Faustum mouet unam quęstionem talē: Cum enim Paulus dicat quosdam inimicos odibiles odio habendos, ut patet ad Rom. 1. & Christus dicat inimicos diligendos ut patet sup. quomodo possumus intelligere unum eundemq; hominē, & odire, & diligere? Respondet B. Aug. & B. Tho. concordat cum eo dicens. Quod in inimicis possumus duo considerare s. inimicitiam, vel culpam, & naturam: primò enim inimicitiam, vel culpam secundū quā est nobis contrarius debemus odire: secundo naturā prout est ad imaginem ^{cōciliat} Dei, ^{verba} Xpi & ^{Pauli.}

Dei, secundum quàm inimicus possibili est communicare, & participare in uita gratiæ, & gloriæ nobiscum, hoc est in uita æterna, quæ charitas attendit. ideo quantum ad hoc omnis inimicus est diligendus ex charitate. Signum autem, quòd diligimus inimicum ex charitate ostendit. Beatus Greg. 11. Moral. dicens: Inimici autem dilectio runc ueraciter custoditur, cum nec de profectu dei ieiunetur nec de ruina eius lætamur. Et subdit dilectionis inimici oppositum dicens: Non enim amat aliquis quem nō uult esse meliorem, eumq; stantem uoto persequitur quem cecidisse gratulatur. Vbi nota, qd q̄a charitas ordinem habet, plus debet unusquisq; diligere, se quàm alium, & propinquos quàm extraneos, & amicos quàm inimicos, & bonū commune quàm bonū particulare unius. Et ideo salua charitate potest homo dolere de bono temporali inimici, & debet dolere in quantum bonum temporale inimici est impedimentum bonum alterius quem plus diligere tenetur. Et similiter debet gaudere de malo temporali inimici, nō p se sed in quantum est malum illius, sed de malo temporali, vel p̄nali illius in quantum p malum p̄næ illius impeditur frequenter malum culpæ eius. Et secundum hunc intellectum loquitur. B. Grego. 21. Moral. dicens: Euenire plerumq; solet, ut nō amissa charitate, & inimici nos ruina lætificet, & rursū eius gloria sine inuidiæ culpa contristet, cum ruente eo quosdam benè erigi credimus, & proficiente illo plerosq; iniuste opprimi formidamus. Sed ad hoc seruandū est discretionis examen necessariū, ne cū nostra odia exequimur, fallamur sub specie alienę utilitatis. Sed de bono spirituali, s. de bono gratiæ alterius nullus potest salua charitate dolere, eò qd bona gratiæ alterius mutuo se non impediunt, quia bona spiritualia possunt integrè ab omnibus possideri. Et similiter de malo culpæ alterius nullus potest salua charitate gaudere, nisi in quantum in malo culpæ vel damnationis alicuius relucet bonum diuinæ iustitiæ quam quilibet plus tenet diligere quàm aliquē hominem: sed hoc non est per se de malo gaudere, sed de bono quod adiunctū est malo. unde Bea. Grego. 21. Moral. libi.

dem concludit sic dicens: Oportet etiam pensare quid debemus ruinæ peccatoris, & quid iustitiæ ferientis: nam cum peruersum quemque omnipotens pcutit, & gratulandum est iustitiæ iudicis, & condolendum est miseriæ pereuntis. Sed forte argues in oppositum, scilicet, quòd diligere inimicū non est de necessitate præcepti tali ratione. Præceptum non datur de impossibili: sed ut Ambro. dicit in glo. super illo verbo Lucæ. 6. Diligite inimicos vestros. Supra humanam naturā est diligere inimicum: ergo &c. Respondeo, & dico, quòd natura de se non mouet ad diligendum inimicum, tamen natura humana, eò quòd est ad imaginem Dei, est susceptibilis gratiæ cum qua potest diligere inimicum: & ita non est impossibile immò valde facile mediante diuina gratia diligere inimicum. Hæc Beatus Thom. 3. script. distinctio. 30. articu. 1. utrum omnes teneantur diligere inimicos, in cor. q. & in solut. 4. argumen. & iterum secūda secundæ. quæstio. 25. articu. 8. utrum sit de necessitate charitatis, ut inimici diligantur. argument. contra, & in cor. q. ubi dicit, quòd diligere inimicum potest intelligi duobus modis. Vno modo in speciali, & hoc non est de necessitate charitatis, eò quòd impossibile est quoslibet homines singulariter diligere. Alio modo secundum præparationem animi, scilicet, ut homo habet animum præparatum ad hoc, quòd inimicum diligit si casus necessitatis occurreret, hoc est de necessitate charitatis, ut in sequenti capitebit. Et iterum in euangelij continuis, ubi Beat. Thom. secundum sententias doctorum hanc auctoritatem exponit: Diligite inimicos vestros. Et iterum Alexand. 3. parte summ. quæstio. 39. de dilectione. articu. 2. utrum diligere inimicum sit consilium, vel præceptum in cor. q. & in solu. 1. argu.

Vñ oria
tur dile
ctio ini
micorū.

CAP. XXXII.

SECUNDO circa dilectionē inimici considerare debemus ostensionem signi. scilicet. utrū homo teneat de necessitate precepti signa charitatis ostendere, & exhibere inimicis. Respondeo, & dico, quod effectus charitatis debet affectui respondere: unde secundum quod tenetur homo affectum charitatis ad inimicos habere, ita etiam effectum. Diligere ergo inimicos in speciali, & actu non est de necessitate salutis. Cuius ratio est, quia est diligere in speciali & actu quoslibet homines particulariter est in possibile, & ideo istud non est de necessitate charitatis. Sed habitu. id est. secundum præparationem animi diligere inimicū etiam in speciali est de necessitate charitatis, & salutis, ut. scilicet. hō habeat animū præparatū ad hoc, quod in singulari inimicos diligeret, & iuaret si articulus, vel casus necessitatis occurreret. Sed quod absque casu necessitatis homo etiā actu inimicū in speciali diligeret propter Deum, hoc ad perfectionem pertinet charitatis. Cuius ratio est, quia cum ex charitate diligitur proximus propter Deum, sicut homo multum diligens aliquem hominē, amore ipsius amaret eius filios etiam inimicos, sic homo perfecte Deū diligens amat non solum amicos, sed etiā inimicos. Similiter effectus, vel signa dilectionis sunt in duplici genere. quedam sunt spiritualia, quedam temporalia. Primò enim. scilicet. quantum ad bona spiritualia, scilicet bona gratiæ, & gloriæ tenetur quilibet inimicos diligere: unde quilibet ex necessitate charitatis tenetur odienti se optare bona extrema: similiter orare, conuiuere, indulgere. Primò enim tenetur homo in cōmuni pro inimico orare hoc modo ut à cōmunibus nostris orationibus quas pro alijs faciemus inimicos non excludamus, quamuis de eis specialem orationem non faciamus, sicut nec oportet, quod de omnibus ad quos charitatem habemus specialem orationem faciamus, sed cōmunem. Sed quod specialiter pro inimicis oremus perfectionis est, & non necessitatis, nisi in casu aliquo speciali: unde Hieronimus super illo verbo Matth. 5. Ora te pro persequentibus, & calumniantibus

uos: sic ait: Sciendum est ergo Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta. Nō impossibile sed præceptum Christi. Quod ostendit per exemplū dicens: Stephanus quoque Martyr pro lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis: hoc Iesus & docuit, & fecit dicens: Pater ignosce illis, &c. Secundò tenetur hoc etiam indulgere, vel remittere inimico offensam quando peteret veniam. Sed forte quæres, utrū teneatur homo indulgere non petenti veniā sicut petenti. Respondeo, & dico, quod hō tenetur dimittere, uel deponere rancorem, qui sequitur ex appetitu vindictæ ex iniuria illata: sed non tenetur dimittere punitionē ex zelo iustitiæ. Et secundum hūc intellectum loquitur Aug. & habetur illa auctoritas lib. 3. sent. dist. 30. Aut ille, qui te offendit rogat te, dimittas ei offensam, aut non. Si rogat te, & non dimittis. scilicet. liuore vindictæ, peccata tua non dimittuntur tibi, nec imple sponsonem illam. Dimitte nobis debita nostra sicut, & nos &c. Si non rogat, & non dimittis, sed punis zelo iustitiæ, nihilominus exaudieris a Deo. Tertiò tenetur homo conuiuere, & familiaritatem cum inimico habere, quādo ille, qui habetur hostis se ad familiaritatem ingereret, si præsumptio haberetur, scilicet. quod non simulatē, uel irrisoriē faciat. Cuius ratio est, quia cooperari in his quæ profunt ad uitam æternam, pro loco & tēpore, & modo suo tenetur homo inimico de necessitate charitatis: quod si non faceret, pertineret ad liuorem vindictæ, cōtra id quod dicitur Læui. 19. Non quæres ultionē, & non eris memor omnis iniuriæ ciuium suorum. Alia uero sunt beneficia temporalia: & huius signa dilectionis exhibere inimicis non est de necessitate charitatis, nisi secundum præparationem animi, ut scilicet subueniatur eis in articulo necessitatis, secundum illud Prou. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba illū, si sitit pota illum. Sed quod præter articulum necessitatis aliquis beneficia corporea, uel temporalia exhibet inimicis pertinet ad perfectionem charitatis, per quam non solum aliquis cauet uinci de malo, sed etiā uult uincere in bono malū, dum. scilicet. non solum cauet propter iniuriam sibi illatam detrahi ad odium, sed etiam per sua beneficia intendit ad suum amorē protrahere ini-

Signa dilectionis temporalia.

Signa dilectionis spiritualia.

inimicum. Hæc b. Thom. 2. 2. q. 25. arti. 8. utrum sit de necessitate ut inimici diligantur, in cor. q. Et ibidem art. 9. utrum sit de necessitate charitatis, quod aliquis homo exhibeat inimico signa, uel effectus dilectionis, in cor. q. per totum. Et ibidem. q. 83. artic. 8. utrum debeamus pro inimicis orare. in cor. q. & iterum. 3. scri. sent. dist. 30. art. 2. utrum omnes tenentur ad ostendendum inimicis signa dilectionis, in corpore. q. Et Alex. tertia parte sum. q. 39. in sol. 4. argu.

CAP. XXXIII.

SED fortè gratia prædictorum quæres, utrum peccatorib. sint exhibenda signa dilectionis, quæ sunt quattuor. scilicet orare, cõcordare, conuiuere, benefacere. Prima quæstio est, utrũ debeamus orare pro peccatoribus. Respondeo, & dico, q. sic: quod tripliciter probò. scilicet ratione, auctoritate, similitudine. Primò auctoritate Matt. 5. Orate pro persequentib. &c. Secundo probò hoc idem ratione sic: Orare pro alijs est charitatis: sed nos debemus ex charitate diligere in generali animam peccatorum secundum quam sunt ad imaginem Dei, & capaces beatitudinis, non autem culpam, & in speciali. scilicet secundum præparationem animi. ergo eodẽ modo tenemur orare pro peccatoribus. Tertiò probò hoc idem exempli similitudine. & quia & Christus, & Stephanus, & Paulus, & alij sancti hoc modo pro peccatorib. orauerunt, ut patet c. præcedenti. Sed contra: Ille qui orat pro aliquo ex eò, q. cum ex charitate amat optat ut uitam æternam habeat, sed sancti optant peccatoribus mala. scilicet pænã inferni secundum illud psal. Conuertantur peccatores in infernum: ergo nec nos in exemplo sanctorum debemus orare pro peccatoribus. Respondeo, & dico, quod tales imprecationes sanctorum, quæ in sacra scriptura contra peccatores inueniuntur, possunt intelligi tripliciter. scilicet per modum pronuntiationis, optationis, & deletionis. Primo per modum pronuntiationis non optando pēnas inferni, ut sit sensus: Cõuertantur peccatores in infernũ. Secundò per modum optationis ut tamen desiderium optantis non referatur ad peccatorum pēnam, sed ad punientis iustitiam, secundũ illud psal.

Lætabitur iustus cum uiderit uindictam: quia nec ipse Deus puniens in petditione ipsorum lætatur, ut dicitur Sap. 1. sed in sua iustitia, quia iustus dominus, & iustitias dilexit, ut dicitur in psal. Tertiò per modum deletionis criminis, ut desiderium referatur non ad ipsam pēnam, uel naturam, sed culpam, ut. scilicet peccata destruantur, & homines remaneant. Secunda quæstio est, utrum debeamus concordare cum peccatorib. Rñdeo, & dico, quod nos non debemus uelle, q. ipsi uolunt, uel gaudere de his de quibus gaudent. Cuius ratio est quia idem uelle, & idem nolle est propriè amicorum uirtuosorum, uel bonorum, cuius cõtrarium sunt peccatores, quia loquendo propriè nec sunt amici nisi uirtuosi. Sed tene mur optare, & cooperari, ut aciamus eos uelle quod uolumus, & gaudere de his de quib. gaudemus, ut dicitur Hie. 15. Ipsi cõuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos. Tertia quæstio, est, utrum debeamus conuiuere peccatorib. quod est proprium amicorum. Respondeo, & dico, quod aliud debent facere infirmi, & debiles, & aliud perfecti, & constantes. Nam infirmi: & debiles debent uitare cõuiuere, uel conuersari cũ peccatorib. & hoc propter periculum quod eis imminet ne subuertantur a peccatoribus. Sed in uiris perfectis, & constantib. de quorum corruptione nō timetur, laudabile est, quod cũ peccatoribus cõuersentur, hoc. n. modo dominus cum peccatorib. manducabat, & bibebat, ut habetur Matt. 9. Conuictus tñ peccatorũ quātum ad consortium peccati omnib. est uitandus, sic dicitur 2. ad Corin. 6. Recedite de medio eorum, & immundum non tetigeritis. scilicet secundũ consensum peccati. Hæc B. Th. 2. 2. q. 25. art. 6. utrum ex charitate peccatores sint diligendi, in solu. 3. 4. & 5. arg. Quarta quæstio: utrum teneamur benefacere peccatorib. Respondeo & dico, q. in peccatore sunt duo. scilicet culpa, & natura. Debemus igitur subuenire peccatori quantum ad sustentationem naturæ, non quantum ad fomentum culpæ, eo, q. hoc non esset benefacere, sed potius malefacere. Et quantum ad hoc dicitur Eccl. 12. Da bono, & non receperis peccatorem. Hæc b. Tho. 2. 2. q. 31. de beneficentia, art. 2. utrum omnibus sit benefaciendum in solu. 2. arg. Req. supra. Beneficentia: & infra Eleemolyna.

S C Cap.

Quo cũ
pccatorib.
bus uiuẽ
dũ sit,

An orã.
dũ sit p
pccatorib.

Impræ-
cationes
sanctorũ
p malis

CAP. XX XIII.

Tertio circa dilectionem inimici considerare debemus comparisonem meriti: utrum sit magis meritorium diligere amicos quam inimicos. Vbi nota: quod

Diligere ista quaestio unum supponit, & aliud quaerit. Supponit. n. primo quod diligere amicum & inimicum sit meritorium quod de utroque patet.

Primò enim diligere amicum contingit duobus modis. Primò enim contingit diligere amicum ex causa temporali, uel ex sola causa qua diligit, uel beneficium erogauit, uel erogabit, & sic non est meritorium. Et hoc modo loquitur saluator Matth. 5. Si diligitis eos, qui uos diligunt. &c. Secundò modo contingit diligere amicum non est causa temporali principaliter, sed causa Dei, sicut charitas quaecunque diligit, diligit propter Deum, & ratio ne summi boni: hoc modo amicum diligere propter Deum est meritorium. Secundò dico, diligere inimicum et est meritorium, quod dupliciter probo. Primò ratione sic: Illud quod diligitur ex charitate est meritorium: sed inimici est sola charitate diliguntur, & non ex aliqua temporali ratione, ergo &c. Secundò hoc idem probo ex præcepti impletionem sic. Implere præceptum Dei est meritorium, sed præceptum Dei est de dilectione inimicorum, ut patet Matth. 5. Diligite inimicos vestros, &c.

Secundò his suppositis quaestio quaerit: quod istorum sit maioris meriti, an diligere amicos uel inimicos. Et quantum ad hoc respondeo, & dico, quod cum ratio diligendi proximum sit Deus, istae duae dilectiones possunt comparari, uel quantum ad diligibilia, uel quantum ad diligentem, seu ex parte proximi, qui diligitur, uel ex parte eius, qui diligit. Primò. n. si istae duae dilectiones comparètur, & considerentur ex parte proximi, qui diligitur, tunc dilectio amici excedit dilectionem inimici: & hoc propter quattuor rationes, quia est efficacior, conuenientior, eligibilior, intensior. Prima ratio est, dilectio amici per se est efficacior ad merendum. Et formo sic rationem: ubi maius bonum quantum est de se ibi maius meritum, sed maius bonum

est amicum quam inimicus, ergo efficacior est ad merendum dilectio amici, quàm dilectio inimici. Secunda ratio quare excedit est, quia dilectio amici est conuenientior. Et formo sic rationem: Dilectio tantò est conuenientior quantò magis super materiam debitam cadit: sed dilectio amici est actus magis cadens super materiam debitam quam dilectio inimici, qui non est materia debita, uel dilectioni conueniens, ergo &c. Tertia ratio est, quia dilectio amici est eligibilior. Et formo sic rationem. Minus bonum dimitrendum est pro maiori bono, si incumbit necessitas, sed dilectio inimicorum dimittenda est in casu necessitatis magis quam dilectio amicorum, quod patet, quia quando non possumus subuenire amicis, & inimicis in æquali, uel extrema necessitate, tunc tenemur magis subuenire amicis, quam inimicis. Quarta ratio est, quia dilectio amici est intensior.

Et formo sic rationem. Motus charitatis quantò feruentior, tantò melior, & efficacior ad merendum: sed dilectio charitatis intensius, & feruentius fertur in amicum, quam in inimicum, ergo &c. ut uerbi gratia: Sicut enim ignis fortius agit in propinquiora, quam in remota, ita etiam charitas feruentius diligit coniunctos quam remotos, id est quàm inimicos.

Secundo possumus utramque dilectionem considerare ex parte diligentis: & sic dilectio inimici est magis meritoria quam dilectio amici. Hoc autem probo per quattuor rationes, scilicet propter respectum perfectiorem, conatum fortiorem, affectum feruentiorem, actum, latiore, uel capaciorum. Prima ratio est propter respectum perfectiorem. Et formo sic rationem Illa dilectio cuius causa, uel ratio est solus Deus est maioris meriti, illa dilectione, cuius causa, uel ratio potest alia esse quam Deus. Si autem aliter uis formare rationem dicas sic: Dilectio quantò purior tantò magis est meritoria, sed in dilectione inimici non immiscet se nisi affectus, uel amor diuinus: in dilectione autem amici immiscet se quandoque affectus carnalis, aut naturalis, ergo &c.

Vbi nota, quod mixtio amoris carnalis benè diminuit motum, & per consequens meritum charitatis. Sed mix-

Quattuor rationes pro dilectione inimicorum.

mixtio amoris naturalis non, immo cōfert sicut dispositio materialis formæ cōfert ad introductionē formæ, ita quod ex occasionib. amoris naturalis fit et feruētior motus charitatis. Secunda ratio est propter conatum maiorem, vel fortiorē. Et formo sic rationē: Vbi est maior difficultas, ibi est maius meritum, eō quod virtus est circa difficile: sed difficilius est diligere inimicum quā amicū, ergo &c. Et formo secundō hanc rationē sic: Supposito, quod uterque diligatur propter Deum, tamen fortior ostenditur esse Dei dilectio quæ animam hominis ad remotiora extendit, scilicet usque ad dilectionem inimici. Quod patet per exēplū ignis qui ostenditur tantō esse fortior, quantō ad remotiora diffundit suum calorem. Ita amor charitatis tantō ostenditur maior, quantō ad remotiora. sc. ad inimicos se extendit, quā ad propinquo ra. sc. ad amicos. Vbi nota, q̄ difficultas non facit ad augmentum meriti, nisi in quantum facit maiorem inclinationē voluntatis in aliquod. Nam ex voluntate habet actus rationem merendi, quia secundum hoc est actus in potestate faciens quod ex voluntate procedit, & tantō est actus magis meritorius, quantō magis est voluntarius. Tertia ratio est propter affectum feruentiorē. Et formo sic rationem. Quantō affectus est feruentior, tantō est maioris meriti: quod p̄bo. quia opus paruum ex magna charitate factum magis est meritorium, quā opus magnum ex parua charitate factum: sed affectus diligentis inimicum est maior, vel feruentior quā affectus diligentis amicū in quantum inimicus est materia minus conueniens dilectioni quā amicus, sicut apparet per exēplū de igne, qui tantō est feruentior, quantō naturā minus cōbustibilem potest comburere, sic & affectus, vel amor diligentis, ut patet. Quarta ratio est propter actum capaciorē. Et formo sic rationem. Illa dilectio quæ plura bona includit est maioris meriti illa quæ pauciora: sed dilectio inimicorum includit dilectionem amicorum, & non ē conuerso: quod patet, quia sic qui diligit inimicos diligit amicos, & non conuertitur: ergo &c.

Meritū Vbi nota, q̄ bonū aliquod dicitur ma-

ioris meriti præcipuē duplici ratione, vel maius quia magis gratuitum, uel quia magis duplici voluntarium. Prima ratio est, quia magis ter. gratuitum: nam seruitia tantō sunt magis accepta, quantō sunt minus debita, & magis gratuita, sed minus est debitum diligere inimicum quā diligere amicū: ergo Deo magis acceptum, & per cōsequēs magis meritorium. Secunda ratio quare aliquod bonum quod facimus est maioris meriti, quia est magis voluntarium, ut patet sup. & idē bonum debitum non diminuit rationem meriti, nisi quatenus diminuit rationem voluntarij secundū quod debitum quandā necessitatem importat: sed si debitum voluntariē reddatur, nihilominus ibi erit tantum, sed ratio dilectionis inimici est solus Deus: ratio autem dilectionis amici potest alia esse quā Deus, ergo &c. Si meriti quantum est ibi de ratione voluntarij. Et idē istæ duæ dilectiones. sc. amicorum & inimicorum se habent sicut excedentia, & excessa, ut patet ex supradictis. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 30. articu. 3. vtrum maioris meriti sit diligere amicū quā inimicum, in cor. q. & in sol. arg. Et iterū secunda secunda q. 27. arti. 7. sub eodem titu. in cor. q. & Alex. 3. parte sum. q. 39. art. 1. vtrum diligere inimicum sit meritorium, in cor. q. & in sol. 1. arg. & ibidem art. 4. vtrum magis sit diligere amicos, q̄ inimicos, in cor. q. & in duobus argumentis contra. Requi. sup. Perfectio dilectionis proximi, & infra Inimicus.

C A P. XXXV.

Si autē omnia supradicta breuius vis 35. cōcludere dicas, q̄ tria signa dilectionis inimicis debemus ostendere, quæ tanguntur Mtth. 5. & Luc. 6. Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, & orate pro &c. Ratio autem horum trium tangitur in Glo. ibidē quæ sic ait: Qui autem sunt contra ecclesiam tribus modis ei aduersantur, odio, uerbis, & cruciatu corporis: & idē contra ista dominus tangit tria quæ inimico debemus. Primō dilectionem in corde: vñ de dicit Diligite de subdundō subuentio- nem in opere vñ &c. secit: Benefacite: aduertitō orationem acrimine. sc. q̄ Deus vel santur.

custodiat ne peccet, uel q̄ parcat si peccauit. Vel aliter sic: primò tenemur inimicis affectum beneuolentiæ, ibi Diligite inimicos vestros: non culpam, uel iniuriam, quia secundum has sunt odiendi, sed naturā qua sunt ad imaginem, Dei & capaces beatitudinis debemus in inimicis diligere, uel in generali, uel in speciali secundum præparationem animi, ut supra patet. Secundò tenemur inimicis impendere effectum beneficentiæ: unde subdit: Et benefacite ministrando cibum mentis, uel corporis: ut dicit glo. non tantum diligentibus uos, sed his, qui odiunt uos. Benefacere. n. inimicis in casu necessitatis est sub præcepto, & de necessitate charitatis, & salutis: extra uerò casum necessitatis est sub consilio, & de perfectione charitatis, ut patet ex supra dictis. Tertiò tenemur inimicis uerbum magnæ efficacitæ: unde subiungit: Et orate pro persequentibus, & calumniantibus uos falsò criminantibus. Greg. ibidem in glo. Ille suas preces multum ualere facit, qui eas pro inimicis fundit. Tenemur. n. orare pro omnibus inimicis in generali, & nullum a nostris orationibus excludamus, non autem in speciali, ut patet supra. Sed fortè argues in oppositum. s. q̄ non est orandum pro omnibus peccatorib. quia 1. Joh. 5. dicitur: Est peccatum ad mortem non pro illo dico, ut roget quis ergo &c. Resp. & dico, q̄ peccatū ad mortem dicitur tribus modis. Primò. n. modo peccatum ad mortem dicitur quodlibet peccatum mortale ex effectu, quia ad mortem ducit. Secundò peccatum ad mortem dicitur inuidia, uel impugnatio fraternæ gratiæ. Tertiò peccatū ad mortem dicitur finalis impenitentia. s. quando aliquis decedit impenitens. Mō igitur pro pctō ad mortem primo mō dicto. s. mortali debemus orare, ut ei uenia derur. Pro pctō ad mortem secundo modo dicto. s. pro inuidia fraternæ gratiæ debemus orare, nō, ut ei uenia derur, sed ut uoluntas mala mutetur. Tertiò modo dicto pro pctō ad mortem s. pro finali impenitentia quādo aliquis decedit impenitēs nō debemus orare nec pro uenia nec p̄ uoluntatis mutatione. Vbi nota, q̄ pro iustis est orandum ut perseuerent, & proficiant, pro peccatoribus uero est orandum ut conuertantur, Oran-

tes tamen non pro omnibus peccatorib. exaudiuntur, sed pro quibusdam exaudiuntur, sc. s. prædestinatis, non autem pro præscitis ad mortem. Sicut ē correctio qua fratres corrigimus effectum hēt in prædestinatis, non aut in p̄scitis ad mortem: secundum illud Eccl. 7. Nemo potest corrigere quem ille despexerit: & ideo dicitur. 1. Joh. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei uita peccanti peccato non ad mortem. Sed quia non cognoscimus prædestinatos a præscitis, ideo nulli quādiu uiuit est subtrahendum beneficium correctionis, ut dicit August. in libro de correctione, & gratia, ita etiam nulli est denegandum suffragium orationis: unde Aug. in lib. retractationum sic ait: De quocunq; pessimo in hac uita constituto non est utiq; desperandum, nec pro illo impudenter oratur pro quo desperatur. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 83. de oratione, art. 7. utrum debemus pro alijs orare: in sol. 3. argu. Ad hæc autem tria. s. ad diligendum inimicos, ad benefaciendum inimicis, ad orandum pro inimicis dominus Matthæ. 5. ibidē tripliciter nos inducit. s. exemplo Dei, desiderio meriti, cumulo præmij. Primò exemplo Dei, ideo dicit: Ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos supple solem suū. i. quem ipse fecit: ubi Aug. sic ait: Hinc ammonemur quanta liberalitate ex p̄cepto eius p̄stare debemus, quæ non creamus, sed ex muneribus eius accipimus. Et subdit: Pluit sup iustos, & iniustos, ubi Chrysostomus super Matth. ibidem sic ait: Cautè autem dixit super iustos, & iniustos, quia omnia bona Deus non propter omnes dat sed propter sanctos, sicut etiam flagella propter peccatores: unde in bonis non separat peccatores a iustis ne desperent, nec etiam in malis separat iustos a peccatoribus ne gloriantur, maximè cum malis bona nō profint quæ malè uiuentes ad præiudiciū suū percipiunt, nec bonis mala noceant, sed magis profint ad iustitiæ luctum: Et Aug. ibidem sic ait: Vel ideo ista temporalia bona, & mala utrisque uoluit Deus esse communia, ut nec bona cupidius appetantur, quæ mali habere cernuntur nec mala turpiter euitentur quib. etiā boni

Tria inducunt ad dilectionē inimici Primū .

Pctm ad mortē trib. modis.

Secūdu. boni afficiuntur. Secūdo dominus ad hoc nos inducit desiderio meriti: unde subdit: Si diligitis eos, qui uos diligunt quā mercedem habebitis. q. d. nullam: ubi gl. sic ait: Amare autem amantem naturæ est inimicum uero amare charitatis, & ideo meritorium. Et Basilius ibidem: Si ergo peccatores erga dilectores suos natura duce uolunt esse benefici, multo magis vos latioris dilectionis signo complecti debetis etiam non amantes.

Tertiū. dominus nos ad hæc tria inducit cum uel augmento meriti, uel præmij, unde subiungit: Estote ergo perfecti sicut, & pater uester cælestis perfectus est: ubi Remigius sic ait: Quia uerò perfectio dilectionis ultra dilectionem inimicorum non potest procedere: ideo postquam dominus præcepit diligere inimicos subiungit: Estote ergo perfecti &c. Hæc B. Th. in in euangelij cōtinuis adducit & allegat. ad expositionem prædictæ auctoritatis.

Charitas uiatorū perfectio duplex.

Diligite inimicos &c. Sed fortè q̄res, utrū omnes teneantur habere charitatē perfectam. Respōdeo, & dico, q̄ perfectio charitatis viæ est duplex: una secundum intensiōem ut perfectè diligat, alia secundum operationem exteriorem, ut perfecta opera faciat. Primam charitatis perfectionē, quæ est secundum intensiōem, ut perfectè diligat non tenetur quis habere, sed ad eam tenetur tendere. Secundam perfectionem charitatis, quæ est secundum operationem homo non tenetur simpliciter habere, nec ad eam tendere, sed tenetur eam non contemnere nec contra eam se obfirmare. Cuius ratio est, quia præmiū essentialē ad quod tenemur rendere mensuratur secundum intensiōem charitatis, & non secundum magnitudinem operis, quia Deus magis pensat ex quanto quam quantum fiat. In quibusdam tamē casibus tenentur aliqui perfecti in charitate aliqua opera perfectionis facere & hoc dupliciter: uel ex uoto uel ex officio. Primò ex uoto, sicut religiosi quorum perfectio est paupertas uoluntaria ad quam seruandam tenentur omnes religiosi iuxta illud Matth. 19. Si uis perfectus esse &c. Secundo tenentur aliqui ad aliqua perfectionis opera ex officio, sicut prælati quorum perfectio est patientia, ut scilicet sint parati prælati pro grege si neces-

se est mori: Lucæ. 6. Perfectus est autem omnis si sit sicut magister eius. Tales igitur perfecti. s. religiosi, & prælati ex debito non tenentur ad opera alia ad quæ alij non tenentur, nisi ad illa tantum ad quæ officio, uel uoto se obligauerunt, uel ad ea, quæ suo officio sunt annexa. Alio modo perfectio charitatis attenditur secundum intensiōem ut perfectè diligat, sicut aliquis secularis laicus seruens charitate obligatur ad intensius Deum diligendum ex duobus, scilicet ex bonis acceptis, & ex male dimissis. Primo dico, q̄ ex commissio tenetur aliquis ad plus, idest ad intensius Deum diligendum, Lucæ. 22. Cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & Grego. Cum crescunt dona crescunt etiam rationes donorum. Secundo ex dimisso tenetur aliquis ad amplius ex charitate faciendum, ut uerbigratia. Ille qui est debitor ex dimisso plus tenetur ex charitate facere, idest ad plura tenetur sicut ad satisfaciendum ad quæ nō tenetur ille, qui est debitor ex commissio. Sed fortè quæres quod est maius, an commissum, an dimissum. Respōdeo, & dico, quod commissum multo maius est quàm dimissum. Cuius ratio est, quia bonum est magis bonum quam malum sit malum. Vbi nota, q̄ perfecti non minus tenentur Deo quam alij non perfecti, immò magis, quia magis est eis donatum a Deo, ut patet supra. Sed tamen perfecti minus ex debito remouentur. Cuius ratio est, quia amor magis eos quam debitum mouet, ita q̄ perfecti magis tenentur Deo, & ex debito minus mouentur. ut patet. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 29. art. 8. quæstion. 2. utrum omnes teneantur ad perfectam charitatem habendam, in cor. q. & ibidem quæstion. 3. utrum habentes charitatem perfectam teneantur ad omnia opera perfectionis, in cor. q. & in sol. argu. per totum.

De diuinatione.

S V M M A R I V M.

- 2 Quomodo diffinitur Diuination.
- 2 Diuination semper est peccatum mortale, ut constat ex quattuor.
- 3 In generali triplex est genus Diuinationis, & quodlibet continet multas species.
- 4 Quæruntur duodecim casus circa Diuinationem.
- 5 Pæna sortilegorum alia determinatur secundum leges, & alia secundum Canones.

C A P. I.



Diuination. Circa diuinationem consideranda sunt tria, scilicet quidditas diffinitionis, grauitas offensionis, varietas commissionis. Primò circa diuinationem conside-

randa est quidditas diffinitionis. Nam Aug. in lib. de doctrina Christiana diffiniens diuinationem sic dicit: Diuination est usurpatio præcognoscendi futura ex quadam pestifera societate hominum, & demonum. Vbi nota, quod futura dupliciter possunt cognosci, scilicet in seipsis, & in suis causis. Primò futura in seipsis considerata nullo intellectu creato cognosci possunt. cuius ratio est, quia futura in quantum sunt futura nondum habent esse in seipsis: quod autem non habet esse non potest cognosci: solus autem Deus cognoscit futura prout futura habent esse in seipsis: quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, similitudine. Primò auctoritate Sap. 8. Monstra scit ante quam fiant: & Apostolus ad Rom. 4. Vocat, ea quæ non sunt sicut ea, quæ sunt. Secundò hoc idem probo ratione sic: Quia cum intellectus Dei sit æternus, scit in omnia non sub ratione præteri

ti, uel futuri: sed prout omnia eius intellectui præsentia offeruntur, ita quod intellectus diuinus omnia præterita, & futura, ut præsentia intuetur, eo quod ipse uidet omnia in sua æternitate: sed eius æternitas omni tempore adest, & ipsum comprehendit, ergo &c. Tertiò hoc idem probo similitudine: Sicut qui est in alia specula constitutus uidet simul omnes transeuntes per uiam non sub ratione præcedentis, & subsequæ quod ad ipsum, quamuis uideat quosdam alios præcedere, & quosdam alios sequi: tamen quicumque sit in ipsa uia constitutus in ordine transeuntium non potest uidere nisi præcedentes uel iuxta se positos: sic ergo futura prout sunt in seipsis a nullo intellectu creato cognosci possunt, quia hoc est proprium signum diuinitatis, secundum illud Isaia. 41. Annunciate, quæ uentura sunt in futurum, & sciemus, quod dii estis vos. Secundo modo futura cognosci possunt in causis suis. Vbi nota, quod cognoscere futurum in causa sua nihil aliud est quam cognoscere futurum in causa sua nihil aliud est quam cognoscere præsentem inclinationem causæ ad effectum: proueniunt autem futura ex causis suis tripliciter, scilicet ut semper, ut frequenter, ut raro. Primò enim quædam futura sunt, quæ ex suis causis semper ex necessitate proueniunt: eò quod talia futura sunt determinata in causis suis, & huiusmodi futura per suam causam cognosci possunt, ut solem oriturum cras. Secundò quædam futura sunt quæ proueniunt non semper, sed ut frequenter, hoc est, ut in pluribus ex causis suis. & hæc non per certitudinem cognoscuntur, sed per coniecturam, scilicet per signa aliqua sicut medicus cognoscit sanitatem infirmi. Modo ergo præcognitio illorum futurorum effectuum, quæ sunt determinati in causis suis, uel qui eueniunt semper, uel qui eueniunt, ut frequenter, non dicitur diuination nisi fortè apud eum quem ordo causæ ad causatum latet: unde præcognitio ortus solis non dicitur diuination, neque quoniam medicus prædicat sanitatem futuram, & Astrologus Eclipsim, uel pluuiam, &c. Tertiò quædam futura sunt, quæ ut raro, uel ut in paucioribus ex suis causis proueniunt, ut casualia, & fortuita: & hæc nobis sunt igno-

Quo futura cognoscuntur in causis.

Cognitio futurorum duplex.

ta: Angelis ſero nota, & tantò magis quàm nobis, quātò magis cauſas rerum cognoscunt uniuersalius, & perfectius, ſicut medici, qui acutius cauſas uident melius de futuro ſtatu ægritudinis pronosticantur: & præcognitio futurorum effectuum, quæ cauſas determinatas nō habent propriè. diuinatione ē hoc. n. præcognoscere ſolius Dei, est, & cui uoluerit Deus reuelare. Ad cuius actus uſurpationē diuini uocātur, qui futuris prænunciandis intendunt. Hæc B. Th. 2. ſcrip. ſent. diſt. 7. art. 2. utrū ex dæmones poſſit fieri diuinatione, in cor. q. & in in ſol. 1. arg. Et iterum prima parte ſum. q. 52. art. 3. utrū Angeli cognoscant futura, in cor. q. Et in quæſtionib. diſpu. de malo. q. utrū dæmones cognoscant futura, in cor. q.

C A P. II.

Secundo principaliter circa diuinationē ſcōſideranda eſt grauitas criminis, ſeu offenſionis. Diuinatione. n. ſemper eſt peccatum mortale: quod probo quattuor rationibus. ſ. ratione modi, auxiliij, pacti, præcepti. Primò ratione modi ſic: Qui indebito modo uſurpat prænunciationē futurorum euentuum mortaliter peccat: ſed diuinatione eſt huſmodi: quod patet ſic: Ille qui uſurpat quod Dei eſt, nō Deo reuelante mortaliter peccat: ſed diuini hoc faciunt: quod patet, quia diuini dicuntur quaſi Deo pleni, ut dicit Iſido. lib. etymolo. Diuini. n. diuinitate ſe plenos ſimulant, & aſtutia quadam fraudulentia hominibus futura coniectant &c. Vbi nota, quod futura tripliciter poſſunt cognosci. Primò naturali ratione: & horum præcognitio non eſt diuinatione, ut patet c. præcedenti: Secundò Dei reuelatione, & hoc modo futurorum præcognitio non eſt et diuinatione: unde ſi quis futura contingentia Deo reuelante pronunciat, tunc ipſe non diuinat, ideſt quod diuinum eſt non facit, ſed magis quod diuinum eſt ſuſcipit. Tertiò modo poſſunt cognosci futura diabolice indicatione: & reſpectu horū eſt diuinatione, ut infra patebit, ergo &c. Hæc B. Th. ſecunda ſecundæ q. 95. art. 1. utrū dubitatio ſit peccatum, in cor. q.

Secundo hoc idem probo. ſ. quod diuinatione ſit peccatum mortale ratione auxiliij ſic: Si quis aſſumit auxiliū dæmonū ad aliquid cognoscendum, uel faciendum grauitèr peccat, ſed omnis diuinatione ex operatione dæmonum prouenit, uel quia expreſſè dæmones inuocantur ad futura manifestanda, uel quia dæmones ſe ingerunt uanas inquisitionibus futurorum, ut mentes hominum implicent uanitate, ergo &c.

Tertiò hoc idem probo rōne pacti ſic. Si quis utitur pacto tacito, uel expreſſo cum dæmonibus grauitèr. i. mortaliter peccat: ſed diuinatione eſt hujuſmōdi, uel quia offert ſacrificiū dæmoni, uel quia aſſumit auxiliū dæmonum, ergo &c. Vbi nota, quod aliud eſt quærere aliquid à dæmone, & aliud eſt inuocare dæmonē. Primum enim. ſ. quærere aliquid a dæmone ſpontè occurrente quandoque licet propter utilitatem aliorum, maximè quādo uirtute diuina poteſt compelli ad dicendum uerū ſicut Chriſtus, qui interrogauit à dæmone quod tibi nomen eſt: qui reſpondit, Legio: ut habetur Marci ult. Secundum uerò, ſcilicet inuocare dæmonem ad cognitionem occultorum acquirendam ab ipſo nunquam licet: unde nūquam licet propter aliquam corporalē, uel temporalem utilitatem ueritatem de aliquo occulto a dæmone inquirere. Cuius ratio eſt, quia nulla utilitas temporalis poteſt comparari detrimento ſpiritualis ſalutis, quod imminet ex inquisitione occultorum per inuocationem dæmonum. Quartò hoc idem probo ratione præcepti ſic: Qui facit contra præceptum Dei mortaliter peccat: ſed diuinus facit hujuſmodi: unde Deut. 18. ita præcipitur. Non ſit qui Phitones conſulat neque diuinos, & ideo ad oftendendum grauitatem peccati pœna apponitur in decretis. 26. q. 5. ubi dicitur: Qui diuinationes expectant ſub regula quinquenniij iaceāt ſecundum gradus penitentia diffinitos. Hanc auctoritatē allegat. B. Th. 2. 2. ubi ſupra, art. 1. argu. contra, & tres rationes tangit ibidem, art. 2. utrū diuinatione ſit ſpecies ſuperſtitionis, in cor. q. & in ſolu. de pœna diuinationis. Req. infra ult. c.

Quære-
rea Dæ-
mōe, &
eū inuo-
care.

CAP. III.

Tertio principaliter circa diuinationem considerata est uarietas, uel multiplicitas commissionis. scilicet quot sint diuinationis species. Omnis enim diuinationo utitur ad cognitionem futurorum euentuum aliquo dæmonem consilio, uel auxilio quod quidem uel expressè implo-
 Dæmō
 sp diui-
 nationi
 bus se i-
 gerit.
 ratur, uel præter intentionem hominis dæmon occultè se ingerit ad prænunciandum futura quæ ei sunt nota, hominibus autem ignota, ita quod triplex est genus, uel modus diuinationis in generali. scilicet primū est quod fit per expressam, uel manifestā inuocationem dæmonum: secundum est quod fit absq. exp̃ssa inuocatione dæmonū p̃ solā considerationem dispositionis, uel motus alicuius rei: tertium est absque expressa inuocatione dæmonum per propriam operationem. scilicet dum aliquid facimus, ut nobis aliquid occultū reueletur, & manifestetur. Primum genus diuinationis quod est per expressam, uel manifestam inuocationem dæmonum pertinet ad nigromanticos: & hoc diuinationis genus in se continet quinque species siue modos. Prima species diuinationis uocatur præstigium quo operatione dæmonum fantasia, & oculi hominum ludificantur, & illuduntur, ut non uideant quod est uerum, sed credant quod non est uerum.

Primū
 genus di-
 uinatio-
 nis.

Secunda species diuinationis uocatur diuinationo somniorum, uel per somnia, puta cum in uigilia expressè ad hoc dæmones inuocantur, & cum eis in uigilia expressa, uel manifesta pacta habentur: & sic in somnijs ex reuelatione dæmonum causatur in hominibus præcognitio aliquorum futurorum euentuum. Requ. infra Somnia de causis somniorum: tertia species diuinationis uocatur nigromantia qua quibusdam præcationibus adhibito sanguine uidentur resuscitati mortui diuinare, & ad interrogata, respondere. Quarta diuinationis species uocatur diuinationo per Phitonem qua futura prænunciantur per homines uiuos sicut in arrepticijs patet. Phitones autē a Phiton Appolline sunt dicti, qui dicebatur esse auctor diuinandi, ut dicit Isid. Quinta diuinationis species fit per aliquas figuras, uel signo quæ in reb. inanimatis ap-

parent, quæ figuræ, uel signa si apparent in aliquo corpore terrestri, puta in igne, uel in ferro aut lapide polito uocatur geomantia, si autem in aqua uocatur ydromantia, si autem in aere uocatur aeremantia, si autem igne uocatur piromantia, si autem in uisceribus animalium immolatorum in aeris dæmonum uocatur auruspicium. Secundum genus diuinationis fit absq. expressa inuocatione dæmonū per solam cōsiderationem dispositionis, uel motus alicuius rei: & tale genus continet duas species, uel modos: prima species est per solam cōsiderationem dispositionis situs & motus siderū. & hic modus pertinet ad astrologos qui & genethliaci dicuntur propter natalium considerationes dierum. Hæc B. Th. secunda secundæ. q. 95. art. 3. utrum sint determinatæ species diuinationis, in corpor. q.

Secundū
 genus.

Vbi nota, quod si quis utitur consideratione astrorum ad præcognoscendum futura quæ ex cælestib. corporib. naturaliter causantur non erit illicita diuinationo, nec superstitiosa. Si quis uero consideratione astrorum utatur ad præcognoscendum futuros causales, uel fortuitos euentus aut et ad cognoscendum per certitudinē opera hominum ex uana, & falsa opinione procedit, & sibi erit diuinationo illicita, quia tunc operatio dæmonis se ingerit, & immiscet; ut mentes hominum implicet uanitati, & falsitati. Hæc B. Th. secunda secundæ ubi sup. art. 5. utrum diuinationo quæ fit per astra sit illicita, in cor. q. in principio, in fine. Licet enim corpora cælestia non habeant uirtutem aliquam super dæmones, quia dæmones corporibus cælestibus non sunt subiecti, tamen uocati sub certa constellatione ueniunt: & hoc duplici ratione, uel quia dæmones sciunt uirtutem illius cōstellationis iuuare ad effectum qui inquiritur, uel propter hoc ut dæmones inducant personas ad uenerandum aliquod numē. i. aliquam diuinitatem uel maiestatem in stellis ex quo ritus idolatriæ processit, ut dicit B. Tho. 2. scr. sent. dist. 5. de uirtute dæmonum in operando art. 1. utrum dæmones possint in materia corporali operari aliquos effectus ueros, in sol. 4. arg. Secundus modus uel species diuinationis est per cōsiderationē motus, uel uocum auium, uel quorum

Dæmo-
 nes nō
 subijciū-
 tur cor-
 poribus
 cælesti-
 bus.

rūcunq; aīaliū siue per sternutatione hominum: & talis uocatur augurium quod dicitur a garritu auium, sicut auspicium ab inestpectione auium quorum primū pertinet ad aures, secundum ad oculos. Vbi nota, q̄ instinctus naturales huiusmodi animalium causatur quandoq; ex tribus. scilicet ex cœlo, ex Deo, uel ex diabolo: primò cātur ex cœlo. habent. n. corpora cœlestia uirtutē imprimendi super talia aīalia: unde si quis ad præcognoscendū futura cōsideret naturales instinctus, quos aues ex impressione cœlestis corporis cōsequuntur, putā si quis ex hoc quod cornicula frequēter crocitāt prædicat pluuiā cito esse futuram, non peccat, neque talis diuinat: secundò aues habent connaturales instinctus ex Deo, ut patet in colūba super Christū descendentem, & in coruo qui pauit Heliā, & in cete qui absorbit, & eiecit Ionā: tertiò aues habent instinctus ex diabolo qui utitur huiusmodi operationib. animalīū brutorū ad implicandū animas uanis, & falsis opinionib. Et præcognitio futurorum effectuum, & considerationem instinctus talium animalīū ex operatione diaboli est diuinationis quæ uocatur auguriū a garritu auīū. Hęc B. Th. scđa secunda ubi sup. arti. 7. vtrum diuinationis quæ fit per auguria sit illicita, in cor. q. & in sol. 2. arg. Tertium genus diuinationis quæ fit absq; expressa inuocatione dæmonum ex cōsideratiōe eorū quæ eueniunt ex quibuscūq; quæ ab hominibus feriosē fiunt ad aliquid occultum inquirendum, dū facimus aliquid ut nobis aliquod occultum manifestet, uocatur diuinationis per sortes quæ cōtinet tres species uel modos. Prima species uocatur ciromancia. i. diuinationis manus: nā ex lineamentis manus consideratis sit diuinationis de occultis futuris. Secunda species uocatur spatulamantia ex quibuscūq; figuris in spatulis alicuius animalis apparentibus. Tertia species uocatur geomantia quæ fit ad aliquid occultum inquirendū per protractionem punctorū, uel per considerationem figurarum quæ proueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto, seu ex quibusdam cedulis scriptis, uel nō scriptis in occulto repositis dum consideratur quis quam cedulā accipiat, uel etiam ex taxillorum proie-

ctione quis plura puncta proijciat, uel etiam dum consideratur quid apperienti librum occurrat, quæ omnia sortium nomen habent. Hęc B. Thom. secunda secunda ubi supra artic. 3. vtrum sint determinatæ species diuinationis, in corp. quæst. Requi. infra Sortes.

C A P. IIII.

AD maiorem tamen euidentiam quero hic duodecim casus. Prim⁹ est, an uti rebus naturalibus ad sanitatem corporis acquirendam sit licitū. ^{4.} Respondeo, & dico, q̄ si res naturales adhibeantur ad aliquos effectus ad quos putantur uirtutē naturalem habere: non est superstitiosum neque illicitum. Si uero adiungantur quædam alia, putā signa aliqua uel characteres uel nomina, uel quæcunque aliæ obseruationes quæ manifestum est naturalem efficaciam non habere, erit superstitiosum, & illicitum. Hęc Beat. Thom. secunda secunda q. 96. artic. 2. vtrum obseruationes quæ fiunt ad corporum immutationes, putā ad sanitatem, uel ad aliquid huiusmodi sint licitæ, in solu. 1. argumen. Secundus casus est, an figuræ, uel signa, uel characteres possunt rebus naturalibus adhiberi ad effectus aliquos inducendos. Respondeo & dico, quod nō. Cuius ratio est, quia cum tales characteres figuræ, uel signa ad nihil naturaliter operentur, eò quod figura nō est alicuius naturalis actionis principium tales figuræ, uel imagines ex operatione dæmonum effectum habent: unde semper est illicitum eas facere, quia in talibus habentur pacta expressa cum dæmonibus: ut dicit Beat. Thom. ibidem, in solu. 2. argument. Tertius casus est, an ad præcognoscenda aliqua futura fortuna, uel infortunia sicut infirmitates, uel sanitates, uel huiusmodi, ut medici faciunt sit licitum aliqua signa obseruare. Respondeo & dico, quod si quis prælagium futurorum consideret ex causa quæ per signa expressa apparerent nō erit illicitum. Quæ signa licitè obseruanda sunt. Et similiter erit uandā esse posset si quis timeret nocumētū alicui pueri ex oculo fastinante. A simili causæ infirmitatum ex quibusdā signis. cognoscend.

Characteres & figuræ nō debent adhiberi.

Quæ signa licitè obseruanda sunt.

Tertium genus.

cognoscuntur. Et ideo medici talia signa licitè seruant, ex quib. de sanitate, uel in firmitate morte, uel vita possunt licitè iudicare, ut dicit B. Tho. scda scda. q. 96. art. 3. vtrū observationes, q̄ ordinantur ad precognoscenda aliqua futura fortuna, uel infortunia sint licitæ, in solu. 1. argu.

An liceat obseruare tēpora.

Quartus casus est an obseruare tēpora ad aliquid faciendum sit licitū. Resp. & dico, q̄ quædā occurrunt cursu naturali, & quædam cursu voluntario. Primò ergo obseruare tempus ad faciendū aliquid quod causatur ex naturali complexione elementorum, & temporis nō est peccatum: unde & medici circa ægitudines sanandas, & circa medicinas dandas considerant motus corporum superiorum, obseruare uerò tēpus in his quæ libero arbitrio subduntur est peccatum: unde super i illo verbo Apostoli ad Galat. 4. Dies obseruatis, & menses, & tēpora, & annos. Glo. inculpat eos, qui constellationes sequuntur dicentes Agam hoc mense cōmertium, quia illa stella agit mensem: Non plantabo hoc anno vineam, quia hi sextus est. Hęc Alex. 2. parte sum. q. 52. art. 6. vtrum cognitio diuinationis sit a Deo q. 4. vtrum in obseruantijs temporum sit peccatum, in cor. q. Nota q̄ obseruantia tēporum est triplex. Quædā est superstitutionis, uel impietatis, ut in illis qui obseruant tempus eorum qui subsunt libero arbitrio, & inchoant actiones sub tali signo cœli, & huiusmodi repræhēdunt Isa. Stent & adiuuent te augures qui cōputant annos, & supplantabant menses. Quædam est sagacitatis, & prouisionis in illis qui obseruant qualitatem temporis ad rerū abundantiam consequendam, & indigentiam excludendam: & hoc nec repræhēditur nec laudatur: Eccle. 3. 3. Quare dies diem superat, & annus annū. Quædam obseruantia temporum est pietatis, & deuotionis in bonis christianis qui festa obseruant in quibus iudicant magis esse vacandum Deo quā in alijs diebus, propter beneficia specialiter die illo uel festo exhibita: Apost. ad Ro. 14. Alius iudicat inter diē & diem. Hęc Pet. de Tharan. 4. scrip. sent. dist. 33. art. 4. vtrum debuit prohiberi aliquo tempore nuptias celebrare, in sol. 2. argum. Quintus casus

An liceat Astro est, an inuestigare de rebus furtim subla

tis per inspectionem astrolabij, & per iudicium astrorum sit peccatum: Resp. & dico, q̄ inuestigare quædam quæ propriè sequuntur immutationem astrorū, utputa de calore, & frigore, imbre, & siccitate, non est peccatū. Iudicare uerò de his q̄ subsunt libero arbitrio quæ non sunt subiecta legi astrorum est graue peccatum, quia in talibus interuenit inuocatio demonum. Hęc Alex. 2. parte sum. q. 52. artic. 6. q. 4. vtrū inuestigare de reb. furtim sublatis per inspectionem astrolabij, & per iudicia astrorum sit peccatū, in corp. q. Sextus casus est, an sit licitum in collectionib. herbarum, uel pro quauis infirmitate dicere aliqua carmina, uel aliquas scripturas sup homines, uel animalia ponere præter symbolum, & orationem dominicam. Resp. & dico, q̄ non licet super homines, uel animalia aliqua ponere præter symbolum, & orationem dominicā: si uero aliqua supersticiosa addantur, graue peccatum est: unde in decretis dicitur 26. q. 5. Non liceat Christianis &c. nec in collectionibus herbarum quæ medicinales sunt aliquas obseruationes aut incantationes attendere, nisi tantū cū symbolo aut dominica oratione, ut tantū creator omnium. s. Deus honoretur: secundò hoc idem probatur per hoc qd̄ dicitur extra de sortilegijs: Ex tuarum tenore: ubi dicitur, quod quidā presbyter cum quodā ad priuatum locū accessit non ea intentione ut demonium inuocaret, sed ut inspectio ne astrolabii furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperare, quod licet ex bono zelo & simplicitate fecisse pponeret, tamē grauissimum fuit eius peccatum: hęc B. Tho. secunda secundæ q. 96. artic. 4. vtrū suspendere diuina uerba ad collum sit licitum, in cor. q. in fi. & Alex. 2. parte sum. q. 52. arg. 6. Septimus casus est an suspendere diuina uerba ad collum licitum sit. Respondeo secundum Chrysost. super Matth. qui dicit, quod non duplici rōne. Prima est, quia cum euangelium quotidie in ecclesia legatur, & audiatur, si uerba Dei nō profunt in aure, quomodo circa colla posita possunt saluare? Secunda rō est, quia uirtus euāgelij est in intellectu, & non in figuris, ergo melius in corde posita profunt quā circa collum suspensa. Vbi nota, quod in oībus scripturis suspen

labiū in
spicere
p furto
reperiē
do.

An liceant carmina colligēdo herbas,

spensis tria sunt cauenda, & attendenda. Primum est, quid sit quod scribitur; vel profertur, quia si est aliquid ad inuocationem dæmonum pertinens manifestè superstiosum, & illicitum est: secundò cauendum est si contineat ignota nomina ne sub illis aliquid illicitum lateat: unde dicit Chrysost. super Matth. quòd Phariseorum magnificentium fimbrias suas, exemplo nunc multi aliqua nomina hebraica confingunt & scribunt, & allegant, quæ non intelligentib. metuenda uidentur. tertio uidendum est & cauendum ne aliquid falsitatis contineat, quia sic eius effectus non posset expectari a Deo, qui non est testis falsitatis: quarto etiam est cauendum ne cum uerbis sacris contineantur aliqua vana, puta aliqui characteres præter signum crucis. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 96. art. 4. utrum suspendere diuina uerba ad collum sit licitum, arg. contra, & in corp. q. Octauus casus est, an reliquias sanctorum portare, & qualitercunque tenere sit licitum. Respondeo, & dico, quod eadem ratio est de reliquijs sanctorum & de euangelio, uel de uerbis diuinis, quia si talia portentur ex fiducia Dei, & sanctorum quorum sunt reliquiae, non est illicitum. Si autem circa hoc attenderetur aliquid aliud uanum, puta quod uas esset triangulare aut aliquid huiusmodi quod non pertineret ad Dei reuerentiam, & sanctorum, superstiosum est, & illicitum, ut dicit b. Tho. ubi sup. immediate, in sol. 3. arg.

Nonus casus est, an serpentes incantare uel animalia incantationibus sanare sit licitum. Respondeo & dico, quod si in incantationibus serpentum, uel quorumcunque animalium respectus habeatur solum ad uerba sacra, & ad uirtutem diuinam, non erit illicitum, sed plerumque incantationes tales habent illicitas obseruantias: & per dæmones sortiuntur effectum, & præcipue in serpentibus, quia serpens fuit primum dæmonis instrumentum ad hominem decipiendum: Hæc b. Tho. ubi sup. immediate, in sol. 2. arg.

Decimus casus est, an scientiam acquirere a dæmone sit peccatum. Respondeo & dico, quod sic, & hoc duplici ratione. Prima est, quia licet scientiam acquirere de se sit bonum, tamen acquirere scientiam modo indebito. scilicet auxilio dæmonum non est bo-

num, & hunc finem ars notaria intendit, ut patebit infra in 12. casu. Secunda ratio est, acquirere cognitionem futurorum a dæmonib. est peccatum propter societatem cum eis in uitam, quæ in proposito locum habet. Omne autem pactum cum dæmonib. habitum, & omne auxilium ab eis petitum semper est graue peccatum: ut dicit b. Tho. 2. 2. q. 96. art. 1. utrum uti obseruantis artis notariæ sit licitum, in sol. 1. & 3. ar. Nota etiam, quia inuestigare, uel querere ueritatem de aliquo ab anima separata aliquando est peccatum, aliquando uero non. Req. sup. Anima separata.

Vndecimus casus est, an iudicium ferri cadentis, uel aquæ bullientis ordinatæ ad aliquid peccati occulti inquisitionem sit licitum. Respondeo & dico, quod non: & hoc triplici ratione. Prima est, quia ordinatur ad indicandum occulta quæ diuino iudicio reseruantur. Secunda ratio est, quia in talibus miraculum expectatur, quod diuina ratione non caret: Tertia ratio est, quia in re canonico reprobatur: unde 2. q. 5. consultuistis, in decreto Stephani Papæ dicitur: Ferri cadentis, uel aquæ feruentis examinatione confessionem extorqueri a quo libet sacri non censeant canones, & quod sanctorum patrum documento sancitum non est, superstiosa adinventione non est presumendum. Spontanea enim confessione, uel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore concessa sunt nostro regimini iudicare. Occulta uero, & incognita illi sunt relinquenda quæ solus nouit corda filiorum hominum. Et eisdem rationibus uidetur esse prohibitum iudicium duellorum, ut dicit b. Th. secunda secundæ. q. 95. art. 8. utrum diuinatio sortium sit illicita in sol. 3. arg.

Duodecimus casus est an uti obseruantis artis notariæ ad scientiam acquirendam sit licitum. Respondeo & dico, hic duo. scilicet quod ars notaria, & est illicita, & est inefficax. Primo dico, quod ars notaria est illicita. Cuius ratio est, quia ars notaria utitur quibusdam quæ secundum se non habent uirtutem causandi scientiam, sicut inspectiones quarundam figurarum, & quorundam signorum, & uerborum, quibus scilicet signis & uerbis non utitur ars notaria ut causis, sed ut signis, non ut diuinitus institutis, sicut sunt signa sacramentalia, sed ut signis pertinentibus ad

De Iudicio ferri cadentis.

An liceat ferre reliquias sacras.

De incantatione animalium.

De scientia dæmonum.

ad pacta quædam cum dæmonib. habitata: & ideò ars notaria pænitus est repudianda & fugienda a christiano, sicut etiam aliæ artes nugatoriæ, ad noxiæ superstitionis. Secundò dico, quòd ars notaria est inefficax, vel uana ad scientiam acquirendam, quod tali ratione ostendo. Scientia acquiritur aut per modum homini connaturalem, aut per diuinam infusionem, nunquam per diaboli operationem: primò dico, quòd scientia acquiritur per modum homini connaturalem. s. uel a seipsa inueniendo, uel ab alio addiscendo: secundò scientia acquiritur per diuinam infusionem. Luc. 21 Ego dabo uobis os, & scientiam, & sapientiam &c. Quæ quidem sapientia non datur aliquib. per istam artē notariam, uel per aliam, sed per Dei donū uel gratiam, secundum illud 4. ad Corint. 12. Alij quidem datur sermo sapientiæ &c. Et subditur ibidem in fine. Hæc autē omnia operatur vnus & idem spiritus diuidens singulis prout uult: tertio nunquam scientia acquiritur per operationem dæmonis, quia ad dæmones non pertinet intellectum illuminare, & ideò nullus vnquā per dæmones scientiam acquisiuit. Hæc b. Thom. secunda secundæ q. 96. artic. 1. utrum obseruantijs notarij uti sit licitum: in cor. quæst.

CAP. V.

Vltimo videndū est quæ sit pæna sortilegorum, & diuinorum. Vbi nota, quòd pæna eorum aliter determinatur secundum leges: & aliter secundū canones. Nam secundum leges sortilegi, & diuini debent decapitari, & comburi, ut dicit Hosti. eadem Rubr. 6. ultim. quæ pæna: & C. de malef. nullus &c. & l. nemo, & l. culpa. Secundum uerò canones si crimen est occultum imponatur pænitiæ 40. dierū: ut extra: e. c. 1. Si autem peccatum est notorium debet ei eucharistia denegari, de consec. dist. 2. pro dilectione, si fuerit clericus deponatur: si fuerit laicus, & noluerit ferre pænam excommunicetur, & hoc si criminaliter accusetur. De laicis autem dicendum est si sunt serui uerberibus castigentur, si liberi incarceratione 26. q. 5. contra idolorum. Episcopi autem tales de sua

parochia debent proijcere, & possunt turpiter decaluare. i. corū vestes ante & retro, & capillos scindere, sicut in aliquibus locis de consuetudine obseruatur. Infames etiam sunt censendi. Hæc in sum. confess. 1. tit. 11. q. 24. quæ sit pæna sortilegorum, & diuinorum. Vbi nota, quòd licet ita regulariter statuta sit pæna talium, tamen aliquando iniungitur pænitiæ maior, uel minor secundum quantitatem uel qualitatem peccati, quia magis puniuntur illi qui in talib. diuinationib. credunt esse peccatum, quam illi qui non credunt uel ex quadam curiositate hoc faciunt & inquirunt, ut dicit Alexand. 2. parte sum. q. 52. artic. 5. de pæna diuinationem sequente.

De diuitijs.

SUMMARIVM.

- 1 Beatitudo hominis non consistit in diuitijs temporalibus.
- 2 Idem ostendit alijs rationibus.
- 3 Idem nititur probare sex rationibus.

CAP. I.

DIVIITIAE. Quod in diuitijs temporalib. non consistit beatitudo sicut quidam dixerunt quod probo ad præsens quatuor rationibus. s. ratione fortunæ, indigentis, insufficientis, deficientis. Primò ratione fortunæ sic. Summum bonum hominis in quo consistit eius beatitudo fortunæ nō subiaceret: quod probo, duplici ratione. Prima est, quia fortuna ē alicuius boni quod præter intentionem accidit: sicut fodiens agrum thesaurum inuenit, quem nec quæ subiebat, nec intendebat: beatitudo autem ab omnibus intenditur, & quæritur, ergo &c. Istam rationem tangit b. Thom. 4. script. sen. dist. 49. de beatitudine; ar. 1. q. 1. utrum beatitudo consistat in bonis corporis: in

Differē
tia pæna
rū sorti
legorū.

torium debet ei eucharistia denegari, de consec. dist. 2. pro dilectione, si fuerit clericus deponatur: si fuerit laicus, & noluerit ferre pænam excommunicetur, & hoc si criminaliter accusetur. De laicis autem dicendum est si sunt serui uerberibus castigentur, si liberi incarceratione 26. q. 5. contra idolorum. Episcopi autem tales de sua

Beatitu-
do non
fortunæ.

sol. 5. argum. Secunda ratio ad idem est talis: Fortuna absq; studio rationis euenit: sed beatitudinem oportet quòd homo per rationem consequatur, in consecutione autem diuitiarum fortuna maximè locum habet etiam plus quam intentio, uel ratio siue prudentia diuitias acquirendi: ergo &c. Istam rationem assignat B. Tho. contra genti. capit. 3. ratione 5. Secundò principaliter hoc idem probò ratione indigentiae sic: Beatitudo cum sit summum bonum hominis, & per consequens perfectum: quietat appetitum ipsius habentis eam, ergo nulla est in ea indigentia, sed perfecta satietas: in psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua, sed qui habet diuitias temporales est in indigentia, & per consequens in miseria: quod patet, quia eius appetitus nunquam diuitijs temporalibus quietatur, ut dicitur Ecclesiast. 5. Auarus non implebitur pecunia, ergo &c. Ratio autem quare nullum bonum citra Deum potest mentem uel appetitum hominis quietare, est præcipuè ista: Proportio debet esse inter obiectum, & potentiam: unde sicut obiectum intellectus est uniuersale uerum, ita obiectum appetitus rationalis, scilicet uoluntatis humanæ est uniuersale bonum. Ex quo patet, quod nihil potest uoluntatem hominis quietare nisi bonum uniuersale quod non inuenitur in aliquo creato, sed solum in Deo. Cuius ratio est, quia omnis creatura habet bonitatem participatam, & ideo particularem, & limitatam, unde solus Deus cuius bonitas est essentialis: & per consequens infinita uoluntatem hominis implere, & satiare potest. Hanc rationem tangit b. Thom. prima secundæ q. 2. art. 8. utrum beatitudo hominis in aliquo bono creato consistat, in cor. q.

Tertiò principaliter probò hoc idem ratione sufficientiæ sic: Beatitudo hominis cum sit summum bonum, ut patet, continet in se omnis boni abundantiam: quod patet per Boetium qui dicit, quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & ideo omnis mali carentia: quod patet, quia summum bonum omni malo est omnibus impermixtus: sed qui habet diuitias temporales non habet præsentiam, uel affluentiam omnis boni, nec carentiam omnis mali, ergo &c.

Pecuniæ Sed fortè argues cōtra, quod Ecc. 1. 10.

dicitur: Pecuniæ obediūt omnia, ergo &c. oīa obediunt. Respondeo & dico trib. modis: primò quod diunt. omnia corporalia obediunt pecuniæ quātum ad multitudinem, uel opinionē stultorum qui sola corporalia bona cognoscūt, quæ pecunia acquiri possunt. Iudiciū autem de bonis humanis non debet sumi a stultis, sed a sapientib. sicut & iudicium de laboribus ab his qui habent gustum bene dispositum: secundo modo respōdeo & dico, quòd pecunia haberi possunt omnia uenalia. scilicet corporalia, non autem spiritualia, quæ uendi non possunt, prouer. 17. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapiētiam emere non possit? Hæc b. Thom. prima secundæ q. 2. art. 1. utrum beatitudo consistat in diuitijs, in sol. 1. & 1. arg. tertio modo respōdeo & dico, quòd etiam omnia bona corporalia pecunia acquiri possunt, nec similiter omnia mala euitari, ut patet de sanitate, fortitudine, & huiusmodi, & similiter de infirmitate, & morte.

Quartò principaliter hoc idem probò ratione deficientiæ sic. Nullus potest esse beatus qui non habet hoc bonum, quod uult: sed quilibet beatus bene & ordinatè uult sua beatitudine nunquā posse priuari ergo quicumque homo hoc non habens non est uerè beatus, sed nullus quacunque diues in hac uita hoc habet, quod patet, quia omnes diuitias, & omnia bona corporalia quæ homo in hac uita habere posset, oportet quòd ad minus mors tollat, ergo &c.

CAP. III.

Secundo quod in diuitijs temporalibus non consistat beatitudo præter rationes prædictas in hoc ca. ostendo idē quatuor alijs rationibus. scilicet ratione appetitus, euentus usus uel actus, defectus. Primò ratione appetitus sic: Summum bonum in quo consistit beatitudo est propter desideratum, & non propter aliud, cum beatitudo sit finis ultimus: sed diuitiæ non propter se appetuntur, sed propter aliud. Cuius ratio est, quia diuitiæ per se nihil conferunt homini. sed solum cum utimur eis uel ad corporis sustentationem, uel ad aliquid huiusmodi, putà ad criminis purificationē, fraternæ necessitatis subuentionē, glo.

gloriæ cælestis adeptionem, ergo &c.

Secundò hoc idem probatur ratione euentus sic: Diuitiæ possunt euenire malis: sed hoc necesse est summo bono carere, ergo &c. Quod autem diuitiæ temporales ut pluribus eueniant malis habetur Ecclesiast. 11. Si diues fueris non eris: id est uix eris immunis a delicto uel ex nimio amore habendi, uel nimia sollicitudine, & labore acquirendi, uel nimia tenacitate possidendi, uel nimio timore amittendi. Tertiò hoc idem probatur ratione usus sic. Beatitudo hominis magis consistit in retinendo, uel habendo beatitudinem quam in amittendo eam, sed usus diuitiarum magis consistit in emittendo, uel expendendo, quam in tēdendo uel in coaceruando. unde Boetius 3. de consolatione sic ait. Si quidē auaritia semper odiosos: claros largitas facit. ergo &c. Quartò hoc idem probatur ratione defectus sic: Illud in quo consistit beatitudo cū sit summum bonum hominis oportet esse melius homine: sed homo est melior omnib. diuitijs, quod tali ratione ostendo: Finis est melior his quæ sunt ad finē: sed omnes diuitiæ sunt res quædam ad usum hominis ordinatæ tanquam ad finem, ergo &c. has quattuor rationes assignat b. Th. lib. 3. contra genti. cap. 28. utrum fælicitas hominis in diuitijs consistat.

C A P. III.

Tertio quod temporales diuitiæ sunt contemnendæ, nec in eis ponenda est fælicitas, ut quidam fecerunt præter rationes in præcedenti ca. assignatas in præsentis capitulo hoc idem ostendo quattuor alijs rationibus. scilicet ratione instabilitatis, proprietatis, imperfectibilitatis, insatiabilitatis. Primo ratione instabilitatis sic: Summum bonum hominis oportet esse stabilissimum. Cuius ratio est, quia sicut naturaliter desideratur boni præsentia, ita diuturna boni constantia: alias esset bonum imperfectum, & sic desiderium hominis non quietaret, sed diuitiæ non sunt stabiles, sed instabiles: ergo &c. secundò confirmo hanc rationem sic: Beatitudo non est ponenda in illo bono, quod de se est corruptibile, uel inuoluntariè amissibile: sed &

porales diuitiæ huiusmodi sunt: uñ Chrysost. super illo uerbo Matt. 6. Vbi erugo & tinea demolitur sic: Omnia bona mundi triplex tollit interitus: aut ex seipsis uetescunt, & corrumpuntur, aut luxu domitorum suorum consumuntur, aut ab extraneis dolor uolentia, uel calumnia diripiuntur: beatitudo autem semel habita nūquam potest amitti, ergo &c.

Secundò hoc idem principaliter probatur ratione proprietatis diuitiarum, & beatitudinis sic. Ille est beatus qui habet beatitudinē: sed diuitiæ in hoc maximè conferunt, non quod reseruantur, & cumulantur: sed ex hoc quod emittuntur, & expenduntur, & hoc est usus earum: unde magis est laudabilis actus ex hoc quod pecuniæ expenduntur, quam ex hoc quod conseruantur ut patet c. præcedenti ergo &c. Tertio hoc idem ostendo ratione imperfectibilitatis sic: In illo bono non est ponenda fælicitas, quod in se non continet plenitudinem omnis boni, sed omnes diuitiæ temporales, & omne creatum sunt huiusmodi: ergo &c. Quod autem nec omnes diuitiæ temporales, nec omne bonum creatum in se contineant plenitudinem omnis boni probatur triplici ratione. Prima ratio est, quia prædicta omnia non includunt finem ultimum. Et formo sic rationē, Finis nobilior est, & melior eo, quod est ordinatum ad finē, eò quod finis de se bonitatem habet: aliud autem quod est ordinatum ad finem, sed beatitudo est ultimus finis creaturæ rationalis: diuitiæ autem temporales ad beatitudinem, ut ad finem sunt ordinatæ: quod patet, quia omnia propter beatitudinem uolumus beatitudinem propter seipsam: ergo &c. Secunda ratio est quia diuitiæ temporales non excludunt omne malum: ergo similiter non excludunt omne bonum: quæ duo sunt de ratione beatitudinis, ut ex præmissis rationibus patet: ergo &c.

Tertia ratio est, quia diuitiæ temporales non attrahunt omnem appetitum, ut facit beatitudo. Et formo sic rationem: Sicut enim omnes naturaliter miseriam fugiunt, eo quod nullus est qui uelit esse miser, ita omnes naturaliter beatitudinem appetunt, quia nullus est qui nolit esse fælix. Ita dicit Boetius 3. de consolatione. Mentibus omnium hominum ueri boni cupiditas naturalis est inserta: quod

quia

Summū
bonū sta-
bilissi-
mum.

quia de diuitijs temporalibus, vel de omni bono creato non contingit, ergo &c.

Quartò hoc idem probò ratione insatiabilis sic. Beatitudo est bonum perfectum quod totaliter appetitum quietat. Cuius ratio est, quia cum beatitudo sit finis ultimus rationalis creaturæ, eo habito non restat aliquid aliud appetendū, ideò motum desiderij terminat, & quietat. Ex quo talem rationem formo. In illo bono non est ponenda beatitudo, qđ capacitatem mentis, vel desiderij repellere quietare, & satiare non potest: sed tale bonum sunt diuitiæ temporales, & omne bonum creatum: ergo &c. Quod autem nullum prædictorum satiet appetitum probò dupliciter, scilicet ratione, & similitudine. Primò ratione sic. Sicut se habet verum ad intellectum ita bonum ad appetitum: sed nullum verum creatum cum sit particulare replet, uel quietat capacitatem intellectus, eò quòd eius obiectum est verum vniuersale, ergo à simili nullum bonum particulare replet, uel quietat capacitatem appetitus: sed solum bonum vniuersale quod habet plenitudinem omnis boni quale est bonum increatum, scilicet Deus in cuius visione perfecta beatitudo hominis consistit.

Summū bonū, & diuitiarum desiderium infinitum.

Vbi nota, quòd desiderium summi boni est infinitum, & etiam desiderium diuitiarum est infinitum, sed differenter, quod patet. Nam desiderium summi boni est infinitum eo, quòd summum bonum quantò magis habetur, & perfectius possidetur, tantò magis ipsum amatur, & alia contemnuntur. Cuius ratio est, quia quantò magis habetur, tantò magis cognoscitur, & ideò dicitur Ecclesiastici 24. Qui edunt me adhuc esuriūt: sed appetitus diuitiarum, & aliorum quorumcunque bonorum temporalium est econtrario, nam quando iam habentur ipsa contemnuntur, & alia appetuntur: secundum quòd signatur. Iohan. 4. Cum dominus dicit. Qui bibit ex hac aqua per quam temporalia signantur fiet iterum. Ratio autem huius est, quia insufficiētia bonorum temporalium magis cognoscitur cum habētur, & ideo hoc ipsum ostendit ipsorum imperfectionē, & quòd in eis non sit summum bonum,

& per consequens non consistat nostra beatitudo. Hæc Beat. Thom. prima secundæ. quæstio. 2. articulo. primo, vtrum felicitas nostra consistit in diuitijs temporalibus, in solu. 3. argumen. & ibidem articulo. 8. vtrum beatitudo hominis consistat in aliquo bono creato, & in cor. quæst. & iterum contra gentiles lib. 3. c. 28. vtrum felicitas hominis consistat in diuitijs per omnes rationes.

Secundò, quòd nullum bonum creatū possit desiderium hominis quietare, uel adimplere probò tali similitudine.

Quattuor enim sunt quæ nunquam repleri possunt, primum est infinitum à finito, sicut cælum terra: secundum est incorporeum corporeo, sicut mens pecunia: tertium est solidum, uel plenum vacuo sicut archa aere: quartum est sempiternum transitorio: sicut affectus re temporali. Anima autem nostra hæc quattuor habet.

Quattuor quæ non possunt repleri.

Primò enim, licet anima in essentia sit finita: tamen uirtutis est infinitæ: eò quòd est omnia facere & omnia fieri, & ideò solum verum, uel bonum vniuersale eam replere potest, & quietare.

Secundò est naturæ incorporeæ, & spiritualis, & ideò non quietatur in bono aliquo temporali.

Tertiò est naturæ non fantastiæ, sed realis, & ideò non quietatur à bono aliquo apparenti, sed existenti.

Quartò est naturæ incorruptibilis, & in sempiternū durabilis, & ideò in nullo bono transitorio quietatur. Cum ergo so-

lus Deus sit bonum infinitum incor-

poreum copiosum, uel im-

mensum æternum, & ve-

racissimum, ideò ip-

sæ solus sui cla-

ra uisione,

&

perfecta

fruitione mentem

quietat replet, & satiat.

De dolore, vel tristitia.

CAP. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid sit dolor seu tristitia.
- 2 Dolor, & tristitia conueniunt in vno, & differunt in quattuor.
- 3 An dolor opponatur delectationi, & e conuerso.
- 4 Dolor cordis interior est maior, dolore corporis.
- 5 Prima causa tristitiæ, uel doloris est malum coniunctum.
- 6 Secunda causa doloris est desiderium intrinsecum.
- 7 Tertia causæ doloris est Dominium violentum.
- 8 Dolor tollit addiscendi facultatem.
- 9 Dolor tollit actum libertatis.
- 10 Dolor impedit facultatem operandi.
- 11 Dolor mitigatur delectatione.
- 12 Mitigatur etiam dolor lachrymis, & ploratu.
- 13 Lenitur etiam amicorum compassionem.
- 14 Lenitur tandem contemplatione veritatis.
- 15 Species doloris quattuor sunt.
- 16 An quilibet dolor sit bonus, vel malus.
- 17 Aliquis dolor est bonus, & laudabilis ex tribus.
- 18 Nullus dolor potest esse summum malum.



DOLOR vel tristitia. Circa dolorem, uel tristitiã quattuor considerare debemus, scilicet eius essentiam, conuenientiam, repugnantiam, vehementiam. Primò considerare debemus essentiam doloris, uel tristitiæ. Est enim dolor, uel tristitia passio animæ: quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, distinctione. Primò auctoritate Beati August. 14. de Ciuit. Dei, qui ponit dolorem inter passiones animæ, inducens illud Virgilij. Hinc metuunt, cupiunt, gaudent; dolentque. Secundò, hoc idem probo ratione. Sicut enim ad delectationem requiruntur duo, scilicet coniunctio boni, & perceptio boni, ut patet supra. Delectatio, & infra Gaudium, ita ad dolorem requiruntur duo. Primò coniunctio mali quod ea ratione est malum, quia priuat aliquod bonum. Secundò requiritur perceptio coniunctionis mali: nam omnis delectatio, uel dolor præsupponit in eo in quo est, ut in subiecto apprehensionem aliquam intellectiuam, uel imaginatiuam, uel sensitiuam, aliàs nisi apprehenditur aliqua uirtute cognitiua interiori, uel exteriori non esset delectatio siue dolor. Tertiò, hoc idem probo distinctione. Sicut. n. est duplex delectatio, s. mentis, & corporis: ita etiam duplex est dolor, scilicet mentis, & corporis: nam passio alicuius nociui prout repugnat appetitiui sensitiuo est dolor in corpore, quam passionem, & quem dolorem August. 14. de Ciuit. Dei, specialiter nominat ægritudinẽ. Apprehensio autem huius doloris semper est in anima, eò qd corpus non potest dolere nisi dolente aia, ut Aug. ibidem dicit. Hęc B. Thom. prima secundæ. quæst. 35. articu. primo, utrum dolor sit passio animæ, argumen. contra, & in cor. quæst. & in solu. primi argum.

C A P.

II.

Secundo principaliter circa dolorem, vel tristitiam considerare debemus conuenientiam, uel differentiam. Nam dolor, & tristitia conueniunt & differunt. Primò. n. conueniunt in re, quia tristitia est idem quod dolor: unde Apostolus ad Rom. 10. dicit. Tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo: pro eodẽ enim utitur tristitia, & dolore. Differunt tamen in quattuor, scilicet in principio effectiuo, in subiecto, in quando, & in uocabulo. Primo differunt in principio effectiuo, quia tristitia est illa quæ causatur ex exteriori apprehensione, scilicet intellectus, uel imaginationis coniunctionis alicuius nociui. Dolor uerò est ille, qui causatur ex apprehensione exteriori, scilicet sensus. Secundo differunt in subiecto, eo quòd dolor propriè dicitur esse in corpore seu incorporalibus, tristitia uerò magis dicitur esse in anima seu in spiritualibus. Tertio differunt in quãdo, quia dolor non est nisi de malo præsentis, tristitia uerò est de malo præsentis præteriti, & futuro. Ratio autem huius differentię est, quia dolor sequitur apprehensionem sensus de malo nociuo, & quia sensus non percipit nisi præsens, ideo dolor non est nisi de malo præsentis. Tristitia uerò sequitur apprehensionem interiorem. s. intellectuam, uel imaginatiuam, & uirtus interior potest apprehendere præsens præteritum, & futurum, ideo tristitia potest esse non solum de præsentis malo sed etiam, de præterito, & futuro: quod patet: quia poenitentia est tristitia de malo præterito, anxietas uerò est tristitia de malo futuro. Quarto differunt in uocabulo, quod patet, quia sicut illa delectatio, quæ ex interiori apprehensione coniunctionis boni causatur, nominatur gaudium, & non delectatio, & sicut illa delectatio quæ ab exteriori apprehensione sensus alicuius boni causatur, nominatur delectatio & non gaudium, ita dolor nominatur ille qui causatur ex apprehensione exteriori coniunctionis alicuius mali: tristitia uero nominatur dolor qui ex apprehensione interiori coniunctionis alicuius mali, ut nociui cau-

satur. Hæc B. Thom. prima secundæ. q. 35. artic. 2. utrum tristitia sit idem quòd dolor, argum. contra, & in solut. 1. argum. ubi dicit, in cor. quæst. q. sicut gaudium est species delectationis, ita quod omne gaudium est delectatio sed non econuerso, ita tristitia est species doloris: unde omnis tristitia est dolor: & non conuertitur propter rationes prædictas.

C A P. III.

Tertio principaliter circa dolorem, vel tristitiam considerare debemus repugnantiam, scilicet utrum dolor contrarietur delectationi, & econuerso, & quantum ad hoc dico tria, primũ est, quòd tristitia per se est contraria delectationi, secundum est, quòd per accidens tristitia est causa delectationis: tertium est, quòd per accidens tristitia est materia delectationis.

Primò dico, quod per se dolor, uel tristitia est contraria delectationi, quod tali ratione ostendo, Dolor est de malo præsentis, delectatio uerò de bono præsentis, sed bonum præsens, & malum præsens sunt contraria, & unum contrariorum non est cã alterius: ergo delectatio est contraria dolori, & econuerso: ergo per se dolor non est causa delectationis nec econuerso. Secundò quia unum contrariorum per accidens potest esse causa alterius, dico, quod tristitia per accidens potest esse cã delectationis duobus modis. Vno modo inquantum tristitia de absentia alicuius boni, uel de præsentia alicuius mali uelhemētius quærit in quo delectetur in remedium contra tristitiam, ut uerbi gratia. Sicut sitiens uehementius querit delectationem potus, ut remedium contra tristitiam sitis quam patitur: Alio modo inquantum ex magno desiderio alicuius delectationis non recusat aliquis tristitias ferre, ut ad illam delectationem perueniat. Et his duob. modis dñr Matth. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur, nam utroque modo luctus præsens ad consolationem futuræ uitæ perducit. Primò quia ex hoc ipso, quod homo lugeat pro peccatis, uel pro dilatione glorię meretur consolationem æternam. Secundò etiam meretur aliquis consolationem æternam ex hoc, quod ad ipsam consequendã

Tristi-
tia est
cā de-
lectatio-
nis.

non refugit labores, & angustias ppter ipsam sustinere. Ratio horum duorum est, quia cum amor sit delectabilis dolor: & omnia quę ex amore cōsequuntur inquantum in eis sentitur amor sunt delectabilia. Tertiò dico, qđ per accidens tristitia est materia delectationis, & eōuer-
so: primò enim in bono homine tristitia est per accidens materia delectationis: unde Augu. in lib. de pœnitentia sic ait. Semper pœnitēs doleat, & de dolore gaudet. Secundò verò in malo homine eō-
uerso delectatio est materia doloris: unde dicit Philosophus. 9. Ethic. qđ eōnuer-
so malus dolet de eo de quo delectatus est. Rō autem huius est, quia cū uolūtas, & ratio reflectātur super actus suos: utrūque, scilicet delectatio, & tristitia accipiuntur in ratione boni, uel mali. Hęc B. Thom. prima secundæ. q. 3 s. arti. 3. utrum dolor contrarietur delectationi, & contēplatio-
ni in cor. q. & in solu. arg.

De duo-
bus pōt
haberi
delecta-
tio.

Sed fortē quæres, utrū delectationi cō-
tēplationis aliqua tristitia sit contraria. Respondeo, & dico, qđ delectatio pōt de
duobus haberi, uel de re contemplata, &
non de ipsa contemplatione, uel de ipsa
contemplatione, & non de ipsa re con-
templata. Primò delectatio potest haberi
de ipsa re contemplata, & non de ipsa
contemplatione, & tunc sicut contingit
contēplari aliquod conueniens, & delectans: ita etiam contingit aliquod noci-
uum, & contristans, & tali delectationi
ex parte contemplatī nihil prohibet tri-
stitiam esse contrariam: unde dicit Apo-
stolus. 2. ad Corinth. 7. Tristitia quę le-
cundum Deum est, pœnitentiam in salu-
tem stabilem operatur, quę quidem tri-
stitia: secundum Deum non est de ipsa
contemplatione Dei: sed de aliquo quod
mens considerat, uel contempletur con-
trarium delectationi diuinę. Secundo
modo delectatio contemplationis potest
haberi, uel esse non de ipsa re contēpla-
ta, sed de ipsa contemplatione, scilicet quòd cō-
templatio est delectationis obiectū: putā
cum aliquis delectatur ex hoc ipso quòd
contempletur, & tunc per se loquēdo de-
lectationi quę est in contemplando non
potest tristitia aliqua esse contraria, cu-
ius rō est, quia illud solum potest tristitiā
facere qđ alicui est cōtrariū, uel nociuū:

nulla autē apprehensio, uel cōtemplatio
inquantum talis est contraria, uel repu-
gnans apprehendenti, uel contemplantī:
unde Sap. 8. dicitur, qđ contemplatio mē-
tis non habet amaritudinem neque te-
dium. Per accidens verò delectationi cō-
templationis tristitia est cōtraria, & hoc
propter duo. scilicet ex parte sensus, & ex parte
affectus. Primò ex parte sensus, uel modi
apprehensionis, inquantum mens huma-
na utitur in contemplando uirib. appre-
hensiuis sensitiuis in quarum actib. acci-
dit lassitudo, idē indirectē admiscetur
aliqua afflictio, uel dolor contemplatio-
ni. Secundò ex parte affectus ipsius con-
templationis, scilicet damni quod incur-
rimus ex hoc enim, quòd contemplatio-
ni, uel apprehensioni uacamus, aliquod
damnum incurrimus, putā, quia ex hoc
ab aliquo utiliori impedimur, uel in pec-
catum occasionaliter pertrahimur. Hęc
B. Tho. 4. scri. sen. dist. 49. de delectatio-
ne, art. 3. q. 2. Et prima secundæ. q. 3 s. arti.
3. utrum delectationi contemplationis
aliqua tristitia sit contraria, in cor. q.

C A P.

I I I I.

Quarto, & ultimò circa dolorem, uel
tristitiam considerare debemus
vehementiam. Nam dolor inte-
rior cordis per se loquendo est maior do-
lore exteriori corporis, quod dupliciter
probo. scilicet auctoritate, ratione, & exemplo.
Primò auctoritate Ecclesiastici 3 s. Om-
nis plaga tristitia cordis est, & omnis
malitia, nequitia mulieris alias nequi-
tias superat: ita tristitia cordis omnem
plagam exteriorē, scilicet corporis ex-
cedit.

Secundò hoc idem probo ratione sic.
Malum quod repugnat appetitui est ma-
ius malum quā malum, quod repugnat
corpori, uel sensui, sed causa doloris exte-
rioris. scilicet corporis est malum cōiunctū qđ
repugnat corpori: causa verò doloris in-
terioris, scilicet cordis est malum cōiū-
ctum quod repugnat appetitui, ergo &c.
Secundò hoc idem confirmo alia ratio-
ne sic. Quātō aliquid malum magis ap-
prehenditur, ut nociuum: tātō maior est
dolor: sed apprehensio rōnis, uel imagina-
tionis

tionis ex qua causatur dolor mentis, est altior, uel maior quam reprehensio sensus tactus ex qua causatur dolor corporis, ergo &c.

Dolor interior Textio hoc idem probo exempli inductione sic. Signū quod dolor interior est excedit maior dolore exteriori corporis est, quod exteriori etiam aliquis dolores exteriores uoluntarie suscepit, ut uitet dolorem interiorē, & quod plus est, in quantum dolor exterior non repugnat appetitui interiori sit quodammodo delectabilis, & iocundus interiori gaudio. Quandoque autem dolor exterior est simul cum interiori dolore, & tunc dolor augetur. Hec B. Thomas prima secundæ. q. 3. artic. 7. utrum dolor exterior corporis sit maior quam dolor interior cordis: in cor. q.

Sed fortè quæres, utrum tristitia fortius afficiat quam delectatio. Respōdeo, & dico, q. loquendo generaliter delectatio fortius afficit quam tristitia. Cuius ratio est: quia bonum est causa delectationis, malum uerò est causa tristitiæ: sed bonū est efficacius in agēdo quam malum: qd̄ probo duplici ratione. Prima est, quia potest inueniri aliquod bonum quod totaliter est conueniens, nec ex aliqua parte dissonantiam habet: non autem potest inueniri aliquod malum, quod ita purè sit malum, & dissonum, q. ad nihil conueniens sit. Secunda ratio est, quia bonū agit in uirtute propria, malum uero non agit nisi in uirtute boni, ut Dionys. dicit 4. cap. de diu. no. & ideo cum causa delectationis sit bonum coniunctum quod perfectius est in agendo quam causa tristitiæ, scilicet malum repugnans coniunctum: ideo per se, & generaliter loquendo delectatio fortius afficit quā tristitia: sed tristitia magis sentitur, quā delectatio, & hæc est causa, q. tristitia magis fugitur quam delectatio appetatur. Et hoc duplici ratione, scilicet ex indigentia amati, ex uehementia nocuenti: ex abundantia impediti.

Amor Prima ratio est ex indigentia amati: **absentis** nam amor rei absentis magis præcipit, **magis p̄** quā rei præsentis, ut August. dicit 10. de **cupitur.** Ciuit. Dei. Cuius ratio est, quia ex indigentia amati procedit tristitia quæ ex amissione alicuius boni amati causatur: delectatio autem non habet indigentiam bo-

ni amati: sed iam in bono adepto quiescit: sed tristitia habet indigentiam boni amati, cuius amor magis sentitur cum eum boni amati indigentiam prodit.

Secunda ratio quare tristitia magis fugitur quā delectatio appetatur est ex uehementia nocuenti: quanto enim dolor magis repugnat amaro, tanto magis fugitur, uel expellitur: unde magis amamus cōsistentiam corporis naturalē, quam delectationem cibi, ideo timore doloris, qui prouenit ex flagellis, uel alijs huiusmodi dimittimus delectationem ciborum, uel aliorum huiusmodi: unde Aug. lib. 83. q. ponit de hoc exemplum dicens. Videmus etiam immanissimas bestias a maximis uoluptatibus abstinere doloris metu, qui contrariatur uitæ quæ maximè amatur.

Tertia huius ratio est, ex abundantia impediti, in quantum. sc. tristitia impedit non solū unā delectationem tantum, sed omnes. Et ideo Aug. libro prædicto dicit, quod nemo est, qui non magis dolorem fugiat quam uoluntatem, id est delectationem appetat. Cuius dicti potest generalis ratio assignari, quia omnis tristitia per se loquendo est mala quamuis per accidens possit esse bona ex parte eius de quo est, sicut pænitentia quæ est dolor de peccatis: sed non omnis dilectatio per se loquendo est bona, & ideo tam boni quā mali fugiunt tristitiā quamlibet: sed nō omnes delectationes quaslibet appetunt. Ex præmissis ergo concludo tria.

Primum est, q. in speciali quædam delectatio excedit quādam tristitiā, & ē cōuerso secundum quid quædā causa delectationis. sc. quoddā bonū excedit quādam causam tristitiæ in bonitate. sc. quoddam malum, & quædam causa tristitiæ. sc. quoddam malum excellit in malitia quādam causam delectationis. sc. quoddam bonū. Secundū est: q. per se, & gñaliter loquendo delectatio uehementius afficit quā tristitia, eò q. bonum coniunctū, & apprehensum, quod est delectationis cā efficacius est in agendo quā malū coniunctū, & apprehensum, qd̄ est cā tristitiæ. Tertiū est q. loquendo in speciali, & per accidēs tristitia magis uitatur quam delectatio appetatur, ut patet per rōnes præmissas. Pone hæc tria supra in sol. qōnis. prædictæ. Hæc

B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 49. de delectatione, artic. 3. q. 3. utrum tristitia fortius afficiat quam delectatio. argum. contra, secundo, & in cor. q. & in sol. 1. & 2. argu. Et iterum prima secundæ. q. 35. artic. 6. utrum magis sit fugienda tristitia quam delectatio appetenda, in cor. q.

quam malum coniunctum. Hæc. B. Th. prima secundæ. q. 36. art. 1. utrum bonum amissum sit magis causa doloris quam malum coniunctum argu. contra, in cor. q. & in sol. 1. & 2. arg.

CAP. VI.

CAP. V.

5.

PRæter illa quæ dicta sunt de dolore, & tristitia, nunc circa tristitiam, & dolorem tria considerare debemus, scilicet effectiua principia, nociua, sequentia, mitigantia, remedia. Primo considerare debemus tristitiæ, uel doloris effectiua principia. Nam tria sunt principia, uel causæ ex quibus tristitia, uel dolor causatur, scilicet malum coniunctum, desiderium in-

Doloris
principia
tria.

Primū

natum, dominiuum uolentum. Primum principium, uel causa doloris est malum coniunctum, quod tripliciter probō, scilicet auctoritate, ratione, distinctione. Primò probō hoc auctoritate Damasceni, qui dicit in secundo lib. q. expectatum malum timorem constituit, præsens uero malum tristitiam, uel dolorem. Secundo hoc idem probō ratione sic. Delectatio contrariatur tristitiæ, ergo sicut delectatio propriè respicit bonum adeptum quasi obiectum proprium ita tristitia respicit malum coniunctum. Tertio hoc idem probō distinctione sic. Delectatio enim, & dolor ei contrarij respiciunt idem sed sub contraria ratione, uerbi gratia. Si delectatio est de præsentia boni, tristitia est de absentia eiusdem: in uno autem contrarij includitur priuatio alterius, ut dicitur. 17. metaphysicæ: unde amissio boni apprehenditur sub ratione mali. Sed forte quæres quod est magis causa tristitiæ, uel doloris, an malum coniunctum, uel bonum amissum? Respondeo, & dico, q. bonum amissum. Cuius ratio est, quia fortior est habitus quam priuatio, malum autem coniunctum est priuatio boni quæ apprehenditur sub ratione mali, ut dixi. unde quia præsentia, uel coniunctio mali non est causa doloris, uel tristitiæ nisi ratione carentiæ, uel priuationis boni, idem bonum amissum magis est causa doloris,

Secunda causa tristitiæ, uel doloris est desiderium innatum, uel intrinsecum. Scilicet ipsa concupiscentia, uel interior inclinatio appetitus quando appetitus illud ad quod inclinatur non hêt, qd dupliciter probō, scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate. Aug. in enchiridion sic dicit. Subintranibus ignorantia agendarum rerum, & concupiscentia noxiarum, comites subinferuntur. Error & dolor: sed ignorantia est causa erroris, ergo concupiscentia est causa doloris. Secundo hoc idem probō ratione sic. Sicut enim omne illud quod impedit motum ne perueniatur ad terminum est contrarium motui, ita omne illud quod est contrarium motui, uel inclinationi appetitus est contristans appetitum; & sic per consequens concupiscentia est causa tristitiæ in quantum de retardatione boni concupiti, uel totali ablatione tristamur.

Ubi nota, q. illud quod concupiscitur, & est futurum, & est aliquo modo præsens: est enim illud quod concupiscitur realiter futurum, & etiā quoddammodo præsens in quantum adipisci speratur: & idem concupiscentia simul, & semel delectabilis, & contristabilis diuersis respectibus. Primò enim concupiscentia est delectabilis quandiu manet spes adipiscendi qd concupiscitur: secundo concupiscentia est contristabilis subtracta spe adipiscendi quod concupiscitur per impedimentum appositum: unde ex præmissis patet, q. concupiscentia causat delectationem, & dolorem diuersis respectibus. siue modis. Hæc B. Th. prima secundæ. q. 36. art. 2. utrum concupiscentia sit causa doloris, uel tristitiæ, arg. cōtra, & in cor. q. & in sol. 2. & 3. arg. Req. infra Spes.

CAP.

VII.

7.

Tertia causa tristitiæ, uel doloris est dominium violentum, quod tripliciter probo scilicet auctoritate, ratione, similitudine. Primò auctoritate Aug. in li. de natura boni, & mali sic dicentis. In animo dolorem facit voluntas resistendi potestati maiori. Secundò hoc idem probo ratione sic illud quod est cōtrarium inclinationi uoluntatis dolorem, uel tristitiam causat, sed potestas superior, uel maior ut putà potestas tyranni contrariatur, & nocet uoluntati inferioris, ergo voluntas resistens potestati maiori dolorem causat. Tertiò hoc idem probo similitudine tam ex parte potestatis, quàm ex parte uoluntatis. Primò ex parte potestatis, quia si potestas nullo modo esset maior, nullo modo posset uoluntati alterius contrariari, & per consequens nullo modo posset nocere neque dolorem inferre: unde potestas maior in quantum contrariatur uoluntati inferioris nocendo dolorem, uel tristitiam causat. Secundò hoc idem probo ex parte uoluntatis inferioris tunc enim solum sequitur dolor, uel tristitia quando remanet inclinatio appetitus, uel uoluntatis in contrariū: quod patet, quia si potestas fortior tantū inualescat, q̄ mutet contrariam inclinationem appetitus, uel uoluntatis inferioris in inclinationem propriam: iam nō erit aliqua repugnantia, uel uolentia, & per consequens neque dolor, sed delectatio, ut uerbi gratia. Sicut quando agens fortius corrumpendo corpus graue auferit ei inclinationem qua tendit deorsū; tunc ferri sursum non est ei uolentia, sed naturale. Similiter si aliqua potestas maior tantum inualescat, q̄ auferat inclinationem appetitus sensitui, ex eo nō sequitur dolor, uel tristitia, sed tunc solū sequitur quando inclinatio appetitus inferioris remanet in contrarium. Et inde est, q̄ Aug. dicit ubi supra, quod uoluntas resistens potestati fortiori causat dolorem, si enim non resisteret, sed cederet consentiendo, non sequeretur dolor, sed delectatio. Hæc Beat. Thom. prima secundæ, quæst. 36. artic. 4. vtrum potestas maior sit causa doloris, argumen. contra, in cor. quæst. & in solut. 3. argument.

Tertiū.

Resistē-
tia volū-
tatis cāt
dolorē.

CAP.

VIII.

8.

Secundo principaliter circa dolorem, uel tristitiam considerare debemus nociua sequentia. Num dolor, uel tristitia inter alia spetialiter efficit tria mala. primò enim tollit addiscendi facultatem: secundò excludit utendi libertatem: tertiò impedit operandi potestatem. Primo dico, quod dolor, uel tristitia tollit addiscendi facultatem, quod probo dupliciter, scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate Aug. i. soliloquiorum sic dicentis. Cum dolore dentium acerrimè his diebus torquerer, non sinebar animo uoluerè nisi ea, quæ iam fortè didicerem. A discendo autem pœnitentia impediebat, ad quod mihi tota intentione animi opus erat: secundò hoc idem probo ratione sic. Manifestum est enim, quod ad discendum aliquid de nouo requiritur studium, & conatus cum magna intentione, uel animi attentione: sic dicitur prouerb. 2. Si quæris sapientiam quasi pecuniam id est, cum tanto studio, & conatu, ut cupidus quærit pecuniam: immo cum maiori quantò sapientia preciosior est cunctis opibus temporalibus, ut dicitur prouerb. 8. tum quia in sapientia inueniuntur omnes temporales diuitiæ, tum quia omnes diuitiæ temporales erogatæ minuuntur: sapientia uerò, & omnes diuitiæ spirituales erogatæ augentur: tum quia sapientia vitam tribuit possessori suo; quod pecunia non facit. Et subditur. Inuenies sapientiam, sed dolor, uel tristitia maximè ad se attrahit intentionem animæ, quia naturaliter unumquodque tendit, & conatur ad expellendum contrarium: ergo &c. Vbi nota, quod dolor uel tristitia, uel est moderata, uel immoderata. Primò enim si tristitia est moderata confert ad addiscendum, & hoc modo in tribulatione moderata homines doctrinam Dei magis recipiunt, eo quod tristitia moderata animi euagationem excludit, & ita potest conferre ad addiscendum. Si uero tristitia est immoderata impedit considerationem, & tantum potest intendi, quod nec etiam instante dolore potest homo aliquid considerare etiam

Doloris
tria ma-
la.

quod prius sciuit. In hoc tamen attenditur diuersitas secundum diuersitatem amoris, qui quanto maior fuerit magis retinet intentionem animi ne omnino ad dolorem feratur.

Sed fortè quæres hic duo. Primum est, utrū delectatio impediat considerationē aīæ sicut tristitia. Resp. & dico, quod nō solum tristitia, sed etiam delectatio impedit cōsiderationē rōnis, & addiscere, & cōtēplari, inquātū delectatio attrahit intentionem animæ ab huiusmodi: tamen dolor magis trahit ad se intentionē animæ quā delectatio. Sicut uidemus in naturalib. quod actio corporis naturalis magis intenditur in contrariū, ut v.g. sicut aqua calefacta magis patitur a frigido, ut fortius congeletur. Scda quæstio est, utrū dolor corporis magis impediat considerationem, uel contemplationem quā dolor mentis. Respondeo, & dico, quod sic: Cuius ratio est, quia dolor corporis, magis pcedit ex læsione corporis: & ideo magis hēt transmutationem corporalem adiunctam. Et tamen dolor etiā interior, scilicet mentis si multum intendatur ita trahit intentionem animæ, ut non possit homo de nouo aliquid addiscere, considerare, uel contemplari. Vnde & Beat. Gregor. propter tristitiam intermisit Ezechielis expositionem. Hæc Beat. Thom. prima secundæ, quæst. 37. arti. 1. utrum dolor auferat facultatem addiscendi, in cor. q. & in sol. trium argum.

C A P.

I X.

Secundo dolor, uel tristitia excludit, uel tollit utendi, uel fruendi libertatem, hēt. n. intensa tristitia desiderii hominis impedire ne eo, quod uult fruatur. Vbi nota, quod inclinationes appetitus animalis sunt similes inclinationibus appetitus naturalis, & per hunc modum feruor attribuitur amoris, dilatio dilectioni, aggrauatio tristitiæ, ut eius effectus, quod pater: dicitur enim homo corporaliter aggruari ex eo, quod aliquo pondere a motu proprio impeditur. Sic a simili, quia tristitia causatur, & contingit ex aliquo præsentī malo quod motui, uel inclinationi uoluntatis repugnat, iō aggrauat animum, uel desiderii inquātū

impedit ipsum ne eo quod uult fruatur, ita quod dolor, uel tristitia intensa quatuor mala facit. Habet enim animum, uel desiderium aggrauare, angustiare, cōstringere absorbere. Primum habet animum aggrauare eo modo quo supra dixi, & si malum de quo oritur tristitia nō sit ita magnum, ut auferat spem euadendi licet animus aggrauetur quantum ad hoc, quod in præsentī non potitur eo, quod uult, remanet tamen motus, & conatus ad repellendum malum illud nocuum, & contristans. Secundò tristitia de malo habet animum angustiare, si. n. malum de quo est tristitia intantum superexcellat, ut omnē spem euasionis excludat, tunc simpliciter impedit interior motus animi angustiat, ut neq; hæc neque illac diuertere ualeat. Et quandoque etiā intantum intenditur tristitia de magno malo, quod etiā exterior motus corporis impeditur, ita quod remaneat hō stupidus in seipso. Tertiò, tristitia hēt animū cōstringere, & hoc ex aggruatione causatur: quod sic patet. Ex hoc. n. quod animus contristatus ita aggruat, ut ad exteriora liberē progredi non possit, retrahitur ad seipsum, idest in seipso cōstrictus. Quartò tristitia immoderata habet animum hominis absorbere, quādo sic uis contristantis mali efficit animum, ut omnem spem euasionis excludat: & sic etiam eo modo tristitia nimis intensè aggruat, & absorbet, ut ex præmissis patet. Tristitia uerò bona quæ est p illud Aposto. secundum Deum, scilicet de peccato commissio, habet animum ad Deum erigere, 2. ad cor 7. salutariis doloris effectus operatur sollicitudinem, defensionem, indignationem, timorem, desiderium, æmulationem, uindictam. In quibus uerbis ostendit, quod uera tristitia quæ est fm Deum. s. pœnitenti a de peccato commissio operatur septē. Primò operatur sollicitudē emendandi delicta, uel peccata per pœnā tēporalē. Glo. ibidem. Qui pœnitet sollicitus est emēdare quod deliquit ne denuo peccet. Secundò operatur defensionē. Gl. s. gehēna, quia qui pœnitet nō excusat se, sed confitetur pœnā quod est

est defendere à gehēna. Tertiò operatur indignationem. Glo. contra vos ipsos pro malis culpe gessistis. Iob. 7. Factus sum mihi met ipsi grauis. Quartò operatur timorem contra futurum peccatū. Glo. Ne in futuro tale quid contingat: timor enim semper debet esse de casu, prima ad Cor. 10. Qui stat videat ne cadat. Requi. infra Timor. Quintò operatur desiderium. Glo. in melius prouehi. Ambrosius ibidem in glo. Qui se scit per peccatum factum deformem consideret reformari. Sextò operatur emulationem boni. Glo. vt me, & alios bonos imitemini. Ad Gala. 4. Bonum emulationi in bono semp. Septimò, & vltimò tristitia secundum Deum operatur vindictam. Glo. quia peccantes punitis. Aug. ibidē in glo. Qui enim penitet vindicat in se quod deliquit. Quæ septem erectionem, vel eleuationem animi in Deū cānt sunt ppter spem habitam de remissione peccati, contra aggrauationem animi, & alia mala quæ tristitia falsa, & nimis intēsa facit, Hęc. B. Tho. prima secundæ. q. 37. arti. 2. vtrum aggrauatio sit effectus tristitiæ, in cor. q. & in solu. argu.

C A P. V.

10



ERTIO dolor, vel tristitia impedit operandi potestate: quod dupliciter pbo, scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate philosophi. 10. Ethico. qui dicit, qd delectatio perficit operationem: sed tristitia delectationi cōtrariatur, ergo tristitia impedit operationem. Requi. supra Delectatio quomodo ipsa operationē perficit. Secundò hoc idem probo ratiōe sic. Tristitia cū sit de malo præsenti, vel cōiuncto contraria est voluntati. sed voluntas est cā orationis humanæ, ergo tristitia est opationi humanæ cōtraria, & sic eā impedit, & excludit, vt vnum contrarium aliud. Vbi nota: qd tristitia ad operationē potest dupliciter comparari, vel sicut materia, vel sicut causa, scilicet, vel qd operatio est materia tristitiæ, vel qd tristitia est principium seu causa operationis. Primò enim si operatio est materia tristitiæ, scilicet cum tristitia est de operatione sicut materia eius, tunc tristitia quamlibet operationē impedit: quod patet, qā nunquā

id quod cum tristitia facimus ita benè facimus sicut illud qd facimus cum delectatione, vel sine tristitia. Cuius ratio est, qā voluntas est causa operationis humanæ: vnde quando operatio est de qua aliquis tristatur, necesse est qd actio debilitetur, vel impediatur. Alio verò modo cum operatio est principium, vel causa tristitiæ, tunc necesse est, qd propter tristitiam talis operatio augeatur, sicut quantò magis aliquis tristatur de aliqua re, magis conatur, & operatur ad expellendum tristitiā dummodo spes remaneat tristitiā expellendi, aliàs nullus motus, vel operatio ex tristitia causaretur. Hęc. Beat. Thom. prima secundæ. q. 37. arti. 3. vtrū tristitia impediatur operationem: argum. contra, & in cor. q. per totum.

C A P. XI.

ERTIO principaliter circa dolorem, vel tristitiam considerare debemus mitigatiua remedia.

Nā dolor, vel tristitia quattuor remedijs mitigatur, .s. delectatione, ploratione, amici compassionem, contemplatione, Primò mitigatur delectatione, quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & ratione. Primò auctoritate philosophi. 7. Ethico. dicentis. qd delectatio expellit tristitiam si bī contrariam, & omnem tristitiam quæ contingit si sit fortis, vt non sentiat in actu quando uehemens est delectatio. Secundò hoc idem probo ratiōe quietationis sic. Sicut se habet quies ad fatigationem in motibus corporis, ita se habet delectatio ad tristitiam in motibus appetitiuis. sed quælibet quies corporis remedium auferit corpori contra quamlibet fatigationem ex quacunque causa puenientē: ergo quælibet delectatio remedium auferit appetitui, uel affectui ad mitigandum quamlibet tristitiam ex quacunque causa procedat. Nam ipsa tristitia fatigationem quandam seu ægritudinem appetitiuæ uirtutis importat: quælibet igitur tristitia quæ est delectationi contraria per se per quamcunque delectationē si uehemens fuerit quietatur, & mitigatur. Sed contra sic. Illud quod causat tristitiam non mitigat tristitiā, sed ali-

Quattuor doloris medicamentum.

Primum

Comparatur dolor operationi.

quæ

quæ delectationes caufant triftitiam, quæ ut dicitur nono ethicorum, malus triftatur quando delectatus eft, ergo &c. Refpondeo. & dico, quod delectationes malorum non caufant triftitiam in præfenti, fed in futuro, in quantum, fcilicet mali penitent de malis de quibus lætitiā habuerunt, & huic triftitiæ subuenitur per contrarias delectationes, uel excludentes, uel mitigantes eas. Hæc. Beat. Thom. prima fecunda quæft. 38. artic. 1. utrum delectatio quælibet mitiget quemlibet dolorem: argum. contra, & in cor. q. & in folu. 2. arg.

CAP. XII.

12
Secundū
med.

SECUNDO dolor, uel triftitia mitigatur ploratione: quod dupliciter probo, fcilicet auctoritate, & ratione. Primo auctoritate Beati Augufti. 4. confef. dicentis, quod quādo ipfe dolebat, uel triftabatur de morte amici in folo gemitu & lachrymis erat ei aliquantula requies. Secundò hoc idem probo duplici ratione. Primo ratione diffufionis, quia omne nociuū interius claufum magis affligit, quā magis implicatur intentio animæ circa ipfum: fed quādo ad exteriora diffundit, tunc interiora animæ ad exteriora quodāmodo difgregantur, & fic interior dolor minuitur. Et propter eos quādo homines qui funt in triftitijs exterius fuam triftitiam manifeftant, uel fletu, aut gemitu, uel ēr verbo, eorum triftitia mitigatur.

Secundò hoc idem probo ratione propriæ operationis, quia operatio cōueniens homini fecundum difpofitionem in qua eft fibi delectabilis, fletus autem, & gemitus funt quædam delectationes conuenientes triftato, uel dolenti: ergo &c. Tertiò hoc idem confirmo ratione imaginationis, quia ex hoc ipfo, quod homo imaginatur, & facit id quod fibi conuenit fecundum tale statutum confurgit inde quædam delectatio, & eadem ratione fi alicui furrepat rifus in ftatu quo uidetur fibi eflē lugendum, ex hoc ipfo dolet tāmquam faciens id, quod fibi non cōuenit in ftatu illo, ut Tullius dicit in. 3. de tufculanis quæftionibus. Hæc Beat. Thom. ubi fupra art. 2. utrum fletus mitiget triftitiam, argum. cōtra, in cor. q. & in folu. 1. & 3. arg.

CAP. XIII.

TERTIO dolor, uel triftitia mitigatur amici compaffione. Naturaliter enim amicus condolens in triftitia amici eft confortatiuus: ut dicit Philofophus. 9. ethic. quod ipfe probat duplici ratione: prima eft quia tunc onus alieuatur: fecunda eft, quia effectus manifeftatur. Prima ratio quare amicus condolens in triftitijs cōfolatur eft: quia tunc onus alieuatur. Dum enim aliquis contriftatus uidet de fua triftitia alios contriftatos fit ei quædam imaginatio, quod illud onus alij cum ipfo portent, & ferant, id eft conātes ipfum ab onere alieuandū: unde ficut onus à multis delatum minus grauat quā si feratur ab uno folo, fic cū triftitia per modum cuiusdam oneris aggrauet, mitigatur quādo ille, qui eft in triftitijs imaginatur, & uidet alios de fua triftitia contriftari. Secunda ratio quare amicus condolens in triftitijs confortatur eft melior, quia, f. affectus manifeftatur, quia per hoc quod amici contriftantur ei, uidet & percipit fe ab eis amari: cognofcere autem ab alijs fe amari eft delectabile: unde cum omnis delectatio mitiget triftitiam: ut patet fupra fequitur, quod amicus condolens in triftitijs triftitiam mitiget.

Tertiò probo hoc idem alia ratione, fcilicet per locum ab oppofitis fic. Sicut enim quando unus cōgaudet gaudēti fit in fingulis uberius gaudium, quia feruere fe faciunt, & inflāmantur, ut dicit Auguft. 8. confef. ita quādo unus cōdolet dolenti: utrumque ratione cauſæ, fcilicet amoris redditur delectabile. Sed contra. Omne malum amici eft cōtriftās ficut eft malū proprium, nam amicus eft alter ipfe, fed dolor eft quoddam malū, ergo dolor amici cōdolentis auget triftitiam amica cui condoletur. Refpondeo, & dico, quod ipfe dolor amici fecundum fe contriftat, fed cōfideratio cauſæ compaffionis, & condoloris eius quæ eft amor, magis delectat. Hæc Beat. Thom. prima fecunda quæft. 38. artic. 3. utrum dolor compaffionis amici mitiget triftitiam, argum. contra, in cor. q. & in folu. argum.

31
Tertiū
med.

C A P. XIII.

14
Quartū
med.

Quarto, & ultimò dolor uel tristitia mitigatur ueritatis contemplatione: quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, & exempli similitudine.

Primò auctoritate beati Aug. in primo soliloquiorum sic dicentis de seipso. Videbatur mihi si ille mentibus nostris ueritatis fulgor appareret, aut non sensurū fuisse illum dolorem, aut certè pro nihilo toleraturum. Secundo hoc idem probo ratione sic. In contemplatione ueritatis consistit maxima delectatio, sed delectatio dolorem mitigat, ut patet supra: ergo cōtēplatio ueritatis dolorē, uel tristitiam mitigat, tanto magis quanto perfectius aliquis est amator sapientiæ, ex quo amore, (quod amplius est etiā) inter corporis cruciatus huiusmodi gaudium inuenitur. Tertiò hoc idem probo exempli similitudine. Videmus enim quod homines in contemplatione diuinæ ueritatis, & bonitatis, & futuræ beatitudinis existentes in tribulationibus gaudent: ut dicitur Iacobi 1. Omne gaudium existimate cum in tentationes uarias incideritis. Expositor. Omne gaudium, idest cōpletum, uel perfectum gaudium debet quilibet reputare in tribulatione existens. Cuius ratio est, quia excellentiori gratia seu dono uidetur perfusus, qui nouit in aduersis gaudere, quam qui didicit in ipsis non contristari: minus enim est quo dolor excluditur quam quo lætitia suadetur, ut uerbi gratia. Inimicos non solummodo tolerare, sed etiā amare iubemur. Vel omne gaudium, idest uitam æternā firmiter credite uobis esse paratam ex tolerancia tribulationum: unde dicit, cum intentiones uarias non unam tantum, in quo ostenditur esse perfectius gaudium: ut patet per exemplum de B. Tiburcio martyre, qui cum nudatis plātis super arduas prunas incederet dixit. Vide mihi quod super roseos flores incedam in nomine Iesu Christi. Ratio autē huius est, quia in uirib. animæ fit redundantia a superiorib. ad inferiores: secundū hoc delectatio contemplationis, quæ est in superiori parte animæ, scilicet in intellectu

redundat ad mitigandum etiam dolorē qui est in parte inferiori, scilicet in sensu. Sed fortè argues in oppositum, scilicet quod contemplatio ueritatis non mitigat dolorem, sed augmentat, quia Eccl. 1. dicitur. Qui addit scientiam addit dolorem, sed scientia ad contemplationem pertinet: ergo &c. Respondeo, & dico, quod qui addit sciētiā addit dolorem, & hoc, vel propter difficultatem, & defectum inueniendæ ueritatis, uel propter hoc, quod per sciētiā homo cognoscit multa, quæ uoluntati contrariantur: unde qui addit sciētiā addit dolorem, quia quātō quis plus cognoscit peccatum suum, & proximi, tanto plus de seipso tenetur dolere, & de conuersione gaudere, & sic ex parte rerū scitarum scientia dolorem causat, ex parte autem contemplationis ueritatis sciētia delectationem causat. Hęc B. Th. prima secundæ. q. 38. art. 4. utrum contemplatio ueritatis mitiget dolorem. argu. contra, & in cor. q. & in sol. 1. & 3. arg.

Oppos.

C A P. XV.

Dolor, uel tristitia. Præter illa, quæ dicta sunt supra circa dolorem, uel tristitiam tria considerare debemus. scilicet uarietatem speciei, qualitatem sui, sublimitatem mali. Primò considerare debemus uarietatem speciei, uel modi. Quattuor enim sunt species, uel modi tristitiæ, uel doloris, ut dicunt Greg. Nisenus, & Damascenus. scilicet misericordia, inuidia, anxietas, uel angustia, & accidia. Ratio autem uarietatis istarum specierum accipitur per applicationem tristitiæ, uel ad malum, quod est obiectum tristitiæ, uel ad effectum tristitiæ qui est aggrauare. Prima. n. tristitia potest applicari ad malū, ut ad obiectum de quo est & quod æstimatur: ut malum, & tunc uel est malum alterius, & sic est misericordia, quæ est tristitia de malo alieno in quantum æstimatur, ut propriū. Req. infra. Misericordia: uel est bonum alterius quod æstimatur, ut malum proprium: & sic est inuidia quæ est tristitia de bono alieno prout æstimatur, ut malum propriū. Req. infra. Inuidia. Secundò tristitia potest applicari ad eius effectum qui est aggrauatio: & hoc duobus

bus modis: primò enim tristitia de malo tollit uel excludit fugā mali: & sic est anxietas, quæ alio nomine dicitur angustia, quæ sic aggrauat animum, ut non appareat aliquod refugium, uel fugiendi malum, uel fruendi bono: secundò tristitia de malo intantum procedit, & aggrauat animum, ut etiam exteriora membra immobiliter ab opere, & non permittat uitare, uel fugere malum: & talis tristitia est accidia, quæ nō solum appetitum, uel animum immobilizat, sed etiam membra, & uocem. Ratio autem quare accidia dicitur amputare, uel auferre uocem est, quia vox inter omnes motus exteriores magis exprimit interiorem cōceptū, & affectum, non solum in hominib. sed etiam in alijs animalibus, ut dicitur primo politicæ Zelus uero, & nemesis non annumerantur cum istis, quia sub inuidia continentur. Hæc Beat. Th. prima secundæ. q. 35. art. 8. utrum species tristitiæ sint tantum quattuor, in cor. q.

CAP. XVI.

16 Bonum duplex. **S**ecundo circa dolorem, uel tristitiam considerare debemus qualitatem sui, utrum, scilicet omnis tristitia sit bona uel mala. Respondeo, & dico: qd aliqd dī malum dupliciter, scilicet simpliciter, & secundum quid. Primo. n. modo dicitur aliquid esse bonum simpliciter, scilicet, ut p se eligibile, & hoc modo nulla tristitia p se loquendo est bona, ut per se appetibilis: quod probo duplici ratione, scilicet rōne inconuenientia, & angustia. Primò ratione inconuenientia, quia omnis tristitia procedit ex aliquo inconuenienti: haberi autem aliquod inconueniens nō potest esse per se appetibile. Secundò ratione angustia, quia anxietas appetitum hominis de malo præsentis habet rationem mali, eòq per hoc impeditur quies appetitus in bono, & sic omnis tristitia secundum se est mala. Nam ipsa de se, & præcipue cum est tristitia immoderata quattuor mala facit: nocet enim intellectui, appetitui, corpori, operi. Primo nocet intellectui, eo qd discendi, considerandi, & contemplantis facultatem tollit, ut pa-

ret supra de effectibus tristitiæ. i. c. Secundò immoderata tristitia nocet appetitui: eò qd illud quod homo appetitiue habet impedit: ut patet ibidem secundò et Tertiò nocet corpori, eò qd tristitia immoderata ipsum citius corrumpit. Ecclesiastici 38. A tristitia festinat mors, & Apost. 2. ad Cor. 7. Tristitia seculi mortem operatur. Appellatur autem tristitia seculi duobus modis. Vno modo secundum glosam, ibi Tristitia seculi est quæ non ad correctionem, scilicet dum peccator dolet se detectum, & talis operatur mortem, & ideò oportet ab ea cauere. Alio mō appellatur tristitia seculi tristitia de amissione rerum temporalium, uel filiorum: nō propter Deum, sed propter amatum, & talis inducit mortem tēporalē frequenter, & mortem spiritualem, & mortem æternalem. Quarto immoderata tristitia nocet operi ipsā impediendo, ut patet ibid. supra. 3. c. & ideò tristitia talis non est de se appetenda, uel eligenda, sed uitanda Ecclesiastici. 70. & 36. Tristitiam longè pelle a te &c. Et Ecclesiastici. 14. felix qui nō habuit animi sui tristitiam &c.

Secundo modo dicitur aliquid esse bonum secundū quid, scilicet ex suppositione, & ut ad aliud ordinabile, ut uerbi gratia de medicina: uerecundia, misericordia, & pœnitentia. Primum exemplum est de medicina amara quæ nō est per se bona, uel appetibilis, nisi in quantum ordinabile, & utilis ad sanitatem. Secundum exemplum est de uerecundia, quæ non dicitur esse bona nisi ex suppositione alicuius turpis cōmissi. Tertium exemplum est de misericordia quæ non est laudabilis nisi supposita miseria. Similiter peccato pœnite eligibilis est pœnitentia. Sic aliquæ tristitiæ sunt bonæ, uel appetibiles in quantum sunt utiles ad aliquid, uel ad excludendum prauas delectationes, uel ad aliquid aliud, ut patet de tristitia quæ est secundum Deū, quæ est salutifera, qd ad salutem ordinatur, ut dicit Apostolus secunda ad Cor. 7. Patet ergo ex præmissis, qd nulla tribulatio, uel tristitia est de se bona, uel appetibilis, sed tantum secundum quid, scilicet in quantum ad bonū aliquod ordinatur: unde Aug. in lib. confess. sic dicit. Tolerari eas iubes nō amarī, scilicet tristitias, & tribulationes. Hæc Beat.

Bonū cūdum. qd quatruorexēplis explicatur

Tho. 4. scrip. sent. dis. 49. de delectatione. artic. 4. q. 2. in cor. q. & in sol. 1. & 2. arti. Et prima secundæ. q. 39. art. 1. utrum omnis tristitia sit mala, in cor. q.

CAP. XVII.

17 **A**D maiorem tamen evidentiam præcedentis. c. est sciendum, q. dolor, uel tristitia aliqua bona est laudabilis ex tribus, scilicet ex motiuo, ex peccato, ex impeditiuo. Primo ex motiuo, scilicet cum ex recto iudicio rationis quis dolet, & tristatur. Et formo sic rationem. Omne qd procedit ex rectitudine rationis, & uoluntatis est laudabile, & meritorium, sed interior tristitia est quandoque cognitio mali per rectum iudicium rationis, & recusatio mali, & detestatio ipsius est p voluntatem benè dispositam detestatem malum ergo &c. Hanc rationem format. B. Tho. prima secundæ. q. 39. art. 2. utrum tristitia habeat rationem boni honesti, in cor. q. Secundo dolor, uel tristitia laudatur, & est bona ex peccato. Et formo sic rationem. Sicut. n. aliquo turpi supposito benè dispositus uerecundatur, & malè dispositus gloriatur, ita aliquo peccato supposito: benè dispositus dolet, & contristatur: ut dicitur secunda ad Corinthi. 7. Gaudeo non quia contristati estis eo, q. nullus debet gaudere de sua pœna, vel alterius in quantum pœna, sed quia iusta, & quia culparum ordinatiua, & peccantium, uel peccatorum punitiua. In psalm. Letabitur iustus cum uiderit uindictam. Et subdit. Sed quia contristati estis ad penitentiam. gl. quia sic animaduertentes culpam penituitis, & subdit gl. Contristati. n. estis secundum Deum. i. secundum uoluntatem Dei, & inspirationem. Ambr. ibi. Qui reprehensus pudorem patitur corrigere se promittit qui uero irascitur peiorem se ostendit. Secundo idē confirmo alia ratione. Tristitia de malo contrariatur delectationi de malo: sed delectatio de malo est mala: unde in detestationem quorundam dicitur Prouerb. 2. Latatur cum malefecerint, &c. ergo tristitia de malo est bona. Hanc rationem tangit. B. Tho. ubi sup. art. 1. utrum ois tristitia sit mala, arg. contra. Tertiò dolor, uel tristitia est bona, & lauda-

bilis ex impeditiuo. Nam aliquid est causa tristitiae non solum quia secundum se est malum sicut peccatum: sed et quia est occasio mali, & hoc duob. modis, uel dum homo per amorem nimis inhæret ei, uel quia ex hoc præcipitat in aliquod malum & secundum hoc tristitia de temporalibus bonis potest esse utilis, & laudabilis, sicut dicitur Eccles. 7. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij &c. unde sicut delectatio de bono facit, ut bonum auidius queratur, ita tristitia de malo facit, ut malum uehementius fugiatur. Quod autem aliquis de peccato non doleat, uel tristetur est signum insensibilitatis, peruersitatis, stoliditatis. Primo quod aliquis de peccato, uel de presenti malo non doleat est signum insensibilitatis, eo quod ad modum lapidis peccatum, uel malum non sentit. Secundo est signum peruersitatis. puta cum quis non dolet, sed etiam lætatur, & gaudet de malo. Pro uer. 2. Lætantur cum malefecerint &c. Tertio est signum stoliditatis, ut dicitur Eccles. 7. Cor sapientum, ubi tristitia. id est de peccatis proprijs, & aliorum isti bene faciunt. Lucæ 6. Beati qui lugent &c. Requie expositionem huius supra Septem beatitudines. Et cor stultorum ubi lætitia. glo. Veheis quia risus dolore miscebit. Hæc B. Tho. prima secundæ. q. 39. art. 1. utrum omnis tristitia sit mala, in cor. q. & ibid. art. 3. utrum tristitia possit esse bonum utile in corp. q. ita quod dolor, uel tristitia de malo est bonum, honestum, & bonum utile. Primo est bonum honestum: quod patet, quia bonum honestum ex duob. procedit. scilicet ex rectitudine rationis, & uoluntatis, sicut est cognitio mali recusatio mali, & detestatio eius, ut dicit B. Tho. ibid. art. 2. utrum tristitia habeat rationem boni honesti, in cor. q. Secundo tristitia est bonum utile, quod patet tali ratione. Sapiens non querit nisi utile, sed sicut dicitur Eccles. 7. Cor sapientum ubi tristitia: ergo tristitia est utilis, uel ad fugiendum id quod secundum se est malum, uel ad fugiendum id quod est occasio mali, ut dicit B. Tho. ibi. art. 3. utrum tristitia possit esse bonum utile, ar. contra, & in corp. q.

Occasio ma-
lū est causa
doloris-

Dolor
de pecca-
to com-
misso
laudabi-
lis est.

CAP. XVIII.

17 **T**ertio circa dolorem, uel tristitiam considerare debemus sublimitatē seu quantitatem mali quia dictum est, quod omnis dolor, uel tristitia est de se mala, cō quod habet ex se defectum aliquem ex quo nulla est per se diligenda, uel appetenda, sed omnis tristitia fugienda, sicut determinat B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 49. & prima secundæ. q. 39. ut patet cap. præcedenti. Ideo posset aliquis quære, utrū aliquis dolor, uel tristitia sit summum malum. Et quantum ad hoc respō deo, & dico, quod impossibile est dolorē aliquem, uel tristitiam esse summum malum. Quod ad præsens probo sex modis, distinctione, comparatione, permixtione, læsione, actione, ratione. Primò hoc pbo distinctione sic. Omnis tristitia seu dolor aut est de eo quod est uerè malū, aut de aliquo apparēti malo quod est uerè bonum. Dolor uerò seu tristitia quæ est de uero malo non potest esse summū malum. Cuius ratio est, quia aliquod malum est eo peius, & in intellectu, scilicet non iudicare esse malum quod est uerè malum, & in affectu, uel appetitu, scilicet non refutare malum, quod est uerè malum, dolor uerò, uel tristitia quæ est de apparenti malo quod est uere bonum non potest esse summum malum. Cuius rō est quia peius esset omnino alienari a uero bono, ergo &c. Secundò hoc idem probo cōparatione sic. Summum malum dicitur, quod nō habet supra se malū: sed si cōparamus malū culpæ ad malum pænæ malum culpæ est maius malum quam malū pænæ, ut patet infra Malum: sed dolor, uel tristitia pertinet ad pœnam peccati: ergo &c. Tertiò hoc idem probo ex boni permixtione sic. Summum malum oportet esse absque consortio omnis boni, sicut, & summum bonum est separatum ab omni malo, cum autem malum semper fundetur in bono: ergo cum dolor, uel tristitia semper habeant aliquam permixtionem boni, ergo &c. Quartò hoc idem probo ex læsione sic. Malū dicitur quod nocet: ergo peius est quod nocet meliori, quam quod nocet peiori, sed culpa nocet meliori, scilicet animæ, pœna uero no-

cet peiori, scilicet corpori: ergo malum culpæ est maius malum quam malum pænæ: sed dolor, uel tristitia sunt mala pænæ: ergo &c. Quinto hoc idem probo ex actione sic. Quod non agit nisi in uirtute alterius non potest esse primum, & summum malum, sed malum non agit nisi in uirtute boni: ergo &c.

Sextò, & ultimò hoc idem probo ratione sic: Illud quod est causatum ab alio. sc. a bono non est summum malum, sed omne malū causatur a bono, scilicet a Deo quod patet, quia mala omnia, uel eueniunt Deo volente, ut mala pænæ, uel eueniunt Deo pmittente, ut dicit B. Tho. prima secundæ. q. 39. art. 2. utrum tristitia habet rationem boni honesti, in sol. 3. arg. ergo &c. Sed contra. Delectatio est contraria iustitiæ, sed quædam delectatio est summum bonum, & optimum, sc. delectatio quæ pertinet ad fælicitatem, ut patet sup. Delectatio: ergo aliqua tristitia est summum malum. Respondeo, & dico, quod aliqua delectatio potest fieri summum hominis bonum, ut patet supra. Delectatio: tristitia autem non potest esse summum hominis malum, ut dicit B. Thom. prima secundæ. q. 39. art. utrum dolor, uel tristitia sit summum malum: arg. contra & in cor. q. & in sol. argu. Et iterum contra gentiles lib. 3. ca. 5. utrum sit aliquod summum malum per totū. c.

De Dominio.

S V M M A R I V M.

- 1 *Utrum in statu innocentie fuerit Dominium, & ad tria est ordinatū.*
 - 2 *Spiritualis potestas preeminet seculari.*
 - 3 *Impossibile est plures potestates esse simul in eadem gradu.*
 - 4 *Omne Dominium prout est a Deo obliat obediendum alias non.*
- Cui potestate magis sit obediendum an superiori, uel inferiori.*

CAP. I.

7.



DOMINIUM. Circa dominium, uel praelationem consideranda sunt quatuor, scilicet tempus existentie gradus eminentie, numerus præsidentie, modus obedientie. Primò considerandum est tempus existentie, scilicet in statu innocentie fuerit dominium, uel praelatio, ita qd homo tunc temporis dominaretur homini. Respondeo, & dico, qd dominium, uel praelatio ad tria est ordinatum, scilicet ad supplendum, corrigendum, dirigendum. Primò est dominium ordinatum ad supplendum, uel defendendum subditos, puta, qd populi a regibus defendantur in quibus se iuuare non possunt: & quantum ad istum usum, uel actum dominium, uel praelatio non fuisset. Cuius ratio est, quia ante peccatum nihil fuisset quod homini nocere posset. Secundò, dominium est ordinatum ad corrigendum mores malos dum mali puniuntur, & coacte ad actus virtutum inducuntur. Et similiter quantum ad istum actum dominatio, uel praelatio non fuisset. Cuius ratio est, quia in statu innocentie nullius uoluntas contradixisset bono. Tertiò dominium est ordinatum ad dirigendum subditos in his que agenda sunt. Et quantum ad hoc in statu innocentie fuisset dominium, uel praelatio, secundum qd unus homo maiori munere sapientie, & maiori lumine intelligentie præditus in sciendis, & in agendis alios direxisset: quod dupliciter probo. scilicet ratione, & comparatione. Primò ratione sic. Illud quod est dignitatis multò nobilius fuisset in natura integra, scilicet in statu innocentie, quam in natura corrupta, scilicet in statu culpe: sed dominium, uel praelatio ad dignitatem pertinet ergo &c. Secundò hoc idem probo comparatione status angelorum ad statum hominum sic. Status nature integræ non fuisset altior, quam est modo status angelorum: sed in angelis est unus ordo qui dominationum vocatur & etiam alii ad praelationem pertinentes, ut principatus, & potestates, & archangeli: ergo etiam in statu nature humane ante peccatum fuisset dominium, uel praelatio. Sed contra, Dominum sine seruitute

esse non potest, sed Aug. Greg. & alij sancti communiter dicunt, qd seruitus pro peccato est introducta: ergo & dominium, seu praelatio ante peccatum non fuisset. Respondeo, & distinguo tam ex parte domini quam ex parte serui. Primò ex parte domini: nam aliquis dominatur alteri duobus modis, vel ut seruo, vel ut libero. Primò dominatur aliquis alicui, ut seruo, quando eum cui dominatur ad propriam uoluntatem domini nantis refert, & tale dominium in statu innocentie non fuisset, eò qd tale dominium aufert libertatem subdito, & ideo est contristabile. Cuius ratio est: quia unicuique proprium bonum est appetibile & per consequens est unicuique contristabile, qd illud quod deberet esse suum in bonum alterius tantum cedat propter quod in statu innocentie non fuisset tale dominium hominis ad hominem, ut ad seruum. Secundo modo dominatur aliquis alteri, ut libero: quando dirigit ipsum ad proprium bonum eius qui dirigitur uel ad bonum commune, & tale dominium, uel praelatio in statu innocentie fuisset, & hoc propter duos: primo quia cum homo sit animal sociale, uita socialis esse non posset nisi aliquis præficeret qui ad bonum commune intenderet, & alios dirigeret: secundò qd si unus homo habuisset super alium supereminentiam scientie, & iusticie, incontinentiens fuisset, nisi hoc exequeretur in utilitatem aliorum, secundum qd dicitur prima Petri. 4. Unusquisque gratiam quam accepit in alterutrum illam administrantes: unde & Aug. 19. de Ciui. Dei dicit, qd iusti non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi. Hæc B. Thom. secundo scrip. sent. dist. 44. art. 3. utrum in statu nature integræ praelatio, uel dominium fuisset, in duobus arguitur contra, & in cor. q. & in solu. 1. arg. Et iterum prima parte sum. quest. 96. artic. 4. utrum in statu innocentie dominaretur homini: arg. contra, & in cor. q.

Secundò distinguo ex parte serui, & dico: qd duplex est seruitus, scilicet una est libertatis, & beneuolentie, & hæc in statu innocentie fuisset, omni enim rationi est consonum, qd si homo stetit filij eius officiosi fuissent sibi in exhibitione honoris, & reuerentie, & obsequijs corporalibus, ut si uellet comedere in oblatione fructuum, & obsequijs consimilibus officiosi fuissent.

In alterum quis habet dominium duobus modis.

Munus Regum & principum.

fuiſſent. Secunda verò ſeruitus eſt contra-
dictionis ſue violētiae: & hoc modo neq;
ille fuiſſet eis dominatus; neque illi ſerui
eius fuiſſent. Cuius ratio eſt, quia hmōi
ſeruitutis cauſa eſt peccatum. Hæc Alex.
ſecunda parte ſummæ quæſtione. 96. art.
1. vtrum homo in ſtatu innocentiae domi-
nabatur hominibus, in cor. q.

CAP. II.

2. **S**ecundò circa dominium, uel prælatio
Præs se-
cularis
ſpūali
ſubijcit.
nem cōſiderandus eſt gradus eminen-
tia. Cum enim ſit in generali duplex po-
teſtas ordinaria, ſ. ſecularis, & ſpiritualis,
poſſet aliquis quærere: utrum præſe-
cularis præemineat præſe-
ſpūali, uel econuerſo. Reſpondeo, & dico, qd præſe-
ſpūalis præ-
eminet ſeculari quod probo quattuor ra-
tionibus. Prima eſt talis. Quantò vita ſpi-
ritualis dignior eſt, quàm terrena, & ſpi-
ritus quàm corpus: tantò poteſtas ſpiritua-
lis poteſtatem ſecularem honore, & dignita-
te præcellit. Secunda rō eſt talis. Sicut ſe-
cularia ordinantur ad ſpūalia, ita pote-
ſtas ſecularis ad ſpiritualē, ſed ſecularia
ſubſunt ſpiritualibus ordine rationis, &
diuino: ergo poteſtas ſecularis ſubſe-
ſpūali, ut Imperator ſummo Pontifi-
ci. Tertia ratio eſt talis. Cauſa nobilior
eſt cauſato, ſed poteſtas ſpiritualis fuit
cauſa præſe-
ſecularis, & non econuerſo: quod patet auctoritate Hugonis de ſacramētis,
qđ poteſtas ſpiritualis eſt prior tempore,
& maior dignitate quantum ad diuinam
inſtitutionē quod probat ex ueteri teſta-
mento, ubi primum a Deo eſt ſacerdotiū
inſtitutum, poſtea uerò per ſacerdotium
iubente Deo regalis poteſtas eſt ordina-
ta: ſicut legitur primi Regum. 9. Quarta
ratio eſt talis. Sine contradictione maior
eſt qui benedicit, quàm qui benedicitur,
ut dicitur ad Hebræos. 7. ſed in eccleſia
Dei dignitas, uel poteſtas ſacerdotalis po-
teſtatem regalem ſacrat, & ſanctificat per
benedictionem, ut dicit Hugo de S. Vi-
ctore in lib. de ſacramentis: ergo &c.

Sed fortè argues in oppoſitum, qđ pote-
ſtas ſecularis præemineat ſpirituali, quia
ſuper illo uerbo pſalm. Tibi ſoli peccaui,

dicit gl. qđ quia rex eſt omnibus ſuperior
ideò à Deo tantū qui eſt maior eo puniē-
dus eſt, Et ſubdit glo. Si quis de populo er-
rauerit, & Deo peccat, & regi, rex uerò nō
hēt hōem qui ſua facta diiudicet: iō ait.
Tibi ſoli peccaui. Cum ergo rex peccat
nō poteſt ab alio iudicari nec puniri, niſi
à Deo qui eſt maior rege, uel imperatore,
& ſic ſummus Pontifex eſt inferior, & po-
teſtas ſpiritualis eſt inferior poteſtati ſe-
culari. Reſpondeo, & dico, qđ ſicut iudex
ſecularis, uel terrenus non ſine cauſa gla-
dium portat, ſicut dicitur ad Rom. 13. ita
iudex eccleſiaſticus, uel ſpiritualis non ſi-
ne cauſa clauēs habet. Ille, ſ. iudex ſecula-
ris gladium portat ad uindictam malefa-
ctorum, laudem uerò bonorum. Iſte uerò,
ſcilicet ſacerdos clauēs portat ad exclu-
ſionem excōicandorum, & reconciliatio-
nem pœnitentium: unde B. Ambr. excom-
municauit Theodoſium Imperatorem: &
ab ingreſſu eccleſiæ prohibuit. Dico ergo
qđ ſicut ſpiritus conſtitutus eſt ad regen-
dum corpus, ita poteſtas ſpiritualis cōſti-
tuta eſt ad regendum, & dirigendum pote-
ſtatem ſecularem. Et ideò quamuis pote-
ſtas ſecularis non habeat aliquod domi-
nium ſupra ſe quod eum pœna, & uindi-
cta corporali puniat, propter quod dicit
Petrus prima. 2. c. regem præcellere, tamē
rex cū peccat punitur à præſe-
ſpūali. ſ. pœ-
na excōicationis. Itaq; cū glo. dicit. Rex
qui ſuperior omnibus eſt non habet ho-
minem qui eum iudicet, reſpondeo, & di-
co, qđ præſe-
ſpūalis non iudicat ſecularem po-
teſtatem, ut regem cum peccat, ſecundum
hominem, uel ſcđm humanam legem. ſ.
pœna corporali, ſed ſcđm diuinā legē pœ-
na ſpirituali excōmunicationis inquan-
tum reſidet uice Dei. Hæc Alexā. ſecunda
parte tertiæ partis ſum. q. 26. art. 5. de dif-
ferentia iudicium. q. 3. vtrum poteſtas ſe-
cularis præemineat ſpirituali, uel econuer-
ſo, in cor. q. & in ſolu. 1. argum. Sed fortè
quæres, vtrum ſuprema poteſtas ſpiritua-
lis quæ eſt ſummi Pontificis poſſit habe-
re aliquam humanam poteſtatem, uel ſe-
cularem quæ ipſam diiudicet. Reſpon-
deo, & dico, qđ ſummus Pontifex non po-
teſt ab alio quam à Deo iudicari, quod
quadrupliciter probo. Primò auctorita-
te Apoſto. dicentis prima ad Corinth. 2.
ſpiritualis iudicat omnia, & ipſe a nemi-
ne iu-

Cur gla-
dius ſe-
culari &
clauēs ſa-
cerdoti
traditæ
ſint.

Sūmus
Pont.

A Deo
ſolo iu-
dicat vi-
de con.
Camp. ī
cā Mar-
cellini
Papæ pri-
ma ſe-
des à ne-
mine iu-
dicatur.

ne iudicat: quasi dicat: Ex eo enim, quod in summo Pontifice est peritia discernendi, & potentia iudicandi, ipse tamquam spiritualis, & summus Pontifex iudicat omnia, & discernit omnia, non solum illa, quae ratio attingit, sed etiam, quae fides ostendit: & ipse a nemine iudicatur, quia a nullo carnali discerni potest, utrum iudicet bene aut male, uel secundum gloriam ipsam a nemine iudicatur. i. reprehenditur. Secundum hoc idem probatur auctoritate Hugonis secunda parte de sacramentis sic dicentis: Potestas summi Pontificis a Deo primum est instituta, & cum deuiat a solo Deo iudicari potest. Tertiū hoc idem probatur auctoritate Innocentij c. 9. q. 3. sic dicentis: Nemo iudicabit primam sedem neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex ecclesiasticus, s. summus Pontifex iudicabitur. Item Symmachus ibidem ait: Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sed sedis illius praesulem suo sine quaestione reseruauit arbitrio replicando dictum: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & quodcumque solueris &c. Quartum hoc idem probatur canone Gelasij Papae. 9. ca. q. 3. sic dicentis: Cuncta per mundum nouit ecclesia, quod sacrosancta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicare, neque cuiquam liceat de eius iudicare iudicio. Sed forte argues in oppositum, quia Paulus correxit Petrum eo quod non recte ambularet ad euangelij veritatem, ut habetur ad Gal. 2. ubi dicitur gl. quod Petrus cui a domino dictum est: Pasce oues meas Ioh. 6. obiurgationem posterioris, & inferioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat: ergo Papa qui est successor Petri si a ueritate deuiet poterit ab inferioribus pastoribus iudicari. Respondeo, & dico, quod illud quod obiicitur de Petro dicitur factum ad exemplum humilitatis non ex necessitate iuris: unde ad Gal. 2. super illud: Dixit cephæ coram omnibus: dicitur glo. Ipse Petrus quod a Paulo fiebat libertate charitatis, pietate humilitatis accepit, atque propter hoc exemplum posteris tribuit, quod non dedignarentur maiores si forte a recto tramite deliquissent a posterioribus corrigi. Laus itaque libertatis in Paulo, & sanctae humilitatis in Petro emicuit. Hæc Alexan. ubi supra quaest. 4. utrum suprema potestas spiritua-

lis, quæ est summi pontificis possit ab aliqua potestate seculari iudicari cum deuiat a ueritate, uel cum peccat.

CAP. III.

Tertio principaliter, circa dominium, uel praelationem considerandus est numerus praesidentiae: dato enim quod sit praeminentiae gradus in potestatibus in quantum potestas spiritualis praeminet temporali, seu seculari, sicut patet ca. praecedenti, posset aliquis quaerere, utrum plures ordinariae potestates possint esse in eodem gradu sicut duo summi pontifices, duo episcopi eiusdem loci, duo reges, duo imperatores eiusdem terrae, uel regni non subalterni. Respondeo, & dico, quod impossibile est esse plures potestates, uel plures dominos ordinarios simul in eodem gradu, quod quinque modis probatur. Primo Matth. 6. & Lucae 17. Nemo potest duobus dominis seruire: ubi Chrysostomus in Homel. sic ait: Duos autem dicit qui contraria iniungunt: concordia enim multos unum facit. Secundum hoc idem probatur ratione naturali sic: Si sunt plures domini, aut sunt sibi ipsis contrarii, aut sibi similes, Si sunt sibi similes, aut uterque est per se sufficiens, & sic alter superflueret, aut uterque per se insufficiens est, sed coniunctim sufficiens: & sic non essent plures. Si autem sunt contrarii cum omne contrarium impediatur suum contrarium, uel sunt aequaliter potentes, & tunc nullus sequeretur effectus: uel unus est potentior altero, & tunc omnino destruet alterum, ergo &c. Hanc rationem assignat B. Thom. secundo script. sent. distinct. 1. artic. 1. utrum sit dare plura prima principia, argu. contra. Tertio hoc idem probatur ex Dei ordinatione sic: Vbi potestates ordinantur secundum superius, & inferius non est dare plures simul in eodem gradu: sed secundum ordinationem diuinam potestas hoc modo, s. secundum superius & inferius ordinatur, ut patet per Apostolum ad Rom. 13. qui dicit: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit & subdit: Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit: ergo &c. Quartum hoc idem probatur

Nō pnt plures principes esse simul in eodem gradu.

Declarat obiurgationem factam Petro a Paulo.

exempli similitudine. Nam B. Hieron. ad Rusticum monachum hoc tali exemplo probat dicēs: In apibus princeps vna est: omnes grues vnā sequuntur. Roma autē condita duos fratres simul reges habere non potuit, in Rebecca vtero Esau, & Iacob bella gesserunt, imperator unus rex vnus, episcopus vnus, iudex vnus: ergo de instinctu naturæ, & dictamine rōnis est vnitas principatus, & ducatus. Quinto hoc idem probo ex Dei lege, ubi solus vnus sacerdos est institutus, ut Aaron, vel eius successor: sicut legitur. Num. 17. & vnus solus rex est in populo Dei institutus, vt patet 1. Reg. 10. Sed contra videtur, q̄ possint esse duo simul, quia duo simul possunt esse iudices delegati à p̄tate vnus gradus: ergo pari ratione ēt duo iudices ordinarij possunt esse simul in eodē gradu. Respondeo, & dico, q̄ non est simile de iudicib. delegatis, & ordinarijs. Cuius rō est, quia cum plures delegantur ab vno iudice ordinario neuter plenariē gerit vicem vnus, sed ambo simul: ergo impossibile est duos principes, vel duos iudices ordinarios esse simul in eodē ordine, seu gradu. Hæc Alex. 2. par. 3. sum. q. 26. ar. 5. de differentia iudicum. q. 2. vtrum in potestatibus, & iudicibus ordinarijs possint esse plures simul in eodem gradu, in arg. contra, & in cor. q. & in solu. 1. arg.

C A P. II II.

Quarto, & vltimo, circa dominium, vel prælationem considerandus est actus, seu modus obediētiæ. Omne enim dominium, vel prælatio secundum q̄ est à Deo obligat ad obediendum: non secundum q̄ non est à Deo. Vbi nota, quod dominium, vel prælatio secundum formam suam semper est à Deo: quod tali ratione ostendo: Vbiq̄ est aliquis ordo ibi est bonum, & per consequens illud est à Deo: sed forma, seu modus domini, seu prælationis consistit in quodam ordine alterius tanquā regentis, & alterius tanquā subiacentis, ergo quantum ad istū ordinem omne dominium, vel prælatio est à Deo: & ideo christianus talibus dominis etiam tyrannis huius ordinis obedire tenetur, Sed forte quæres hūc casum

aliquis est insufficiens ad dominium, seu prælationem, ergo indignus: nunquid est obediendum tali? Respondeo, & dico, q̄ p̄ defectum personæ, putā quia insufficiens est, ius prælationis nō perditur, vnde quia prælatio secundum suam formā semper à Deo est, & ex hoc debitum obediētiæ causat, iō talibus dominis, vel prælatis quamuis indignis subditi obedire tenentur, secundum q̄ dicitur 1. Pet. 2. Serui subditi estote dominis uestris: & ad Ro. 13. Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit. Secundò vero modo in quantum dominium, vel prælatio non est à Deo non obligat ad obediendum. Vbi nota, q̄ dominium non est à Deo effectiue dico tripliciter. scilicet ex modo acquirēdi, ex obiecto præcepti, ex uinculo graui. Primò dominium non est à Deo ex modo acquirēdi, putā cum quis aliquo modo illicito. scilicet per violētiā, vel simoniā prælationem, vel dominium acquisiuit, & tunc tali non est obediendum. Cuius ratio est, quia talis modus, vel defectus dominium acquirēdi, scilicet p̄ violētiā impedit ius prælationis, qui. n. per violētiā dominium subripit nō efficitur verē prælatus, vel dominus, & ideo cū facultas adest potest aliquis tale dominium repellere, nisi postmodum verus dominus sit effectus, vel per cōsensum subditorū, vel per auctoritatē superioris. Secundò dominium non est à Deo ex obiecto præcepti, putā quādo dominus, vel prælatus præcipit aliquid prælationi contrariū sicut peccatum. Et formo sic rōnem: Dominium, vel prælatio est ordinatū ad virtutem inducendam, & cōseruandam, & ideo si dñs, vel prælatus præcipiat aliquē actū illicitū, vel p̄tīm contrarium virtuti, tunc aliquis prælato, vel domino non tenet obedire sicut, & sancti patres mortem sunt passi ne imperijs tyrannorum: unde in illicitis obedirent. Tertiò dominium effectiue non est à Deo ex uinculo graui, putā quādo dominus cogit aliquē ad hoc ad quod ordo domini, vel prælationis non se extendit, ut si dominus exigat tributa, quæ seruus non tenetur dare: vel aliquid huiusmodi ad quæ seruus non obligatur, & tunc subditus non tenetur obedire nec etiam tenetur non obedire nisi fortē per accidens. scilicet propter vitandum scādalum, vel periculum, tunc enim

Indi-
gno p̄i-
cipi etiā
est obe-
diendū.

Domi-
niū quō
à Deo.

sub-

Iudices
delegati
possunt
esse plu-
res, sed
ordina-
rius v-
nus tan-
tum.

subditus talibus obedire tenetur, ita q̄ cōcludendo breuiter, & generaliter principibus, & dominis secularibus, vel p̄latis intantum homo obedire tenetur inquantū ordo iustitiæ requirit: & ideo si iustū principatum non habeat, sed usurpatū, vel si iniusta præcipiat putā peccatū, vel si vltra quā sua prælatio se extēdit grauet, tunc in his tribus casibus non tenet ei subditi obedire nisi fortē per accidēs vt dixi. Hæc Bea. Tho. 2. scrip. sent. dist. 44. de obedientia ad prælatos, art. 2. utrū Christiani teneantur secularibus potestatibus obedire, & præcipuē tyrannis, in duobus argum. contra, & in corp. q. & 2. 2. quæst. 104. art. 6. sub eodem tit. in solu. 3. arg.

CAP. V.

SED fortē quæres gratia prædictorū cum in potestate tam spiritali quā seculari sit præ eminentia gradus, scilicet, quod vna est superior alia, cui potestati sit magis obediendum, an potestati superiori, vel inferiori. Respondeo, & dico, quod vtraque potestas. s. superior, & inferior dupliciter considerari potest. Vno modo sic, quod potestas inferior aliquando ex toto oritur, & deriuatur à potestate superiori, sicut potestas pro consulis à potestate imperatoris. Et omnis potestas spiritalis, quæ est necessaria à potestate Papæ, quia ab ipso Papa diuersi gradus dignitatum in ecclesia, & disponuntur, & ordinantur: vnde potestas est quoddam ecclesiæ fundamentum, ut patet Matthæi. 16. Tu es Petrus &c. Et tunc si duæ potestates. s. maior, & minor diuersa præcipiant superiori est magis obediendum: vnde sicut in naturalibus causa prima plus influat supra causatum causæ secundæ, quam influat ipsa secunda causa vt dicitur in libro de causis, ita se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam, & etiam potestas imperatoris ad omnem potestatem secularem, & potestas Papæ ad omnem spiritualem, quæ est in ecclesia Dei. Alio modo potestas inferior, & superior possunt considerari inquantum ambæ potestates oriuntur ab vna quadam suprema potestate, quæ

vnam potestatem alteri subdit secundum q̄ vult, & tunc vna non est superior altera nisi in illis in quib. una potestas supponitur alteri, & tunc in illis magis obediendum est superiori potestati quā inferiori, quod per quattuor exempla probabo. Primum exemplum est in patre, & duce. Idem. n. est superior, & inferior, vel maior, & minor alio, nō respectu eiusdē, sed respectu diuersorum: verbi gratia: Pater est superior duce in rebus familiaribus, & ideo in his magis est obediendum patri quā duci. Dux verò est superior patre in rebus bellicis, & ideo in his magis est obediendum duci quā patri, ut dicitur. 9. Ethic. Secundum exemplū est de Episcopo, & Archiepiscopo. Licet. n. potestas archiepiscopi sit maior, vel superior simpliciter potestate episcopi, tamen in his quæ ep̄o sunt commissæ à Papa Archiepiscopus non est superior ep̄o: & ideo in his magis est obediendum episcopo quā archiepiscopo, etiam si archiepiscopus oppositū demandaret, sed tantū in casib. determinatis à iure in quibus ab episcopo recurritur ad archiepiscopū. Tertium exemplum est de abbate & episcopo: nam in his quæ pertinet ad statum regulæ abbas est superior episcopo, & ideo in prædictis magis tenet monachus obedire abbati quā episcopo. In his aut quæ ad disciplinam christianā ptinet, episcopus est superior abbate, & iō in prædictis magis tenetur obedire episcopo quā abbati, quia in his abbas est episcopo subditus, & inferior sicut dixi. Quartū exemplū est de p̄tate spiritali, & seculari. Nam utraq; potestas deriuatur à p̄tate diuina, & iō intantum potestas secularis est sub spiritali inquantū ei à Deo supposita est. s. in his, quæ ad salutem animæ pertinent, & ideo in his magis est obediendum spiritali p̄tati quā seculari: in his autem, quæ ad bonum ciuile pertinent, magis est obediendum potestati seculari quā spiritali, secundum illud Matthæ. 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sūt Dei Deo. Nisi fortē p̄tati spūali ēt potestas secularis adiungatur, sicut in Papa qui vtriusque p̄tatis apicē tenet, hoc illo disponēte, qui est sacerdos, & rex in æterno secundum ordinem Melchisedech. rex regū,

Ois potestas, & secularis, & spūalis à deo.

& dominus dominatium, cuius potestas non auferetur, & regnum non corrumpetur, in secula seculorum. Ex his omnib. manifestè concluditur, qd ei qui secundum quid. i. in parte præst. in illo in quo præst. magis est obediendum quàm alteri, sed ei qui in omnibus præst. simpliciter magis est obediendum quàm alteri, ut ex præmissis patet. Hac B. Tho. secunda scrip. sent. dist. 4. 4. in expositione litteræ in fine: utrum magis sit obediendum potestati maiori, in cor. q. & in solut. quatuor arg. Req. infra obedientia.

De Dono in genere.

S V M M A R I V M.

- 1 Donum propriè dictum tres habet conditiones.
- 2 Donum tripliciter differt à dato.
- 3 Spiritus Sanctus est donum, per quod omnia alia donantur.
- 4 Donum in creatum quod est spiritus sanctus excellit cuncta dona creata.
- 5 In dono commendatur præcipue affectus dantis.
- 6 Donum commendatur triplici ratione.
- 7 Quis magis teneatur Deos gratias agere an innocens, uel penitens.
- 8 Recompensator doni, uel beneficij ad tria debet attendere.
- 9 Recompensator primo debet considerare temporis opportunitatē.
- 10 Secundò recepti muneris quantitatem.
- 11 Tertiò charitatis interminabilitatem.
- 12 Quartò voluntatis equalitatem.

C A P. I.



DONVM. Circa donum considerata sunt quatuor. scilicet euidencia quidditatis siue entitatis, differentia proprietatis, affluentia largitatis, eminētia dignitatis. Primò circa donum consideranda est euidencia quidditatis siue entitatis. Nam donum propriè dictum tres habet conditiones. Prima est, quòd donans habeat dominiū illius quod donat nullus. n. proprie dat illud super quod non habet dominium. Secunda est, quia illud quod debet dari, uel donari ex libera voluntate sine spe, uel intentione retributionis detur. Tertia conditio est, qd illud quod debet donari habeat aptitudinem ad hoc quod detur, uel donetur. scilicet qd res illa sit facta, ut sit quoddam exenniū donabile, & ad hoc donetur. Ex his trib. donū in sua essentia importat tria, relationē amorem, aptitudinem. Primò donum importat relationem ad dantē, & recipiētem. Primò ad dantem. scilicet qd donū est dantis; non. n. dare ab aliquo nisi esset eius. Secundò importat relationem ad recipiētem, quia ad hoc dat alicui ut sit eius. Secundo donū importat distinctionem eius ad eum cui datur, quia aliud est quod donat, uel datur, & aliud est cui donatur: nō tñ semper donū importat distinctionem eius quod datur ad dantem, quia aliquis non pōt solū donare aliquid extrinsecū à seipso ut possessionē, uel aliquid aliud respectu quorū habet dominium, sed ēt aliquis dat aliquid intrinsecum sibi ipsi sicut cum aliquis dat seipsum. Tertio donum includit, uel importat amorem qd sic patet: donum importat liberalem, uel gratuitam collationem. Ratio autē gratitæ donationis est amor, ideo. n. donamus aliquid alicui, quia uolumus ei bonum: uelle autem bonum alicui est amare eum. Primo ergo quod damus ei est amor quo uolumus ei bonum: unde amor habet rationem primi doni per quod alia donantur, ut patebit infra tertio cap. unde Philosophus primo Thopico- rum diffinit donum dicens: Donum est quædam datio irredibilis, nō quia reco-

Omniū
donorū
primū
ē amor.

pen,

penfari non poffit, fed quia recompensa-
 tionem nō quærit. Applicando igitur præ
 dicta omnia ad diuina dico, quod, efle do-
 num pro- nū conuenit folum fpiritu fanchto, quod
 priè fole nū conuenit folum fpiritu fanchto, quod
 fpiritu patet, non. n. conuenit diuinæ effentia ef-
 fanchto fe donum. Cuius ratio eft, quia donum eft
 cōpetit. a donante: effentia autem diuinæ non
 conuenit originali ab alio. Similiter per
 fona patris non conuenit efle donum ea-
 dem ratione qua nec diuinæ effentia. Si-
 militer perfonæ filij non conuenit efle do-
 num. Cuius ratio eft, quia & fi pfonæ filij
 conuenit originari ab alio, non tamen cō-
 uenit ei originari per modum liberalitatis
 conditionis, quia non procedit per modum
 liberalitatis: uel uoluntatis, fed per modū
 naturæ: fed fpiritu fanchtus quia procedit
 per modum uoluntatis, ita quod ex modo
 fuæ proceffionis habet aptitudinem quod
 detur modo liberali uoluntatis, ideo pro-
 prie dicitur donum. Perfectiones autem
 creaturarum dicuntur donum Dei, quia
 Deus refpectu earum auctoritatem, & li-
 bertatem, & dominium habet quæ requi-
 runtur ad rationem doni, ut ex præmiſſis
 patet. Hæc b. Tho. ſcri. ſent. diſt. 18. arti. 1.
 utrum donum in diuinis fit effentiale uel
 temporale, in cor. q. Et magiſter Herueus
 ibidem, utrum donum conueniat fpiritu-
 fanchto ſoli, in cor. q. iterū B. Tho. prima
 q. 38. de bono, arti. 1. utrum fit nomen per-
 ſonale.

CAP. V.

Secundo circa donum conſideranda eft
 differentia proprietatis. Differt enim
 donum a dato tripliciter, primo ex parte
 conſignationis, quia donum cum ſi
 nomen ſignificat ſine tempore: fed datum
 cum ſit participium aut nomen uerbele,
 ſignificat cum tempore: & inde eft quod
 donum competit magis diuinis quæ ſine
 tempore ſunt, quam datum: unde donum
 poteſt efle æternum, fed non datum.

Differūt donū, & datum. Secūdo donū & datū differūt ex parte ſi-
 gnificationis, quia donare addit. ſup. dare
 quod patet quia donum propriè dicitur
 illud quod datur ſine ſpe, uel intentione
 retributionis: unde dicit Philoſoph. 1. To-
 picorum, quod donum eft datio irredibi-
 lis, ut patet cap. præcedenti: datio uerò po-
 teſt efle cum ſpe, & ſine ſpe retributionis:

unde donum importat liberalitatem in-
 dante, cuius principium, & ratio eft amor:
 datum uero non ſemper, quod patet, quia
 illud quod datur aliquando datur propter
 cupiditatem: & talis datio non dicitur do-
 num, ſed magis quæſtus. Similiter aliqua
 do datur alicui propter timorem, & talis
 datio non dicitur donatio, ſed redemptio.
 Tertiò donum & datum differunt quan-
 tum ad modum ſignificandi, quia donū
 importat aptitudinem an dandum: ſed da-
 tum importat dationem in actū, quia no-
 men ſignificat per modum qualitatis, ita
 donum dicitur de aliquo non prout actū
 ſemper datur, unde donum dicit eman-
 tionem, uel collationem alicuius boni per
 modum liberalitatis ſine tempore in apti-
 tudine ut detur. Hæc B. Thom. 1. ſcri. ſen.
 diſt. 18. arti. 2. utrum donum ſit proprium.
 fpirituſſanchti, in cor. q. Et Pe. de Tharan
 dicit ibidem, arti. 3. de differentia quæ
 eft inter donum, & datum, in cor. q.

CAP. III.

Tertio circa donum conſideranda eft
 affluentia, & abundantia largitatis,
 & bonitatis, nam per donum quod eft ſpi-
 rituſſanchtus omnia dona donantur, quod
 tripliciter pbo. ſ. ratione, ſimilitudine, &
 diſtinctione. Primò ratione ſic probo, Id
 quod eft primum in quolibet genere eft
 cauſa omnium quæ ſunt in genere illo, ut
 habetur ex uerbis Philoſophi in ſecundo
 methaphiſicæ: ſed ſpirituſſanchtus habet ra-
 tionem primi doni in quantum ipſe eft
 amor patris, & filij, ergo per donū quod
 eft ſpirituſſanchtus omnia donantur.

Secundò hoc idem probo ſimilitudine,
 ſic, Sicut per uerbum ſunt omnia, ut dicit
 Aug. 15. de Trini. ita per donum quod eft
 ſpirituſſanchtus donantur, & diuiduntur
 dona omnia in membris Chriſti. Tertiò
 hoc idem pro tali diſtinctione. Vbi no-
 ta, quod aliquid dari dicitur quattuor
 modis.

Vno modo dicitur dare uel dari cuius
 principium eft natura, ſicut ignis di-
 citur dare calorem, & ſol ſplendorem,
 & hoc modo non dat Deus bona ſua,
 nel dona. Cuius ratio eft, quia Deus
 non ex neceſſitate naturæ, ſed me-

re libere bonitatem suam cōmunicat creaturæ. Secundo modo datio, uel dare dicitur cuius principium est uoluntas, & hoc dupliciter, quia aut uoluntas dantis intendit bona dantis: aut intendit tantum bonum eius cui datur. Primò enim uoluntas dantis in dando intendit bonum tantū dantis, quod est duplex, quia uel intendit in dando uitare malum proprium, sicut quādo aliquid ex timore datur, & talis datio dicitur redemptio, uel intendit acquirere bonum proprium, & talis datio propriè est quæstus, uel uenditio. Et istis duobus modis non dat Deus, quia Deus nihil dat ex timore, nec etiam in dando aliquid bonum sibi intendit acquirere, eo quòd cum ipse sit summum bonum nullius eget. Quartò uoluntas quæ est principium dandi intendit purè bonum eius cui aliquid datur, ita quòd ex tali datione non intenditur aliqua utilitas in ipso dante, uel boni temporalis uel boni spiritualis, sed solum in eo cui datur, & talis datio est liberalis. In datione autem liberali primum quod datur est amor: licet enim secundum alias dationes possim tibi aliquid dare non dando tibi amorem, tamen si do tibi aliquid liberaliter: id est ex proprio amore primo do tibi amorem per amorem alia: Hæc autem datio maximè competit Deo, qui est liberalissimus, immo secundum Auicennam solus Deus est liberalis: unde nulla alia datio est purè liberalis nisi Dei, quia ipse solus propriè dat, non propter seipsum, & iò Deus nihil dat creaturæ nisi liberaliter. igitur amor suus est ratio dandi omnia, quæ dat creaturæ, sed amor Dei est spiritus sanctus, ergo spiritus sanctus est ratio omnium bonorum, & donorum quæ nobis dantur a Deo, & sic omnia dona dantur nobis per spiritum sanctum tāquam per primum amorem, qui est ratio, & causa omnis liberalis collationis uel dationis. Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod nō omnia dona donantur nobis per donum spiritus sancti tali ratione: Nihil datur per donum aliquid nisi donum illud detur, sed multa dantur nobis a Deo in quibus nō datur spiritus sanctus sicut data naturalia, & gratiæ gratis datæ. Respondeo duobus modis. Primò quod quamuis omnia dona, & naturalia, & gratuita dentur nobis a Deo, per amorem, qui est primum donū,

tamen non in omnibus donis datur ipse amor, sed tantum in dono quod est similitudo illius amoris. scilicet in dono charitatis: unde cum dicitur, quod alia dona dantur per donū amoris, qui est spiritus sanctus, hæc præpositio, per, notat habitudinem causæ ex parte dantis: & est sensus, quod Deus per hoc, quòd amat creaturam suam omnia data dat, non tamen notat hæc præpositio per, habitudinem ex parte recipientis, nō enim per hoc, quòd aliquis recipit donum amoris recipit omnia dona, quia quædam dona sunt quæ semper sunt cum ipso spiritu sancto, ut charitas: quædam uero sunt sine spiritu sancto, ut timor: quædam uero sunt indifferenter, uel cum spiritu sancto, uel sine spiritu sancto, ut donum prophetiæ. Secundo modo respondeo, & dico, quòd aliter se habet de gratiis gratum facientibus, & de gratiis gratis datis, quia sanctis, qui sunt membra Christi, ut Aug. 5. de trinitate dicit, non solum donum increatum commune est, sed etiam bona ad gratiam gratum facientem pertinentia, quæ simul intunduntur, & sine quibus spiritus sanctus non habetur, sed dona gratis data dantur magis ad manifestationem spiritus recepti, quam ad coniungendum spiritui, & hoc propter utilitatem aliorum, ut dicit Apostolus ad Rom. 12. & ideo diuiduntur diuersis, ut competit utilitati ecclesiæ: & hoc est quod dicit magister sent. primo li. dist. 18. in principio distinctionis.

Non enim singuli quinq. habent omnia, sed hi illa, alij alia, &c. Hæc b. Tho 1. scrip. sent. dist. 18 art. 3. utrum per donum quod est spiritus sanctus dentur omnia dona, in cor. q. & in lol. 4. argu. & expositione litteræ in principio. Et Pet. de Tarant. primo script. senten. dist. eadem. circa tertium problema, arti. 1. sub eodem titu. in cor. q.

CAP.

IIII.

Quartò & ultimò circa donum consideranda est eminentia dignitatis. Cum enim duplex sit donum, scilicet creatū, & increatū, donum increatum quod est spiritus sanctus excellit incomparabiliter omnia dona creata, & præcipuè in tribus. scilicet in proprietate, in causabilitate, in utilitate.

Pri-

Donum duplex increatum excelsit creatum.

Deus tā
tū propriè
dat, & li
beralis.

Oīa do
na a Deo
non om
nib. tñ
amor.

Primò excellit in proprietate, quia ratio doni per prius conuenit ei q̄ datur per se scilicet dono increato, & per posterius ei quod datur per alterum scilicet dono creato: & quia illud quod est primum in quolibet genere est causa omnium aliorum, quæ sunt in illo genere, vt patet secundo metaphysicè, ideo &c. Secundò donum increatum excellit in causabilitate, quia donum increatū quod est spiritus sanctus est causa, & ratio dandi omnia alia dona. Tertiò donum increatum excellit in finis vtilitate, & nobilitate, quia donum quod est spiritus sanctus habetur, vt finis quo fruendum est: alia verò dona habentur, vt dispositio ad finem qua vtendum est: Hæc Pē. de Tharan. 1. scrip. sent. dist. 18. art. 5. utrū ratio doni sit vniuoca dono increato, & creato, in cor. q. & in solut. argu. Req. infra Fructio, & infra Spiritus sanctus.

CAP. V.

DONVM. Præter illa, quæ supra dicta sunt de dono in quattuor capitulis, nūc etiam circa donū cōsideranda sunt quattuor: Primò affectus largitoris, secundo excessus, vel laus muneris, tertiò status receptoris, quartò modus recompensationis.

Primò circa donum considerandus est affectus largitoris seu benefactoris: vt. n. dicit Ambro. de offi. in beneficio cōferendo plus animus operatur quàm census. Et Seneca primo lib. de benefi. sic ait: Donum vel beneficium non quantū sit, sed à quali voluntate perpenditur. Licet autem interiorem animum, vel effectum benefactoris ex se non possimus cognoscere, quia inueneri cor est solius Dei, potest tamen affectus benefactoris cognosci ex ipso modo quo beneficiū tribuit, putà quia gaudenter, & promptè aliquis beneficiū impendit, vt dicit. B. Tho. 2. 2. q. 106. de gratia, artic. 5. utrū recompensatio beneficiorū sit attendenda secundum affectum, vel secundum effectum, in sol. 3. arg. Ita q̄ affectus, vel animus benefactoris per tria signa exteriora præcipuè cognosci pōt. ex quibus eius donum, vel beneficium cōmendatur. scilicet cum dat hilariter, celeriter, libera-

liter. Primò enim commendatur affectus benefactoris si dat hilariter. Quod enim dat malivolè melancholicè inuitè, & vultu tristi, non placet nec acceptatur, sed illud quod iocunditate, & faciei hilaritate datur diligitur, & commendatur. Ita dicit Apostolus. 2 ad Corinth. 9. Hilarē enim datorem diligit Deus. Expositor: Hilarē enim datorem, id est q̄ ex corde, & charitate, & letè dat bona, diligit Deus, id est approbat, & remunerat nō tristem, & murmurantem. Qui enim dat vt careat tedio interpellantis, non vt reficiat viscera indigentis, & datum, & meritum perdit. Quicquid ergo boni facis cum hilaritate fac, & tunc facis benè: si autem cum tristitia facis, bonū quod fit de te, non tu facis. Hæc August. in glo. super illo verbo Apostoli: Hilarē enim datorem &c. Secundò commendatur affectus benefactoris si dat celeriter Prouer. 3. Non dicas amico tuo: vade & reuere, eras dabo tibi cū statim possis dare. q. d. Non solum benefac, sed etiam citò. Cuius ratio est, quia præuentio in dando beneficium auget, quia qui citò dat bis dat. Et Seneca in li. de benefi. Quantum addis morē tantum demis gratiæ. Dilatio enim beneficij est primò diminutio beneficij, ut patet per Senecam: secundò est præsumptio superbi: Iacobi 4. Ignoras quid sit futurum in crastinum: tertiò est afflictio angustiat: Prouer. 13. Spes quæ differtur affligit animam: Eccl. 4. ne protrahas datum angustiat: quartò est condemnatio ingrati, Luc. 12. Stulte, hac nocte repetent a te animam tuam: quintò est condemnatio obsequij mutui. Seneca libro de benefi. sic dicit. Demus quo modo nobis dari uellemus. Tertiò commendatur affectus benefactoris si dat liberaliter. id est sine spe recompensationis. Cuius ratio est, quia donum est liberalis datio, cuius ratio, & principium est amor: & ideo ille, qui dat aliquid ex præcedenti merito, uel ex proprio commodo, siue de propter obligationem uel propter alicuius mali timorem, uel propter alicuius boni expectationem, quia nullum tale potest dici donum, sed potius datio, uel debitum, uel quaestus, uel redemptio: unde donū dicitur datio irredibilis, non quia recompensari non possit, sed quia recom-

Primū
hilariter.Secundū
celeritasTertiū.
Liberalitas.

penfationem non quærit, vt patet fupra. Donum : vnde Sene .lib. 3. de benefi. fic ait: Mihi plus ceteris dedit quamuis idem aliis dediffet, quia fine fpe recompensandi dedit : & iterum Seneca. 6. de benefi. fic ait: Multum intereft vtrum quis beneficium nobis det causa fui, vel causa nostri. Ille enim qui totus ad fe fpectat, & nobis prodeft, eo modo & loco habendus videtur quo pecori fuo profpicit pabulum. Hæc allegat ad propositum B. Tho. fecunda fecundæ. q. 106. de gratia arti. 3. vtrum homo teneatur ad gratiarum actionem omni benefactor, in folu.

Quartū 3. arg. Quartò affectus benefactor commendatur fi dat vtiliter. vnde Sene. de benefi. fic. ait: Vtrique videamus & munera fupervacua mittamus, vt fæminæ arma, aut rustico libros. Et iterum ibidem Sene. li. 6. de benefi. Confpiciamus nedum grata mittere volumus suum cuiquæ morbum, exprobratura mittamus, ficut ebrioso vina, valitudinario medicinam, sunt enim talia vana, & inutilia. Et ibidem: In beneficio communis sensus tempus locum persona obferuet, quia momentis quædam grata sunt, & quædam in grata. Et iterum Sene. ibidem: Necessarium opus tuum perage. alium re, alium fide: alium confilio: alium præceptis falubribus adiuua: & fubdit ibidem ordinem conferendi beneficia dicens: Primum necessaria, deinde vtilia, deinde iocunda, vtiq; menfura donemus.

CAP. I.

SECUNDO circa donum cōfiderandus est excessus, uel laus muneris. Nam donum commendat præcipuè tripli ei ratione, fcilicet ratione liberalitatis, continuitatis, necessitatis, ita q donum quantò est magis gratuitum, magis continuum, & magis necessarium, tanto magis est commendabile. Primò dico, q donum quanta nò est magis gratuitum: tantò est maius, & commendabilius, vt verbigratia. Quod datur pœnigenti est maius quàm quod datur innocenti. Cuius ratio est, quia magis est gratuitū quod da-

tur indigno quàm quod dat digno, & ideo laudabilius: vnde Aug. in lib. confel. fic ait: Gratia tuæ deputo, & misericordia tuæ, q peccata mea tanquàm glaciē solui fti: gratia tuæ deputo etiam quæcunque non feci mala: quod enim non facere potui: & omnia mihi esse dimiffa fateor, & quæ mea fpon te feci, & quæ te duce non feci. Secundò donum quantò est magis continuum, tantò maius, & ideo cōmendabilius: & hoc modo donum innocentia est maius dono pœnitentia. Cuius ratio est, quia bonum non interruptum, vt innocentia, est maius bono interrupto, vt pœnitentia, ideo &c. Tertiò donū quanto magis necessariū, tantò acceptabilius, & laudabilius: vt verbi gratia. Paruum donum datum paupi est maius quàm datum diuiti: & fimiliter donum datum infirmo est maius quàm datum sano. Cuius ratio est, quia res non appræciatur fecundum dignitatem, vel nobilitatem earum, alioquin vna formica, vel vna musca, quæ est animal fenfibile efferet nobilior vna Margarita, sed res appræciantur fecundū nostram necessitatem: vnde indigentia maior, vel minor facit res caras, & viles. Cuius signū est, quia si homines nulla re indigerent nulla at efferet commutatio inter eos, vt dicit Philosophus l. 5. Ethic. 9. cap. & B. Tho. fecunda. 2. q. 106. de gratia, arti. 2. vtrum magis teneat ad gratias reddendas Deo innocens quàm pœnitens in arg. contra factis ad partem falsam, in quibus allegat verba Aug. prædicta, & in cor. q. Req. fupra Bonum: in tribus ca. in quibus ostenditur quot rationibus vnum bonum est maius alio.

CAP. VII.

TERTIO circa donum cōfiderandus est status receptoris. Ille enim q beneficiū, vel donum aliquod à Deo recepit vel à quocunq; alio, aut est innocens, aut pœnitens. Innocens simpliciter, & absolute magis tenetur regratiari Deo quàm pœnitens, & hoc duplici ratione. Prima est, quia innocentia est donū præciosius vel nobilius pœnitentia. Secūda ratio est, quia innocentia est donū diuturnius pœnitentia, vt patet ca. præced. Ex alia verò parte

Innocēs
pœniten
ti cōpa
ratur

Parte pœnitens magis tenetur regratiari Deo quam innocens; & hoc triplici ratione. scilicet quia pœnitenti plus dimittitur, plus conceditur: plus indignus efficitur. Prima ratio est, quia pœnitenti plus dimittitur quam innocenti: quod patet, quia pœnitenti dimittitur peccatum quod non dimittitur innocenti: qui nunquam peccauit: unde ex dimisso pœnitens plus tenetur Deum diligere quam innocens: sed ex commisso innocens simpliciter plus Deum tenetur diligere quam pœnitens, sicut bonum commissum incomparabiliter excedit malum dimissum, ut patet supra. Dilectio. Secunda ratio est, quia pœnitenti plus gratis conceditur quam innocenti, quia cum peccator ex se sit dignus pœna, & Deus sibi conferat ueniam, uel misericordiam, plus tenetur pœnitens regratiari Deo quam innocens. Tertia ratio est, quia pœnitens plus indignus efficitur quam innocens. Cuius ratio est, quia inimicus est minus dignus gratia quam amicus, sed peccator pœnitens est huiusmodi, ergo donum gratiæ collatum pœnitenti est maius quam collatum innocenti. Hæc b. Thom. 2. 2. q. 106. utrum magis teneatur innocens &c. in corp. q.

C A P. VIII.

Quarto circa donum considerandus est modus recompensationis licet. n. ille, qui donum, uel beneficium tribuit recompensationem ex hoc non intendit, tamen qui beneficium recipit ad gratiarum actionem, & recompensationem tenetur. Ita dicit Phil. 3. Ethic. Refamulari oportet ei, qui gratiam fecit. Ut autem recompensatio congruo modo fiat recōpensator debet attendere ad tres uirtutes. scilicet ad iustitiam, amicitiam, & ad gratiam. Primò debet attendere ad iustitiam, ut. scilicet quantum recipit tantum retribuat: quia legalis iustitia hoc requirit. Secundò debet respicere amicitiam, & quia causa amicitiae est, uel ad delectabile, uel utile, uel honestum, ideo secundum diuersas causas amicitiae debet recompensatio fieri: quod patet. Primò enim in amicitia quæ est propter delectabile debet recompensatio fieri per delectabile, alias fit conuictus in amicitia, & dissolutio amici-

tiae, ut patet supra. Amicitiae conuictio. Secundò in amicitia, quæ est propter utile debet fieri recompensatio non secundum quantitatem dantis: sed secundum utilitatem quam quis ex beneficio sibi collato est consecutus. Tertiò in amicitia, quæ est propter honestatē debet fieri recompensatio secundum affectum dantis: quia hoc præcipue requiritur ad uirtutem, ut dicitur. 4. Ethic. Tertiò recompensator debet respicere ad benefactoris gratiam, & sic etiam debet recompensatio fieri magis secundum benefactoris affectum quam secundum effectum. Cuius ratio est, quia quod est gratis impensum magis affectum respicit quam effectum. Hæc b. Thom. 2. 2. q. 106. arti. 5. utrum compensatio beneficiorum sit attendenda secundum affectum, in corp. q.

C A P. IX.

Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum est sciendum, quod recōpensator quattuor debet considerare. scilicet oportunitatem, muneris quantitatem, charitatis interminabilitatem, uoluntatis equalitatem. Primò dico, quod recōpensator, uel retributor debet considerare temporis oportunitatem, nam beneficia sunt etiam opportuno tempore danda: & suo tempore recompensanda: unde sicut in beneficio uel dono dando benefactor debet duo considerare. scilicet affectum principaliter, & effectum. scilicet donum consequenter: ita recompensator debet duo considerare. Primò affectum benefactoris, & sic statim debet recompensare: unde Seneca. 3. de benefi. sic ait: Vis reddere beneficium benignè accipe. Secundò debet considerare effectum. scilicet ipsum donum, & tunc recōpensatio non debet nimis præueniri, ut Seneca. 4. de benefi. dicit: Qui festinat reddere non habet animum grati hominis, sed debitoris: nec etiam debet nimis differri, uel tardari, quia ut Seneca ibidē dicit, quantum addis moræ tantum demis gratiæ, sed debet opportuno tempore fieri, quia ut dicit Seneca. ibidē beneficia tempore magna sunt. ubi nota, quod aliter se habet de debito legali, & aliter de debito morali. Nam debitum legale est statim soluendum, alias non esset conseruata iustitiæ æqualitas, si unus rem alterius retineret absque eius

Debitū
legale &
debitū
morale
differūt
uo-

uoluntate, sed debitum morale dependet ex honestate debentis, & ideo beneficium suo tempore debet reddi secundum quod exigit rectitudo uirtutis: unde Seneca. 43. epistola. Sapientis est beneficia bene soluere: interdum enim solutio est ipsa confessio. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 106. artic. 4. utrum homo debeat statim beneficium recompenſare, arg. contra, & in cor. q. & in sol. 1. & 3. argum.

C A P. X.

Secundo recompenſator debet considerare recepti muneris quantitatem. Qui enim beneficium, uel donum recipit, debet cogitare, quod benefactor ei gratis beneficium contulit, & ideo obligatur ex debito honestatis ultra debitum similiter aliquid gratis impendat: quod tripliciter probō: primò auctoritate Ambro. in lib. de officiis sic dicentis: Nescit uirtus mensuram gratiæ, nec contenta referre quod accepit, sed vult cumulare quod sumpsit, ne inferior sit beneficio licet æquetur officio. secundò hoc idem probō auctoritate Philosophi 5. Ethic. qui sic ait: Re famulari oportet ei qui gratiam fecit, & rursus ipsum incipere: quod quidem, fit cum aliquid maius retribuitur: tertio hoc idem probō ratione, quamdiu aliquis recompenſat minus non facit ut gratus: uel quādiu recompenſat æquale non uidetur facere gratis, sed reddere, quod accepit: & ideo oportet conari pro suo posse, ut aliquid maius retribuat. Si autem non potest remouere a quale secundum effectus, ut filius qui accepit a parentibus esse & uiuere quæ secundum effectum eis recompenſare non potest: potest tamen & debet recompenſare aliquid maius hic parentibus secundum affectum. scilicet honorem, & reuerentiam, ut dicit Philosophus 8. Ethicor. Hæc Beatus Tho. secunda secundæ quæst. 106. artic. 4. utrum aliquis plus debeat recompenſare quam receperit, argumen. contra, & in cor. q. & in solut. 1. argumen.

C A P. XI.

Tertio recompenſator debet ex sibi collato beneficio habere charitatis interim interminabilitatem Cuius ratio est, quia debitum gratitudinis deriuatur ex charitate, ut dicit Apostolus: Nemini quicquā debeat nisi ut inuicem diligatis: charitas autem quanto plus soluitur, tantò magis debetur, & ideo non est inconueniens si beneficium recompenſato obligatio charitatis est interminabilis. Hæc b. Thom. ubi sup. immediatè, in solu. 2. argum. Requi. sup. Charitas.

C A P. XII.

Quarto recompenſator debet habere uoluntatis æqualitatem. Cuius ratio est, quia sicut in iustitia attenditur æqualitas rerum, ita in gratitudine attenditur æqualitas uoluntatum, & sicut benefactor ex promptitudine uoluntatis supra debitum beneficium impendit, ita etiam recompenſator qui suscipit beneficium eadem uoluntate aliquid supra debitum recompenſat, ut dicit B. Tho. ubi sup. immediatè, in solu. 3. arg.

Sed forte quæres hic gratia prædictorum tres casus. Primus est talis, Aliquis est qui non cum gratia sed cum tristitia, & contumelia, & turpitate beneficium impendit, nunquid illi est gratiarum actio impendenda? Respondeo & dico, quod boni animi est ut magis attendat ad bonum quam ad malum, & ideo si aliquis beneficium dedit non eodem modo quo debuit non debet recipiens a gratiarum actione cessare, minus tamen tenetur quam si beneficium debito modo impendisset: & id si beneficium impendit in melancholicè, debet recompenſator cum hilaritate retribuere: unde Seneca 43. epistola sic ait. Errat si quis beneficium libentius accipit quam reddit: hilarior. n. esse debet qui soluit quam qui mutat. Si tardè beneficiū impendit, debet sollicitè recompenſare. Seneca secundo de benefic.

Multum celeritas fecit: multum abstulit mora. Si cōsumeliosè impenditur beneficium recompenſator debet graciosè reco-

Bonus animus gratus est etiā beneficii inuito animo collati.

penſare: unde Apoſt. 1. ad Theſſal. ult. ſic ait. Sine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite ut oratio fiat pro bonis adipiſcendis, ut gratiarum actio fiat in omnibus. i. pro omnib. adeptis proſperis, & ad uerſis. Secundus caſus eſt talis, aliquis quādoq. dat alicui beneficium propter ſuam utilitatem, ergo uidetur, quod tali nec gratiarum actio, nec recompensatio ſit fideſa. Reſpondeo & dico, quod ſi beneficium datur ſolum propter utilitatem dantis, & nō recipientis tunc tale, nec donum, nec beneficium uocari debet: ſi uero conſert utrique ſic, unde Seneca. c. 6. de beneficijs ſic ait: Si prodeſt ſibi, & mihi, ingratus ſum niſi gaudeo hoc illi profuiſſe quod proderat mihi, & ſubdit, Summæ malignitatis eſt non uocare beneficium niſi quod dantē aliquo incommodo afficit. Tertius caſus eſt talis: Contingit aliquando quod ſeruus confert beneficium domino, ſed non uidetur illi gratiarum actio, uel recompensatio impendenda, quia ſeruus hoc ipſum q̄ eſt domini eſt. Reſpondeo ſecundum Seneca. 3. de benefi. qui dicit, quod ſeruus quam diu præſtat quod a ſeruo exigi ſolet miniſterium eſt: ubi uero pluſquam a ſeruo neceſſe eſt, beneficium eſt, ubi enim in affectum amici tranſit donum, uel beneficiū eſt. Hæc B. Tho. ſecunda ſecundæ q. 106. art. 3. utrum homo teneatur ad reddendas gratias omni benefactori; in ſolut. 2. 3. & 4 argum.

De donis Spiritus sancti.

S V M M A R I V M.

- 1 Dona ſpiritus ſancti ſunt nobis neceſſaria ad quattuor.
- 2 Omnia dona Spiritus ſancti ſunt connexa.
- 3 Dona Spiritus ſancti manent in patria quantum ad eſſentiam.
- 4 Septem ſunt Dona Spiritus ſancti, ut Iſaias teſtatur.
- 4 Numerus donorum manifeſtatur in ſcriptura.
- 6 Triplex eſt actus ſapientie quæ eſt

Donum Sancti spiritus.

- 7 Donum ſapientie non poteſt eſſe in exiſtente in peccato mortali.
- 8 Inſapientia quæ eſt Donum ſancti ſpiritus ſit in omnibus habentibus gratiam.
- 9 ſeptima beatitudo attribuitur dono ſapientie.
- 10 Quid ſit donum intellectus, & ad quid neceſſaria.
- 11 Qui habent gratiam gratum facientem. Donum etiam intellectus habent.
- 12 Sexta beatitudo attribuitur dono intellectus.
- 13 Scientia quæ eſt donum habet certitudinem de rebus credendis, & agendis ſupra humanum modum.
- 14 Habentes gratiam gratum facientem, habent & donum ſcientie.
- 15 Dono ſcientie conuenit tertia beatitudo.
- 16 Ad rectè conſiliandum, tria ſunt neceſſaria.
- 17 Quid ſit Donū conſilij, & ad quid neceſſarium.
- 28 Quinta beatitudo appropriatur dono conſilij.
- 19 Fortitudo uirtus, & fortitudo Donum, differunt in quattuor.
- 20 Aliquis actus fortitudinis manet in patria, & aliquis non.
- 21 Quarta beatitudo reſpondet Dono fortitudinis.
- 22 Circa quattuor conſideratur excellentia doni Pietatis.
- 23 Eminentia doni pietatis conſideratur quo ad efficaciam.
- 24 Donum pietatis habet quinque actus.
- 25 Secunda beatitudo applicatur Dono pietatis.

- 26 *Quis timor sit Donum Sancti spiritus.*
 27 *Adueniente charitate Timor, uel diminuitur, uel excluditur, uel intenditur, & quis Timor.*
 28 *Actus Timoris est duplex.*
 29 *Timor filialis quantum ad utrumque actum non remanebit in patria.*
 30 *Prima beatitudo tribuitur Dono Timoris.*

CAP. I.

DONA Spiritus sancti. Circa dona spiritus sancti consideranda sunt quattuor. scilicet indigentia salutaris, conuenientia inseparabilis, permanentia æternalis, sufficientia numeralis. Primò consideranda est indigentia salutaris. Sunt enim dona spiritus sancti necessaria nobis ad quattuor. scilicet ad sequendum instinctum, excludendum defectum, perficiendum actum, consequendum statum.

Necessitas donorum. Primò dona spiritus sancti sunt nobis necessaria ad sequendum diuinum instinctum, quod tripliciter probo. scilicet ex modo, ex uocabulo, ex significato: primò ex modo acquisitionis: nam dona infunduntur a Deo ad ostendendum, quod homo ad salutem habendam habet & debet sequi instinctum Dei secundò hoc idem patet ex uocabulo, quia dona traduntur sub nomine spirituum: Isaia. 11. Requiescet super eum spiritus domini &c. unde per dona homo disponitur ut efficiatur promptè mobilis, & sine contradictione aliqua ab inspiratione diuina, sicut dicitur Isa. 5. Dominus aperuit mihi aurem ego, autem non contradico, rertorsum non abij: tertio hoc idem patet ex significato. Signat enim inspiratio quādam motionē ab exteriori motore.

Est autem duplex motor. scilicet interior ut ratio, & exterior ut Deus. Et quia motor exterior. scilicet Deus est melior, & efficacior ad mouendum quam motor interior. scilicet ratio, ideo debemus imitari instinctum diuinum magis quā rationem, unde Philosophus dicit in ca. de bona fortuna, quòd his qui mouentur per instinctum diuinum

non expedit consiliari secundum rationē humanam, sed quòd sequantur interiorē instinctum, quia mouentur a meliori motore, & principio quam sit ratio humana. Hæc B. Tho. prima secundæ q. 68. artis. 1. utrum dona distinguantur a uirtutibus, in cor. quæst.

Secundo dona spiritus sancti sunt nobis necessaria, ut remedia ad excludendum defectum, unde B. Greg. 2. lib. moralium dicit, quod spiritus sanctus dat sapientiam contra stultitiam, intellectum contra habitudinem, consilium contra præcipitationem, fortitudinem contra timorem, scientiam contra ignorantiam, pietatem contra puritiam, timorem contra superbiam. Si uero quis argueret, & diceret, quod ratio humana est sufficiens remedium contra omnes prædictos defectus. Respondeo & dico, quod humana specialiter duplicem defectum habet. scilicet defectum cognitionis, quia ei non sunt omnia cognita, & defectum operationis, quia ei non sunt omnia possibilis, & ideo ad excludendum omnes defectus mentis dona spiritus sancti fuerunt necessaria, sicut patet.

Tertiò dona spiritus sancti nobis sunt necessaria ad perficiendum actum: quod patet sic: Illud quod imperfecte habet uirtutem aliquam non potest per se operari nisi ab altero perfecto moueatur sicut per exemplum patet de Luna, & Sole: nam luna in qua est imperfecte natura lucis, non illuminat nisi illuminata per solem: sed sol quia est perfecte lucidus per seipsum potest illuminare. Similiter medicus qui perfecte nouit artem medicinæ potest per se operari: sed discipulus suus qui nondum est plenè instructus, non potest per se operari nisi ab eo instruatur. A simili quia ratio humana habet defectum cognitionis, quia non perfecte cognoscit omnia & minus etiam ipsum Deum, & habet etiam defectum operationis, quia non potest per se operari nisi ab alio moueatur, ideo oportuit, quòd essent dona spiritus sancti quibus homo perficitur ad cognoscendum, & diligendum, & promptè obediendum spiritui sancto. Imperfecte. n. hic Deum cognoscimus, & amamus, & ideo necessaria est uirtus Dei qui in omni natura, & mente interius per sua dona hæc operatur.

Dona S. S. sup. pler defectus nostros.

Dona perficiunt actus nostros.

Dona deducūt ad statū beatorū. Quartò dona spiritus sancti sunt nobis necessaria ad cōsequendum statū. s. primum beatorū. Cuius ratio est, quia sicut sagitta non pertingit ad signum nisi moueatur, & dirigatur, uel deducatur à sagittante, ita ratio humana quamuis ex se ad finem naturalem attingere posset, non tamen ad finem super naturalem per se potest attingere exclusa operatione diuina, & ideo ad consequendum finem supernaturalem. s. ipsum Deum oportet, quòd adest, & operetur instinctus spiritus sancti, secundum, quod dicit Apostolus ad Rom. 8. Qui spiritu Dei agantur hi filij Dei sunt: & filij, & hæredes. Et in psal. Spiritus tuus bonus deducet &c. & ideo ad consequendum illum finem. s. uitæ æternæ, necesse est hominem habere dona spiritus sancti. Hæc B. Thio. prima secundæ. q. 68. arti. 2. utrum dona spiritus sancti sint necessaria homini ad salutē, in cor. q. & in sol. 2. argum.

C A P. II.

Secundò principaliter circa dona spiritus sancti considerata est conuenientia inseparabilis. Sunt enim omnia dona connexa: quod tripliciter probo. s. auctoritate, ratione, & similitudine. Primò quod omnia dona sint connexa probo auctoritate B. Greg. qui super illo uerbo Iob. 1. Filij Iob conuiuia faciebant: primo moral. dicit, quòd filij Iob se inuicē pascunt, quia alia alijs suffragantur, per filios autem Iob designantur septem dona spiritus sancti, ergo dona spiritus sancti sunt connexa per hoc quod unum alteri suffragatur. Secundò hoc idem probo ratione sic: Sicut se habent uirtutes morales ad prudentiam, ita dona ad charitatē: sed uirtutes morales connectuntur inuicem in prudentia: ergo dona spiritus sancti connectuntur sibi inuicem in charitate: unde sicut qui habet prudentiam habet omnes uirtutes morales: ita qui habet charitatem habet omnia dona spiritus sancti, eo quod spiritus sanctus habitat in nobis per charitatem, secundum illud ad Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem spiritū-

sanctū &c. Secundo hoc idem probo uel confirmo alia rōne sic: Quicquid est de necessitate salutis, oportet esse simul cū grā: sed dona sunt de necessitate salutis, ut patet. c. p̄ce. ergo dona sūt cōnexa. Tercio hoc idē probo comparatione, uel perfectione sic: Quia sicut tēperantia sine iustitia non esset uirtus perfecta, ita intellectus sine sapientia non esset donū: unde B. Greg. uult ostendere cōnexionē donorū per hoc quod unū donū sine alio nō est perfectū: quod primo li. moralium ibidem per similitudinem probat dicens: Quia sicut unaqueque uirtus sine alia ualde destituit, ita unumquodque donū sine alio imperfectū erit: unde ait: Minor est sapientia quæ intellectu caret, sapiētia. n. quæ est sine intellectu est hæbes. Inutilis est intellectus si ex sapiētia non subsistat, quia cū altiora sine sapientiæ pondere penetrat, sua illum leuitas grauius ruiturū leuat. Vile est consiliū sine fortitudine, quia quod tractādo inuenit sine uiribus. ad actū nō perducit. Fortitudo quæ plus potest sine moderamine rationis in p̄ceptis ruit: Nulla est scientia sine pietate, quia qui bona cognita nō exequitur grauius iudicatur: Pietas sine scientiæ discretione quō miscratur ignorat. Timor sine his nil ualet, quia ad omnia trepidans à bonis operibus torpet: Et subdit, quod unusquisque in die suo faciebat conuiuium, quia quilibet uirtus, & quodlibet donū habet suam illuminationē uel actionē: aliū diem. i. aliā illuminationē habet sapientia, & aliū diē habet intellectus, & sic de alijs. Et subiūgit, quod mittentes vocabant tres sorores suas. Tres sorores uocant. i. spēs, fidē, charitatē, quia oē quod agunt uirtutes, & dona in fide, spē, & charitate agunt quasi ex cibo vires capiūt dū operibus bonis fidetiores fiūt: quasi ex potu post cibū inebriant dū contemplationis rore infundi appetūt. Sed ne ex ipsis bonis et mala oriantur, vel elatio, vel cū pro his lætitia menti adest quidā securitas, & inde torpor, ideo cōcludit dicens: Cumque in orbem transissent dies mittens sanctificabat eos &c. peracto conuiuio filios sanctificare est post uirtutū sensum intentionem cordis dirigere: & oē quod agitur distincta retractationis discussione mūdare ne decipiat qualitate mali, ut putentur bona

Dona nō essēt perfecta nisi essent cōnexa.

bona quæ mala sunt, vel quantitate boni ut sufficiens credatur cū sufficiens nō sit. Hæc B. Greg. ubi sup. Sed fortè argues in oppositū. s. q. dona spiritus sancti nō sint connexa tali rōne. Sapientia, & scientia inter dona spiritus sancti cōputantur, ut patet Isaiæ 11. Requiescet super eum spiritus domini &c. sed dona sapientiæ, & scientiæ sunt diuisa, & non connexa, ut dicit Apost. 1. ad Corinth. 12. Alij datur p. spiritum sermo sapientiæ alij sermo sciētiæ secundū eundem spiritum: ergo &c. Respondeo, & dico, quod sapientia, & scientia dupliciter considerari possunt: vno modo secundum quod sunt gratiæ gratis datæ. s. prout aliquis intantū abundat in cognitione rerum diuinarū, & humanarum, ut possit, & fideles instruere, & aduersarios cōfutare, & sic loquitur Apost. vnde in grā gratis data dona nō sunt connexa. Alio modo possunt considerari prout sunt dona spiritus sancti: & prout sunt quedam perfectiones humanæ mentis secundum quas mens humana disponitur ad sequendum instinctum spiritus sancti in cognitionem diuinorum, & humanorum, & sic sunt connexa dona in omnibus charitatem habentibus. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 36. arti. verū dona sint connexa. arg. 1. contra, & in cor. q. & in solu. 2. arg. & iterum prima secundæ. q. 67. arti. 5. utrum dona sint connexa, argum. contra, & in cor. q. & in sol. 3. argum. Requiritur infra virtutes, de connectione earum.

C A P.

III.

Tertio circa dona spiritus sancti consideranda est permanentia æternalis. Nam dona spiritus sancti manent in patria quantum ad essentiam, non tamē manent quantum ad materiam. Primò dico, quod dona manent in patria quantum ad suam essentiam: quod quadupliciter probo. s. auctoritate, ratione, operatione, exempli ostensione. Primò hoc probo auctoritate B. Ambrosij in lib. de spiritu sancto sic dicentis: Civitas Dei illa Hierusalem cœlestis non meatu alicuius fluminis terrestris abluitur: sed ex vitæ fonte procedens spiritus sanctus cuius nos satiamur haustum in illis cœlestib. spiri-

tibus redundantius videtur affluere plenius septem uirtutum spūalium feruens meatu. Secundò hoc idem probo ratione sic: Dona spiritus sancti perficiunt mentem humanam ad sequendum motionē spiritus sancti, ut patet primo capitulo: sed hoc precipuè erit in patria quando Deus erit omnia in omnibus nobis, ut dicit Apost. 1. ad Corinth. 15. & quando homo erit totaliter subditus Deo. Tertiò hoc idem probo ex operatione, quia omnia dona habebunt actus suos in patria circa ea quæ pertinent ad vitam contemplatiuam quæ est uita beata, & non circa vitam acti uani quæ solum cōpetit in presenti. Et confirmo hoc idem rōne sic: Regula vel mensura operationis nostræ est duplex. s. uirtus humana, & uirtus diuina: dona operantur modo diuino, & nō modo humano: unde in hoc uirtutes distinguuntur a donis, quia uirtutes perficiunt ad actus modo humano. s. per rōnem: sed dona modo diuino. s. ex instinctu diuino, & ad hoc consonat natura doni: illud. n. debet propriè dici donū quod ex sola libertate dantis cōpetit ei in quo est: & nō ex debito conditōis suæ. Sic ergo regula uel mensura operationis donorum est ipsa diuinitas suo mō ab homine participata, ut iā non humanitas, sed q. homo Deus factus participatione operetur: unde actus donorū erunt circa Deū in quantum Deus est regula dirigens ad operandum: & sic dona omnia in patria remanebunt quantum ad actus quos hēnt circa vitam cōtemplatiuam, q. ipsam diuinam essentiam immediatè respicit ut regulam dirigentē, sicut patet ex dictis. Scdò principaliter dico, q. dona spūs sancti non remanebunt in patria quantum ad materiam circa quam sunt. Cuius rō est, quia dona spūs sancti in presenti habent operationē circa aliquam materiam quam non habebunt in statu gloriæ. Quod B. Greg. primo moralium probat per hoc q. qd. liber donū duos actus hēt: unus actus reberbet donū hēt plūm de singulis donis dicens: Sapientia mentē reficit, spe, & certitudine certitudo remanet. De intellectu dicit, q. intellectus reficit cor, in eo q. audita penetrat, & tenebras cordis illustrat, quorū

In patria omnia a dona habebunt actus suos.

Quodlibet donū habet duos actus.

auditus transit, quia non docebit vir fratrem suum, ut dicitur Hiere. 3. 1. sed illustratio mentis manebit. De consilio dicit, qd consilium prohibet esse precipitem, qd est necessarium in presenti: & iterum, qd rōne animū replet, quod est etiam necessarium in presenti: & iterum, qd consiliū est de dubijs, & hoc cessabit ī patria, quia tunc scilicet in patria ubi videbitur clarē diuina essentia nulla dubitatio erit. De fortitudine dicit, qd aduersa non metuit, qd est de necessarium in futuro: & iterū, qd confidentiæ cibos apponit, quod pmanet etiam in futuro. De scientia. uerō dicit duo. s. quod scientia ignorantiam fugat, uel superat, & hoc pertinet ad statum præsentem, & qd mentē cognitione replet: quod pertinet etiam ad statum futurum. De pietate dicit, qd cordis viscera misericordiæ operibus replet, quod pertinet ad statum præsentem, & qd habet gratulationis affectum, & hoc in futuro. De timore dicit, qd præmit mentem ne de præsentib. superbiat, quod pertinet ad statum præsentem, & qd de rebus hic speratis, & ibi obtentis mentem confortat, quod pertinet ad statum futurum. Hæc B. Tho. 2. scrip. sent. dist. 34. ar. 3. utrum dona Spiritus sancti maneant in patria, in cor. q. & in solu. argu. & iterum 1. 2. q. 68. art. 6. sub eodem tit. argum. contra, & in solu. 2. & 3. argu. per totum: Requi infra Virtutes: de duratione earum.

C A P. IIII.

4. **Q**uarto, circa dona Spiritus sancti consideranda est sufficientia numeralis. Nam septem sunt dona Spiritus sancti, ut dicitur Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Ratio autem numeri istorum donorum est ista, quia sicut virtutes morales perficiunt vires appetitivas ad obediendū rationi, ita dona Spiritus sancti perficiunt rationem & uoluntatem ad sequendum, & obediendum diuino instinctui. Et quia motor exterior, scilicet instinctus diuinus est melior, & efficacior ad mouendū,

quā motor interior, scilicet ratio in his quæ interius & exterius aguntur, ideo Philosophus 7. Ethic. ponit quandam uirtutem heroicam, uel diuinam, secundum quam dicuntur aliqui uiri diuini, ut dicit B. Thom. prima secundæ q. 78. articu. 1. utrum dona à uirtutibus distinguantur, in cor. q. in fine, & in solu. 1. ar.

Ex quo manifestè patet, quod dona sūt perfectiora uirtutib. dupliciter probō: primò auctoritate Grego. super Iob qui dicit, qd dona dātur in adiutorium uirtutū: secūdo probō hoc idem ratione, quia uirtutes intellectuales, & morales perficiunt operationem humanā modo humano, sed dona modo diuino, quod sic patet: Omnis enim operatio quam uirtus intellectualis, uel moralis modo humano perficit, uel pertinet ad cōtemplationem secūdū quam conspiciuntur æterna, & necessaria, uel pertinet ad actionem secundum quam disponuntur contingentia tēporalia, quæ libero arbitrio sunt subiecta. Primò enim contemplatio ueritatis perficitur modo humano per intellectum, sapiētiā, consilium, scientiam, ita qd intellectus est cognoscere, sapiētiæ iudicare consilij inquirere, scientiæ sententiare, uel percipere. Primò dico, qd uita cōtemplatiua perficitur modo humano per intellectum qui est habitus principiorum, dum. s. spiritualia, & diuina modo humano. s. per rōnem cognoscuntur, supra rōnem uerò per fidē quæ est inspectio diuinorum in speculo, & in enigmate. Sed qd spiritualia & diuina quasi nuda ueritate capiantur supra humanum modum, hoc fit per donū intellectus quod de auditis per fidem mentem illustrat, ut dicit B. Greg. Secundo uita cōtemplatiua, seu contemplatio ueritatis humano mō perficitur per iudicare, ut. s. ex simplici inspectione primorū principiorum, & altissimarū causarum quam intellectus facit hō humano modo de inferioribus iudicet, quod fit per sapiētiā, quam Philoso. 6. Ethicorum ponit uirtutem intellectualem, quia sapientis est ordinare, ut dicitur in principio metaphysicę. Sed qd homo causis altissimis unitus, & in earum similitudinem trāsformatus de aliis iudicet, & ordinet nō solū cognoscibilia, sed etiam passiones, & actiones humanas, supra humanū modum est: & hoc

Dona sunt uirtutibus præstantiora.

hoc perficitur per donum sapientiæ. Terriò in cognitione practica quæ dirigit in operibus moralib. est duplex via sicut in cognitione speculatiua. scilicet inquisito, & iudiciu: primò. n. homo modo humano procedit inquirendo, & coniecturando de ueritate ex his quæ solent accidere, & hæc inuentio perficitur per unā uirtutē quæ uocatur ebulia, quæ est bona consiliatio. Sed q̄ homo accipiat hoc q̄ agendū est, & per certitudinem à spiritus sancto edoctus: super humanum modum est, & ad hoc perficit donum consilij. Quartò, q̄ de his quæ solent accidere per consilium quæsitis, & inuentis homo humano modo iudicet sit per gnomyn, & synefm, & q̄ ulterius huiusmodi iudicij ordinē imponat sit per prudentiam quæ est præceptiua. Sed q̄ homo certitudinaliter sententiet de his quæ agenda occurrunt supra hominem est, & hoc fit per donum scientiæ quæ docet conuersari in medio prauæ & peruersæ nationis. Executio autem uitæ actiuæ in duobus consistit. scilicet in operationibus ad alterum, & in proprijs passionibus ad seipsum. Primò in operationibus ad alterum quæ fiunt communicando & tales operationes secundum humanum modum regulantur ex aliquo bono rationis. scilicet uel ex eo, qui ei debetur, uel ex debito quod facit iustitia, uel ex gratuito, q̄ facit liberalitas in mediocribus, & magnificētia in maximis donis, aut sumptibus, uel ex eò q̄ aliquis alterius cognitioni se exhibet quod facit ueritas, uel affectioni quod facit amicitia. Sed q̄ rō cōmunicationis non sit aliqd̄ prædictorū, ut. scilicet his terminis cōicatio, uel ratio includatur, sed quantum est Deo acceptū diuinum bonum quod in se, uel in proximo relucet rōnem cōicationis accipiēs, hoc supra humanum modum est, & hoc fit per donum pietatis. Secundò actio uitæ actiuæ consistit in passionibus proprijs. Passiones autem, uel pertinent ad cōcupiscibilem, uel ad irascibilem. Primò enim in passionibus irascibilis, secundum humanum modū accipitur pro mensura, uel regula bonum rationis, quæ quidem passionēs reducūtur ad tria. scilicet ad spem, & desperationem, ad timorem & audaciā, ad irā, & mansuetudinē: primò enim desperatio procedit ex hoc q̄ pensato defectu suarū

uirium ab arduis descendit: spes uerò e contra & hoc procedit q̄ p̄satis proprijs uiribus ad ardua se extēdit: & hoc facit magnanimitas quæ est circa magnos homines: secundò timor & audacia sunt respectu mali imminētis: sed q̄ homo huiusmodi malum, scdm̄ quantitatem uirium suarum aggrediatur, uel fugiat, hoc pertinet ad uirtutem fortitudinis: tertio ira insurgit ex læsione præcedēte in qua dirigimur, ut homo nō insurgat in uindictā ultra quantitatem offensæ, & ordinem iuris per uirtutē mansuetudinis. Sed q̄ homo ad ardua uirtutis opera tendat ac ad quæ scit se suis uiribus nō sufficere, & pericula quæ vires suas excedunt nō formidet diuino auxilio innixus, & de illarū iniurijs non solum uindictam non requirat, sed et gloriā habeat in remunerato rem tendens, supra humanū modū est, & hoc totum efficitur per donum fortitudinis. Secundò in passionibus concupiscibilis quæ sunt concupiscētia amor, & delectatio secundum modum humanum dirigimur ad bonum rationis, ut sit tātum homo ad bona temporalia afficiatur, diligēdo, concupiscendo, & in eis delectando, quantū eis indiget: quod fit per tēperantiā quæ est circa maximas delectationes, & concupiscēcias secundum alias uirtutes temperatiæ annexas. Sed q̄ homo ex reuerentia diuinę maiestatis omnia hæc, ut stercora arbitretur, supra humanum modum est: & hoc perficitur per donum timoris, quo omnes carnales concupiscētiæ reprimuntur, secundum q̄ dicitur in psal. Confige timore tuo carnes meas: Gl. q. d. Da mihi castum timorem. scilicet filialem quo omnia carnalia desideria configantur: & non dicit religa, ut latronē, sed confige, ut non solum opus, sed etiam peccandi uoluntas comprimatur. Ille enim non configit, uel non crucifigit carnem, sed ligat in quo uiuit peccandi uoluntas, & sequeretur opus si speraretur impunitas. Hæc B. Thom. 3. scrip. sent. dist. 24. artic. 2. utrum plura debeant assignari dona quàm septem, in cor. q. In principio, & in medio. Patet igitur ex præmissis, q̄ dona spiritus sancti perficiunt modo diuino in his quæ pertinent ad cognoscendum, & bene uiuendum bene operadū rationes, & uires operatiuas: uerbi gratia Est enim

Donum
fort. excellens.

Donū
pietatis
excellens.

Excellētia donorum
omniū.
du.

duplex ratio, scilicet speculatiua, & practica. Ratio speculatiua perficitur in cognitione diuinorum per donum intellectus. Ratio practica perficitur in inquisitionibus diuinorum cognitorum per donum consilij. Similiter ratio speculatiua perficitur ad rectè iudicandum, & ordinandum omnia ex diuinis per donum sapientiæ. Ratio uero practica perficitur ad rectè iudicandum de cognitis per donum scientiæ. Virtus autem appetitiua per dona perficitur tribus modis. Primò in his, quæ sunt ad alterum per donum pietatis. Secundò in his, quæ sunt ad seipsum in irascibili contra terrorem periculorum per donum fortitudinis. Tertiò in his, quæ sunt ad seipsum in concupiscibili contra inordinatam concupiscentiam delectabilium per donum timoris, secundum illud prouer. 16. Per timorem domini declinat omnis a malo. Hæc Beat. Thom. prima secundæ. quæst. 68. articul. 4. vtrum dona spiritus sancti conuenienter enumerentur, in corp. quæst.

C A P. V.

EST autem sciendum, quòd numerus septem donorum manifestatur in scriptura sub figura quattuor rerum sensibilium. Primò manifestatur per septem oculos super lapidem vnum: Zach. 3. ubi glo. exponit de Christo, qui est lapis angularis coniungens duos parietes in unum: super quem lapidem sunt septem oculi, idest septem dona spiritus sancti, de quibus Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini &c. Secundò manifestatur per septem lucernas, de quibus dicitur. Exod. 27. Facies lucernas septem, & pones eas super candelabrum. Glo. Lucernæ septem sunt septem dona, quæ fuerunt in Christo. Tertiò manifestatur per septem stellas in dextera Christi: Apoc. 1. Quartò manifestatur per septem lampades ardentes ante thronum de quibus Apoc. 4. Lampades ardentes ante Thronum, quæ sunt septem dona spiritus sancti. Glo. interli. Septem lampades ardentes ante Thronum sunt septem dona spiritus sancti, quæ accendunt, & illuminant parata omnibus, quæ sunt sedes

Dei, Vbi nota, quod spiritus sanctus diuersis nominibus nominatur, non quod diuersus sit iuxta differentias nominum, sed unus, & idem est fons cunctarum uirtutum scilicet Christus. Sine Christo ergo nec sapiens quis esse potest, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec timore domini plenus, ut dicit glo. super illo uerbo Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini &c. Ratio autem numeri septem donorum a diuersis doctoribus quattuor modis assignatur. scilicet ex parte medicinæ excludentis, pœnæ redimentis, sequelæ corrumpentis, vitæ differētis. Primò dico, quod quidam doctores numerum septem donorum accipiunt ex parte medicinæ excludentis. Nā spiritus sancti dona sunt septem remedia ad auferendum septem peccata: ut v.g. Contra superbiam est timor ad humilitatem inclinans, contra inuidiam, quæ proximo compati nescit est pietas, contra auaritiā est scientia, cuius est benè conuersari cū hominibus reddendo unicuique quod suum est, quod auaritiæ opponitur, contra accidiam fortitudo, contra iram quæ agit omnia cum præcipitio cōsiliū, contra gulam quæ sensum habeat intellectus, contra luxuriam sapientia, quia gustato spiritu desipit omnis caro. Secundò alij doctores accipiunt numerum donorum, ex parte pœnæ redimentis. scilicet ea, quæ in Christo exigebantur ad patiedum, quæ quidem fuerunt quattuor, scilicet reuerentia ad patrem mittentem, & sic est timor, compassio, uel misericordia ad gentem peccantem scilicet ad omnes pro quibus patiebatur, & sic est pietas, uirilitas ad passionem sustinendas, & sic est fortitudo, fructus, uel utilitatis passionis consideratio, & sic est intellectus. Consilium autem fortitudinem dirigit, scientia pietatem, sapientia intellectum. Tertiò alij doctores accipiunt numerum donorum ex parte sequelæ corrumpentis, scilicet secundum ea, quæ ex peccato cōsequuntur. Consequitur ex peccato in concupiscibili duritia, ut non subueniatur proximo, & contra hanc est pietas, in irascibili timiditas contra quam est fortitudo, & præsumptio contra quam est timore in rationabili uero respectu finis hebetudo, ut non cognoscatur contra quā est

Rōnes
numeri
septēna
rij.

Intellectus, & stultitia, ut non afficiatur aliquis ad finem, & contra hanc est sapientia: sed respectu eorum, quæ sunt ad finem, ignorantia qua scilicet homo nescit quid expediat ad prosecutionem finis, & contra hanc est scientia, & præcipitatio per quam homo ex impetu passionis magis ducitur in his, quæ agenda sunt, quam ex electione, & contra hanc est consilium. Quartò accipiunt aliqui numerum donorum ex parte uitæ differentis, scilicet ex parte uitæ actiue, & contemplatiue dicentes, quod dona perficiunt hominem in vita contemplatiua, & actiua. Nam in vita contemplatiua perficit quidem sapientia per modum gustus experientis, intellectus uero per modum uisus insipientis. In actiua uero quantum ad recessum a malo perficit timor, quantum ad operationem boni ad quod non omnes tenentur, perficit fortitudo ut exequens, consilium, ut dirigens: quantum ad bonum ad quod omnes tenentur perficit pietas, ut exequens, scientia, ut dirigens. Prima tamen ratio assignationis numeri septem donorum posita cap. præced. magis videtur esse secundum proprias rationes donorum, ut dicit Beat. Thom. 3. scrip. sent. distinct. 34. de donis artic. 2. utrum dona debeant esse plura quam septem, in cor. quæst. in medio, & fine.

C A P.

V L

DONUM sapientie. Postquam dictum est de donis in generali, nunc per ordinem de singulis est dicendum. Et quia donum sapientie simpliciter est cæteris excellentius: ideo Isa. 11. a dono sapientie incipit dicens: Requiescet super eum spiritus domini, id est donum sapientie, ut dicit Beat. Thom. prima secundæ quæst. 68. artic. 7. de comparatione donorum ad inuicem, utrum scilicet dignitas donorum attendatur secundum numerationem donorum, qua numerantur Isa. 11. argument. contra, & in cor. quæst. unde quia ibi donum sapientie præfertur omnibus, primò de dono sapientie est agendum. Circa donum autem sapientie tria considerare debemus scilicet actum subiectum, attributum. Primò considerare debemus sapientie actum. Nam triplex

est actus sapientie quæ est donum Dei. scilicet cognoscere diuina, iudicare inferiora, ordinare agibilia. Primus actus sapientie, quæ est donum est cognoscere diuina: quod tali ratione ostendo. Sapientia est de causis altissimis, ut dicit Philosophus in primo metaphys. sed causæ altissimæ sunt diuina, ergo &c. ita quod sapientia, quæ est donum quattuor excellentias habet: consistit enim essentialiter in cognitione, præsupponit causaliter dilectionem, includit uirtualiter delectationem, efficit, vel producit finaliter quietationem. Primò sapientia, quæ est donum Dei consistit essentialiter in diuinorum cognitione: unde Aug. 13. de ciuit. Dei dicit, quod sapientia est diuinarum rerum cognitio non humano studio acquisita, quia talis est sapientia, quæ est uirtus intellectualis, sed diuinitus infusa: & ideo Iaco. 3. dicit, quod sapientia prout est donum spiritus sancti est de sursum descendens. id est supra humanum modum quæ est habere de diuinis notitiam per rationem: unde qui circa diuina a Deo est eminenter illuminatus, sapiens est. Secundò sapientia prout est donum præsupponit causaliter dilectionem in quantum amor Dei est causa sapientie: quod tali ratione ostendo: Sapientia prout est donum Dei eminentiâ cognitionis diuinorum habet per quandam unionem ad diuina: sed diuinis non utimur nisi per amorē, ut qui inhæret Deo unus spiritus sit cum Deo, ut dicit Apost. 1. ad Corinth. 6. unde & dominus secreta patris dicit reuelare discipulis in quantum amici erant patris, & per hoc etiam differt sapientia, quæ est donum a sapientia, quæ est uirtus intellectualis, quia talis, ut sic non includit dilectionem Dei. Tertiò sapientia prout est donum includit delectationem, quod patet ex significato nominis, nam sapientia quendam saporem importat, quia sapientia dicitur quasi sapida scientia, & hunc effectum habet sapientia a sua causa, scilicet a charitate. Habet enim sapientia a charitate ex qua Deo unitur speciales dulcedines seu delectationes: unde & Sap. 8. dicit quod non habet amaritudinem conuersatio illius nec conuiuius ipsius tedium, sed gaudium, & lætitiā. Quartò sapientia prout est donum spiritus sancti efficit, uel producit finaliter quietationem. Cuius ratio

Donum
sapientie
habet qua-
tuor ex-
cellen-

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

tio est, quia omnis ordinans pacem intendit: sed ut in tertia distinctione patebit, actus sapientiae est ordinare, ergo ex eo, quod sapientia omnia ordinat pacem efficit, & ad pacem inducit, ut patebit infra. 3. c. Hec B. Th. 3. scrip. sent. dist. 35 de donis. ar. 1. q. 3. utrum sapientia consistat in intellectu, uel affectu, in cor. q. & in solut. 1. & 3. arg. & iterum secunda secundae. q. 45. art. 1. utrum sapientia debeat computari inter dona spiritus sancti, inter. q. Et ibid. art. 2. utrum sapientia sit in intellectu sicut in subiecto, uel in effectu, in solu. 2. argu. Secundus actus doni sapientiae est iudicare inferiora: nam actus sapientiae est & hic, & in futuro diuina amata contemplari, ut patet: & per ea de aliis iudicare non solum in speculatiuis, sed etiam in agendis. Ita dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 2. Spiritualis iudicat omnia: & ibidem supra. Spiritus. n. omnia scrutatur etiam profunda Dei. Iudicium autem de aliquibus non potest fieri nisi per ea quae sunt lex & regula: & ideo oportet superiora de inferioribus iudicare, unde sapiens per ea, quae de diuinis eminenter nouit potest de omnibus inferioribus iudicare, ut dicit B. Th. 3. scrip. sent. ubi supra, arti. 1. q. 2. utrum sapientia sit tantum de diuinis in cor. q. Sed forte quaeres quod est illud superius per quod sapiens de inferioribus iudicat? Respondeo, & dico, quod illud superius est superior pars rationis quae attribuitur sapientiae: sicut inferior pars rationis attribuitur scientiae, ut dicit Aug. 12. de Trinit. quod ratio superior intendit rationibus supernis scilicet diuinis, & conspiciendis, & consulendis: conspiciendis quidem secundum quod diuina in seipsis contemplantur: consulendis autem secundum quod per diuina. scilicet per diuinas rationes, leges, uel regulas indicat de humanis. Ex quo patet, quod sapientia, quae est donum spiritus sancti non solum est speculatiua, sed etiam practica, inquam non solum habet contemplari, sed iudicare. Hec B. Th. secunda secundae. q. 45. art. 3. utrum sapientia, quae est donum Dei sit speculatiua, uel practica, in cor. q. & in sol. 1. arg. Sed forte argues, quod ista sapientia, quae est donum non est necessaria propter istum actum qui est de inferioribus iudicare. Cuius ratio est, quia sapientia intellectualis hoc

habet facere, ut dicitur in principio metaphysicae: ergo &c. Respondeo, & dico, quod sapientia importat rectitudinem iudicii secundum rationes diuinas. Rectitudo autem iudicii dupliciter potest contingere: uno modo per usum rationis. Alio modo per habitum uirtutis, ut uerbi gratia de castitate recte iudicat, qui didicit scientiam moralem, sed melius ille, qui habet habitum castitatis. A simili rectum iudicium circa res diuinas habet ex rationis inquisitione sapientia, quia est uirtus intellectualis: sed sapientia, quae est donum spiritus sancti melius iudicat, scilicet per quandam conformitatem ad diuina, quae conformitas est per charitatem, ut supra patet. Et ideo praeter sapientiam, quae est uirtus intellectualis fuit necessaria sapientia, quae est donum. Hec Beatus Thomas. secunda secundae ubi supra. articulo. 2. utrum sapientia sit in intellectu, in corp. quaest. Tertius actus sapientiae est non solum contemplatio diuina, & per ea iudicare inferiora, ut ex praemissis patet, sed etiam ordinare omnia agibilia. Ita dicitur Iac. 3. Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. In quibus uerbis ostenditur, quod homo per donum sapientiae ordinat suas actiones, & passionem sex modis. Primo enim sapientia facit, quod homo a malis discedat: unde dicit: Sapientia est pudica quasi uitans corruptelas peccati. Secundo ut pacem habeat: ideo dicit: deinde pacifica, & hic est effectus sapientiae, quia ipsa ad pacem ducit. Tertio aliorum monitis acquiescat: ideo dicit Suadibilis. Quarto ut non solum quietem habeat in semetipso scilicet, quod alijs non contradicat, sed assentiat, ideo dicit: Bonis assentiens. Quinto ut defectibus proximi affectu condoleat, ideo dicit: Plena misericordia: & effectu subueniat, ideo dicit: Et fructibus bonis. Sexto, ut charitatiue peccata emendare satagat, ideo dicit: Iudicans sine simulatione, nescilicet correptionem praecedens odium intendat. Et hic est unus modus exponendi praedictam auctoritatem: ut dicit Beatus Thomas. secunda secundae quaestio. 45 articulo. 6. utrum se

prima beatitudo, scilicet beati pacifici, respondeat dono sapientiæ. in sol. 3. arg. usque in finem.

Secundo modo exponitur sic: Quæ de sursum est sapientia, primum quidem pudica est. i. casta. Deinde pacifica, effectiue, hominem cum Deo, & hominem cum homine, & carnem cum spiritu pacificans. Deinde modesta, idest modum in omnibus non excedens, sed tenēs, & hoc respicit uirtutem temperantiæ, cuius species est modestia. nam temperantia ponit modum in appetitu delectabilium: Deinde suadibilis, ut possit sibi ab alio de facili suaderi contra contumaces quibus non potest persuaderi nisi quod illis uidetur. Deinde bonis consentiens, idest faciens complacere habenti quod alijs placere uidet. Deinde plena misericordia quantum ad effectum habentis. s. per compassionē. Et fructib. bonis quantum ad effectum in operibus misericordiæ. Deinde iudicans sine simulatione, primò se, quia iustus in principio accusator est sui, sine simulatione contra hypocritas quorum iudicia sunt simulatoria, damnant. n. se ut humiles uideantur.

Tertio modo exponitur sic: Quæ de sursum est sapientia, primum quidem pudica est quantum ad delectabilia siue ea, quæ placent. Deinde est pacifica, quantum ad tristitia siue ea, quæ displicent. Deinde est modesta, quantum ad necessaria bona, quia in necessarijs bonis, ut in cibis modestia est habēda. Deinde suadibilis, quantum ad bona utilia, de facili. n. suaderetur homini habenti sapientiam bonum utile, licet nō sit necessarium, ut aliquod opus supererogationis. Deinde bonis consentient quantum ad bona honesta. Deinde plena misericordia, & fructibus bonis contra miseria proximi. qui enim uiderit fratrem suum grauatum nec subuenit prout potest, non habet sapientiā. Deinde iudicans sine simulatione, quantum ad corruptibilia.

Quarto modo exponitur sic: Sapientia quæ est de sursum, scilicet quæ est donum spiritus sancti septem uitijs capitalibus aduersatur, in quantum pudica, luxuria, in quantum pacifica, ira: in quantum modesta, gula, quæ immoderantiam interiorum in exterioribus ostendit, cuius con-

trarium facit modestia: in quantum suadibilis, superbia: superbi enim sunt proprii sensus nec de facili alijs acquiescunt: in quantum bonis consentiens, inuidia: cui bona alterius displicent: in quantum plena misericordia, & fructibus bonis, auaritia: in quantum iudicans sine simulatione, accidia: accidiosi enim multa cōfingunt, quæ ueritatem non habent: unde iudicia uana faciunt, & simulationes.

C A P. VII.

Secundo principaliter circa sapientiā, quæ est donum considerare debemus subiectum: nam in nullo existente in peccato mortali donum sapientiæ potest esse: quod quadrupliciter probō. s. auctoritate, ratione, distinctione, exempli inductione.

Primò hoc probō auctoritate Sapient. 1. In maluiolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: ubi tangit duo genera peccatorum scilicet peccata spiritualia & peccata carnalia, quæ cum sapientia (quæ est donum) esse nō possunt. Primò tangit peccata spiritualia dicēs: In maluiolā animam. i. in animam in qua sunt odium, ira, accidia, & alia peccata spiritualia, q̄ sola operatione animæ committuntur: Sapientia quæ est uirtus increata. s. Christus, uel sapientia creata, quæ est donum spiritus sancti intrare nō pōt: nec uirum, quia sapientia lux est, maluiola uero aīa tenebræ: sed quæ conuenientia lucis ad tenebras: ut dicit Apost. 6. ad Cor. 6. q. d. nulla. Secundo tangit peccata carnalia, quæ simul cū anima, & corpore committuntur dicens: Nec habitabit in corpore subdito peccatis, scilicet gula, & luxurie, q̄a talia, uel Christū, uel sapientiam quæ est donum nō solum intrare nō permittunt: immò si prius fuissent expellūt. Secundo hoc idem probō ratione sic: Sapientia quæ est donum spiritus sancti presupponit in habente charitatem, ut patet capit. præcedent. sed charitas non potest esse cum peccato mortali, ut patet supra. Charitas: ergo sapientia, quæ est donum spiritus sancti non potest esse in aliquo habente peccatū mortale. Tertiò hoc idem probō distinctione. Sicut. n. bonū dupliciter dicitur

Bonum duplex.

dicitur

Sapientia
7. uitia
capitalia
euerit.

dicitur, scilicet uerè & similitudinariè: primò uerè bonum est, quod est simpliciter, & perfectum bonum: secundò bonum similitudinariè, uel abusiue dicitur quod in militia aliqua est perfectum, sicut dicitur bonus latro, uel bonus peccator, ita etià sapientia dicitur duobus modis. Vno modo uerè & propriè, scilicet cognitio Dei, supra humanum modum, scilicet per inspirationem, uel reuelationem diuinā: & ideò talis sapientia est desursum: Iacob. 3. Quæ in peccatoribus non existit. Alio modo dicitur sapientia similitudinariè, uel abusiue, sicut cognitio alicuius mali per imitationem qualis est sapientia huius sæculi quæ accipit pro causa altissima, & sine ultimo aliquod terrenum bonum, de qua dicitur Hiere. 4. Sapientes sunt, ut faciant mala, benè autem facere nescierunt: & talis sapientia est de deorsum, & non desursum, ut dicitur Iacob. 3. Quæ deorsum est sapientia terrena animalis diabolica. Rõ autem huius est, quia quicumque auertitur à fine debito necesse est, ut aliquē finē indebitum sibi præstituat, quia oēs agens agit propter finem: unde quia sapientia sæculi a uera cognitione, scilicet Dei auertitur, aliquem finem indebitum sibi præstituit: unde si præstituat sibi finem in bonis exterioribus terrenis, uocatur sapientia terrena: si autem in bonis corporalibus, uocatur sapientia animalis: si autē in aliqua excellentia uocatur sapientia diabolica propter imitationem superbiæ diaboli, de qua Iohā. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Et hoc modo exponit B. Thom. auctoritatem beati Iacob. 3. Quæ deorsum est sapientia &c. 2. 2. q. 45. art. 1. utrum sapientia debeat inter dona Spiritus sancti computari, in solu. 1. argu. Vbi nota q̃ sapientia mūdi rectius potest uocari astutia, uel calliditas: sicut dicitur Genes. 3. de serpente: q̃ serpens erat calidior cunctis animantibus terre: & talis sapientia mundi est stultitia apud Deum, ut dicit Apost. 1. ad Corinth. 3. Ratio huius est, quia cum sapientia quæ est donum omnes actiones, & passionem habeat ordinare, & regulare: ut patet capit. præced. de tribus actibus sapientiæ. Ipsa sapientia non docet, ut aliquid nequiter fiat: unde Eccles. 19. Nō est sapientia nequitie disciplina: & non est cognatus peccatorum pruden-

tia. Quartò, quòd sapientia quæ donū est Spiritus sancti non sit cum peccato mortali probo exempli inductione sic: Illud quod sancti non reputant se habere & de quo non gloriantur est sapientia mundana: unde dicit quilibet sanctus homo illud Prouerb. 30. Sapientia hominum non est mecum: nō enim dicunt se habere sapientiam in rebus mundanis, neque in rebus diuinis per rationes humanas: sed reputant se habere sapientiam diuinam per rationes diuinas, & de hac gloriātur, ut dicit B. Thom. 2. 2. quæst. 45. artic. 4. utrum sapientia quæ est donum Spiritus sancti possit esse cum peccato mortali, in solu. 1. argu. Ad quod probandum allegat auctoritatem Apostoli 1. ad Corinth. 1. Factus est nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio Quod uerbum duobus modis exponitur. Primò exponit Ambr. in Glosa ibidem dicens: Christus temporaliter natus quando scilicet, uerbum caro factum est: Factus est nobis sapientia illuminans ad cognitionem ueritatis: Isaia 49. Dedite in lucem gentium. Iustitia dirigens, & mouens ad imitationem diuinæ bonitatis. Roma. 3. Ut sit ipse iustus, & iustificans eum qui ex fide est: & 2. ad Corinth. 5. Ut nos efficeremur iustitia Dei in illo. Sanctificatio nos mundās à culpa, scilicet, in Baptismo in quo nos prius emundat a culpa: & hoc uirtute sue passionis, ad Hebr. 13. Iesus, ut sanctificaret populum suum per sanguinem suum extra portam passus est. Redemptio a pœna, quia prius redemit nos in cruce patiēdo 1. ad Thimoth. 2. Vnus mediator Dei, & hominum Christus Iesus qui dedit redemptionem semetipsum pro nobis. Secundo modo Bernard. exponit sic dicens, quòd hæc quattuor quæ fuerūt in Christo quilibet in se debet habere, scilicet, sanctificationem in cordis contritione, sapientiam in oris confessione, iustitiam in operis satisfactione, redemptionem in uirtutis consummatione. Qui enim perseuerauerit usque in finem saluus erit: quod probat per exemplum de latrone dicens: Latro bonus qui in cruce Christum confessus est hæc quattuor habuit: quod patet. Habuit enim primò sapientiam, quia per fidem illuminatus tunc Christum esse cognouit quando cū

Quattuor uirtutes boni latroni.

omnes discipuli reliquerunt. Habuit secundò iustitiam, quia aliū blasphemantem per charitatem corripuit, & seipsum per pœnitentiam accusavit, & Christi innocentiam fideliter prædicauit. Tertiò sanctificationem, quia per fidem, & dilectionem Christum orauit dicēs: Memenro mei domine &c. Habuit quartò participium redemptionis sicut ei dominus promisit dicens: Amen dico tibi hodie &c. Hæc B. Thom. &c.

C A P. VIII.

Item quia sapientia prout est donum Spiritus sancti supponit charitatem ex qua aliquis habet gratiam gratum facientem: ut patet supra. Ideo posset aliquis quærere, utrum in omnibus habentibus gratiā gratum facientem existētibus sine peccato mortali sit sapientia quæ est donū spiritus sancti. Respōdeo & dico, qd aliud est habere habitum sapientię, & aliud gradū, & ad aliud actum. Primò. n. hñc habitum, vel donum sapientię cōc est omnibus existētib. in gratia gratum faciente. Cuius ratio est, quia si natura non deficit in necessariis: malè minus gratia, & ideo habere rectum iudicium in contemplatione diuinorum, & ordinatione humanorum: quantū est necessarium ad salutem nulli deest sine peccato mortali existente per gratiam: vnde. 1. Io. 2. Vnō io eius. i. Christi. s. spiritus sanctus quo Christus præ cæteris plenus fuit docebit uos de omnibus intelligendis, agendis, & ordinandis necessariis ad salutem: Io. 14. Paracletus autē Spiritus sanctus quem pater mittet in nomine meo &c. Secundò habere doni sapientię gradum est quantum ad tria, scilicet quantum ad altiorē diuinorum cōtemplationem: in quantum quædam mysteria altiora cognoscunt, & quantū ad manifestationem ipsorum, quia ipsa alijs manifestare possent, & quantum ad aliorum directionem in quantum secundum diuinas regulas possunt non solū seipsos, sed etiam alios ordinare non est commune omnibus, sed speciale quibusdam. Cuius ratio est, quia prædicta tria non perti-

nent ad gratiam gratum facientē, sed potius ad gratias gratis datas: quas. s. distribuit Spiritus sanctus prout vult, secundum illud Apostoli. 1. ad Corint. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientię, alij &c. Tertiò habere donum sapientię quātum ad actum non est cōc omnibus. Licet. n. omnes existentes sine peccato mortali p gratiam gratum facientem habeant sapientiam, secundum habitum prout est donū Spiritus sancti, non tamen habent actum istius doni, & hoc propter impedimētum corporale quo usus rationis impeditur in eis, ut patet in pueris baptizatis, vel in amentibus adultis, qui postmodū sine peccato in amentiam ceciderūt. Hæc B. Th. 2. 2. q. 45. artic. 5. utrum sapientia, quæ est donum sit in omnib. habentibus gratiā, arg. contra, & in cor. q. & in solu. 3. argu. Vbi nota, qd insipientia siue stultitia quæ idem est importat stuporem sensus in iudicando, & præcipuè circa causam altissimam. Quòd autem aliquis non habeat rectum iudicium de diuinis prouenit ex duobus. Vno modo ex dispositione naturali sensus interioris, & talis stultitia non est peccatum: nec excludit habitum doni sapientię quamuis impediatur actum, vel usum sapientię propter impedimentum corporale, ut patet supra. Alio modo prouenit ex occupatione irrationabili, in quantum homo immergit sensum suum terrenis ex quo redditur sensus eius ineptus ad percipiendum diuina, secundum illud Apostoli. 1. ad Cor. 2. Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei, sicut etiam homini habenti gustum infectum malo humore non sapiunt dulcia, & talis stultitia est peccatum: & donum sapientię quò ad habitum & quò ad actū excludit sicut vnum contrarium excludit alterum. Hæc B. Thom. 2. 2. vbi supra. q. 46. artic. 2. utrum stultitia sit peccatum, in cor. q. Req. infra Stultitia.

C A P. IX.



Tertiò principaliter, circa donum sapientię considerare debemus attributum. Nā septima beatitudo quæ est: Beati pacifici quoniā filij Dei vocabuntur, & dicit: Matth. 5. cōuenienter dono sapientię

Dña a-
ctus &
habitus
circa do-
nū sapiē-
tiæ.

quæ attribuitur: & hoc quantum ad duo, quæ in illa beatitudine exprimuntur. scilicet quantum ad meritum, & quantum ad præmium. Primò quantum ad meritum, cū dicitur Beati pacifici, quia per donum sapientiæ meretur quis pacem: quod tripliciter probo. scilicet auctoritate, ratione, distinctione. Primò auctoritate B. Aug. in libro de sermone domini in monte sic dicentis: Sapientia conuenit pacificis in quibus nullus motus est rebellis: sed obtemperans rōni. Et glo. super illo verbo Beati pacifici sic dicit: Vera quidem pax est ubi nihil repugnat: & Aug. 19. de ciui. Dei sic ait: Pax est tranquillitas ordinis: sed hoc facit donum sapientiæ, ergo &c. Secundò hoc idem probo rōne sic: ubicunq; est ordo ibi est pax, ut patet per Aug. sed ordinare pertinet ad sapientem, ut dicit Phil. in primo Metaphysicæ: ergo multò magis hoc conuenit sapientiæ, quæ est donum spiritus sancti: quod patet, quia ipsa omnia inferiora necessaria ad salutem secundum regulas diuinas ordinat, ergo meretur sapientia, quæ est donum, & in se, & cum aliis habere pacē: & hoc est quod dicitur: Beati pacifici. Nam pacifici dicuntur. i. pacem, vel in se, vel in aliis facientes, quorum utrumq; contingit per hoc, q̄ ea in quibus pax constituitur ad debitum ordinem rediguntur. Tertiò hoc idem probo distinctione: Nā alterius est habere pacē, & alterius facere pacem. Habere. n. pacē est charitatis, ita dī in psal. Pax multa diligentibus legem tuam Req. expositionē huius infra Pax 4. c. Sed facere pacem est donū sapientiæ, ut probaui: vnde gloss. super illo verbo: Beati pacifici sic ait: In præsentī verò homo est pacatus: & si bellum gerit cum vitiis in nullo pacem obrūpit quā Deus dedit: vnde Pax multa diligentibus logē tuā. Secundò dico, q̄ septima beatitudo dono sapientiæ attribuitur quātum ad præmium cum subditur: Quoniā filii Dei vocabuntur, quod ostendo ratione. & auctoritate. Primò ratione sic: Aliqui dicuntur filii Dei, in quantum participāt similitudinem filii unigeniti naturalis, secundum illud Apostoli ad Ro. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filii Dei qui est sapientia genita, & ideo percipiendo donum sapientiæ homo ad fi-

liationē Dei pertingit, & per cōsequens ad hereditatem. Hæc B. Thom. 2. 2. q. 45. articu. 6. utrum septima beatitudo cōueniat, uel correspondeat dono sapientiæ. argu. contra, & in cor. q. & in solu. 1. argumen.

Secundò hoc idem probo auctoritate. glo. super Matth. 5. ibidem sic dicētis: Pax ex unigenitus Dei filius: de quo dicitur: Qui est pax nostra qui pacem diligit filius est pacis, hic per spem, illic per rem: & subditur ibid. m. Qui autem ab ea diuiditur filius iræ est: per hanc uero filii efficiuntur quo amplius nihil promittitur. Requ. sup. Septima beatitudo, quæ est, Beati pacifici quoniam filii Dei, &c.

CAP. X.

DONVM intellectus. Quia donum intellectus post donum sapientiæ est omnibus donis aliis excellentius, unde Isaiæ 11. in enumeratione donorum aliis omnibus præponitur, ut dicit bea. Thom. prima secundæ. quæst. 68. articu. 7. utrum dignitas donorum attendatur secundum enumerationem qua enumerantur: Isaiæ. 11. argumen. contra, & in corp. q. ideo post donū sapientiæ nunc dicendum est de dono intellectus. Circa quod considerare debemus tria. scilicet sublimitatem cognitionis, communitatem adeptionis, congruitatem attributionis. Primo considerare debemus circa donū intellectus sublimitatem cognitionis nam donum intellectus nominat quandam excellentiā cognitionis ad intima. scilicet ad spiritualia, & ad diuina ad salutem necessaria penetrantis supra humanum modū: unde lumē supernaturale quo omnes supra humanum modum eleuantur ad ipsa spiritualia ad salutē necessaria aspicienda, & penetranda est donum intellectus: & dicit ad spiritualia penetranda quod non pōt facere sensus, uel imaginatio, uel intellectus, qui est potentia animæ, sed solum hoc facit intellectus, qui est donum spiritus sancti, quod sic probo: Intelligere enim dicitur quasi intus legere: sed sensus, uel imaginatio ad hoc se non extendit,

Quæ sit cognitio q̄ habetur per donum intellectus.

Sapientia cōuenit pacificis.

Verā pacē hēt qui cū vitiis bellum gerit.

Differē
tia inter
intelli-
gētiā,
& rōn

dit, quia solum circa exteriora .i. circa ac-
cidentia, scilicet circa exteriores qualita-
tes sensibiles, quæ circumstant reie ssen-
tiam occupat. Intellectus aut qui est po-
tentia animæ ad ipsam essentiam rei per-
tingit: unde Philosophus. 3. de anima di-
cit, q̄ obiectum intellectus est, q̄ quid est.
Sed in apprehensione huius essentia est
differētia, quia ipsa essentia rei aliquan-
do ab intellectu apprehenditur per seip-
sam: & hic modus intelligendi vocatur
intelligentia quæ conuenit substantijs
separatis. Aliquando verò essentia rei ab
intellectu nō apprehenditur per seipsā,
sed per aliam quasi per q̄dam ostia, secū-
dum, q̄ per discursum ab accidentib. &
proprietatib. essentia ad cognitionē es-
sentia peruenit: & talis modus intelligē-
di dī rō, qui modus conuenit homini in
vita præsentī. Et sicut intellectus qui est
potentia animæ per accidentia ingredit̄
ad cognitionem substantia, ita fides, quæ
est virtus, ad spiritualia nō ingredit̄ nisi
per corporalia quasi in speculo, & enig-
mate inuoluta humano modo perficit
mentē. Sed si supernaturali lumine mens
intantū eleuetur, vt ad spūalia aspiciēda
introducatur supra humanum modum,
hoc facit donum intellectus, tamē quia
homo ad finē supernaturalem. scilicet ad beati-
tudinē ordinatur, & lumē naturale ipsius
intellectus ad hanc nō possit pertingere,
quia multa sunt quæ intellectus per rō-
nem naturalem non pōt apprehendere,
iō lumini naturali intellectus superaddi-
tur lumē gratia. scilicet donum intellectus qua-
si perficiens ipsum in penetrando spūa-
lia necessaria ad salutem. Sicut. n. sub ac-
cidentib. latet natura substantialis, & sub
verbis latent significata verborum, & sub
similitudinib. & figuris latet veritas figu-
rata, ita sub corporalib. latent spiritua-
lia, & diuina ad quæ aspicienda, & cogno-
scenda mens introducitur, & eleuatur su-
pra humanū modū. i. supra rōnem per in-
tellectū qui est donū spiritus sancti. Hæc
B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 35. de donis. ar-
tic. 2. q. 1. Vtrum intellectus sit donū, in
corp. q. per totum. Et iterum. 2. 2. q. 8. ar-
tic. 1. vtrum intellectus sit donum spiri-
tus sancti, in cor. q. & in sol. 1. 2. & 3. arg.
Vbi notat, q̄ donum intellectus principa-
liter ad cognoscenda spūalia se extendit,

consequenter verò ad quædam operabi-
lia in quantum in agendis æternis rōnib.
regulatur. Cuius ratio est, quia ratio
superior perficitur dono intellectus: sed
rō superior intendit reb. æternis conspi-
ciendis, & consulendis, vt dicit Augusti.
13. de Trinit. ergo donū intellectus prin-
cipaliter considerat spiritualia, & diuina
necessaria ad salutem, & consequenter
agibilia in quantum in agendis æternis
rationib. regulatur. Sed fortē argues in
oppositum, scilicet q̄ donum intellectus circa
inferiora agibilia non uersatur sic: Gre-
go. primo moralium dicit, quòd donum
intellectus altiora quædam penetrat: sed
ista singularia inferiora sunt quædam in-
fima: ergo donum intellectus non confi-
derat ea. Respōdeo, & dico, q̄ operabilia
humana secundum q̄ in se considerātur
non habent aliquam altitudinem excel-
lentem, sed secundū quod referuntur ad
regulam legis æternæ, & ad finem beatitu-
dinis diuinæ, sic altitudinē habet: & hoc
modo donum intellectus est circa ea, ita
q̄ intellectus, qui est donū, & est specula-
tiuus principaliter, & practicus cōsequen-
ter: unde in psal. Intellectus bonus omni-
bus facientibus eum glo. i. illis qui sic fa-
ciunt, vt intelligunt. Hæc B. Thom. 2. 2.
q. 8. artic. 3. vtrum intellectus, qui poni-
tur esse donum spiritus sancti sit specula-
tiuus, vel practicus, argum. contra, & in so-
lu. 1. arg. De hoc dono intellectus habe-
tur Dan. 10. vbi dicitur: In uisione opus
est intelligentia: vt scilicet interiora, &
spiritualia ab exterioribus, & materiali-
bus, quæ legantur, uel audiuntur pene-
trentur, & cognoscantur: unde Grego. su-
per illud Iob primo: Filij eius faciebant
conuiuia, sic ait. Intellectus inquit in
die suo pascit: dum mentem de auditis il-
lustrat. Qui ergo ex uerbis significatum
non intelligunt, & ex corporalibus spiri-
tualia non percipiunt, similes sunt pue-
ris, qui in libris pulcris, & deauratis lit-
terarum pulchritudinem admirantur, &
significatum ignorant, uel illis, qui sylla-
bas decenter ornatas mirantur, & eis ad-
herent relicto fine principali. Aristote-
les interrogatus à quo tor, & tanta didi-
cisset. Respondit: A rebus, qui mentiri
non nouerunt: si respondisset à Deo do-
num intellectus habuisset. Istud donum
intel-

Quo do
nū intel

intellectus dedit Christus discipulis post resurrectionem suam quando aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, sicut dicitur Lucæ. 24. Hæc Guihelmus in sum. ca. de dono intellectus.

CAP. XI.

Secundo principaliter circa donum intellectus considerare debemus communiter adeptionis. Nam intellectus, qui est donum spiritus sancti habent omnes, qui sunt in gratia gratum faciente: quod tripliciter probo scilicet ratione, comparatione, & inductione. Primò ratione sic: Nullus habens gratiam ambulat in tenebris, secundum illud Iohā. 8. Qui sequitur me non ambulat in tenebris &c. sed donum intellectus est lumen super naturale, ut patet cap. præceden. ergo nullus habens gratiam caret dono intellectus.

Secundò hoc idem probo comparatione uel similitudine sic: Sicut donum charitatis est in omnibus habentibus gratiam gratum facientem, ita etiam donum intellectus. Ratio huius est, quia sicut spiritus sanctus per donum charitatis ordinat uoluntatem hominis, ut directè moueatur in quoddam bonum supernaturale, ita etiam per donum intellectus illustrat mentem hominis, ut cognoscat quādam veritatem supernaturalem in quam oportet tendere per uoluntatem rectam. Tertio hoc idem probo exempli inductione tam ex parte infundentis quam ex parte cognoscentis. Primò ex parte Dei hoc donum intellectus infundentis, quia Deus nunquam subtrahit istud donum sanctis circa ea, quæ sunt necessaria ad salutem, quamuis alia non necessaria interdum subtrahat, quia aliqui non omnia per donum intellectus penetrare possunt, quod Deus ideo subtrahit ad hoc, ut superbiæ materia subtrahatur. Secundò hoc idem probo ex parte cognoscentis: quia aliqui istud donum intellectus per gratiam gratum facientem habentes non possunt pati hebetudinem mentis circa ea quæ sunt de necessitate salutis, eò quod circa ea sufficienter instruuntur à

spiritu sancto, secundum illud 1. Ioh. 2. Vnctio docebit vos de omnibus quamuis circa aliqua, quæ sunt præter necessitatem salutis aliqui possint pati hebetudinem mentis, & quandoque ex impedimento organi patiuntur. Hæc B. Thomas secunda secundæ. quæstio. 8. artic. 4. utrum donum intellectus sit in omnibus habentibus gratiam, argumen. contra, & in corp. q. & in soluc. 1. & 3. argumen.

CAP. XI.

TERTIO principaliter circa donum intellectus considerare debemus congruitatem attributionis. Nam propria operatio doni intellectus est spiritualia, uel diuina quasi nuda ueritate circa fidem capere supra humanum modum, ut ex præmissis patet, & ideo ad perficiendum hunc actum appropriatur sibi sexta beatitudo, quæ est: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Ratio huius est, quia donum intellectus nos conuenit nisi mundis corde, qui purgato oculo possunt videre quod oculus non uidit, ut dicit Augustinus in lib. de sermone domini in monte. Conuenit autem sexta beatitudo, scilicet Beati mundo corde dono intellectus dupliciter scilicet per modum meriti, & per modum præmij.

Primò per modum meriti: unde dicit: Beati mundo corde ad ostendendum, quod duplex munditia est necessaria ad Dei uisionem, scilicet mūditia affectus, & aspectus.

Primò est necessaria, ut preuia, & dispositiua munditia, uel deputatio affectus ab inordinatis affectionibus, & talis mūditia, uel deputatio cordis fit per uirtutes, & dona, quæ pertinent ad vim appetitiuam.

Secundò est necessaria alia munditia ad uisionem diuinam. scilicet munditia, uel deputatio aspectus à fantasmatibus, & erroribus, ut. scilicet ea, quæ proponuntur non accipiantur per modum corporalium fantasmatum neque secundum hæreticas prauitates. Sedò sexta beatitudo appropriatur, & con.

12
Opatio
Doni in
telle.
ctus.

Quæ
mundi.
tia ad
Dei vi.
sionem
requira
tur.

Deus ne
mini
subtra.
hit ne.
cessaria
salutis.

Visio
Dei du-
plex.

& conuenit dono intellectus per modū premij: vnde subditur Matthæi. 5. Quoniam ipsi Deum videbunt. Vbi nota, q̄ duplex est Dei visio: vna est in præsenti, & alia in futuro. Prima Dei visio est in præsenti: & hæc est imperfecta, quia hac visione non videbimus de Deo quid est: sed quid nō est: & tantō in hac vita Deū cognoscimus perfectius, quantō magis intelligimus eum excedere quicquid intellectu compræhenditur. Vnde Gregor. super Ezech. sic ait: Quamdiu in hac uita mortali carne uiuitur nullus ita in cōtemplatione veritatis proficit, vt in ipso iam incircumscripto luminis radio mētis oculos infigat: sed quicquid sub ipso conspicitur, non est ipse, sed sub ipso est. Hoc tamen infirmæ mentis desiderio satisfacit. Et quod plus est, illud parum quod de sustātis separatis cognoscimus, & maximè de Deo, plus desideratur, & delectat quā quicquid de alijs rebus cognoscimus, vt dicit Philosophus 11. de animalibus. Et est Dei visio perfecta qua videtur Dei essentia, & hæc pertinet per modum premij ad donum intellectus cōsummatum in patria: Hæc B. Tho. 3. scr. sen. dist. 35 de donis. art. 2. q. 2. vtrum donum intellectus habeat aliquem actum in via, in cor. q. Et 2. 2. q. 8. artic. 7. vtrum sexta beatitudo quæ est beati mūdo corde. &c. respondeat dono intellectus, ar. contra, & in corp. q. Requ. Beati mundo corde &c.

C A P. XIII.

13
Donum
scientiæ
p̄cedit
donum
consilij.

Postquam dictum est supra de duobus donis spiritus sancti. scilicet de dono sapientiæ, & intellectus, dicendum est consequenter de dono sciētiæ antequam de dono consilij, quia donum scientiæ præfertur dono consilij, eò quòd donum consilij solum in arduis locum habet: donum autem scientiæ in omnibus temporalibus, & arduis, & cōmunibus ad salutem necessariis locum habet, vt dicit B. Thom. prima secundæ. q. 68. artic. 7. vtrum dignitas donorum attendatur secundum enumerationem: Isa. 11. in cor. q. in fi. Et ideò circa donū scientiæ consideranda sunt tria. sc. significatio nominis, diffusio muneris, appropriatio

beatitudinis. Primò circa donū scientiæ consideranda est significatio nominis: nam nomen scientiæ importat certitudinē cognitionis: & iudicij per rationis discursum: vnde omnis certitudinalis cognitio alicuius per rationis collationē scientia dicitur. Ad hoc autem q̄ intellectus humanus perfectè assentiāt veritati fidei requiruntur duo. Primū est q̄ sanè capiat ea quæ proponuntur, q̄ pertinet ad donum intellectus, ut patet supra. Secundum est q̄ habeat certū iudiciū de eis discernendo credenda à nō credendis, & agenda à uitandis, & ad hoc necessarium est donū sciā. Et sicut scientia quæ est uirtus intellectualis habet certitudinē de reb. creatis ex rōne demonstratiua, & ideò est secundum humanum modum, ita scientia quæ est donum spiritus sancti habet certitudinem de rebus credendis, & agendis supra humanum modum. Sex spiritus sancti præsentia, ut dicit B. Tho. 3. scr. sen. dist. 35. art. 3. q. 1. vtrum donum scientiæ sit tantum de diuinis, & non de humanis in cor. q. Et iterum 2. 2. q. 9. art. 1. vtrum scientia sit donum spiritus sancti, in cor. q. Ad maiore tamē euentiam prædictorum nota hic tria. Primum est, quòd certitudo iudicij de aliquo fit duobus modis. Vno modo per causam altissimam, uel secundum quid. sc. in aliquo genere in quantum per illam potest de alijs iudicare, & sic est sapientia q̄ est uirtus intellectualis: nam sapiens in vno quoq; genere dī qui nouit altissimam cām in illo genere per quam potest de omnibus illius generis iudicare. Simpliciter autē sapiens dī qui nouit altissimam causam simpliciter. sc. ipsum Deum. Alio modo certitudo iudicij fit p̄ causas secundas, uel inferiores, & talis scientia nominat: & ideò sapientia in hoc differt à sciētia, quia sapientia est cognitio rerum diuinarū, scientia verò est cognitio humanarum rerum. Secundū est, quia ex diuerso medio, uel ex differentia medij cognoscendi assumitur differentia inter sapientiam, & scientiam: verbi gratia: Cum. n. per res creatas Deum cognoscimus, hæc cognitio magis pertinet ad scientiam quā ad sapientiam, & è conuerso, cum de rebus creatis secundū rōnes diuinas iudicamus: hoc magis pertinet

Donum sciētiæ ad quatuor ordinatur: primò ad speculationē inquantum homo per donū sciētiæ scit pro certo quid fide tenere debeat, & discernere credenda à non credendis: secundò ordinatur ad operationem: non enim cognitio rerum quātum ad suas naturas, & quidditates pertinet ad donum sciētiæ, sed sola sciētia, practica qua hō ex præsētia Spiritus sancti, ut supra dixi, quādā certitudinē concipit de agendis: unde donum sciētiæ secundariò se extendit etiā ad operationem secundum, q̄ per sciētiā credibilium, & eorum quę ad credibilia consequuntur dirigimur in agēdis, secundum illud Iacobi 4. Scienti bonū, & non facienti peccatum est illi: ubi Glo. sic ait: Sciētes benefacere, & nō faciētes maius peccatum habent quā si nescirēt, licet boni ignorantia magnum sit peccatum, cū scriptum sit: Ignorans ignorabitur. Requi infra Ignorantia, & Lucę 12. Seruus qui cognouit volūtatē domini & nō fecit secundum volūtatē eius plagis vapulabit multis: ubi Chrysost. sic ait: Nō enim similiter in omnibus omnia iudicant: sed maior sit cognitio maioris pēnę materia, unde sacerdos eadem peccans cū populo multò grauiora patietur. Hęc B. Thom. 2. 2. q. 9. art. 3. utrum sciētia quę ponit donū sit speculatiua, uel practica, in cor. q. tertiò ualet sciētia quę est donum ad bonam inter malos conuersationem: unde dicit magister in littera, q̄ per donum sciētiæ scimus conuersari in medio praua, & peruersę nationis, & abstinere à malis: quartò sciētia quę est donum ualet ad rectam rerum temporalium ministratiōem: unde dicit Aug. q̄ actio qua bene utimur rebus temporalibus sciētię deputatur. Ratio huius est, quia creaturę sunt ex quib. homo occasionaliter à Deo aueritur, secundum illud Sapiē. 14. Creaturę factę sunt in odium, & in mīscipulam pedibus insipientium qui. s. iudiciū rectū de his non habent peccando, bonum perfectum in creaturis ponendo, & in eis vl-

timum finem constituendo: sed rectum iudiciū de creaturis habetur per sciētiā, quę est donum Spiritus sancti. Hęc B. Tho. 2. 2. q. 9. art. 4. utrum dono sciētiæ respondeat tertiā beatitudo. s. Beati qui lugent &c. in cor. q.

Sed fortē argues in oppositum. s. q̄ pp bonum usum temporalium non est necessaria sciētia quę est donum, & q̄ prudentia, & sciētiā humanę ad istum vñm valent. Primò, patet ergo de prudentia quę est recta ratio agibilium secundū Philosophum 6. Ethic. & idē non uidetur esse donum sciētiæ necessarium. Respondeo, & dico, q̄ sciētia quę est donum in hoc differt a prudentia, quia prudentia non certitudinaliter, sed magis estimatiuē habet iudiciū de agendis. Sed sciētia quę est donū habet certitudinē ex Spiritu sancti præsētia de agendis, & idē falli non p̄t: ut dicit B. Tho. 3. scrip. sen. dist. 35. de donis, art. 3. q. 1. utrum donum sciētiæ sit de humanis, in cor. q. Secundò dico, q̄ nō sufficit sciētia humana quę ex rōne demonstratiua acquiritur, tum quia rō humana ualet ad finem naturalē, non autē ad supernaturalem ad quem hō est inordinatus, & idē ad hunc finem necessaria est sciētia quę est donum: tū quia rōni humanę non sunt oīa cognita: neq; oīa possibilia necessaria ad salutē, sicut sunt sciētię quę est donum. Requi. sup. Donum sapientię: tum quia in sciētiis humanis pōt esse peccatum non per se, quia nulla sciētia inquantū sciētia est mala, sicut scire inquantum scire non est malū, aliās sciētia malorum non esset, quod absurdum est, sed per accidens, vel in sciendo, uel in addiscendo, uel cōfidendo in sciētijs est peccatū, & hoc vel ex parte cognoscentis, uel ex parte cognoscibilis: primò ex parte cognoscentis propter duas rationes. Prima est propter occupationē. s. quādo aliquis propter occupationem in studio alicuius sciētię impeditur ab executione officij ad quod tenetur, sicut si iudex propter studium geometrię desisteret a causis expediendis, uel sacerdos a confessionibus audiendis quando eas audire tenetur. Secunda est propter delectationem alicuius sciētię ex qua aliquis veniret in contemptum alicuius sciētię quam reuereri oportet, sicut de Hiero.

Donum sciētię differt a prudentia.

paruit, qui tñ delectabatur in ornatu verborū Tullij, q̄ desipiebat ei incultus sermo prophetarum, vt ipse dicit: & ideo ipse se punitū astruit pro eò q̄ in libro Ciceronis studebat, sicut etiam accidit illis qui tantum adhærent rationibus humanis q̄ à fide discedunt & eam impugnant: secundò ex parte cognoscibilis in sciētijs humanorum potest esse peccatum, & hoc propter tres rationes. Prima quando scibile est inclinans ad culpam, vt in sciētia nigromantiæ. Secunda est quando scibile nullius vtilitatis habet efficaciam, vt in sciētia artis notariæ. Terria est quando scibile est supra cognoscētis potentiam, sicut dicitur Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris. Altiora vocat illa ad quæ non potest ratio naturalis, uel sciētia quæ est virtus, vnde Prouer. 25. Per scrutator maiestatis opprimetur à gloria, ergo est necessaria sciētia quæ est donū Spiritus sancti. Hæc B. Thom. 3. scrip. sent. dist. 35. articu. 3. q. 2. vtrum in sciētia humanorum sit aliquid curiositatis, & culpæ, in cor. quæst. per totum.

CAP. XIII.

14 **S**ecundò principaliter, circa donum sciētiæ considerata est diffusio muneris. s. in quibus donum sciētiæ habet esse. Vbi nota, q̄ sciētia quæ est donum ordinatur ad duo. Primò ad discretionem de credendis & agēdis. Nam per sciētiā quæ est donū homo scit certitudinaliter quid credere, & quid agere debeat, & discernere credenda a nō credendis, & agēda a cauendis: & hæc sciētia est in omnibus habentibus gratiam gratū faciētem. Omnes enim ex infusione gratiæ habent certum iudicium circa credenda & agenda, ita q̄ in nullo deuiant a rectitudine iustitiæ, & propter hoc dicuntur sciētiā sanctōrū habere, vt dicitur Sap. 10. Iustū deduxit dominus per vias rectas, & dedit illi sciētiā sanctōrū. i. sciētiā talē quā decet sanctos habere. s. in nullo à rectitudine iustitiæ declinare, vel sciētiā sanctōrum qua sancti eligunt temporaliter cruciari, & in æternum gloriari.

Secundò sciētia ordinatur, uel ad ma-

nifestationem, uel ad reductionem, uel ad defensionem fidei: & hæc sciētia pertinet ad gratiam gratis datam, de qua dicitur. 1. ad Corin. 12. Alij datur sermo sciētiæ secundum eundem spiritū qui non datur omnibus, sed quibusdam, vnde Aug. dicit 13. de Trinit. q̄ hac sciētia non pollēt fideles plurimi quamuis pollēt fide: vnde subdit, Aliud est scire quid homo credere debeat, aliud est scire quemadmodū hoc ipsum & pijs opituletur & contra impios defendatur. Et hoc probo duplici exēplo, scilicet de intellectu, & de sensu primò de dono intellectus, quia sicut se habet de dono intellectus, ita de dono sciētiæ: sed non quicumque intelligit habet donū intellectus, sed qui intelligit ex habitu gratiæ, ergo similiter non quicumque habet sciētiā habet donum sciētiæ: sed soli illi habent donum sciētiæ, qui ex infusione gratiæ circa credenda, & agenda ita certum iudicium habēt q̄ in nullo deuiant à rectitudine iustitiæ, ut prædixi. Secundò hoc idem probo per exemplum de sensibus corporis. Sicut. n. sensus corporis qui est ad esse. s. tactus est in omnibus membris, sensus autem qui sunt ad benè esse sunt in capite tantum per quod alia membra reguntur, ita etiam est de donis gratuitis quæ in ecclesia dantur. Quædam enim dona sunt de necessitate salutis: & hæc oportet, quòd dentur omnibus membris Christi: & huiusmodi sunt quæ pertinent ad gratiam gratū faciētem, vt sunt virtutes & dona. Quædam autē sunt quæ sunt ad benè esse sicut gratiæ gratis data, vt operatio miraculorum & huiusmodi: & hæc non dantur omnibus membris Christi: sed illis tantum quibus expectat ad ædificationem fidei: vnde sicut facere miracula non est de necessitate, sed de perfectione fidei: sic sermo sciētiæ, & aliæ gratiæ gratis datæ, de quibus loquitur Apost. 1. ad Corinth. 12. Hæc B. Tho. 3. scrip. sen. distin. 35. artic. 3. de dono sciētiæ. quæst. 2. Vtrum sciētia quæ est donū sit speculatiua, uel practica, in cor. q. per totum. Et secunda secundæ q. 9. articu. 3. vtrum sciētia quæ est donum sit practica, in solu 3. argum. Et ibidem artic. primo. vtrum sciētia sit donum Spiritus sancti, in solu 3. argum. per totum.

Qui ve
rè hēat
Donum
sciētiæ.

Nō oīa
dona
sunt de
necessi-
tate salu-
tis.

CAP. XV.

15. **T**ertio principaliter circa donū sciētiæ consideranda est appropriatio beatitudinis. Nam sciētiæ quæ est donum spiritus sancti appropriatur, & conuenit tertia beatitudo. s. Beati qui lugent &c. ut dicitur Math. 4. ubi tanguntur duo conuenientia dono sciētiæ. Primò. n. appropriatur sciētiæ luctus pro merito, cū dicitur: Beati qui lugent. s. de præteritis erratis: unde Glinterlin. ibidem sic ait: Hi sciētiæ spiritu illustrantur, ut sciant quibus malis inuoluantur. Secundò appropriatur consolatio sciētiæ pro præmio, unde subditur, quoniam ipsi consolabuntur & in præsentidum hic per rectum iudiciū sciētiæ creaturas in bonum diuinum ordinant: & in futuro talis consolatio perficietur: unde Aug. in li. de sermone domini in monte sic ait: Sciētia conuenit lugentibus qui didicerunt quibus malis uicti sunt, quæ quasi bona petierunt. Hæc B. Th. secunda secundæ. q. 7. art. 4. utrum dono sciētiæ respondeat tertia beatitudo. C. Beati qui lugent &c.

CAP. XVI.

16. **Q**uarto dicendum est de dono consilij. Circa quod tria considerare debemus. s. rectitudinem consilij, celsitudinem iudicij, aptitudinem auxiliij. Primo circa donum consilij considerare debemus rectitudinem consilij. Nam rectè consiliatur quis si facit tria quæ tangit Philolophus. 3. Eth. si debitum finem sibi præstituat, si media accommodata ad finem inueniat, si tempus conueniens consilio assumat. Primò. n. aliquis rectè consiliatur si debitum finem sibi præstituat, non enim de principio est consiliū. Cuius ratio est, quia consilium est inquisitio rationis de aliquo operabili a nobis: sed principium in omni sciētia oportet supponere tāquā certum in omni inquisitione, ergo principium sub questione, uel sub rationis inquisitione non cadit. Similiter consiliū nō est de fine. Cuius rō est, quia illud de quo est consilium ē dubiū uel incertū qualia sunt futura con-

tingentia: quod patet, quia in talib. ratiō nō profert iudiciū, an eligenda sunt, uel uitanda absq. inquisitione rōnis: sed finis uel id quod habetur ut finis est iam determinatum & certum ut in qualibet sciētia principium illius sciētiæ: ergo &c. Secūdo aliqis rectè consiliatur si media accommodata, uel cōueniētiōra ad finē inueniat. Quod aut de aliquib. nō sit consiliū ex duplici rōne procedit: uel quia sunt determinata: uel quia sunt minima. Prima rō est, quia talia habent determinatas uias procedendi ad determinatos fines, sicut scriptor non consiliatur quomodo litteras trahere debeat, quia hoc per artem est determinatum, & non dubium. Secunda ratio est, quia talia sunt minima, uel inutilia quæ parū adiuuat uel impediūt ad consequendum finē, quia nō multū refert utrum sic uel sic fiant: q̄ aut parum est ratio accipit quasi nihil: unde oportet q̄ illud de quo est consiliū cōueniētius sit utilius & facilius ad consequendū finē, quale consilium est qd̄ datur de paupertate: Matth. 9. Si uis perfectus esse uade, & uende omnia quæ habes, qd̄ est consilium & non præceptum. Et de uirginitate. 1. ad Corint. 7. De uirginibus. s. q̄ nubant uel perpetuò contineant præceptū domini non habet. Ambr., in gl. uerum dicit: quod dominus non præcipit continentiam uirginalem, uel etiam ut nubāt. Consilium autem do quod est de meliori, & meritò, quia ut dicitur Ecclesiastic. 26. Non est digna ponderatio animæ continentis, Tertiò aliquis consiliatur rectè si tempus con alio conueniens assumat. s. q̄ tempus consiliandi non nimis acceleret, uel per moram transeat, ut nec nimis tardus, nec nimis uelox sit in consilijs. Et ad hæc tria quæ ad rectitudinē, uel bonitatem consilij pertinent, producit & operatur una uirtus humana quæ uocatur eubuiā, ut dicit Philosophus 6. Ethicor. nam eubulia dicitur uirtus benè consiliatiua. Et per oppositum non est rectū neque bonum consilium si deficiunt ista tria, siue aliquis in consiliando malum finem sibi præstituat, siue etiam ad bonum finem uias inueniat, siue etiam tempus congruum, uel debitum non assumat, siue etiam modum consiliandi debitum nō habeat, ut scilicet in suo cōsilio

lio non sit fraus. Et propter hoc nullus peccator est benè cōsiliatius quam peccando debitus circumstantias non obseruat: & per oppositum quilibet uirtuosus est benè cōsiliatius in his quæ ordinantur ad finem uirtutis, licet in aliquibus alijs negotijs particularibus, puta in mercationibus, uel in rebus bellicis, uel in aliquo huiusmodi nō sit benè cōsiliatius. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 35. de donis, art. 4. q. 1. utrum consilium sit donum, in cor. q. in principio. Et iterum secunda secundæ. q. 51. art. 1. de eubulia: utrum eubulia sit uirtus arg. contra, in corp. q. & in sol. 1. & 3. argu. Et iterum prima secundæ. q. 14. de consilio, arti. 1. utrum consilium sit inquisitio rationis, in cor. q. & ibidem art. 2. utrum consilium sit tantum de his quæ sunt ad finem, in cor. q. & ibidem artic. 4. utrum consilium sit de omnibus quæ sunt per nos agenda, in cor. q.

CAP. XVII.

¹⁷ **C**irca donum consilij, secundo, considerare debemus certitudinem, uel celsitudinem iudicij. Est autem propriū rationali creaturæ, quod per inquisitionem rationis moueatur ad aliquid agendum: quæ quidem inquisitio rationis consiliū dicitur, ut patet c. præced. sed quia ratio humana non potest comprehendere singularia & contingentia quæ possunt occurrere & etiam deficere ne ad finem intentum perducant per quæ homo consiliatur, idè certitudinem consilij attingere non est humanum sed diuinum, cuius est per certitudinem euentus contingentium præuidere: & idè oportet ad hanc certitudinem habendam quod mens eleuetur supra humanum modum, ad quā certitudinem non potest rationis dictamine eleuari, sed a Deo qui omni cōpræhēdit quod sit per donum consilij, quod sic diffinitur a B. Th. 3. scrip. sent. dist. 34. art. 2. in cor. q. Donum consilij est quo homo accipit hic quod agendum est, quasi per certitudinem a spiritu sancto edoctus supra humanum modum. Vel aliter: Donū consilij est quo homo dirigitur in agendis & cauendis, non per inquisitionem rationis, sed quasi consilio accepto a spiritu sancto: nā scire pro certo omnia agi-

bilis, & cauere omnia præcipitia impedientia ad consecutionem uitæ æternæ, non est ex dictamine rōnis. sed ex uirtute spiritus sancti quo filij Dei aguntur, ut dicit Apof. ad Ro. 8. Et B. Th. 3. scrip. sent. dist. 35. art. 1. utrum consilium debeat poni inter septem dona, in cor. q. Vel aliter. Consilium quod est donū est quo spiritus sanctus dirigit nos in omnib. quæ ordinantur in finē uitæ æternæ, siue sint de necessitate salutis, siue nō, ut dicit B. Th. secunda secundæ. q. 52. art. 4. utrum quinta beatitudo quæ est beati misericordes &c. respondeat dono cōsiliij, in sol. 2. arg. Ex quibus expressè patet, quod humana ratio a spiritu sancto per donū cōsiliij instruitur, & dirigitur, perficitur, & attollitur in agendis: quod ostēditur quadrupliciter: primò ex interpretatione, quia cōsiliū dicitur quasi confiduum, eò quod multi confident ad simul conferendum, quos oportet considerare plures conditiones seu circumstantias, quas cū unus considendo deficit, alius melius percipit: ut dicit B. Tho. prima secundæ. q. 14. art. 3. utrum consilium sit de his solum quæ aguntur a nobis, in cor. q. Sic a simili, quia humana ratio non potest habere aliquam certitudinē de euentib. contingentium, deus cuius est per certitudinē euentus contingentium præuidere per donū consilij rationem humanam instruit de agendis supra humanum modum: secundo hoc idem probo similitudine. Videmus enim in reb. humanis quod illi qui non sufficiunt sibi ipsis in inquisitione consilij a sapientiorib. consiliū requirunt: sed quia ratio humana non potest comprehendere singularia & contingentia quæ possunt occurrere, idè magis indiget homo in inquisitione consilij quasi consilio accepto a Deo qui oīa comprehendit, ut dicit B. Th. 2. secundæ. q. 52. utrum consilium debeat poni inter septem dona, artic. 1. in solut. 1. arg. tertio hoc idem probo ratione. Nam ratio humana perficitur per hoc quod mouetur a superiori principio motiuo, sicut corpus in hoc quod mouetur a spiritu. Manifestum est autem quod rectitudo rationis humanæ comparatur ad rationem diuinam sicut principium motiuū inferius ad superius. Ratio enim æterna est suprema regula omnis rectitudinis humanæ, & idè ratio humana maximè p cifi.

Deus p donum consilij instruit humanā mētē in rebus agendis

Habere consilij certitudinem diuinū est.

perficitur & adiuuatur, sicut quod mouet,
& regulatur a Spiritu sancto per donum
consilij circa ea quæ sunt agenda propter
finem, ita quod donum consilij rationem hu-
manam adiuuat & perficit, ut dicit B. Th.
ubi supra artic. 2. vtrum donum consilij
respondeat uirtuti prudentiæ in corp. q.
quarto hoc idem probatur auctoritate phi-
losophi in ca. de bona fortuna dicentis,
quod his quæ mouentur per instinctum
diuinum non expedit consiliari sicut rationem
humanam, sed quod sequantur instinctum,
quia mouentur a principio meliori quam
sit ratio humana, propter quod dona
perficiunt hominem ad altiores actus
virtutum. Hæc Beatus Thom. prima se-
cundæ q. 68. artic. 1. in cor. q. in fine.

CAP. XVIII.

18. **C**IRCA donum consilij, tertio con-
siderare debemus aptitudinem au-
xilij. Nam quinta beatitudo quæ est Bea-
ti misericordes &c. responderet & appro-
priatur dono consilij sicut dirigenti, quod
dupliciter probatur, scilicet ratione, & aucto-
ritate. Primo ratione sic: Licet enim per
consilium in omnibus virtutum actibus
dirigamur, specialiter tamen in actibus
misericordiæ. Ex quo rationem sic formo:
Consilium proprie est de his quæ sunt
utilia ad finem: sed misericordia maxime
est utilis ad finem, secundum illud 1. ad
Thimoth. 4. Pietas ad omnia utilis est:
ergo &c. Secundo hoc idem probatur aucto-
ritate Aug. in lib. de sermone domini in
monte sic dicentis: Conuenit consilium
misericordibus, quia unicum remedium
est de tantis malis erui, dimittere alijs, &
dare. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ
q. 52. artic. 4. vtrum quinta beatitudo, scilicet
Beati misericordes: respondeat do-
no consilij, arg. contra, & in cor. q. Tertio
quod donum consilij misericordiam dirigat
probo auctoritate: unde Glo. super illo
verbo. beati misericordes, sic dicit: Mife-
ricordia eget spiritu consilij sine quo ne-
mo circumspecte miseretur, initium est
sui misereri: finis est pro alio mori. Ordo
enim est misereri, ut unusquisque inci-
piat a se: finem Christus insinuat pro
peccatoribus mortuus ex misericordia.
Requi. supra beati misericordes.

CAP. XIX.

POSVQVAM dictum est de quat-
tuor donis perficientibus, hominem
supra modum humanum in uita contem-
platiua, scilicet de dono sapientiæ, intel-
lectus, scientiæ, & consilij, nunc dicen-
dum est de tribus donis perficientibus
hominem supra humanum modum in
uita actiua, scilicet de dono fortitudinis,
pietatis, & timoris. Et quia donum forti-
tudinis ratione materie præfertur alijs
duobus, quia solum in arduis locum ha-
bet, ideo de dono fortitudinis est prius
dicendum. Circa quod donum conside-
rare debemus tria, scilicet confidentiæ
differentiam, permanentiæ indiffluen-
tiam, iustitiæ conuenientiam.

Primo circa donum fortitudinis con-
siderare debemus confidentiæ doctrinam:
nam fortitudo quandam animi confi-
dentiā importat, quæ requiritur, & in
bonis arduis faciendis, & in malis ar-
duis prosequendis, uel sustinendis, ut B.
Greg. in principio moral. dicit, quod fortitu-
do dat confidentiam trepidanti. Diffe-
runt tamen confidentia, uel firmitas ani-
mi quam dat fortitudo quæ est uirtus, &
illa quam dat fortitudo quæ est donum
spiritus sancti in quattuor. Scilicet in uirtute, in
opere, in quantitate, in fine. primo diffe-
runt in uirtute, quia fortitudo quæ est uir-
tus, habet mensuram sui actus, potentiam
humanam siue uires humanas: unde ea
quæ supergrediuntur uires humanas, ne-
que aggreditur neque sustinet: unde dicit
philosophus 3. Ethic. quod fortis est instupe-
factibilis interribilis quæ sunt secundum
hominem: sed fortitudo quæ est donum spiri-
tus sancti, habet pro mensura sui actus di-
uinam potentiam de cuius auxilio confidit,
sicut dicitur in ps. In Deo meo transgre-
diar murum. id est. omne quod posset huma-
næ infirmitati obuiare. Sed differunt in ope-
re: quia fortitudo quæ est uirtus perficit
animam ad sustinendum quæcunque pe-
ricula: fortitudo autem quæ est donum
utrumque facit, quia ipsa perficit, & in susti-
nendo quæcunque pericula & in aggredi-
endo, uel faciendo quæcunque ardua. Ter-
tio differunt in quantitate, quia fortitu-
do quæ est uirtus non se extendit ad omnia
difficilia: sed fortitudo quæ est donum
spi

19. Donum
fortitu-
dinis præ-
fertur pie-
tati, & ti-
mori.

differt
firmitas
Doni, et
firmitas
virtutis

Dono
consilij
conuenit
misericordia.

Spiritus Sancti sic. Rō huius est, quia fortitudo quæ est uirtus innititur facultati, vel uirtuti humanæ: facultas autē seu potentia humana est infirma respectu facultatis diuinæ: unde nō est una facultas, vel potentia humana respectu oīum difficultatum: sed diuersæ facultates sunt ordinatæ ad diuersas difficultates, & qñq; ab inuicem separantur. Aliquis enim habet facultatem ut facile superare possit difficultates quæ sunt in delectationib. qui tamen nō pōt defacili superare difficultates quæ sunt in passionibus illatis, & sic de alijs. Sed fortitudo quæ est donū utitur facultate diuina quasi sua; sicut quod in ps. dicitur: diligā te domine uirtus mea &c. Et meritō, quia tu es propugnator potēs immo omnipotens, gubernator prudēs, consolator clemēs, remunerator affluēs: securus ergo in eo proijcio omnem sollicitudinem meam, cuius nec potentia uinci, nec sapientia falli, nec prudentia impediri, nec beneuolentia fatigari potest, quod minus expleat omnem indigentiam meā, & satiet in bonis desiderium meū. Et quia diuina facultas potentia, uel uirtus est una eadēq; respectu oīum predictarum facultatū, ideo fortitudo quæ est donū se extendit ad omnes difficultates quæ in rebus humanis possunt accidere etiā supra facultatem humanam: sicut apostolus dicebat ad Philip. Omnia possum in eo qui me confortat: ubi ostendit duo. scilicet quid potest, & per quid pōt. Primō ostendit quid pōt, quia omnia potest. Vbi nota tria: primō quia sicut fortitudo quæ est uirtus habet duos actus. scilicet sustinere, & aggredi terribilia, cum iste actus qui est sustinere difficultates p̄sentes est principalior in quantum difficilius est sustinere difficultates p̄sentes quā tendere in absentes, ut patet infra Fortitudo, de actu eius. Sic etiam fortitudo quæ est donum habet duos actus: vnus est pati, uel sustinere oēs difficultates siue in passionibus siue in operationibus: alius actus est aggredi difficilia, & ardua spe diuini auxilij: tamen quia unus actus ad alium ordinatur scilicet aggredi ad pati, ideo fortitudo quæ est donum unicū actū h̄t secundū speciem: secundō ostendit apostolus per quid potest, quia in eo qui me confortat Amb. in Glo. ibidem q. d. Omnia possum, & pa-

ti, & facere in eo qui mihi possibilitatem, & uires dedit: Isa. 26. Omnia opera nostra operatus est dominus: & hoc per charitatem infusam, de qua 1. ad Corint. 13. Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet, idest, sustinere facit. Quartō & ultimō fortitudo quæ est uirtus, & fortitudo quæ est donum differunt in fine, quia fortitudo quæ est uirtus nō semper perducit ad finem operis inchoati, quia non subest potestati hominis, ut finem sui operis consequatur, uel euadat mala, uel pericula, cum quandoque opprimamur ab eis in mortem. Sed fortitudo quæ est donum hoc in homine operatur dum perducit eum ad vitam æternam quæ est finis omnium bonorum, operum, & euasio omnium periculorum & huiusmodi rei infundit quandam fiduciam menti spiritus sancti per donum fortitudinis contrarium timorem excludens. Hæc Beat. Thom. 3. scrip. sentent. dist. 34. de dono fortitudinis, articul. 4. quæst. 1. in cor. quæst. & in sol. 3. argum. ubi dicit, quod fortitudo est uirtus circa difficillima secundum genus suum quod est mors; non tamen secundum comparisonem ad operantem, quia non excedunt uires eius. Sed fortitudo quæ est donum etiam est circa illa difficilima quæ excedunt facultatem humanam nec tamen strictē, quia non excedunt facultatem diuinæ potentia: cui donum fortitudinis innititur. Idem ibidem q. 2. utrum fortitudo quæ est donum habeat in uia vnum actum uel plures, in cor. q. Et secunda secundæ q. 139. articul. 1. utrum fortitudo sit donum spiritus sancti, in cor. q. & in solut. primi & tertij argument. Requi. infra Fortitudo.

CAP. XX.

Secundō circa donum fortitudinis cōsiderare debemus perminentiam inde- 20. ficientiam, utrum. Sactus fortitudinis Patientia non est donū maneat in patria sicut in via. Respondeo & dico, quod fortitudo h̄t dupliciter in cem actum ex diuina uirtute cui innititur, ut patet cap. præced. scilicet aggredi, & pati difficultates. Primus actus qui est pati difficilia non erit in patria. Cuius ratio est, quia ibi nulla pænalitas erit, & ideo nul-

Nulla difficultas. Secundus actus qui est inniti uirtuti diuinæ perfectissimè erit in patria. Cuius ratio est, quia ibi perfectissimè diuinæ potentiae infinitur: quod dupliciter probo, scilicet auctoritate, & similitudine.

Primò auctoritate Beati Grego. 1. moral. sic dicit: Fortitudo aduersa non meretur, quod necessarium in præsenti. Et iterum fortitudo confidentiae ei bonis apponit, quod permanet etiam in futuro.

Secundo hoc idem probo similitudine de uita actiua quæ non manet in patria quantum ad suam essentiam, uel materiam, sed quantum ad suam regulam sic, quia hic in his quæ actiue uitæ sunt ex ipsa diuina ueritate regulamur. Req. sup. Contemplatio. Sic ad propositum actus fortitudinis, quæ est donum in patria erit perfrui plena securitate ab omnibus laboribus & malis. Hæc Beat. Th. 3. script. sent. dist. 34. q. 2. de dono fortitudinis, art. 4. in cor. q. & in sol. 2. argument. Et item secunda secundæ. q. 139. artic. 1. utrum fortitudo sit donum spiritus sancti, in sol. arg. 2.

CAP. XXI.

iustitiæ. Et ibidem in gl. Esuries iustitiæ spiritu fortitudinis fulcitur, ne in uia lateat. Et subditur ibidem in gloss. Hæc uirtus, scilicet esuries, & sitis iustitiæ sine spiritu fortitudinis non impletur, quia per eum esuriendo ad satietatem quandoque uenimus. Hæc B. Th. secunda secundæ. q. 139. art. 2. arg. contra, & in cor. q.

Tertio hoc idem probo similitudine: quia sicut de fortitudine corporali est esuries corporalis, & de debilitate corporali fastidium, sic etiam de fortitudine spirituali. Et sicut de fortitudine corporali est esuries certaminum, sic de dono fortitudinis est esuries iustitiæ in præsenti, & satietas in futuro, unde Gloss. ibidem sic ait. Esurientibus, & sitientibus saturitas, id est certantibus, & laborantibus refectio promittitur, Et subdit. Iustitia est sua cuique tribuere sibi proximo & Deo, hæc iustitia non plenè in nobis implebitur, donec Deus sit omnia in omnibus. & ideo hic possumus esurire non satiari. Hæc Gulielmus in summa cap. de dono fortitudinis quomodo ei respondet quarta beatitudo, Req. supra Beati qui esuriunt, & sitiunt &c.

CAP. XXII.

Secundo post donum fortitudinis descendendum est de sexto dono, scilicet de dono pietatis. Circa quod considerare debemus tria, scilicet eminentiam dignitatis, permanentiam æternitatis: conuenientiam proprietatis. Primò circa donum pietatis considerare debemus eminentiam dignitatis. Nam dona spiritus sancti quædam sunt habituales dispositiones animæ quibus anima est promptè mobilis a spiritu sancto, ut patet supra, Inter cætera autem mouet spiritus sanctus ad hoc, ut affectum quendam filialem habeamus ad Deum secundum illud Apostoli ad Roman. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum dei in quo clamamus Abba pater: ergo pietas secundum quod cultum, id est reuerentiam exhibet Deo per instinctum spiritus sancti est donum spiritus sancti: unde Isaiæ. 1. Cum alijs donis numeratur, requiescet super eum spiritus scientiæ, & pietatis. Hæc. B. Th. secunda secundæ. q. 121. art. 1. in corp. q. Possumus igitur excellentiam huius do-

Tertio circa donum fortitudinis considerare debemus iustitiæ conuenientiam. Nam quarta beatitudo quæ est Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam &c. Respondet, & appropriatur dono fortitudinis. quod tripliciter probo, scilicet ratione auctoritate, & similitudine.

Primò ratione conuenientiae, quia sicut fortitudo in arduis consistit, ita etiam esuries, & sitis iustitiæ quod patet quia ualde uirtuosum est quod aliquis non solum faciat opera uirtuosa quæ communiter opera iustitiæ dicuntur, sed quod ea faciat cum quodam insatiabili desiderio, quod potest designari per famem, & sitim iustitiæ.

Secundo hoc idem probo auctoritate B. Aug. in li. de sermone domini in monte sic dicentis. Fortitudo congruit esurientibus, laborant enim desiderantes gaudium de ueris, bonis amorem a terrenis auertere cupientes. Gl. super illo uerbo Matth. 3. Qui esuriunt, & sitiunt &c. sic ait. Amatores ueri boni quibus non satis est, quod iusti sunt, sed semper sitiunt opus

Fortitudo
est iustitiam
esurire, &
sitiunt.

ni considerare quantū ad quattuor. scilicet quā-
rum ad suam regulam, differentiam: reue-
rentiam, efficaciam. Primò quantum ad
suam regulam sic. Quāto regula diri-
gens est nobilior, tanto actus illa regula
regulatus, & mensuratus est nobilior, sed
virtus accipit pro regula aliquid huma-
num, donum uero accipit pro regula ali-
quid diuinum, uerbi gratia, & in delecta-
tionibus, & in horribilibus, & in commu-
nicationibus. primo enim in delectatio-
nibus timore prout est uirtus dirigimur
ad dignitatem humanæ naturæ cuius de-
turpationem per temporalem delectatio-
nem refugimus: sed timore prout est do-
num in his dirigimur quasi regula digni-
tate diuina, a qua separari per inquisitio-
nem huiusmodi bonorum refugimus. Si-
militer in horribilibus fugiendis, uel pro-
sequendis differenter dirigit fortitudo,
quæ est uirtus, & fortitudo, quæ est donū,
quia per fortitudinem quæ est uirtus ho-
mo aggreditur terribilia utēs diuina po-
tentia per confidentiam quasi sua ut pa-
tet supra bonum fortitudinis. Similiter
se habet in communicationibus, quæ sūt
ad alterum qua pietas, quæ est uirtus ac-
cipit p mensura aliquid humanum: putā
obseruans, uel debitum, uel congruum
eius qui communicationem faciat: sed
pietas quæ est donum in communicatio-
nibus accipit regulam ipsum Deum, quia
communicat se ad alterū utens Deo qua-
si seipso. scilicet ea quæ ipsum decent in huius-
modi communicationibus, idest Deo u-
nitus exequetur: unde dominus Matth.
5. Ad beneficentiam exemplo cælestis
patris hortatur qui solem suum oriri fa-
cit super bonos, & malos. Patet ergo dif-
ferentia, quia in alijs communicationib.
potest attendi aliqua humana ratio: com-
municandi alteri, scilicet uel liberalitas in par-
uis donis, uel magnificentia in magnis,
uel iustitia in debitis, uel decencia in gra-
tuitis, quia tale dare docet, uel utilitas, ali-
quid humanum.

Sed quod ratio humana his terminis non
claudatur, ut scilicet homo tantum tri-
buat alteri quantum debet, uel quantum
expedit ei qui tribuit, sed quantum est
Deo acceptum diuinum bonū quod in se
uel in proximo relucet, hoc supra huma-
nū modum est, & hoc fit per donum pie-

tatis. Hæc B. Th. 4. scr. sent. dist. 34. de do-
nis, art. 2. in cor. q. Et ibidem, art. 4. de do-
no pietatis. q. 1. utrum pietas sit donum
spiritus sancti in cor. q. per totum. Secun-
do potest considerari excellentia doni
pietatis quantum ad suam differentiam.
Posset enim aliquis dicere, quod pietas non
est donum, sed uirtus per auctoritatem
B. Grego. in principio moralium dicen-
tis, quod pietas est idē quod materia, sed ma-
teria est uirtus, & ideo operatur secundū
humanum modum, ergo, & pietas non
est donū sed uirtus, & iō nō operatur sēc
modū diuinū sed sēcūm humanū modū.
Rñdeo quātū ad hoc, & dico, quod miseri-
cordia, & pietas in hoc differūt: quia mi-
sericordia studet ad reuelandas miseras
proximorū ex hoc quod proximi sunt ei cō-
iuncti, uel sanguine, uel familiaritate,
uel saltē nāæ similitudine, in oīb. n. mise-
ricordia accipit pro mensura aliquid hu-
manum sicut aliæ uirtutes. Sed pietas, quæ
est donum spiritus sancti mouetur ad re-
uelandas miseras proximorum ex ali-
quo diuino. scilicet in quātū sunt filij uel diui-
na similitudine insigniti ita quod misericor-
dia in suo actu utitur aliqua regula hu-
mana, pietas uero, ut est donū utitur diui-
na, ut patet, & p hoc pietas est potior mi-
sericordia, sicut donū uirtute. Hæc B. Th.
3. scr. sen. dist. 34. art. 5. q. 1. utrum pietas sit
donū. in sol. 2. arg. Tertio pōt cōsiderari
eminētia dignitatis doni pietatis quātū
ad reuerentiā sic. Quāto aliqd modo no-
biliori Deo cultum, uel reuerentiam ex-
hibet, tātō est excellentius, sed hoc facit
pietas prout est donum spiritus sancti, quod
dupliciter probo. Primò comparando
pietatem ad religionem. Licet enim reli-
gio quæ exhibet Deo cultum sit potior
pietate, quæ est uirtus, quæ exhibet cultū
uel reuerentiam patri carnali, tamen pie-
tas prout est donum est nobilior religio-
ne, quia exhibere cultū Deo, ut patri quod
facit pietas quæ est donū est excellētius
quā exhibere cultū Deo, ut creatori, & do-
mino, quod facit religio: unde patet ex di-
ctis, quod religio est potior pietate quæ est
uirtus: sed pietas prout est donum est po-
tior religione. Hæc B. Th. secunda secun-
dæ. q. 121. art. 1. utrum pietas sit donum
spiritus sancti, in sol. 2. arg. Secundo hoc
idem probo comparando pietatē quæ est

Secūda
est sua
differen-
tia.

tertia ē
reueren-
tia.

Compa-
rō piera-
tis ad re-
ligionē.

virtutis ad pietatem quæ est donum: quia pietas quæ est virtus respicit in actu suo aliquid humanum, scilicet vel coniunctio nē sanguinis, vel familiaritatis, vel naturæ similitudinis: sed pietas quæ est donū in actu suo respicit aliquid diuinum, vt patet supra.

CAP. XXIII.

23.



QUARTO possumus considerare eminentiam doni pietatis quantum ad efficaciam. Et formo sic rationem. Illud qđ

Pietas valet ad omnia videtur esse nobilissimū inter omnia dona, sed donum pietatis est huiusmodi, ita dicit Apost. 1. ad Thom. 4. Exerce te ipsum ad pietatem, nam exercitatio corporalis ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, vbi dicit Ambro. in glo. sic, Pietas videtur esse excellentissimum in tota Christiana vita: quia secundū Apost. ad omnia valet. & B. Tho. hoc allegat. 3. ser. sen. dist. 4. ar. 5. de pietate. q. 1. Ad euentiā autē istius auctoritatis. Exerce te ipsum ad pietatē &c. Nota qđ in istis verbis Apostolus tangit duos: primò consulit, & inducit ad actum pietatis, ibi Exerce te ipsum ad pietatem, secundò ostendit fructum pietatis: ibi Pietas ad omnia utilis est.

Primò consulit, & inducit ad actum pietatis, ibi Exerce te ipsum ad pietatem, idest ad opera misericordiæ: vnde Apost. 1. ad Thimo. 6. Sectare iustitiam, pietatē, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, vbi August. in glo. sic ait. Quia nihil est tam asperū tam perniciosū quā vir ecclesiasticus qui sublimen tenet locū cupidus, quia non solum sibi, sed & cæteris omnibus obest, idē dat formam contrariam dicens. Tu autem homo Dei hoc fuge. Et subdit. Sectare verò iustitiam faciendo vnicuiq; quod ius exigit. Ecclesiastici 15. Qui continens est iustitiæ apprehendet illam pietatē in cōdescendēdo in digenti, vel in supererogando, fidem in recte cognoscendo, & nō errando: nā fides est bonorum omnium fundamentū: sine fide enim impossibile est placere Deo, ad Hæbre. 11. Charitatem omnes in gradu suo diligendo, nam charitas est omnium bonorū completū, quod patet, quia

sine ea omnes mortuæ sunt virtutes secundū Apost. Patientiam in malos, vel mala sustinendo. Iacob. 1. Patientia opus perfectum habet mansuetudinem, mala pro bonis, vel etiam malis nō reddendo. Specialiter autem exprimit pietatem ad ostēdendum, qđ ep̄s, vel p̄latus misericordiæ visceribus totus debet affluere, quod significat illa abundans inunctio capitis illorū in sacrificatiōe, hinc est qđ in tumbis sanctorū quorundam in misericordia p̄uorum effluit oleū, sicut de tumba Beati Nicolai, & Beati Catherinæ. Hinc est quod in vestibus summi pontificis pendebant mala granata quæ refrigerant, ad significandum illorum misericordiam refrigerantem subditos. Secundò ostendit principaliter fructum pietatis, & hoc dupliciter. Primò comparando corporalem exercitacionem pietatis dicens. Corporalis exercitatio, idest corporalis afflictio ad modicū utilis est sine dubio, verum dicit: nisi enim addatur pietas corporalis afflictio modicū quidem valet, quia reprimat a culpa, & per consequens cauet a pœna, sed sine pietate non meretur vitam eternam. Secundò ostendo generalem utilitatem, & hoc dupliciter: scilicet in merito, & in p̄mio. Primò in merito dicens: Pietas verò ad omnia utilis est, valet enim ad promerendum Deum. Vnde Ambro. in glo. sic ait. Omnis. n. summa disciplinæ Christianæ in misericordia, & pietate est quam aliquis sequens lubricum si carnis patitur vapulabit non tamen peribit. Sed cōtra Ambro. aut intelligit de habente charitatem: aut non. si sic, eodem modo sicut charitas, ita certè per exercitacionem corporalem meretur. Si verò sine charitate hoc falsum est, quia prima ad Corinth. 13. dicitur. Si distribuero omnem substantiam meam in cibos pauperum, charitatem autem non habeam &c. Respōdeo, & dico, qđ Ambrosius illud verbum dicit occasionaliter non causaliter, vix enim potest contingere de homine exercente opera pietatis, quin benè moriatur: vnde Hieronymus. Nō memini me velle neque legisse mala morte mortuū qđ libenter exercet opera pietatis. Et ratio huius ē, quia talis habet multos intercessores, & impossibile est preces multorum non exaudiri. Secundò ostendit genera-

Significatio vocationis p̄lato-
ram.

Non male mori-
tur qui pietatē exercet.

Iam vtilitatem pietatis in p̄mio. ideo subdit Apost. Promissionem habens vite. que nunc est. & future. Glo. quia per pietatem qua aliquis saluti, & vtilitati omnium studet meretur, vt in bonis spiritualibus, & temporalibus sufficientiam habeat in vita ista. prouer. 18. Qui dat pauperi nō indigebit, nec solū sufficientiam, sed abundantiam habebit. prouer. 11. In omni opere bono erit abundantia. Et ibidem. 11. Alij diuidunt propria, & diuitiores fiunt &c. Et in futura vita habeat vitam æternam. Matthe. 9. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit, ibi Hierony. in glo. sic ait. Sensus ergo iste est. Qui carnalia pro domino reliquerit spiritualia accipiet, quæ comparatione, & merito sui ita erunt quasi paruo numero centenarius comparetur. Et in futuro vitam æternam possidebit. In quibus verbis tanguntur tria: primum quo nihil appetibilius, quia vitam, secundū quo nihil durabilius, quia æternam, tertium quo nihil securius. & per consequens nihil quietius, quā possidebit. Iohan. 17. Hæc est vita æterna &c. Req. supra Beatitudo. Et infra visio diuinæ essentia. Ad hanc vitam infallibiliter perducit pietas, vnde Hiero. super episto. ad Titum sic ait. Pietas expectat beatam spem, & aduentum, magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Sicut enim impietas magni Dei reformidat aduētū, ita pietas secunda suo opere etiam fide iudiciū præstolatur.

CAP. XXIII.

24.



SECUNDO principaliter circa pietatē quæ est donū cōsiderare debemus permanentiā æternitatis. Habet enim

donum pietatis in via quinque actus scilicet vnum principalem. & quatuor secundarios. Primus actus, & principalis quem donum pietatis habet in via est Deo cultum, id est reuerentiam exhibere, non propter debitum, sed propter condignum, quia Deus honore, & reuerentia est dignus, vt patet supra 1. cap. Secundus actus est propter Dei reuerentiam sanctos etiam honorare, vt dicit August. in lib. de doctrina Christiana. Cuius ratio est, quia

sicut actus pietatis, quæ est virtus est, non solum exhibere cultum, id est reuerentiā patri carnali, sed et omnibus sanguine iunctis, secundum quod pertinet ad patrem, ita etiam pietas, quæ est donum nō solum cultum exhibet Deo, sed etiam omnibus sanctis in quantum pertinet, ad Deum.

Tertius actus pietatis quæ est donum est scripturæ sacræ siue intellectæ siue non intellectæ non contradicere, vt August. dicit in secundo lib. de doctrina Christiana, & hoc propter reuerentiam quam exhibet Deo. Quartus actus pietatis quæ est donum est constitutis in miseria subuenire, vt dicit Beat. Grego. in principio moralium. Et ratio huius est, quia secundum Grego. ibidem. Pietas est idem, quod misericordia, quāuis ab ea differat in miserā di motiuo, vel ratione, vt patet supra. 1. ca. Et propter hoc. Beat. Grego. pro actu pietatis, quæ est donum ponit misericordiam operibus insistere. Quintus actus eius est sine offensione in medio prauæ, & perversæ nationis conuersari, & conuiuere, vt dicit August in secundo lib. de doctrina Christiana. Omnes tamen hi quattuor actus vitam, & eandem regulam, vel mensuram habent, scilicet diuinam reuerentiam, vel honorem quo Deus est dignus, & ideo actus pietatis quæ est donum in via est principaliter unus: qui est præcipuus inter omnes, & ad quem omnes alij reducuntur sicut ad suā causam. Hæc Beatus Thom. 3. scri. sen. dist. 34. de dono pietatis, atti. 5. q. 2. argu. cōtra, & in cor. q.

Sed fortē quæres, vtum omnes prædicti actus pietatis quæ est donū in patria remanebunt sicut manet in via. Respond. deo, & dico, quod de actu pietatis plus potest in patria remanere quam de actu fortitudinis. Cuius ratio est, quia actus fortitudinis remanebit in patria quantum ad suam regulam, vel mensuram: nō tamen quantum ad suam materiam, vt patet supra. Donum fortitudinis. 2. cap. Actus autem pietatis remanebit in patria quantum ad suam mensurā quā pietas attendit. scilicet adherere ipsi Deo & etiam quantum ad eos qui beneficia prestare paratus erat secundum affectū, vt. scilicet beneuolentiā ad eos seruet, & de omnibus eorum habeat gaudiū, & lætitiā: vnde in eis non erit cōcactio ad supplendā indigentiam, sicut ē apud

an actus pietatis remanebunt in patria.

Præcipuus actus pietatis.

nos, & per consequens iste actus pietatis qui est constitutus in miseria subuenire, non hēt locū in patria, eo q̄ ibi nulla est indigentia, & nulla insufficientia, quia omnes suam sufficientiā à Deo accipient & idē nulla miseria, erit tamen in eis cōmunicatio ad augendam lētitiam, secundum modum illius patriæ, secundū quem superiores aliquid influunt inferioribus vt Beatus Diony. dicit: vnde post diem iudicij, & ante actus p̄cipuus pietatis quæ est donum habet locum in patria, scilicet reuereri Deum affectu filiali qui p̄cipuē tunc erit, secundum illud Sap. 5. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, Erit etiam mutua honoratio sanctorum ad inuicem. Nunc autem, scilicet ante diem iudicij misereantur sancti ēē eorum quæ in statu huius miseriæ viuunt. Hæc Beatus Thom. 3. scrip. senten. distinc. 34. artic. 5. de dono pietatis. q. 3. vtrum pietas quæ est donum habeat aliquem actū in patria, in cor. quæst. & in solu. 1. arg. Et iterum 2. 2. quæst. 121. art. 1. utrum pietas sit donum, in solu. 3. argum.

C A P. XXV.

25 **T**ertio principaliter, circa donum pietatis considerare debemus convenientiam proprietatis. Nam secunda beatitudo quæ est. Beati mites &c. respondet dono pietatis propter convenientiam quam mititas habet cum pietate, quod quadrupliciter probo, scilicet auctoritate ratione, similitudine, distinctione.

Mala
iræ au-
fert mā
suetu-
do.

Primò, auctoritate Beati Augus. in lib. de sermone domini in monte dicentis, quod pietas congruit mitibus.

Secundò hoc idem probo ratione, quia ira quæ opponitur mititati, uel mansuetudini duo mala inter alia facit. Nam ira, & perturbat hominem in seipso, & concitat eum contra alium in quantum est appetitus vindictæ, vt patet infra. Ita his duobus duo contraria facit mititas, uel mansuetudo, quia ut dicit glo. super illo verbo Matth. 5. Beati mites &c. Mitis, uel mansuetus non irritat, uel irritatur, nō nocet, uel offenditur, & per consequens mansue-

tudo hominem, & in seipso perficit, & ad alterum.

Tertio hoc idem probo similitudine. Nam secunda beatitudo habet cōuenientiam cum pietate, in quantum per māsuetudinem tolluntur impedimenta actū pietatis. Et ex hac parte mititas ad pietatem reducitur. Hæc B. Thom. 3. scrip. senten. dist. 35. de dono pietatis. quæst. 2. in solu. 3. argum.

Quartò hoc idem probo distinctione sic. Donum pietatis aut accipitur pro misericordia: aut pro dono. Si pietas accipitur pro misericordia: manifestum est, q̄ qui habet pietatem malo proximi compatitur nec uult obesse, & prodesse: vnde omnis qui est pius est mansuetus. Si uerò pietas sumatur pro dono tunc cultus, idest reuerentia Dei est iugum Dei suauē, & onus leue, ut dicitur Matth. 11. Cui mansuetus supponit, & inclinat se gratis: unde glo. super illo verbo: Beati mites, sic ait. Pietas conuenit mitibus, qui enim piē quærit honorare Deum, & sancta. non reprehendit, non resistit quod est mitem fieri: unde qui est mansuetus est pius, & econuerso. Hæc Guilelmus in sum. 4. capit. de dono pietatis. quomodo, & quare adaptatur secundæ beatitudini. Re. supra Beatitudo quæ est, Beati mites quoniam ipsi &c.

C A P. XXVI.

26 **T**ertio postquam dictum est de dono fortitudinis, & de dono pietatis, dicendum est de septimo dono, sc. de dono timoris domini, quod quidem donum, & est prius aliis, & est posterius aliis. Est enim prius aliis donis in ordine generationis, & est posterius in ordine perfectionis, quod patet, prius. n. est q̄ aliquis recedat a malo: quod ut per donum timoris, ut dicitur Prou. 16. Per timorem declinat omnis à malo, quā q̄ operetur bonū: quod fit per alia dona: vnde quia donum timoris est indignius cæteris, ut probaui, idē ultimò ponitur intra dona, ut patet Isai. undecimo. Hæc B. Th. 1. 2. q. 68. artic. 7. in solu. 1. argumen. Circa donum autem timoris notanda sunt quattuor, sc. ratio, uel perfectio, intentio, & augmentatio,

Donū
timoris
p̄cedit
ordine
gnatio-
nis.

Timor
castus &
filialis
est Do-
num.

mansio, vel duratio, & adaptatio, vel appropriatio. Primò, circa donum timoris consideranda est distinctio ratio, uel perfectio. Cum enim sit multiplex timor, ut patet infra. Timor, dico q̄ timor mundanus, uel humanus nō est donū Spūs sancti, ut dicit Aug. in lib. de gratia, & libero arbi. quia talis amor nō timet offensam, vel culpam, uel penam, qđ patet, quia hoc timore Petrus negauit Christū: unde tales timores. s. mundanus, & humanus sūt passionibus inordinatæ, & electiones similes passionibus inordinatis, unde nō possunt esse donū spiritus sancti. Similiter dico, q̄ timor seruilis nō est donū spiritus sancti. Cuius ratio est, quia dona spūs sancti non possunt esse cū uoluntate peccandi, eò q̄ timor seruilis cauet à malo, & operatur bonū, non pp̄ fugam turpis, sed pp̄ fugam tristis. Et ideo dico, q̄ solus timor castus, uel filialis est donum spūs sancti, hoc autē probo quattuor rōnibus. s. rōne modi, motiui, subiecti, principij. Primò rōne modi sic. Virtus, & donū in hoc differūt, quia uirtus operatur, scđm modum humanum, ut v.g. Virtuofus a malis abstinere fugiens, & timens inconueniens rōnis, qđ est turpe, & iste timor est cuiuslibet uirtuti annexus. Sed timor qui est donum facit abstinere à malis pp̄ fugam inconuenientis, quod est in separatione a Deo, & ideo operatur supra humanū modum, & propter hoc est donum. Secundò, hoc idem probo rōne motiui sic. Quod enim homo ad bona temporalia tantum afficiatur diligendo concupiscendo ea, & delectando in eis quantum eis indiget secundum modum humanum, i. secundum modum rationis dirigimur per temperantiam quæ est circa delectationes, & concupiscentias maximas, sed q̄ homo ex hoc motiui solum. s. ex reuerentia diuinæ maiestatis omnia hic, ut stercora arbitretur supra humanum modum est: & hoc fit p̄ donum timoris, ut dicitur in psal. Confite timore tuo carnes meas &c. Tertiò, hoc idem probo ratione subiecti sic: Dona Spiritus sancti sunt quædam perfectiones potentiarum aīæ quibus potentiæ animæ redduntur benè, & de facili mobiles a spiritus sancto, sicut potentiæ appetitiuæ redduntur benè mobiles à ratione. Ad hoc autem, q̄ aliquid fiat benè mobi-

le à mouente, primò requiritur, ut sit ei subiectum non repugnans, quia ex repugnantia mobilis ad mouētem impeditur motus: hoc autem facit timor castus, uel filialis, in quantum per ipsum Deum reueremur, & refugimus nos ipsi subducere, vel subtrahere, vel separare nos à Deo. Quartò, hoc idem probo ratione principij sic. Illud quod est principium salutis nō est à nobis, sed à Deo, ut dicit Aug. sed timor castus, uel filialis est principium salutis, ita dicitur Isaia. 26. A timore tuo domine concepimus spiritum salutis: ergo timor filialis est donum Dei. Hęc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 24. 2. parte dist. de dono timoris, art. 1. q. 2. in cor. q. & secunda secundæ q. 19. art. 9. in cor. q.

Sed fortè argues in oppositum, q̄ non solum timor filialis, sed etiam timor seruilis sit donum spiritus sancti tali rōne. Quicquid est à spiritu sancto est donum Dei, sed timor seruilis est a spiritu sancto, quod patet, quia super illud Apost. ad Roma. 8. Non accepistis spiritum seruitutis, dicit gl. q̄ unus spiritus est qui facit duos timores, s. seruilem, & filialem, ergo sicut timor filialis est à spiritu sancto: ita etiam seruilis. Respondeo, & dico, q̄ quædam sunt à spiritu sancto quæ non sunt cū spiritu sancto, sicut fides informis, & timor seruilis, quod quidem non est, nisi ppter defectum concomitantem. s. propter informitatem, uel seruitutem. Quædam verò sunt à spiritu sancto, & cum ipso sicut charitas. Quædam verò sunt cum ipso spiritu sancto, sed non ab ipso sicut peccatum ueniale. Quædam verò nec sunt cum spiritu sancto, nec ab ipso sicut peccatum mortale. Hęc B. Tho. 3. scrip. senten. dist. 34. 2. parte distin. artic. 2. q. 1. in solu. 1. argu. Sic ergo ex præmissis patet, q̄ solus timor filialis est donum Dei, unde Ecclesia. 25. Beatus cui donatum est habere timorem Dei: & intelligitur de timore filiali, quod donum qui habet est Beatus, quia in dono timoris domini dona, & bona omnia possidentur. Eccles. 40. Timor domini, scilicet filialis, sicut paradysus benedictionis, idest abundans omnibus bonis sicut paradysus omnibus pomis. Re. infra Timor, de bonis quæ facit.

Differet
eē a spū
sācto es-
se cū spi-
ritu san-
cto.

CAP. XXVII.

Secundo circa timorem considerata est eius intensio vel augmentatio. Cum enim principium, & causa timoris est amor: ut patet supra. Amor, ubi dicitur, quod amor est principium omnium, & causa omnium affectionum animæ, ex amore præcipuè charitatis timor diminuitur, timor excluditur timor intenditur. Primo amore charitatis timor seruilis diminuitur, quia quanto aliquis magis Deum diligit tanto minus timet Deum, & hoc propter duas causas. Prima quidem est, quia minus attendit ad bonum proprium cui contrariatur pœna. Secunda est, quia filius inherens magis confidit de præmio, & per consequens minus timet de pœna. Secundo dico, quod aliter se habet de amore filiali, quia crescente amore charitatis timor filialis intenditur, vel augetur. Cuius ratio est, quia amor est causa timoris, ut dixi: sed crescente causa crescit effectus, ergo crescente charitate timor filialis crescit: verbi gratia. Quanto enim aliquis magis diligit aliquem tanto magis timet eum offendere, & separari ab eo.

Sed fortè argues in oppositū, scilicet, quod crescente charitate amoris diminuitur timor filialis tali ratione. Sicut amor importat unionem, ita timor separationem, sed crescente unionem diminuitur separatio, ergo crescente amore charitatis diminuitur timor filialis. Respondeo, & dico, quod timor filialis non importat separationem, sed magis subiectionem ad Deum, separationem autem refugit à subiectione ipsius: sed quodammodo importat separationem per hoc, quod non præsumit se ei adæquare, sed ei se subijcit, quæ etiam separatio inuenitur in charitate in quantum diligit Deum, supra se, & supra omnia: unde amor charitatis augmentatus reuerentiam timoris non minuit, sed auget. Hæc Beatus Thomas secunda, secundæ. quæstione 19. articulo decimo, in corpo. q. & in solut. 3. argum.

Tertio dico, quod adueniente charitate timor seruilis tollitur, quod tali ratione ostendo. Libertas secum non compati-

ur seruitutem: sed charitas adueniens libertatem facit, quia ubi spiritus domini qui sine charitate non est, ibi libertas: ut dicit Apostolus 2 ad Corinth. 3. ergo charitate adueniente timor seruilis expellitur.

Vbi nota, quod timor pœnæ aliquando in charitate includitur, aliquando charitati opponitur. Primo dico, quod timor pœnæ aliquando in charitate includitur, ut verbi gratia. Separari à Deo, est quædam pœna quam charitas maxime refugit: quod pertinet ad timorem filialem qui simul manet cum charitate. Secundo dico, quod timor pœnæ aliquando opponitur charitati, secundum quod aliquis refugit pœnam contrariam suo bono naturali, sicut principale malum contrariū bono quod diligit, scilicet quia timet principaliter malum pœnæ, & non malum offensæ, & talis timor est seruilis, qui pœnam formidat, ut principale malum propter ordinatum amorem sui cui tale malum, scilicet pœnæ contrariatur. Et talis timor in quantum seruilis non manet simul cum charitate, sed substantia timoris seruilis manet simul cum charitate, sicut timor serui potest manere cum charitate, quod etiam per exemplum ostendo. Constat enim quod homo charitatē habens timet pœnas æternas, quia obiectū proprium timoris est malum arduum, sed quod plus hoc malum, scilicet malū pœnæ timeat quàm malum offensæ, non est de ratione substantiæ timoris: sed de ratione seruitutis quæ adueniente charitate tollitur sicut dixi. Hæc Beat. Tho. 3. scrip. sen. dist. 34. secunda parte distinctionis. 2. de dono timoris. quæstione 3. utrum timor seruilis tollatur adueniente charitate, in duobus argum. contra, & in corp. q. & secunda secundæ. q. 19. arti. 6. in cor. q.

Quo caritas se hēat circa timorem pœnæ.

CAP. XXVIII.

AD maiorem tamen euidentiā præceden. c. est sciendum, quod actus timoris est duplex, scilicet actus elicited, & actus imperatus. Primus actus timoris est a timore elicited. scilicet fugere hoc malū, vel illud. Secundus actus a timore imperatus, & est facere, uel dimittere hoc vel illud.

illud propter fugam illius mali cuius est timor. Differunt tamen actus isti in timore mundano, uel humano, seruilis, & filiali, & initiali: uerbi gratia. Cum enim obiectum timoris sit malum, & malum diuidatur in malum culpæ, & pænæ, quādoque homo propter mala pænæ, quæ timet a Deo recedit, & iste dicitur timor mundanus, uel humanus, quo timore Petrus negauit Christum. Quandoque n. homo ad Deum conuertitur, & ei inheret propter timorem pænæ, & iste dicitur timor seruilis. Quandoque n. homo propter utrumque ad Deum conuertitur. scilicet propter timorem pænæ, & propter timorem culpæ, & talis dicitur timor initialis. Quandoque n. aliquis ad Deum, conuertitur propter timorem culpæ, & istæ dicitur timor filialis, quia filiorum est timere offensam patris: Deus autem per charitatis amorem efficitur pater noster: secundum illud Apostolo ad Roma. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei in quo clamamus abba pater. Ubi etiam spiritus noster secundum illud Apostolo. 2. ad Corinth. 11. Despondi n. vos uni viro uirginem castam exhibere Christo. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 19. de dono timoris. art. 2. in cor. q. & in sol. 3. argum.

Sed forte quæres utrum timor initialis differat à timore filiali. Respondeo, & dico, quod quantum ad actum à timore elicitum non differunt. Cuius ratio est, quia actus ab utroque timore, scilicet initiali, & filiali elicitus est timere separationem à Deo: non in quantum separat o à Deo est pænna sed in quantum separatio est elongatio ab amato: unde sicut timere pœnas æternas non est actus timoris filialis, ita etiã nec timor initialis, non tamen ita perfecte. Cuius ratio est: quia licet actus timoris initialis non sit timere separationem à Deo principaliter prout separatio à Deo est pœna: tamen timor initialis compatitur secum pœnam quod timor filialis non facit. Sed quantum ad actum imperatum differt timor castus, uel filialis, & initialis, quia timor initialis non solum importat actum, uel demissionem propter timorẽ culpæ, uel offensam, sed etiã propter timorem pœnæ: quod non contingit in amore filiali quod ad solam separationem oculum habet non in quantum separatio à Deo

est pœna, sed in quantum est elongatio ab amato, uerbi gratia. Sicut amicus quamuis delectationem habet ex præsentiā amici, non tamen propter hoc quærit præsentiā amici, ut in ipso delectetur: sed propter amicum ipsum cui uult coniungi in quantum potest, ita timor filialis non timet separationem à Deo in quantum est pœnam sed in quantum est elongatio ab amato, ut dicit B. Tho. 3. ser. sen. dist. 34. secunda parte dist. de dono timoris. art. 3. q. 1. in sol. 2. arg. Sic ergo dico, quod timor seruilis timet pœnam, ut proprium eius obiectum. Timor autem filialis nullo modo timet pœnam, sed culpam, uel offensam. Timor autem initialis non timet pœnam sicut proprium obiectum, sed in quantum habet aliquid de seruitute adiunctum qui secundum substantiam manet quiddam cum charitate seruitute remota, sed actus eius manet cum charitate imperfecta in eo, quod non solum mouetur ad bene agendum ex amore iustitiæ sed ex timore pœnæ, sed iste actus cessat in eo qui habet charitatem perfectam quæ foras mittit timorem habentem pœnam: unde timor initialis, & filialis non differunt nisi secundum perfectionem, & imperfectiōnem charitatis, ut dicit Aug. in prima cronica Iohannis: perfectum autem, & imperfectum non differunt secundum substantiam sicut, & charitas perfecta, & imperfecta non differunt secundum essentiam, sed solum secundum statum, & eodem modo timor initialis, & filialis, ut dicit B. Tho. 2. 2. q. 19. art. 8. arg. contra. in cor. q. & in sol. 2. argu. Sed quia timor filialis manet cum charitate, ut ex præmissis patet posset aliquis quærere, utrum augmentum charitatis tollat, uel diminuat, uel augeat actum timoris filialis. Respondeo, & dico, quod actus à timore filiali elicitus est timere separationem a Deo ad quod requiruntur duo: unum ex parte subiecti quod est imperfectio. nis. scilicet possibilitas ad separationem, quia de impossibili non est timor: aliud ex parte obiecti quod est perfectionis. scilicet amor eius a quo quis timet separari, quia ab eo quod quis non amat separari non curat: Dico ergo quod augmentum charitatis facit decre scere actum timoris quantum ad hoc quod est imperfectiōnis scilicet quantum ad possibilitatẽ separationis a Deo, quia

Varij timores quō respiciat pœnam.

Duo necessaria ad actum timoris filialis.

Timor initialis, & filialis differunt

quia quanto magis quis amat Deum, tãtò minus timet de possibilitate separationis a Deo. Cuius rō est: quia ubi est impossibilitas separationis a Deo, ibi non est timor separationis a Deo: sed quanto magis crescit charitas, tãtò aliquis a Deo difficilius separatur, quia strictius ei colligatur ergo quanto magis crescit charitas, tanto magis decrescit actus timoris filialis qui est separari a Deo. Secundo dico, q̄ augmentum charitatis facit crescere actum timoris quantum ad id, quod est perfectionis. s. quantum ad amorem eius a quo quis timet separari. Cuius ratio est, quia quãto quis magis Deum amat, tanto magis curat, & timet separari a Deo, non propter p̄nam quæ est in separatione a Deo, sed p̄pter amati præsentiã, ut sup. dixi. Hæc bea. Tho. 3. scri. sen. dist. 34. secunda parte di. de dono timoris. art. 3. q. 3. utrum timor castus: uel filialis diminuaturs charitate crescente, in cor. q.

CAP. XXIX.

9 **T**ertio principaliter circa donum timoris consideranda est eius mansio, uel duratio, utrum. s. timor filialis remanet in patria. Respondeo, & dico, q̄ timor filialis habet duplicem actũ, unus est separari a Deo: alius est reuereri l. eũ. Dico, ergo, q̄ timor filialis non remanebit in patria quantum ad istum actum qui est separari a Deo, quia in patria nō erit timor separationis, uel possibilitatis separationis a Deo. Cuius ratio est, quia timor est de malo arduo quod defacili uitari non potest: malum autem quod defacili uitari potest non timeamus, sed odimus. Ad propositum malus separationis a Deo, est in arduissimo constitutum, unde quia tolletur hæc possibilitas omnino, ut in patria tolletur hoc malum per consequens timor. Alius aut actus timoris est admirari, uel reuereri Deũ, & quantum ad istum actum timor filialis in patria remanebit, quod qñ fit ex consideratione tãtæ altitudinis homo in ppriam realit paruitatē. Quod autem timor filialis quãtũ ad istum actũ qui est reuereri Deum remaneat in patria tripliciter probo. s. ratione, felicitate, & auctorita-

te. Primo ratione sic. Timor filialis debetur summæ maiestati. Malach. 1. Si ego dominus ubi timor meus, & in futuro exoluemus Deo qui cquid ei debemus ergo timebimus ipsum admirando, & reuerendo. Secundo hoc idem probo ex felicitate sic. Beatitudo sanctorum consistit in perfecta subiectione ad Deũ quæ in patria semper erit, sed timor filialis habet præcipue istum actum, ergo &c. Tercio hoc idem probo auctoritate beatus Augusti. qui in 4. li. de Ciui. Dei dicit, q̄ est duplex timor. s. de malo præcauēs & talis timor non remanebit rōne superius assignata, & est timor securus. s. nūquam peccandi, & nunquam perdendi Deũ, sed semper fruendi Deo: unde subdit. Aug. ibid. q̄ non erit timor exiens a malo quod accidere potest tenens in bono quod committi non potest. Et ponit rationem dicens. Vbi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto si dici potest mali cauendi timor securus est.

Sed fortè argues in oppositũ, q̄ timor filialis non habebit locum in patria tali ratione. In patria, uel in gloria excludetur quicquid est imperfectionis, sed timor, ē huiusmodi, qd̄ patet, quia timor filialis non est in Deo, ergo &c. Respondeo, & dico, q̄ non omne quod est perfectionis in uno est perfectionis in alio, alia est enim perfectio quæ conuenit creatori, & alia quæ conuenit creaturæ. Ad p̄positũ timor non conuenit Deo & quare, certe quia superiorem non habet cui subijciatur, conuenit autem creaturæ, quia superiorem habet. Est autem de perfectione creaturæ, q̄ creatori subijciatur, & non econuerso, unde beatitudo sanctorum consistit in perfecta subiectione ad Deum qui est actus timoris filialis, ideo in patria semper timor filialis remanebit. Hæc Beatus Thomas. 3. scrip. sent. dist. 34. secunda parte distinctio. de dono timoris articulo tertio, q. 4. utrum timor castus, uel filialis euacuetur gloria adueniente, argu. 2. contra, & in cor. quæst. & in solut. 2. argumen. & iterum secunda secundæ q. 19. ar. 1. utrum timor filialis remaneat in patria in cor. q. & in solut. 2. argumenti.

Timor filialis ē de perfectione creaturæ rōnalis.

CAP. XXX.

30 **Q**uarto, & vltimò principaliter circa donum timoris considerata est adaptatio, vel approbatio. Nā prima beatitudo, scilicet Beati pauperes spiritu principaliter respondet, & adaptatur dono timoris quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, ratione, & distinctione. Primo hoc probo auctoritate. B. Augusti. in lib. de sermone domini in Monte, vbi dicit, q̄ timor dei conuenit humilibus, vt dicitur Matthæ. 5. Beati pauperes spiritu &c. Secundo hoc idem probo ratione sic. Ad donum timoris pertinet duplex actus, vt patet ca. præce. scilicet Deum reuereri, & Deo subijci, ergo illud quod ex Dei reuerentia, & subiectione consequitur pertinet ad donum timoris, sed ex hoc, q̄ aliquis per timorem Deum reueretur, & Deo, subijcitur non quærit magnificari per superbiam in seipso neque in bonis exterioribus, scilicet in honoribus, & diuitiis, quorum vtrumque pertinet ad paupertatem spiritus: ergo paupertas spiritus conuenit dono timoris. Tertio hoc idem probo distinctione sic. Paupertas spiritus potest intelligi duob. modis. Vno modo vt exinanitio, inflati, & superbi spiritus, vt August. ibidem exponit alio modo vt abiecto rerum temporalium quæ sit spiritu. i. propria uoluntate per instinctum spiritus sancti, vt Ambro. & Hiero. exponunt ibidem: ergo quantum ad ista duo, scilicet quantum ad humilitatem, & quantum ad paupertatem paupertas spiritus adaptatur, & cōuenit dono timoris. Primo quantum ad humilitatem, quia timor humilitatem inducit, sicut aliquis solet se inclinare timore gladii super eum eleuati. 1. Pet. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei secundo quantum ad paupertatem. Nam paupertas uel abdicatio voluntaria temporalium benè adaptatur timori. Cuius ratio est, quia timentium est proiicere quæcūque fugæ suæ cursum impediunt: & quæcūque euasione suæ obstant. Multi. n. timore periculi quod est in mundo relinquunt mundū vnde super illud Iob. 31. Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum: dicit gl. Fluctus cū tumētes

Timor
hēt du.
plicem
actum.

de supereminet, nulla tunc cura rerum temporalium nauigantibus, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur, ea quoque ex naui proijciunt pro quib. longa nauigia sumpserunt: quasi ergo tumētes fluctus super se Deum meruit, qui cum veram uitam desiderat omnia despicit quæ hic possidens portat. Secundo dico, q̄ consequenter dono timoris respōdet, adaptatur, & conuenit beatitudo luctus, quia qui Deum reueretur, & ei subiicit per timorem filialem in nullo alio delectatur à Deo. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 19. arti. 1. 2. vtrum beatitudo prima quæ est Beati pauperes spiritu &c. respondeat dono timoris. arg. contra, & in cor. q. & in solu. 2. arg. Et Guilhelmus in summa virtutū. c. 4. cui dono adaptatur paupertas, vbi dicit: quod dono timoris. Req. supra prima beatitudo. Beati pauperes spiritu, & supra Beati qui lugent &c.

De dotibus sanctorum.

SUMMARIUM.

- 1 Quomodo Dos diffinitur secundū Iura.
- 2 Inter Dotes materiales, et spirituales sunt quinque conuenientiæ.
- 3 Dotes differunt à beatitudine.
- 4 In Beatis ponuntur tres Dotes ex parte animæ.
- 5 In Beatis sunt quattuor Dotes ex parte corporis, & prima impassibilitas.
- 6 Secunda Dos est subtilitas.
- 7 Tertia Dos corporis gloriosi, erit agilitas.
- 8 Quarta Dos corporis gloriosi erit claritas.
- 9 Quibus, respondent Dotes animæ, & corporum sanctorum.

Effectus
timoris.

CAP. I.



DO TES sanctorum. Circa dotes sanctorum consideranda sunt quattuor, scilicet diffinitionis proprietas, appropriationis congruitas, distinctionis qualitas, numerationis uarietas. Primò consideranda est circa dotes diffinitionis proprietas. Nam dos que

Diffinitio
Dos ma
trimo-
nij.

datur in matrimonio corporali, secundum iura ciuilia sic diffinitur Dos est illud quod datur ab illis qui sunt ex parte mulieris his qui sunt ex parte viri ad sustentanda onera matrimonij. Antiquo autem more maritus, & uxor inuicem se emebant, ut dicit Papias. Ad euidentiam autem prædictæ diffinitionis circa dotes quattuor conditiones nota. Prima est, quod quamuis a patre, uel à parente puellæ dos consueuerit assignari, tamen quandoque contingit, quod sponsus, uel pater sponsi assignat dotes vice patris puellæ, & hoc propter duas causas. Prima est propter excessum affectus.

A quibus
doretur
sponsa

Nam sponsus, uel pater sponsi propter amorem nimium quem habet ad sponsam daturat eam, sicut corrigit de Emor, qui uoluit assignare dotem quam debebat recipere, & augere propter uehementem amorem filij sui Sichen ad Dinam filiam Iacob: unde dixit pater eius Emor ad Iacob, & ad filios eius. Sichen filius meus adhæsit aîe filiæ vestræ date eam illi uxorem. Et subdit. Augete dotem, & munera postulate libenter tribuam, quod petieris. Gen. 34. Secunda causa est propter commissum, scilicet in pœnam sponsi qui virginem corripit, & uiolauit, scilicet, ut virgini à se corruptæ de suo dotem assignet quam pater puellæ debuerat assignare: ut dicitur Exod. 22. Si seduxerit quis virginem dormieritque cum ea dotabit eam, & accipiat eam in uxorem. Secunda conditio est, quod dotes assignantur tam sponsæ, quam sponso, sed differenter, quia sponso assignantur quantum ad usum, uel dispensationem, sponsæ uero quantum ad dominium, uel proprietatem: & hoc patet, quod soluto matrimonio dos secundum iura ciuilia remaneat sponsæ. Tertia conditio est, quod dotes & promittuntur, & conferuntur sponso diuersis temporibus, quod pa-

tet, quia in matrimonij inchoatione, scilicet quando desponsatur sponsa dotes promittuntur sponso, sed in translatione sponsæ, scilicet quando sponsa in domum sponsi traditur, ut præsentialiter sponsum habeat, & tunc dotes conferuntur sponso. Quarta conditio est, quod per dotes unum principaliter efficitur, & aliud consequenter, uerbi gratia. Nam per dotes principaliter efficitur solatium matrimonij, ordinatur enim dos ad delectabilem unionem sponsi, & sponsæ: unde dos dicitur esse illud per quod sponsa coniungitur delectabiliter sponso, & econuerso. Consequenter autem per dotes onera matrimonij qui prius fuerant tolluntur, & remouentur. Hæc B. Thom. 4. scrip. senten. distinct. 49. de dotibus, artic. 1. utrum sint ponendæ dotes in hominibus beatis, in cor. q. & in solu. argu.

CAP. II.

Secundo principaliter, circa dotes consideranda est apprehensionis congruitas. Sicut enim inter matrimonium carnale, & spirituale est aliqua similitudo: non tamen omnis, ut patebit infra, ita inter dotem carnalem, & spiritualementem, quod dupliciter probo, scilicet ex diffinitione, ex conditione dotis. Primò ex diffinitione dotis spiritualis. Vbi nota, quod beatis quando in gloriam transferuntur aliqua dona diuinitus dantur ad eorum ornatum, & hi ornatus a magistris sunt nominati dotes: unde de dote spirituali, de qua nunc loquimur diffinitio talis datur. Dos est perpetuus ornatus animæ, & corporis uitæ sufficiens in æterna beatitudine iugiter perseverans, ut dicit Beatus Thomas 4. scrip. senten. distinct. 49. de dotibus, articulo primo in cor. q. in principio. Ornatus uero est aliquis decor ipse, ut exponit Beatus Thomas ibidem, articulo 2. utrum sit idem dos quod beatitudo, in solu. 1. argum.

Secundò, hoc idem probo ex conditionibus dotis spiritualis ad similitudinem dotis materialis. Prima. n. similitudo est, quia sicut in matrimonio carnali dos est quæ datur a patre sponsæ in proprietatem, uel dominium

Cur beatorum ornamenta dotes dicuntur.

Similitudo dotis spiritualis.

lis, & miniū, spōso in vsum, sic in matrimonio spūali Christi, & ecclesiæ dona dantur ecclesiæ in proprietatē a tota trinitate quæ est pater sponsæ, scilicet eccles. & dantur sponso. s. Christo ad dispensationem. Secunda similitudo est, quia sicut in matrimonio carnali dotes principaliter dantur ad solatiū matrimonij, & per dotes consequenter onera matrimonij subleuantur, ita in matrimonio spūali inter Christū, & aīam per dotes spūales. i. per ornamentum, & decorem aīæ quædam spūalis iocunditas in aīa efficitur principaliter ex gloria qua nihil delectabilius esse potest. Est tamen in hoc dīa, q̄ in matrimonio spūali non sunt onera sicut in corporali: vnde ibi est summa iocunditas ad quā habendam conferuntur animæ dotes, vt per eas sponsa. s. anima sponso, s. Christo delectabiliter iūgatur. Similiter gratia ex qua aīa coniungitur Xpo conuenit facere iustum, sed per accidens de ipso facere piū cū in anima inuenit peccatum. Tertia similitudo, quia sicut in matrimonio corporali dotes dantur sponsæ, & soluto matrimonio dos remanet sponsæ, sic in matrimonio spiritali ipsi ornatus qui sponsæ spiritali, s. ecclesiæ dantur in mēbris suis sunt quidem ipsius sponsi ad vsum in quantum ad eius gloriam, & honorem cedunt, sed sunt sponsæ, scilicet ecclesiæ, vel animæ in quantum per eas ornatur.

Quarta similitudo est, quia sicut in matrimonio corporali dotes nō cōferuntur sponsæ quādo desponsatur, sed quādo in domū sponsi traducitur, ut præsentialiter spōsum habeat, sic dona, vel dotes nō cōferuntur sanctis quādiu in hac vita viuūt. Cuius rō est, quia quādiu in hac vita sumus peregrinamur a domino, ut dicit Apōsto. 2. ad Corinth. 5. & ideo illa dona quæ conferuntur sanctis in hac vita non dicuntur dotes, sed illa conferunt eis quādo in gloriam transferuntur, in qua gloria sponso præsentialiter perfruuntur.

Quinta similitudo est, quia sicut in matrimonio corporali ornāmēta sponsarū ad dotem pertinet, sic in matrimonio spiritali sancti ornati in gloriam introducuntur, ut dicitur Isaiæ 61. Induit me vestimentis salutis quasi sponsam ornata monilibus suis. Est tamē triplex differentia inter matrimoniū corporale, & spiri-

tuale, & per cōsequens inter dotes corporales, & spūales. Primā est, quia in mīmo nio corporali alius est pī sponsi, & alius pater sponsæ, & scdm iura dotes non dantur a patre sponsi, sed a patre sponsæ. Sed in matrimonio spūali idē est pater spōsæ, scilicet aīæ, & pater spōsi, s. Christi Deus pater. Et magis ppriē loquendo dantur huiusmodi dotes a patre sponsæ, quā a patre sponsi. Potest tamen huiusmodi collatio singulis personis diuinis appropriari, scilicet patri, ut danti, ut sit idē pater sponsi, & sponsæ, vt dixi. Filio appropriatur in quantum propter ipsum, & per ipsum dantur. Spūs sancto appropriantur in quantum in ipsum, & scdm ipsum dantur, amor enim est ratio omnis donationis. Secunda dīa est, quia sicut matrimoniū corporale consistit in bonis exterioribus fortunæ, & spūale in bonis interioribus sic dos matrimonij spiritalis cōsistit in bonis interioribus, quia prēmia beatorū cōsistunt in bonis gloriæ, quæ sunt bona interiora ipsius aīæ, sed dos corporalis cōsistit in bonis exteriorib. qualia sunt bona fortunæ. Tertia differentia est, quia in matrimonio corporali requiritur ornatus, i. decor exterior, sed in spiritali decor interior, vt dicitur in psal. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus &c. Hæc Beatus Thō. 4. scrip. sent. distinct. 49. de dotibus, art. 1. vtrum sint ponendæ dotes in hominibus beatis, in tribus arg. contra, in cor. q. & in solu. arg.

CAP. III.

Tertiò principaliter, circa dotes consideranda est distinctionis qualitas. Si quis enim quæreret: vtrum dos sit idem quod beatitudo, uel differt à beatitudine. Respondeo, & dico, quòd dos a beatitudine differt in quinque, scilicet in subiecto, & in numero, in modo, in uocabulo, in termino. Primò differt in subiecto, quia beatitudo inest homini secundum illud quod est potissimū: in eo, scilicet secundum intellectum. ut dicit Philosophus primo ethi. sed dos etiam est in corpore. Secundò beatitudo à dotibus differt in numero, quia beatitudo est una tantum, dotes verò sunt plures, ut patebit infra. Tertiò differt in habēdi mō. quia

Dīa inter mīmonij corporale, & spirituale.

3.

quia dōs dat sine meritis. se bēitudo non datur sed redditur. Quartō differt in significato, quia dos est quidā ornatus corporis, & aīę. i. quidā decor bēi in æterna beatitudine iugiter p̄seuerans: ut patet, c. p̄æc. sed beatitudo p̄prie loquendo non est ornatus animæ: sed est aliquid quod ex ornatu prouenit. Quintō differt in termino. i. in fine ultimo, quia dos ordinat̄ ad delectabile unionē, quod patet, quia dōs est illud per quod sponsa delectabiliter coniungitur sp̄sō. Sed beatitudo nō ordinatur ad coniunctionē, sed ipsa coniunctio animæ cum Christo quæ est per operationem. i. per ipsam Dei claram visionem: unde dotes nō sunt ipsa beatitudo, sed sunt quædā dispositiones, uel qualitates, uel ornatus ex quibus beati ad beatitudinem ordinantur, ita q̄ dotes sunt dona dispōnentia ad coniunctionē cum Christo per operationem. i. visionē immediatam. Hæc B. Tho. 4. scri. sen. di. 49. artic. 2. vtrum dos sit idem, quod beatitudo, in tribus argument. cōtra, in cor. q. & in solut. 1. & 2. argument.

C A P. IIII.

Quarto principaliter circa dotes sanctorum considerata est numerositas seu uarietas. Nam dotes ponuntur ex parte animæ, & ex parte corporis. Ex parte animæ ponuntur tres dotes, ex parte uero corporis ponuntur quattuor. Primō dico, q̄ ex parte animæ beatæ ponuntur tres dotes, scilicet uisio, dilectio, comprehensio. Ratio huius est, quia dos est aliquis ornatus, uel, dispositio inherens animæ, per quam anima ordinatur ad operationem in qua perfecta beatitudo consistit. Ad beatitudinem autem requiruntur tria, scilicet intuitiua notitia, summa complacentia, intima præsentia. Primō ad operationem in qua perfecta beatitudo consistit requiritur intuitiua. uel clara notitia, & hæc est uisio; ubi nota, quod uisio Dei dupliciter potest accipi. Vno modo pro ipso actu uisionis, & sic uisio non est dos: sed est ipsa beatitudo: & hoc modo accipit Beat. Augustin. dicens, quod uisio est tota substantia beatitudinis. Alio modo Dei uisio potest accipi pro ipso habitu quo talis operatio,

scilicet uisio Dei elicitur, idest pro ipsa claritate qua anima ad Deum uidendum diuinitus illustratur: & sic uisio est dos, & principium beatitudinis, ut dicit Beat. Thom. 4. scrip. sentent. distinct. 49. de dotibus animæ, artic. 2. vtrum dos sit idem quod beatitudo in sol. 3. argument.

Secundō ad beatitudinem, uel ad operationem in qua perfecta beatitudo consistit requiritur summa cōplacentia quæ ex conuenientia boni causatur: & hæc est secunda dos, quæ a quibusdam ponitur dilectio. Cuius ratio est, quia illud quod summē diligimus conuenientissimū æstimamus. Tertiō ad operationem in qua perfecta beatitudo consistit requiritur intima præsentia, & sic tertia dos ponitur comprehensio quæ nihil aliud est quā in præsentia Deum habere, & in ipso tenere. Sed secundum alios tertia dos ponitur fruitio, prout fruitio est non spei sicut est in uia, sed iam rei sicut est in patria. Fruitio enim qualis in patria habebitur in se, & dilectionem, & comprehensionem includit. Sed fortē argues, quod dotes sunt quinque, quia Boetius tertio de consolatione ponit quinque ad beatitudinem pertinentia, quæ sunt sufficientia, quam promittunt diuitiæ, iocunditas quam promittit uoluptas, celebritas quam promittit fama, securitas quam promittit potentia, reuerentia quā promittit dignitas. Respondeo, & dico, quod ista quinque non debent dici dotes, sed quædam beatitudinis conditiones: quod patet, quia in uera beatitudine sunt omnia quæ in hominibus in tēporali fœlicitate queruntur, quæ uel pertinent ad immunitatem a malo, sicut securitas, uel ad consecutionem boni, & conuenientis sicut iocunditas, & perfecti sufficientia, uel ad manifestationem boni sicut celebritas, in quantum bonum unius est in notitia multorum, & reuerentia in quantum illius notitiæ, uel boni signum aliquod exhibetur. Reuerentia, enim consistit in exhibitione honoris qui est testimonium uirtutis. Et sic patet, quod non sunt nisi tres dotes, scilicet uisio, dilectio, & comprehensio secundum quosdam, uel uisio, dilectio, & fruitio secundum alios, quæ assignationes ad idē redeunt. Et respondent, ut quidam dicunt, tribus.

Dotes
aīę re-
spōdent
virtuti-
b. Theo-
logicir.

tribus uirtutibus theologicis, scilicet fidei, spei, & charitati. Nam fidei respondet uisio, spei comprehensio, uel tentio, charitati dilectio, uel fructio, qualis habetur a beatis in patria. Hæc bea. Tho. 4. scrip. sentent. distinct. 49. de dotibus artic. 5. utrum conuenienter ponantur tres dotes animæ in patria, scilicet uisio, dilectio, fructio, in corp. quæstion. & in sol. 7. argument.

CAP. V.

1. **S**ECUNDO dico, quod præter dotes animæ de quibus patet supra immediate ponuntur quattuor esse dotes in corpore glorioso, scilicet impassibilitas, subtilitas, agilitas, claritas. Ratio huius est, quia sicut dotes animæ sunt quidam ornatus, & quædam dispositiones animæ quibus anima ornatur, & disponitur, ut perfecte coniungatur Deo, ita dotes corporales sunt quidam ornatus, & quædam dispositiones quibus corpus gloriosum animæ perfecte subiicitur. Prima ergo dos corporis gloriosi est impassibilitas qua corpus ex uirtute animi ab omni læsione seruatur immune. Ratio autem huius dotis, scilicet impassibilitatis est ista, quia sicut anima erit perfecte subiecta Deo, ita corpus humanum, & quicquid in eo animæ rationali perfecte erit subiectum, & ideo in corpore glorioso non poterit esse aliqua immutatio contra dispositionem illam qua perficitur ab anima: unde in corporibus sanctorum post resurrectionem nulla actio, uel passio poterit provenire a qualitatibus elementalibus quæ sit contra dispositionem animæ quæ intendit corpus perpetuo conseruare. Sed fortè argues, quod impassibilitas non debeat poni dos corporalis tali ratione. Nobilior est impassibilitas animæ, & magis ei conuenit quàm impassibilitas corporis: sed impassibilitas non assignatur esse dos animæ, ergo neque poni debet dos corporis. Respondeo, & dico duobus modis. Primò modo quod anima per comparisonem ad suum superius non patitur naturaliter passionem contristantem sed perficientem: sed per comparisonem ad suum inferius, adest ad corpus: unde eius impassibilitas

in impassibilitatem corporis intelligit, & ideo conuenientius ponitur esse dos corporis quàm dos animæ. Secundo modo respondeo, & dico, quod anima non est passibilis secundum naturam suam nisi per accidens, inquantum corpus patitur, uel per diuinam iustitiam est passibilis ex culpa quæ ab animabus sanctorum est procul propter dilectionem: unde ex quo impassibilitas ponitur dos corporis: non oportet, quod ponatur dos animæ. Hæc bea. Thom. 4. script. sentent. distinct. 49. de dotibus sanctorum, artic. 5. quæst. 3. utrum dotes corporis conuenienter ponantur quattuor supradictæ, in corp. quæst. & in solut. 4. argument. & Petrus de Tharan. ibidem, artic. 4. q. quæst. 2. in solu. 3. argument.

CAP. VI.

6. **S**ECUNDA dos corporis gloriosi ponitur esse subtilitas quod dupliciter proba, scilicet auctoritate: & ratione. Primò auctoritate Apostoli. 1. ad Corinth. 15. sic dicentis. Seminatur corpus animale, surget spirituale, idest animæ, uel spiritui omnino subiectum. Erit enim corpus gloriosum spirituale, idest omnino subiectum spiritui: & hoc quantum ad duo in quibus corpus perfecte subiicitur spiritui, primo quod ad esse specificum, ut materia; formæ secundo quod ad omne animæ imperium: scilicet quod ad motum. Secundò hoc idem proba ratione sic. Quantò corpora sunt nobiliora tantò sunt subtiliora: sed corpora gloriosa inter omnia sunt nobilissima: ergo subtilissima.

Ubi nota, quod sicut aliquis intellectus dicitur esse subtilis quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia, & naturales proprietates rei latentis, & similiter dicitur quis habere subtile visum, quia aliquid nimium potest uisu pertinere, & simile est de alijs sensibus. Ita dicitur corpus subtile, quia potest penetrare, & pertingere usque ad intima rei. Sed fortè quæres, an corpus gloriosum ratione subtilitatis possit esse simul in eodem loco cum alio corpore glorioso. Resp. & dico, quod corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis non habebit, quod poterit simul esse cum alio corpo-

quomodo corpora gloriosa erunt subtilia.

Prima dos corporis.

C A P. VII.

corpore in eodem loco. Cuius ratio est, quia duo dimensiones, uel quantitates non possunt esse simul in eodem situ: immo oportet semper quod sint in alio, & in alio sit: sed subtilitas corporis gloriosi dimensionem, uel quantitatem non auferit a corpore glorioso: & ideo corpus gloriosum non habet ratione suae subtilitatis, quod possit esse simul cum alio corpore, sed hoc habet ex operatione diuinæ uirtutis sicut uerbi gratia corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate indita, quod ad umbram eius sanarentur infirmi: sed hoc fiebat uirtute diuina, ad ædificationem fidei: ita fecit, uel operatur uirtus diuina, ut corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore ad perfectionem gloriæ. Similiter corpus Christi non intrauit ad discipulos ianuis clausis, nec de sepulchro exiuit ratione suae subtilitatis, sed operatione diuinitatis. Similiter corpus gloriosum transibit sphaeras cælorum absque earum diuisione, non ex ui subtilitatis, sed ex uirtute diuinitatis quæ corporibus gloriosis ad nutum animæ in omnibus subueniat.

Sed forte argues in oppositum, quod corpus gloriosum ratione suae subtilitatis possit esse simul in eodem loco cum alio corpore glorioso tali ratione. Corpora gloriosa erunt nobiliora omnibus alijs corporibus, sed quædam corpora ratione suae subtilitatis, & nobilitatis possunt esse simul cum alijs corporibus in eodem loco sicut duo radij solares sunt simul in eadem parte aeris, ergo multo fortius hoc conuenit corporibus gloriosis. Respondeo, & dico, quod lumen est corpus, & ideo duo radij solares magis possunt esse simul quam duo corpora: unde argum. procedit ex falsis. Hæc beatus Thomas 4. script. sentent. distinction. 44. de conditionibus beatorum, articulus. 2. quaest. 2. utrum ratione subtilitatis competat corpori glorioso, quod sit in eodem loco cum alio corpore glorioso, uel non glorioso, in corp. quaestio. & in solut.

1. 2. & 3. arg.

Tertia dos corporis gloriosi erit agilitas. Non enim corpora gloriosa erunt graua, quia in motu corporum gloriosorum non erit aliquis labor: sed erunt agilia, eod quod anima tunc perfecte dominabitur corpori: unde sicut per dotem subtilitatis corpus subijcitur animæ in quantum anima est forma corporis dans ei esse specificum, ita per dotem agilitatis corpus subijcitur animæ quantum ad imperium quod ad motum, ut sine labore aliquo quo uult moueatur: unde Isa. 40. dicitur. Current, & non laborabunt, uolabunt, & non deficient. Et Apostol. 1. ad Corinth. 15. sic dicit. Seminatur in infirmitate. surget in uirtute. Gl. 1. mobile, & uiuum, mobilitas autem dicit agilitatem ad motum, ergo erunt corpora beatorum agilia.

Vbi nota duo. Primum est, quod corpora gloriosa dicuntur ferri ab angelis, & etiam in nubibus, ut dicit Apostol. 1. ad Thessal. 4. non quasi indigeant propter defectum agilitatis, quasi corpora gloriosa sint graua, quia tunc eorum motus esset cum labore, & poena, quod est falsum, quin tunc corpus non esset subiectum animæ perfecte, & beatæ, ut dictum est, sed dicuntur corpora gloriosa prædictis ferri ad reuerentiam designandam quæ corporibus gloriosis, & ab angelis, & ab omnibus creaturis deferetur. Secundum est, quod corpora gloriosa, quæ de terra resurgent ad cælum empyreum ascendent, & postquam ascenderunt uerisimile est quod aliquando moueantur pro suæ libitu uoluntatis.

Sed forte argues in oppositum sic. Omnis motus est propter indigentiam. Cuius ratio est, quia omne quod mouetur mouetur propter ademptionem alicuius finis uel boni non habiti, sed corpora gloriosa non habebunt aliquam indigentiam, quia ut Aug. dicit ibi erit quicquid uoles, & non erit quicquid noles, ergo non mouebuntur. Respondeo, & dico, quod aliquis dicitur indigere aliquo dupliciter, scilicet simpliciter, & secundum quid. Primo modo indiget aliquis aliquo simpliciter sine quo conseruari non potest in esse, uel in sua perfectione, & sic motus non erit in corporibus gloriosis

Quomodo
ferantur
ab angelis
in corpora
gloriosa.

riosis propter aliquam indigentiam: quia ad hæc omnia sufficiet eis sua beatitudo. Secundo modo aliquis indiget aliquo secundum quid. scilicet illo sine quo non potest aliquis finem intentum habere, uel non tali modo, & sic motus erit in corporibus gloriosis beatorum: unde mouebuntur duplici ratione. Prima est, ut illud quod habent in uirtute. scilicet motum actu exercentes diuinam sapientiam commendabile ostendat, non enim possent manifestare uirtutem motiuam in se, & per consequens diuinam sapientiam commendare nisi actualiter moueantur. Secunda ratio est, ut etiam uisus eorum reficiatur pulchritudine diuersarum creaturarum in quibus eminenter Dei sapientia relucebit, sensus enim non potest esse nisi presentium quamuis magis a longinquo possint sentire corpora gloriosa quam non gloriosa, nec tamē per motum aliquid deperiet eorum beatitudini quæ consistit in uisione Dei quem ubique presentem habent, sicut etiam de angelis dicit. B. Greg. quod intra Deum currant quocūque mittantur. Hæc B. Th. 4. scr. sent. dist. 44. de conditionibus beatorum, art. 3. q. 1. utrum corpora gloriosa sint futura agilia, in cor. q. & in sol. 1. arg. & ibidem. q. 2. utrum beati agilitate sua utantur, arg. contra, & in cor. q. & in sol. 2. arg.

CAP. VII.

Quarta dos corporis gloriosi erit claritas, ita dicit Apostolus. 1. ad Cor. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria: ubi gl. Ambrosij sic ait. Seminatur, id est moritur, & sepelitur corpus in ignobilitate obscuritatis, & deformitatis qualia erunt corpora reproborum. Surget in gloria, id est corpus gloriosum surget in gloria, id est cum claritate, & formositate: unde gloria dicitur quasi clara unde gloria corporum resurgentium comparat dominus claritati stellarum dicens Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol &c. Circa hanc claritatem nota quinque, scilicet eius causam differentiam, eminentiam, euentiam, conuenientiam. Primò nota claritatis causam. Nam ex claritate gloriæ, quæ est in anima causabitur, & redundabit claritas in corpore glorioso.

Secundo nota differentiam, qui in anima erit claritas spiritualis, in corpore uero glorioso erit claritas corporalis. Cuius ratio est, quia omne quod recipitur in aliquo non recipitur per modum influentis, uel rei receptæ, sed per modum recipientis, & ideo claritas quæ est in anima spiritualis recipietur, & ideo claritas quæ est in anima spiritualis recipietur in corpore, ut corporalis. Tertio nota eminentiam, nam quantitas claritatis sequetur quantitatem meriti: unde sicut anima erit maioris claritatis secundum maius meritum, ita etiam erit claritas maior in corpore: unde Apostolus. 1. ad Corinth. 15. dicit. Differt stella a stella in charitate. Quarto nota euentiam, uel notitiā. Nam in corpore glorioso cognoscetur gloria animæ, sicut in uitro cognoscetur color corporis quæ in uase uitreo continetur, ut dicit B. Greg. super illo uerbo Iob. Non adæquabitur ei aurum, uel uitrum. ubi Beatus Greg. comparat corpora gloriosa auro propter claritatem, uitro propter luciditatem. Hæc B. Th. 4. scr. sent. dist. 44. de conditionibus beatorum, art. 4. q. 1. utrum corporibus gloriosis conueniat charitas, arg. contra, & in cor. & in sol. 2. arg.

Quinto nota conuenientiam. Nam ex redundantia gloriæ ab anima in corpus magis ponitur in corpore glorioso claritas, ut dos, quam alia sensibilis qualitas. Cuius ratio est, quia lux, uel claritas quæ est claritas, uel qualitas propria corporum cælestium est nobilior, & subtilior ad exprimendam intelligibilem claritatem, & ideo in corpore glorioso magis ponitur claritas, ut dos, quam alia sensibilis qualitas. Hæc B. Th. 4. script. sent. dist. 49. de dotibus corporis gloriosi, art. 5. q. 3. in sol. 3. asg.

Sed fortè quæres gratia prædictorum, utrum claritas corporis gloriosi naturaliter uideri poterit ab oculo, non glorioso. Respondeo, & dico, quod sic: quod dupliciter probo. Primò ratione uel similitudine sic. Nos assimilabimur claritati quæ Christus in transfiguratione habuit, ut dicit gl. super illud Apostoli ad Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ: sed claritas illa fuit uisa ab oculis discipulorum

Claritas corporis gloriosi potest uideri ab oculo non glorioso.

Quæ sit obleruanda circa deitatem claritatis.

lorum non gloriosis : ergo uisibilis erit ab oculis non gloriosis. Secundo hoc idem probo auctoritate sapientiae. s. ubi dicitur; q̄ impij uidentes claritatem iustorum ex hoc in iudicio torquebuntur, sed hoc nō esset nisi claritatem uiderēt, ergo &c. Hæc B. Tho. 4. script. sent. dist. 44. de conditionibus beatorum, art. 4. q. 2. sub eodem tit. in argum. contra, & in cor. q. Si vero quæris: utrum necessariò illa claritas videatur. Respondeo, & dico, quod non. quod ostendo dupliciter. Primo exempli similitudine scilicet exemplo discipulorum, qui corpus domini post resurrectionem uiderūt claritatem eius non intuentes. Secundo hoc idem probo ratione, quia in corpore glorioso est summa obedientia corporis ad animam, ergo in uoluntate, & potestate animæ erit, quod corpus suum uideatur, uel non videatur secundum uoluntatem animæ, sicut hoc patet exemplo domini qui quando uoluit disparuit ab oculis discipulorum in Emaus: Lucæ ult. & quando uoluit uiderunt & cognouerunt eum. Secundo hoc idem confirmo alia ratione, quia color corporis gloriosi erit in potestate animæ, ut per ipsum immuet uisum, uel non immuet, uel ut occultet, ut dicit b. Thom. ibidem supra immediate quæstio. 3. utrum corpus gloriosum necessario uideatur a corpore non glorioso, in duobus argumen. contra, in cor. q. & in solut. 1. 2. & 3. arg.

CAP. XI.

Dotes corporis rñdent uirtutib. cardinalibus.

EST autem sciendum, quod sicut tres dotes animæ respondent trib. uirtutibus theologicis, fidei uisio, spei tētio, charitatis fructio, ut patet supra ita, ut quidam dicunt quattuor dotes corporis, quattuor uirtutibus cardinalibus ad aptantur, eo quod cardinalium uirtutum materia sunt bona corporalia, ut scilicet prudentiæ respondeat claritas propter cognitionem, iustitiæ, quæ est perpetua, immortalis, respondeat impassibilitas, fortitudini ex qua contingit, ut nihil corpori possit resistere, respondeat agilitas, tēperantiæ qua corpus attenuatur respon-

deat subtilitatis. Hæc Beat. Tho. 4. script. sent. dist. 49. de dotibus sanctorum, art. 5. q. 3. utrum conuenienter ponantur quattuor dotes corporis, scilicet subtilitas, agilitas, claritas, & impassibilitas, in cor. q. in fine.

Sed fortè quæres utrum Christus habuit dotes istas. Respōdeo, & dico, quod non: quod probo triplici ratione. Prima est talis: Dos assignatur sponsæ, ut patrimonium eius, & non sponso. Christus autem est sponsus, & non sponsa, ergo &c. Secunda ratio est talis, Inter sponsum, & sponsam exigitur distinctio personarum: sed in Christo non est aliquid distinctum personaliter a filio Dei, qui est sponsus, ut patet Ioh. 3. Qui habet sponsam sponsus est, ergo &c. Tertia ratio est talis: Non est eiudem dare dotes, & recipere, sed Christus propter amorē quem habet ad sponsam idest ad animā, uel ecclesiam dat dotes sponsæ: ergo non recipit dotes. Hæc B. Thom. 4. script. sent. di. ubi sup. art. 3: utrum Christo competit habere dotes, in argu. cōtra, & in cor. q. unde non est dicendum sicut dicit Hugo de S. Victore. s. quod Christus assumpsit quattuor dotes, claritatis in transfiguratione, agilitatis ambulando supra mare, subtilitatis egrediendo de clauso utero virginis, & impassibilitatis in cæna, quando dedit corpus suum ad edendum sine hoc q̄ diuideretur. Quod præter tres rationes prædictas probo etiam duplici ratione. Prima ratio est quia dos nominat quandam claritatem naturalem: claritas autem illa siue fulgor, qui in corpore Christi in transfiguratione apparuit miraculosus fuit, sicut, & hoc ipsum, q̄ ambulauit super undas maris, & alia supradicta. s. q̄ virgo cōciperet, & q̄ clauso uirginis utero exiuit, & alia huiusmodi. Secunda rō est, quia claritas illa in transfiguratione est deriuata a diuinitate, & ab aīa Christi quæ fruebat uerbo ad corpus, non per modum qualitatis immanentis, & afficientis ipsum corpus, sed magis per modum passionis transeūtis, sicut aer illuminatur a Sole: & est simile quantum ad animam de uisione qua Paulus uidit Deum in raptu. Hæc beatus Thomas 3. parte summæ quæstio ne 45. articu. 2. utrum illa claritas, quæ

An Xps habuerit dotes.

apparuit in transfiguratione Christi fuerit claritas gloriosa, in corpor. q. Et licet Christo propriè non conueniat habere dotes, ea tamen quæ dotes dicuntur excellentissimè conueniunt Christo: ut dicit Beat. Thom. 4. scrip. ubi supra art. 3. in cor. q. fine &c.

De Ebrietate.

SUMMARIVM.

- 1 Quid sit Ebrietas, & utrum sit peccatum.
- 2 Vtrum peccet, qui alium ad potum inuitat.
- 3 Supplicium ebrio infligendum.
- 4 Decem casus circa ebrietatem.

CAP. X.



EBRIETAS. Circa ebrietatem cōsiderare debemus tria. primo se inebriantis uitium: secundo alium inuitantis animum, tertio punietis supplicium.

Primò cōsiderare debemus se inebriantis uitium.

Nā ebrietas, quæ est quædam defectus pænalis sequens ex culpa scilicet hebetatio rationis ex multo uino potato ex quo homo non est compos sui, aliquando est sine omni peccato, aliquando cum peccato ueniali, aliquando uero cum peccato mortali.

Primo enim cum aliquis ignorat mensuram, & efficaciam uini, idest cum ignorat quantitatem uini competentem, uel non competentem corporis ualetudini, & cum ignorat uirtutem uini potentem inebriare, si talis ignorantia, scilicet quæritatis, & uirtutis uini ex negligentia hominis non contingit, tunc ebrietas est sine peccato aliquo, & sic creditur Noe inebriatus fuisse, ut legitur Gen. 9. Secundo cum quis cognoscit quātitatem seu men-

suram esse immoderatam, idest non competere corporis ualetudini, & ignorat uirtutem, uel efficaciam uini: scilicet uinum posse inebriare, tunc ebrietas est cum peccato ueniali. Tertio cum quis cognoscit, & aduertit utrumq., scilicet quantitatem uel mensuram esse immoderatam, hoc est contra corporis ualetudinem, & uirtutem uini inebriantē, & tamen magis uult ebrietatem incurrere, quam abstinere a potu, ut ebriosus propriè nominatur, & facit, talis ebrietas est peccatum mortale.

Hoc autem probo triplici ratione. Prima est talis: Quicumque uolens, & sciens periculo peccandi mortaliter se committit peccat mortaliter: sed ita facit ebrius, ergo &c. Secunda est talis, Quicumq. uolens, & sciens priuat se usu rationis quo secundum uirtutem operatur, mortaliter peccat, sed ebrius ita facit, ergo &c. Tertia ratio est talis: Quicumq. uolēs, & sciēs priuat se eo bono quo peccata declinantur mortaliter peccat: sed ita facit ebrius, qui sciens, & uolens usu rationis ex quo peccata declinantur se priuat, ergo &c.

Hęc 1. Tho. secunda secundæ. q. 150. art. 1. in cor. q. per totum. unde August. ad Bonifacium tangens mala ebrietatis sic ait, Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, inuoluit linguam, reuelat secreta, impellit ad uerba, corrumpit sanguinem, incitat ad libidinem, omnia membra debilitat, uitam diminuit, & omnem salutem terminat. Et Ambr. in sermone sic ait. Ebriosus cum absorbet uinum absorbetur a uino; abominatur a Deo, despicitur ab Angelis, confunditur a dæmonibus, deridetur ab hominib. destituitur uirtutib. conculcatur ab omnibus. Talis enim confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, incurrit damnationem eternā. Et ideo Apostolus ad Rom. 13. inter alia peccatum ebrietatis detestans, & prohibens dicit. In die honeste ambulemus, nō in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicijs, non in contentione, & æmulatione, sed induimini dominum Iesum Christum. In quibus uerbis Apostolus excludit mala, quæ ex gula, luxuria, superbia, inuidia, & uanagloria oriuntur. Primo excludit mala, quæ na-

Quæ
bras
pctm ue
niale.

Quādo
mortale

Exponit
Paulum
ad Ro.
13.

scun

ſcuntur ex gula dicens: Ideo in commeffationibus: nam commeffationes ſunt mutux inuitationes, & conuiuia facta per ſymbola, quæ prohibet Salomon: Prou. 13. dicens: Noli eſſe in cõuiuijs potatorũ & ebrietatibus, quæ duo ex gula naſcuntur, & ad luxuriam prouocant. Ozeæ. 4. Fornicatio, uinum & ebrietas auferunt cor. Secundò excludit mala, quæ ex luxuria oriuntur dicens: Non in cubilibus dormientium, & pigritantium in lectis ſuis. Et impudicijs. i. immundicijs ad quas cubilia inducunt: nam pigritia dormientiũ, & quieſcentium in cubilibus eſt præparatiua luxuriæ, impudicitia uerò eſt conſummatiua. Tertiò excludit mala, quæ ex ſuperbia, & uana gloria, & inuidia oriuntur dicens. Non in contentione, & emulatione. Nam contentio oritur ex ſuperbia, & uana gloria: ex quibus maior minorem contemnit præferendo ſe ei. Similiter emulatione oritur ex inuidia, ex qua minor maiori inuidet: nam æmulatio eſt quædam indignatio, & contriſtatio mentis procedens ex inuidia de felicitàte ſuperioris.

CAP. II.

Secundo principaliter circa ebrietatem conſiderare debemus alium inuitantis animum. Nam ex parte uidetur, quòd ille qui aliquem inuitat ad potum quo inebriatur peccet. Cuius ratio eſt, quia ille qui eſt alteri cauſa peccandi peccat: ſed ita facit, qui alium inuitat ad potum quo inebriatur, & ſic uidetur quòd ſic inuitans peccet. Ex alia uerò parte uidetur eſſe ualde durum, quòd ille, qui alium inuitat ad potum quo inebriatur ſemper peccet. Reſpondeo, & dico, quòd ſemper ebrietas eſt peccatum mortale, uel ueniale, ut patet, cap. præced. non tamen omnis, qui aliũ inuitat ad potum quo inebriatur peccat.

Ad potũ Ad cuius euidentiam eſt ſciendum, quòd
quat- aliquis poteſt alium inuitare ad potum
tuor mo quo inebriatur quattuor modis ſeu
dis q̃s i cauſis.

uitatur. Primò ſic, quòd uterque, ſcilicet inuitans, & inuitatus ignorant fortitudinem uini. & iò ſicut ille qui inebriatur excuſatur a peccato ſi ignoret fortitudinem ui-

ni, ita etiam ille, qui inuitat aliquem ad bibendum excuſatur ſi ignoret talem eſſe conditionẽ bibentis, quòd ex hoc potu inebrietur, ſed ſi ignorantia deſit neuter a peccato excuſatur. Hæc B. Th. ſecunda ſecundæ quæſt. 150. art. 1. arg. 3. & in ſolu. eiſdem. Secundò modo ſi quis credit aliũ eſſe uerecundum, & quòd præ uerecundia non accipiat neceſſitatem ſuam, tunc ſi aliter inuitat ſolum ad hoc, ut ille, qui eſt uerecundus accipiat neceſſitatem ſuam, non peccat eum inuitans, etiam ſi ille, qui plus accipit inebrietur, & peccet. Tertiò modo ſi inuitet quis alium ad ſuperfluum accipiendum, ut ſic beneuolentia, & familiaritas excitetur, tunc inuitans uenialiter peccat. Quarto modo ſi inuitans intendit ſolum, ut alter ſe ingurgitet, tunc inuitans mortaliter peccat: & hoc propter duas cauſas. Prima eſt, quia talis intendit ſtatum mentis euertere: & ſic maius bonum ei auferre, ſcilicet uſum rationis, quòd peius eſt quam ſi bonum aliquod temporale ſibi auferret. Nam uſu rationis ablatio, eum inſanum, uel quaſi beſtiam facit. Secunda ratio talis eſt, quia talis ſic inuitans intendat eum ad peccatum carnis inducere: unde filix Loth mortaliter peccauerunt, eo quòd patrem ad iſtum finem inebriauerunt, & peccatum inceſtus commiſerunt.

CAP. III.

Tertio principaliter circa ebrietatem conſiderare debemus punitionis ſupplicium. Nam ebrius. ſ. qui ſciens, & uolens ſe inebriat debet puniri ſecundũ leges ſpiritualiter, & corporaliter. Primò debet puniri ſpiritualiter, unde in canonibus Apoſtolorum ſic legitur; Episcopos aut præſbyteros aut diaconos aleæ aut ebrietati deſeruiẽs, aut deſinat aut deponatur. Subdiaconus uero aut cantor ſimilia faciens, aut deſinat aut communionem priuetur. ſimiliter laicus: ſed tales pænæ non inſiguntur niſi pro peccato mortali, ergo ebrietas in talibus eſt peccatum mortale. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 150. art. 2. ar. contra per totum. Secundò peccatum ebrietatis ponitur corporaliter. Licet. n. ſecundum mentem nullus ſit ſeruus alterius;

Qñ inuitans mortaliter peccet.

eò q̄ mens nulli hominum est obnoxia sed libera, & sui iuris, tamen secundū corpus homo est seruus alterius. Vbi nota, q̄ seruitus principaliter consecuta est ex crimine, occasionaliter autem ex ebrietate, quod sic patet. Si .n. ebrietas fuisset principalis causa seruitutis, tunc seruitus potius, & prius fuisset in Noe qui inebriatus fuit, quā in Cham filio suo, quod ē falsum, unde prima causa, & directa seruitutis fuit peccatum, ut dicit in 19. lib. de ciu. Dei, ca. 15. Ebrietas autem fuit occasionaliter causa seruitutis, in quantum Cham maledictionē seruitutis, in sua posteritate accepit propter hoc, q̄ irrisit patrem in ebriatum, vbi supra ar. 3. in sol. 3. arg. per totum. Tertiò peccatum ebrietatis punitur dupliciter. Vbi nota, quòd ebrius ppter peccatum ebrietatis non debet maxima p̄na puniri, eò quòd peccatum ebrietatis licet sit mortale ut patet, non tamen est grauius c̄teris, quod tripliciter probō .s. auctoritate, ratione, similitudine. Primo auctoritate. Nam secundum B. Greg. peccata spiritualia sunt maiora, uel grauiora carnalibus: sed ebrietas inter carnalia cōtinetur: ergo &c. Secundò hoc idem probō ratione sic: Illud est maius peccatum quod maius bonum priuat, uel aufert: maius autem bonum est bonum diuinum q̄ aufert peccatum spirituale, quam bonum humanum. .s. usus rationis quod aufert, & priuat ebrietas, ergo &c. Vbi supra art. 3. arg. contra, & in cor. q. Tertiò probō hoc idem similitudine peccati loth, & filiarū. quam similitudinem sic formo, & deduco, Illud peccatum quod aliququaliter excusatur est grauius illo quod non excusatur, sed peccatū per ebrietatem, commissum excusatur, sicut patet quòd loth excusatur ab incestu propter ebrietatem ut dicit Aug. contra Faustum, ergo &c. ubi supra. art. 4. arg. contra. Est autem sciendum ad huius euidentiam, quòd tam patet. .s. loth, quam filia mortaliter peccauerunt propter incestum, excusantur tamen a tanto non a toto. Primò .n. patet peccauit dupliciter. Primò quia vini immoderatē sumpti uirtutem sciuit: unde quia non adhibuit diligentiam, nō pōt ex tali ignorantia excusari sicut Noe. Secundo si ignorauit malum incestus, tamen scienter bibit, & immoderatē. Excusatur tamen eius pec-

catum a tanto. Primò, quia licet nō ignorauit coitum, ignorauit tamen q̄ essent filia, prae ebrietate. .n. admiserat memoriam mortuæ uxoris. Secundò excusatur ex parte temporis: quia eius ebrietas non tantā meruit p̄nam, quantā si commisisset tēpore quo posset distinguere. Similiter filia non excusatur a toto, tum quia natura dictat, quod homo debet relinquere patrem, & matrem, tum quia tali casu cōtingente expectanda esset diuina auctoritas, excusantur tamen a tanto propter simplicitatem, & naturalem pietatem, unde Hiero. pro excusatione earū dicit, q̄ genus humanum defecisse putauerunt, ideoq. cum patre accubuerunt. Meret tñ ebrius duplices maledictiones, ut dicit philosophus. 3. Ethic. non quia peccatum ebrietatis sit alijs grauius: ut patet, sed propter duplex peccatum. .s. quia se inebriauit, & quia super ebrietatem peccatum commisit. Vel pōt dici, q̄ philosophus loquitur secundū legem cuiusdam pithagorici, cui (ut dicitur in 2. Politic.) statuit quod ebrijs percuterent plus punirentur quam sobrijs, quia pluries iniuriantur: in quo ut ibidē Arist. dicit, uidetur respexisse magis ad utilitatem, ut. .s. cohiberentur iniuriæ, quam ad ueniam quam oportet habere de ebrijs propter hoc quod non sunt compotes sui. Secunda secundæ ubi supra, art. 4. in sol. 3. arg. per totum.

C A P. III.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorū nota hic decem. Primum est, q̄ plus sumere de cibo, & potu quam necesse est pertinet ad vitiū gulæ, quæ nō est semper peccatū mortale, ut patet. 1. c. sed plus sumere in potu scienter usq. ad ebrietatem hoc est peccatum mortale, unde Aug. 10. confes. sic dicit, Ebrietas longè est a me misereberis, ne appropinquet mihi: crapula autem nōnunquā subrepsit seruo tuo. Hæc b. Th. 2. 2. q. 150. art. 2. in sol. 2. arg. per totū. infra. Gula. Secundum est, q̄ tam cib. quam potus est moderandus secundū q̄ competit corporis ualitudini, & iō quicunq. sciens, & uolens immoderatum cibum, uel potū sumeret peccaret ibi. in sol. 3. arg. Tertium est cum q̄s accipit ultra mēsuram quam exigit natu-

Examinatur
peccatū
loth cū
filijs eius.

Vomit-
us non
omnino
excusat
ebrieta-
tem.

re necessitas scienter & ex libidine, tunc talis peccat mortaliter: nec semper oportet q̄ intendat inebriari, sed intendat id ad quod ebrietas sequitur. Quartum est, q̄ sicut quandoque cōtingit ut potus vel cibus qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo, ita potest ē conuerso contingere ut ille cibus qui est superfluus sano sit moderatus infirmo, puta cum infirmus secundum medici, uel medicinæ cōsiliū multum comedit ad uomitum, p̄curandum, tunc non est reputandus ei si perfluus cibus, uel potus, ubi sup. art. 2. in sol. 3. arg. Quintum est q̄ propter uomitum procurandū non excusaretur a peccato ebrietatis, si aliquis superflue biberet, & ex superfluo potu ebrietas, sequeretur. Cuius ratio est, quia ad uomitū procurandum non requiritur q̄ potus sit inebrians, eō q̄ potus aque tepidæ uomitum prouocat, ibidem in sol. 3. arg. in fine. Sextum est, q̄ in ebrietate sunt duo. s. defectus consequens: & actus præcedens: primo ergo ex parte defectus consequentis (qui est inebriatio, uel ligatio rationis ex multo uino potato) ebrietas potest excusare peccatum inquantum causat inuoluntarium per ignorantiam. Secūdo ex parte actus præcedentis est distinguendum, quia aut ex actu præcedenti est secuta ebrietas sine peccato, puta cum aliquis ignorans moderationem, & efficaciam uini bibēs inebriatur, tunc peccatum super ebrietate commissum totaliter excusatur, sicut forte de Loth accidit. Aut actus præcedēs fuit illicitus. s. quia sciens quantitatem, & fortitudinē uini inebriatus est, ex quo incidit in peccatum: & sic a peccato sequenti quod super ebrietatem commisit, non totaliter excusatur, eō q̄ peccatum sequens super ebrietatem commissum redditur uoluntarium ex uoluntate præcedentis actus. s. præcedentis potationis immoderate, inquantum aliquis scienter dans operā rei illicitæ. s. inordinatæ potationi incidit in sequens peccatum: unde licet defectus ex uino cōsequens ex multo uino potato. s. ebriatio, uel ligatio rationis non sit uoluntarius, tamen inordinatus uini est uoluntarius in quo consistit ratio uenialis, uel mortalis peccati, ubi supra ar. 1. in cor. q. & in sol. 2. arg. Septimū est, q̄ bonum rationis dupliciter impedi-

tur: uno modo per peccatum tanquam p̄ illud quod bono uirtutis & rationis contrariatur: alio modo per ebrietatem tanquam per illud quod usum rationis aufert, ubi sup. ar. 3. in sol. 2. argum. in principio. Octauum est, q̄ plus habet de ratione mali illud quod contrariatur bono rationis quam illud quod ad horam aufert usum rationis sicut ebrietas facit. Cuius ratio est, quia usus rationis qui per ebrietatē tollitur potest esse bonus uel malus. Sed bona uirtutum quæ tolluntur per ea quæ sunt contraria rationi, sicut per uitia, & peccata sunt semper bona, ibidem in sol. 2. arg. in fi. Nonum est, q̄ concupiscentia nō totaliter ligat rationem sicut ebrietas, nisi forte sit tanta q̄ faciat hominem insanire: & tamen passio concupiscentiæ diminuit peccatū, quia lenius est ex infirmitate peccare quā ex malitia: ubi sup. art. 4. in sol. 3. arg. per totum. Decimum est, q̄ peccatū ebrietatis aggrauatur triplici rōne. s. rōne professionis, prælationis, continuationis. Primo ratione professionis, & tūc ebrietas est maius peccatum in clericis, uel in religiosis quam in laicis. quod patet dupliciter: primo ex prohibitione occasionis: nam bibere in taberna prohibetur clericis non laicis, ut patet ex concilio carthaginēsi, in quo dicitur: Clerici edendi uel bibendi causa tabernam non ingrediantur nisi in perigrinatione: secundo hoc idem patet ex punitione. Req. sup. 3. c. in principio, de pœna spiritali ebrietatis. Secundo aggrauatur peccatū ebrietatis rōne prolationis, & sic grauius est peccatum ebrietatis in dominis quam in subditis, eō q̄ ebrietas inducit ignorantiā iustitiæ iudicij & regiminis &c. ex quib. mala quamplurima oriuntur. Isaia. 27. Sacerdotes. nesciunt præ ebrietate. Tercio aggrauatur peccatum ratione cōtinuationis: grauius enim peccat qui assidue uel frequenter inebriatur, quam qui raro, sicut malum uel peccatum continuum est grauius, uel periculosius quam non continuum. Vbi nota, q̄ assiduitas ebrietatis facit ebrietatem esse peccatum mortale non solum propter iterationem ebrietatis. Nam assiduitas importat circumstantiam quæ non trahit in aliam speciem peccati: & sic assiduitas ebrietatis non potest in infi-

taberna
clerico
phibe-
tur.

nitum aggrauare peccatum, ut de ueniali faciat mortale. Sed quia non potest esse ut homo assidue inebrietur qui sciens & uolens ebrietatem incurrat dum multotiens experitur fortitudinem uini, & suam habilitatem ac ebrietatem, ideo propter hæc duo qui assidue inebriatur grauius peccat quam qui raro. Hæc B. Tho. ubi supra art. 2. in sol. 1. argumen. per totum.

De Electione.

SUMMARIVM.

- 1 Quomodo electio diffiniatur a Philosopho & a Damasceno.
- 2 Electio non est finis neq. impossibilis.
- 3 Electio ex duobus specialiter commendatur.
- 4 Quid sit electio Diuina, & quomodo diffiniatur.
- 5 Electio Dei ex dilectione Dei prodit.
- 6 De hominibus plures sunt uocati quam electi.
- 7 Duplex est differentia inter diuinam electionem, et uocationem.
- 8 Electio diuina differt ab humana.
- 9 Duplex est electio diuina qua nos eligit.
- 10 Electio Dei æterna est saluandorum.
- 11 Quid sit electio prælati, uel quomodo diffiniatur.
- 12 De substantia formæ electionis prælati sunt octo, & quæ.
- 13 Quid electio prælati efficit.
- 14 Electio propter XV. causas uitatur, & annullatur.
- 15 In electione prælati requiritur numerus excedens.

- 16 Electio prælati potest fieri in loco honesto uel consueto.
- 17 Electio prælati potest fieri tribus modis.
- 18 Ad eligendum aliquem quandoq. motiuis uel respectibus inducitur aliquis uel mouentur.
- 19 Intentio electi ad aliquam dignitatem circa tria urgere debet.
- 20 Ad rectam electionem prælati requiruntur quinque.
- 21 Supra auctoritatem Episcopalem est Papalis potestas, quæ est supra omnes.

C A P. I.



Electio. Circa electionem procedam hoc modo; primo enim dicam de electione in communi, secundo in speciali de electione Dei, tertio de electione prælati. Primo igitur circa electionem in communi considerata sunt tria. scilicet diffinitio, ratio, commendatio. Primo consideranda est electionis diffinitio: nam electio diffinitur a Philosopho Damasceno. Primò diffinitur a Philosopho sic: Electio est quoddam uoluntarium. scilicet præcõsiliatum. Non autem electio est omnino idè quod uoluntarium, uel desiderium: quod per se patet quatuor rationibus. Prima est, quia pueri communicant uoluntario in quantum motu proprio spontè aliquid operantur: non autem communicant electione, quia non operantur ex deliberatione, quæ ad electionem requiritur. Secunda ratio est talis: Ea quæ repetente facimus dicimus uoluntaria, quia eorū principium est in nobis, quod est de ratione uoluntarij: non autem dicuntur esse secundum electionem, quia non fiunt ex deliberatione: ergo &c. Tertia ratio est talis: Voluntas quia respicit bonum absolute potest esse cuiuslibet boni, licet illud sit impossibile, ut uerbi gratia: sicut potest aliquis uelle esse immortalis, quod est impossibile secundum statum huius corrupti-

Electio
non est im-
possibile
lium.

Electio
differt
a uolun-
tate, &
deside-
rio.

retibilis vitæ: sed electio non est impossi-
bilitas. Si enim quis dicat se eligere ali-
quod impossibile uidebitur esse stul-
tus, quia electio refertur ad operationē
nostram, quæ est tantum possibile: er-
go &c. Quarta ratio est: quia uoluntas
magis est finis, quàm eius quod est ad fi-
nem: quod patet, quia ea, quæ sunt ad fi-
nem uolumus propter finem: & propter
quod unumquodque, & illud magis: sed
electio est solum eorum, quæ sunt ad fi-
nem, non autem ipsius finis, qui in ele-
ctione supponitur, ut verbi gratia, sicut sa-
nitatem supponimus, & eligimus medici-
nalia per quæ sanemur. Et similiter uolu-
mus esse felices quod est ultimus finis,
sed non eligimus esse felices, ergo patet
his quattuor rationibus, quod electio non
omnino idem est quod uoluntas, uel de-
siderium ut dicit philosophus 3. Eth. c. 4.
determinatis autem uoluntario, & inuo-
luntario, infra capitulum ibi. Electio au-
tem utique uoluntarium esse uidetur nō
idem autem sed in plus uoluntarium. Be-
nè ergo electio est uoluntarium præcon-
siliatum, ut diffinit philosophus ibidem
in fine. 4. c. dicens: Quid igitur, uel quale
quid est. Et subdit: Voluntarium autem
non omne eligibile: sed certe uoluntariū
præconsiliatum. Vel aliter: Electio est eo-
rum, quæ sunt in nostra potestate ex cō-
silio proueniens, ut diffinit philosophus
3. Eth. c. 5. ubi sic dicit: Consiliabile autē,
& eligibile idem. Et subdit: Quod enim
consilio præiudicatum est eligibile est,
ibidem in fine c. Ex his omnibus conclu-
ditur, quod electio est actus rationis, & volū-
tatis quod nomen eius signat, ut aliquid
præ alijs accipiatur, quod pertinet ad ra-
tionem conferentem, & ad uoluntatem
acceptantē, ut dicit philosophus. 3. Eth.
in fine c. a quid igitur: ubi supra. Secundo
modo Damascenus diffinit electionem
dicens: Electio est duobus propositis præ-
acceptatio unius respectu alterius, uel eli-
gere est duobus propositis unum alteri
præoptari. unde semper est respectu plu-
rium. Vbi nota, quod præferre unum alteri
contingit duobus modis. Vno modo iu-
dicando, & determinando, quod est faciē-
dum p modū ueri, & hoc est rōnis. Alio
modo acceptando per modum boni, uel
melioris, & hoc est uoluntatis, ut dicit

Albertus. 6. Ethic. Quando autem aliquid
est compositum ex duobus non est ali-
quod illorum solum, sed ambo simul: uer-
bi gratia: Homo qui est compositus ex a-
nima, & corpore, neque est anima solum
neque corpus solum, sed utrumq; simul,
ita, tamen, quod vnum se habet respectu alte-
rius, ut forma, & aliud ut materia. A simi-
li, electio quæ est actus rationis, & uolun-
tatis, ut patet neque enim est intellectus
solum neque uoluntatis solum, sed rōnis
formaliter & uoluntatis essentialiter. Et
ideo dicit philosophus. 6. Ethic. c. 1. iuxta
finem, ex præmissis concludens, propter
quod electio, uel est intellectus appetiti-
uus uel appetitus intellectiuis: & hoc ue-
rius est, scilicet quod electio sit appetitus in-
tellectiuis, scilicet in quantum electio
non est essentialiter actus intellectus se-
cundum, quod ordinate appetitum, sed ma-
gis est essentialiter actus appetitus secū-
dum, quod dirigitur ab intellectu, quod pa-
terea obiectis, quia obiectum electionis
est bonum, & malum sicut, & appetitus:
non autem uerum, & falsum, quæ perti-
nent ad intellectum: & tale principium
est homo, scilicet agens eligendo per in-
tellectum & appetitum, ut philosophus
conclulit ibidem. Hæc Beat. Thom. in
scrip. quod fecit supra librum Ethic. 6. lib.
lectione secunda iuxta finem. Et iterum
prima 2. quæst. 13. articu. 1. utrum electio
sit actus uoluntatis, uel rationis, in cor.
quæst.

Electio
est appe-
tus in-
tellecti-
uus.

CAP.

II.

SECVNDO circa electionem con-
sideranda est electionis ratio. Nam
ratio eligendi aliquid est ex hoc quod
melius ducit ad finem. Ex quo dicto con-
cludo duo, scilicet quod electio non est fi-
nis, & quod electio non est impossibilis.
Primò dico, quod electio non est finis,
sed eius quod est ad finem: unde philoso-
phus. 3. ethico. ponens unam differen-
tiam inter uoluntatem, & electionem di-
cit, quod uoluntas est finis, electio autem
eorum, quæ sunt ad finem: quod per exē-
plum de sanitate, & felicitate probat. Vbi
nota, quod aliquando contingit, quod
est in una operatione finis in alia opera-
tione ad finem ordinatur. Verbi gratia:

Sanitas corporis ad sanitatem animæ ordinatur, & ideo in operatione medici sanitas se habet ut finis: & hæc sub electione non cadit: sed hanc medicus supponit, ut principium, & eligit sanatiua meliora, & utiliora, tamen, quia sanitas ut dixi ad bonum animæ ordinatur, ideo apud eum, qui de sanitate animæ curam habet, potest sub electione cadere esse sanum, uel infirmum. Vnde Apostolus 2. ad Corinth. 12. dicit, cum enim infirmus mortuus potens sum, ita quod finis sub fine sub electione potest cadere, ut patet: sed finis ultimus nullo modo sub electione cadit, ut de felicitate secundum philosophum patet. 3. ethic. Hæc Beat. Thom. prima secundæ. quæst. 13. artic. 3. in corp. quæstion. Secundò dico, quod quia ratio eligendi aliquid est ex hoc quod melius ducit ad finem, sequitur, quod electio non est impossibilis. Cuius ratio est, quia per id quod est impossibile non potest aliquis consequi finem. non enim potest esse, quod finis sit possibilis. nisi id quod est ad finem fuerit possibile: unde ad impossibile neque est consilij actus, neque appetitus completus. Primò dico, quod de impossibili non est consilij actus, cuius signum est, quia in consiliando quando perueniunt homines ad id quod est impossibile a consiliando discedunt quamulterius procedere non ualentes. Secundò ad impossibile non est motus: nullus enim mouetur ad id quod est impossibile, unde nullus attendit ad finem nisi per hoc, quod apparet id quod est ad finem esse possibile. Tertiò ad impossibile, uel de impossibili non est appetitus completus. Nam uoluntas completa cuius perfectio, uel complementum ex opere attenditur non est nisi de possibili: sed uoluntas incompleta, quæ secundum quosdam uelleitas dicitur potest esse de impossibili, quia. scilicet aliquis uellet id si esset possibile: electio autem nominat actum uoluntatis iam determinatum ad id quod est agendum, & ideo nullo modo est impossibile. Hæc B. Thom. prima secundæ ubi sup. art. 5. utrum electio sit solum possibile, in cor. q. & solut. 1. ar. Sed forte quæres, utrum possit esse electio de præterito: & uidetur, quod sic tali ratione. Cum autemque potest esse appetitus laudabilis

uel uituperabilis eius potest esse electio bona: uel mala: sed de præterito potest esse talis appetitus, quia aliquis potest se uelle fecisse aliquid bonum laudabiliter uel malum uituperabiliter, ergo &c. In contrarium est, quia electio non est impossibile, ut patet supra, sed quod factum præteritum non sit factum est impossibile: unde ad hoc probandum philosophus 6. ethic. cap. 1. in fine inducit uerbum Agatonis, qui rectè dixit, quod solo isto posse priuatur Deus ut faciat ingenta, id est ut faciat non facta, quæ sunt facta: ergo &c. Respondeo, & dico, quod appetitus est de præterito non in quantum est præteritum: sed secundum, quod rememoratio illa affert delectationem, & horrorem, & hic affectus illius præteriti etiam futurum est, & ratione illius potest esse appetitus illius de præterito laudabilis, & meritorius, scilicet licet quando alicui placet bonum quod fecit, & malum quod euitauit. Similiter si uult fecisse malum quod fecit demeretur, & uituperabilis est, & etiam si bonum quod fecit uellet non fecisse sicut in illis, qui uouerunt castitatem, & displicet eis, si tamen appetitus feratur: in illicitam fractionem eius quod factum est: sed si aliquis uellet se non fecisse uotum quod laudabiliter fecit considerans rei implendam, scilicet uoti difficultatem, & suam fragilitatem, dummodo non uelit irritum esse quod factum est non demeretur, quia eius appetitus non fertur nisi super licitum. Hæc Albertus. 6. ethic. corp. in littera quam Beat. Thom. recollegit audiens prædictum librum ab eo.

CAP. III.

Tertio circa electionem consideranda est electionis commendatio: nam eligens ex duobus præcipue commendatur, scilicet si rectè eligit, & si liberè eligit. Primò si rectè eligit. Ad rectam autem electionem requiritur uirtus: unde dicit philosophus 6. ethic. 1. cap. quod electio dependet ab habitu intellectuali, scilicet a mente, & ab habitu morali, qui perficit appetitum, quod probat per signum, quia effectus electionis est actio, actio autem bona, uel mala non potest esse sine mente. id est sine uirtute intellectuali, & sine more id est

Quo electio & appetitus potest esse præteriti.

3.

sine

De impossibili. lib. non est actus consilij.

Pruden-
tia redri-
tur ad
electio-
nem

sine morali quacūq; dispōne pertinente ad appetitum, vt exponit B. Tho. ibidem in scripto. Et sub. h. Philosophus, q̄ mens ipsa secundum cōsiderata. s. ratio speculatiua nihil mouet, quia non est principiū actionis, eō q̄ nihil dicit de imitabili, & fugibili: vt dicitur in 3, de anima: sed hoc facit mens. i. ratio practica. Virtus autē illa intellectualis, quæ exigitur ad electionem rectam est prudentia: vnde Philosophus dicit. 6. Ethic. cap. 10. vel vltimo iuxta finem capituli: Quoniam non erit electio recti sine prudentia neq; sine virtute: hæc quidem. n. finem, hæc autē quæ ad finem facit operari. Ex quibus verbis Philosophus dat intelligere, q̄ homo indiget prudentia propter duo: primò quia ipsa virtus prudentiæ est perfectiua cuiusdam particulæ animæ, scilicet intellectus: secūdo, q̄ ipsa prudentia est operatiua, eo q̄ electio recta nō est sine prudentia, & sine virtute morali, quia virtus moralis ordinat ad finem cum faciat appetitū rectum. Prudentia autē dirigit circa ea, quæ sunt ad finem, vt ibidem exponit. B. Thom. in scripto. Ratio autem quare recti electio attribuitur prudentiæ est, quia prudentia cōsiderat ea, quæ ordinantur ad finem, de quibus est consilium, & electio: vnde ipsa prudentia electionem dirigit per cōsiliū quod electio præsupponit, vt patet supra 1. c. Hæc B. Thom. secūda secundæ. q. 47. de prudentia, art. 1. vtrū prudentia sit in vita cognitiua, in solu. 1. argu. Secundò electio alicuius cōmendatur tanquam recta, & bona, quia liberè eligit, non ex necessitate: quod dupliciter probo, scilicet ex parte principij, vel subiecti, & ex parte obiecti. Primò ex parte subiecti, quia electio est actus potentiæ rationalis, vel volūtatis. sed potestas rationalis se habet ad opposita secundū Philosophum. ergo & electio. Secūdo hoc idē probo ex parte obiecti, quia electio non est de fine, sed de his, quæ sunt ad finem, & ideo electio non est perfecti boni: vnde nullum bonum particulare est perfectum, & ideo homo nō ex necessitate, sed liberè eligit. Terriò hæc duo tali ratione confirmo: Quicquid ratio potest apprehendere, vt bonum, vel malum, in hoc volūtas potest tēdere, vel hoc subterfugere, vel respuere: vt verbi gratia, ratio pōt apprehendere, vt bonū hoc q̄

est velle hoc, & non velle hoc, & similiter agere, & non agere, ergo voluntas potest hoc acceptare. Similiter ratio potest apprehendere, vt quoddam malum, velle, & non velle, velle hoc scilicet agere, & non velle agere, ergo voluntas potest illud respuere. Ratio autem huius est assignata, quia in omni bono particulari quod ordinatur ad finem est considerare per rationem defectum aliquem: solum autem perfectum bonum quod est beatitudo nō potest ratio apprehendere sub ratione mali aut alicuius defectus: & ideo ex necessitate homo vult beatitudinem: nec potest velle non esse beatus aut miser. Hæc Beatus Th. 1. 2. q. 13. art. 6. vtrum homo ex necessitate eligat: argum. contra, & in cor. q.

CAP. IIIL.



SECUNDO principaliter dicendū est de electione Dei, quæ aliquos specialiter eligit. Circa quam electionem quatuor considerare debemus, scilicet q̄d est, quorū est, quādo est, ad quid est. Primò considerare debemus quid est electio Dei, Nam ipsa diuina ordinatio qua qdā alijs præferuntur ad consequendam beatitudinem electio diuina dicitur. Et per hoc patet differentiam inter prouidentia, prædestinationem, & electionē diuinā, quia prouidentia Dei attendit in collatione eorū per quæ res attingunt finem & in applicatione eorū ad finem, vt patet infra prouidentia. Similiter prædestinatio attendit in hoc q̄ electis præparantur bona gratiæ in præsentia, & bona gloriæ in futuro, quibus electi applicantur ad finem, sed electio diuina est, qua aliq̄ ex ordine diuinæ sapientiæ ad finem beatitudinis ordinatur: vnde electio, prouidentia, & prædestinationē præcedit: & hoc modo diffinit diuinā electionē. B. Th. primo seri. sent. dist. 41. art. 2. vtrum electio præcedat secundū rationē prædestinationē, in cor. & in sol. 1. arg. Ex hoc verbo vel ex hac diffinitione electionis diuinæ pōt accipit & cōcludi, q̄ electio diuina nō est respectu sui ipsius. Cuius rō est, q̄ electio nō est finis, sed tantū eorū, q̄ sūt ad finē: vt patet sup. imediate, sed Deus ē vltimus finis, ergo Deo nō

4.1
Differen-
tia inter
prouiden-
tia præ-
dest, &
electio-
nem

Electio
est rōna
lium.

conuenit electio respectu sui ipsius. Scdō circa diuinam electionem cōsiderare debemus quorum est. Nam electio importat segregationem, uel separationē quamdam: hoc patet ex significato electionis, quia electio est duobus, uel pluribus praeiacentibus alterum praeoptare: hæc autē segregatio non potest esse nisi aliquorum quæ ad finē beatitudinis consequendæ conuenientiam habent, & ideo non cōuenit Deo electio respectu aliquorum quæ ad finem beatitudinis ad quam electio ordinatur conuenientiam habere non possunt: unde non dicitur, q̄ homines qui ad gloriam eligantur ab irrationalibus: sed ab hominib. qui nati sunt participare eundem finem. scilicet eandem gloriam consequi, ut dicit. B. Thom. primo scrip. sent. ubi sup. immediate, artic. 1. vtrum electio conueniat ab æterno Deo, in cor. q. Tertiō circa diuinam electionē

Quō electio cōsiderare debemus quando est, vtrum, scilicet electio ex parte Dei fuerit in tem-
te. na, & pore uel ab æterno. Respondeo & dico,
tpalis di q̄ electio potest accipi uel considerari
atur. duobus modis, uel ex ordinatione Dei eligentis, uel executione operis: primo modo electio prout est in proposito, uel dispositione, & oratione diuina est æternalis: de qua dicit apostolus ad Ro. 9. Vt secundū electionem propositū Dei maneret non ex operibus, sed ex uocante dictum est ei, maior seruiet minori, unde Aug. in Glo. sic dicit: Propositum Dei. i. præsētia Dei manet. i. impletur secundum electionem, id est secundum gratiā qua elegit sicut praeuidit, & non secundū debitum meritorum quod ipse non inuenit, sed eligendo facit secundo modo potest accipi diuina electio secundū, q̄ est in executione operis, & sic est temporalis, sicut quando aliquis segregatur a culpa originali, uel actuali in gratiā, uel a cōi statu in prælacionis, uel prædicationis officium: & sic de alijs quæ diuino munere aliquibus specialiter cōferuntur. Et de hac temporali electione dicit Ioh. 15. Ego elegi uos, & posui uos &c. Hæc B. Thom. primo scrip. senten. ubi sub immediate, in cor. q. in fi. Sed fortē argues, q̄ ex parte Dei nō sit electio temporalis tali ratione. Electio est bonorum a malis separatio, & præacceptatio, sed si Adā

sterisset, & non peccasset omnes essent boni, ergo non fuisset aliqua electio, uel æternalis, uel tēporalis ex parte Dei. Respō. & dico, q̄ licet antē peccatum non esset electio bonorum a malis, esset tamen meliorum electio ex bonis etiam si Adam non peccasset, ut dicit Pe. de Thiant. primo scrip. sentent, dist. 41. artic. 1. vtrum electio sit ab æterno, in solu. 4. arg. Et Alex. prima parte sum. quæst. 13. artic. 1. vtrum electio in Deo sit ponenda in solut. 4. argu. Quartō circa electionem diuinam cōsiderare debemus ad quid sit. Respondeo & dico, q̄ electio ex parte Dei est ad maiorem manifestationem bonitatis diuinæ: unde August. sic ait: Bene dispensauit Deus, ut nec omnes damnarentur, nec omnes liberarētur. Et reddit causam dicens: Si enim omnes saluarentur lateret quid peccato praeiustitia deberetur, si nemo saluaretur lateret quid gratiæ largiretur. Relinquitur ergo, quod ad maiorem manifestationem iustitiæ, & gratiæ, & bonitatis diuinæ est electio ex parte Dei. Hæc Alexan. ubi supra. artic. 3. in cor. q.

CAP.

V.

AD maiorem tamen euidentiā prædictorum circa electionem diuinā quattuor cōsiderare debemus. scilicet affectum charitatis, defectum quantitatis, effectum utilitatis, statum felicitatis. Primō circa electionem diuinam cōsiderare debemus affectum charitatis: nam electio Dei præsupponit secundum rationem eius dilectionem: unde electio ex dilectione Dei procedit, ita dicit apostolus ad Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mūdi constitutionem ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. In quibus uerbis ostendit apostolus q̄ diuina electio differt a nostra in quatuor. Est enim diuina electio præueniens non præuenta, disponens non disposita, produccens non producta, perficiens non imperfecta. Primō diuina electio est præueniens non præuenta: unde dicit elegit nos: Iohan. 15. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Non ergo dicendum quod aliquod bonum ex parte nostra totaliter præcedat electionem diuinam: dico au-

tem totaliter; quia aliquod bonum particulare in nobis existens potest esse causa alterius boni nobis dati, & hoc alterius cum sit quidā ordo in donis diuinis, sed uniuersaliter nihil potest esse causa in nobis præcedēs diuinā electionem; quia omnia bona nostra sunt nobis a Deo: unde nec opera nostra, nec merita sunt causa diuinæ electionis temporalis, & minus æternalis: unde Aug. in Gl. super illo uerbo apostoli ad Ephes. 1. elegit nos: sic ait: Elegit nos gratis non nostris meritis prædestinādo. Secundo diuina electio est disponens non disposita: unde dicit in ipso. s. in Christo. Constat enim q̄ Deus in sua sapiētia nos elegit: sed sapientia Dei patris est Christus: ita dicit apostolus prima ad Corinth. 1. Nos autem prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapiētiam. Sunt autem quidā dicentes, q̄ diuina præscientia est causa electionis. s. q̄ quia Deus ab æterno præsciuit aliquos bonos futuros, & bene vsuros gratia, idcō elegit eos: quod si verum esset sequeretur, q̄ electio nra esset præuia electionis diuinæ: quod est contra sententiam dicentis: Non vos me elegistis, sed ego elegi uos: unde Aug. in lib. de prædestinatione sanctorū sic ait: Non quia futuros nos tales esse præsciuit idcō elegit: sed ut essemus tales per ipsam electionem suæ græ qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Et iterum Aug. in lib. retractationū. Elegit igitur quos voluit gratuita misericordia, nō quia fideles futuri erant, eisque gratiā dedit, sed ut fideles fierent. Et iterum Aug. in lib. de libero arbitrio sic ait: Non propter fidem, uel aliqua merita elegit Deus ab æterno, uel apposituit gratiam iustificationis in tempore, sed gratuita bonitate sua elegit ut boni essent. Hæc magister sent. in tex. lib. 1. distin. 41. Tertiō diuina electio est produciens non producta: unde dicit Apost. Ante mundi constitutionē. s. ab æterno: & quantum ad hoc est differentia inter electionē diuinā, & nostram, quia electio nostra est tantum eorum quæ sunt. Cuius ratio est, quia uoluntas nostra prouocatur ad eligendum a bono in re præexistente: sed electio diuina est eorum quæ nō sunt. Cuius rō est, quia uolūtas Dei quæ est causa electionis non prouocatur ad eligendum ab aliquo

bono existente, sed est causa eius, & idcō est eorum quæ non sunt: unde Apostolus ad Roman. 4. Vocat ea quæ non sunt, sicut ea quæ sunt: unde Aug. dicit. Eligantur a Deo quæ non sunt: nec tamen errat qui eligit, idcō q̄ cum diuina electio sit cā rerum, ut patet, idcō eligit, quæ non sunt, ut sint. Quartō diuina electio est sp̄ficiēs, non imperfecta, vel diminuta: unde dicit apost. ibidem: Ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Augustinus ibidem, quasi dicat. Ad quid eligit, certē ut essemus sancti uirtutibus p̄ opera bona, & immaculati a malis, uel a criminibus: & hoc non exterius tantum in conspectu hominū, sed intus: ut ipse respicit. Hæc Aug. in gl. & hoc non meritis nostris, sed in charitate. s. sua quæ per electionē utrūq. efficit & sanctum & immaculatum: unde Ambr. in Gloss. sic ait: Amor. n. Dei hoc fecit. Et per hoc etiam notatur alia differentia inter diuinā electionē & nostram, quia in nobis electio dilectionem præcedit: eligimus enim aliquē quem diligimus, sed in Deo dilectio præcedit electionem, quod patet, quia uoluntas Dei qua uult bonum alicui diligendo eum est causa q̄ illud bonum ab eo præ alijs habeatur: & hoc est eum eligere: & sic patet q̄ in Deo dilectio præsupponit secūdū rōnem electionem cuius contrarium est in nobis. Sed fortē argues q̄ Deo eligere non conueniat tali ratione. Electio ponit uel importat discretionem quandam: sed Deus Equaliter se habet ad omnes, quia sicut Dionysius dicit 4. c. de diu. no. sicut noster. Sol non ratiocinans neq. præexigēs in omnia corpora radios suos diffundit, ita etiam diuina bonitas in omnes creaturas: ergo &c. Respondeo trib. modis. Primō quia licet uolūtas Dei æqualiter ad oēs creaturas se habeat, nō tamē omnes homines æqualiter se habent ad Deum, quia iste finaliter manet in gratia, ille uero non, & ideo iste eligitur, ille non. Hoc modo respondet Alex. prima parte sum. q. 13. de diuina electione, articulum in Deo electio sit ponenda, in sol. 2. argum. Secundo modo respōdeo & dico, q̄ in exēplo Dionysij, de Sole est similitudo quantum ad unum, & dissimilitudo quātum ad duo: primo est enim ibi similitudo quātum ad unum. s. quia sicut Sol

Differentia inter diuinā & humanam electionē.

nulli negat cōmunicationē sui luminis, ita etiam Deus suæ bonitatis: & quantū ad hoc Deus quodammodo nō operatur per electionem. i. per discretionem, quia indifferenter omnib. se communicat. Ex alia uero parte est ibi maxima dissimilitudo quantum ad duo: primo quia Sol agit per necessitatem naturę, Deus autē nō: secūdo quia Deus est cognitor, & ordinator diuersitatis bonitatis creaturarū, qđ soli non competit. Et ideo Deo conuenit eligere, soli autem non. Et hoc modo respondet. b. Thom. & dominus Ambaldus de Rom. primo scrip. senten. dist. 41. utrū electio Deo conueniat ab æterno: in solu. 2. argum. Tertio respondeo & dico, qđ cōmunicatio diuinæ bonitatis potest considerari dupliciter. s. uel in cōmuni, uel in speciali: primo enim communicatio diuinæ bonitatis in communi est absq. electione, quia Deus omnibus creaturis bonitatem suam cōmunicat. i. absq. discretionem in quantum nihil est quod nō participet aliquid de bonitate eius: secundo uero modo cōmunicatio bonitatis Dei potest cōsiderari in speciali in quantum hoc bonum, uel illud communicat creaturis diuersis: & talis communicatio non est absq. electione, quia quædam dat aliquibus quæ non dat aliis: & sic in collatione gratiæ, & gloriæ attenditur diuina electio. Hæc B. Thom. prima parte sum. quæst. 23. atti. 4. utrum prædestinati eligantur a Deo, art. contra: & in cor. q. & in sol. 1. & 2. argu. & in postilla quam fecit super Iohannem ubi exponit illud uerbū Iohannis 15. Non uos me elegistis &c. eo modo quo dixi.

C A P. VI.

26

Homi-
nū plu.
res sunt defectum quantitatis, siue numerositadinandi ris. Aliter. n. fuit de angelis, & aliter de quā sal- hominibus quantum ad hoc qđ de ange- uadi: sed lis plures remanserunt in cælo quam cæ angelo - cederunt de cælo, ut patet sup. Angeli, de rum plu numero bonorum angelorum, & malos man rū. De hominibus uero plures sunt dānā serunt. di quam saluandi, & plures uocati quā electi. Hoc autem in generali dupliciter

probo scilicet rationibus, & auctoritatibus.

Primo hoc probo triplici ratione. s. ratione culpæ, dementiæ, uia. Primo ratione culpæ, quia malū culpæ in hominibus ex hoc contingit qđ homines sequuntur bona sensibilia quæ plurib. sunt nota, deserto bono rationis qđ pauciorib. notū est. In angelis autem non est nisi natura intellectualis: unde non est similis ratio in angelis, & hominibus. Secundo pbo hoc idem ratione stultitiæ sic: Immergere sensum suum reb. terrenis ex quo sensus eius ineptus reddit ad percipiendū diuina est peccatum stultitiæ: sed hoc in pluribus hominibus reperitur. Ita dicitur Eccl. 1. Sultorum infinitus est numerus: quod uerbum duobus modis exponitur: primò sic: Sicut. n. infinitum est ignotum sic ignotū est uel incertū qui sunt stulti & qui sapientes: & qui boni, & qui mali: & quot saluati, & quot damnati: secundo mō exponitur sic: Stultorum infinitus est numerus, quia sicut infinitum incōparabiliter excedit finitum, ita plures inueniuntur mali quam boni, stulti quā sapientes, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucē, estimantes secundum sensum corruptum dulce amarum, & è conuerso, ut dicit Isaiæ 5, Et propter hoc plures de hominibus damnantur quam saluantur, ut dicit B. Tho. prima parte sum. q. 63. art. 9. utrum de angelis tot remanserunt quot ceciderunt, in sol. 1. arg. tertio hoc idem probo ratione uia sic: Per uia arctā difficilius, & rarius ad terminum peruenitur, quam per uiam latam: sed uia eundi ad infernum est lata, & multi per eam ambulant: & uia eundi ad cælum est arctā, & pauci ambulant: ergo plures sunt qui dānantur quam qui saluantur. Ita dicitur Matth. 7. Lata porta, & uia spaciofa est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam: quam angusta & arctā uia est quæ ducit ad uitā: & pauci sūt qui inueniūt eam. Sed forte argues in oppositum. s. qđ sicut uia iustorum est arctā, ita & uia peccatorum est difficilis nimis ad ambulandum, quia Sapientiæ 5. dicit in p'sona peccatorū: Ambulauius uias difficiles, ergo uidetur qđ uia peccatorum non sit lata & facilis, ut dicitur Matth. 8. Respondeo & dico ad euidentiā huius, quod

q̄ sicut finis imponit bonitatem & prauitatem his quę sunt ad finem: sic terminus vię imponit grauitatem & leuitatem in via, verbi gratia: via eundi ad cælū vel via salutis est in se angusta & grauis, quia per multas tribulationes & angustias pergitur ad ipsam: vnde Greg. super ezechielem sic ait. Quamuis autem charitas sit lata, tamen p̄ angusta & ardua homines ducit à terra. Et subdit, Satis angustum est omnia prętermittere, vnum solum diligere, prospera non ambire, aduersa nō timere: sed est valde facile & suaue p̄pter pręmij consecutionem. unde si quis consideret iocunditatem, suauitatem, lætitiā, & quietem quam in termino vię est habiturus, quęcunq; pericula & aduersa, & tristitia patiat in via leuia, & suauia sibi esse videntur: vnde sancti qui fixum animū habent in gaudio, & lætitia pręmiorum, quamcumq; grauitatem in fame, & siti, in vigilijs & paupertate & angustia sæculi patiantur, leuiter, suauiter, & dulciter portant. Et hoc modo Chrysost. hanc dubitationem soluit dicens: Quod si tempestates nautis vt vulnera militibus leuia sunt propter spem meritorū, multo magis omnia erunt quādo in cælo adepto nullū timorem sentient imminentium periculorū. Et per oppositum via perditionis est lata, & facilis in se, quia omnia habet ad libertatem: vnde sup̄ Matth. Chrysost. sic ait: Via autē perditionis est omnis iniquitas: quę ideo dicitur spatiosa, q̄a inter regulam disciplinę non est inclusa, & ambulantes in ea quicquid eos delectauerit, hoc sequuntur: sed est valde difficilis, & stricta p̄pter priuationē termini: vñ mali & peccatores q̄ nihil de suo futuro considerant gaudio, uel nō agūt illa per quę posset illud cōsequi, etiā si qua delectabilia, & suauia habent in vita ista grauitatē ipsa portant. Et quia angusta est porta ad intrandum per eam in cælum, oportet caput inclinare per humilitatem, corpus extenuare p̄ macerationem, onus deponere per paupertatem, vestem exuere per simplicitatem, pedes iungere per amoris unitatem: vnde Cassianus ostendens q̄ perfectio hęc sit paucorum super illo verbo Arcta via est &c. ait: Considerate de paucis & electis effectum: & ne exemplo ac tempore multitudinis refrigescas, viuē

vt pauci, vt cum paucis inueniri merearis in regno Dei. Secundò principaliter q̄ de hominibus pauci saluentur & multi damnantur, probo auctoritate Matthæi 20. & 22. c. sic dicentis. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Quod verbum Beat. Gregor. duobus modis exponit: & primò 20. c. ibidem dicens: Ad fidē enim plures veniūt, & ad cæleste regnum pauci perducuntur: pleriq; enim Deum vocibus sequuntur, & moribus fugiunt. Et subdit: Ex hoc ergo duo pensare debemus. Primum est, vt de se quisq; minuere pręsumat, quia & si iam ad fidem vocatus est: vtrum ad regnum eligendus sit nescit. Secundum uerò est, vt vnusquisq; proximum suum quem iacere in vitijs conspicit, desperare non audeat, quia diuinę misericordię diuitias ignorat. Secundò Matth. 22. exponit sic dicens: Multi enim sunt vocati &c. Nonnulli enim bona nec incipiunt: nonnulli uerò in bonis quę inceperunt minime persistunt. Et subdit: Tantò ergo in humilitate se vnusquisq; depri-mat, quantò si sit electus ignorat. Hęc allegat B. Thom. in euangelio continuo super Matth. exponens illam auctoritatem. Multi sunt uocati.

CAP. VII.



D maiorē tamen euidentiam auctoritatis prędictę, scilicet. multi sunt vocati &c. nota quattuor, scilicet, differentiam, eminentiam, continentiam, deficientiam. Primò nota differentiam: Est enim duplex differentia specialiter inter electionem, & vocationem. Prima est, quia vocatio dicit terminum ad quem in quantum importat adductionem quandam ad aliquid: siue ad aliquid gratis datum: siue ad aliquid pręsupponens gratum. Secunda differentia est, quia vocatio semper est temporalis: eò q̄ dicit actum exteriorem solum, scilicet, adductionē quandam ad aliquid vt dixi, & de hoc dicitur ad Roman. 4. Vocat ea quę non sunt, sicut ea quę sunt. Electio autem potest esse æternalis, & temporalis, eò quòd electio, vel dicit actum interiorem per se, & sic est æterna:

vel dicit actum interiore cum effectu exteriori, & sic est temporalis. Et confirmo hoc tali ratione: Quia electio Dei ab eius dilectione causatur, sed quædam dilectio est temporalis, & quædam æternalis, ergo & electio. Tertia differentia est, quia est quædam vocatio exterior, scilicet ad esse naturę per creationem cui nõ respondet æterna electio: & est quædam vocatio temporalis, vel interior per gratiæ infusionem, vel exterior per prædicatoris vocem cui respondet electio temporalis, & æternalis. Secundò nota eminentiam, quia electio diuina & præexigit & efficit: primò enim electio diuina non præexigit diuersitatē gratiæ, quia hoc electione consequitur, sed præexigit diuersitatē naturæ in diuina cognitione, & secundariò facit diuersitatē gratiæ, sicut dispositio facit diuersitatē naturæ. Hæc B. Tho. primo script. sent. dist. 41. de prædestinatione art. 3. vtrum electio prædestinationē præcedat, in solu. 2. & 3. argum. Tertiò nota continentiam. Nam saluatio in se concludit, & continet ista quinque, scilicet dilectionem, prædestinationem, electionem, vocationem, iustificationem: quod patet, quia omnes saluandi ab æterno sunt dilecti, prædestinati, electi, vocati, & iustificati: Primò igitur saluatio includit dilectionē, eò quod Deus nõ ex necessitate, sed ex charitate saluat. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te &c. Ratio huius est, quia saluatio respicit gratiā habitam: sed dilectio Dei est causa gratiæ, ergo &c. secundò saluatio includit prædestinationem. Cuius ratio est, quia prædestinatio præsupponit dilectionem, quia nõ præparantur bona nisi eis qui diliguntur: tertio saluatio continet electionem. Cuius ratio est, quia electio, uel importat separationem boni à malo, vel separationem minoris boni ad melius, quæ sunt necessaria ad salutē: quartò continet vocationem, in quantum per vocationem ordinat ad Deum: quinto continet iustificationē per quam saluandus reuocatur à malo. Hæc Alexand. prima parte sum. q. 13. de prædestinatione, artic. 1. quid sit prædestinatio, & quomodo prædicta quinque nomina respiciunt gratiā, in cor. q. vnde apostol. ad Rom. 8. de istis loquens sic ait: Quos præsciuit, & prædestinavit cõformes heri imaginis filij sui. Quos autē prædestina-

uit hos, & vocauit, & quos vocauit hos, & iustificauit: quos autem iustificauit illos, & magnificauit. Quæ verba Augustinus in Glosa ibidem exponens sic ait: Quos præsciuit. scilicet Deus pater sciētia ap. p. batiōis. i. quos ab æterno sua dilectiōe ap. probauit. Hos prædestinavit, vt daret vel præpararet eis gratiam præsentem, & gloriam in futuro. Quos autem prædestinavit sua æterna electiōe: Hos & vocauit. scilicet interior per gratiam, quæ vacatio est electorum solum. Quos autem vocauit. scilicet interior eligēdo. Hos & iustificauit. scilicet infundendo gratiam, culpam remittentem, & animam decorantem, & Deo gratificatē: iustificauit peccatorū remissione, & bonorum operatione dū peccatores essent, illos & magnificauit vitæ æternæ retributione: & ponitur præteritum pro futuro, vt sic: Magnificauit. i. magnificabit æterna remuneratione, ita quod prædestinatio sit per gratiæ, & gloriæ præparationē, & appositionem, vocatio sit per æternam electionem, iustificatio sit per culpę remissionē, magnificatio sit per virtutū perfectionē. Hæc vt dixi August. ibidem. Quartò & vltimò nota deficientiā, nam plures sunt uocati quàm electi, & damnati quàm saluati: quod p. bo. p. modum vocationis, & electionis: vocat enim Deus quattuor modis. scilicet liberaliter, vniuersaliter, perpetualliter, naturaliter. primò Deus vocat liberaliter. Sicut enim nullus illuminatur nisi ipse illuminare velit, ita nullus vocat nisi ipse vocare velit. Rogandus est ergo Deus vt velit vocare: sed quia pauci eius vocationi, & voluntati obediunt, iuxta illud quod dicitur 1. Prouerb. Vocauit, & renuistis. Quāuis autem ipse quantū in se est omnes vocet, pauci tamen saluantur &c. secundò Deus vocat vniuersaliter. scilicet de quolibet gente, de qualibet ætate, de qualibet arte, de quolibet sexu vocat, & saluat: speciali tamen modo christianos vocat per fidem, & quia nõ omnes fidē habent, idē non omnes saluantur: tertio vocat perpetualliter, quia à principio mundi vsq; ad finē Deus aliquos vocabit, & saluabit, siue in lege naturæ, siue in lege scripturę, siue in lege gratiæ fuerint quolibet tempore: sed quia nullus saluabit nisi perseuerauerit vsque in finē, cū tales sint pauci, idē plures sunt uocati quàm electi: & plures dam-

Exp. illud Pauli, quos sciuit.

Deus vocat quattuor modis.

Præcipuè christianos vocat.

Nomen saluatoris includit quinque

damnandi quam saluandi. Quarto Deus uocat naturaliter; quia hominibus dedit uelle quo uelint uocari, & saluari. Sicut enim omnibus dedit spiritum clamantē abba pater, quia omnes facit clamare, ita omnes uniuersaliter facit uelle, tamen quia pauci sunt libero arbitrio in bono utentes, & secundum Aug. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine. Concludēdum est quod longe satis plures erunt uocari quam electi, & damnati, quam saluati.

CAP. VII.

Circa diuinam electionem, tertio, principaliter considerare debemus effectum utilitatis. Differentia est inter electionem humanam & diuinam præcipuè quantum ad hoc, quia electio humana nō est causa boni, sed causatur ab aliquo bono præexistente, sed electio diuina semper est causa alicuius boni, quod dupliciter probō. scilicet ratione, & distinctione.

Primo ratione sic, Ad electionem quatuor specialiter requiruntur. scilicet præscientia, propositum, prædestinatio, & uocatio, ut patet capi. præcedenti: sed ista semper sunt causa boni: quod sic probō. Nam præscientia dicit præcognitionem, & approbationem; propositum addit uoluntatis in aliquod bonum inclinationē: prædestinatio addit alicuius in finem ultimum destinationem, & gratiæ, & gloriæ præparationem, & collationem, uocatio autem alicuius boni temporalis, uel spiritualis, adductionem; electio uero includit alicuius a suo opposito separationem, ut boni a malo, uel melioris a minus bono præceptionem, ut ex superioribus patet.

Secundò hoc idem probō distinctione. Cum enim sit duplex electio. scilicet æternalis, sic probō.

Prima enim diuina electio est æternalis secundū quod est in propositione. id est in dispositione ipsius Dei, & hæc est causa boni, quia ab æterno uoluit Deus bonos a malis in gloriam segregare. Secunda electio Dei est temporalis secundum quod est in operis executione: & ista est causa boni, per istam segregantur homines a culpa originali, uel actuali in gratiam, uel a

communi statu in prælationis officium, & sic de alijs quæ diuino munere aliquibus specialiter conferuntur.

Sed fortè argues quod non sit in Deo electio æternalis tali ratione: Electio requirit multitudinem in eis quorum est electio, ut patet sup. ex definitione electionis, sed ab æterno omnia non fuerunt nisi unum in Deo: ergo &c. Respondeo & dico, quod Deus ab æterno non tantum cognouit de reb. illud esse quod tunc in ipso habebant, sed etiam esse quod in propria natura habituræ erant: secundum quod esse unitatem non habent, sed magnam distantiam ad percipiendam diuinam bonitatem, & ita conuenit ab æterno electio Deo: unde omnis diuina electio siue æternalis, siue temporalis est causa alicuius boni, ut patet. Hæc b. Thom. 1. scrip. sent. dist. 41. ar. 1. utrum electio Deo conueniat ab æterno, in cor. q. in fine, & in solution. 3. argum.

Sed fortè quæres ad quem finem, siue ad quam utilitatē Dei electio fiat ex parte nostra. Respondeo & dico, quod duplex est electio.

Vna est præsentis iustitiæ: & hæc est ad esse sanctum. & de hac dicit apostolus ad Ephes. 1. Elegit nos Deus in ipso ante mundi constitutionem. Requir. expositionem sup. Alia electio est finalis iustitiæ: & hæc est ad faciendum fructum, de quo dicitur Iohan. 15. Non uos me elegistis &c. Hæc Alex. 1. parte sum. q. 13. de diuina electione, artic. 2. ad quem finem fit Dei electio ex parte nostra. id est ad quem finē Deus nos elegerit, in cor. q.

CAP. XI.

Ad euentum autem illius auctoritatis. Ioh. 14. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos; est sciendū, quod duplex est electio, ut patet cap. præcedenti. Vna æternalis qua prædestinamur, ad Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.

Alia temporalis, qua ab ipso uocamur, quæ nihil aliud est quam executio æternæ prædestinationis, quia quos elegit prædestinando, hos etiam elegit uocando, ut dicit Apost. ad Roman. 8. Quos prædesti-

Quatuor requisita ad electionē.

Duplex electio.

Cōfuta
tur er-
ror quo-
rundam
circa Di-
uinam
electio-
nem.

stinavit hos & uocauit. Ideò dominus in auctoritate prædicta principaliter tangit duo. scilicet liberalem Dei electionem cū dicit, non vos me elegistis sed ego &c. Secundò tangit temporalem vocationem cū subdit, Et posui uos. Primò tangit gratuitam seu liberalem Dei electionem cum dicit: Nō uos me elegistis &c. Quod uerbum exponitur tripliciter: primò secundum Glos. sic: Electio Dei præsupponit dilectionem Dei: ergo sicut non eligit qui non diligit, ita non primò eligit qui primò non diligit: sed uos non me elegistis: ut. scilicet. essem amicus uester: sed ego elegi uos ut facerem amicos meos: prima Iohan. 4. Non quia nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et ideo quisquis ad dignitatem huius amicitiae est uocatus, non sibi attribuat sed mihi ad hoc eligenti; quia ego elegi uos, ut. scilicet. facerem amicos meos. Et hoc modo exponit etiam B. Th. in postilla super Iohannem ibidem: secundo modo exponitur si secundum Glo. Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos Gl. Gratis elegit cum non essemus: uel elegit nos. i. misericordia præuenit cum mali essemus. Et per hoc excluditur error quorundā dicentium, quod merita præsentia sunt causa diuinæ electionis, quia nullū bonū potest esse ex parte nostra quod præcedat electionem diuinam temporalem, & magis erroneū est dicere quod præcedat electionem æternam: tertio modo exponitur sic: Non uos me elegistis sed ego elegi uos. Ad excludendum errorem quorundam qui dixerunt, & si merita in actu existentia non sunt cā prædestinationis, tñ merita præexistentia in præscientia Dei sunt causa electionis Dei, dicentes, quod quia Deus ab æterno sciuit aliquos bonos futuros, & benè usus gratia, ideò proposuit eis suam gratiā se daturū. Et si hoc esset uerum sequeretur, quod ideo Deus elegit nos quia præsciuit nos ipsum electuros, & sic electio nostra esset præuia electioni diuinæ, quod est contra sententiā domini dicentis: Non uos me elegistis, sed ego elegi uos: unde Aug. ibid. sic ait. Hæc est ineffabilis gratia: Elegit cum nil essemus, elegit cum nō elegerimus. elegit cum iniqui essemus, elegit ut boni essemus: primo elegit cū nil essemus, quia secundum apostolum, ante mundi constitutionem, erga merita uel opera p-

pria non sunt causa diuinæ electionis: secundò elegit cum nō elegerimus, neque. n. quia credideramus in eum elegit nos: nā si credentes elegit eligentes elegit: sed hoc est falsum. Non. n. est ut dicas, ideo electus sum, quia iam credebam, sed nō credebam quando electus fui, quia nondū eras, ergo non eligentes elegit: tertio elegit cū inquit & perdit essemus: quod probat Aug. ibidem dicens, Quid enim eramus quādo Christum nondum elegerimus, nisi iniqui & perditis? Nec est ut dicas, ante quam crederē bonus eram, iam bona operabar: ideò electus sum. quid. n. est boni operis ante fidem? & ideo. quarto elegit ut boni essemus, unde Aug. ibidem sic cōcludit dicens: Quid ergo dicturi sumus nisi, quia mali eramus, & electi sumus, ut boni per gratiam nos eligentis essemus. Hæc August. ibidem, & B. Thom. allegat in euāgelio continuo super Iohannem ibidem: unde Aug. de prædestinatione sanctorum sic ait. Et uidete quemadmodū non eligat bonos, sed quos eligit facit bonos, & hoc etiam allegat B. Th. ibidem. Secundò principaliter tangit temporalem vocationem cum subdit: Et posui uos. Sic ergo elegit nos dupliciter, uno modo ab æterno prædestinando: ideo dicit: Non uos me ele-
stis &c. alio modo elegit nos ex tempore ad fidem uocando, ideo subdit: Et posui &c. In quo uerbo ostendit quod t. mpora-
liter elegit ad duo. scilicet. ad aliquid agendum cum dicit: Posui uos & ad aliquid recipien-
dum cum subdit: Vt quodcunq. petieritis &c. Primo ostendit quod temporaliter elegit aliquos ad aliquid agendum, cum dicit: Po-
sui uos. In quibus uerbis tangit quattuor, primo auctoritatem, ibi Posui uos. i. ordi-
nem, & auctoritatem in ecclesia uobis de-
di, quia sine me nihil potestis facere, prima ad Corinth. 12. Posuit Deus in ecclesia primum quidem apostolos &c. Vel aliter: Positio ordinem uel firmitatem importat: unde posui uos. i. firmiter uos disposui: Gen. 1. Fecit Deus luminaria magna: & posuit ea in firmamento cæli, secundo tangit rectitudinem, ibi Vt eatis: Augustin. de prædestinatione sanctorum. Ipse est uia in qua nos posuit ut eamus. Et Gregorius in Homel. Posui uos. i. in statu gratiæ plan-
taui, ut eatis uolendo, quia uelle iam mēte
ire est. Tertio tangit utilitatem, ibi. Et
fru-

fructum afferatis bene operandi, uel secundum glo. Fructum afferatis. i. dilectionem quæ est fructus noster. Quarto tangit perpetuitatem, & fructus uester maneat perseuerans. Grego. ibidem sic ait: Omne enim quod secundum præsens seculum laboramus uix usq. ad mortem sufficit, mors namq. intendens fructum nostri laboris abscindit. Quod uero pro æterna uita agitur etiam post mortem seruetur, & sic apparere incipit cum labor carnalium fructuum ceperit non uideri. Tales ergo fructus operemur qui maneant cum mors cuncta interimat ipsi exordium a morte sumant. Hæc Greg. ubi supra, & allegat ea. B. Tho. ibidem. Secundo ostendit dominus, quod elegit eos ad aliquid recipiendum. Omnia quæ petierint, ideo subdit. Vt quodcumq. petieritis patrem in nomine meo det uobis. q. d. Posui uos, ut essetis digni recipere a patre quicquid petieritis a patre in nomine meo, unde prima Ioh. 1. Si cor nostrum non reprehendit, nos habemus fiduciam ad dominum, ut quodcumq. petierimus accipiemus ab eo. q. d. Si cor nostrum non reprehendit nos de ficta dilectione, fiduciam habemus ad dominum. i. confidimus de Deo, scilicet ex radice charitatis, quod quicquid petierimus utile, & necessarium ad salutem accipiemus, Ioh. 15. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Aug. ibidem. Hoc perimus in nomine saluatoris, quod pertinet ad rationem salutis. Hæc B. Tho. in postilla super Iohann. & in euangelio continuo super Iohannem ibidem exponens prædictam auctoritatem.

C A P. X.

Quarto & ultimo circa diuinam electionem considerare debemus statum felicitatis. Nam electio Dei æterna est saluandorum, & non reproborum, quod tripliciter probo. Primo ex similitudine de Iacob, qui fuit electus & Esau, qui fuit reprobatus, unde Iacob electus fuit saluatus, & Esau reprobatus est damnatus. Secundo hoc idem probo ratione sic, Diuina ordinatio non potest

deficere, sed diuina ordinatio qua quidam alijs præferuntur ad consequendam beatitudinem dicitur, æterna Dei electio. ergo &c. Secundo hoc idem confirmo alia ratione sic, prædestinatio præsupponit electionem, quod patet, quia prædestinatio attenditur in hoc, quod electis præparatur bona gratiæ in præsentia, & bona gloriæ in futuro, quibus ad finem beatitudinis ordinantur, & applicantur: sed nullus prædestinatus potest non saluari, sicut etiam nullus præscitus potest non damnari: ergo nullus electus potest non decedere in finali gratia, & per consequens non sequi gloriam. Et per oppositum nullus ab æterno non electus potest decedere in finali gratia, & per consequens saluari. Hæc b. Thom. primo scrip. sen. dist. 41. art. 2. utrum electio prædestinationem præcedat, in cor. q. iuxta finem, & Alex. prima parte sum. q. 13. de electione diuina, art. 6. cuius sit electio prædestinationis, utrum saluandorum uel damnandorum. in cor. q. Tertiò hoc idem probo auctoritate domini dicentis Io. 13. Ego scio quos elegerim. q. d. Electi non peribunt, ergo ille peribit, qui a Deo ab æterno non est electus, ut exponit b. Tho. in postilla quam fecit super Iohannem exponens prædictum uerbum Ego scio quos elegerim. Ad cuius auctoritatis euidentiam est sciendum, quod in Deo dicitur esse duplex scientia, scilicet scientia, uel notitia simplicis intelligentiæ, & notitia approbationis. Prima scientia, scilicet simplicis intelligentiæ Deus bonos, & malos cognoscit. Secunda scientia, scilicet approbationis Deus non nouit reprobo, sed electos. Quod autem non cognoscat reprobos, patet Matth. 7. Confitebor eis, quia nunquam noui uos, ubi Aug. sic ait: Scit reprobos quos cognoscendo iudicat, non autem approbat voluntatē, quæ ab ipso discordat, Et Chrys. ibidem super Matthæ. sic ait. Sciendum autem quod peccatores nescit Deus, quia non sunt digni, ut cognoscantur a Deo, non quia omnino ipsos non cognoscat, sed quia illos suos esse non cognoscit, Deus enim essentialiter omnes cognoscit, sed uidetur eos non cognoscere, quia non eos diligit, sicut etiam non uidentur Deum cognoscere, qui uolunt Deum digne. Secundo

Diuina
ordinatio non
pōt impediri.

In Deo
duplex
sciētia.

cundo q̄ Deus notitia approbationis cognoscat electos probo auctoritate Apost. 2. ad Thi 2. dicentis: Nouit dominus, qui sunt eius q. d. Dominus nouit omnes electos suos approbando eos, & in gratia cōfirmādo: unde Aug. in gl. super illo uerbo nouit dominus, qui sunt eius sic ait: In illa ineffabili præscentia Dei multi, qui foris uidentur intus sunt. Ex illis ergo omnib. qui (vt ita dicam) intrinsecus, & in occulto iudicio intus sunt, & quos nouit dominus, nemo in æternam damnationem seducitur, quia nouit dominus, qui sunt eius, nondum, n. apparuit iudicium, sed iam factū est in notitia Dei, nouit. n. qui permaneant ad coronā, & qui ad flammā, nouit triticum nouit, & paleam. Et Ioh. 10. Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, ubi Origenes sic ait: Cognosco oues meas non solū notitia simplici, sed notitia approbationis, dilectionis, & electionis. diligo oues meas, & cognoscunt me meæ, in quantum electione, prædestinatione, uocatione, & gratia qua diligo ipsæ me diligentes obsequuntur, ut exponit b. Tho. in postil. quam fecit super Iohannem ibidem. Sed forte argues in oppositum. s. q̄ electio Dei non sit causa beatitudinis, quia Ioh. 6. dicitur: Nonne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est. Si ergo Christus elegit iudam, aut ipse in electione errauit, aut ipse non est factus malus, aut si est factus malus electio Dei non est causa beatitudinis, cuius contrarium superius est probatum, aut si electio Dei est causa beatitudinis iudas non fuit electus. Respondeo, & dico, q̄ duplex est electio, una est quantum ad præsentem iustitiam, & ad hanc iudas electus fuit, alia electio Dei est ad finalem gratiam, ad hanc iudas non fuit electus. Et hoc modo respondet b. Tho. in postilla quam fecit super Iohannem super illo uerbo Ioh. 13. Ego scio quos elegerim. Secundo modo respondetur secundum Chrys. quia cum Christus dixit, Nonne duodecim uos elegi, &c. non dicitur hoc de electione prædestinationis, sed ad aliqd̄ officiū, & ad statū præsentis iustitiæ non futuræ, & talis electio non aufert libertatem arbitrij nec possibilitatem peccādi, unde Chrys. ibidem sic ait: Accusant autem. Sic Christū gentiles insipienter. Nō

Duplex
Dei electio.

enim electio eius uim infert his, quæ futura sunt, sed in uoluntate positum est saluare, & perire, unde dicitur. 1. ad Cori. 10. Qui se existimat stare, uideat ne cadat. Sic ergo dominus elegit iudā ad aliquod officiū, non tamen post electionē ablata est ei possibilitas peccādi. Tertio modo responderetur secundum Bedā, qui ibidem sic ait, Ad aliud elegit dominus undecim, & ad aliud unū. undecim elegit ut in apostolica dignitate perseverarent, unū elegit, ut per prodicionis eius officiū salutem operaretur humani generis. Et Aug. ibid. sic ait: Electus est. n. iste de quo nolente, & nesciente magnum aliquod boni fieret, sicut enim iniqui male utuntur operibus Dei, sic etiam Deus bene utitur malis operibus hominum. Quid iuda peius? sed malo eius bene usus est dominus, cum ad hoc tradi se pertulit, ut nos redimeret. Quarto modo responderetur etiam per Aug. ibidem qui sic ait, cū dominus dicit, Nonne ego duodecim uos elegi? potest intelligi, q̄ electio Apostolorum nō referatur in hoc ad personas, sed ad numerū. q. d. Ego elegi in uobis duodenarium, hoc enim duodenarius numerus cōgrue consecratur eis qui fidem sanctæ Trinitatis per quattuor mundi cardines prædicaturi erant, qui quidem numerus, non periit, & si iudas periit, quia in locū pereuntis proditoris surrogatus est Marr. Quinto modo responderetur, q̄ ideo Deus iudam quem futurum nouerat esse malum elegit, ut daret intelligere, q̄ nulla societas hominū sine alicuius mali admixtione futura esset: Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, &c. unde Ambr. sic ait ibidem; Ideo dominus elegit iudam malum, ut consolaretur infirmitatē nostrā, si aliquādo contingat nos ab inimicis perdi cum legimus proditum a discipulo dominum, & magistrum. Et Chrys. ibidem sic ait, Docemur, ut si quando a famulis aut aliquib. uiliorib. malum aliquod patiamur non scandalizemur, respiciēdo iude proditoris exemplum, qui in finitis potitus bonis in contrariū remunerauit benefactore. Hæc b. Tho. allegat in postilla quam facit super Io. exponens illud uerbum, Nonne ego duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est? Et iterum in euangelio continuo super Io. ibidem.

Cur Apostoli
furriant

CAP. XI.

Tertio principaliter dicendum est de electione prælati. Circa quam quatuor considerare debemus, scilicet quid sit, quid exigit, quid efficit, quid impedit. Primo circa electionem prælati considerare debemus quid sit electio.

Nam Goffredus libro. 1. titulo. 6. de electione circa principium electionem diffinit dicens: Electio est alicuius personæ ad dignitatem uocatio. Hostien. uero addit dicens. Electio est alicuius personæ idoneæ ad dignitatem seruata forma canonis facta uocatio. Colliguntur hæc extra eodem titu. cum in cunctis, &c. cum ecclesia vulterrana.

CAP. XII.

Secundo circa electionem prælati considerare debemus quid exigit. Sunt enim octo de substantia formæ electionis secundum Innocentium super illud cap. Quia propter.

Primum est, quod electores congregentur siue in ecclesia, siue in capitulo, siue in aliquo loco honesto iuxta consuetudinem, sicut patet infra, nemo enim in prælatum seipsum potest eligere. 8. q. 1. In scriptis, &c. Si ergo. Secundum est, quod tres scrutatores de collegio fide digni assumantur, quod si tantum tres sunt electores non potest seruari hæc forma. ergo tunc in simul allegant, & duo scrutantur tertium, uel si duo sunt, tantum unus scrutabitur alium, quod si solus sit, in quem excidit ius eligendi, ille solus uocatis testibus exprimat uorum suum, & postea eliget, & postea electionem publicabit, ut Innocen. dicit in glo. Tertiū est, quod in secreto non in publico uota electorum sigillatim exquirantur. Et dicit sigillatim quia non sufficit generalis uocatio: ut scilicet dicantur. Venite ad scrutinium uos, qui scrutandi estis. Si uero electores sunt infirmi, scrutatores debent ire ad eos, & uota eorum inquirere.

Quartum est quod uota in scriptis redigantur. Quintum est, quod nota scripta mox in ca. publicentur. Sextum est, quod collatio habeatur: nam quando plures a pluribus eliguntur, tunc collatio est facienda numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum, ut patet extra cod. tit. in genesi, alias non ualet electio, ubi uero omnes in unam personam conueniunt, ualet etiam si collatio sit omissa. Septimū est, quod electio communis sequatur.

Octauum est, quod ille in quem maior, & sanior pars consenserit eligatur. Hæc Innocentius ubi supra. Goffred. uero dicit, quod facta publicatione uotorum, & collatione cum iam apparet quis sit eligendus. scilicet ille in quem maior, & sanior pars consenserit, tunc illi, qui sunt de minori parte possunt adherere illis, qui sunt de maiori parte, & is qui maiorem, .i. principaliorē uocem habet inter eos in capitulo surgens dicat, Ergo pro toto capitulo eligo talem: & omnes acceptabunt. Si autem, & non acquieuerint: tunc is qui maiorem uocem habet inter eos, qui maiorem, & saniorē partem constituerunt dica: Ergo pro me, q̄ pro illis, qui mecum consentiunt eligo talem, & illi dicent. Placet nobis. Hæc Goffred. in summa.

CAP. XII I.

Circa electionem prælati, tertio, considerare debemus quid electio efficit. Nam secundum Hostien. ibidem ubi electio. Electio rite facta nullo modo tollitur per dissensum electi tacitum, uel expressum, ut patet extra. co. tit. cum inter canonicos, & extra de translatione inter corporalia. Item infra eo. ca. 9. quid operatur. Et addit, quod electus si consenserit ecclesie uiduatur coniungitur spiritualiter. Item electio gignit confirmationem confirmationem autem concedit administratio, sed si electus ante confirmationem administrat remouendus est, ut patet extra co. tit. qualiter, ubi dicitur, quod non ualet electio si administrat electus ante quam confirmetur, extra co. tit. qualiter &c. bone me, immo quicquid faciat rpe medio cassatur totum extra co. tit. nosti.

Et si electus non assensit tñ manet electus.

Non enim ex electione, sed confirmatione habet auctoritatem, extra eo. ti. transmissam: secus est in summo pontifice, qui electione confirmatur: dist. 23. In nomine domini. Non confirmatus: ergo administrans remouetur nisi parcatur ei. Vbi sciendum est quod aliud est instituere potestatem papalem, & aliud est eligere personam ad talem statum. scilicet ad statum papalem. Primum scilicet instituere potestatem papalem non pertinet ad communitatem Christianam nec ad Papam, sed solum ad Christum. Primò dico, quod instituere potestatem papalem non pertinet ad communitatem Christianam, quia hoc non potest facere. Cuius ratio est: quia illud quod excedit communitatem Christianam non potest fieri à communitate Christiana: sed potestas papalis includit virtutem ligandi, & soluendi in foro conscièti. eo modo quod sit acceptum Deo, quod facit clauem non errantem sed potestas Christiana ad soluendum, & ligandum nullo modo virtutem habet, ergo &c. Secundò dico, quod papa non potest restringere vel ampliare potestatem papalem. Cuius ratio est, quia nullus papa potest facere, quod ipse habeat potestatem maiorem, quam sit illa quam papa habet, ergo &c. Tertiò dico, & ex his concludo, quod solus Christus instituit potestatem papalem. Cuius ratio est, quia ille solus habet instituere Vicarium generalem super totam ecclesiam cuius est dominus principalis: sed solus Christus est dominus principalis totius ecclesiæ: ergo ipse solus habet instituere Vicarium generalem, & per consequens potestatem papalem: ita dicitur Matth. 19 Tibi dabo clauem regni cælorum: vbi secundum doctores sanctos, & theologos Christus promisit Petro se daturum potestatem papalem. Sed fortè ex hoc argues, & dices, ergo Petrus fuit papa viuente Christo, quia Christus instituit. Respondeo, & dico quod non sequitur: sed tunc fuit institutum à Christo, quod Petrus pro tempore futuro esset papa, & non pro tempore præsentis, quia viuente Christo non debuit habere Vicarium Generalem: vnde, & illa potestas confirmata fuit post resurrectionem quando dixit Petro: Ioh. 19. Pasce oves meas. Secundum sci-

licet eligere talem personam ad statum papalem vel est à Christo immediatè, sicut patet in Petro què Christus immediatè constituit & elegit, vel est à Christo electione cardinalium mediante, ita quod in consecutione potestatis papalis est institutio antiqua Christi, & noua electio collegij cardinalium: vnde Petrus immediatè à Christo talem potestatem scilicet papalem est consecutus. Alij verò Papæ à Petro consequuntur potestatem papalem ex antiqua religione Christi mediante determinatione facta ab ecclesia scilicet noua electione collegij cardinalium. Hæc reuerendus doctor Herpheus ordinis prædicatorum in tractatu quem fecit de potestate Papæ. c. 5. à quo sit potestas Papæ.

C A P. XIII.

CIRCA electionem prælati, quarto considerare debemus quod electionem impedit. Nam electio propter quindecim causas vitiatur, & annullatur. Prima causa est si electio fiat à suspensis, vel de suspensis. eo. ti. cum in terra: extra e. tit. 4. de consuetudine, ca. ult. Vel si fiat ab interdictis & de interdicto, eod. titu. cum inter: vel si fiat de excommunicato, vel ab excommunicatis maiori excommunicatione. Alioquin si minori ligatus fuerit, propterea electio non vitiatur, eod. tit. illa quotidiana: nisi scienter ligatus minori eligatur: extra Beatus Thom. 25. de clerico excommunicato ministrante. Secunda causa est si indignus, & intelligibilis eligatur, extra eod. titu. 9. de electione dudum. & cap. innotuit, & cap. nihil nobis olim. immo si scienter talem eligant priuantur illa vice potestate eligendi, eod. titu. scriptum est. Tertia causa est si non fiat collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerum, eod. titu. in genesi. Quarta causa est si electio fiat à minori parte capituli. Quinta causa est si electio fiat ad clamorem populi. Sexta causa est si fiat electio post appellationem legitimè interpositam, extra eod. titu. consideramus, & ca. cum nobis, & ca. auditis. Septima causa est si electio fiat post tempus à canone præfinitum, scilicet trium mensium. Octa-

Suspensi
interdicti
excommunicati
non
habent
ius
electionis.

Petrus
viuente
Xpo non
fuit sum-
mus Pontifex

ua causa est si electus ministret antequam confirmetur, ut patet cap. preced. Nona causa est si commissa sit symonia pro electione etiam electio ignorante. Decima causa est si praestitit assensum suae electioni post publicationem votorum antequam eligatur: extra eo. titu. cum post petitam. Undecima causa est si quis fieret monachus sub illa spe, ut fiat abbas si eligatur eius electio irritatur: extra eo. titu. ad nostram: unde eligendus non est inquirendus ne tanquam ambitiosus repellatur: extra eo. ti. cum post. Duodecima causa est propter caducum, & alium notabilem morbum extra i. ti. 6. de electio. cum inter canonicos. Tertiadecima causa est si eligat quis in priorem, uel abbatem antequam sit professus: extra eo. ti. cum in magistrum, & c. cum in causam. Decimaquarta causa est si post publicationem votorum non sint communis electio, i. ut aliquis vice omnium eligat extra eod. tit. in Genesi. Decimaquinta causa est si in electione obmittatur forma tracta ex constitutione concilii generalis: tunc electio nihil ualet extra i. titu. 6. de electio. quapropter. Licet autem sint plures aliae causae tamen iste quindecim sunt principales ex quibus electio vitatur, & nihil ualet: ut ex praemissis patet.

CAP. XV.

¹⁵ **A**D maiorem tamen euidenciam praeced. cap. est sciendum, quod in electione debite facienda quattuor sunt obseruanda, & considerata. scilicet numerus excedens, locus conueniens, modus differens, virtus eminens, & alliciens. Primo dico, quod in electione considerandus est numerus excedens: hoc. n. est regulare quod ad collegium cuiuscumque ecclesiae spectat: electio, etiam si duo, uel tres fuerint in collegio: ut extra eo. ti. c. i. ubi dicit Glo. quod duo faciunt congregationem, tres collegium: decem populum: & quindecim homines faciunt turbam. Vbi nota septem. Primum est quod in electione rite facta consideratur numerus maior dignitas, uel grauitas personarum, & bonus zelus animarum, uel ecclesiae: extra i. ti. 6. in genesi, Secundum est, quod in

electione non statatur semper maiori numero, nisi numerus maior sit sanior: extra e. tit. ecclesia uestra. Tertium est, quod non sufficit in electione, quod sit sanior pars, nisi etiam sit maior: & debet esse maior pars totius capituli. i. ultra medietatem eligentium: ut patet extra eo. tit. ecclesia uestra. Quartum est, quod auctoritas eligentium praefertur quandoque numero, ut patet ibidem extra: Ecclesia uestra, & ca. Cumana. Quintum est, quod eligentium numerus multum excedens praefertur dignitati, & auctoritati, extra eo. dudum. Sextum est, quod in electione aequali inter duos potior est pars illius qui est de gremio dummodo discretè sentiat: extra eo titu. cum in iure. Septimum est, quod ab indignis transfertur potestas ad alios & si sint pauciores: extra eo. titu. bonae me. i. & cap. cum.

CAP. XVI.

¹⁶ **S**ecundo in electione praelati considerandus est locus conueniens. Nam secundum Host. electio potest fieri in aliquo loco honesto, uel in capitulo si fiat electio priorum, uel aliorum inferiorum, uel in ecclesia si fiat electio episcoporum, uel in alio loco honesto ubi viget consuetudo. Si verò in ecclesia electiones episcoporum non possunt fieri, & extra ciuitatem fieri possunt, secundum Goffredum dummodo electores in unum locum conueniant, & alia quae ad electionem debitam requiruntur, & electio non vitatur: unde electio praelati ex certa causa potest fieri extra cathedralem ecclesiam & ciuitatem, ut patet 33. dist. in nomine domini, & distinc. 43. quanto, & dist. 79. si quis peccat.

CAP. XVII.

¹⁷ **T**ertio in electione praelati considerandus est modus differens. Potest enim electio fieri tribus modis. scilicet vel per scrutinium, uel per compromissum, uel per spiritum sancti communem instinctum, licet hoc non, nisi raro fiat. Et de his tribus loquitur Innocentius in concilio generali, ut patet extra eo. ti. quia propter.

CAP. XVIII.

18 **Q**uartò in electione prælati confide-
randa est virtus eminēs, & alliciēs.
Vbi nota, q̄ ad eligendum aliquē in præ-
latum aliqui diuersis motiuis, seu respec-
tibus inducuntur: quidam. n. inducuntur
ex uinculo, quidā ex loco quidā ex p̄prio
commodo, quidā ex odio, quidā ex bono
publico. Primò dico, q̄ aliqui inducuntur
ad eligendum aliquem prælatū ex cōsan-
guinitatis uinculo, s. quia consanguinei
sunt: & tunc tales consanguinei, uel sunt
minus digni, uel æquē digni. Si sunt mi-
nus digni, uel simpliciter secundū se, &
per respectum ad bonum cōe, tunc præfer-
re, & eligere tales est p̄ctm̄ personarū ac-
ceptionis in dispensatione sp̄ualiū: quo-
rum prælatu ecclesiasticus non est domi-
nus, ut possit ea dare pro libitu: sed dispē-
sator. Quandoq; verò consanguinei sunt
æquē digni, ut alij: & sic p̄t absq; perso-
narum acceptione cōsanguineos suos eli-
gere, & præferre, quia in hoc præminet,
q̄ de ipsis magis confidere potest, ut secū
negotia ecclesiæ vnanimiter tractent, ef-
fet tamen hoc p̄p̄ aliorū scandalum omit-
tendum. Secundò dico, q̄ aliqui ad eligen-
dum aliquem mouentur ex loco: & tūc di-
co, q̄ electio potius fieri debet de gremio
quā de extraneo: ut patet in decre. dist.
61. c. nec nullus obitū, & 18. q. 2. abbatem
in monasterio, & c. quā, & c. abbas: & ex-
tra de elect. cum inter canonicos. Sed cō-
tra videtur, q̄ de gremio non debeat fieri
electio, quia quandoq; a libi sufficientio-
res inueniuntur. Respondeo, & dico, q̄ il-
le, qui est de gremio ecclesiæ, ut in plurib.
cōsuevit esse utilior q̄tum ad bonū com-
mune, quia magis diligit ecclesiā in qua
est nutritus. Et propter hoc mādatur etiā
Deute. 17. Non poteris alterius gentis fa-
cere regem, qui non sit frater tuus: hæc B.
Tho. 2. 2. q. 63. de personarum acceptione,
artic. 2. utrum in dispensatione sp̄i-
tualium, scilicet prælationum locum ha-
beat acceptio personarum, in solu. 3. & 4.
argum. Tertio dico, q̄ ad eligendum ali-
qui inducuntur ex commodo proprio, sci-
licet propter propriā utilitatem: & quia
hoc est peccatum: ideo nullus in electio

ne propriam utilitatem, sed communem
debet inspicere, ut dicitur in decre. octa-
ua quæstione secunda, dilectissimi: vnde
August. in glo. super illo uerbo Iacobi 2.
Si introierit vir habens anulum aureum
in ueste candida &c. sic dicit: Si hanc di-
stantiam sedendi, & standi ad honores
quidem ecclesiasticos referamus: non est
putandum leue peccatum esse in perso-
narum acceptione, & subdit: Quis enim
ferat diuitem ad sedem honorum eccle-
siæ contemptu paupere instructiore, &
sanctio re se? Hæc Beat. Thom. allegat
secunda secundæ quæstio. 185. articu. ter-
tio. utrum oporteat cum, qui ad episco-
patum assumitur esse cæteris meliorem,
in cor. q. Quartò aliqui inducuntur ex bo-
ni publici zelo: & quantum ad hoc dico
tria: primum est ex parte eligentis: secun-
dum est ex parte præsentis: tertium est
ex parte delinquentis.

Primò ex parte eligentis dico, q̄ aliter
debet facere quò ad forum interius, & a-
liter quò ad forum exterius. Primò enim
quò ad forum interius, idest quantum ad
conscientiam eligentis necesse est elige-
re meliorem, uel simpliciter, idest illū,
qui plus de charitate habet, uel in com-
paratione ad bonum commune. Secun-
dò, scilicet quantum ad forum exterius
sufficit eligere bonum, neque oportet
eligere meliorem, quia sic omnis electio
posset pati calumniam: vnde electio va-
let, & si non dignior eligitur de capitu-
lo: dummodo tamen sit dignus, extra de
electio. cum &c. ut dicit Beat. Thom. se-
cunda secundæ quæstio 63. arti. 2. de per-
sonarum acceptione, in solu. 3. argumen.
Secundò ex parte præsentis dico, q̄ ex
parte eius, qui ad prælationem eligitur
non requiritur, quòd reputet se alijs me-
liorem, quia hoc superbum, & præsum-
ptuosum esset: sed sufficit, quòd in se ni-
hil inueniat per quod illicitum ei redda-
tur assumere prælationis officium: vnde
licet Petrus interrogatus esset a domino,
an plus cæteris diligeret, in sua responsio-
ne nō se prætulit cæteris, sed respōdit sim-
pliciter, quòd Christum amaret. Hæc
Beatus Thom. ubi supra quæstio. 185. ar-
ticu. 3. in cor. q. in fine. Tertio ex parte
electionis offendentis dico, quòd si scien-
ter indignum eligit duas p̄nas incurrit.

Duplex
forū est
confide-
randum
in elect.

Eligens
idignū
duplicē
p̄nam
meretur
Pri-

Prima est, quia scienter indignū eligens illa vice eligendi potestate priuatur, ut patet extra, eo. tit. innotuit. Secunda est, quia scienter indignum, & illegitimum eligens ipso iure eligi non potest, ut patet extra eo. tit. per inquisitionem. Quinto aliqui inducuntur ad eligendū ex odio. scilicet cum aliquem ad dignitatem, uel officium aliquod eligunt propter malum quod ei optant ex odio quod ad eum habent, & sic tenentur ei ad omne damnum quod ei accidit, ut dicit glo. in decretis. dist. n. 73. ca. honoratus.

CAP. XIX.

19

SICUT enim in omni regimine naturali, ut dicit Philosophus in libro Polit. ille, qui præsideret, & gubernat debet excellentior esse, ut anima se habet ad corpus, & ratio ad uires inferiores, & homo ad bruta animalia, sic se debet habere erga subditos suos prælatus.

Specialiter autem intentio electi ad aliquam dignitatem circa tria debet vigere, scilicet, ut emineat charitate, ut præcellat sanctitate, ut excedat utilitate.

Primò ut emineat charitate, tunc enim electus ad regimen ecclesiæ idoneus est quando in eo inuenitur eminentia diuinæ dilectionis: unde dominus Petrum cui commissurus erat officium pastorale examinauit si se diligeret plus cæteris: Iohannis 21. Diligis me plus his? dicit ei Petrus: Domine tu scis, quia amo te: dicit ei Iesus: Pasce oues meas. Quæ uerba Augustinus exponens, ibidem sic ait: Cum dominus moreretur timuit, & negauit: resurgens autem dominus amorem inseruit, timorem fugauit.

Nam quando negauit, mori timuit, resurgente domino quid timeret in quo mortem mortuam reperiret. Ideo benè dicit: Diligis me plus his? respondit ei Petrus: Domine tu scis, quia amo te. Quod exponit Augustinus dupliciter. Primò ubi supra sic: Confitenti autem amorem suum oues commendauit: unde dixit ei. Pasce oues meas, tanquam non

esset ubi ostenderet Petrus amorem suum in Christum nisi esset pastor fidelis sub principe omnium pastorum. Secundò super Iohannem ibidem Aug. sic ait: Tu scis domine, quia amo te: non autem addit Plus his: hoc enim respondit quod de ipso sciebat: non enim quantum ab alio quolibet diligeretur scire poterat, quod cor alterius uidere non poterat. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas. Augusti. ibidem. q. d. Sit amoris officium pascere dominicum gregem, sicut fuit timoris indicium negare pastorem. Secundo intentio, uel studium electi ad dignitatem aliquam debet esse, ut cæteros præcellat scientia, & sanctitate: unde dicit Grego. in pastoralis. Tantum debet actionem populi actio transcendere præsulis, quantum distare solet à grege uita pastoris. Et nisi ad hoc intendat uilissimus omnium est reputandus: unde Symmachus Papa sic ait: Vilissimus computandus est nisi scientia, & sanctitate præcellat, qui est dignitate præstantior.

Tertio intentio, uel studium electi debet esse, ut cæteros excedat utilitate: Nihil enim prohibet aliquem esse magis idoneum ad officium regiminis, qui etsi alios non excedit in gratia sanctitatis: excedit tamen in efficacia utilitatis: ut uerbi gratia, ille qui ad electionem eligitur si non sit melior simpliciter, scilicet secundum charitatem, est tamen melior quò ad regimen ecclesiæ, quia melius potest ecclesiam instruere, pacificare, & gubernare, ut patet capitulo præcedenti. Hæc B. Thomas secunda secundæ quæstione 185. articulo. 3. utrum oporteat eum, qui ad episcopatum assumitur esse cæteris meliorem, in corp. q. &

in sol. 3. argumen. & in euangelio continuo super Iohannem. ubi Beat.

Tho. exponit
secundum

Augusti. prædictam auctoritatem Iohann. 21.

Diligis me plus
his &c.

C A P. XX.

10 **E**ST autem sciendum, ad euidentiā prædictorum, q̄ ad rectam electionem prælati requiruntur quinque quæ tanguntur 4. Reg. 10. ubi sic dicitur: Eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis domini vestri, & ponite super solium patris sui: & pugnate pro domo domini vestri. Primò enim requiritur pluralitas numeri, ibi. Eligite: nam electio de iure ad collegium spectat, ita tamen q̄ in electione debet esse, & sanior, & maior pars totius capituli, idest ultra medietatem eligentium. Vbi sciendum, q̄ electio deuoluitur ad pauciores cum in electione maior pars deliquit, vt patet extra de postulatione. Et similiter electio deuoluitur etiam ad unum propter vniuersitatis delictum: ut patet in decre. 65. dist. si fortè & extra de elect. bone. Secundò in electione requiritur sublimitas meriti: ibi. Meliorem. q. d. Non fatuum, sed sapientem, non malum, sed bonum, quia scienter eligens indignū, & malum electione priuarut, & actiue, quia illa vice non pōt eligere, & passiuè, quia non potest eligi, ut decretalis dicit. Non solū bonum sed etiam meliorem. Ita dicitur 1. Reg. 10. Certè videtis quem elegit dominus, quoniam non est ei similis in omni populo. Sed nūquid est necessariū in electione semper eligere meliorem? Respondeo, & dico, q̄ secundum iudiciū diuinum, & secundum conscientia eligētis necesse est eligere simpliciter meliorem, illum. s. qui apud Deum est sanctior: & talis est, qui magis diligit Deum: vnde Hiero. in glo. super Læuiti. 8. ubi agit de sacerdote ordinando sic ait: Requiritur in ordinando sacerdote præsentia populi, ut sciant omnes, & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui sanctior, qui in omni populo eminētiōr ille eligatur ad sacerdotem. Et hoc astante populo, ne qua postmodum retractatio, ne quis scrupulus resideat. Secundū vero iudiciū humanum sufficit eligere meliorem secundum quid. s. illum qui est litteratior, potentior, & discretior ad regendum, & eum, qui magis concorditer eligitur, ut dicit B. Thom. in postilla

super Iohannem exponens illud verbū. Ioh. 21. Symon Iohannis diligis me plus his, pasce oues meas: vnde Hiero. in epistola ad oceanum sic ait: Res penè contra naturam est, ut sine peccato aliquis sit, sed talis eligatur cuius comparatione ceteri grex dicantur. Tertio in electione requiritur libertas arbitrij ibid. Qui vobis placuerit: quod ideo dicit, quia nullus cogitur eligere: unde cuilibet iuri potest renunciare, & vti iure suo. Allicitur tamen aliquis ad eligendum magis unum quàm alium propter duo. Primo si inuitatus renuit. unde Greg. in registro. Eligendus est, qui inuitatus renuit, q̄ situs refugit repellendus proculdubio est, qui vltro ambit, vel importunus se ingerit. Sed forte quæres utrū melius facit, qui consentit electioni canonicè de se factæ quàm, qui recusat. Respondeo, & dico, q̄ in eo qui electioni canonicè de se factæ consentit considerata est intentio. Si. n. intentio est praua, scilicet si intendit ad temporale: putà honorem, diuitias, excutere se à iugo religionis melius faceret si non consentiret. Si intentio sit bona putà, quia intendit profectū ecclesiæ: tunc dico, quod vel ex humilitate considerat defectum proprium, & tunc potest humiliter prælationis officium recusare, sicut Hieremias dicit: Ego nescio loqui, quia puer ego sum. Potest etiam recogitare diuinum auxilium, & ecclesiæ profectum. & sic potest laudabiliter consentire ex charitate fraterna, vt salutem proximorum procuret, sicut Isaias dicit: Ecce ego mitto me. Sicut Greg. dicit in pastoralis: In utroque est subtiliter intuendum, quia & is qui prius recusauit plenè non resistit, & is qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quisq; sacra mysteria audeat, aut quæ superna gratia elegit sub humilitatis specie supernæ dispōni contradicat, quia ergo valde difficile est purgatū se quisque posse agnoscere, prælationis officium turius declinatur, non tamē pertinaciter cum ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur. Hæc beatus Thom. 5. qd̄ liber quæstione 23. utrum melius faciat, qui consentit electioni canonicè de se factæ, quàm qui recusat, in corpo. q. Secundò

In 'electione pōt aliquis cui libet iuri renunciare.

Cōsēsus electiōis exēplo Hieremix, & Issa.

An in electione respectus haberi debeat ad consanguineos

eundem si in minori officio non defecit. Augustinus in quodam sermone: Ad episcopalem dignitatem eligi non debuit, qui minora officia gubernare non didicit, quia cura navis illi committi non debuit, qui remum tenere non novit. Sed forte quæres hanc quæstionem: Sunt duo quorum unus est bene litteratus, & ignobilis, alter vero est nobilis, sed minus litteratus, quis ergo istorum est magis eligendus? Respondeo, & dico, quod simpliciter scientia est præferenda nobilitati. Cuius ratio est, quia scientia est in regimine ecclesiæ necessaria, unde Gregorius in Dialecticis lib. 2. sic ait: Multo consilio, & providentia opus est pastori, & mille (ut ita dicam) oculos habere debet animarum gubernator, & rector: sed secundum quid. si in casu aliquo nobilitas præferri debet scientiæ, quantum ad hoc, ut arceantur lupi, qui non tantum pacem spiritualem immo temporalem impediunt, & perturbant, unde nobilis litterato est præferendus, quia talis ecclesiam magis potest defendere. In corpore enim ecclesiæ non tantum oculus debet esse sed etiam manus. Hæc Alexander prima parte summæ quæstio. 35. de personarum acceptione, articulo. 2. quæstio. 2. utrum litteratura præferenda sit nobilitati, in cor. q. Quarto in electione attenditur propinquitatis vinculi: ibi. De filiis domini vestri. Licet enim quandoque alibi sufficientiores inveniuntur, tamen magis debet eligi ad dignitatem ille, qui est de gremio ecclesiæ. Cuius ratio est, quia talis, ut in pluribus consuevit esse utilior ad bonum commune, quia magis diligit ecclesiam in qua nutritus est, ut patet super capitulum. 18. Sed forte quæres, utrum in electione ad prælationem, vel dignitatem aliquam sit licitum præferre consanguineum extraneo, vel non consanguineo. Respondeo, & dico, quod eligere aliquem solum propter consanguinitatem sicut propter principalem causam est peccatum. Cuius ratio est, quia ille peccat, qui indignum eligit: sed consanguinitas est conditio faciens dignum ad hoc, quod hæres patrimonij constituatur, & non ad hoc quod ei ecclesiastica prælatio conferatur, ergo &c. Si vero habeatur respectus in electione ad consanguinei bonitatem, ita quod consanguineus, qui eligitur est

æquè bonus ut non consanguineus, tunc in electione consanguineus non consanguineo est præferendus, ut dicit B. Thomas. 2. 2. de personarum acceptione. q. 63. articulo. 1. utrum personarum acceptio sit peccatum, in cor. q. & ibidem articulo. 2. in solu. 1. argum. nisi multorum scandalum timeatur: vitandum est. n. scandalum aliorum in beneficiis conferendis. Scandalizantur enim multi cum beneficium confertur consanguineis creditur. n. quod solum propter consanguinitatem beneficium conferatur, licet aliæ sint conditiones bonæ. Req. sup. 3. c. Quinto in electione ad prælationem attenditur potestas domini; ibi. Et ponite eum supra solium patris sui. i. supra potestatem; nam solum significat potestatem: unde Isaia. 16. Præparabitur in misericordia solum eius, & se debet super eum in veritate. Vbi nota, quod testas triplex est potestas. scilicet sacerdotalis, episcopalis, & papalis, quarum una est super aliam, & una ab alia deriuatur, nam potestas sacerdotalis est sub potestate episcopali, & potestas episcopalis sub potestate papali. Primo dico, quod potestas sacerdotalis est sub potestate episcopali, & deriuatur ab ea, quod dupliciter probo. scilicet ratione, & auctoritate. Primo ratione sic; Potestas sacerdotalis habet duos actus. Unus principalis est respectu capitis. scilicet consecrare verum corpus Christi, & quarum ad istum actum potestas sacerdotalis non dependet ab aliqua potestate nisi diuina. Secundus actus est respectu membrorum scilicet præparare populum ad dignam huius sacramenti susceptionem, non præparatione remota, sicut faciunt minores ordines, sed præparatione propinqua. scilicet ligando, & soluendo. Et quantum ad istum actum potestas sacerdotalis dependet a potestate episcopali, quia sacerdos non potest absolvere, & ligare nisi præsupposita prælationis iurisdictione qua sibi subdantur illi quos absoluit, & ideo requirit potestatem episcopalem, quæ sibi talem iurisdictionem committat, unde quod ad actum consecrationis nulla est potestas superior nisi Dei, & ideo potest consecrare materiam a Deo determinatam nullo impediante. Sed quod ad actum absolutionis potestas episcopalis est superior prælati sacerdotali ut dixi, Secundo probo hoc idem auctoritate

Sacerdos talis potestas triplex.

In quibus sacerdos talis ab episcopali dependet.

ritate

ritate Diony. dicit. n. Diony. quod potest diaconi se extendit ad illuminandum tantum, potestas presbyteri ad illuminandum, & purgandum: potestas autem episcopi ad illuminandum, purgandum, & perficiendum: tanto autem potestas est superior quanto ad plura se extendit: ergo supra potestatem sacerdotalem debet esse potestas episcopalis. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 24. de quibusdam annexis ordinibus. art. 2. q. 1. utrum supra ordinem sacerdotalem debeat esse potestas episcopalis, argum. contra, & in cor. q.

CAP. XXI.

21 **S**ecundo dico, quod supra potestatem episcopalem oportet esse potestatem Papalem: quod tripliciter probo. scilicet ratione, similitudine, auctoritate. Primum hoc probo ratione sic: Vbiunque sunt multa ordinata ad unum, oportet esse aliquod vniuersale regimen super particularia regimini, alias non posset esse colligatio ad unum, & quia bonum commune est diuinius quam bonum particulare, ideo supra potestatem quæ est regitiua boni specialis: oportet esse potestatem regitiuam boni communis, alias non esset colligatio ad unum. Et ideo cum tota ecclesia sit corpus, sicut est vna ecclesia ita oportet esse vnum populum christianum: unde si ista vnitas debet conseruari, oportet, quod sicut in uno speciali populo requiritur vnus episcopus qui sit totius specialis populi caput, ita etiam in toto populo christiano requiritur, quod sit vnum totius generalis ecclesie caput. scilicet Papa. Et confirmo hoc idem breuiter tali ratione. Potestas generalis est supra potestatem particularem: sed potestatis episcopalis est potestas particularis qua vnaquæque specialis ecclesia regitur: prout autem Papalis est prout generalis qua tota Dei ecclesia regitur, ergo supra potestatem episcopalem est potestas Papalis. Secundo hoc idem probo similitudine sic: Ecclesia militans ab ecclesia triumphante per similitudinem deriuatur: unde & Iohannes in Apocalypsi vidit Hierusalem descendentem de celo: sed in ecclesia triumphante vnus præsidet: in toto vniuerso. scilicet Deus unde

Apocal. 21. dicitur: Ipsi populus eius erunt & ipse Deus cum eis erit eorum Deus: ergo & in ecclesia militante vnus est qui præsidet vniuersis. scilicet papa. Ioh. 10. Fiet vnum ouile & vnus pastor. Tertio hoc idem probo auctoritate beati Cirilli Alexandrini qui sic dicit: Vt membra maneamus cum capite nostro apostolico throno Romanorum Pontifice a quo nostrum est querere quid credere, quod tenere debemus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pro omnibus. omnibus. quoniam ipsis ipse solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, soluere, & ligare loco ipsius qui ipsum ædificauit, & nulli alij quod suum est plenum: sed ipsi soli dedit cui omnes iure diuino caput inclinant: & primates mundi tanquam ipsi domino Iesu Christo obediunt: ergo ipsi subsunt Papæ etiam de iure diuino.

Sed forte argues in contrarium duplici ratione. Prima est talis, Christus omnia sacramenta ecclesie perficit, & ideo non oportet, quod sacerdos subdatur episcopo, & episcopus Papæ. Respondeo, & dico, quod licet ipse Christus sit qui omnia sacramenta ecclesie perficit, ut verbi gratia: Ipse. n. est qui baptizat, ipse est qui peccata remittit. Ipse est verus sacerdos qui se obtulit in ara crucis, & cuius uirtute corpus eius in altari quotidie consecratur, & tamen quia corporaliter cum omnibus fidelibus non erat præsens, ideo elegit ministros per quos prædicta fidelibus dispensaret, inter quos potestas inferioris potestati superioris subiicitur, sicut patet. Secunda ratio ad idem est talis: Licet. n. Christus hanc dignitatem cõficiendi dederit Petro, non tamen alijs a Petro dedit, & ideo non oportet, quod potestas episcopi potestati Papæ subiiciatur, & ab ea deriuetur. Respondeo, & dico, quod non potest dici, quod & si Petro hanc dignitatem dederit tamen ad alios non deriuatur. Cuius ratio est, quia manifestum est quod Christus ecclesiam sic instituit ut Potestas esset duratura usque ad finem sæculi, ut dicitur Papæ ad Isaia 9. Super solium David, & super remigabit eius sedebit, cõfirmet illud, & corroboretur in iustitia, & iudicio a modo, & usque in sempiternum, ergo illos qui tunc erant in ministerio constituit ut eorum potestas duraret usque ad posteros pro utilitate ecclesie usque ad finem sæculi, cum ipse dicat Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum usque

Quomodo
Xps operatur in
sacramentis.

vsque ad consummationem sæculi: & hæc est potestas Papæ quæ est super omnem aliam potestatem particularem, & à qua omnis alia potestas ecclesiæ deriuatur, de qua propter eius excellentiam dicitur Zach. 6. Ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo. Et ideò illi qui hanc potestatem negant qui se nituntur subducere ab obedientia, & subiectione Petri, successorem eius Romanū Pōtificem vniuersalis ecclesiæ Pastorem non cognoscentes, scismatici dicuntur, & diuisores ecclesiasticæ vnitatis. Hæc Bea. Thom. 4. script. sent. dist. 24. de quibusdā annexis ordinibus, art. 2. quæst. 3. utrum supra episcopos esse in ecclesia possit aliqua potestas superior, argum. contra, & in cor. q. Et iterum 4. li. contra genti. cap. 76. de episcopali potestate, & quòd in ea sit vnus summus.

De elemosina.

S V M M A R I V M.

- 1 Quomodo elemosina diffinitur.
- 2 Dare elemosinam cuilibet potest competere.
- 3 Elemosina est pars satisfactionis &c.
- 4 Quædam elemosinæ sunt satisfactoriæ.
- 5 Elemosina satisfacit completius pro peccato, quàm oratio & ieiunium.
- 6 Dare elemosinam loco & tempore est actus trium virtutum.
- 7 Elemosina pro loco & tempore aliarum trium virtutum est actus.
- 8 Dare elemosinam, est in præcepto honoris & amoris.
- 9 Quæ elemosina, & quando cadit sub præcepto & quando non.
- 10 Elemosinæ corporales sunt septem.
- 11 Elemosinæ spirituales sunt septem.

- 12 Elemosinæ spirituales simpliciter sunt nobiliores corporalibus.
- 13 Elemosina vt sit meritoria debet fieri quattuor modis, & primò, rationabiliter.
- 14 Secundò debet fieri compassibiliter.
- 15 Tertiò liberaliter.
- 16 Quartò debet fieri sinceriter.
- 17 Elemosina ut sit meritoria debet fieri recta intentione.
- 18 Elemosina rectè facta meretur retributionem condignam.
- 19 Securius est dare elemosinam in abscondito, quàm publicè.
- 20 Quis potest facere elemosinam.
- 21 Solum de licitè acquisitis potest fieri elemosina.
- 22 Aliquid acquisitum est tribus modis.
- 23 Aliquid est iniquè acquisitum & illicite retentum.
- 24 Vt aliquid sit iustè acquisitum & retentum 4. requiruntur.
- 25 Elemosina debet fieri quattuor modis.
- 26 Cui elemosina est magis danda.
- 27 Ad sciendum cui magis danda nonem consideranda sunt.
- 28 Elemosina, cū adest necessitas danda est magis propinquis.
- 29 Elemosina triplicem fructum habes.
- 30 Elemosina efficit tria bona.
- 31 Elemosina ex charitate facta valet ad remouendam generalem indigentiam.
- 32 Elemosinæ corporales valent ad extorquendum mortalem culpam.
- 33 Elemosina confert ad acquirendam gratiam.

- 34 *Elemosina ualet ad impetrandum gloriam.*
 35 *An homo si omnia venderet, & pauperibus daret poneretur in via perfectionis.*
 36 *Tria sunt necessaria ad sequendum Christum.*
 37 *Adhuc tria ad sequendum Christum necessaria.*
 38 *An sit minoris virtutis viuere de receptis, quam de proprijs.*
 39 *Duo ultima necessaria ad sequendum Christum.*
 40 *Quod Dominus Matth. 19. concludit fructum felicitatis,*

CAP. I.



ELEMOSINA. Circa elemosynam cōsideranda sunt quatuor .s. diffinitio singularis: obligatio generalis, operatio virtualis, comparatio inæqualis. Primò,

circa elemosynam consideranda est diffinitio singularis. Quidam enim diffinientes elemosynam, dicunt q̄ elemosyna est opus in quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum. Quæ diffinitio tangit quattuor quæ ad perfectionem elemosynę requiruntur, .s. principium, effectum, modum, meritum.

Exponit elemosynę diffinitionem. Primò, hæc diffinitio elemosynę tãgit principium, ibi, Indigent. Ipsa enim indigentia, uel miseria alicuius est misericordię, uel elemosynę principium. Vbi nota, q̄ elemosyna debet dari indigenti, ut recipiēti, & utenti pro suis necessitatibus, vel non indigenti, ut dispensanti, & propter hoc clericis, & si non indigeant elemosynę dantur, ut ministris pauperum, & dispensatoribus elemosynarum. Et ideo quòd eis in elemosinā datur per eos pauperibus transmittitur.

Secundò diffinitio elemosynę tangit effectū, uel actus, ibi Elemosyna est opus in quo datur: nam elemosyna importat

dationem, uel cōicationem propriorum bonorum: misero: unde effectus misericordię, uel elemosynę consistit in reuelando alienam miseriam quasi suam: & hoc tangitur cum dicitur opus in quo aliquod datur, in quo intelligitur nō res data solum, quia hoc non est opus, sed datio, uel communicatio rei proprię misero, ut prædixi. Tertiò diffinitio elemosynę tangit modum, ibi. Ex cōpassione: quę quidem compassio importat duo, uel pœnam, uel displicentiam: primò pœnā, quia compassio est passio tristitię de aliena miseria: secundò importat displicentiam uoluntatis de aliena miseria: & sine tali compassione nunquā est danda elemosyna, quia nō subueniret alicuius miserię alienę, nisi uellet eum non esse miserū, & talis cōpassio etiam est in Deo, quia ei mala nostra ex voluntate antecedente displicent: & quandoq; etiam ex consequente.

Quartò diffinitio elemosynę tãgit meritum: ibi, Propter Deum quòd ultimò in diffinitione tangitur, eò q̄ intentio directā in Deum dat sibi ultimū complementum. .s. rationem merendi. Hęc B. Thom. 4. script. senten. distinc. 15. de elemosyna, articu. primo. quæst. prima. Vtrum diffinitio elemosynę quam quidam dāt uel assignant sit conueniens, in cor. quæstio. 8. & in solu. 4. argum. Et iterum secunda secundę quæstio. 32. artic. primo. vtrum dare elemosynam sit actus charitatis, in cor. qu. iuxta principium ubi B. Thom. allegat eandem diffinitionem de elemosyna.

CAP. II.

Secundò, circa elemosynam cōsideranda est obligatio generalis. Nemo. n. de non faciendo elemosynam excusatur: unde dare elemosynam cuilibet potest cōpetere: quod probo triplici ratione. .s. ex parte facultatis, qualitatis, voluntatis.

Prima ratio est ex parte facultatis sic: Nemo Elemosina non tantum consistit in collatione pecunię, sed etiā in alijs obsequijs propter Deum proximis factis, ergo omnis habens facultatē cōferendi ista. .s. suo loco, & tempore obligatur. unde in decret. dist. 86. dicitur sic: Alia officiorum præcepta propria sunt singulorū, misericor-

cordia cōmunis est vsus, ideo commune præceptum omnib. officijs, omnib. erantibus: ab omnib. necessario conferenda, nō publicanus, non miles excipitur, nō agricola vel urbanus, diues, & pauper per oēs in commune admonentur ut conferant nō habenti, misericordia. n. est plenitudo virtutum. Hæc in dect. vbi sup. Secunda ratio est ex parte qualitatis eleemosynæ: vt. n. dicitur in decr. dist. 48. Tria sūt genera eleemosynarū, de quib. Blbinus ait: Vna corporalis. s. egenti dare quicquid poteris. Altera spiritualis. s. dimittere a quo læsus fueris. Tertia delinquētes corrigere & errantes in uiam veritatis ducere. Et ideo posito q̄ deesset facultas respectu eleemosynarum corporaliū, propter penuriam pecuniarum, & aliarum rerū, & propter corporis dibilitatem, non tamen deesset facultas respectu eleemosynarum spiritualium, quia posset alteri consulere, uel pro eo orare. Tertia ratio est ex parte voluntatis. dato. n. quod deesset facultas, & respectu eleemosynarum corporaliū & respectu spiritualium, uoluntas sufficeret & ideo quantum ad uoluntatem dandi & si deesset facultas quilibet obligatur: Hæc b. Tho. 4. scrip. dist. 15. de eleemosyna, art. 1. q. 1. utrum eleemosyna sit pars satisfactionis, in sol. 4. arg.

CAP. III.

Tertia circa eleemosynam consideranda est operatio virtualis. Est enim eleemosyna pars satisfactionis: quod tripliciter probo scilicet similitudine, intentione, ratione. Primò hoc probo similitudine sic: Videmus quod homo satisfacit alteri tribus modis, vel per pœnam quam sustinet, vel per aliquid quod ei largitur uel per intercessores quos mittit Sic a simili hæc tria facit homo per eleemosynam, quod patet. nam per eleemosynam homo se punit subtrahens sibi substantiā corporalem. Iterum homo Deo largitur, quia dat pauperib. propter deum. Item mittit intercessores ad rogandum, quia ipsi pauperes tenentur pro eo rogare, ergo eleemosyna est opus satisfactorium. Hæc magister Romanus ordinis fratrum prædicatorum magister in Theologia. 4. scrip. sen. dist. 15. de partib. satisfac-

tionis. art. 1. q. 1. utrum eleemosyna sit satisfactoria, in cor. q. in principio, &c. Secundo hoc idem probo ex largitionis intentione sic. Eleemosyna dupliciter potest fieri: Aut intentione subleuandi necessitatē proximi, & tunc est opus misericordiæ, & hoc modo propriè pertinet ad meritū vitæ, nec sic est satisfactoria. Aut fit intentione recompensandi pro debito offensæ diuinæ, & tunc est opus iustitiæ, & est satisfactoria. Hæc Petrus de Thara. 4. scrip. sent dist. 15. circa secundum problemata, ar. 2. q. 1. utrum eleemosyna sit satisfactoria, in cor. q. Tertio hoc idem probo ratione sic: Ad hoc quod opus quod nos facimus sit satisfactorium opus, oportet quod habeat in se duo. s. quod sit opus bonum, ut sit in honorem Dei, & quod sit pœnale ut peccatori aliquid subtrahatur. Nam a pœna, & a culpa liberat, & a culpa præseruat. Primo pœna a culpa commissa liberat, quia per pœnam fit satisfactio de peccato: quod sic probo: Satisfacit. n. aliquis Deo per recompensationē offensæ. Recompensatio autem offensæ importat adæquationem quā oportet esse eius qui offendit ad eum in quē offensa est cōmissa: adæquatio autē & in iustitia humana, & diuina fit per subtractionem ab vno qui plus iusto habuit, & per additionem ad alterū cui iniuste aliquid est subtractū: Deo autē quātum est ex parte sua nihil pōt subtrahi: peccator tñ quātū in se est peccando aufert Deo honore debitū: & ideo oportet q̄ in recompensationē peccati, & offensæ Dei contra honorem Dei commissæ nobis aliquid subtrahamus: opus aut bonum inquantū bonum non subtrahat aliquid ab operante, sed magis perficit ipsum: & ideo oportet q̄ opus satisfactorium sit pœnale, ut p pœnam nobis aliquid subtrahamus, & Deo aliquid impendamus. Sed forte quæres qui per pœnas quas nobis inferimus Deo damus. Respondeo & dico, quod honorem Dei quem peccando abstulimus: & ideo auferimus nobis bona, & impendimus mala ad honorem Dei. Secundo dico, q̄ pœna etiam a futura culpa præseruat, quia non facile homo ad peccata redit ex quo pœnam expertus est: nam medicinæ peccatorum, & purgatiuæ, & præseruatiuæ, sunt pœnæ, ut

Duo requisita ad opus meritum.

ut dicit Philosophus 2. Ethic. Cum ergo subtractio bonorum temporalium per eleemosynam sit pœna, ergo eleemosyna est satisfactoria. Hæc b. Thom. 4. scrip. tent. dist. 15. de satisfactione, art. 4. q. 1. utrum oporteat satisfactionem fieri per opera pœnalia, in cor. q. Et ibidem de eleemosyna: art. 1. q. 2. utrum eleemosyna sit pars satisfactionis: in cor. quæ st.

CAP. IIII.

AD maiorem euidenciam præcedenti ca. est sciendum, quod quædā eleemosynæ sunt ad quas quis tenetur, & quædam sunt ad quas quis non tenetur. Illæ eleemosynæ quas quis alijs facere non tenetur sunt satisfactoriæ, cum sint opera bona & pœnalia quæ duo ad opus satisfactorium exigebantur. Est enim eleemosyna bona, quia ad honorem Dei, & est pœnalis inquantum punitur aliquis non solum ex afflictione corporis per ieiuniū, sed etiam ex subtractione temporalium per eleemosynas quas quis tenetur facere, non sunt satisfactoriæ: quod dupliciter probo. s. ratione, & exemplo. Primò ratione sic: Cum. n. aliquis peccet hoc ipso q̄ non facit hoc quod tenetur facere, uel quod tenebatur facere cōstat, quod illud quod quis alias facere tenetur non est de essentia satisfactionis, sed præambulum ad ipsam sicut fundamentum ipsius. Et ideò largitio illarum eleemosynarum ad quas quis tenetur non est pars satisfactionis, sed præambulum ad ipsam. Hæc b. Tho. 4. scrip. sent. dist. 15. de eleemosyna, art. 1. q. 2. in cor. q.

Secundò hoc idem probo exemplo: Si. n. sacerdos iūgat mihi, quod ieiunem una die, ieiunādo illa die in quo alias ex præcepto ecclesiæ teneor ieiunare, non seruo iniunctionem sacerdotis, & ita non satisfacio. Ergo a simili nunquam fit satisfactio per eleemosynas, & per alia quæ homo tenetur. Quidam vero alij dicunt, quod quia Deus est summè misericors, ideò & eleemosynas ad quas ex præcepto tenemur facere in satisfactionem computat, eò quod opera præceptorum sunt meritoria vitæ æternæ, ut verbi gratia: Licet ex præcepto honorem patrem meum, ta-

men illa honoratio mihi meritoria est. Sic a simili, licet ex præcepto faciam eleemosynam potest tamē illa eleemosyna, mihi esse satisfactoria: & probo per talē casum. Ecce ego teneo dare eleemosynā centum pauperibus, si omnes illi pauperes sint in extrema necessitate, durum videtur mihi dicere, quod illud quod do talib. pauperibus non sit mihi satisfactorium. Concordando ergo has duas opiniones, potest dici, quod de rigore iustitiæ, ad eleemosynam tenemur, non est satisfactoria, sed ex largitate diuinæ misericordiæ sic, unde piè credendum est, q̄ Deus talem eleemosynam ex sua abundantia misericordia in satisfactionem admittat. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. ubi sup. immediate, in cor. q. in fine: & frater Romanus ordinis prædicatorum magister in Theologia. 4. script. sent. distin. & c. de partibus satisfactionis arti. 1. utrum eleemosyna sit satisfactoria, in cor. q. Sed forte argues in oppositum. s. quod eleemosyna nō est satisfactoria tali ratione. Eleemosyna est opus supererogationis nisi in articulo necessitatis. Opera vero ad quæ non tenemur sacerdos non potest nobis iniungere, ergo nec eleemosynam, & ita videtur quod non sit satisfactoria. Respō deo & dico, quod quamuis opera supererogationis secundū se non sint debita, tamen per accidens ratione culpæ possunt fieri debita, & iniungi: & sic hoc modo eleemosyna est satisfactoria. Hæc Petrus de Tharant 4. scrip. sent. dist. 15. circa secundum problema, articul. 6. q. 1. utrum eleemosyna sit satisfactoria, in solution. 1. argumentum.

CAP. V.

Quarto circa eleemosynam consideranda est comparatio inæqualis. Cum enim eleemosyna, oratio, & ieiunium sint tres partes satisfactionis, posset aliquis quærere, quæ istarum ad satisfaciendum est efficacior?

Et quantum ad hoc respōdeo, & dico, quod eleemosyna satisfacit completius pro peccato quam oratio & ieiunium. quod dupliciter probo. Primò in generali tali ratione: Efficacia satisfactionis reperit in trib. partibus satisfactionis sicut

virtus

Opus su
per erogationis
debetur
per acci
dens.

Eleemo
synæ q̄
debent
nō satis
faciunt.

Eleemo-
syna in-
cludit
oratio-
nem.

virtus totius potentialis in eius partibus inuenitur, sed virtus totius potentialis complete in vna parte inuenitur, & in alijs diminute, vt verbi gratia de anima & partibus eius, potentialib. Nam virtus animæ inuenitur completè in rationali, & in sensibili diminutè, & in vegetabili magis diminutè, & anima rationalis includit inter virtutem animæ sensibilis, & vegetabilis, & nō conuertitur. Similiter anima sensibilis includit in se virtutem animæ vegetabilis, & non conuertitur: similiter eleemosyna completius habet virtutem satisfactionis quam oratio & ieiunium, & oratio quam ieiunium. Secundò hoc idem ostendo in speciali de istis tribus partibus tali ratione: Illud quod virtutem aliorum in se includit, & non includitur completius satisfacit: sed eleemosyna includit virtutes orationis, & ieiunij, & oratio includit virtutem ieiunij: q̄ sic probo: Primo .n. eleemosyna includit virtutes orationis duobus modis: primo eleemosyna, quia eum cui datur constituit debitorem ad orandum, & ieiunandum, & alia bona quæ potest faciendum pro eo qui dedit: secundo quia eleemosyna data propter Deum est quasi quædam oblatio Deo facta, oblatio autem Deo facta virtutem orationis habet. Secundò eleemosyna virtute continet ieiunium quo maceratur corpus in quantum per eleemosynam subtrahuntur bona exteriora quæ ad conseruationem corporis ordinantur. Similiter etiam virtute oratio continet ieiunium, quia extensio intellectus in Deum debilitatem corporis parit vt ieiunium facit, ergo &c. Sed forte argues in oppositum. s. quod ieiuniū, & oratio completius habeant satisfactionis effectum quam eleemosyna tali ratione: Opus satisfactionis oportet q̄ habeat in se duo. s. quod sit penale & Deo acceptum: sed ieiunium est magis penale quam eleemosyna: & oratio est opus magis Deo acceptum quam eleemosyna: in quantum maiorem familiaritatem cū Deo conquirat quam eleemosynam, & q̄ ieiunium, ergo ieiuniū & oratio sunt magis satisfactoria quam eleemosyna. Respondedo & dico, q̄ quamuis in satisfactione p̄ peccato requiratur pœna, tamē in ea plus requiritur bonitas quam penalitas:

vn̄ quia eleemosyna plus habet de rōne boni quam ieiunium & hoc propter duo: primo in quantum eleemosyna immediatius se ad charitatem habet quam ieiuniū secundò in quantum eleemosyna nō est singulare bonum, sed cōe facienti, & recipienti, iō eleemosyna plus est satisfactoria quam ieiuniū. Similiter etiam oratio quamuis hominem magis familiarē Deo reddit quā eleemosyna, sicut vita contemplatiua quam actiua, tamen multiplicatio intercessorum per eleemosyna plus valet ad impetrandum peccatorum remissionē, quam oratio vn̄ius hominis singularis, & propter hoc eleemosyna magis indicitur vt vniuersalis medicina peccati quā alia duo. s. oratio & ieiunium: sicut patet Lucę 11. Date eleemosynā, & omnia mūda sūt vobis. & Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. & Tobię. 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat. Hęc B. Thom. 4. script. sent. dist. 15. de eleemosyna, artic. 2. q. 2. vtrum eleemosyna sit magis satisfactoria quam oratio, & ieiunium, in cor. q. 8. in solu. 2. arugm. Si vero aliter vis procedere dicas, q̄ ista tria quò ad satisfactiōis efficaciam se habent sicut excedētia & excessa: quod sic patet. Per satisfactionem fiunt tria bona. Primum est inpetratio gratiæ, & ad hoc bonum plus videtur valere eleemosyna propter multiplicationem intercessorum. Secundum est remissio pœnæ & ad hoc bonū plus videtur valere eleemosyna & ieiunium. Tertium bonum est purgatio reliquiarum culpæ, & ad hoc bonū plus videtur valere oratio: Hęc Pet. de Tharant. 4. script. sent. dist. 15. circa secundum probleuma, de eleemosyna: artic. 2. q. 5. quod horum trium sit magis satisfactorium, in cor. q. Re. infra Satisfactio, de partibus satisfactionis.

CAP. VI.

POST illa quæ de eleemosyna prædicta sunt, nūc de eleemosyna consideranda sunt quattuor. l. actus commendans, numerus varians, modus rectificans, fructus communicans.

Primo circa eleemosynam considerandus est actus commendans: sicut enim dicit Philosophus. 2. Ethic. Opera virtutum sunt laudabilia: & per oppositum opera vitiorum sunt vituperabilia: sicut ergo,

Eleemo
syna est
actus
quarun
dam vir
tutum.

ergo nō dare: eleemosynā in casu aliquo est culpabile, ita dare eleemosynā in casu suo laudabile est & per cōsequens virtuosum. Et si quæris cuius virtutis est actus: Respōdeo & dico, q̄ dare eleemosynā est actus aliquarum virtutum, & præcipuē misericordiæ, iustitiæ, latriæ. Primò dico, q̄ dare eleemosynam est actus misericordiæ: quod tali ratione ostendo: Subuenire alienæ miseriæ ex misericordia procedit, quod patet quia in datione eleemosynæ misericordia spirituale donum attendit, quod est reuelatio miseriæ aliorum. Et hoc declarat nomen eleemosynæ, quā in græco eleemosyna ab eylos quod est misericordia deriuatur, sicut in latino miseratio a misericordia deriuatur: ergo eleemosyna est actus misericordiæ.

Sed cōtra: Nulla passio est virtus ut pbat philosoph. 2. Ethic. per quattuor rōnes, de quib. ad præsens assigno duas. Prima est talis: Secundū uirtutes dicimur boni, & secundū malitias oppositas dicimur mali; & secundum passiones absolute consideratas non dicimur boni, vel mali, ergo passiones neq. sunt uirtutes neq. malitiæ. Secunda ratio est talis: Secundum uirtutes laudamur: secundum autem malitias oppositas uituperamur: sed secundum passiones absolute consideratas neq. laudamur neq. uituperamur: non. n. aliquis laudatur vel uituperatur ex hoc q̄ absolute timet, uel irascitur: sed solū ex hoc q̄ aliquāliter. i. secundum rationē, uel præter rationē timet, uel irascitur, ergo &c. Sed misericordia ex qua procedit eleemosyna est passio, ut dicit Glo. super illo verbo ps. Tota die miseretur, & commodat: ubi gl. loquitur de eleemosyna actuali, & quæ ab effectu misericordiæ incipit esse passio, & postea manum aperis, quia commodat. Respondeo & dico, q̄ misericordia secundū importat compassionē tantū de miseria aliena non est virtus, sed passio, secundū aut q̄ importat compatiētis electionē. s. di splicentiæ uolūtatis de miseria aliena secundū hoc est uirtus. Aliquæ n. passiones quāuis p̄prie non sunt uirtutes, ut patet per rationes prædictas, tamē inquantū sunt laudabiles habent aliquid de rōne uirtutis sicut misericordia, & uerecūdia, & p̄cipue secundū q̄ est ibi electio. Hęc b. Th. 4. scrip. sen. dist. 15. de eleemosyna,

Miseri-
cordia
virtus &
passio.

art. 2. q. 3. utrū eleemosyna sic actus uirtutis, in sol. 2. arg. Secundo dico, q̄ dare eleemosynam est actus iustitiæ, & hoc inquantū eleemosyna ordinatur ad satisfaciendū pro peccato. Satisfactio autem est actus iustitiæ, ut patet infra Satisfactio. Sed forse argues in oppositum, .s. q̄ dare eleemosynam non sit actus iustitiæ sic, iustitia dat alteri alienum, sed eleemosyna non dat alienū, sed suum, ergo &c. Respondeo, & dico, q̄ subuenire miseriis nō est actus iustitiæ ratione sui, sed ratione suæ partis quæ est libertas, quæ ē ad iustitiam reducitur sicut pars, nam libertas valde large sumitur pro qualibet exhibitione boni, uel debiti, uel non debiti, unde diuiditur in beneficentiam, & beneuolentiam, ut dicit b. Th. 4. scrip. sen. ubi sup. immediate in sol. 4. arg. & iterum 3. scrip. sen. ubi sup. immediate, in sol. 2. arg. Tertio dico, q̄ dare eleemosynam est actus latriæ, quæ est quædam uirtus qua impenditur honor Deo, ut patet infra Honor. 1. cap. & formes sic rationem, Offerre sacrificium Deo est actus latriæ, ut patet infra sacrificium: sed dare eleemosynam indigenti est offerre sacrificium Deo, secundum illud dicitur ad Heb. ult. Beneficentiæ autem communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promouetur Deus, ergo &c. Quæ uerba B. Aug. in Glo. & Haymo ibidem exponunt dicētes: Beneficentiæ autem .i. largitatis in alios. Beneficus enim dicitur qui est largus eleemosynarum largitione. Et communionis, id est, charitatis qua omnia putantur communia. Differunt enim beneficentia, & communio, quia beneficentia, consistit in largitione rerum suarum indigenti, sed communio in abundanti largitione, & quasi expositione omnium, ita quod differre uidentur sicut liberalitas & magnificentia. Et subditur, Nolite obliuisci.

Cuius ratio ponitur, talibus enim hostijs non illis antiquis legalibus, sed talibus muneribus promeretur Deus, quia per eleemosynam hostes uincuntur, peccata extinguuntur, uita acquiritur, Deus placatur, unde inquantū eleemosyna ordinatur ad placandū Deum a latria imperatur. Hęc beat. Tho. secunda secundæ quæst. 32. de eleemosyna, artic. 1. utrum ele-

Dare e-
leemosy-
nam est
actus la-
triæ,

eleemofina dare sic actus charitatis, in solu. 3. argumen. Requi. supra Beneficentia.

CAP.

VII.



ST autem sciendū, quod dare eleemofinam non solum est prædictarum trium virtutū, scilicet misericordiæ, iustitiæ, & latitiæ, ut probavi capit. præceden. sed etiam est actus trium aliarum uirtutum, scilicet liberalitatis, pietatis, charitatis, & per consequens concluditur quartò, qd dare eleemofinam est actus necessitatis: imò. n. est actus liberalitatis: ut excludentis defectum: secundò est actus pietatis ut compungentis affectum: tertio est actus charitatis, ut perficientis actum. quarto est actus necessitatis: ut obligantis ad præceptum.

Primò dare eleemofinā est actus liberalitatis, ut excludentis defectum. Remouet enim liberalitas in datione eleemofinarum impedimentum, scilicet superfluum amorem diuitiarum propter quem aliquis est nimis retentiuus earū, sicut auarus facit. Requi. supra Auaritia.

Secundò dare eleemofinam est actus pietatis, ut commouentis, & compungentis affectum: unde. 1. ad Thimo. 4. Pietas ad omnia valet, ubi exponitur pietas, pro eleemofinarum largitione: & hoc modo exponit Beatus Grego. in principio moralium dicens, quòd pietas est quæ docet opera misericordiæ frequenter. Qualiter autem pietas quæ est donum differat a pietate quæ est misericordia. Requi. supra. Donum pietatis.

Tertiò dare eleemofinā est actus charitatis, ut perficientis actum. Est. n. charitas perfectio eleemofinæ inquantū omnis eleemofina, & omnis actus noliti merentur ex charitate.

Vbi nota, quòd dare eleemofinas materialiter potest esse sine charitate, formaliter autem eleemofinas dare propter Deū delectabiliter, & promptè, & omni eo modo quo dari debet non sine charitate, ut patet. 1. ad Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem non habeam nihil mihi prodest, .s. ad meritum vitæ æternæ,

ita quòd charitas est principium eleemofinæ, & complementum eleemofinæ, ut patet supra. Charitas. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. senten. distin. 15. de eleemofina, articul. 1. q. 3. utrum eleemofina sit actus uirtutis, in cor. q. in fine, & in solu. 1. argum. & iterum secunda secundæ. q. 32. de eleemofina, art. 1. utrum eleemofina sit actus charitatis, in cor. q. in fine, & in solu. 1. & 4. arg.

Quartò ex his concludo, qd dare eleemofinam est actus necessitatis, & obligantis ad præceptum, quod dupliciter pbo. s. rōne, & punitione. Primò ratione sic. Illud sine quo charitas esse non pōt cadit sub præcepto: sed sine eleemofinarū largitione in aliquo casu (ut patebit sequenti capitulo) charitas esse non potest, sicut dicitur 1. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiā huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauferit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? quasi d. nihil habet talis de charitate. Qui. n. ex defectu charitatis nō dat res suas multò minus seipsum daret: hæc rationem assignat. B. Th. ubi sup. art. 1. q. 4. utrum eleemofina cadat sub præcepto, arg. contra. Secundò hoc probo ex punitione, uel ex omissione sic. Nullus punitur pœna æterna pro omissione alicuius qd non cadit sub præcepto, sed aliqui puniuntur pœna æterna pro eleemofinarum omissione, ut patet; Matth. 25. ergo dare eleemofinam est in præcepto. Hanc rationē assignat B. Tho. 2. secundæ. quæst. 32. art. 5. arg. contra.

CAP. VIII.

SI quis verò quæreretur, sub quo præcepto est dare eleemofinam? Respōdeo, & dico, quòd est sub præcepto amoris, & honoris, & sic de necessitate uirtutis. Primò dico, quod dare eleemofinā est sub præcepto amoris, qd sic pbo. Dilectio Dei, & proximi cadit sub præcepto: ergo illud quo dilectio proximi non conseruatur cadit sub præcepto: sed ad dilectionem proximi requiritur non solum, ut uelimus ei bonū, sed etiam, ut operemur, secundum illud. 1. Ioan. 3. Nō diligamus uerbo, & lingua, sed ope, & ueritate. Ad hoc aut qd uelimus,

charitas non pōt esse sine eleemofina.

Eleemofina cadit sub præcepto dilectionis proximi.

& operemur bonum alicuius requiritur, quod eius necessitati subueniamus, quod fit per eleemosinarum largitionem: ergo eleemosinarum largitio est in præcepto charitatis.

In ele- **Secundò dico**, quod dare eleemosinam **mosina** **reducitur ad præceptum honoris paren-**
tempus **tum**, quod est *Honora patrem tuum, &*
est confi **matrem tuam**: honor autem ille **secundū**
derādū **August. ad reuerentiam, & subuentio-**
nem in necessarijs pertinet, & in nomine
parentum omnis proximus intelligitur
Tertiò dico, quod dare eleemosinam hoc
 modo cadit sub præcepto, secundum,
 quod actus est de necessitate virtutis,
 scilicet secundum, quod recta ratio req-
 rit secundum quam aliquid est cōsideran-
 dum ex parte ordinis, aliquid ex parte
 necessitudinis: aliquid ex parte temporis.
 Primò enim ex parte ordinis recta ratio
 considerare debet, quia oportet quod v-
 nusquisq; provideat sibi, & postea sibi cō-
 iunctis quorum cura ei incumbit, & po-
 stea de residuo aliorum necessitatibus sub-
 ueniat.

Secundò ex parte necessitudinis recta
 ratio considerare debet, quod scilicet ne-
 cessitati debet provideri. Alioquin non
 esset ratio quare eleemosina daretur, ergo
 maiori necessitati prius debet provideri.
 Est autem duplex necessitas, scilicet ne-
 cessitas absoluta quæ est necessitas vitæ,
 & necessitas cōditionata, quæ est neces-
 sitas personæ, secundum consuetudinem
 suam, & decentiam, vel statum viuendi.
 Modo igitur præceptum legis obligat, qd
 prius subueniatur necessitati absolute, sci-
 licet vitæ quàm necessitati conditionatæ,
 scilicet personæ: quæ est cū quis indiget
 aliquò ad decentem conseruationem sui
 status. Et ideo ex præcepto legis quilibet
 debet magis providere sibi in necessi-
 tate absoluta, & sibi coniunctis, putà fa-
 milix quæ gubernare debet quàm extra-
 neis, & dare alteri eleemosinam de eo quod
 sibi est necessarium de necessitate absolu-
 ta est contra ordinem charitatis. Sicut
 etiam natura illud quod sibi de alimentis
 superfluit, ad nutrimentum in quo atten-
 datur quasi necessitas absoluta, tribuit in
 augmentum in quo attenditur necessitas
 conditionata, præparat, vel disponit ad
 generationem speciei generatiue virtuti

subministrans. Et similiter præceptum le-
 gis obligat, quod etiam necessitati extra-
 neorum absolute primò subueniatur, quàm
 necessitati propriæ, vel propinquorum cō-
 ditionatæ. Et ideo communiter dicitur,
 qd dare eleemosinam de superfluo cadit sub
 præcepto. Similiter dare eleemosinam ei
 qui est in extrema necessitate cadit etiam
 sub præcepto. Tertiò in dādo eleemosinæ
 recta ratio considerare debet, vtrum sit
 conueniens tempus, vel non.

Vbi nota, quod eleemosinarum largitio
 cadit sub præcepto affirmatiuo: quod qui
 dem obligat semper sed non ad semper, sci-
 licet probo loco, & tempore. Tempus au-
 tem ad quod obligat præceptum de elee-
 mosinis faciendis cōsiderat, & accipitur,
 & ex parte recipientis, & ex parte dātis.
 Primò ex parte recipientis scilicet quan-
 do apparent p̄babilia signa extremæ ne-
 cessitatis futuræ nisi ei subueniatur: ut cū
 aliquis videt alios impotentes, vel pigros
 ad subueniendum, & pauperem indicare
 cibo, & potu, & alijs vitæ necessarijs, nec
 sibi satisfacere posse, non enim expectan-
 da est ultima necessitas, quia tunc forte
 nō posset iuuari natura iam fame, vel siti
 consumpta: vnde Chrysost. super Io-
 hannem sic ait. Non oportet pauperem
 ululantem deceptorem vocare. Quid di-
 cis o homo propter vnum panem decep-
 tionem quis complicat vtique dicis,
 quo circa hoc maximè misericordia con-
 sequatur, hoc maximè necessitati eripia-
 tur: vnde non omnis necessitas obligat
 ad præceptum, sed sola illa sine qua is qui
 necessitatem patitur sustentari nō potest,
 & tunc mortaliter peccat si eleemosinam
 dare omittat cū superfluum habet, tunc
 enim mirus peccatum est auferre haben-
 ti quàm denegare indigenti, vt dicitur in
 decretis distinct. 47. sicut hi &c. Et in il-
 lo casu locum habet, qd dicit Ambrosius,
 & habetur in decretis vbi supra. Pasce
 fame morientem, quod si non paupisti,
 occidisti.

Secundò potest considerari, & accipi
 tempus dandi eleemosinam ex parte dāti,
 scilicet quando habet multa quibus non
 indiget homo neque ad sustentationem vi-
 tæ suæ, & suorum, neque ad decentem cō-
 seruationem status sui, etiam si pauperes
 extremæ necessitatis nō compareant: nec
 oportet

CAP. IX.

oportet occasionem futuræ necessitatis prætereundere, uel considerare ultra probabilia signa futuræ necessitatis, quia hoc est esse de crastino cogitare, idest de futuro superfluum sollicitudinem habere: quod dominus prohibet Matth. 6. Nolite solliciti esse &c. unde Lucæ 11. Quod superest date eleemosinam. Quod uerbum exponitur tribus modis. Primo a Beda sic. Quod superest, scilicet necessario victui, & vestitui, date: neque enim est eleemosina ita facienda, ut inopia te ipsum consumas. Secundo modo exponitur sic. Non solum qui esurienti dat cibum, uerum etiam qui peccanti atque orat pro eo, & qui corripit delinquentem, dat eleemosinam. Tertio modo a Theophilo exponitur sic. Quod superest date, idest facultates quæ præsentantur cordi date, unde Basilii loquentes de eo, qui superfluum habet, nec dat eleemosinam sic dicit. Cur tu abundas, & ille mendicat, nisi ut tu bonæ compensationis merita consequaris, ille uero patientiæ brauijs decoretur: & subdit. Est panis famelici quem tu tenes: nudus unicusquam tu in cōclauis conseruas, discalceati calceus qui penes te marcescit, indigentis argentum quod possides in humo natum, quo circa tot iniuriarum quot dare ualeres.

Sed fortè argues in oppositum. Cuilibet licet retinere rem suam: sed retinendo rem suam aliquis eleemosinam non daret: & tunc eleemosinam dare sub precepto non cadit. Respondeo, & dico, quod bona temporalia quæ homini diuinitus conferuntur, eius quidem sunt quantum ad proprietatem, sed quantum ad usum non solum sunt eius: sed etiam aliorum qui ex eis sustentari possunt, ex eo quod ei superfluit, ut Basilii dicit ubi supra immediate. Hæc Beatus Thomas, 4. scrip. sent. dist. 13. de eleemosina, artic. 1. q. 4. in corpor. quæstio. & in solutio.

secundò & quarto argument. & se-

cunda secundæ. quæst. 32. ar-

ticulo, quinto, in corpor.

quæstio & in solut.

secunda & ter-

tio argu-
men.

VT autem ueritatem quæstionis prædictæ breuius cognoscere valeamus, cum quæritur, quæ eleemosina, & quando sit in præcepto, & quæ, & quando non sit in præcepto, respondeo, & dico duobus modis. Primo ex parte dantis aliquid est superfluum, & naturæ, & personæ: & de hoc præcepto debet fieri eleemosina in necessitati existenti. Aliquid est superfluum naturæ: tamen necessarium personæ secundum decentiam status sui, & de tal. potest fieri eleemosina, & debet fieri in extrema necessitate, eo quod necessitas absoluta necessitati conditionatæ est præferenda. Aliquid uerò est necessarium, & naturæ, & personæ, & de tali non debet fieri eleemosina, quia hoc esset contra ordinem charitatis: ut dicit B. Th. ubi patet c. præceden. Et Petrus de Thar. 4. scrip. sent. dist. 15. circa secundum problema, de eleemosina art. 2. q. 3. utrum de superfluo, uel necessario possit fieri eleemosina. in cor. q.

Secundo modo respondeo, & dico, quod aliquid est necessarium danti ad sustentationem uitæ suæ, uel suorum, aliquid est sibi necessarium ad decentiam status sui, aliquid uerò est omnino superfluum. Primò ergo dico, quod de eo quod est mihi necessarium pro sustentatione uitæ meæ, uel meorum, non teneor dare eleemosinam pauperi in quacūque necessitate, & intelligo sanè nisi forte necessitatem meam, uel meorum possit aliquo modo recompensare. Secundo dico, quod de eo quod est necessarium ad decentiam mei status, teneor dare eleemosinam pauperi si sit in extrema necessitate. Tertio uerò dico, quod de eo quod est mihi, & meis omnino superfluum teneor dare eleemosinam pauperi etiam si non sit in extrema necessitate, ita tamē ut non illud quod est mihi omnino superfluum in proximo æstimē mihi futurum necessarium: unde peccat qui pro loco, & tēpore, & de superfluo non facit eleemosinam pauperi: quando autem, uel quantum peccat non determino ne damnum totum mundū. Hæc frater Romanus de Roma ordinis fratrum prædicatorum 4.

scrip. sent. dist. 15. de partib. pœnitentiæ de elemosyna. questio. 2. quæ elemosina, & quando cadit sub præcepto, quæ, & quoniam non in cor. q.

C A P. X.

10. **C**irca elemosinam considerandus secundus principaliter est numerus uarians. Sunt enim septem elemosinæ corporales, & septem spirituales.

Primo dicitur, quod septem sunt elemosinæ corporales, scilicet pascere esurientem, potare sitientem, uestire nudum, recolligere hospitem, uisitare infirmum, redimere captiuum, sepelire mortuum, quæ continentur hoc uersu. Visito, potio, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Visito, scilicet infirmum, potio sitientem, cibo esurientem, redimo incarceratum, tego, idest uestio nudum, colligo, idest recolligo hospitem, condo, idest sepelio mortuum. Ratio autem huius est ista, quia elemosina ordinatur ad subueniendum necessitatibus, & defectibus corporis. Defectus autem corporis sunt septem sex in uita, septimus est post uitam, & ideo sex remedia sunt ad præseruandum a morte ne aliquis eam incurrat: septimum est postquam mortem incurrit. Primus defectus corporis est omnibus communis corruptius interitus, scilicet fames, & huic defectui remedium apponitur, & subuenitur per alimentum siccum: & secundum hoc ponitur prima elemosina, scilicet pascere esurientem. Secundus defectus corporis communis omnibus corruptius interitus est sitis, & huic defectui subuenitur per alimentum humidum, & quanto ad hoc remedium ponitur secunda elemosina quæ est potare sitientem. Tertius defectus corporis est exterior, scilicet nuditas corporis proueniens ex intemperie aeris, & huic defectui subuenitur per augmentum, uel uestitum: & quantum ad hoc ponitur tertia elemosina, scilicet uestire nudum.

Quartus defectus corporis exterior prouenit etiam ex temperie aeris, scilicet uel ex calido uel frigido, & huic uento, & pluuia, & huiusmodi, & defectui subuenitur per habitaculum, & quantum ad hoc ponitur quarta elemosina, scilicet suscipere hospitem. Quintus defectus est specialis

proueniens ex causa intrinseca, scilicet ex intemperie humoris, & contra hunc defectum subueniendum ei ordinatur quinta elemosina, scilicet uisitatio infirmorum. Sextus defectus corporis specialis prouenit ex causa extrinseca, sicut detentio in carceratorum, & remedium contra hunc defectum ordinatum est sexta elemosina, scilicet redemptio captiuorum.

Septimus defectus est post hanc uitam ex hoc, quod iam mortem incurrit, & quantum ad hoc remedium ordinatur septima elemosina, quæ est sepultura mortuorum.

Sed forte argues in oppositum dupliciter. Primo de sepultura, quod non est aliqua elemosina, eo quod dominus Matth. 25. commemorans opera misericordiae, quibus homo a damnatione liberatur, & regnum meretur, mentionem non facit de sepultura: ergo &c. Respondeo, & dico, quod dominus enumerat illas elemosinas in quibus maior indigentia appareat ut euidentior appareat iustitia iudicantis, dum hos pro elemosinis remunerat & illos pro omissione damnat: tamen in alijs scripturæ locis elemosina, scilicet sepultura commendatur, sicut patet de Thobia, & symone Machabeo, qui pro ciuib. & fratribus suis sepulchra solennia ædificauerunt, & etiam de Ioseph qui corpus domini sepeliuit, & ex hoc laudatur, Quaaliter autem sepultura profit uel noceat. Req. infra. Suffragia. 4. ca. Secundo argues sic, Multæ aliæ sunt elemosinæ necessariæ uitæ quam prædictæ: sicut cæcus indiget ductore, claudus uocatione, oppressus liberatione, & sic de alijs, ergo non conuenienter & sufficienter corporales elemosinæ assignantur. Respondeo & dico, quod omnes aliæ necessitates ad prædictas elemosinas reducuntur: ut ad uisitationem infirmorum. Similiter subuenire oppresso reducitur ad redemptionem captiuorum, & sic de alijs. Hæc B. Th. 4. scrip. sent. dist. 15. de elemosina, art. 3. q. 1. utrum elemosinarum genera conuenienter distinguantur, in cor. q. & in sol. 2. & 4. arg. Et secunda secundæ, q. 3 2. art. 2. in cor. q. & in sol. 1. arg.

Etiā sepultura est elemosina

CAP. XI.


Ponuntur septem alia elemosina spiri-
tuales quae conuenienter continentur
in hoc versu. Consule, castiga, solare, re-
mitte, fer, ora. In hoc quod dicit Consu-
le, id est doce ignorantem duplex elemo-
sina intelligitur, ut sic dicamus. Consu-
le, id est doce ignorantem, & consule, id
est dirige dubitantem, & sic in hoc, quod di-
cit consule doctrina, & scientia intelligun-
tur. Cede id est castiga delinquentem: So-
lare, id est consolare tristem. Remitte de-
linquentibus in te. Fer, id est porta infir-
mitates defectus, & grauamina aliorum,
Ora pro omnibus. Ratio autem istius
numeri est ista, quia sicut defectibus cor-
poralibus per septem elemosinas corpo-
rales subuenitur, ita defectibus spiritali-
bus, quod de singulis probo.

Rō cur
elemosi-
na spūa
les septē
sint.

Primò enim defectibus spiritalibus
subuenitur solummodo poscendo auxiliū
à Deo, & hoc facit oratio. Secundò subue-
niendo ignorantiae intellectus speculati-
ui, & quantum ad hoc est doctrina. Ter-
tiò subueniendo, ignorantiae intellectus
practici, & quantum ad hoc est cōsiliū.
Quartò subueniendo defectui affectus, scilicet
tristitiae qui est poena affectus, & quantum
ad hoc est consolatio. Quintò subuenien-
do defectui affectus qui est culpa, scilicet ex par-
te eius qui peccauit, & quantum ad hoc
est castigatio. Sextò subueniēdo defectui
eius in quem culpa committitur, & sic
quantum ad hoc est remissio. Septimò
subueniendo defectui eius qui ex culpa
alterius, uel cui culpa alterius est onero-
sa, & quantum ad hoc est supportatio. Vel
aliter. Defectus spiritalis cui per spiri-
tuales elemosinas subuenitur, aut est defe-
ctus poenae in intellectu speculatiuo, & sic
est doctrina, aut est defectus poenae in in-
tellectu practico, & sic est consiliū, aut
in affectu, & sic est consolatio, aut est de-
fectus culpae cum spe emendationis, & sic
est castigatio: aut est defectus culpae in
alio sine spe emendationis, & sic non re-
stat, nisi diuinum auxilium implorare,
& tunc est oratio, aut est defectus in pro-
ximo quantum ad culpam, & sic indiget
remissionem: aut est defectus quantum
ad poenam, & sic indiget supportatione.

Hac Beatus Thomas. 4. scrip. senten. di-
stin. 15. de elemosina, articu. 3. quæstio. se-
cunda. utrum elemosinae spirituales con-
uenienter assignentur, in cor. quæst. & ite-
rum secunda secundæ. quæstio. 32. de ele-
mosina, artic. 2. utrum elemosinarum ge-
nera conuenienter distinguantur, in cor.
q. in fine.

CAP. XII.



Ed fortē quæres gratia prædi-
ctorum quæ elemosinae sunt po-
tiores, uel nobiliores, an spiri-
tuales, an corporales. Respon-
de, & dico, quod quantum ad hoc possu-
mus loqui duobus modis, uel simpliciter,
uel secundum quid. Primò ergo loquen-
do simpliciter dico, quod elemosinae spirita-
les præminēt elemosinis corporalibus:
quod probo triplici ratione, scilicet ex
parte subiecti, boni, & modi. Prima ratio
est ex parte subiecti sic. Quantò subie-
ctum receptiuum doni est nobilius tan-
tò donum est maius, sed spiritus præmi-
net corpori: ergo elemosinae spirituales
quibus subuenitur spiritui sunt nobilio-
res elemosinis corporalibus quibus sub-
uenitur corpori. Sed contra quantò ali-
quis est magis indigens, tantò est lauda-
bilius subuenire ei. Vel aliter. Quantò
maior est indigentia tantò melior est ele-
mosina: sed maior est indigentia corpo-
ris, quàm spiritus, eo quod pluribus indiget
corpus quàm spiritus, ergo elemosinae cor-
porales sunt potiores spiritalibus. Re-
spondeo, & dico, quod dare elemosinam
magis indigenti melius est cæteris pari-
bus, sed si minus indigens sit melior, &
melioribus indiget, dare ei melius est, &
sic est in proposito, sicut patet.

12

Elemosi-
nae spūa
les præ-
stāt cor-
poralib.

Secunda ratio principalis ex parte bo-
ni est talis. Quantò bonum datum est no-
bilius, tantò elemosina est nobilior, &
melior: sed bonum spirituale, quod in ele-
mosinis spiritalibus datur melius est
quàm corporale quod in elemosinis cor-
poralibus datur, ergo &c. Sed contra
hoc sic argues. Quando elemosina a pau-
pere acceptatur, & de ea pauper magis cō-
solatur, tantò elemosina magis laudatur.
Sed quādoq; elemosina corporalis magis

est grata pauperi, & magis acceptatur, q̃ eleemofyna spiritualis, quia defectus corporales magis percipiuntur, uel sentiuntur quàm spirituales. Respondeo & dico, meritū q̃ meritum dantis attenditur, secundū id dantis. in quo debet quiescere uolūtas acceptantis, & nō in eo in quo quiescit si sit inordinata: aliās meritum dantis dependeret ex arbitrio recipientis, q̃ est falsum: si autē magis sentiuntur defectus corporales, quàm spirituales, hoc est propter defectū eius. Tertia ratio principalis est ex parte modi dandi, quæ est talis. Actus spirituales quibus subuenitur spiritui sunt nobiliores actibus corporalibus quibus subuenitur corpori, eò q̃ actus corporales quodammodo sunt seruiles: ergo &c. Sed contra. Recompensatio laudem, & meritum diminuit: unde & dominus dicit Luc. 14. Cum facis prandium aut cœnam noli uocare diuites &c. sed in elemosynis spiritualibus semper est recompensatio, secundū illud psalmi. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Similiter qui alium docet ipse etiam in scientia proficit, quod non est in elemosynis corporalibus: ergo &c. Respondeo duobus modis. Primò, q̃ recompensatio nō diminuit efficaciam eleemosynæ, sed intentio recompensationis: unde quamuis aliquis doctus etiā addiscat, non tamen propter hoc facit, sed solum, ut alteri subueniat docendo eum. Similiter humana gloria si non sit intenta non minuit rōnem virtutis. Sicut etiam de Catone dicit Salustius. Quò magis gloriam fugiebat, eò magis eum gloria sequebat̃. Secundo modo respondeo, & dico, quòd aliter se habet in bonis corporalibus, & aliter in spiritualibus, quia intētio acquirenda aliquod bonum corporale benè diminuit rationē virtutis, & per consequēs meritum. sed intētio acquirendi aliquod bonum spirituale non diminuit rationē meriti, quia per ipsum Deo cōiungimur, ut frequenter cōtingit: unde patet ex prædictis, q̃ eleemosynæ spirituales & præcipuè illæ quæ contra culpam ordinantur: simpliciter sunt nobiliores quibuscunq; eleemosynis corporalibus, q̃a homo magis debet vitare culpam, quàm defectum aliquem corporalem etiam mortem. Secundo verò modo loquendo secundum quid, & in casu aliquo dico, q̃ aliquæ ele-

emosynæ corporales quibusdam eleemosynis spiritualibus præferuntur, putà magis esset pascendum fame morientē quàm docendum, sicut etiam indigenti, secundū Philosophum melius est ditari, quàm Philosophari: quamuis hoc, scilicet philosophari sit simpliciter melius quàm ditari. Hæc Beat. Thom. 4. scrip. sent. distinct. 15. de eleemosyna arti. 3. quæst. 3. utrum eleemosynæ corporales præeminēt spiritualibus, uel econuerso, in argum. contra, & in cor. q. & in solu. trium argum. Et iterū secunda secundæ. q. 3 2. artic. 3. utrum eleemosynæ corporales, &c.

C A P. XIII.

Tertiò principaliter, circa eleemosynam considerandus est modus rectificans. Ut enim eleemosyna sit recta, & Deo accepta, & per consequens meritoria quattuor modis dari debet, s. rationabiliter, & compassibiliter, synceriter liberaliter. Primò eleemosyna debet dari rationabiliter, s. necessitatem patiēti, alioquin non esset ratio quare ei eleemosynæ daretur, ut dicit, B. Thom. 2. 2. q. articu. 5. utrum dare eleemosynā sit in præcepto, in cor. q. unde Apostolus. 2. ad Corinth. 8. sic ait. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut illorum abundantia uestra inopiæ sit supplementum. Quæ uerba Augustinus, & Ambrosius in gl. sic exponunt. Primò August. ibidem sic ait. Vestra abundantia, scilicet terrenorum suppleat inopiam illorum, & econtra, ut abundantia merito illorum spiritualiū, suppleat inopiam uestram, ut quod pauperes per se non possunt habere, per alios qui bonis temporalibus abundant habeant: & quod diuites per se non possunt mereri, per orationes pauperum mereantur, sicut scriptum est de manna. Exod. 16. Qui multum collegit, idest qui plus de manna habuit quàm gomor non abundauit, eò q̃ qua habuit dedit indigenti, & qui modicum, idest qui minus habuit quàm gomor non minus habuit: quia accepit ab eo, qui plus habuit. Secundo Ambrosius ibidem in glo. sic ait: Plus enim habent sancti in spe futuri: minus

13

Exponit
illud
Pauli
uestra
abundantia.

verò

vero hi qui in tempore sunt diuites, & tamen ibi æquabuntur utrique, vt sicut hic diuites inopiam sanctorum sustentant, ita ibi eorum beneficio sustententur, & diuites fiant æterno bono. Tertio modo potest exponi verbum Apostoli secundum. B. Tho. sic uestra abundantia illorum inopia suppleatur. Ad ostendendum, quod eleemosyna debet fieri de superfluo, & non de necessario.

Vbi nota, quod aliquid alicui est necessarium dupliciter, & hoc vel simpliciter, vel secundum quid. Primo aliquid est necessarium alicui simpliciter, scilicet illud sine quo aliquis non potest esse: vel uiuere, vel ipse vel illi quorum curam habet, & de tali necessario sibi, & suis non debet aliquis eleemosynas dare. Cuius ratio est, quia si aliquis tale necessarium sine quo nullo modo posset esse, & uiuere sibi subtraheret: ordinem charitatis peruerteret in beneficiis obseruandis. Et supra hoc de necessario omnino, & sibi, & suis eleemosynam dare: esset sibi, & suis uitam subtrahere. Nisi forte talis casus immineret ubi subtrahendo sibi daret alicui magnæ personæ, per quam ecclesia, vel res publica sustentaretur, quia pro liberatione talis personæ seipsum, & suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum commune sit proprio preferendum. Secundo modo est alicui aliquid necessarium secundum quid. scilicet illud sine quo non potest bene esse, quia sine eo non potest status sui, & suorum decentiam conseruare. Et de tali non debet aliquis eleemosynam dare, quia nullus debet in statu aliquo indecenter manere. Excipiuntur tamen tres casus in quibus de eo, quod est necessarium ad conseruandam sui status decentiam, & suorum potest aliquis, & debet eleemosynam dare. Primus casus, quando occurreret extrema necessitas, vel utilitas rei publicæ tunc enim aliquis illud quod ad decentiam sui status pertinet laudabiliter prætermitteret, vt maiori necessitati subueniret. Secundus casus est quando ea, quæ sibi subtrahit etiam si sint necessaria ad conuenientiam uitæ tamen de facili resarciri possunt, vt non sequatur maximum in conueniens. Tertius casus est quando aliquis statum mutat per religionis ingressum: tunc enim omnia sua propter Christum

largiens opus perfectionis facit in statu alio se ponens cuius status decentia conseruari potest per ea quæ à fidelibus, & deuotis personis mittuntur, & ministrantur, vel iam ministrata sunt in possessionibus, & redditibus. Hæc B. Thom. 4. script. sentent. dist. 15. de eleemosyna. art. quarto, utrum de necessario sit danda eleemosyna, in cor. quæst. & in solu. argum. & secunda secundæ. quæst. 32. artic. 6. sub eodem titulo. in cor. quæst. Requi. supra quomodo dare eleemosynam est sub præcepto, & quomodo est actus necessitatis.

CAP. XIII.

Secundo eleemosyna, ut sit grata Deo, & per consequens meritoria debet dari compassibiliter. Nam sine compassione id est sine displicentia uoluntatis de miseria aliena nunquam est eleemosyna danda. Cuius ratio est, quia non subueniret aliquis miseriæ aliene nisi vellet eum non esse miserum: unde quia sibi displicet miseria aliena ideo subuenit, vt dicit beatus Thomas 4. script. sentent. distinctione 15. de eleemosyna. articulo 1. questione prima, utrum eleemosyna conuenienter diffiniatur, in solu. 4. argumen. Requi. supra. Diffinitio eleemosynæ: unde Apostolus prima ad Thimo. quarto, sic ait. Corporalis exercitatio qua homo se fatigat, ieiunando, uigilando, abstinendo, quæ sunt frena carnis ad modicum utilis est nisi huic pietas. id est compassio, & eleemosynarum largitio adiungatur. Et ideo dicit, Pietas ad omnia utilis est: unde Grego. 19. libro moral. sic dicit. Tanto quisque perfectus est quanto dolores alienos perfectius sentit. Et iterum ibidem secundo libro sic ait. Apud Deo maius est donum mentis quam muneris. Cuius rationem assignat ibidem dicens. Exteriora nanque largiens aliquid extra semetipsum tribuit: qui uero fletum, & compassionem proximo tribuit, aliquid ei de seipso dedit: unde in decretis. dist. 42. quiescamus, & in fine 45. dicitur, quod Deus in eleemosyna plus pensat animum benignum quam datum, & quod plus est ubi deficit facultas sufficit compassio,

14
Pietatis
excellē-
tia.

passio, & bona voluntas: vnde August. super psal. sic ait. Si potes dare da, si non potes affabilem te fac. Coronatur Deus intus bonam voluntatem ubi non inuenit facultatem. Nemo dicat, non habeo: charitas non de saculo erogatur. Requi. supra donum pietatis, & infra. Voluntas humana.

C A P. XV.

15
Exponit
illud Lu
cæ 7. da.
te mu.
tuum.
Quoniam mu
tuum sit
cum usu
ra.

Tertio elemosyna, ut sit Deo accepta, & meritoria debet dari liberaliter, uel irrecompensabiliter: unde Lucæ. 6. sic dicitur. Date mutuum nihil inde sperantes. glo. Date mutuum, uel temporalia pauperibus largiendo, uel peccata condonando, non tamen spe alicuius retributionis humanæ: sed diuinæ, ita quod pro eo, quod damus nihil temporale speremus ab homine: sed retributionem spirituales à Deo. Quod quidem uerbum date mutuum exponit Basilius, & Chrysostom.

Primo enim Basilius sic ait. Considera uirtutem sermonis, & mirabilis pietatem auctoris cum daturus es pauperi diuinæ charitatis intuitu idipsum, & donum est, & mutuum est, donum quidem ob insperatam retributionem: mutuum uero ob munificentiam eius qui uitam illius constituit. Et subdit Basilius. Et erit merces uestra multa in cælo; non vis omnipotentem obligari tibi ad restitutionem: an quemquam opulentorum ciuium si fidei iubebat acceptas: Deum autem pro pauperibus fide iubentem repudias. Secundo Chrysostom. ibidem sic ait. Attende mirabilem naturam mutui: unus recipit, & alius obligat se pro debitis. Cæterum in presenti reddens, in futuro uero uitam æternam.

Sed forte quæres utrum exigere recompensationem pro mutuo sit peccatum. Respondeo, & dico, quod aliter se habet in bonis spiritualibus, & aliter in corporalibus: nam intentio recompensationis bonorum spiritualium quorum sunt elemosinæ, & oratio non diminuitur dantis meritum: sicut patet, supra elemosina. ca. 12. quo quæritur quæ elemosina est potior, an corporalis, uel spiritualis, in solut. 3. dubij. Recompensatio uero bonorum cor-

poralium ex mutuo, uel est intenta; uel non. Primo. n. si est intenta minuit rationem uirtutis, & meriti, & tunc est peccatum propter quod prohibetur. Lucæ. 6. Date mutuum nihil inde sperantes. Non enim dixit, nihil inde accipientes, sed nihil inde sperantes, quia non solum acceptio quæ ex pacto tacito, uel expresso ex mutuo interuenit ultra sortem: immo etiam spes accipiendi, & acceptio quam spes præcessit: quando spes est principale motiuum ad mutuandum facit usuram, nisi forte ex latere leuiter interueniat motus alicuius intentionis qua credit aliquem profectum habere inde, tamen non propter hanc credulitatem mutuatur. Et si spes habendi aliquid ultra mutuum usuram facit, multo magis quærere recompensationem ex pacto tacito, uel expresso pecuniæ, uel aliorum quæ pecunia mensurantur contra iustitiam facit, & usuram committit. Quærere uero recompensationem pro mutuo eorum quæ pecunia non mensurantur, puta beneuolentiam, & amorem eius qui mutuauit non est usura. Similiter si aliquis accipiat aliquid non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacita, uel expressa, sed sicut gratuitum donum non peccat. Cuius ratio est, quia antequam pecuniam mutuasset licite poterat aliquod donum accipere, nec peioris conditionis efficitur per hoc quod mutuauit. Hæc B. Thomas secunda secundæ. quæstio. 78. articulo. 2. utrum aliquis possit pecunia mutuata aliquam commoditatem expetere, in corp. quæst. Require infra usura.

C A P. XVI.

QUARTO elemosina ad hoc quod sit recta Deo accepta, & per consequens meritoria debet dari sincere, scilicet recta intentione, ut solum fiat propter Deum à quo tota uirtus merendi procedit: vnde Matthæ. 6. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit elemosina tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi.

In quo uerbo saluator de elemosina tangit

16
Exponit
illud ne
sciat si.
nistra
tua.

tangit tria. scilicet actionem debitam, vel uoluntariam, ibi. Te faciente elemosinam intentionem rectam, & meritoriam, ibi. Nesciat sinistra tua &c. retributionem iustam, vel diuinam, ibi. Et pater tuus qui uidet, & cetera. Primo tangit actionem debitam, uel uoluntariam: cum dicit. Te autem faciente elemosinam: nam dare elemosinam aliquando est in præcepto, & sic est debita, aliquando est in consilio, & sic est uoluntaria. Hæc enim est differentia inter præceptum, & consilium, quia præceptum importat necessitatem implendi ei cui præcipitur. Consilium autem ponitur in optione eius cui dat: uerbi gratia. Quando aliquis non sequitur uoluntatem suam in aliquo facto quod licitum posset facere consilium est in casu illo, ut uerbi gratia. Si aliquis beneficiat inimicis suis quando non tenetur: vel offensam remittit in cuius iuste posset uindictam exigere, vel quando etiam aliquo tempore determinato à delectationibus carnis abstinet, ut orationibus vacet: tunc in his omnibus consilium sequitur, similiter est de elemosina, ut patebit. Hæc beatus Thomas prima secundæ q. 108. art. 4. utrum in lege noua quedam consilia determinata sint proposita, in cor. q. His præmissis dico, quod dare elemosinam est in præcepto, & est in consilio. Primo dico, quod dare elemosinam in tribus casibus est in præcepto. scilicet dare elemosinam de superfluo, & dare elemosinam ei qui est in extrema necessitate, & similiter dare elemosinam de eo, quod est necessarium, necessitate secundæ. scilicet de eo quod est necessarium ad bene esse ei qui est in extrema necessitate etiam est sub præcepto. Aliàs uero dare aliquam elemosinam pauperi quando dare, uel quam dare non tenetur est in consilio, quod patet, quia facere aliquid boni ad quod ex legis præcepto non tenemur, ad supererogationem pertinet de qua consilia dantur, sicut de quolibet meliori bono: uerbi gratia. Dare aliquid de superfluo respectu primæ necessitatis sed necessario respectu secundæ necessitatis ad subueniendum necessitati non absolute quamuis maiori est bonum ad quod ex præcepto non obligamur, & ideo est supererogationis de qua consilia dantur, ut

dixi. Hæc beatus Thomas. 4. scrip. senten. dist. 15. de elemosina. art. 1. quæstio. quarta, utrum elemosina cadat præcepto in corp. quæst. in fine, & in solut. primi argumenti. Et iterum secunda secundæ. quæstione 32. articulo. quinto utrum dare elemosinam sit in præcepto, in corp. q. in fin.

Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum quæro hic tres casus. Primus casus est talis. Posito, quod aliquis habeat superfluum, & respectu primæ necessitatis, & secundæ, quæro si peccet si non dat pauperi elemosinam. Respondeo, & dico, quod aut in paupere apparent euidentia signa extremæ necessitatis, aut non. Si uidet signa euidentia extremæ necessitatis certum est quod tenetur dare, & mortaliter peccat non dando. Hierony. Aliena recipere conuincitur qui ultra necessaria retinere conuincitur, in hoc. n. casu non solum est furtum, uel rapina: ut per Hierony. patet: sed etiam est homicidium, ut dicit Ambrosius. Pasce fame morientem, si non &c. Si uero non appareant signa euidentia extremæ necessitatis, tunc non tenetur dare, quia quamuis teneatur superfluum dare tamen non omnibus dare nec etiam huic dare, sed distribuere secundum quod uidetur sibi opportunum: nec tenetur inquirere, quia hoc esset nimis graue quod de omnibus pauperibus inquiret, & præcipue cum ad eum qui necessitatem patitur pertineat, ut necessitatem exponat. Hæc beatus Thomas. 1. 1. quod libe. quæstio. 12. utrum ille qui non dat pauperi petenti si habeat de superfluo peccet, in cor. q.

Secundus casus est talis. Et aliquis habet superfluum cui obuiat aliquis in extrema necessitate constitutus constat, quod ei tenetur dare. Modo si ergo præparet se ad dandum ei, & interim occurrit ei alius in extrema necessitate positus: quæritur cui tenetur dare aut primo, aut secundo: uidetur, quod primo, quia prius tenebatur ei dare, & non est absolutus ab illa intentione ergo adhuc tenetur ei dare modo. Sed contra. Si det secundo absolutus est cum non possit reficere nisi alterum tantum: ergo modo non tenetur dare primo. Respondeo de duobus in extrema necessitate constitutus, & dico, quod tenetur da-

Propo-
nit tres
casus
primus.

Secus.

re primo, & similiter secundo, sed neutri tenetur dare modo, tenetur tamen dare. Tertius alteri modo, ut iste terminus alteri teneatur confuse, & indeterminatè. Tertius casus est talis. Est aliquis ualde indigēs, sed non in extrema necessitate, si enim aliquis habet multa superflua nec proponit melius dispensare, vel æquè benè, & tunc talis non dans eleemosynam mortaliter peccat eo, quod claudit viscera sua ab eo cui non dat cum abundat; & sic cum charitas Dei non sit in illo, ut dicitur prim. Iohan. 3. videtur, quod talis mortaliter peccat. Rñdeo, & dico, quod hæc est vera iste diues tenetur dare huic indigenti pro loco, & tpe sed hæc est falsa modo est tps, & locus si proponit melius dare, uel æquè benè: sed esset locus, & tempus si non proponeret melius dare, nec diues claudit viscera sua ab hoc indigente quamuis non det, ut per auctoritatem. Iohan. probabam, qui habet bonam uoluntatem dandi ei nisi melius proponeret dispensare. Et si arguas per illud quod dicitur. Luca. 6. omni petenti te tribue. Respondeo, & dico, quod uerbum illud domini intelligendum est sic. Omni potenti te tribue, uel rem, uel bonam uoluntatem, uel bonum uerbum, sicut habetur in glo. unde iste diues non est transgressor huius præcepti cum habeat bonam uoluntatem dandi. Hæc Alexander tertia parte summæ quæstione 38. de eleemosyna. art 5. quomodo cui, & quando teneatur aliquis dare eleemosynā in duobus casibus supra dictis, scilicet secundo, & tertio, & sub eisdem titulis.

C A P. XVII.

Secundo in uerbis præmissis dominus tangit de eleemosyna facienda intentionem rectam, & meritoriam: cum subdit. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Quod uerbum Rabanus in glossa in generali exponit sic dicens. Sinistra est intentio peruersa, dextera est intentio sancta sed in speciali quid sit sinistra uel dextera, peruersa, & sancta exponit ibidē sic dicens. Cum pro sola cupiditate alicuius terreni uolunt aliqd misericordes videri, sola sinistra operatur, quod prohibet dominus. Cū uero aliqd so-

la intentione implendi præcepta Dei faciunt eleemosynam, sola dextera operatur. Cum uero fauorem quærunt humanum cum aliqua mercede æterna, immiscet se sinistra dextera. Nomine ergo sinistra secundum sanctos, & doctores intelliguntur tria, scilicet appetitus humanæ laudis, affectus substantiæ temporalis, defectus criminis. Primo intelligitur per sinistram appetitus humanæ laudis: & hoc modo August. in sermone domini in monte sic exponit dicens. Sinistra uidetur signare delectationem laudis, dextera autem signat intentionē implendi præcepta diuina. Cum ergo conscientia facientis eleemosynam immiscet se appetitus humanæ laudis sit sinistra conscientia dextera. Nesciat ergo sinistra tua quid faciat dextera tua, id est non se immisceat conscientia tuæ appetitus humanæ laudis. Requi. infra uanagloria.

Secundò per sinistram intelligitur appetitus substantiæ temporalis per dexteram uero affectus diuinæ dilectionis: unde gl. ibidē sic exponit. Nesciat sinistra tua &c. ne pro aliqua temporali retributione vel aliqua simili occasione, sed pro sola dei dilectione, & honore quicquid agimus faciamus, ut non quæramus gaudere, & præmiari in præsentī seculo, sed in futuro. Tertio modo, ut Anselmus dicit. & hñ in gl. sinistra sunt uitia dextera uero uirtutes sunt. unde gl. ibi. Nesciat uitium quid faciat uirtus: unde subdit. Nesciat elatio, uel uanagloria seu aliquod uitium, uel appetitus uitij, sed lux rectæ operationis fugiat tenebras peccati, unde gl. ibidem. In eleemosyna consideranda est qualitas dantis. sc. ne fur. ne adulter, ne homicida, ne aliquo graui scelere implicatus, nec in uoluntate in peccandi manens sit. Scriptum est enim oblatio impiorum abominabilis est Deo. Non enim respicit Deus ad Chaim nec ad munera eius, qui non rapinam, sed laborem manum suarum offerebat, sed quia fratri inuidit, igitur reprobatus est ipse, & munera eius: ergo cōsiliū meum accipe, & prius subuenias tibi quā aliter, ut saluus fias.

Sed fortè quæres utrum aliquis possit sibi eleemosynam facere. Respondeo, & dico

dico, quod eleemosyna dupliciter potest fieri. Vno modo per collationem alicuius rei temporalis, & hoc modo nullus potest sibi eleemosynam facere. Cuius ratio est, quia nullus dat, nisi quod habet: nec aliquis recipit, nisi quod non habet: sed nullus potest aliquid simul habere, & non habere, ergo nullus potest sibi dare eleemosynam corporalem. Alio modo per subuentionem alicuius boni corporalis, uel spiritalis: potest. n. homo ratione diuersarum partium, quæ sunt in eo agere in seipsum sicut anima mouet corpus, & una pars, uel potestas animæ mouet aliā, & similiter una pars corporis mouet aliā. Et ideo talem eleemosynā potest aliquis facere sibiipso. Sed ad subueniendum sibi in corporalib. natura satis inclinatur: ideo de hoc non oportuit dari præceptum, sed solum de subueniendo animæ ad quam non ita inclinatur multi: unde quia præceptum Dei est quod homo diligat proximum sicut seipsum, & proximum ita debet diligere affectu, quod etiam effectui ei benefaciat quid, ergo sibiipso debet benefacere, & eleemosynas spirituales dare, ut dicit Beatus Thomas, 4. scrip. senten. distinctio. 15. de eleemosyna, artic. 6. utrum aliquis eleemosynā possit facere sibiipso, in cor. quæst. Ad probandum verò, quod homo possit, & debeat sibi in spiritualib. subuenire, adducit ibidem Beatus Thomas illud quod scribitur Ecclesiastici 30. Miserebere animæ tuæ placens Deo. In quo verbo tanguntur tria, scilicet actus pius, & debitus, subiectum proprium, motiui debitum. Primò tangit actum debitum, ibi, Miserebere. Et meritò, nam misericordia miseriam respicit. Duplex est autem miseria animæ. una est ex culpa, alia ex pœna, Pœna uitæ maximè est dolor, uel tristitia, ergo miserebere animæ tuæ, uel puniens culpam, & sustinens pœnā, uel præcauendo sibi a miseria culpæ, & doloris seu tristitiæ. Secundò tangit subiectum proprium ibi. Animæ tuæ, dicit animæ non carni. cui multi sub pietatis specie misereantur, & dicit tuæ, non tantum alienæ sicut multi faciunt qui bonum quod alijs exhibent sibi magis indigentib. denegant. Ecclesiastici 14. Qui sibi nequam est cui alij bonus erit? Tertiò tangit motiui legitimum, & debitum ibi placens

Deo. i. ad hoc miserearis tibi iustè, & continenter uiuendo, & in spiritualibus subueniendo, ut placeas Deo.

CAP. XVIII.

Tertiò in uerbis præmissis circa eleemosynam dominus tangit retributionem iustam, & condignam, scilicet diuinam, unde subiungit Matth. 6. Et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi, ubi ostendit tria, scilicet amorem præcedentem, ualorem subsequenter, mercedem indeficientem.

Primò tangit amorem præcedentem: ibi, Et pater tuus. Io. 16. Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis. Super quo uerbo Augustinus talem quæstionem querit dicens. Nunquid ideo amat ille quia nos amamus: an potius, quia ille amat, ideo nos amamus: hoc ipse euangelista in epistola sua canonica prima Iohan. 4. sic dicit. In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Hanc auctoritatem Beati Augustini allegat Beatus Thomas in Euangelio continuo super Iohan. 16. Et quia pater est, ideo exhibere cultum, id est honorem Deo, ut patri est excellentius, quàm exhibere cultum Deo: ut creatori, & domino, ut dicit Beatus Thomas secunda secundæ. quæstione 121. articulo. primo de dono pietatis: utrum pietas sit donum, in solu 2. argumen. Req. supra Donum pietatis: & infra Honor, & infra pater noster primo cap.

Secundò tangit ualorem subsequenter, ibi, Qui uidet in abscondito. Sicut enim dicit Beatus Augustinus in lib. de Ciuita. Dei differentia est de præcio, & ualore rerum quo ad nos, & quò ad Deum: nam quò ad nos præcium, & ualor rerum uenaliū non consideratur secundum gradū naturæ, cum quandoque plus uendatur unus æquus, quàm unus seruus: sed secundum indigentiam nostram, ut dicit Beatus Thomas secunda secundæ. quæst. 72. articulo. 2. utrum uenditio reddatur illicita propter defectum rei uenditæ, in solu. 3. argumen. Sed quò ad Deū præciū, siue ualor creaturarum non est secundum eius indigentiam: cò, quod

18

Extollit
Dei a-
more in
hoies.

Præciū
rerū dif-
fert re-
spectu
nri & re-
spectu
Dei.

Natura
non in-
diget p-
cepto.

ed, q̄ nulla re ex se indiget cum sit perfectissimus in seipso: sed. secundum cōplacētiā diuinam, sicut enim voluntas sua est causa productionis rerum ita est causa graduū bonitatis, idest maioris, & minoris perfectionis rerum. Et ideo dicit. Videt in abscondito. Licet enim dare omnia videat per simplicem cognitionē, vt dicitur ad Hebræ. 4. Omnia nudi, & aperta sunt oculis eius, tamen eaq; fiunt in abscondito videt per approbationem. In psalm. Oculi domini super iustos: vnde glo. super hoc verbo. Videt in abscondito sic ait. Videre Dei est approbare: illa autem tantum approbat Deus quæ sunt abscondita, quæ uerò extra sunt non placent ei nec approbat.

Videre Dei in abscondito quid.

Vbi nota, q̄ per hoc, quod dicit absconditum intelliguntur tria, secundum glo. scilicet intentio recta, conscientia bona, vita munda.

Primò, per absconditum intelligitur intentio recta: vnde glosa sic ait. Elemosyna in abscondito, i. in recta intentione, quia pater tuus videt in abscondito, i. ipse solus est perscrutator intentionem. Requi. infra Intentio.

Secundò per absconditum intelligitur conscientia bona, vt dicit glosa ibidem. Et dicitur abscondita, quia vbi homo nō videt nihil extra quærat. Et Augustini in sermone in monte. Sit elemosyna tua in abscondito, idest bona conscientia quæ humanis oculis demonstrari non potest nec uerbis aperiri, & quoniam quidem multi mentiuntur sufficit tibi ad promerendum præmium ipsa; conscientia si ab eo expectas præmium qui solus conscientia est inspector.

Tertiò, per absconditum intelligitur uita a crimine munda: unde glosa ibidem. Lux intus tenebræ extra: sit ergo in abscondito elemosyna quæ nullis miscetur tenebris, s. peccatorum. Chryso. verò super illo uerbo Matth. 6. attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus &c. mouet hanc quæstionem. Quomodo potest fieri, ut non coram hominibus elemosynam faciamus aut si fiet: quomodo non sentiemus? Si enim præsentē aliquo occurrerit pauper quomodo dabitur ei absconsē, sed educendo eum in secreto uideretur quia datur. Respondet Chryso.

ibidem, & dicit sic. Sed considera, quia non dixit ne tantum coram hominibus faciatis, sed addidit, ut uideamini ab eis: qui ergo non ideo facit, ut ab hominibus uideatur, & si coram hominibus fecerit non tamen coram hominibus fecisse uidetur. Qui enim aliquid facit propter Deum, neminem uidet in corde suo, nisi Deum propter quē facit sicut artifex semper habet eum præ oculis qui sibi opus faciendum commisit. Hæc Chryso. & allegat ea Beatus Thomas in euangelio continuo Matth. 6. Attendite ne iustitiam uestram &c. Tertiò tangit mercedem indeficientem, ibi, Reddet tibi, quasi dicit, & si non in præsentē tamen in futuro reddet. 2. ad Thimo. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ &c. Requi. supra aureola, primo. cap. unde Chryso. in Homel. super illo uerbo Matth. Reddet tibi sic ait. Non autem dixit gratis dabit, sed reddet tibi, etenim debitorem seipsum tibi constituit, ad Rom. 2. Reddet unicuique, secundum opera sua. Et August. in sermone domini in monte. Qui uidet in abscondito reddet tibi sic ait. Multa latina exemplaria habent reddet tibi palam. Cuius rationē assignat Chryso. ibidem dicens. Impossibile est enim, ut opus bonum hominis in abscondito dimittat Deus. sed in hoc seculo manifestat, & in illo glorificat, quia gloria Dei est. Sicut, & diabolus manifestat malum in quo malitiæ eius uirtus ostenditur: propriæ autem publicat Deus omne bonum in seculo illo cuius bona non sunt communia bonis, & malis. ideo cuicumq; illic benefecerit Deus manifestum est, quia pro mercede iustitiæ suæ non meruit illud: merces autem in hoc sæculo manifesta non est, quia hic non solum boni, sed etiam mali sunt diuites. Et ideo concludit Chryso. in Homel. super illo uerbo. Pater tuus qui uidet in abscondito &c. ita dicens. Si ergo uis habere inspectores eorum quæ agis. Ecce habes non angelos, aut archangelos: sed dominum uniuersorum. Hæc B. Thom. in Euangelio continuo adducit ad expositionem prædictæ auctoritatis.

Deus se constituit hōi debitorē.

C A P. XIX.

Sed fortè quæres gratia prædictorum
utrum opera misericordiæ melius fiât
in abscondito quam in publico. Re-
spondeo, & dico, quòd melius, & securius
est facere elemosinam in occulto quam
in manifesto, scilicet, & propter illos qui
faciunt: & propter illos coram quibus
fiunt.

Primò propter illos qui faciunt, eò qd̃
elemosina facta in publico de facili po-
test esse occasio inanis gloriæ. Vnde
Chrysost. super illo uerbo Matth. 6. At-
tendite ne iustitiam uestram coram ho-
minibus faciatis &c. sic ait. Hæc fera. s.
inanis gloria est apta furari eum qui nō
valde uigilat. occultè enim ingreditur, &
omnia quæ intus sunt insensibiliter au-
fert. Et subdit ibidem Chrysost. Vbi. n.
res agitur gloriosa, ibi facilius inuenit
locum gloriationis occasio, & ideo inten-
sionem gloriæ primò dominus excludit:
præ omnibus enim uitijis carnalibus pe-
riculosius hoc esse in omnib. intellexit.
Et subdit causam dicens. Cum enim om-
nia mala seruos diaboli vexent concupi-
scentia uanæ gloriæ, magis uexat seruos
Dei quam seruos diaboli.

Sed fortè argues in contrarium, scili-
cet quòd melius sit elemosinam facere
in publico quam in abscondito, quia Mat-
thæi. 5. dicitur. Sic luceat lux uestra co-
ram hominibus, ut uideant &c. Respon-
deo, & dico secundum Aug. q̃ ibi prohi-
bet dominus facere iustitiam coram ho-
minibus hac intentione: nē non quæra-
tur merces coram hominibus, ut finis. s.
q̃ ab hominibus uideatur: unde Aug. in
sermone domini in monte sic ait. Non
autem uideri ab hominibus nephas est,
ideo hoc agere hac intentione, & sine ut
ab hominib. uidearis. Hoc uerò dicitur,
ut gloria Dei quærat, ut finis: unde
Gregor. super illo uerbo. Sic luceat
lux uestra coram hominibus &c. Opus
sit in publico, quatenus intentio maneat
in occulto: ut de bono opere proximis
præbeamus exempla, & tamen pro intē-
tione qua soli Deo placere q̃rimus semp

optemus secretum: unde Aug. super illo
uerbo Matth. 6. Attendite ne iustitiam uest-
ram faciatis coram hominibus, ut ui-
deamini ab eis, sic ait. Dicit autem, ut ui-
deamini ab eis: quia sunt quidam qui sic
faciunt iustitiam corā hominibus nō, ut
ipsi uideātur, sed ut ipsa opera uideātur,
& glorificet pater qui in cælis est, nō n.
suam iustitiam deputant, sed eius cuius
fide uiuunt. Hæc B. Th. in euangelio con-
tinuo super Matth. ad expositionem præ-
dictarum auctoritatum.

Secundo dico, quod tutius est facere
elemosinam in occulto quam in publico
propter illos eorum quibus fit.

Nam uidentes te elemosinam facere
ex hoc frequenter scandalizantur, aut
quia uerecundantur quia fortè non ha-
bent: unde faciāt sicut tu, & si habent nō
possunt facere tam magnam elemosinā:
& tali, uel illo tempore quo tu facis: uel
fortè quia credunt ideo te coram eis ele-
mosinam facere, ut tu ex hoc uelis eis
præesse sanctior, & melior eis uolendo
reputari: unde ex præmissis manifestè pa-
ret, quod melius, & tutius est facere ele-
mosinam in abscondito quam in publi-
co.

Sed forte quæres hunc casum suppo-
sito, quòd aliquis in faciendo elemosinā
habeat in se puram intentionem, scilicet
ut solum propter Deum elemosinam fa-
ciat, sed credit alios uidentes cum elemo-
sinam facere scandalizari nunquid de-
bet dimittere? Respondeo, & dico, q̃ im-
pletio consiliorum & largitio elemosina-
rum, aut sunt de necessitate salutis aut
non. si sunt de necessitate salutis pro-
pter scandala aliorum non sunt differē-
da nec occultanda. Vbi nota, q̃ ex tribus
sunt aliqua de necessitate salutis, scilicet
ex uoto, ex præcepto, ex officio. Primo ex
uoto sicut in his qui iam uoluerunt con-
silia, quæ, & si ante uotum omitti pote-
rant, post uotum ad sui obseruātiā obli-
gūt, nec omitti possunt sine peccato mor-
tali. Scđo ex officio, sicut patet in prala-
tis, & in his quibus ex debito officio im-
minet aliorum defectibus subuenire, uel
in temporalibus pascendo esurientē &c.
uel in spiritualibus putā docendo igno-
rantem. Tertio ex præcepto quod a d præ-
dicta obligat tempore, & loco suo: unde
opera

Tutius
est ele-
mosinā
occulto
dare.

opera misericordiæ sunt debita his trib. modis, & præcipuè, propter indigētis necessitatem. Si vero impletio consiliorum, & largitio eleemosinarum nō sunt de necessitate salutis, tūc interdum sunt occultanda, uel differenda propter uitandum scandalum pusillorum, ut dicit B. Th. secunda secundæ. q. 53. de scandalo. art. 7. vtrū bona spiritualia, vel corporalia sint dimittenda propter uitandum scandalū, in sol. 2. argum. ita q̄ ille cui facienda est eleemosina, uel ē in extrema necessitate, & fortè alio tempore non occurreret ei, scilicet qui possit sibi eleemosinam facere, quia fortè pauper peregrinus transit per uiam aut per ecclesiam, quem nunquam postmodum est uisurus, & tunc non dēt homo dimittere quin elemosinam faciat propter tale scandalum, quia passiuum est, & non actiuum: unde in tali casu extremæ necessitatis facere elemosinam est debitum iustitiæ, quæ non est propter proximi scandalum passiuum dimittenda. Si uero talis cui elemosina facienda est, non est in extrema necessitate, & occurrerit homini qui in occulto possit illi elemosinam facere, debet ne differre ne elemosinam in manifesto faciat propter scandalum aliorum uitandum.

Si duo existāt in æquali necessitate qd agēdū sit.

Sed forte quæres hunc casum. Sūt duo in extrema necessitate, & non possum nisi alteri subuenire, si dem tantum uni scādalizo alium, & sic pecco: nam inquantū possum sine peccato debeo uitare scandalum proximi: si nō dem transgredior præceptum quod me obligat ad subueniendum proximo in extrema necessitate, & ita utroque modo pecco siue dando siue non dando: quid ergo teneor facere in tali casu. Respondeo ad casum propositum, & dico, q̄ si ambo sunt in extrema necessitate, & res quam habeo ad dandum pro elemosina est diuisibilis utriq. est subueniendum: si uerò res non est diuisibilis, nec sufficit ad reuelandam necessitatem vtriusq. in medio ponatur, & qui prius venerit accipiat aut per se, aut per interpositam personam. Hunc casum tangit Alexander parte sum. q. 54. de scandalo, art. 6. quid sit dimittendum propter scandalum passiuum: in sol. primi arg. Req. in fra Scandalum quæ sunt dimittenda, uel differēda, uel occultāda pp scādala aliorū

CAP. XX.

AD maiorem tamen euidētiā prædictorum circa eleemosinam quæro quattuor quæstiones, scilicet quis possit eleemosinam facere, de quo possit eleemosinam facere: quomodo possit eleemosina fieri, cui debet magis eleemosina fieri.

Prima quæstio est, quis possit eleemosinam facere. Respondeo, & dico, quod ille qui est sub potestate alterius constitutus de re secundum quam superiori subiicitur non potest, nec debet eleemosinā facere nisi quatenus ei fuerit a superiore commissum, & permissum. Cuius ratio est, quia ille qui est sub potestate alterius constitutus inquantum homini secundū potestatem superioris regulari debet: hic enim est ordo naturalis, ut inferiora secundum superiora regulentur.

Si uero ei non subiicitur potest de illa re secundum quam non subiicitur eleemosinam dare, ut dicit beatus Th. secunda secundæ. q. 32. articulo octauo, utrum ille qui est sub potestate alterius constitutus possit eleemosinam facere in cor. q. Et ideò ista quattuor genera personarum, scilicet uxor, filius, seruus uel ancilla, monachus aliquo modo non possunt eleemosinam facere, aliquo uero modo sic.

Primo igitur dico, quod uxor de rebus mariti nō debet eleemosinam facere, qd̄ tali ratione ostendo. Membrum non potest aliquid sine capite facere, sed uxor est membrum uiri, ita dicitur prima ad Corinth. 11. caput autem mulieris, uir, & iō debet ei esse subiecta sicut membrū capiti. Genesis, tertio, sub uiri potestate eris. Ex quo talem rationem formo,

Qui dat eleemosinam debet esse dominus illius, quod dat: ergo qui seruitutis manibus est astrictus, ut est mulier, non est dominus rei ergo &c.

Sed contra: uxor in societatem matrimonij sumitur propter quod, ut August. dicit non de capite neque de pedibus fæmina est formata, sed de latere: ergo potest facere eleemosinam de reb. domus ratione prædictæ societatis, sicut uir potest.

Et

Subdit non det eleemosinā rebus domini.

Quidā nō possunt eleemosinā facere. primò uxor.

Et confirmo hoc per exemplum de beata Lucia. quæ ignorante spōso eleemosinas dedit : nec ex hoc reprehenditur, sed laudatur. Responderetur, & dico, quòd quamuis uxor ad societatem matrimonij assumatur, & in ipso actu matrimonij sunt æquales, tamen in his quæ ad dispensationem domus pertinet uir est caput uxoris, ideo non potest &c. Beata autem Lucia sponsum habebat non maritum: unde de cōsensu matris poterat eleemosinam facere. Excipiuntur tamen quattuor casus in quibus uxor sine consensu uiri potest eleemosinam facere.

Primus casus est in articulo extremæ necessitatis, in quo licitum esset ei furari, ut eleemosinam, in extrema necessitate existenti daret, nec esset furtum, eo quòd extrema necessitas facit omnia cōmunia.

Secundus casus est, si mulier habet res alias præter dotem, scilicet parafernalia, nam bona parafernalia sunt ea, quæ vxor referuat ad dominium suum ultra, uel supra dotem.

Tertius casus est, si uxor est lucratiua, scilicet si habet aliquid ex proprio lucro: uel ex dono, uel quocunque alio licito modo.

Quartus casus est, si sint eleemosinæ communes, & modicæ, de quibus satis ei constare potest, quòd placeret uiro si necessitatem pauperis inspiceret. In his enim quattuor casibus supradiçtis potest etiam uxor irrequisito assensu uiri eleemosinas dare moderatas ne ex superfluitate earum uir depauperetur. Aliàs autem non debet eleemosinas dare sine consensu uiri expresso, uel præsumpto, nisi in articulo extremæ necessitatis, ut dixi. Hęc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 15. de eleemosina, art. 5. q. 1. utrum uxor possit eleemosinā facere de rebus mariti, argu. contra, & in cor. q. & sol. primi, & secundi argument.

Secundo filius familias de rebus parentum non potest eleemosinam facere sine consensu parentum: quod tali rōne ostendo. Nullus potest eleemosinam facere de eo quod non est in potestate, uel in dominio eius, sed patrimonium non est in potestate filij ergo &c.

Sed contra. Filius est quodammodo ipso-
rum parentum cum sit hæres, & cum

possit uti rebus parentum ad usum corporis, ergo multò magis uidetur, quòd possit eleemosinas dare in remedium animæ suæ. Respondeo, & dico, quòd quamuis filius familias possit uti rebus parentum ad suam necessitatem, non tamen potest aliis dare. Similiter quamuis filius sit hæres. non tamen adhuc est dominus rerum, & ideo de eis eleemosinam dare non potest sine consensu patrum. Excipiuntur tamen tres casus in quibus filius potest eleemosinam facere. Primus est in articulo extremæ necessitatis sicut dictum est de uxore. Secundus est cum dat aliquam eleemosinam modicam, scilicet panem, & uinum, uel huiusmodi, quæ non inferunt parentibus sensible damnum, de quibus constare potest, quod parentibus placeat. Tertius casus est, cum alicuius rei dispensatio est sibi commissa a patre, ut dicit Beat. Thomas, quarto scri. sent. ubi supra. quæst. secunda, utrum filius de rebus parentum possit eleemosinam facere, in cor. quæst. & in solu. argum. Et iterum secunda secundæ, ubi supra, in solu. 3. argument.

Tertiò seruus, uel ancilla de rebus dominorum suorum non possunt eleemosinam facere sine consensu eorum, quod tali ratione ostendo. Nullus potest de alieno eleemosinam facere: ut patebit capitulo sequenti. sed res dominorum non sunt seruorum: ergo &c. Excipiuntur tamen duo casus. Primus est in articulo extremæ necessitatis, in qua de necessitate tenetur eleemosinam dare, sicut dictum est de uxore, & filio. Secundus est cum facit eleemosinam parua quæ non infert sensible nocumentum, uel nisi de precio sui seruitij de quo constat, & sine consensu dominorum posset eleemosinam dare, ut dicit Beat. Thomas ubi supra q. 3. utrum seruus, uel ancilla possint eleemosinam facere de rebus dominorum argu. contra & in cor. q. & iterum secunda secundæ, ubi supra in solut. 4. argum.

Quartò religiosus, uel monachus non potest similiter eleemosinam dare sine licentia prioris, uel abbatis sui: quod tali ratione ostendo. Eleemosina non potest nec debet fieri nisi de proprio, ut patebit capitulo sequenti. sed religiosus, uel monachus non habet proprium prohibente

Tertiò,
seruus -
uel an-
cilla.

Quartò
religio-
sus, uel
mona-
chus.

voto paupertatis, ergo sine sui superiorū licentia non potest eleemosinam facere. Sed contra. Si religiosus, uel monachus non potest eleemosinam facere, tūc talis est peioris conditionis quā alij qui possunt eleemosinam facere, Respondeo, & dico, q̄ non est factus peioris conditionis, quia multo magis est accepta Deo vniuersalis rerum abdicatio, quā particularis distributio quæ fit per eleemosinas.

Vbi nota, quod monachus, uel religiosus aut habet dispensationem rerum monasterij aut non: si habet dispensationem rerum monasterij ei ab abbate commissam, tūc potest, & debet eleemosinam facere de superfluis nomine capituli, si autem non habet dispensationem, & sit in monasterio existens, non debet eleemosinam dare ratione prædicta. Excipiuntur tamen duo casus. Primus est in articulo extremæ necessitatis, ut dictum est de vxore, filio, & seruo, immo plus dico, si abbas prohiberet in casu extremæ necessitatis, potest monachus, & debet eleemosinam dare, quia per necessitatem pauperis facta sunt omnia communia: ubi uero dubium esset de necessitate pauperis: potius deberet monachus obedire abbati, quā de rebus monasterij benefacere pauperi: ubi uero de eius extrema necessitate constaret etiam prohibente abbate deberet monachus tali pauperi eleemosinam dare ratione iam dicta, ut dicit frater Romanus ordinis prædicatorum quarto scripto sentent. ibidem.

Secundus casus est, cum absente abbate aliquam modicam eleemosinam dat sub spe rati habitū, scilicet credens, & sperans dominū abbatem eleemosinas modicas habere ratas, Extra uero monasterium existens putā in studio potest facere eleemosinam, quia cum dantur ei expensæ committitur ei earum dispensatio. Ad hoc enim, quod aliquis possit eleemosinam facere requiruntur duo. Primum est: quod habeat dominium eius de quo eleemosinam dat: ut patebit infra. Secundum est, quod habeat dispensationem, vel administrationem sibi commissam, & sic omnes prædicti, scilicet uxor, filius, seruus, & monachus possunt eleemosinam facere, ut dicit Beatus Thomas. 4.

scripto sentent. distinct. decimaquinta, quæsti. quarta, utrum monachus possit eleemosinam facere sine licentia abbatis; argument. contra, & in cor. quæsti. & in solut. 2. argum. & secunda secundæ. quæsti. 32. in solut. 1. argument.

CAP. XXI.

SE C V N D A quæstio est, de quo possit fieri elemosyna. Respondeo, & dico, quod solum de licitè acquisito ad cuius euidentiam nota tria. Primum est: quod dicitur licitè acquisitum quod nulla lege prohibetur: & per oppositum illud dicitur illicitè acquisitum quod contra prohibitionem legis acquiritur, quod dupliciter potest esse: uno modo quia lex prohibuit ipsum lucrum, sicut in furto, rapina, & usura: alio modo est aliquis contra prohibitionem legis, quia lex prohibuit non ipsum lucrum nisi tantum causam lucri, sicut cum quis de lenocinio vel meretricio lucratur.

Secundum est, quod lucrum illicitè acquisitum, & dicitur iniquum: & dicitur turpe.

Primò enim iniquum lucrum dicitur, quoniam ipsum lucrū lege prohibetur, ut patet in supradictis, & de hoc elemosina fieri non potest.

Secundò dicitur turpe lucrum, quando actus quo quis lucratur est lege prohibitus, non autem ipsum lucrum, sicut est in meretricio uel in similibus, tunc de tali lucro potest fieri elemosina, ut patet infra immediate.

Tertium est, quod aliquid potest esse illicitè acquisitum tripliciter.

Vno modo aliquid est illicitè acquisitum quod non potest retineri: sed debet restitui ei a quo est acquisitum: sicut in rapina, furto, & usuris, de talibus non potest fieri elemosina. Cuius ratio est, quia in talibus non transfertur dominium, & ideo competit repetitio, uel restitutio ei a quo accepit: unde August. ad Macedonium sic ait. Qui contra ius societatis humanæ rapinis calumniis oppressione inuasionibus aliqua abstulerunt reddenda potius, quā donanda censemus, Zachei publicani exemplo Lucæ 19. Secundo modo est aliqd illicitè acquisitū, in quo & si trans-

21.
Illicitū
duplex.

Acquisi-
tio illicita tri-
plex.

transferatur dominium secundum quosdam: non tamen teneri nec restitui potest, vel debet, sicut in simonia, & similibus, in quibus datio, & acceptio est contra legem, & ideo non competit repetitio ex parte dantis: nec tentio ex parte recipientis propter ineptitudinem sceleris, & tale debet in eleemosyna largiri. Tertiò modo est aliquid illicitè acquisitum ex causa, non quidem, quia ipsa actio sit illicita: sed id ex quo acquiritur est illicitum, sicut patet de eo quòd mulier acquirit per meretricium: quod propriè: turpe lucrum vocatur, ut patet sup. Et ratio huius est, quia quod mulier meretriciū exerceat turpe agit, & contra legem Dei, sed in eo, quod accipit non iniuste agit nec contra legem Dei, unde quia in tali lucro sic acquisito transfertur dominium, ideo non competit repetitio, sed potest licitè retinere, & de eo eleemosyna fieri: non tamen debet de eo fieri sacrificium Deo & oblatio publica recipi ad altare, ut dicitur Deutero. 33. Non offeres mercedem prostibuli, id est mercedem datum meretrici in prostibulo, quando est publica.

Quæ oblatio prohibetur propter quinque causas: prima est propter abominationem & detestationem sceleris: secunda est propter scandalum aliorum: tertia propter reverentiam sacrorum. Hec B. Tho 4. scri. sen. dist. 15. de eleemosyna, ar. 4. q. 2. utrū de male acquisito, & possessio possit fieri eleemosyna, in cor. q. & ibi. q. 3. utrū de turpissimo lucro possit fieri eleemosyna, in cor. q. & in sol. 1. arg. Et iterum secunda secunda q. 42. de eleemosyna, art. 7. utrum de illicitè acquisitis possit fieri eleemosyna, in cor. q. & in sol. 3. arg. in principio. Quarta causa est quia oblatio publica, meretricis non debet recipi. Ratio est, ut propter ruborem citius convertatur, ut dicit Alex. 4. parte sum. q. 35. de eleemosyna, artic. 1. q. 2. utrum eleemosyna possit fieri de meretricio, in cor. q. Quinta causa est ne per oblationem huius crederet ille scilicet laico, vel illa scilicet meretrix satisfecisse: Ut dicit dominus Hugo cardinalis exponens prædictum verbum, non offeres mercedem meretricis, ut alia translatio dicit. Et subdit: Nec precium canis in domo domini tui: ubi glos. sic ait: Moraliter ostendit: quod sicut abominatio est mer-

ces prostibuli, sic & donum rapacitatis, subdit: Nec precium canis in domo domini Dei tui. Glossa. ibidem: Canis rapacis dona iniquorum non probat dominus, qui offert sacrificium ex substantia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris, ut dicitur Eccl. 34. Req. expositionem huius sequenti capitulo:

CAP. XXII.



T autem veritas clarius elucescat distinctionibus: rationibus: auctoritatibus: & exemplis ostendā de quo possit eleemosyna fieri, &

de quo non. Primo hoc ostendo tali distinctione. Aliquid enim

acquisitum est tribus modis. Primo aliquid est inhonestè acquisitum, sed licitè retentum: secundo aliquid est iniquè acquisitum, & iniuste retentum: tertiò aliquid est licitè acquisitum, & licitè retentum. Primò enim dico, quòd aliquid in honestè est acquisitum, sed licite retentum: sicut illud quod acquiritur ex turpi lucro. Vbi nota, quòd aliquod lucrum est turpe: aliquod turpius: aliquod turpissimum. Primò enim aliquod lucrum est turpe: ut lucrum aleatorum. Quod enim per aleas acquiritur turpiter acquiritur eò quòd actiones aleatorum sunt illiberales: quod patet, quia aleatores volunt lucrari ab amicis cum quibus ludunt: cum tamen magis conveniat amicus aliquid dare secundum liberalitatem, ut dicit Philosophus. 4. Ethicor. capit. 4. quæ quidem dicitur prodigalitas in fine capituli: ibi aleare quidem: secundo est lucrum turpius, scilicet lucrum quod acquiritur de meretricio, eo quod tales propter aliquod lucrum sustinent, ut opproprio habeantur: ut dicit Philosophus, ubi supra, quamvis de hoc turpi lucro possit fieri eleemosyna, non tamen sacrificium Deo nec publica oblatio ad altare ob turpitudinem peccati, ut patet per quinque rationes capitulis præcedent: tertiò est lucrum turpissimum, turpissimè enim aliquid acquiritur per simoniam per quam aliquis iniu-

Turpe
lucrum
triplex.

Meretrix
nō
tenetur
ad resti-
tutionē
lucris.

Merceres
prostribuli
abominabilis.

Lucrum
alearum
illicitum
duplici
iure.

riam facit spiritus sancto. Req. infra Simonia. Sed fortè quæres vtrum de eo quod acquiritur ex ludo alearum possit fieri eleemosina. Respondeo, & dico, quod lucrum quod ex ludo alearum acquiritur est illicitum, & ex lege naturali, & diuina, & ex lege ciuili, & positina. Primò dico, quod lucrum alearum ex lege naturali, & diuina est illicitum, & prohibitum: præcipuè in tribus casibus. Primus est quando in ludo alearum aliquis lucratur ab his, qui rem suam alienare non possunt: sicut sunt minores, furiosi, & huiusmodi. Secundus casus est, quando aliquis trahit alium ad ludum ex cupiditate lucrandi. Tertius casus est, quando fraudulenter ab eo lucratur. Et in his tribus casibus ad restitutionem tenetur, & sic de eo non potest facere eleemosinam. Secundò lucrum alearum est illicitum ex iure ciuili, & positino, quod prohibet vniuersaliter tale lucrum, tamen quia ius posituum per dissuetudinem abrogatur, non autem ius diuinum, nec ius ciuile obligat omnes, vt ius diuinum, sed eos solum qui legibus sunt subiecti, ideo apud illos, qui legibus sunt astricti tenentur ad restitutionem, nisi fortè contraria consuetudo præualeat, idest vbi non est consuetudo restituendi: aut nisi aliquis lucratus sit ab eo, qui traxit eum ad ludum, in quo casu non tenetur restituere, quia ille, qui amisit, non est dignus recipere, nec potest licitè retinere tali iure positino durante: vnde debet de hoc eleemosinam facere in hoc casu. Si autem alium traxit, & misit, non competit ei restitutio. Si verò lucratus est tenetur ad restitutionem illi à quo lucratus est, & non potest inde eleemosina facere. Hæc B. Thom. 4. scrip. 2. sen. dist. 15. de eleemosinam, art. 4. q. 3. vtrum de turpi lucro possit fieri eleemosina, in corpo. q. & in solu. 1. arg. Et secunda secund. c. q. 32. art. 6. vtrum de illicitè acquisitis possit fieri eleemosina, in solu. 2. argu. vsq; in finè. Nota etiam, qd in quocunq; prædictorum casuum si offeratur ei, qui perdidit recipere potest, vt communiter dicunt omnes doctores iuris.

C A P. XXIII.



ECVNDODICO, qd aliquid est iniquè acquisitum, & illicitè, vel iniuste retentum, sicut id quod acquiritur ex furto, rapina, vsura, fraude, & similibus, & de talibus nec potest nec debet fieri eleemosina. Cuius ratio est, quia cum talia non sint acquisita translatione dominij in alterius iniuriam sunt accepta: vnde debent restitui ei à quo quis accepit: & de talibus dicitur Eccl. 34. Immolantis ex iniquo, .i. lucro vel furto, rapina, vsura, & similibus oblatio est maculata coram Deo: vnde Prouer. 21. Hostiæ impiorum abhominabiles, quæ offeruntur ex scelere. Vbi nota, quòd oblatio, vel eleemosina est ex scelere triplici ratione.

Prima ratio est ex parte indiscretionis, quia immoderatè, & indiscretè fiunt: vnde de Hiero. De rapina Deo sacrificium offerunt qui de necessarijs corpori aliquid subtrahit, & seipsum consumit qualia sunt ieiunia: vigilæ eleemosinæ: & orationes immoderatæ. Secunda ratio est ex parte intentionis offerentis, & eleemosinæ facientis: scilicet quando aliquis eleemosinam tribuit, & culpam non deserit: qui enim semper quando poterit peccare intendit: frustra sacrificium oblationem, vel eleemosinam tribuit: vnde Grego. Iram iudicis placare nescit oblatio, vel eleemosina nisi ex mūdicia placeat offerentis: vnde Eccl. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Tertia ratio est ex parte vilis conditionis. Vbi nota: qd oblatio, vel eleemosina est ex scelere, vel quia indigna: vel quia iniqua. Primò quia indigna tam ex parte offerentis, quàm ex parte eius quod offertur: vnde Malachiæ primo dicitur: Si offeratis cæcum, claudum, & languidum ad immolandum, nonne malum est? Spiritualiter hostiam Deo, & eleemosinam proximo cenam offert, qui inconsideratè Deo seruit, non discernens sicut debet quid, quando, qualiter, & cæteras circumstantias quibus faciendum est opus illud. Claudum offerimus quādo intentione duplici opus nostrum agimus, & cum quis opus apparens bonum, & in honorem

23.

eleemosi-
ua ex sce-
lere tri-
bus mo-
dis.

eleemosi-
na indi-
gua.

rem Dei factum ad humana laudem aut fauorem facit, uel ille claudicat, qui mūdum & Deum simul vult diligere, & tenere quod esse non potest. Languidum uerò offert, qui remisse opus bonum facit.

Quo contra Isa. 35. Confortare manus dissolutas, & genua debilia roborate: Hic remiæ. 48. Maledictus qui facit opus Dei negligenter & desidiosè: alia littera dicit Fraudulenter. Requi. infra. Negligentia. Ambrosius: Nemo cum desidio Christum requirit. Et subditur ibidem: Offer illud duci tuo si placuerit ei, q.d. Offer illud .i. consimile, scilicet cecum, claudum, & languidum: duci tuo seculari si placuerit ei. q.d. non placebit: immo displicebit ei. Aut a faciem tuam susceperit, idest si sit illi accepta præsencia tua pro tali munere. q.d. Non erit ei accepta præsencia tua, multo minos Deo, & est ratio talis. Huiusmodi oblata principi seculari respueretur, & oblata uilia reputarentur, multò magis Deo. Secundo oblatio, uel eleemosina est ex scelere, quia iniqua, scilicet cum est de rapina: unde Malachiæ primò in fine subditur, Intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus, nunquid suscipiā illud de manu uestra dicit dominus? Quasi. d. non, Eccl. 35. Noli offerre munera praua, idest oblationem, & eleemosinam prauam, scilicet male acceptam male retentam, uel malo fine seu intentione ablatam, & ponit rationem dicens: non enim suscipiet ille. i. non placebunt ei, sed detestabitur ea, ita dicitur. Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperis rapta, uel surata quasi qui uictimat filium in conspectu patris. Quantum huiusmodi sacrificium oblatio, uel eleemosina sit Deo abhominabilis ostendit Rabanus in gl. super illo verbo dicens. Valde detestabile est sacrificium quod obati patris dolori comparatur. Et subdit, Quidam pensant quanta tribuunt non quanta recipiunt rapiunt, & congregant mercedes, & mittunt eas in saccum pertusum. Et ponit rationem exempli dicens: In sacco pertuso uidetur quanta pecunia mittitur: sed non uidetur quanta amittitur, qui ergo quanta largiuntur inspicitur, sed non quanta rapiunt in sacco pertuso mercedes mittunt. quia eas in spem suæ fideiæ intuentes congerunt: sed non se in-

tuentes perdunt. Hæc Rabanus in gloss. ibidem. Patet igitur ex præmissis, quòd de malè acquisitis, & possessis non potest eleemosyna fieri. Sed fortè argues in oppositum dupliciter, scilicet ratione, & auctoritate. Primo ratione sic: Mammona signat diuitias, unde Augustin. super illo verbo Lucæ. 16. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, sic dicit: Quod hebræi dicunt mammona latine diuitiæ uocantur, sed ibi dicitur: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ergo de diuitijs iniquè acquisitis potest sibi aliquis spirituales amicos facere eleemosinas largiendo. Et confirmo hoc idem per gl. quæ super illo verbo dicit: Mammona lingua Sitorum diuitiæ iniquitatis uocantur, quæ de iniquitate collectæ sunt. Iniquitas uero benè dispensata in iustitiam uertitur, ergo uidetur, quòd de iniquè possessis liceat facere eleemosynam. Respondeo duobus modis.

Primo modo, quòd illud uerbum Lucæ, & glossæ intelligendum est de illis, quæ per actum illicitum sunt acquisita, & tamen iustè possidentur: ut de meretricio patet supra. Secundo modo dico, quòd illa auctoritas: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, quinque modis exponitur. Primo diuitiæ dicuntur mammona iniquitatis in quantum eas sola iniquitas diuitias eē putat, unde Augustinus exponit. 12; de ciuitate Dei. Nam secundum naturam institutam omnia erant communia, sed natura destituta per peccatum iniquitas auaritiæ subintrauit, & fecit meum, & tuum, & deinde uenit collectio diuitiarum, secundum quæ sensum dicit Augustin. ibidem, quòd omnis diues aut est iniquus aut iniqui heres.

Secundo diuitiæ dicuntur mammona iniquitatis non, quia diuitiæ secundū se. i. secundū suam naturam sint iniquæ, cū sint creatura Dei & omnis creatura Dei sit bona, sed quia sunt occasio iniquitatis spē in eis constituentib. ut dicit Augustin. in libro de quæstionib. euangelij, uel eis malè utentibus quemadmodum scientia dicitur inflare, prima ad Corinth. 8. Scientia inflat, & hoc modo exponit Ambrosius dicens. Iniquum mammona dixit; quia varijs diuitiarum illece-

bris nostros auaritia tentat affectus, ut uelimus seruire diuitijs. Tertiò diuitiæ dicuntur mammona iniquitatis id est inæqualitatis, quoniam non omnib. sunt æqualiter distributæ: quia quandoquæ bonus homo uix habet unum denarium ubi malus abundat. Hæc Beatus Thomas 4. script. senten. distinctio. 15. de eleemosyna, articulo 4. quæstio. 2. utrum de malè acquisitis possit fieri eleemosyna, in solution. primi argumen. Et iterum secunda secundæ quæstione 32. articulo 7. utrum de illicitè acquisitis possit fieri eleemosyna, in sol. primi argumenti.

Diuitiæ Quartò diuitiæ dicuntur mammona
ut pluri- iniquitatis: eò quod ut in pluribus ini-
mū cum quæ, & cum peccato solent acquiri: sed
pctō ac- propter hoc non iubet, uel consulit
quirun- amicos facere de pecunia iniustè acqui-
sur. sita.

Quintò modo exponitur sic: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: id est de diuitijs, quæ iniquè tenentur si non darentur, & hoc tempore, & loco suo ab eo, qui habet de superfluo alicui in extrema necessitate existenti. Et hoc modo exponit illud uerbum: facite uobis &c. Alexander tertia parte summæ quæstione. 37. de eleemosyna, articulo 1. quæstione prima quid præcipiatur in eleemosynas dari, in solutione primi argumenti.

Secundò argues ad hoc idem auctoritate Augustini sic dicentis: Qui habetis aliquid de malo facite inde bonum: qui non habetis de malo nolite acquirere de malo; esto tu bonus, qui facis de malo bonum: ergo de malè acquisito potest fieri bonum, scilicet eleemosyna, quæ est bona. Respondeo ad auctoritatem Augustini, & dico, quòd facere bonum de malo intelligitur tribus modis.

Primò sic: Illud enim facit de malo bonum: qui reddit quod illicitè acquisiuit: & tale de necessitate debet restituere: unde Augustinus sic ait: Si pecunias habetis de sænore: furto, rapina, fraude, & similibus: de malo est quod habetis. Iam nolite malum facere, sed facite de malo bonum: id est reddite alienum: exemplo Zachæi, qui dixit dimidium rerum

mearum do pauperibus: ecce quomodo currit, qui curat facere amicos de mammona iniquitatis.

Secundo modo exponitur sic, Nomine enim mali cura nimia: uel sollicitudo mortalium exprimitur Matth. 6. Nolite solliciti esse in crastinum: sufficit enim Dei malitia sua de malo ergo facit bonum, qui pauperibus dispensat quod cum labore sollicitudine acquisiuit. Tertiò modo exponitur sic: De malo facit bonum, qui eo turpi causa acquisita pauperibus elargitur. Et his tribus modis exponit uerbum Augusti. Alexander ubi supra, in solut. 2. argum.

C A P. XXIII.

Tertio dico, quòd aliquid est quod est iustè acquisitum, & iustè retentum. Ad quod quattuor requiruntur, scilicet quòd de tali aliquis habeat dominium, & quòd sit suum, & quòd sit proprium, & quòd sit honestum.

Primò requiritur, quòd de tali scilicet de iustè acquisito, & iustè retento aliquis habeat dominium, quia nullus potest per se aliquid dare quod non est in eius dominio, uel potestate, ut de filio, uel uxore patet supra.

Secundo requiritur quòd sit suum, quia de alieno nullus potest facere eleemosynam: ut patet supra de seruo.

Tertiò si est suum oportet, quòd sit proprium: quia ille, qui non habet proprium per se non potest eleemosynam facere: ut patet supra de Monacho. Quarto requiritur, quòd sit honestum, hoc est ex iusta, & legitima causa acquisitum: & tunc istis quattuor modis simpliciter, & generaliter erit licitum: quia nulla lege prohibitum: ut ex præmissis patet, & sic de tali potest, & debet fieri eleemosyna. Tobia. 4. Et substantia tua. Glosa. Non de rapina fac eleemosynam. Glos. Misericordiam, quæ prius est in mente quam in corpore.

Et Prouerbi. 3. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus. In quibus uerbis tanguntur quinque quæ

ad eleemosynā, uel oblationem meritoriam requiruntur. Primò requiritur intētio recta, ibi Honora dominum, scilicet, ut facias eleemosynam propter Dei honorem & gloriam: & non propter vanam gloriam Matthæi 16. Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te. Quod uerbum exponens Chry. sic ait: Tuba autem est oīs actus uel sermo per quē operis iactantia demonstratur, putā qui facit eleemosynam quando aliquē uidet p̄sentem uel intercedente aliquo aut honoriori p̄sonę quę potest retribuere: aliās autem non facit, sed si in loco secreto co proposito fecerit ut laudabiliter uideat tuba est: qui autem tuba canit eleemosynā faciens, hypocrita est. Et subdit: Sic ut hypocritę faciunt. Re. infra Simulatio. Hęc adducit B. Tho. in Euangelio cōtinuo super Matth. ad expositionē prędictę auctoritatis. Secundò requiritur ad eleemosynā meritoriam actio licita ibi. De tua substantia. i. de te ipso uicem te ipsum Deo hostiā offerendo, uel de tua substantia. i. de tuis reb. benē & licitē acquisitis non de alienis. Eleemosyna. n. uel oblatio de alieno non placet Deo, ut patet c. pręced. quid. n. prodest in aqua lutosa se balneare. nihil immo obest: eleemosyna n. aqua lutosa est quando fit de alieno. Similiter quid prodest se excecāre ut alius uideat: uel quid prodest se interire ut alius uiuat: unde de proprio & licitē acquisito faciendā est eleemosyna ut patet: sup. Thob. 4. ita q̄ bona est eleemosyna quę fit de labore proprio: unde Aug. in li. de uerbis domini super illo uerbo Lu. 16. Facite uobis amicos &c. sic ait: De iustis laboribus eleemosynas facite: non. n. corrupturi estis iudicē Christum, ut uos non uideat aut audiat cū pauperibus tollitis. Si de prędā inopis dares aliquid iudici, ut pro te iudicaret: si iudex ille pro te iudicabit tanta uis est iustitię ut etiā tibi displiceat: noli tibi pingere talem Deum. fons iustitię est. Nolite ergo eleemosynas facere de f̄nore, & usura: si delibus dico quibus corpus Christi erogamus. Hanc auctoritatē adducit B. Th. in euangelio continuo super Lucā ad expositionem illius auctoritatis: facite uobis amicos: & iterum secunda secūdę q. 32. de eleemosyna: arti. 7. argum. contra.

Tertiò requiritur ad eleemosynam, ut sit meritoria oblatio electa: ibi Et de primitijs frugum tuarum. Debet enim eleemosyna, uel oblatio fieri de primitiis, id est, de electis, & potioribus bonis, non de peioribus, ut Chayn fecit, & multi faciunt hodie: Malachię primo, Maledictus qui habet in grāge suo masculum, & offert domino cæcum, claudum, languidum. Require expositionem supra secundo cap. propter quod dominus respexit ad Abel, & ad munera eius, ad Chayn autem, & ad munera eius non respexit. Gen. quarto, ubi dicit, quod Deus primò respexit ad Abel, & postea ad munera eius, ad ostendendum, quod Deus primò respicit ad uoluntatem offerentis, & deinde ad munera eius. Glo. ibidem: Deus mentem offerentis, & non oblationem attendit, quę non placet nisi ex mundicia offerentis. Vel secundū Glossam ibidem Abel signat Christum, ergo respicit dominus ad Abel id est, ad Christum qui est caput populi christiani, & ad munera eius, i. ad oblationē crucis: oblatio. n. crucis dantis corde accipitur, uel refutatur. Et dicit ibidem Gloss. Ad Chayn uero, & ad munera eius non respexit dominus, quia non offerebat bona intentione: Ecclesia. trigesima quarta, Dona impiorum non probat altissimus. Gregorius: Eleemosyna oculos redemptoris nostri placat, quę non ex illicitis, & iniquitate congeritur: sed quę de rebus concessis & benē acquisitis impenditur. Nota differentiam gratia huius auctoritatis inter dona, & munera, quia donum est quod ex se non ab alio receptum datur: munus uero est quod donanti redditur, uel quod ab alio receptū exhibetur: & ideo propriē dona Dei sunt munera hominum, siue dona dicuntur per comparisonem ad Deum: munera uero ad comparisonem ad hominem. Quartò requiritur ad eleemosynam, ut sit meritoria collatio grata: ibi Da non uende pręcum instantia, uel intuitu humanę laudis, uel alicuius commodi temporalis. Matth. 10. Gratis accepistis gratis date: ubi Hieronymus sic ait. Gratis accepistis: quasi dicat: Ego magister, & dominus absq; p̄cio habēdo hoc uobis tribui: ergo & uos sine p̄cio date. Et Chrys. ibid.

De munere Abel qd̄ Deo respexit

Differentia inter donū & munus.

Expo-
nit il-
lud Lu-
cæ cū fa-
cis prā-
dium.

Dandū
est sine
spe retri-
butiōis.

sic ait: Gratias accepistis: quasi diceret: Nihil uos da uestro largimini suscipiēti-
bus: neque enim mercedem de hoc ac-
cepistis neque laborantes, mea est gra-
tia, gratis enim accepistis, ita igitur gra-
tis date, neque enim est condignum ce-
rum præcium inuenire. Has auctorita-
tes adducit Beatus Thomas in Euange-
lio secundum Matthæum exponens præ-
dictam auctoritatem, scilicet gratis ac-
cepistis. Quintò requiritur ad eleemo-
synam meritoriam conditio debita: ibi
Pauperibus non diuitibus, uel consan-
guineis non indigentibus: quod enim
in uase pleno ponitur perditur: Lucæ de-
cimoquarto. Cum facis prandium uoca
pauperes, debiles, claudos, & cæcos: qui
indigent, & a quibus nihil potes expe-
ctare: unde sequitur: quia non habent
quid retribuunt tibi: ideo retribuetur
tibi pro ipsis a Deo: & hoc est quod se-
quitur. Et Beatus eris &c. Quæ uerba
Chrysost. ibidem exponens sic ait: Quan-
tò enim minor est frater, tantò magis
per eum Christus accedit, & uisitat: nam
qui magnum suscipit sæpius propter ua-
nam gloriam facit, & sic meritum per-
dit. non igitur illos quæramus, qui no-
bis retribuere possunt, neque enim tur-
bemur cum non recipimus beneficii re-
compensationem, sed cum recipimus:
quoniam si recipimus non amplius illic
recipiemus, sed si minimè retribuat ho-
mo tunc tibi Deus retribuet. Et ubi: Re-
tribuetur enim tibi in retributione iusto-
rum. Non igitur sub spe aliis benefi-
cia conferamus, ut nobis retribuunt:
hæc enim frigida est intentio: unde ta-
lis amicitia celerius euanescit. Si verò
pauperem uocaueris, Deum nunquam
obliuiscens habebis debitorem. Et
ideo sequitur: Et beatus eris in retribu-
tione iustorum. Hæc Chrysost. ubi su-
pra. Secundò Origenes prædicta uerba
mysticè seu spiritualiter ibidem expo-
nens sic ait: Qui uanam gloriam uitat
uocat ad spirituale conuiuium pauperes,
idest imperitos, ut dicit debiles, hoc est
laxam conscientiam habentes, ut sanet
claudos, idest declinantes a ratione, ut re-
ctas semitas faciant: cæci, idest qui con-
templatione ueritatis carent, ut ueram
lucem uideant. Quòd autem dicitur

non possunt retribuere tibi idest, quòd
non nouerunt responsum proferre. Has
auctoritates adducit Beatus Thomas in
Euangelio secundum Lucam ad exposi-
tionem prædictæ auctoritatis: Cum fa-
cis prandium.

C A P. XXV.

TERTIA quæstio est quomodo
& qualiter debeat fieri eleemosy-
na. Ad quam quæstionem respondeo,
& dico, quòd eleemosyna præcipuè quat-
tuor modis debet fieri, scilicet charitati-
uè, piè, festinè, abundè. Primò debet fie-
ri charitatiuè aliàs eleemosyna non
est meritoria: ita dicitur. 1. ad Corinth.
13. Si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas, charitatem au-
tem nō habeam nihil mihi prodest &c.
Requi. supra capitulo ubi dicitur, quòd
eleemosyna est actus charitatis. Secun-
dò eleemosyna debet fieri piè: nam sine
compassione, idest sine displicentia uo-
luntatis de miseria aliena nunquam fit
eleemosyna: quod patet, quia non sub-
ueniret aliquis miserie alienæ nisi uellet
eum non esse miserum: ut patet supra
quomodo eleemosyna est actus pietatis,
& sic eleemosyna est etiam meritoria,
ita dicitur. 1. ad Thimo. quarto, Exerci-
tatio corporalis ad modicum utilis est:
pietas autem ad omnia ualeat, & Iſaiæ. 58.
Cum effuderis. Glo. interli. scilicet larga
pietate esurienti scilicet panem corpo-
ralem, uel spirituale, animam tuam, sci-
licet compatiens uoluntatem, & ani-
mam afflictam, scilicet quacunque an-
gustia impleueris refectione, & consol-
atione, orietur in tenebris, scilicet pecca-
torum fugandis, lux tua, scilicet diuinæ
gratiæ, & notitiæ, qui fuistis aliquando
tenebræ, nunc autem lux in domino. Hæc
Glo. interli. ibidem. Terriò eleemosyna
debet fieri festinè, ita dicitur prouerb. 3.
Ne dicas amico tuo uade, & cras dabo ti-
bi cum statim possis dare. Requi. supra
quo tempore debet dari eleemosyna, de-
bet fieri abundè, ita dicitur Tobix 4. Si
multum tibi fuerit abundanter tribue, si
exiguum fuerit, etiam exiguum libenter
impartiri stude: ubi glo. interli. sic ait:
Voluntas a Deo pensatur nō dati quan-
titas:

2st

Ad elee-
mosinā
requiri-
tur com-
passio.

titas:& Ambro. Qui multum dat, ut diues,& qui parum dat ut pauper, si æqua voluntas est æqualem mercedem præmij essentialis habebunt.

Quantitas eleemosynæ quatuor modis attendit.
Primò ex charitate.

Secundò ex facultate.

Vbi sciendum, quòd magnitudo uel abundantia eleemosynæ quatuor modis potest considerari, scilicet ex parte charitatis,& facultatis dantis, & ex parte necessitatis, & superfluitatis recipientis. Primò ex parte charitatis dantis: & sic laudabile est, quòd eleemosyna abundanter fiat, idest abundantiam charitatis affectu: unde Hiero. Non quantum, sed ex quanto desiderio dederis Deus considerat. Et Greg. Apud Deum non quantitas muneris nec potentia respicitur petentis uel tribuentis, sed dilectio & humilitas cordis. Secundò magnitudo, uel abundantia eleemosynæ potest considerari ex parte facultatis dantis, & sic secundum proportionem propriæ facultatis, uel possibilitatis laudabile est eleemosynam abundanter dare: unde & dominus laudauit uiduam quæ ex eo quod ille deerat omnem victum quem habuit obtulit, obseruatis: tamen his quæ dicta sunt de eleemosyna facienda de necessariis, Luc. 21. Vidit autem, quandam uiduam pauperculam mittentem in ærario minuta duo: & dixit uere dico uobis, quia uidua hæc pauper plus quam omnes misit. Plus dico, uel affectuosius, uel copiosius, uel studiosius. Primò plus obtulit affectuosius, idest ex maiori dilectionis affectu: Vnde Beda super illo uerbo dico uobis, quòd illa uidua pauper &c. sic ait: Acceptabile est enim Deo quicquid bono animo obtulerimus, quia cor, & non substantiam pensat, nec perpendit præcium in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur affectu. Et Chrys. ibid. Non. n. paupertatem oblatis, sed copiam affectus intuitus est dominus. Secundò laudauit eam, quia plus misit, idest copiosius facta proportionem, & comparatione residui eius quod ei remansit: unde subdit dominus: Non ex abundanti sibi miserunt omnes in munera Dei: hæc autem ex eo quod illi deerat omnem victum suum quem habuit misit: sibi tantum necessariis simpliciter reseruatis, ut supra dixi: unde Chrys. ibid. ait: Non est eleemosyna ex pluribus pauca impedire, sed illud uiduæ, quæ totam substantiam

euacuauit, quòd si nequis totum offerre sicut uidua, offer tamen totum superfluum. Beda uero exponens illud uerbum mysticè seu spiritualiter sic ait: Hæc uidua, & uidua, & paupercula uocatur: uidua, quia pro ea mortuus est homo. scilicet Christus: paupercula uero, quia uel spiritum superbie, uel peccata tanquam mundi diuitias abiicit. Tertiò laudauit eam dominus, quia plus idest studiosius omnibus misit: unde Cirillus ibidem sic ait: Duos obulos offerebat, quos cum sudoribus ad diuturnum victum acquisierat, uel quæ quotidie per aliena poscit, suffragia Deo donat ostendens ei suam paupertatem fructiferam: & subdit: Vincit ergo alios, & iusta censura coronatur. Has auctoritates adducit Beat. Thom. in Euangelio super Lucam exponens auctoritatem prædictam. Tertiò magnitudo, uel abundantia eleemosynæ potest considerari ex parte necessitatis recipientis, & sic ita abundanter est danda eleemosyna, & ita magna, quòd suppleat sufficienter indigentiam eius. Quartò magnitudo, uel abundantia eleemosynæ potest considerari ex parte superfluitatis recipientis, scilicet quòd recipiens eleemosynam superfluitate abundet, & hoc non est laudabile, led melius est pluribus indigentibus e. largiri, & subuenire: unde super illo uerbo Apostoli. 1. ad Corinth. decimotertio, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, glo. sic dicit: Per hoc cautela eleemosynæ edocetur, ut non uni, sed pluribus deris, ut pluribus profit. Vbi nota, quòd aliud est dare, & aliud distribuere, aliud effundere. Dare conuenit uni, uel pluribus differenter. Distribuire autem est diuidere inter plures. Effundere uero est relinquere omnes opes, quod non licet nisi in mutatione status: unde Ambro. sic ait: Non debent simul effundi opes, sed dispensari, nisi fortè ut Hæli seuus boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit: ut nulla cura domestica teneretur: & hoc fecit propter mutationem status. Hæc Beatus Thom. secunda secundæ quæst. 32. artic. 10. utrū eleemosyna sit abundanter facienda, argument. contra, & in corp.

quæst. in solut. secundo,

argument.

Tertiò ex necessitate.

Quartò ex superfluitate

26. **Q**UARTA quæstio est cui eleemosyna sit magis danda Respondeo, & dico, q̄ in generali facile est discernere cui est magis subueniendum, sed in speciali non est facile. Primò dico, q̄ in generali facile est discernere cui magis subueniendum est. Cuius ratio est, quia ad subueniendum alteri obligamur ex tribus, scilicet ex debito, honesto, & necessario. Primò enim considerando solum debitum: tunc parentibus, propinquis, & benefactoribus, & eis a quibus spiritualia bona accipit si indigeant magis debet subuenire, & eleemosynam facere quàm amicis. Cuius ratio est, quia magis debemus reddere debitum quàm dare gratuitum. unde magis debemus reddere suscepta beneficia quàm amicis aliquid gratis dare: sicut magis debemus reddere mutuum quàm dare aliquid amicis: beneficium enim quoddam mutuū est. Secundò considerando honestum, vel meritum solum, tunc melioribus ceteris paribus est magis subueniendum. Tertiò considerando solum necessariū eleemosyna magis est danda magis indigentibus. Cuius ratio est, quia eleemosynarum largitio ad necessitatem proximi subleuandam est diuinitus instituta: unde si indigentia ex parte altera nimis excedat: magis seruetur intentio instituentis eleemosynam, quàm si meliori daretur. Sed fortè ex hoc argues sic: Eleemosyna cum sit actus misericordie misericordiam intuetur: sed malus, uel peccator est magis miser quàm bonus, ergo eleemosyna est magis danda malis quàm bonis, cuius contrarium dicitur Eccl. 12. Benefac humili, & non dederis impio. Resp. & dico, q̄ quauis peccator sit magis miser in spiritualibus, non tamen in corporalibus, & ideo non est sibi magis subueniendum, vel providendum per corporales eleemosynas, sed per spirituales, non enim omnia sunt reddenda: sed singulis ea, quæ sunt eis propria, & quæ ad eos pertinent, ut dicit philosophus 9. ethi. 2. c. Secundò dico, q̄ in speciali assignare, discernere quando unum alteri præferatur in subueniendo est ualde difficile. & hoc propter magnā differentiā, quæ est secundū

magnitudinem, & prauitatem meriti, & debiti, & necessarij, semper enim est respiciendum & declinandum ad id quod excedit. Est enim dare gradum excessus in his tribus. scilicet in debito, in merito, in necessario. Primò est excessus, uel gradus in debito. v.g. Liberare de manu latronum eū, qui me liberauit, & a uinculis soluit est debitum. Similiter liberare patrem meum a latronibus, & a uinculis est debitum, utrumq; est debitum. Sed quæritur quod debitum est maius, & magis reddendum. Respondeo, & dico, q̄ magis est eligendum, q̄ homo liberet patrem quàm etiā seipsum: unde, & circa hæc quæ pertinent ad conseruationē ipsius esse filij magis debent parentibus subuenire quàm sibiipsis, quia in hoc eis sunt debitores: sicut essendi causis per generationē. Secundò est gradus excessus in merito, puta si sint duo, uel plures, quorū unus est uirtuosior, & longè melior alio: alius sit benefactor, tunc magis est eligendū subuenire meliori, q̄ retribuere benefactori eo q̄ bonis amici excedit beneficiū benefactoris: nec est mirum si benefactori, quandoq; non est retribuendū: quia neque est accomodanti quandoq; debet hō reaccomodare: v.g. Cum aliquis beneficium confert gratis ei quem scit esse uirtuosum, & ex alia parte sit retributio ei quem aliquis scit, uel extimat esse malū: unde ei quem ego scio, uel æstimo malū retribuere non debeo. Cuius ratio est, quia si tali. scilicet malo fieret retributio, magis esset retributio in noxamentum, uel detrimentum. quàm in beneficium, eo q̄ cum sit malus ea, quæ sibi redderentur a bono conuerterentur in malum. Tertiò est gradus excessus in necessario, & tunc magis est subueniendum amico indigenti, quàm benefactori non tantum indigenti, ut si amicus sit in magna necessitate, & non habeat alium adiuantem, & beneficus possit habere auxilium aliunde, v.g. Ut si pater sit in magna necessitate, & tamen habeat alium filium auxiliantē, amicus uero existens in eadem necessitate non habeat aliquem auxiliantem: tunc in tali casu non erit illicitum obmittere patrem pro amico: nec est semper peccatū obmittere patrē, sed solum secundū determinatum tempus, Hæc philosophus li.

Quod sit magis debitum an liberare seipsū an parentes.

9. Ethicor. capit. 2. dubitationum autem habent, & talia, &c. & B. Thom. in scripto, & Albertus in commento, & iterum Beatus Thom. 4. script. sentent. distinct. 15. art. 6. quæstio. 3. utrum meliori semper sit magis subueniendum, in corp. q. & in sol. 1. & 3. argum. Req. supra Beneficentia 4. c. per totum.

CAP. XXVII.

AD maiorem tamen euidenciam quæstionis prædictæ, scilicet cui sit magis elemosina facienda est sciendum, ut dicunt Raymūdus, Goffredus, & Hostiensis, quod aut potes omnibus dare aut nō. In primo enim casu si potes omnibus dare, & petunt pro corporis sustentatione debes omnibus indigentibus subuenire inductus, inuitatus, exemplo Loth, & Abraham, qui ex eo quod omnes indifferenter receperunt inter alios Angelos recipere meruerunt: si enim omnes recepissent, forsitan nec Angelos inter eos recepissent. In secundo uero casu, scilicet cum non potes omnibus subuenire: tunc magna discretio est habenda propter diuersas condiciones hominum: unde Ambr. in libro de officiis dicit largienti elemosinam esse considerata nouem, scilicet fidem, causam, locum, tempus, modum, propinquitatem, necessitatem, ætatem, debilitatem, nobilitatem.

Primò considerare debemus fidem, quia fidelis præferendus est infideli.

Sed forte quæres hunc casum, pone quod pater tuus infidelis, & extraneus fidelis indigeant, nec potes subuenire utrique, sed alteri tantum quem præferre debes. Respondeo secundum Rayn. quod si ambo equaliter indigeant præponendum esse patrem extraneo in exhibitione nutrimenti, & sustentatione corporis, secus uerò si extraneus indigeat ad mortem, & non patet.

Secundò debemus considerare causam, quia illi, qui tenentur capti ab hostibus sunt alijs præferendi.

Tertio locum, ut si captus propter debitum aliquis iustus excrucietur in carcere aut in pænis & supplicijs, nam si om-

nibus debetur misericordia, iusto amplius.

Quarto tempus, nam si tempore afflictionis sue nihil a te impetret, si tempore periculi quo capitur iniuste, & ad mortem condemnatur, plus apud te pecunia tua ualeat quam uita morituri, non est leue peccatum.

Quinto modum, ut nō totum uni nec simul effundantur opes, sed discrete dispensentur, nisi fortè aliquis uellet ex toto relinquere seculum: exemplo Hælisei de quo quære supra quomodo, & qualiter elemosina sit facienda: unde, & in decretis dicitur dist. 86. in ipsa, quod non uni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarum est distribuenda elemosina.

Sextò extremam necessitatem, & sic peccatores sunt alijs præferendi. Si uero iustus & peccator sint in extrema necessitate, elemosina prius dada est iustis, deinde de peccatoribus. non quia peccatores, sed quia homines sunt, ut dicitur in decretis distinct. 86. in ipsa. Nam peccatori non est subueniendum in quantum peccator est, id est, ut per hoc in peccato foueatur, sed in quantum homo id est, ut natura sustentetur: unde si constaret, quod eo quod erat eis impensum ab uterentur, non deberet eis aliquid dari; & hoc modo intelligitur auctoritas. Eccles. 12. Da bono misericordiam, & non suscipias peccatorem: & ibidem. Benefac humili, & non dederis impio: unde malo homini potius subtrahitur elemosyna quam detur si ex hoc iustitiam negligit: ut dicitur. quinta quæstione quinta omnis: nisi necessitas extrema exposceret. In tali enim casu danda est elemosina etiam peccatori: cum præcipiatur nobis etiam benefacere inimicis. Hæc Beatus Thomas 4. scripto sentent. distinction. 15. de elemosina, articulo sexto quæstione 2. utrum malis sit danda elemosina, in corporis. quæst. & in solutione 2. argum.

Septimò debemus considerare ætatem, & sic senes sunt iunioribus præferendi. Octauo debilitatem, & sic cæci, & claudi infirmi, & debiles, & consilii debent præferri sanis.

Nono debemus considerare nobilitatem, & uerecundiam quæ ingenuos prodit nati-
tales

cur peccato-
ri bñfa.
ciendū sit

Exemplū
Loth, &
Abrahæ

Casus d
patre in
fidei, &
paupere
fidei.

rales: aut si quis in egestatem cecidit sine suo uitio. Hæc Ambrosius ubi supr. hanc auctoritatem adducit B. Th. secunda secundæ. quæst. 32. art. 10. utrum eleemofina si abundauerit facienda, in sol. 3. argument.

CAP. XXVIII.

Quamuis autem omnibus eleemosyna sit faciēda eo modo quo in duobus capitulis præcedentibus est ostēsum, cū exposcit necessitas, magis tamen est danda nobis magis propinquis: aut secundum sanguinem magis coniunctis. Ita dicit Aug. primo li. de Doctrina christiana. Cum omnib. prodesse non possis: his potissimè consulendum est, qui pro locorum, & temporum, & quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi quasi quadam sorte iunguntur. In quo uerbo: B. Aug. tres conditiones tangit. scilicet locorum, temporum, personarum. Primò tangit conditionem locorum. Non. n. tenetur homo per mundum quærere indigentes quibus subueniat: sed sufficit q̄ eleemosinam tribuat his qui sibi occurrunt. Sed contra: Homo tenetur inquirere de his quæ sunt necessaria ad salutem: sed necessarium est ad salutem ut aliquis subueniat existenti in extrema necessitate: ergo tenetur de necessitate talē. scilicet existentem in extrema necessitate inquirere. Respondeo & dico, q̄ quamuis teneatur superfluum dare pauperibus, non tamen omnibus, nec etiam distribuere secundum q̄ sibi opportunum uidetur, nec tenetur inquirere, quia hoc esset nimis graue, & præcipuè eam ad eum qui necessitatem patitur pertineat, ut necessitatem suam exponat. Hæc B. Th. 1. 1. quod lib. q. 1. 2. utrum ille qui non dat pauperi petenti si habeat de superfluo peccet, in sol. 2. arg. Secundò B. Aug. in auctoritate prædicta tangit ad conditionem temporum. Non enim oportet occasionem futuræ necessitatis prætereire, quia hæc est superfluo sollicitudo quā dominus prohibet Matthæo 6. Nolite solliciti esse: unde præsens necessitas extrema non futura cadit sub præcepto. Et ideo non tenetur

homo futuræ necessitati alterius subuenire, sed sufficit q̄ præsentī necessitati subueniat. Hæc B. Th. 4. scripto. sen. dist. 15. de eleemosina, art. 1. q. 4. utrum eleemosina cadat sub præcepto, & quo tēpore, in sol. 1. ar. in fi. Req. supr. quo tpe hō ad faciendū eleemosinam obligatur. Tercio beatus Aug. tangit conditionem personarum, quia homo sibi coniunctis qualibet necessitate magis debet curam impendere & benefacere: unde propinquiori est magis eleemosyna faciēda: & quia homo est sibiipsi maximè propinquus, idē prius & magis debet homo sibi eleemosinam facere quam alteri. Sed fortè quæres utrum homo sibiipsi possit eleemosinam facere. Respondeo & dico, qd̄ duplex ē eleemosina. scilicet spiritualis: & hæc potest homo & debet prius & magis sibi ipsi facere quam alijs, subueniendo de spiritualibus animæ suæ: Eccl. 38. Miserere animæ tuæ placens Deo: ut patet supra. Alia eleemosina est corporalis, & hanc nullus potest facere sibiipsi, ut principalis dator: sed ut dispensator. scilicet ex persona alterius, putā cū aliquis distributor eleemosinarum ponitur potest etiam sibi accipere, si indigeat eo tenore quo & alijs ministrat. Secundo alijs propinquiorib. & coniunctiorib. nobis subuenire tenemur: unde Apof. 1. ad Th. 5. Si quis autē suorum & maximè domesticorum quales sunt patres & matres filij & consanguinei curam non habet: fidem negauit, & ē infideli deterior. Est tamē circa hoc discretionis ratio habenda secundū differentiam coniunctionis, sanctitatis, utilitatis, & necessitatis. Nā multo sanctiori magis indigentiam patiēti, & ad commune bonū magis utili, eleemosyna est magis danda quam personæ propinquiori, maximè si non sit nobis multum coniuncta, cuius cura specialis nobis imminet, & si magnā necessitatē non patiat. Hæc B. Th. secunda secundæ q. 32. art. 9. utrū eleemosyna sit magis faciēda propinquiorib. arg. contra, & in cor. q. & in sol. 3. arg. unde in decretis dicitur. dist. 86. & c. in singulis: q̄ eleemosina cōsanguineis & ppinquis citius est danda quam alijs, tamē cū prouidentia. Sed fortè q̄ res patrem hunc casum, pater tuus est in extrema ne & filiū. necessitate, filius tuus etiam est in extrema

necessitate cui magis subuenire debes. Respondeo & dico, q̄ in articulo extre-
mæ necessitatis magis licet deferre filios
quam parentes: quos nullo modo licet
deferere propter obligationem beneficio-
rum susceptorum, ut patet per philoso-
phum 8. Ethicor. Hæc B. Thom. secunda
secundæ. q. 33. utrū magis sit benefacien-
dum his qui sunt nobis magis coniun-
cti, argument. contra, & in sol. 4. argum.
Req. sup. beneficia 3. cap.

CAP. XXIX.

26 **Q**uarto & ultimo circa eleemofinam
considerandus est fructus cō comi-
tans. Nam loquendo in generali
triplicem effectum, uel fructum eleemosi-
na habet. scilicet corporalem ex substantia, spi-
ritualem in uia æternalem in patria. Pri-
mo eleemofina in sua substantia cum sit
corporalis: habet solum effectum corpo-
ralem, in quantum supplet, uel subuenit
defectibus corporalibus proximorum.
Req. sup. Eleemosinas scilicet corporales
rationem earum. Secundo eleemofina
corporalis habet effectum spirituales
in uia, & hoc duplici ratione. Prima est
ex parte causę inducētis: nam causa ele-
mosynę ex parte facientis est amor Dei
in quantum. scilicet aliquis propter dilectionē
Dei & proximi dat eleemofinam corpo-
ralem: & sic eleemofina ex charitate fa-
cta est meritoria, & habet fructum spiri-
tualem. Secunda ratio est ex parte effica-
cię consequentis, & sic etiam habet fru-
ctum spirituales: in quantum, scilicet proximus
cui per corporalem eleemofinam subue-
nitur: mouetur ad orandum pro illo qui
eleemofinam dedit: unde Eccle. 29. ibidē
subditur: Conclude eleemofinam in sinu
pauperis, & hæc p̄ te orabit, & liberabit
ab omni malo &c. In quo uerbo de ele-
mosina facienda t̄gitur duo: primo modū:
ibi Conclude eleemofinam in sinu pau-
peris. scilicet da occultē propter uitandam ina-
nem gloriam: prouerb. 21. Munus absco-
ditum extinguit iram, & donum in sinu
indignationem maximam: & Matth. 6.
Cum facis eleemofinam noli tuba cane-
re. Req. supra expositionem huius: secun-
do tangit meritum: ibi Et hæc pro te ora-

bit. i. pauper cui dabis eleemofinā orabit
pro te ut tibi peccata omnia dimittātur:
vnde Ecclesiastici 29. Perde pecuniā pro-
pter fratrem, & amicum: quod exponitur
duob. modis: primò sic: Perde pecuniam:
i. damifica te corporaliter in dando pau-
peri fratri tuo, & amico, prouerb. 12. Qui
negligit damnum propter amicū iustus
est. secūdò sic: Perde pecuniam tempora-
liter, ut inuenias æternaliter. Aug. Habes
pecuniam, ergo erogādo pecuniam, au-
ges iustitiam, minuitur pecunia, augetur
iustitia, illud minuitur quod eras dimif-
surus, illud augetur quod eis in æternum
possessurus. Et subdit. Et non abscondas.
illam. scilicet pecuniam subter lapidem in per-
ditionem, ad litteram. Non abscondas
eam sub lapide retro focum, sicut fecit
quidam qui scripsit hic est & alius super-
ueniens abstulit, & scripsit hic non est.
Vel spiritualiter. Sub lapide. i. sub duri-
tia mentis, uel cordis auari, uel immiseri-
cordis. Ecclesia. 3. Cor durum malè habe-
bit in nouissimo: & subdit: In perditionē
uel pecunię, uel animę tuę: sepē enim
qui sic abscondit pecuniam, perdit eam
similiter, & animam. Lucæ 12. dixit di-
ues: Congregabo omnia bona mea, & di-
cam animę meę anima mea habes mul-
ta bona &c. & subditur. Et pone thesau-
rum tuum tam spirituales quam corpo-
ralem in præceptis altissimi. scilicet in operib.
misericordię, & in usus pauperum, secun-
dū quod præcipit tibi altissimus. scilicet Deus,
& hoc proderit tibi magis quam aurum.
scilicet absconditum. Hæc Beatus Tho. secun-
da secundæ: de eleemofina. q. 32. articul.
quarto utrum eleemosinę corporales ha-
bent spirituales effectum, in corpo. q. &
dominus Hugo cardinalis ordinis prædi-
catorum exponit illas duas auctoritates
ecclesiastici, quas b. Th. ad probationem
dicti sui pro se adducit, in corp. q. Tercio
eleemofina corporalis habet fructum æ-
ternalē in patria: unde super illo uerbo
Luc. 16. Facite uobis amicos de mammo-
na iniquitatis, ut cū defeceritis vos recipiat
in æterna tabernacula. Aug. in libro de
uerbis domini sic ait: Qui sunt qui habe-
bunt æterna tabernacula nisi sancti Dei:
& q̄ sunt qui ab eis recipiendi sunt in æ-
terna tabernacula, nisi qui eorum indigē-
tiā seruiunt. Hanc auctoritatem allegat
beatus

Exponit
illud ec-
cles. per-
de pecu-
niam.

elemosi-
na cor-
poralis
habet ef-
fectū spi-
ritualē.

beatus Thomas secunda secundæ q. 32. artic. 9: utrum magis propinquus eleemosina sit facienda in 2. arg. Sed fortè quæres utrum uirtus, uel efficacia eleemosinæ magis consistat in dato exteriori quàm in affectu interiori. Respondeo & dico, q. efficacia ex duobus partibus considerari potest. scilicet ex parte recipientis, & dantis: primò ex parte recipientis, & dantis: primò ex parte recipientis qui obligatur ad orandum pro eo qui dat eleemosinam, & sic maior uirtus, uel efficacia eleemosinæ in maiori dato consistit, inquantum per hoc plures, & magis debitores efficiuntur: secundo potest considerari ex parte dantis, & sic respectu præmij essentialis efficacia eleemosinæ magis pensatur ex affectu, quàm ex dato: sed respectu præmij accidentalis ut remissionis pænæ, uel alicuius huiusmodi magnificatur efficacia eleemosinæ ex magnitudine dati nisi ex parte altera intentio uoluntatis magnitudini exterioris dati præponderet: potest enim tam intensa esse uoluntas quæ etiam omnem pœnam & reatum pænæ absorbeat. Hæc B. Thom. 4. script. sent. dist. 15. de eleemosina, artic. 2. q. 3. utrum uirtus eleemosinæ magis consistat in dato exteriori quàm in affectu interiori, in cor. q. Quod autem uirtus eleemosinæ magis consistat ex parte dantis respectu præmij essentialis in maiori charitatis affectu, quam in exteriori effectui, patet Lucæ 21. per exemplum de uidua quæ licet minus dederit alijs secundum quantitatem, tamen plus omnibus dedit secundum suam proportionem, ex quo pensatur in ipsa maior charitatis affectus: ex quo eleemosina spiritualem & maiorem efficaciam habet: unde super illo uerbo psal. Qui seminant in lachrymis &c. Gl. sic ait: Qui seminant opera bona misericordiae ad quæ sufficit uoluntas si desit facultas: in retributione æternæ beatitudinis metent. Et subdit. In hac uoluntate seminauerunt Zachæus, & uidua: Zachæus qui dedit dimidium bonorum suorum: & uidua quæ duo minuta misit, hi parem habebant uoluntatem: Zachæus excedit niduam in quantitate: uidua excessit Zachæum in proportionem: magna uoluntas multum seminauit: & subdit: Quod si hic aliquid habet, securus tamen sit

si adsit uoluntas, tamē illud timeat ne habeat & non facit: si enim habet, & non facit intus gelauit quia uoluntas frigida est nec seminauit in lachrymis. & ideò in exultatione non metet. Spiritualis. n. seminatio semper fit cum lachrymis: unde beati qui lugent, nam si patitur unum membrum compatiuntur omnia, ut dicit apostolus 1. ad Cor. 12. Qui seminat in carne cum letitia seminat: sed post sequitur fletus, quia extrema gaudij luctus occupat. Hæc in gl. ubi supra. Et B. Th. allegat ea secunda secundæ. q. 32. de eleemosyna, art. 4. utrum eleemosynæ corporales habent spirituales effectus.

CAP. XXX.

Postquā dictum est de effectibus eleemosinæ in generali capitulo præcedenti, nunc dicendum est de effectibus eleemosynæ in speciali. Vbi nota, q. eleemosina præcipuè efficit tria bona: ipsa enim liberat a culpa præterita, præseruat a culpa futura, mundat omnia crimina. Primo eleemosina liberat a culpa præterita. ita dicitur Tobia 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat. Sed fortè quæres quæ liberat. Respondeo & dico, q. non liberat decedentem in mortali peccato, sed existentem in mundo isto. Primò dico, q. eleemosina non liberat decedentem in mortali peccato, neque eleemosina ab eo facta prius, neq. post mortem eius facta alijs: quod tali ratione ostendo. Manente causa manet effectus, sed causa pænæ in ferni est culpa mortalis, quæ ab omnibus decedentibus tollit non potest, sicut nec a dæmonib, quia ut dicit Damas. Qd est dæmonib. casus est hoib. mors, ergo &c. Rō aut quare nullus decedens cū culpa liberatur a culpa est talis, quia nullus liberatur a culpa nisi p Dei grām: sed ille q. decedit in peccato mortali caret irreuerabiliter Dei grā, ergo decedēs ī peccato mortali, neq. a culpa, neq. a pœna inferni pōt imppetuū liberari. Secundò dico, q. eleemosina hominē adhuc existentem in mundo liberat a peccato: quod tali ratione ostendo: Aut homo est in peccato mortali, aut ueniali. Si enim homo est in peccato mortali, tunc eū eleemosina a peccato mortali liberat, primò disponen-

Eleemosina nō liberat decedentē in peccato mortali.

Quō liberat a peccato

do eū qui in peccatum cecidit ad gratiam recuperandā: per hoc enim q̄ aliquis operibus pietatis uacat in peccato mortali existens disponit se ad gratiam: unde nō facilē permittatur in perditionem ire, & hoc est q̄ dicitur Tobiaē 4. Eleemosina ab omni peccato liberat, & non patitur animas ire in tenebras: secundō impediēdo futurum peccatum, sic & alia opera meritoria q̄ hominē in gratia cōfirmant, uñ Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua. ita eleemosina concupiscentiam a qua oritur omne peccatum, & sicut ignis consumit omnia: si sola aqua extinguitur, ita peccatū consumit omnia bona gratuita, & sola gratia expellitur, & sicut aqua est naturē fluidē, mundificatiuē; & fœcundē, ita eleemosina fluida per pietatem, mundificatiua per meritoriā actionem, fœcundatiua per remunerationem. Et sequitur. Et eleemosina resistit peccatis, & hoc ne multiplicentur, & crescant, peccatum. n. ad peccatum trahit, quia abissus abissum inuocat, in ps. sed eleemosina impedit, sicut patet. Si uero homo est in peccato ueniali adhuc eleemosina efficaciam habet, quia ipsum ueniale impedit ne ueniale immortale trahere possit. Secundō dico q̄ eleemosina præserrat a culpa futura. Est enim eleemosina medicina non solum purgans, & liberās a culpa præterita sicut patet sed etiam præserrans a futura. Sicut enim alia opera ex charitate facta, in gratia confirmant, & a culpa præserrant, sic eleemosina charitate facta. Hęc b. Th. 4. scrip. sen. dist. 15. de eleemosina, art. 2. q. 1. utrum eleemosina decedētem in peccato mortali a pēna inferni liberet, argu. contra, & in cor. q. & in solut. 1. & 2. argu. unde allegat b. Tho. secunda secundæ q. 32. de eleemosina, art. 4. utrum eleemosinæ corporales habeant effectum spiritua lem arg. contra, id quod dicitur Ecclesi. 29. Eleemosina uiri gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: Sicut enim sollicitudine quadam omnia membra opponimus pro pupilla conseruanda, sic mere eleemosina quandam sollicitudinem cōseruandi gratiam, & omnia exponendi pro gratia conseruanda.

Sed fortē quæres utrum existens in peccato mortali possit eleemosinam facere, & dices, q̄ in tali ratione: Eleemosina spi-

ritualis est potior, & magis necessaria corporali: sed peccator debet abstinere a correptione propter peccatum præcedēs, ergo ille etiam qui est in peccato debet abstinere faciendo eleemosinas corporales. Respondeo & dico, quod non est simile, quia in correptione est aliquis dissensus ad uitam, qua quis in peccato uiuit: & ideo peccator corripiēdo scandalum gerat: non autem eleemosinam corporalem dando: & ideo debet dare, & benefacit dando Dan. 4. Peccata tua eleemosinis redime. Hęc B. Thom. 4. scrip. sen. & secunda secundæ: Requiritur. sup. Correptio. Tertio eleemosina mundat omnia crimina: Lucæ 11. Date eleemosinam, & omnia munda sunt uobis. Hanc auctoritatem allegat Beat. Thom. ad probandū quod eleemosina inducitur ut generalis medicina peccati 4. scrip. sen. distinctio. 15. de eleemosina, ar. 2. q. 2. utrum eleemosina sit minus satisfactoria quam alia duo, scilicet, oratio & ieiunium, in cor. q. Requir. sup. de eleemosina, in princip. 3. & ibidem 4. c. Vbi nota, quod magis dicitur de eleemosina, quod mūdāt peccata, ut patet Lucæ. 11. quam de alijs operibus uirtutum, & hoc triplici ratione.

Prima ē, quia ipsa eleemosina est opus pietatis, quæ secundum 1. ad Thimoth. 4. ad omnia uatet. Secunda ratio est, quia eleemosina ordinatur rectē contra radicem omnium peccatorum, scilicet, contra cupiditatem, quæ est radix omnium malorum, ut dicitur 1. ad Thimoth. 6.

Tertia ratio est, quia eleemosina acquirit sibi plura, immo omnia adiutoria, eo quod acquirit sibi omnes amicos qui iuant eam ad mundandum animam a peccatis, quod sic patet: Omnes enim amici, uel sunt in cælis, uel in terra, uel in purgatorio: primo ergo eleemosina obligat Deum qui est in cælis, cuius intuitu omnia dantur: Matth. 25.

Quod uni ex minimis meis fecistis: ubi Hieronym. sic ait, In omni paupere Christus esuriens pascitur, sitiens potatur, & sic de alijs operibus misericordiæ: secundo eleemosina obligat pauperes qui sunt in hoc mundo ad orandum pro eo qui eleemosinam dedit: Ecclesiastici. 29. Conclude eleemosinam in synu pauperis, & hæc orabit pro te, idest pauper

51

Elemosi
na a pec
cato mū
dat tri
plici
ratione

Prima.

Secūda

Tertia.

per cui dabis eleemosynam obligatur ad orandum vt tibi peccata dimittantur. tertio obligat animas existentes in purgatorio pro quibus datur, quæ postea liberatæ orant pro dantibus. Hæc dominus Hugo cardinalis in postilla quam fecit super Lucam exponens dictam auctoritatem, Date eleemosinam &c.

CAP. XXII.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorum sciendum, quod præter effectus prædictos quos eleemosyna corporalis habet efficere, de quibus duobus capitulis præcedentibus patet: eleemosyna corporalis quattuor bona facit scilicet primo enim excludit generalem indigentiam: secundò extinguit detestabilem offensam: tertio acquirit desiderabilē gratiam: quarto producit interminabilē gloriam. Primò dico, quod eleemosinam ex charitate facta ualet ad remouendum generalem indigentiam: Prouer. 28. Qui dat pauperi scilicet uictum & uestitum &c. non indigebit scilicet in presenti nec in futuro. Primò qui dat pauperi eleemosynam non indigebit in hoc mundo: quod dupliciter probo scilicet ratione, & auctoritate: primò auctoritate prouerb. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt Glof. propria non aliena, quia non de alieno debet fieri eleemosina: sed tantum de proprio. Et subdit, Diuidunt: Glo. quia non uni tantum, sed pluribus debet fieri. In ps. Di persit dedit pauperib. unde non uni omnia, sed diuersis secundum indigentiam personarum distribuenda est eleemosina, ut dicitur in dicret. dist. 86. fratrem: & c. non satis: secundo probo hoc idem ratione. Nam ratio quare dantes eleemosinam pauperibus fiunt ditiores est, quia cum tales dent pro Deo Deus dat pro eis, Lucæ 6. Date & dabitur uobis. Quod uerbum duobus modis exponitur, primo sic: Date bona temporalia pauperibus, & dabitur uobis bonorum temporalium abundantia, unde Aug. ibidē, dicit enim Christus. Da mihi dedi tibi: habuisti me largitorem, habe me debitorem. secundo modo exponitur sic, Date ueniam & dabitur uobis gloria. Et iō Beda ibidem sic ait, Bre-

ui autem sententia cuncta quæ de conuersando cum inimicis mandauerat comprehendendo concludit dicens, Dimittite & dimittimini, date & dabitur uobis, ubi dimittere uos iniurias, dare beneficia iubet, ut uobis peccata dimittantur, & uita detur æterna. Et subditur prouerb. 11. Alij rapiunt aliena, & semper sunt in egestate. Glof. in presenti uita, quia semper auarus eget, eo quod auaro nihil sufficit. Hier. A uaro tam deest quod habet quam quod non habet. Et in uturo, ubi nec una gutta aquæ dabitur, unde subitur prouerb. 28. Qui despicit deprecantem sustinebit penuriā. Vbi notatur obuinata contumacia, & summa indigentia. Primo obstinata contumacia, uel cōtumelia: ibi Qui despicit deprecantem, malum enim est non subuenire, peius non attendere, pessimum uero est contemnere, uel despiciere, quod non debet fieri propter tres rationes. Prima est propter augmentatorem magnitudinis afflictionis, afflictis enim non debet addi afflictio. Ecclesiast. 4. Animam esurgentem cibum corporalem, uel spiritualem ne despexeris contemnendo uel despiciendo, & non cōpatiendo sed magis corde beneuolo aspicias aliquid impartiendo, uel compatiendo quod plus est. Seneca, Plus est dare se quam sua Noli ergo despiciere sed compatere, Io. 3. Si despexi prætereuntem eo quod non haberet indumentum. Secunda ratio est propter propinquitatem sanguinis. Si enim peccatum est despicere extraneū multo magis consanguinem, & propinquum, Isa. 58. Si uideris nudum cooperi eum & carnē tuam ne despexeris. Tertia ratio est propter offensionem, & iniuriam creaturis. prou. 15. Qui despicit pauperem exprobrat factori suo. Exemplum de epulone qui ex eo, quod despexit Lazarum nunc etiam unam guttam aquæ non habet ad eius penuriam releuandum, Lucæ 16. unde prob. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. August. Id ipsum uidetur iustum, ut qui a potentiori uult iuari adiuet ipse inferiorē in quo est ipse potentior. Secundò principaliter qui dat pauperi non indigebit in futuro prouerb. 19. Fæneratur domino qui miseretur pauperis q. d. qui dat pauperi non

Exēplū
diu itis
epulan-
tis.

feneratur pauperi sed domino, quia quicquid sit pauperi propter Deum totum totum ipsi Deo, & totum domino dat ad lucrū, quia ipse reputat sibi factum. Greg. Quod pauperi tribuitur non datur, sed cōmodatur: Aug. Miser homo quid feneraris homini: fenerare Deo & cētuplum accipies & uitam æternam possidebis. Ad litteram hoc uerum est de bonis temporalib. non enim quis pauperior efficitur sed ditior, qui semē suum seminat in agro, qui affert fructum trigessimum, sexagesimum, & centesimum: ergo multo magis qui seminat in agro spirituali, quales sunt agri pietatis ut pauperes. Aug. Præbe lutum & accipe Deum. præbe tectum, & accipe cælum. Et subdit: Qui miseretur pauperis ut. s. habeat istud præmium, non solum qui subuenit effectu, sed etiam qui subuenit affectu, ut sicut qui miseretur, & subuenit ita qui plus miseretur, & plus subuenit: ideo præmium a Deo maius recipiet. Requiritur supra quæ eleemosinæ sunt puriores.

C A P. XXVII.

Secundo eleemosina corporalis ualet ad extinguendum detestabilem offensam. s. peccatum mortale: ita dicitur Ecclesiast. 3. iuxta finem. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosina resistit peccatis. In quo uerbo comparat peccatum igni, & eleemosinā aquæ. Primò assimilatur peccatū igni, & hoc propter tria. Est enim ignis naturæ consumptiux, multiplicatiux defectiux: primò est ignis naturæ consumptiux; sicut enim ignis consumit omnia: ita peccatum omnia bona gratuita consumit; & tollit, Iob. 31. Ignis est usque ad consumptionem deuorans: tum quia peccatum destruit bonum præteritum, tum, quia impedit bonum futurum. secundò ignis est naturæ multiplicatiux. quod patet, quia semper accendit, & comburit dum inuenit combustibile, ita peccatum, si statim non extinguatur multiplicatur: eo quod vnum peccatum est causa alterius. Abyssus abyssum inuocat: in psal.

Tertiò ignis est naturæ defectiux: sicut enim ignis aqua extinguitur, ita peccatū aqua spirituali. s. gratia, uel eleemosina expellitur unde Glo. ibidem, Quod magnæ

uirtutis sit eleemosina ostendit dicens: Eleemosina resistit peccatis. nam ipsa extinguit non solum actum exteriorem peccati, sed etiam affectum interiorem: quod sic patet secundum Aug. duæ sunt radices peccati. s. amor malè inflammans: & contra amorem talem est aqua cōpassionis: unde Glo. ibidem sic ait. Sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosina ex charitate, & compassione facta obruit flammam peccati; unde cum facis eleemosinam nesciat sinistra tua &c. Secunda radix peccati est timor malè humilians, & contra hūc timorem est calor charitatis, & ideo subdit, Eleemosina resistit peccatis, quod eleemosina facit quattuor modis. s. curando, satisfaciendo, disponendo, impediendo: primò eleemosina resistit peccatis curando præterita unde s. per illo uerbo Matthæus 12. ait dominus habenti manum aridā, extende manū tuā, & extendit manū & restituta est sanitati: Glo. sic dicit, Extēde manum tuam, quia nihil plus ualet curationi quam eleemosinarum largitio, quia frustra pro peccatis suis ad Deū manus expandit, qui has pro posse ad pauperes non extendit: secundo eleemosina resistit peccatis satisfaciendo pro peccatis præteritis. Nam satisfactio fit per opera pænalia, unde sicut in foro sæculari homo satisfacit homini ex eo quod punitur non solū per corporis læsionem, sed etiā per honorum subtractionem; ita in foro pænitali homo pro peccatis commissis satisfacit Deo; quia punitur non solū per ieiunium quo affligitur corpus, sed etiam per eleemosynam, qua bona temporalia subtrahuntur. Req. supra in principio de eleemosina. 3. cap. tertiò eleemosina resistit peccatis disponendo, in quarum eleemosina disponit eum qui iam in peccatum cecidit ad gratiam recuperandam: sicut & alia opera de genere bonorum recta intentione facta. Quartò eleemosina resistit peccatis impediendo futura, sicut & alia opera meritoria ex charitate quæ hominem in gratia confirmant, & ideo a peccato futuro præseruant. Hæc b. Th. 4. scrip. sent. dist. 15. de eleemosina art. 2. q. 1. utrum eleemosina liberet decedentem in peccato mortali a pæna inferni, in solut. 1. arg.

Eleemosina peccatis resistit dupliciter

C A P. XXXIII.

Tertio eleemosina corporalis ualde ad acquirendam desiderabilem, uel salutarem gratiam: ita dicitur Ecclesiast. 17. & 29. eleemosina uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. In quibus uerbis ostenditur quod eleemosyna est conseruatric, associatrix, protectrix. Primò eleemosina est conseruatric gratiæ: ideò dicit. Eleemosina uiri quasi sacculus: sicut enim sacculus thesaurum conseruat ne homo quando ad eum in necessitate recurrerit patiaturs defectum: sic eleemosina gratiam Dei conseruat, & fiduciam præstat tempore necessitatis recurrendi ad Deum: Thobias. 4. Fiducia magna est coram summo Deo. Glo. Et non coram hominibus eleemosina omnibus facientibus eam. Et ibidem: Præmium bonum thesaurizas in die necessitatis. Secundo eleemosina est associatrix, ibi Cum ipso & non contra ipsum, ut eleemosina hypochrite: nō præter ipsum ut eleemosina eorum qui post mortem suam dare faciunt quod uiuentes dare uolunt. Cuius contrarium beata Lucia fecit dicens matri. Non est magnam dare Deo quod ferri non potest, uiuens ergo da Christo quod possides: ideò dicit: Cum ipso. s. ut ipsemet dans eleemosinam ad eam in necessitate, hoc est in die mortis uel iudicii recursum habeat. Ambro. Sola misericordia comes est defunctorum unde quidam sapiens: Quas dederis solas semper habebit opes. Apoc. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Non autem dicit præcedunt, sicut est de aliquibus qui ante se opera sua portant. i. qui in suis operibus gloriam attendunt, Prouerb. ultim. Date illis de fructu manuum suarum. Tertio eleemosina est protectrix gratiæ, ideò subdit, Et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, uel dominus propter eleemosinam pupillam, & bene & fideliter conseruabit sicut palpebra conseruat pupillam oculi: In psal. Custodi me domine ut pupillam oculi. Nā per pupillam intelliguntur tria secundum Glo. ibidem. s. humanitas Christi, fides, gratia: primo per pupillam significatur humanitas Christi. Cuius ratio est, quia sicut pupilla quæ exigua est, &

tamen per eam acies luminis dirigitur, quæ lux, & tenebræ diiudicantur, sic per humanitatem Christi, quæ exigua est respectu diuitatis, uel exigua ratione humilitatis, deitas discernens est inter bonos & malos: secundo per pupillam secundum Glo. intelligitur fides. Cuius ratio est quia sicut pupilla est organum uidendi, sic fides est per quam in præsentem Deum uidemus 1. ad Corinth. 13. Videmus nunc per speculum &c. tertio per pupillam significatur gratia: & hoc duplici ratione. Prima est, quia sicut pupilla est custos uisus: sic gratia, uel eleemosina est custos status. Secunda ratio est, quia sicut solitudine quadam omnia membra apponimus pro pupilla conseruanda: sic meretur eleemosina quadam solitudinem conseruandi gratiam: & exponendi omnia pro gratia conseruanda: Luc. 11. Date eleemosinam, & ecce omnia munda sunt uobis, quasi dicat: date eleemosinam, quia per eleemosinam conseruabitis gratiam, quæ omnia munda facit. Vbi nota, quod auctoritate prædictam. s. eleemosina uiri cum ipso: et deducit B. Thom. secundam secundam. q. 23 art. 4. argumen. contra, ad probandum quomodo eleemosinæ corporales habeant spirituales effectum, & ideo sui deuotione, & gratia nunc eam exposui. Requi. sup. de effectibus eleemosinæ 1. cap.

C A P. XXXIII.

Quarto eleemosina ualet ad impetrandum eternalem gloriam: Matth. 19. Si uis perfectus esse uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in cælo. In quibus uerbis dominus tangit tria. s. charitatis gradum. necessitatis actum, felicitatis effectum. Primo tangit charitatis gradum, ibi Si uis perfectus esse &c. Quæ uerba dupliciter exponuntur. Primò secundum Glo. sic. Si uis, quia de uoluntate est: unde Rabanus ibidem: In potestate nostra est utrum uelimus esse perfecti, nec tamen ad hoc sufficit liberum arbitrium sine Dei gratia Requi. infra Gratia: & subdit, Perfectus esse. s. in dilectiones Dei, & proximi: uade per cordis affectum, & per ope-

Quid p
pupillā
oculi.

n uia p
fectiōis
sunt
nōi ne
cessaria

ris effectum: unde a te alienando omnia immobilia nihil relinquendo non partē tantum, quæ habes: multo magis, & fortius quæ amas, & dā, scilicet precium ipsorū non spe alicuius tēporalis retributionis, sed intuitu Dei: pauperibus, non diuitibus non uni tantum, sed plurib. In psal. Dispersit dedit pauperibus. Secundō B. Remigius prædicta uerba exponens sic ait. Illis autem qui in gratia perfecti esse uolunt ostendit dominus qualiter ad perfectionem uenire possunt dicens illis: Si uis perfectus esse uade, & uende omnia &c. In quibus uerbis secundum B. Remigium tanguntur quattuor, quæ sunt necessaria, ut homo ponatur in uia perfectionis. Primō tangitur gulositatis, & carnalitatis sobrietas, & temperantia: cum dixit, uade, & uende, non autem ait, uade, & mādūca oomūia quæ habes, sed uade, & vēde: contra multos, qui cum deberent pauperibus erogare deuorant in superfluis cibus, & potibus, & luxurijs ea, quæ hñt: vñ reprehenditur, & condemnatur per scripturam Luc. 16. ille diues epulo qui induebatur purpura, & bisso, & epulabatur quotidie splendide, & Lazaro pauperi eleemosinam denegauit. Et ideo si homo uult poni, & esse in statu perfectionis bona tēporalia deuorare non debet, sed uendere: unde tempore Apostolorum uolentes imitari eorum perfectionem uendebāt agros, & domos, & precia ponebant ad pedes Apostolorum, ut scribitur Act. 4. Secundo tangitur necessitatis, & aduersitatis constantia: cum dixit, omnia scilicet nihil relinquendo non partem sed totum, contra multos, qui in tantum sunt pusillanimes, & diffidentes ne deficient in rebus necessarijs: & ne aliquas aduersitates, & indigentias patiātur, q̄ nolunt omnia, quæ habent uendere, & pauperibus elargiri cum accedunt ad seruitium Dei, sed partem vendunt, & partem occultant, & reseruant: sicut fecit Ananias, & uxor eius fraudantes de precio agri, pro qua fraude a Petro mortis sententiam receperūt, Act. 5. unde Eccl. 4. Eleemosinam pauperis ne defrauderis, uel retinēdo, & omnino non dando, uel minnendo, uel differendo, uel obiurgando, Hier. Res pauperum pauperibus non dare sacrilegium est. Tertiō tan

gitur, æquitatis, & honestatis iusticia cū dixit: Quæ habes, contra multos, qui uendunt & dant pauperibus non quæ habēt, sed quæ sua non sunt, & quæ per usuram, & rapinam ab alijs ceperunt: unde Remigius ibidem: Illa enim habemus, quæ iustē possidentur, & hæc uendēda sunt: quæ uero adepta sunt iniustē sunt eroganda illis a quibus fuerunt ablata. Quarto tangitur finis prudentia uel intentio synccera cum dicit: De pauperibus non diuitibus aut proximis a quibus homo similia possit recipere: hoc enim non est prudentia, quæ est recta ratio agibilium, sed magis quædam fraudulentia non præferendo finem debitum quem debet. Sed fortē quæres hic hanc quæstionem quam Origenes super illo uerbo allegato scilicet si uis perfectus esse &c. mouet dicens: utrū uendens omnia, & relinquens pauperib. sit perfectus. Et arguit Orig. q̄ nō tali rōne: Si perfectus est, qui habet omnes uirtutes: quō fit perfectus, qui omnia sua uēdidit, & pauperibus dedit: Verbi gratia. Ponamus aliquem hoc fecisse, quomodo statim est sine ira, sine concupiscentia, sciens omnes uirtutes, & deponēs malitiam uniuersam: quod nō uidetur: quia etsi multi omnia uendant, & pauperibus erogent, adhuc tamen non carent uitijs supradictis, uel non pollent uirtutibus prædicta uitia destruentibus. Respondet Origen. ad hanc quæstionem quattuor modis. Primō quia talis est perfectus per uirtutum, & perfectionis inchoationem, & non consummationem: quod patet ex modo loquendi saluatoris: unde non dixit: si perfectus es: sed si uis perfectus esse, ac si uenditio, uel abdicatio rerum tēporalium non faceret eum perfectum, sed inchoaret uiam perfectionis. Secundo modo respondet sic, q̄ talis uendens, & omnia pauperibus distribuens intelligatur esse perfectus, & habere omnes uirtutes per aliarū diuitiarum receptionē, ut ille, qui pauperib. omnia sua bona tēporalia tribuit, ipsorum orationib. adiuuetur, ut accipiat ad suam spiritualem inopiam illorum spiritualem abundantiam, & hoc modo aliorum auxilio fit perfectus, quamuis aliquis habeat humanas possessiones, quia tēporales diuitias p̄ spiritualib. commutauit credens Christi

Ananiz
exēplū.

sermonib. Tertio modo respondet sic, q̄ talis intelligitur perfectus per omnium viciorum uenditionem, ut sicut ipse uendit & abdicauit a se omnia temporalia, sic se expoliat omnib. malis, & uitijs, & sic erit perfectus non quidem per expoliationem temporalium diuitiarum tantum, sed magis per expoliationem uitiorum. Et hæc ratio secundum Origenē est moralis, & spiritualis. Quatto modo respondet Origenes spiritualiter dicens, q̄ substantiam dicit esse unicuiusque animæ actus eius, imperat ergo Deus uendere omnem substantiam malam, & quasi tradere eam uirtutibus operatibus eam, quæ ab omni bono pauperes sunt. Hæc Origenes, & allegat eum B. Th. in euangelio continuo super Matth. ad expositionem illius textus Matth. 19. Si vis perfectus esse &c. Quinto modo potest responderi ad quæstionem Origenis, ut intelligatur perfectus per uirtualem, & formalem perfectionem: nam si quis perfecte habet unam uirtutem, formaliter habet omnes. uerbi gratia. Si quis est iustus uirtuosus: oportet q̄ iustitiā habeat prudenter, & temperanter. Et similiter si aliquis dat pauperibus propter Deum bona sua, oportet q̄ talis liberalitas formaliter, & uirtualiter includat omnes uirtutes, quæ talis non liberaliter tribueret bona sua nisi castè, prudenter fortiter, largiretur, ut pater de connexionione uirtutum. Req. infra Virtutes.

C A P. XXXV.

15 **S**ed fortè quæres gratia prædictorum, utrum per uendere omnia, & dare pauperibus homo ponatur in uia perfectionis. Respondeo, & dico, quod paupertas est dispositio, uel uia ad perfectionem, & est effectus, uel signum perfectionis. Primò paupertas est dispositio, uel uia ducens ad perfectionem: quod sic probo: Perfectionis ad quam paupertas disponit consistit in uacatione mentis ad Deum: tentio autem mentis in Deum, & uacatio mentis in Deo consistit in contemplando Deum, & amando, & eius uoluntatem implendo: & ideo ad amputandum soli-

itudinem bonorum temporalium dat consilium de pauertate. Matth. 19. Si uis perfectus esse uade, & uende &c. & hoc ut animus hominis ab affectu temporalium auertatur, & sic liberius in Deum contemplando, amando, & eius uoluntatem implendo feratur. Secundo dico, quod paupertas est effectus, uel signum perfectionis. Cuius ratio est, quia cum mens uehementer amore, & desiderio alicuius rei afficitur consequens est q̄ alia post ponat, & ideo ex hoc q̄ mens hominis amore, & desiderio in diuina fertur sequitur, q̄ omnia, quæ possunt ipsum impedire, & retardare quo minus feratur in Deum abijciat. Vbi nota, q̄ & diuitiæ aliquo modo sunt bonæ: aliquo modo malæ, & similiter paupertas. Primò ergo dico, q̄ diuitiæ exteriores intantum sunt bonæ inquātum sunt necessariae ad bonum uirtutis. scilicet cum per eas corpus sustentamus, & alijs subuenimus, inquātū uerò ex eis impeditur usus uirtutis: non iam inter bona, sed inter mala sunt computandæ. uñ bonū est quibusdam habere diuitias. scilicet illis qui bene utuntur eis. Quibusdam uero est malum habere diuitias: illis. scilicet qui per eas a uirtutibus retrahuntur: & hoc triplici ratione, uel nimia solitudine, uel nimia ad ipsas affectione, uel consurgente ex eis elatione. Similiter paupertas de se putā ratione nudæ adiectionis temporalium nō est bona, uel mala: uerbi gratia: Paupertas intantum est mala inquātum sustentationem aliorum, & sustentationem propriam tollit, nisi in quantum subuentio temporalis, qua proximis subuenitur per maius bonū potest recompensari. scilicet per hoc q̄ homo diuitijs carens diuinis: & spiritualibus uacare potest: bonum autem sustentationis propriè adeo necessariū est, q̄ nullo alio bonū recompensari potest: nullius enim boni obtentu debet hō sibi sustentationē uitæ subtrahere, sic nec esse homicida sui ipsis: sed intantum paupertas est bona in quantum liberat ab alijs quibus hō impeditur quò minus in spiritualia, & diuina feratur, & tendat. Et similiter paupertas non tātò est laudabilior quātò maior: sed quanto fuerit ad finem, scilicet uacandū Deo utilior, & quātò minorem solitudinem hoc impediens exigit, tātò est laudabilior, & eligibilior. Hæc Beatus

Thom.

Diuitiæ
bonæ, &
malæ di
uersi
modè.

Thom. contra gent. libro. 3. c. 133. Req. infra de modis paupertatis Religio.

CAP. XXXVI.

36. **S**ECUNDO principaliter in uerbis prædictis Matt. decimonono. Si vis perfectus esse &c. dominus tãgit necessitatis actum cum subdit, ueni, & sequere me: unde super illud: Vade, & vende &c. Hiero. sic ait: Quia non sufficit tantum relinquere: ideo dominus adiungit quod perfectum est dicens: Veni, & sequere me. Et Ambro. super illo verbo Lucæ quinto, sic ait: Sequi iubet non corporis gressu, sed mentis affectu quod fit per charitatem, ut dicit bea. Th. secunda secundæ quæst. 184. artic. tertio, utrum perfectio huius uitæ cõsistat principaliter in consilijs, uel in præceptis, in sol. primi argum. Sed fortè quæres, quot sunt necessaria ad sequendum Christum, & ad eundum post eum. Respondeo secundum Chryso. qui istam quæstionem determinat super Matth. 16. ibi, Qui uult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, dicens: Tria sunt quæ dicuntur scilicet abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, per quæ ostendit, q̃ tria requiruntur ad eundum post Christum, & ad sequendum eum. Primum est omnis uoluntatis carnalis, & temporalis abnegatio: unde dicit saluator: Qui uult venire post me abneget semetipsū. Secundum est crucis, & mortis receptio cum subdit: Tollat crucem suam. Tertium est saluatoris imitatio cum subiungit: Et sequatur me. Et subdit Chrys. ibid. q̃ vnum istorum sine altero non sufficit ad salutem, quod probat per exemplum de multis dicens, q̃ multi philosophi pagani, ut Socrates, & Plato omnia carnalia, & cunctas carnalium voluptates abnegauerunt propter speculationem scientiarum, & acquisitionem uirtutum moralium, quæ acquiri non possunt nisi sedatis, & mortificatis passionib. & tamen isti post Christum non ierunt, quia crucem, & mortē pro Christo non susceperunt. Aliqui vero alij crucem, & mortem sustinent, sicut latrones, & heretici qui suspenduntur, & comburuntur: & tamen

post Christum non uadunt, nec eum sequuntur, quia ex charitate ipsum non imitantur, sine qua dicente Apostolo cuncta tormentorum, uel martyriorum genera non sufficiunt nec profunt ad salutem, ergo crucis receptio, & saluatoris secutio requiruntur ad eundū post Christum, secundum August. meritoriè: primum istorum fit per fidei cõfessionem. Req. infra Fides: Secundū uero fit per æternæ uitæ expectationem. Requi. infra Spes: tertium fit per charitatis dilectionem Requi. supra. Charitas, & supra Dilectionis perfectio, unde August. in libro de uera religione sic ait: Christus fide est confitendus, spe expectandus, & charitate quærendus, & imitandus. Et Chryso. super illud Matth. 4. Illi autem relictis rhetibus, & patre secuti sunt eum: sic ait: Tria enim sunt quæ relinquere debet qui uenit ad Christum scilicet actus carnales, qui per rhetia piscationis significantur, substantias mundiales, quæ per nauem, parentes per patrem. Et subdit: Reliquerunt ergo nauem ut fierent ecclesiasticæ nauis gubernatores. Reliquerunt rhetia, ut non pisces afferrent ad ciuitatem terrenam, sed homines ad celestem. Reliquerunt unum patrem, ut spirituales patres omnium fierent. Hæc omnia allegat Beat. Thom. in euangelio continuo super Matth. in supradictis locis.

Tria relinquat q̃ Christum sequatur.

CAP. XXXVII.

37. **S**I uero aliter uis procedere dicas, q̃ ad sequendum Christum tria præcipue sunt necessaria, scilicet paupertatem eligere, uoluntatem submittere, mortis penalitatem subire. Primò est necessarium ad sequendum Christum paupertatem eligere: unde Lucæ decimosecundo. Vendite quæ possidetis. & date eleemosynam pauperibus: quod uerbū secundum quattuor glo. exponitur quattuor modis. Prima glo. sic exponit: Non tantum timeas, ne propter regnum militatibus uitæ necessaria deint, sed etiam possessa uendite propter eleemosynam faciendam, quæ est uia ad idem regnum dum per eam peccata dimittuntur, & hoc est consilium, sed minus. Secunda glo. exponit: Non tantum cibos vestros

Quot
sint ne-
cessaria
ad seq̃la
Christi

communicate pauperibus, sed etiā vende possessiones uestras, ut omnib. vestris simul pro domino speretis, postea labore manuum operamini, ut uiuatis, & eleemosynam faciatis: & hoc est consilium maius. Tertia glo. exponit sic. Qui pro domino omnia mundana spernit uēdat quæ habet & distribuatur, & hoc est consilium: qui uero non est tantæ uirtutis de his, quæ habet eleemosynam det: & hoc est præceptum. Quarta glo. sic exponit: Vendite quæ habetis &c. nō præcipitur

ut nihil pecuniæ ad usus necessarios a sanctis reseruetur, cum ipse dominus loculos habuisse legatur, sed ne Deo pro-

pter ista seruiatur, & ne timore pecuniæ iustitia deferatur. Ex quibus uerbis colligitur, q̄ quadruplex est modus uiuendi in paupertate. Primus est, ut de precio

possessionum uenditarum communiter omnes uiuant, qui modus fuit ab Apostolo obseruatus. Dicitur enim actu 4. q̄ possessiones agrorum, & domorū uendētes offerebant precia eorū, quæ uendebāt, & ponebāt ante pedes Apost. & distribuabantur unicuiq; prout unicuiq; opus erat. Qui modus quamuis sufficiens fuit,

non tamen ad longum tempus, quia præuidebant Apost. per spiritū sanctū, q̄ non diu in Hierusalem cōmorari debebant, tum propter persecutiones a iudeis, tum

propter instantem destructionē ciuitatis, & gentis. Secundus modus uiuendi in paupertate est, ut possessiones cōmunes habeant, ex quibus singulis prouideatur prout unicuiq; opus fuerit: sicut in monasteriis plurimis obseruatur. Et talis

modus non deperit perfectioni ad quam tendunt tum, quia sollicitudo temporalia prouidendi per paucos fieri potest, tū etiam quia illis, qui sollicitudinē hanc assumunt non deperit aliquid de perfectione eo, q̄ illud quod uidentur amittere in defectu quietis recuperant in obsequio

charitatis. Tertius modus uiuendi in paupertate est, ut labore manuum suarum uiuant, quemadmodū Apostoli obseruabant, ut patet 2. ad Thess. 3. ubi dicitur. Non gratis panem māducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die operantes, ne quem uestrū grauaremus. Et hic est modus sufficiens ad perfectionem tendendi: nec perfectio

ni deperit: tum quia ad acquirendum uictum quantum ad sustentationem naturæ: sufficit modicum tempus, & modica sollicitudo est necessaria, quæ non sufficeret ad diuitias congregandas, uel ad uictum superfluum: tum quia dominus nō prohibet laborem: unde Apostolus. 1. ad Thessal. 3. dicit, q̄ qui non uult laborare non manducet: & præcipuē cum operando manib. possit de Deo cogitare, & eum laudare, & alia huiusmodi facere ex quibus a spiritualibus non impeditur, tum quia omnis actus sollicitudinē requirit. Si igitur homo nullam sollicitudinē temporalium habere deberet, sequeretur q̄ nihil tēporale ageret, expectare autē Dei subsidium in quibus se aliquis iuuare potest per propriam actionē est insipientis, & Deum tentantis: tum quia dominus Matth. 6. dicēs: Nolite solliciti esse in crastinum, non prohibet omnem sollicitudinem, sed sollicitudinem superfluam, & sollicitudinem propriam, quæ circa diuitias proprias adhibetur, quia talis sollicitudo pertinet ad amorem priuatum quo quis se temporaliter amat: sed sollicitudo circa res communes pertinet ad amorē charitatis, quæ nō quærit, quæ sua sunt, sed quibus intendit: unde beatus Antonius in collationibus patrum sic dicit: Si enim arguatur ex euangelio, ut nihil reponatur in crastinum. Respondetur, cur ergo ipse dominus loculos habuit, ubi pecuniam relictam reponeret: cur tanta ante (fame imminente) frumenta sanctis patribus missa sunt? cur Apostoli indigentiaē sanctorum necessaria procurabant? Quod ergo dicit: Nolite cogitare in crastinum, quattuor modis exponitur. Primò secundum Chrysostomum. super Matth. hodie signat sollicitudinem temporalium necessariam: cras uerò sollicitudinem superfluam: ergo nolite solliciti esse in crastinum, &c. id est non curetis supra id quod est uobis necessarium ad vitam quotidianam: de crastino, id est de superfluo, & reddit rationem dicens: Sufficit enim Diei crastinæ malitia sua: quasi diceret: Dies crastina suam sollicitudinem habet: unde non oportet nec expedit aliam reddere in præsentem. Secundò modo Chrysostomus ibidem sic exponit: Sufficit labor quem pateris propter neces-

saria noli de superfluis laborare : tertio modo secundum Hieron. sic exponitur. Sufficit nobis præsentis temporis cogitatio futura quæ incerta sunt Deo relinquamus. Et ponit de hoc exemplum Chrysostomus. dicens : Qui ad fontem uadit non est sollicitus de bibendo, nec qui ad prandium copiosum, quid times stulte Dei prudentia largior est fonte. Quartò, secundum Augustinum exponitur sic : Cum aliquid boni operamur non temporalia quæ per crastinum designantur, sed æterna cogitemus. Hæc B. Thom. secunda secundæ q. 188. art. 8. vtrum habere aliquid in communi diminuat perfectionem religionis, in solu. 2. argum.

Quartus. Quartus modus uiuendi in paupertate est uiuere de his quæ ab aliis inferuntur : & hunc modum uidetur Dominus cum suis discipulis obseruasse. Legitur enim Lucæ octauo, quod mulieres quædam sequebantur Christum, & ministrabant illi de facultatibus suis. Talis modus est conueniens illis qui uoluntariam paupertatem assumunt, nec est inconueniens, ut qui sua dimisit alia quærat, ut quod abiiciunt propter aliquid quod in utilitatem aliorum vergit, alia quærant, & ab alijs sustententur, eò quod tales deseruiunt communi utilitati aliorum : unde sicut aliqui prætermissa priorum cura communi utilitati deseruiunt, conueniens est, ut ab his quorum utilitati deseruiunt sustententur, sicut milites de stipendijs aliorum uiuunt, & rectoribus reipublicæ de communi prouidetur, multò magis illi qui seruiunt communi utilitati in spiritualibus sapientia eruditione, exemplo populum illustrantes, uel oratione, uel intercessionem sustentantes merentur, & debent in temporalibus sustentari. Ita dicit Apostolus prima ad Corinth. 9. Si uobis nos spiritualia seminamus, non est magnum si nos carnalia uestra metamus. Quantò autem aliquis minus amat diuitias, & est uirtuti magis intentus, tantò facilius diuitias in aliorum necessitates distribuit. Et isti qui sic uiuunt de illis quæ ab alijs dantur, magis fiunt alijs pauperibus utiles ad misericordiæ opera uerbis, & exemplis alios prouocando : unde Apostolus 2. ad Corinth. octauo. Uestra abundantia, scilicet in tem-

poralibus illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, scilicet in spiritualibus uestræ inopiæ sit supplementum, qui enim alterum iuuat particeps sit operis eius, & in bono, & in malo. Hæc B. Thom. contra gentiles lib. 3. cap. 132. de quattuor modis uiuendi in uoluntaria paupertate, & ibidem capit. 133. de solutione eorum quæ contra modos uoluntariæ paupertatis obijciuntur.

CAP. XXXVIII.

Sed fortè quæres gratia prædictorum 38
utrum uiuere de rebus perceptis ab alijs sit imperfectus, seu minoris uirtutis, quàm uiuere de proprio labore. Respondeo ad hanc quæstionem præmittendo quattuor distinctiones. Prima distinctio est, quod modus recipiendi ab alio est duplex. Vnus est quando aliquis recipit ab alio aliquid in quo quantum est de se ius habet, sicut si recipit hæreditatem patris, uel mercedem laboris, uel sicut prælati recipiunt stipendia eis debita. Alius modus est quando aliquis recipit id in quo non habet ius nisi de mera liberalitate donantis. Modo igitur comparando dictos modos adinuicem, secundus modus, scilicet, recipere aliquid ex mera liberalitate donantis est modus uirtutis, & perfectionis minoris quàm primus, scilicet recipere aliquid in quo ius habet. Quod tali ratione ostendo. Quia in unoquoque illud quod est sibi magis sufficiens, & magis à se suam sufficientiam habet est magis perfectum : & inde est quod Deus qui nullo alio indiget ex se est perfectissimus : sed qui recipit quod ei est debitum in quo habet ius est magis sibi sufficiens, & magis suam sufficientiam à se habet, quàm ille qui recipit illud in quo non habet ius, nisi ex mera liberalitate donantis : ergo &c. Secunda distinctio est, quod modus recipiendi aliquid ex mera liberalitate alterius est duplex. Vnus quando aliquis non requisitus, non rogatus ex mera liberalitate confert aliquid alicui. Alius modus est quando rogatus, & requisitus confert sicut per mendicationem. Modo igitur comparan-

Duplici
rei ab
alio re-
cipitur.

De labo-
re ma-
nuum.

Xps nō
viuebat
de labo-
re ma-
nuum.

do istos modos adinuicem: secundus mo-
dus. s. rogando aliquid recipere, & mendi-
cando est imperfectior per se loquēdo, &
de genere operis, quā primus. s. quā re-
cipere non rogādo aliquid, sed solum est
mera liberalitate donantis. Cuius rō est,
quia in eo qđ ex mera liberalitate hñ, tan-
tō meliori modo ius acquiritur, quāntō
magis liberaliter gratuitē, & uolūtariē da-
tur quā quod datur rogando, quia qđ
tali modo datur, vī quodāmodo inuolū-
tariē dari. s. propter importunitatem pe-
tentis: benē tamen potest esse aliqua con-
ditio mēdicationi annexa quæ faciat uir-
tutes, sicut uerecundia, humiliatio, exte-
rior, & hmōi. Tertia distinctio est, qđ ali-
qui recipiunt stipendia ab alijs, sicut præ-
lati, qui accipiunt stipēdia ab illis quib.
annunciant euangelium. Aliqui verō nō
recipiunt stipendia ab alijs, sed uiuūt de
labore manuum suarum, sicut fecit Pau-
lus. Modo igitur cōparādo istos duos mo-
dos ad inuicē dico, qđ simpliciter loquen-
do, & de genere operis non recipere talia
stipēdia propria, uel debita, & uiuere de
labore est maioris virtutis, uel perfectio-
nis moralis, quod dupliciter probo. s. ra-
tione, & exemplo. Primō ratione sic: Su-
pererogare sibi debitū, & dimittere debi-
toribus est maioris perfectionis quā de-
bitum stipendium recipere: sed prælati ui-
uunt de stipendijs sibi debitis. Apostolus
verō ex proprijs laboribus uiuens dimisit
debitum, ergo &c. Secundō hoc idem pro-
bo exēplo Saluatoris de quo legitur Ioh.
12. & ibidem 13. qđ Iudas fur erat, & locu-
los habens. Vnde Alchimus sic ait: Iudas
loculos portabat ministerio, & asporta-
bat furto. Et Aug. super psal. & super Ioh.
ibidem sic ait: Exemplum domini accipi-
te cōuersantis in terra quare habuit locu-
los, cui Angeli ministrant, nisi quia eccle-
sia ipsius loculos habitura erat. Vnde
Christus in habendo loculos in quib. re-
condebat ea qđ ab alijs recipiebant, ges-
sit personā infirmorum: vnde habere lo-
culos nihil aliud est quā uiuere de rece-
ptis, & nō de labore manuum vnde Beat.
August. ibidem dicit, qđ uiuere de loculis
est uiuere de his, quæ ministrabant mulie-
res sequentes dominum, & non de labo-
re manuum, & hoc est imperfectionis re-
spectu eius, quod est uiuere de labore ma-

nuum. In casu tamen in quo uiuere de la-
bore manuum esset impedimentum bo-
norum spiritualium, tunc uiuere de rece-
ptis posset esse maioris pfectionis, quā
uiuere laborando manibus: & similiter
non seruare sicut Christus, & eius disci-
puli nō reseruabant bona eis a mulierib.
administrata, quamuis quātum est ex ge-
nere operis sit perfectius, quā reserua-
re. In casu tamē vbi non immineret pro-
babiliter prouisio in posterum reseruare
esset maioris perfectionis quā non re-
seruare. Sed fortē argues ī oppositum. s.
qđ ille, qui de labore manuum uiuit nō fa-
cit opus perfectius quā ille, qui de euan-
gelio uiuit tali ratione. Quāto labor est
fructuosior, tantō ille, qui illum laborem
sustinet, & exercet perfectius facit: sed la-
bor annuncians euāgeliū est fructuosior
quā labor manualis sicut labor spiritua-
lis corporali, ergo videtur egere perfe-
ctius qui euangelium prædica: quā qui
manibus laborat. Respondeo, & dico, qđ
ille qui uiuit & laboribus manuum vide-
tur agere perfectius propter duo. Primō,
quia cum spiritualia non sint vidēda, sed
gratis danda, ideo aliquam imperfectio-
nem videtur importare, recipere aliquid
temporale ab illis quibus spiritualia con-
feruntur, non autem sic est de labore ma-
nuum, qui sub precio cadit. Secundō pro-
pter imperfectionem hominum, qui cō-
muniter magis reputāt detrimentum in
bonis temporalibus, quā in spirituali-
bus: vnde quia recompensando laborem
corporalem non patiuntur diminutionē
temporalium, videtur secundum apparen-
tiam quandam, qđ recipere necessaria vi-
tæ pro labore spirituali sit quasi minus
perfectum, licet simpliciter sit perfectius
laborare spiritualiter quā corporaliter.
Hoc etiam attestantur ipsi religiosi, qui
gloriantur, quod non comedunt panem
ociosum, sed aliquo modo eis debitum,
non ratione iustitiæ, sed cuiusdam decen-
tiæ. Quarta distinctio est, qđ relinquere
omnia potest intelligi duobus modis, sci-
licet propter se, & propter aliud. Primō
enim relinquere omnia propter se, putā
ratione nudæ abiectionis temporalium nō
est perfectionis euangelicæ: sed relinque-
re omnia propter Deum & propter perfe-
ctam sequelam Christi, secundum qđ hoc
per-

Viuitur
de alie-
no du-
pliciter,

etinet p se ad perfectionem euangelicā. Et si arguatur in oppositum. s. quod ille, qui relinquit omnia propter Christum necesse habet viuere de alieno: viuere autem de labore proprio est perfectius quā viuere de alieno: ergo &c. Respondeo, & dico, quod viuere de alieno dupliciter potest contingere, aut quia nihil fecit propter quod sibi deberetur de iure, & sic viuere de alieno est imperfectius, aut quia licet fecerit vnde sibi de iure deberetur, tamen spontanea uoluntate fecit ppter quod non ius in illo habet, sed est spontaneè alienum: & sic viuere de alieno est maioris perfectionis, sicut patet de illo, qui annuncians euangelium uiuit de alieno. Hæc Godefridus Cancellarius Parisien. 9. quodlibet. q. 20. utrum viuere de bonis receptis ab alijs sit imperfectionis moralis, in corpo. q. & in solut. argumen.

CAP. XXXIX.

Secundo principaliter ad sequendum Christum est necessarium propriam uoluntatem submittere: vnde Matth. 16. sic dicitur. qui uult uenire post me abneget semetipsum &c. Et Lucæ 9. Super quo uerbo Basilii sic ait: Abnegatio quidem sui ipsius est totalis præteritorū obliuio, & recessio à proprijs uoluntatibus, & merito, quia inferior semper debet obedire suo superiori, & maxime Deo, qui est super omnes: unde Beda super illo uerbo Lucæ. 9. Si quis uult post me uenire abneget semetipsum &c. sic ait: nisi aut quis à semetipso deficiat: ad eum, qui super ipsum est non appropinquat, ideo dicit. Abneget semetipsum, exemplo saluatoris, qui dicit Lucæ. 22. Non mea uoluntas, sed tua fiat: ubi Dionys. sic ait Renruit autem impleri humanam uoluntatem quā dicit suam paterna uoluntate minorem. Req. infra. Obedientia. Et iterum de conformitate uoluntatis humanæ ad diuinam: infra uoluntas humana. Tertio ad sequendum Christum est necessarium mortis pœnalitatem subire, uel impendere: vnde super illo uerbo Matthe. 10.

Qui non accipit crucem suam, & sequitur me nō est me dignus. Chrys. sic ait. Ne autem existimes, q. usq; ad aduersa tantū & contumelias oportet abnegare semetipsum, ostendit usq; ad quantū, quia usque ad mortē, & turpissimam. s. crucis: quod signat in hoc, q. dicit, Tollat crucem suam. Sed quia etiam latrones multa graua patiuntur: ut non existimes, q. passio malorum sufficiat, adiungit causam patiendi dicens: Et sequatur me, ut propte eum omnia sustineas, & alias uirtutes addiscas, & hoc est sequi Christum. Sed fortē quæres, utrum sustinere martyrium propter Christum sit in præcepto. Respondeo, & dico, q. aliquid cadit sub præcepto dupliciter: uno modo absolute, alio modo secundum præparationem animi ad Deum. Cum ergo præceptū importat rationem debiti, illud absolute cadit sub præcepto quod est debitum propter aliquid præexistens, sicut præceptū de honorando parentes, uel de amando Deum. Sed quāque contingit, q. illud qd facit aliquid esse debitum nondū præcessit, sed potest occurrere: unde hoc accidit sub præcepto non absolute, sed secundū præparationem animi. s. ut homo hēat animum paratum ad faciēdum illud qd debitum redditur ex aliqua causa occurrente. Et hoc modo exponit Bea. August. in sermone domini in monte, & iterum ad Marcellinum, illa domini præcepta, quæ ponuntur Matth. 5. s. de ablatione rerum, & de percussione in faciem. Primo enim patientia de ablatione rerum est in præcepto secundum præparationem animi, unde ibidem dicitur. Et quicumque te angariauerit, id est iniuste te traxerit, & sine ratione uexauerit, ut ibidem exponit Chrys. uade cum eo alia duo. Augustinus in sermone domini in monte: Hoc utique monet non tam ut pedibus agas quā, ut sis paratus. Et similiter patientia de ablatione rerum cadit in præcepto secundum præparationem animi s. quia animus Christiani debet esse paratus magis sustinere rapiuam bonorum suorum, quā Christum negare, uel mortaliter peccare. Secundo patientia secundū præparationem animi de percussione in faciem cadit sub præcepto. ibidem cum dicitur: Si quis percusserit te in unā ma-

Patientia & martyriū sunt in præcepto secundū præparationem animi.

xillam, præbe ei, & alteram, quia scilicet si opus esset, & hoc salus aliorum exigeret, homo debet esse paratus ad hoc faciendum. Tertiò per hunc etiam modum debet esse de passione martvrij. Nam sustinere martyrium propter Christum secundum præparationem animi cadit sub præcepto, quia scilicet homo debet habere animum præparatum, ut prius permitteret se uccidi, quam Christum negaret, vel mortaliter peccaret, unde Ang. 13. de ciuit Dei sic ait: Cum dictum est homini morieris si peccaueris, nunc dicitur martyri morere ne pecces, sed illud quod oportet nos facere ne peccemus cadit sub præcepto, ergo angariatio, ablatio rerum, percussio facierum, passio martyrij debent esse in patientia secundum præparationem animi ex præcepto diuino, ut patet supra. Hec B. Tho. 4. quodlib. q. 20. utrum pati martyrium propter Christum sit in præcepto, in cor. q. & in solu. arg. Requ. infra Martyrium.

CAP. XI.

Tertio principaliter in uerbis prædictis, Matt h. 19. Si uis perfectus esse uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus: dominus concludit felicitatis, fructum dicens, & habebis thesaurum in cælo. In quibus, uerbis tanguntur de præmio eleemosinæ tria, scilicet primo præmij infallibilitas, ibi & habebis: secundo præmij copiositas, ibi, quia thesaurum, tertio præmij securitas, ibi, in cælo. Primo tangitur præmij infallibilitas: ibi: habebis. q. d. non de presenti, sed in futuro ex eleemosyna præmiaberis: nec præmium erit dubium, sed certum: unde habebis. Io. 21. Acquiesce igitur ei præcipue dando eleemosynam, & habeto pacem cum eo, & per hoc habebis fructus optimos. Secundo tangitur præmij copiositas. ibi: thesaurum. Super quo uerbo Chrys. in Homel. sic ait. In thesauro omni copiam & permanentiam diuitiarum ostendit. Sap. 7. Infinitus thesaurus est hominibus. Isaia. 2. Non est finis thesaurorum eius.

Tertiò tangitur securitas: ibi: in cælo.

q. d. vltima felicitas hois non est ponenda in hoc mundo, sicut patet supra beatitudo: sed in cælo. Ratio huius est, quia vera beatitudo consistit in cognitione diuine essentie, quæ in hac uita clarè, idest per essentiam uideri non potest sed in alia: ideo dicit in cælo. Actuum 17. Intendens in celum uidit gloriam Dei: unde super illo uerbo Lucæ. 18. Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. & habebis thesaurum in cælo. Titus sic ait: Queris quomodo sit possidenda uita æterna: sparge facultates pauperibus, & obtinebis illas: parua sunt, quæ impendis magna sunt, recipis. Unde dicit habebis thesaurum in cælo, & Matt. 19. Amen dico, uobis, quod uos qui reliquistis omnia, & secuti estis me sedebitis, &c. & in fine sequitur. Centuplum accipietis, & uitam æternam possidebitis. Vbi gratia prædictorum quæro tres quæstiones. Prima est utrum in ecclesia sit status perfectior statu Apostolorum. Respondeo, & dico, simpliciter quod non, quod probo triplici ratione. Prima est talis. Ille status ad quem licet transire à quocumque alio statu est omni alio statu perfectior, sed talis est status Papæ, & Episcoporum Apostolis succedentium: ergo &c. Secunda ratio, quæ est confirmatio præcedentis est talis. Ille status, qui requirit iam esse perfectum est perfectior illo statu qui requirit tendere ad perfectionem, sed status prælatorum requirit iam esse perfectum, quia prælatus debet esse perfectior subditis omnibus, status uero religiosorum requirit ad perfectionem tendere, ergo &c. Tertia ratio est talis. Sicut se habet bonus prælatus ad bonum religiosum, ita status prælatorum ad statum religiosorum, sed bonus prælatus in quantum huiusmodi excedit bonum religiosum, quod patet, quia bene sequitur est bonus prælatus, ergo est uir perfectus, sed dicendo est bonus religiosus non sequitur igitur, quod sit uir perfectus, sed tantum sequitur ergo exercet opera quibus tenditur ad perfectionem, ergo &c. Sed fortè argues in oppositum tali ratione. Vbi est maior recessus à temporalibus, & accessus ad Deum est maior perfectio, sed status nihil habentium in proprio, uel in communi, ut fratrum minorum, & huiusmodi magis recedit a temporalibus quam status

Status
Apostolorum
li. status perfectus.

Apostolorum in quo habebantur temporalia in communi, ut dicitur Actuum. 4. ergo &c. Respondeo, & dico: quod recessus à temporalibus, qui per se facit ad perfectionem est recessus mentalis: & talis debet esse tam in prælatis, & religiosis quàm in alijs adeo, quòd paupertas debet esse in electione, & desiderio: sed habere ius in bonis, & possessionib. pro utilitate communi debet eis esse impatientia. Recessus autem à temporalibus, quæ est carentia temporalium non est perfectio sed dissonans ad perfectionem: & quātum ad hoc licet status religiosorum secundum quid est perfectior: tamen status prælatorum simpliciter est perfectior. Hæc Godfridus Cancellarius Parisien 9. quodlibet. q. 10.

Secunda quæstio est utrum possessor diuitiarum absque difficultate possit intrare regnū cœlorum Respondeo, & dico, quòd multi fuerunt diuites, qui faciliter intrauerunt regnum cœlorum sicut Matthæus: Abraam: Zacheus: Dauid Propheta, & multi similes quos nullum dubium est regnum cœlorū intrasse. Et iō possumus dicere, ut dicit Hilarius: quod diuitiarum inordinate amatores, & inordinatè, uel indiscretè dispensatores, & iniustè acquirentes, & malè retentores: omnes tales non solum cum difficultate immo cum impossibilitate regnum cœlorū intrant. Magis. n. est impossibile omnes tales regnum cœlorum intrare: quia Camelum ire per foramen acus. Cuius rō, est, quia illud repugnat naturæ rei istud autem repugnat diuinæ iustitiæ. Sed diuitiarum possesores non amatores, sed dispensatores, & largitores: diuitiarum iusto titulo acquirentes non immerito sine difficultate regnum cœlorum intrant, ut per exemplū de multis patet, eò quòd omnes tales amorem diuinum præferunt amorì diuitiarum.

Tertia quæstio est, utrū relinquentes omnia propter Christum, & sequentes eū debeant cōsequi præmium Apostolorū. Respondeo, & dico, secundum Chrys. in Homel. quod saluator Apostolis relinquētib. omnia, & sequentib. eum, quia excelsiores erant nihil terrenū, & tēporale promisit, sed solū iudiciariam sedem eis offert, alijs aut relinquentibus omnia, &

sequentib. Christum, quæ tēporalia sunt promittit dicens. Centuplum accipietis, & postmodum vitam æternam possidebitis. Secundo secundum Origenem sic. Si quis reliquerit omnia bona temporalia vniuersaliter, & secutus fuerit Christū, quæ promissa sunt Petro & ipse recipiet, si autem non omnia, sed quædam reliquerit, & quædam sibi retinet, tunc quæ specialiter referuntur hic multiplicia recipiet, & post modum uitam æternam. Et Greg. 10. Moral. sic ait. Quisquis. n. stimulo diuini amoris excitatus hic possesora reliquerit, illic proculdubio culmen iudiciariæ potestatis obtinebit, ut simul tunc iudex cum iudice ueniat, qui nunc consideratione iudicij sese spontanea paupertate castigat. Et Aug. in lib. de pænitentia sic ait. In quo ergo numero iudicantium omnes intelliguntur, qui propter euangelium sua omnia dimiserunt, & secuti sunt dominum Et Hiero. super illo verbo. Matth. 19. & omnis qui reliquerit fratrem, &c. sic ait. Qui. n. propter fidē Christi ad prædicationem euangelij omnes affectus contempserunt, isti centuplum accipient & uitam æternam possidebunt. Augu. verò transferens se ad religiosos, & ad seruientes Deo in religione sic ait. 20. de ciui. Dei. Frequenter contingit, quòd tales de temporalibus etiam centuplum recipiunt hic, & in futuro uitam æternam, eo quòd tales quasi nihil habentes, & omnia possidentes, centuplum pro ipsa uniuersitate aliquando patiuntur. Tamen ut dicitur in decreto. c. 1. q. 6. Licet Episcopi sint pares meritis gradu tamen dignitatis differunt, unde & Augu. ut habetur ibidem, puto quòd sine vlla sui contumelia. Ciprianus episcopus Petro Apostolo comparetur, quantum attinet ad martyrij gloriam. Cæterum magis detereri debeo ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum Apostolatus principatu cuilibet episcopatu præferendum, sed & si distat cathedrarum gratia, una est tamen martyrij gloria. Hæc Augu. & habetur in decreto ubi supra patet. capit. 2. quæstio. 7. &c.

Retributio plen-
tis, & fu-
turæ ui-
tæ.

De errore.

CAP.

II.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit error.
- 2 Error, uel est culpa, uel est, pœna.
- 3 Peccatores quattuor modis errant.
- 4 Error in fide Trinitatis est omnium peccatorum grauissimum.

CAP. I.



ERROR. Circa errorem quattuor considerare debemus. scilicet quidditatem: deformitatem: varietatem: grauitatem: Primò circa errorem considerare debe-

mus quidditatem. Nam B. Augusti. in libro Encheridion diffiniens errorem sic dicit. Error est æstimatio, uel approbatio veri pro falso uel è conuerso: & certi pro incerto, uel è contra: unde errare est putare, uel æstimare, uel approbare uerum esse quod falsum est: uel esse falsum quod uerum est, uel certum pro incerto siue falsum, siue uerum sit. Vbi nota: quòd licet aliquis non possit errare nisi ex ignorantia. non est tamen conueniens ut contingat erret quisquis aliquid nescit: sed quisquis se æstimat scire quod nescit: & pro uero approbat falsum: & incertum pro certo talis errat: unde notitia carentia alicuius sine æstimatione falsi non est error: ergo per oppositum ignorantia alicuius cum æstimatione falsi est error: Hæc B. Thom. prima parte summae. q. 94. artic. 4. utrum primus homo in statu innocentie potuisset decipi, uel errare. Et Alex. secunda parte sum. q. 95. artic. 5. in solu. arg.

Error
vnpe p
ueniat.

Secundo circa errorem considerare debemus deformitatem. Est enim error; uel culpa, uel pœna, & ideò semper est malus: unde Augu. in lib. Encheridion sic ait. Ipse per seipsum error aut magnus in re magna: aut paruum in re parua semper est malum. Et iterum Augu. in lib. de utilitate credendi expressè dicit: quòd nullus error absque uitio esse potest. Et in lib. Encheridion: sic ait. Homines errant cum fallunt atque falluntur. Et subdit. Misericiores quidem sunt cum mentiendo fallunt. Cuius ratio est: quia fallere mentiendo est culpa: falli credendo est pœna. Et ideo maior est miseria fallere quàm falli. Hæc autem miseria. scilicet. deceptio actiua, uel passiua in Adam, & in posteris tempore innocentie non fuisset: quod tripliciter probo. Primo auctoritate beati Augustini sic dicentis. Vera pro falsis approbare non est natura hominis instituti, sed pœna damnati: sed talis pœna in eo tempore innocentie non fuisset cum non fuisset culpa: ergo nec deceptio aliqua, nec per consequens error. Secundo hoc idem probo ratione sic. Perfectio totius hominis ex superiori parte mentis pederat qua Deo permanente coniuncta in anima nulla deceptio esse potuit; ergo nullus error. Tertio hoc idem probo similitudine: quia sicut uirtus diuina succurrisset ne tempore innocentie homo primus in corpore laderetur: ita ne in mente deciperetur, & ideo nulla deceptio fuisset in eo ab intrinseco nec ab extrinseco. Sed forte argues in oppositum dupliciter. Primo, quia mulier seduxit uirum, & serpens mulierem; ergo &c. Respondeo, & dico, quod seductio illa secuta est ex peccato elationis, uel superbie, elationis. quædam mentem mulieris inuasit propter quam uerum esse credidit quod serpens suadebat; Secundo argues sic. In statu innocentie comedisset, & bibisset, ergo dormisset, & somniasset, sed in somno homo errat, quia anima adheret similitudini rei tanquam ipsi rei, ut dicit Augusti. 12. super Gen. ad litteram, ergo &c. respondeo, & dico, quod si aliquid representatum fuisset

Nulla
fuisset
dece.
ptio in
statu in
nocen-
tie.

set

set sensui, uel fantasie primi hominis aliter quàm sit in rerum natura: non tamen deceptus fuisset: quia per rationem veritatem diiudicasset. Hæc Beatus Thom. secundo scripto sent. distinct. 22. artic. 3. in cor. quæstio. & in solu. 1. & 2. argumen. Et iterum prima parte sum. quæst. 94. articu. 4. argum. contra, & in cor. q. & in solu. 2. & 3. argum.

CAP. III.



Circa errorem, tertio, considerare debemus varietatem. Nam peccatores quattuor modis errant, scilicet eligendo non eligenda quantum ad intellectum: appetendo non appetenda quantum ad affectum: faciendo non facienda quantum ad effectum: omittendo non omittenda quantum ad defectum.

Primò errant peccatores eligendo non eligenda: quantum ad intellectum: unde Sap. 5. Errauimus a via veritatis. scilicet deuiantes à via veritatis quæ ducit ad uitam: & lumen iustitiæ, scilicet ipsa iustitia quæ est lumen non illudit nobis ad subiiciendum, & obediendum Deo: & sol intelligentiæ, scilicet Christus non est ortus nobis per lumen fidei ad cognoscendum Deum, & eligendum bonum: ut Esau fecit qui primogenitis contemptis edulium lenticularum elegit.

Secundò errant peccatores appetendo non appetenda quàm ad effectum: sicut illi qui despectis æternis toto corde desiderant temporalia uana, & transitoria: unde Apostolus prima ad Timoth. 6. Radix omnium malorum cupiditas quam quidam appetentes errauerunt a fide: unde Aug. super Gen. ad litteram in Glo. sic dicit. Qui enim pecuniam appetit decipi, & capere appetit. Et subdit: tales errauerunt à fide omnino Christum deserentes.

Tertiò errant peccatores faciendo non facienda quantum ad effectum. Prou. 14. Errant omnes qui operantur malum. Vbi nota, quod quidam errant propter ignorantiam: quidam propter impotentiam: quidam propter malitiam: quidam per su-

perbiam. Primò enim per superbiam errauerunt philosophi de proprio ingenio confidentes: & ideò stulti, & reprobi facti sunt. Secundò per impotentiam, & fragilitatem errauit filius Prodigus: unde abiit in regionem longinquam. Tertiò per ignorantiam errauit Paulus: unde facilius misericordiam est consecutus, ut ipse dicit. Quartò per malitiam errauit Indas: & ideò per obstinationem mentis desperans abiit, & laqueo se suspendit.

Quartò errant peccatores omittendo non omittenda quantum ad defectum: unde Iob 15. non credat frustra errore deceptus: quasi dicat, non credat errore deceptus, quòd sine contritione, & confessione: eleemosyna, uel pecunia, uel aliquo precio temporali redimendus sit a pœna æternæ damnationis: dum enim homo manet in peccato mortali: esset error credere, quòd talis ultimò non damnetur: unde decipiuntur qui dicunt: non iudicabit Deus eos pro quibus redimendis Christus mortuus est. Hæc Petrus de Tharant. Requi. supra error, conscientie.

CAP. IIII.

Circa errorem, quartò, considerare debemus grauitatem. Nam error circa fidem trinitatis est grauissimum omnium peccatorum: unde Beatus August. in primo de Trinitate sic ait. Nec aliquid laboriosius queritur: nec utilius inuenitur: nec periculosius erratur. Cuius ratio est, quia Trinitas est fundamentum totius fidei quo destructo totum ædificium subruit: unde etià dicit Philosophus in principio cœli, & mundi: quod paruus error in principio maximus est in fine. Hæc Beatus Thomas. primo scripto sent. super prologum exponens prædictam auctoritatem beati Aug.

ibidem. Requi. infra Hæresis: & infra Infidelitas de grauitate

istorum peccatorum in
comparatione
ad alia.

De esse Dei.

S V M M A R I V M.

- 1 Proprium nomen Dei est, qui est.
- 2 Qui est, proprium Dei nomen est ratione infinitatis.
- 3 Decem sunt quæ Deus facere non potest, omnipotens tamen est.
- 4 Aeternitas conuenit soli Deo.
- 5 De aeternitate documenta sex.
- 6 Omnia sunt in Deo, & Deus in omnibus, & vbique at diuersimode.
- 7 Essentia diuina ab intellectu creato cognosci, sed non comprehendendi potest.
- 8 Solus Deus est immutabilis.
- 9 Omnis creatura sex modis mutari potest, Deus autem nullo modo.
- 10 Esse inter omnia nomina magis conuenit Deo.
- 11 Quæ nomina possumus Deo attribuire, & quæ non.

C A P. I.



ESSE DEI. Nota, q̄ inter omnia nomina: qui est: propriū nomen Dei est: hoc autem probo quatuor rationibus, scilicet ratione principiationis: infinita-

tionis: incommutationis: perfectionis. Primò qui est inter oīa nomina est proprium nomen Dei: ut patet Exod. 3. dixit dominus ad Moysen. Si quæsierint nomen meū dices: Qui est, mihi responde me ad te. Hoc autē probo rōne principiationis: Nā secundū Dionysium inter omnes diuine bonitatis participationes: sicut sunt viuere, intelligere, uelle, & huiusmodi, esse est

primum & quasi principium aliorū præhabens in se oīa prædicta secundū quendam modum virtutis: sed Deus est principium oīum aliorum, & omnia sunt unū in ipso: ergo nomen proprium Dei inter omnia alia est: qui est sicut dixit dominus ad Moysen, ubi supra: Hæc beatus Thom. primo scrip. sent. dist. 8. art. 1. in cor. q. in principio. Ad maiorem tamen euidentiā rationis prædictæ nota hic quinque.

Primum est, q̄ principium cōmunius est quā causa quod patet, quia aliquid est principium quod non est causa: sicut principium motus dicitur terminus, & tamen nō est causa motus. Et similiter punctus est principium lineæ: non tamen est causa lineæ: causa autem in plus se habet: quā principium non tamen ē conuerso, ut patet. Hæc B. Tho. in scripto Metaphysicæ lib. 5. ca. 1. in principio. Sic Deus non est principium solum: sed primum principium prima omnium causa.

Secundū est, q̄ primum dicitur esse id ante qđ nihil est, & post quod aliud est: sic Deus est primum principium ante quod nihil est, & a quo omnia sunt.

Tertium est, q̄ Deus non est primum principium ante qđ nihil sit affirmatiuè: ita q̄ nihil sit ante Deū, & Deus ex nihilo processerit. Tū quia si Deus hēret principium non esset primum principium. Tum quia non esset ex seipso, sed esset dependens ab alio: tum quia omne quod est ex nihilo, est possibile esse, & non esse: & ex se est nihil, & sic Deum nō esse necesse est, qđ falsum est. Tū quia nihil nullius rei potest esse causa fundamentum, uel radix. Ergo cum dicitur ante Deum nihil est: nō intelligitur positiuè, uel affirmatiuè, ut patet hic per quattuor rationes, sed intelligitur priuatiuè, uel negatiuè. Priuatiuè quidem, ita q̄ Deus qui est primum principium ordine prioris: nihil penitus habet ante se quod in potentia ad esse se habeat: ita q̄ Deus ex priuatione nō processit. Negatiuè uerò: quia eius esse nunquam negari potuit.

Quartum est, q̄ causa prima a duobus videtur imponi. scilicet a prioritate, & causalitate: primò a prioritate, & sic Deus est primum principium. Iohan. 8. Ego principium qui & loquor vobis. Ratione autē prioritatis sequuntur quattuor. Primum est

Quo
Deus
primū
princi-
pium.

Quo
prima
causa.

est: quod esse Dei in nullo alio ante se vnquam potuit radicari. Vnde Isaia 43. Ante me non est quicquam: vel ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Ex quo sequitur secundum quod est quod Deus ex quo est principium non habet esse nisi a se ipso. Ex quo sequitur tertium. scilicet quod esse Dei non dependeat ex alio. Ex quo sequitur quartum. scilicet quod Deus cum sit primum principium sit fons omnis esse: & quod omne esse est ab ipso, & quod omnia reducuntur ad ipsum. Secundò causa prima dicitur a causalitate: vnde, n. dicit Boetius. Causa est ad quam sequitur effectus: & hoc quattuor modis: aut necessitate: aut libera voluntate: aut similitudine, aut dissimilitudine. Deus igitur non est causa rerum necessitate, sed libera voluntate. Hec Albertus in commento secundi libri de causis: ca. 4. quid sit causa primaria. Et ibidem primò lib. ca. 8. qualiter primum principium dicatur primum principium. vnde Apostolus ad Ro 11. volens ostendere quod Deus est causa efficiens exemplaris & finalis omnium dicit. Ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quæ quidem verba dicuntur de tribus personis non propriè, sed appropriatè. quod patet, quia non sic sunt omnia a patre vel ex patre: quod non ex filio & ex spiritu sancto. nec sic per filium ac non sint per patrem & spiritum sanctum: nec sic sunt omnia in spiritu sancto ut non sint in patre & filio: sed hæc dicuntur de tribus personis appropriatè. quod patet: quia istæ tres præpositiones ex: per: & in, important vel dicunt tres causas: Prima. n. præpositio ex, importat habitudinem efficientis ad effectum: efficere autem est potentiæ: potentia autem attribuitur patri: & cum dicitur ex ipso intelligitur ex patre tamquam ex causa efficiente. Super quo verbo Aug. sic dicit. Attendendum est, etiam quod non ait de ipso, sed ex ipso. quod .n. de ipso est potest dici & ex ipso, sed non omne quod est ex ipso potest dici esse de ipso: quia non est de substantia sua: verbi gratia Ex ipso scilicet Deo patre sunt cælum & terra: quia fecit ea non autem de ipso: quia non de substantia sua sicut aliquis homo si generat filium & faciat domum: ex ipso est filius ex ipso est domus: sed filius de ipso: domus verò de terra & ligno est. Secunda præpositio. scilicet per

dicat habitudinem exemplaris ad exemplatum imaginis ad imaginatum, & quia filio attribuitur esse exemplar, & imago patris: ideo cum dicitur per ipsum intelligitur per filium tamquam per causam exemplarè. Tertia præpositio. scilicet in dicat habitudinem cōseruatis ad cōseruatū, quia bonitatis est cōseruare: bonitas autem attribuitur spiritui sancto. Ideò cum dicitur in ipso sunt omnia, intelligitur quod in ipso. scilicet in spiritu sancto sunt omnia: sicut in cōseruante omnia. scilicet quæ cōdidit. scilicet omnes naturas non autem omnia quæ odit ut peccata quæ naturam non seruant: sed viciant, & annihilant quæ non ex Deo, sed ex voluntate peccatoris nascuntur.

Quintum est: quod proprietates, & conditiones causæ primariæ sunt quattuor. Prima est: quod causa primaria prius influit: quod patet: quia non influente causa secunda influit causa primaria. Secunda cōditio est: quod causa primaria plus influit super suum causatum, quam causa secunda: quod et patet: quia sicut causa secundaria non habet entitatem nisi a prima: ita & nec virtutem influentiæ, vel operationis nisi a prima causa. Causa autem primaria sicut non dependet in sua entitate a secunda causa: ita & nec in virtute. Tertia cōditio, vel perfectio est: quod causa primaria eminentius vel nobilius influit, quam causa secundaria. Cuius ratio est: quia causa primaria comparata ad causam secundariam est tantum causa, vel habet rationem solius causæ: causa autem secundaria comparata ad primariam est tantum effectus: est enim causa secundaria de causatis causæ primariæ. Quarta perfectio, vel cōditio eius est: quod primariæ causæ influentia, vel impressio ab effectu tardius recedit: quod dupliciter patet.

Primò: quia subtrahente causa secundaria actionem suam a causato: primaria causa non subtrahit. Secundò: quia videmus eaque sunt priora in compositione: esse vltima in resolutione. Similiter, illud quod primò aduenit vltimò decedit: ut patet de corde hominis quod primò nascitur, & vltimò moritur. Hæc Albertus super commentum lib. de causis: lib. 2. cap. 5. in principio. Et Beatus Thomas in scripto super librum de causis: propositione pri-

Quatuor proprietates primariæ causæ.

CAP. II.

prima in principio. Hæc autem quattuor perfectissimè conueniunt Deo. Primò. n. Deus prius omnibus operat: vnde Greg. Nisi enim prius intus adsit gratia saluatoris: in uanū laborat exterius lingua doctoris: vnde ipse præuenit diligendo: eligendo: vocando: prædestinando: vnde prima Iohannis 4. Ipse prius dilexit nos. ex qua directione secuta sunt hæc omnia. s. electio: vocatio: iustificatio: prædestinatio. Et Apostolus ad Roman. 11. sic ait. Quis prior dedit ei, & retribuetur ei? q. d. quis dedit ei. s. antequam præueniretur ab eius gratia: dedit fidem: opera bona, & omnia supradicta. q. d. nullus: immo ipse prior dat omnibus. Requi. infra Gratia præueniens.

Secundo Deus plus omnib. operatur: quod dupliciter probo: primò quia sicut nulla creatura habet esse sine Deo: ita nec operari. Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Sicut. n. palmes non potest à semetipso facere fructum nisi in vite manserit, & de radice vixerit: sed arescet & foras in ignem mittetur: ita si quis in me nō manserit &c. Vnde sicut Deus operatur in nobis velle, & proficere. s. meritoriè: ita etiam cogitare: quia sicut dicit Apostolus 2. ad Corint. 3. Non q̄ sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: secūdo q̄ Deus plus omnibus operetur probo sic. Quia plus vel maius est producere totum quam partem: sed Deus ex se totū producit, & facit: ita dicitur Ioan. 7. Totū hominem saluum fecit in sabbato.

Tertiò Deus eminentius, vel nobilius omnibus operatur: quod patet: quia isti actus, s. creare: iustificare: grat. ficare: saluare conueniunt soli Deo Isaia. 43. Non est absq; me saluator: quod idem de alijs actibus probari potest.

Quartò, & vltimò Deus sicut prius operatur: ita vltimo separatur à nobis: immo nunquam Deus separatur, vel recedit à nobis: nisi nos prius per peccatū mortale recedamus ab eo; vnde Ioan. 15. Manete in me, & ego in vobis. Et iterum ibidem. Qui in me māserit, & ego in eo. Vbi Alchimus sic dicit. Qui in me manserit credendo: obediendo: perseverando: & ego in eo illuminando: subueniendo: & perseverantiam dando.

SECVND O istud nomen: qui est: inter omnia alia nomina diuinā bonitatem participantia est proprium nomē Dei ratione infinitationis sic. Illud nomen quod dicit absolutum, & non determinatum per aliquod aliud: est propriū nomen Dei qui est absolutus, & infinitus: sed tale nomen est: qui est, ergo &c. Ex his verbis potest ostēdi q̄ qui est: est proprium nomen Dei duplici ratione s. ratione significationis: & cognitionis. Primò ratione suæ significationis sic. Omnia alia nomina quæ dicūt de Deo: sicut verum: bonū: vnum: sapiens & intelligēs: volens: & huiusmodi, significant aliquod esse Dei secundū rationem determinatā, & superadditā: sed qui est: signat esse non determinatum p̄ aliquid aliud: sed absolutum, & infinitum: ergo &c. Secundò ratione nostræ cognitionis sic. Nos nō possumus res nominare nisi sicut eas cognoscimus: sed in statu viæ de Deo nō cognoscimus quid est, sed solū quia est. vnde Damasc. dicit: q̄ qui est: non signat quid est Deus. sed quoddam pelagus substantiæ infinitum: quasi nō determinatam substantiam: q̄ patet ex modo, vel ex gressu, & ordine nostræ cognitionis. Nam quando in cognitione Dei procedimus per viam remotionis: primò negamus ab eo corporalia: secūdo intelligibilia prout inveniuntur in creaturis: vt sunt bonitas: sapientia, & huiusmodi: tertiò in intellectu nostro remotis prædictis de Deo solū remanet: quia est. Hæc B. Tho. primo scripto sens. dist. 8. artic. 1. in cor. quæst. & in solu. 4. argum.

Ad maiorem tamen euidētiā prædictorum est notandum, q̄ ratione suæ infinitatis quattuor sunt inter alia quæ conueniunt soli Deo: primum est immensitas potentiae: secundum est æternitas permanētiæ tertium est incircumscriptibilitas continentiae: quartū est incomprehensibilitas notitiæ. Primum est immensitas potentie: ita q̄ Deus ratione suæ infinitatis est immensurabilis: interminabilis: incircumscribibilis, incomprehensibilis. Primò enim soli Deo conuenit immensitas potentiae. Est enim solus Deus omni

potens. Ratio autem diuinæ omnipotentia. s. quare ipse dicatur omnipotens assignatur a quibusdam quattuor modis.

Primò enim quidam dicunt, q̄ Deus ē omnipotens: quia ē infinitus qđ sic probant. In Deo est essentia & potentia: sed essentia Dei est infinita: non quidem infinita priuatiuè: quia infinitū priuatiuè dicit imperfectionem: eò quod infinitum priuatiuè est quod natum est finiri non tamen finitum: sed est infinita negatiuè: scilicet, per abnegationē finis, & sic dicitur infinitum id cuius non est finis. Hoc modo essentia Dei est infinita qđ patet: q̄ nullo mō finitur. s. neq. in subiecto: quia in nullo recipitur neq. principio: nec tempore nec uirtute: ergo si essentia est infinita ui patet ergo potentia Dei est etiam infinita: sed isti non rationem sed causam omnipotentia assignēt.

Secundò quidam alij fuerunt dicētes: q̄ Deus ideò est omnipotens quia non potest pati. cogi. nec impediri: nec ab aliquo adiuuari. Primo enim non potest pati. dicit Hugo. de sancto uictore in sententijs suis: q̄ omnipotentia Dei est duplex: una ad aliquid faciendum: alia ad nihil patiendum. Secundo quia non potest ab aliquo cogi. dicit Aug. in encheridion. Omnipotens deus dicitur: quia uoluntas eius cogi non potest.

Tertiò quia non potest impediri: dicit Aug. ibidem: omnipotens dicitur, quia uoluntatis eius non impeditur effectus.

Quarto quia nō indiget ab aliquo ad iuari. Aug. in lib. de simbolo sic dicit. Omnipotētem Deum dicimus, quia omnia faciens factus non est & ideo omnipotens, quia ex nullo fecit quæcunque fecit. Similiter isti insufficiens de ratione omnipotentia sunt locuti, eò q̄ omnia supradicta non ad rationem sed ad perfectionem potentia pertinent. Quidem uero dixerunt quod deus ideò est omnipotēs: quia potest quicquid uult. Aug. in encheridion dicit. Non ob aliud uocatur Deus omnipotēs nisi quia quicquid uult potest sed nec, isti assignauerunt rationē diuinæ omnipotentia. sed signū omnipotentia scilicet uoluntatem Dei. Et ideò quarto modo & uero deus omnipotens dicitur quia potest omnia quæ sunt possible secundum se. Hæc B. Tho. in quæ

stionib. disputatis de potētia Dei. q. 1. art. 7. in cor. sol. Quod autem Deus sit omnipotens isto mō scilicet quod omne possibile, & factibile potest probare tripliciter scilicet auctoritate: ratione sufficienti diuisione. Primò probare auctoritate duplici scilicet fidei articulo, & Angeli testimonio: primo fidei articulo. Nam fide tenemus Deum esse omnipotentem, ita dicitur in simbolo Apostolorum credo in deū patrē omnipotētem: &c. scđo hoc idē patet Angelico testimonio. Lucæ. 1. Non est inquit impossibile apud Deū omne uerbum. Secundo probare hoc idem ratione Hugonis de sancto uictore: qui de omnipotentia Dei sic dicit. Si æternitatem dei nō æquat tpus: nec immensitatem locus: nec sapientiam: sensus: nec bonitatem uirtus sed nec potētiā opus: excedit. n. in infinitū Dei omnipotētia ipsum opus. Tertio hoc idem probare per locū a sufficienti diuisione sic. Quod enim effectus aliquis potentia agentis non subest, ita q̄ potentia agentis effectum non possit producere: contingit solum propter tres causas scilicet ppter dissimilitudinē: celsitudinem: ineptitudinem. Primò propter dissimilitudinē, quia omnis effectus qui cum agente affinitatem uel similitudinē non habet non subest potentia agentis. cum omne agens aliquo modo agit in sibi simile: sicut exemplo patet, quia uirtus quæ est in semine oliuæ non potest producere pirum uel alborem aliam. Similiter uirtus quæ est in semine hominis nō potest producere brutum uel plātam sed hominem qui sic. qui tamen prædicta excedit: hoc mō scilicet propter dissimilitudinē esse diuinum, & esse aliorū a Deo nihil ē impossibile Deo, eò quod oē ens in quātū habet esse est ei simile. Secūdo impeditur potentia alicuius agentis propter celsitudinem. Nam quando effectus excellit uirtutem causæ non subest potentia eius Sicut uerbi gratia. Virtus actiua corporalis non potest producere substantiam separatam propter excellentia eius. Similiter nec isto modo limitatur uel minuitur omnipotentia Dei: eò quod Deus oīa entia in bonitate & perfectione excellit. Tertio modo impeditur potentia alicuius agentis propter limitationem: puta quando aliquis operatur per artem

excellit
errorē
de omni
potētia
Dei.

que respicit certam, & determinatā materiam: tunc ita limitatur ad illam materiam q̄ non potest in aliam: sicut exemplo patet. Carpentarius enim non potest facere ferram: quia sua arte non potest agere in ferrum quo fit serra, sed in lignū. Similiter nec hoc modo Dei omnipotentia impeditur, uel limitatur eo q̄ cum Deus sit causa materiæ quæ non potest nisi per creationem produci, ipse in agendo materiam non requirit: unde manifeste patet, q̄ diuina potentia seu uirtus ad aliquem effectum non limitatur neq; determinatur: ut quidam hæretici posuerunt dicentes: q̄ Deus producit primum: & illud aliud & descendēdo gradatim: sed simpliciter omnia potest. Hæc B. Thom. contra gentiles lib. 2. c. 22. iuxta finem.

Omni
potētia
Dei nō
pōt im-
pediri.

Omni
potētia
Dei non
īcludit
imperfe-
ctionē.

Quarto probo hoc idem auctoritate Anselmi sic dicentis. Deus est quo maius excogitari nō potest. Maius autem est omnipotentiam habere quā aliquam potētiā habere cui aliquid de plenitudine potētiæ desit: ergo relinquitur Deum esse omnipotentem. Sed fortē dabis instantiam in actib. corporalibus, culpabilibus & pænalibus. Primo in actibus corporalibus. Non est omnipotens, quia non omnia potest, sed Deus nō potest ambulare: currere, uel moueri, uel si est omnipotēs potest hæc. Respondeo, & dico: q̄ cum ista non sint perfectionis, sed indigentia, uel imperfectionis nō conueniūt diuinæ potētiæ, & iō non sunt ei attribuenda. Secundo dabis instantiam in actibus culpabilibus sic. Deus non potest mentiri: peccare & huiusmodi: ergo non omnia potest, Respondeo & dico, q̄ ista attribuere diuinæ potētiæ est detrahere eius omnipotentia, eō quod ista posse non est posse, sed deficere a posse. Tertio argues in actibus pænalibus sic. Nam Aug. in lib. de simbolo sic dicit. Deus non potest mori uel falli: uel uinci: uel miser fieri: ergo non potest omnia. Respondeo quattuor modis: primo quod nullum passium, nullū materiale, nullum inordinatum, nullum priuatum est Deo attribuendum, eō quod talia omnia non potentiam sed defectū potētiæ dicunt: secundo, quia hæc omnia non attribuuntur Deo per modum subiecti, sed per modum efficientis: unde licet Deus non possit ista in se suscipere:

potest tamen efficere, quia potest in aliis efficere mortem, & miseriam & huiusmodi: tertio, quia diuina potentia potest in quosdam actus eliciendo ut in actus bonos: in actus uero malos non potest Deus eliciendo eos: sed ordinando: quarto quia quidā actus sunt qui non imponentur ab effectu, uel actu, sed a defectu: ut peccare: fornicari: & mentiri: & huiusmodi: & ideo non attribuuntur diuinæ potētiæ, ut ordinanti.

C A P. III.

AD maiore tamen euidētiā prædictorum est sciendum, quod quamuis Deus sit omnipotens: aliqua tamen dicitur non posse facere. Primo, n. Deus nō potest augeri: uel minui, uel alterari uel generari, uel corrumpi: uel deficere: uel fatigari, eō quod oīa talia insunt per defectum uirtutis. Similiter Deus nō potest uinci uel uolentiam pati: uel pænitere: uel irasci: uel cōtristari, eō quod oīa talia passionem & defectum sonāt, quæ nō cadunt in Deo. Similiter Deus non pōt obliuisci eō qđ obliuio est per defectum scientiæ. Similiter quia potētiæ actiue obiectum & effectus est ens actu: Deus nō potest facere quod non potest esse: & contradictoria non possunt simul esse: Deus contradictoria non potest facere, .s. idem simul esse & non esse, quia nulla potentia operationem habet ubi deficit rō obiecti sui, sicut uisus non potest uidere deficiente uisibili in actu: & ideo non potest contraria facere esse simul, ut patet. Similiter non potest facere opposita simul in esse eidem: secundum idem: puta quod aliquid simul sit uidens & cæcū & album & non album eō q̄ in cōtrariis, & priuatiue oppositis includitur contradictio. Similiter nō potest rem aliquam facere sine aliquo suorum principiorum essentialium, puta quod sit homo, & non habet animam: eō quod non potest facere rem simul esse & non esse. Similiter non potest facere quod præteritum non fuerit, quia hoc cōtradictionē implicat. Cuius rō est: quia eiusdem necessitatis ē aliquid esse dum est: & aliquid fuisse dū fuit. Similiter non potest facere q̄ aliqd sit

fit sibi æquale: quia non potest facere, & aliquid factum non dependeat ab eo: eo quod non dependere est contra rationem facti. Similiter non potest facere, quod aliquid conseruetur in esse sine eo, quia conseruatio vniuscuiusque rei dependet a sua causa qua remota remouetur effectus. Si similiter cum Deus sit agens: per intellectum, & uoluntatem: primò inquantum est agens per intellectum: non potest facere, quod se facturum non præsciuit: nec potest dimittere quæ se facturum præsciuit, & breuiter non potest quicquid implicat contradictionem terminorum, ut putà omnia impossibilia.

Secundò inquantum Deus est agens per uoluntatem, quædam Deus de necessitate uult nec potest ea non uelle. ut se esse: se esse bonum, se esse Beatum. Et idèd oppositum istorum non potest facere, scilicet se non esse: se bonum non esse: se Beatum non esse. Cuius ratio est, quia sicut Deus non potest nolle quod est necesse esse, ita non potest uelle quod est impossibile esse. Nam quod necesse est esse sicut Deum esse se Deum bonum esse &c. impossibile est non esse. Et quod impossibile est esse sicut Deum non esse: uel Deum bonum non esse, uel Deum Beatum non esse: necesse est non esse. Similiter quia Deus agit per uoluntatem quæ non est mutabilis, idèd non potest facere, quæ facere non uult: nec potest dimittere quæ facere uult. Hæc Beat. Thom. contra gentiles libro 2. ca. 24. per totum.

Deus
quædā
necessa-
riò uult.

Sed fortè quæres quare Deus non dicitur omniuolens, sicut omnipotens, & omnisciens. Respondeo breuiter, & dico, quod Deus dicitur omnipotens, quia omne possibile potest & omnino, idest perfectè potest, & necesse potest. Similiter dicitur omnisciens, quia omne scibile scit, & perfectè scit, & necessariò scit. Sed non dicitur omniuolens, quia non omne uolubile, uel uolibile omnino, idest de necessitate uult. omne enim bonum possibile Deo est uolubile: non tamen omne bonum possibile uult omnino: hoc est cum effectu. Nam omne bonum possibile Deo, uel simpliciter non uult esse, uel non uult de necessitate esse.

CAP. IIII.

Secundò conuenit Deo ratione sue infinitatis æternitas permanentiæ. Nam solus Deus simpliciter est æternus, hoc autem probo quattuor modis.

Primò auctoritate. Nam in Symbolo Athanasij dicitur. Aeternus pater, æternus filius, æternus spiritus sanctus. Hæc B. Thom. prima parte sum. quæst. 10. art. 2. argumen. contra. Sed fortè dices nūquid tres sunt æterni. Respondeo, & dico, quod quædam dicunt substantiam substantiuè: & ista semper singulariter accipiuntur, ut deus: unde tres personæ: non sunt tres dii, sed unus deus. Quædam uerò significant substantiam adiectiuè, ut uerba, & participia, & talia aliquando possunt prædicari in plurali numero: unde dicitur ego & pater unum sumus. Hoc ergo nomen æternus potest accipi dupliciter: uel substantiuè, uel adiectiuè. Si sumatur substantiuè tunc prædicatur solum in singulari numero de tribus, & non in plurali: & sic accipit Athanasius dicens, & tamen non tres æterni, sed vnus æternus. Si uerò sumatur adiectiuè: sic prædicatur de pluralibus, & est sensus, quod pater filius, & spiritus sanctus sunt tres quibus conuenit æternitas. Licet ergo æternus substantiuè sumptum solum prædicetur in singulari: tamen coæternus semper debet prædicari pluraliter propter habitudinem personæ ad personam quam importat hoc nomen coæternitas. Hæc Beat. Thomas, primo scripto senten. distinctio. 19. artic. 2. in cor. quæst. & in solu. 2. argum. per totum.

Scdm
admirā
dum M.
D.

Quo v-
nus eter-
nus, uel
tres eter-
ni.

Secundò, quod deus sit æternus probo duplici ratione. Prima ratio est talis. Sicut ratio temporis sequitur motum, ita ratio æternitatis sequitur immutabilitatem, sed deus maximè, immo solus est immutabilis, ut patebit infra, ergo maximè competit sibi esse æternus. Ibidem prima parte summæ. quæst. 10. articulo secundo in cor. qd. Secunda ratio est talis. Aeternum est esse interminatū, sed solus deus est huiusmodi: ergo &c. Ibidem primo scripto distinctio. octaua, art. secundo, argum. contra. Tertiò hoc idem, scilicet quod deus est æternus probo sufficenti diuisione sic.

EE

Quæ-

Quædam enim sunt quæ habent principium, & finem sicut tēpus, & omnia temporalia generationi, & corruptioni subiecta. Quædam uerò sunt quæ principium habent non finem, ut substantiæ spirituales, ergo instat tertia differentia, vel diuisio, scilicet quòd quædam sunt quæ nec principium nec finem habent, ut Deus. Nam deus eò quod non habet principium in suo esse nihil habet de non esse admixtum: & quia nihil habet de non esse in suo esse admixtum sequitur, quod sit sine principio, & fine. Quarta autem differentia, uel diuisio, scilicet non habere principium, sed habere finem est impossibile. Cuius ratio est, quia aut tale poneretur esse creatum: aut non creatum. Si poneretur creatum iam est, & habet principium: & ideo non est æternum: si ponatur non creatum cum tale nihil habeat de non esse admixtum, ut patet: ergo tale erit æternum: nullo ergo modo quarta differentia potest poni.

Quartò, quòd deus sit æternus probò conuenienti diffinitione. Nam Boetius s. de consolatione in fine æternitatem diffiniens dicit. Aeternitas est interminabilis uitæ tota simul, & perfecta possessio.

Diffinitio æternitatis.

Ad cuius diffinitionis euidenciam est sciendum, quod deum esse æternum, siue æternitatem Dei cognoscimus quinq; modis, scilicet quia caret omni terminatione, diminutione, successionem, compositionem, & inquietationem. Primò cognoscimus æternitatem dei, quia caret omni terminatione. Ideò dicitur in diffinitione Boetij interminabilis quod negationem importat, licet enim negatio non sit de essentia rei: tamen quia principia per negationem diffiniuntur, sicut dicimus, quòd punctus est cuius pars non est. ideo cum in cognitione simplicium, & maxime Dei non possumus venire, nisi per remotionem, uel negationem compositionis. Ideò dicit interminabilis quod negationem utriusque, scilicet principij & finis importat, ad differentiam eorū quæ terminantur ex parte ante, & ex parte post, scilicet eorū quæ principium habent, & finem quale est tempus, & omnia generabilia, & corruptibilia, & ad differentiam eorū quæ habent principium, & non finem: sicut sunt substantiæ separatae, &

animæ. Hæc Beatus Thomas, prima parte summæ. quæst. 10. art. 1. in solu. 1. arg. per totum. Subditur autem uitæ. & non esse interminabilis, s. interminabilis uitæ, & non interminabilis esse propter quatuor rationes.

Prima est, quia uiuere sumitur hic largè ad omne esse: secundum quod dicit Aug. quòd quolibet mutatio creaturæ, quædam, uel aliqua mors est.

Secunda ratio est, quia in deo qui est solus æternus, esse, & uiuere sunt idē omnino.

Tertia ratio est, quia uiuere magis habet rationem actus, uel magis quodammodo extendit se ad operationem quàm esse. Ibidem prima parte summæ, q. 10. art. 1. in solu. 2. argum.

Quarta ratio est, quia in quibusdam, ut in corporibus cœlestibus est ex parte post interminabilitas essentia, sed non uitæ: unde ad differentiam eorū auditur uitæ. Secundò æternitatem dei cognoscimus, quia caret omni diuisione, vel diminutione: unde in diffinitione eius subditur tota quod ponitur propter duas causas: prima est ad ostendendum perfectionem æternitatis. Nam totum non dicit compositum ex partibus, quia tunc non conueniret æternitati, quæ est maxime simplex, sicut eius essentia: sed totum dicit ibi non esse diuisum, neque diminutum, sed esse perfectum cui nihil deest: & hoc est ad differentiam successiuorū quæ non habent esse, nisi secundum aliquid sui, ubi supra, in solu. tertio argum. & primo scripto, ubi supra, in solu. quarto argum. secunda causa quare ibi ponitur tota est, quia in quibusdam est indeterminabilis uitæ possessio, sed tamen non tota, ut in animabus beatis ante iudicium quarum est beatitudo secundū partem animæ non corporis ad quarum differentiam dicitur tota. Tertiò æternitatem cognoscimus quia caret omni successionem: & ideo in eius diffinitione ponitur simul, quòd quidem aduerbium non dicit ibi conuenientiam aliquorum secundum situm, uel locum, uel tempus, sed ibi negationem dicit omnis successionis ad ostendendum, quòd in æternitate nulla est successio, & per hoc diuiditur æternitas a motu, & à tempore quæ si semper fuissent, & semper futura essent semper partium successionem

Quò totū æternitati conueniat.

tionem includunt: primo scripto, ubi sup. in solu. 4. argumen. & prima parte summe: ubi sup. in solu. 5. arg. Quarto æternitatem cognoscimus, quia caret omni compositionis imperfectione: & ideo in eius diffinitione ponitur perfecta: ad excludendum ea quæ habent esse participatum, & non sunt suum esse, quale est esse angelorum. Licet enim esse angelorum sit interminabile, & inuariabile, tamen compositionem habet, qui sicut dicit Boetius: esse angelicum compositum est ex eo quod est, & quo est. Vel dicit perfecta ad excludendum nunc temporis primo scripto ubi supra, in solu. 5. argum. Quinto eternitatem cognoscimus, quia caret omni inquietatione: & ideo in eius diffinitione ultimo ponitur possessio: & hoc propter duas causas.

Prima est ad significandum immobilitatem: & indeficientiam æternitatis: unde quia illud possidetur quod firmiter, & quietè habetur ideo usus est nomine possessionis, & sic Deus plenè, & quietè uitam suam dicitur possidere, quia nulla inquietudine molestatur, primo scripto ubi supra in solu. 6. argum. & prima parte ubi supra, in solu. 6. argu.

Secunda ratio quare dicitur possessio est, quia in quibusdam est interminabilitas uitæ, tamen cum miseria, & infelicitate, inquietudine. ut in dæmonibus, & damnatis, & ideo ad significandum, quod Deus ad libitum cum quietudine, & felicitate maxima habet indeficientiam æternitatis ideo dicitur possessio.

C A P. V.

AD maiorem tamen euidenciam. ea præcedentis: nota hic sex. Primum æternitatis est mensura actus existentis extra terminos. Potest autem aliquid esse extra terminos quattuor modis.

Aliquid extra terminos quattuor modis. Vno modo quia secundum se totum non includitur intra duos terminos intraneos qui sunt sibi secundum se terminus, & principium totius durationis sed tamen unaqueque pars signata inter tales terminos: & sic fuisset de tempore si mundus ab æterno fuisset.

Secundo aliquid dicitur esse extra ter-

minos, quia non habet duos terminos intraneos in quos sicut inter duo indiuisibilia terminantia ipsum, & a parte ante, & a parte post includatur: natum est tamen secundum quandam coexistentiam incipere, & fieri cum actu habente tales terminos. Et tale est esse substantiale angeli quod est indiuisibile, & absque successione, & ideo non est esse angeli actus inclusus inter duos terminos intraneos in quorum uno incipiat, & in alio terminetur: alioquin eius esse esset diuisibile in plura successiua. Virtute tamen diuina posset per quandam coexistentiam incipere, & fieri actu habente tales terminos, quia si Deus uellet, posset creare unum angelum qui coexisteret uni Diei, & non plus: ita quod per quandam existentiam in primo nunc illius diei haberet primo esse, & in ultimo haberet non esse.

Tertio modo dicitur aliquid esse extra terminos, quia nec secundum se totum nec secundum aliquam partem sui includitur intra aliquos terminos extraneos: nec etiam natum est quacunque uirtute incipere, & fieri quacunque uirtute secundum quandam coexistentiam cum aliquo habente plures terminos. Et sic esse angeli esset extra tales terminos si necessitate naturæ Deus produxisset eos ab æterno nec potuisset eos non producere nec non conseruare sicut æstimati sunt aliqui Philosophi, secundum autem veritatem esse diuinum sic tantum est extra terminos. Quarto modo dicitur aliquid esse extra terminos, quia nec secundum se totum nec secundum partem includitur intra aliquos terminos nec etiam habet incipere, uel fieri per quandam coexistentiam cum habente tales terminos, nec est sibi, uel subiecto aliquid in futurum quacunque potest accidere, uel accrescere propter hoc quod quicquid est perfectionis in quocunque simpliciter comprehendit. Et sic esse extra terminos, & quo ad entitatem, quia ad nullam speciem, uel genus entis limitatur: & quo ad durationem, quia nihil ei, uel intra essentiam suam vel ut subiecto potest accrescere in futurum est proprium Dei. Et sic patet quid est æternitas. Requirit diffinitionem æternitatis. c. præcedenti immediatè. Hæc Her.

Quæ sunt de ratione æternitatis. Deus primo scripto senten. distinct. 8. Secundum est: quod de ratione æternitatis sunt inter alia tria. scilicet immutabilitas, interminabilitas, stabilitas. Primum est immutabilitas. Nam æternitas immutabilitatem consequitur: unde quia solus Deus est immutabilis: alia uero secundum, quod immutabilitatem participant secundum hoc æternitatem fortiuntur.

Primū. Vbi nota, quod aliqua habent immutabilitatem tripliciter. Primo quantum ad entitatem, quia nunquam desinunt esse, ut terra de qua dicitur: terra autem in æternum stat. Secundo quantum ad durationem, ut stellæ celi, & alia incorruptibilia in natura, uel in essentia sua. Tertio quantum ad operationem, ut angeli, & Beati qui uerbo fruuntur. Nam quantum ad uisionem uerbi non sunt in sanctis volubiles cogitationes: ut Augustinus dicit. 15. de Trinit. unde, & videntes Deum dominum habent vitam æternam, eod quod in tali uisione nulla potest esse successio. Iohan. 17. Hæc est vita æterna. &c. Hæc beatus Thomas prima parte sum. quæst. 10. articulo tertio in corp. q. per totum. Secundum quod est de ratione æternitatis est interminabilitas, ut patet ex diffinitione posita. capit. præcedenti.

Secundū. Vbi nota, quod interminabilitas conuenit aliquibus duobus modis. scilicet simpliciter, & perfectè, & secundum quid, & participatè. Primo modo interminabilitas conuenit alicui simpliciter, & perfectè, & absolute & sic conuenit Deo: unde Deus qui est omnimodo interminabilis est ipsa æternitas. Secundo modo interminabilitas conuenit etiam aliquibus secundum quid, vel participatè: & secundum hoc quod aliquid de æternitate participat: & hoc tribus modis. Primo quia esse eorum non habet successionem partium, sed totum est simul: ut patet in angelis quorum esse est totum simul. Secundo, quia esse eorum habet perfectionem naturæ, & sic angeli beati magis sunt in participatione æternitatis quam considerati in naturalibus tantum. Tertio, quia esse eorum excludit durationis finem ex parte post, & hoc modo ignis inferni dicitur æternus, quia nunquam finietur. Quarto modo est aliquid quod nullo modo interminabilitatem participat, & hoc nullo modo æternum dicitur, sicut tempus quod incipit, & finitur,

& similiter omne temporale, ita quod breuiter concludendo: primo aliquid est quod est simpliciter interminabile, & æternum, ut Deus. Secundo est aliquid quod secundum quid est interminabile, & secundum quid æternum, ut esse angeli quod æternitatem participat. Tertio est aliquid, quod nullo modo est interminabile de se, & nullo modo æternum, ut tempus quod incipit, & finitur. Hæc B. Tho. primo scrip. senten. distinct. 8. art. 2. in cor. q. Tertiū quod est de ratione æternitatis est stabilitas. Nam æternitas mensura esse permanentis: & ideo secundum, quod aliquid recedit à permanentia essendi secundum hoc recedit ab æternitate, & hoc tribus modis. Primo. non sunt quædam quæ recedunt a permanentia essendi quo ad esse, ut generalia in corruptibilia quorum mensura est tempus.

Secundò quædam recedunt à permanentia essendi non quo ad esse, sed quo ad locum: ut corpora celestia quorum esse substantiale est transmutabile, habet tamen transmutabilitatem quo ad locum. Tertio quædam recedunt à permanentia essendi non quo ad esse nec quo ad locum, sed quo ad operationem, ut angeli quorum esse est intransmutabile, & quo ad locum etiam propriè, sunt tamen transmutabiles secundum electionem quantum pertinet ad eorum naturam: & esse talium mensurat quo quod est medium inter æternitatem, & tempus. Quarto est aliquid cuius esse, uel agere nec est transmutabile nec transmutabilitati adiunctum, ut est esse Dei, quod mensuratur æternitate. Hæc Beatus Thomas prima parte summe. q. 10. artic. 5. in corp. quæst. in fine. Quartum est quod æternitas quæ est quædam diuturnitas esse per prius, & posterius de quattuor dicitur, vel predicatur, scilicet de Deo, de angelo, de penis, de tempore, primo animæ æternitas per prius dicitur de diuturnitate diuina quæ est diuturnitas non habens principium neque finem: neque mutabilitatem ex se neque ex alio.

Secundo æternitas dicitur de diuturnitate substantiæ angeli quæ est diuturnitas non habens finem nec ex se nec ex alio, nec mutabilitatem, tamen habens principium: tertio æternitas dicitur de diuturnitate pænæ reprobis quæ est diuturnitas non habens finem, nec ex se nec ex alio, habens

Tertiū.

Quartū.

CAP. VI.

bens tamen principiū, & mutabilitatem, secundum q̄ dicitur Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum: qui ignis dicitur æternus propter interminabilitatem. Est tamen in pænis reproborum trāsmutatio secundum illud Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium ad calorē niviū: prima parte sum. q. 10. art. 3. in sol. 2. arg. Quartū, & ult. dicitur æternitas de diuturnitate tēporis, quæ est diuturnitas non habens finem ex se sed ex alio: & habet mutabilitatē, & principium. Vbi nota, quod tempus habet rationem deficiendi ex tribus: primo ex efficiente, scilicet ex uoluntate creatoris suam influentiā subtrahentis: secūdo ex se: cum enim tempus sit ex nihilo quē ad modū quælibet creatura est uertibilis in nihil: tertio habet rationem deficiendi ex fine, cum. n. tēpus ordinetur ad numerum electorum velut ad finem multiplicato numero electorum præordinato a Deo cessare debet motus, & tempus. Quintū est, q̄ accipiendo æternitatem simpliciter & perfectē, sic: non est nisi una, .i. Deus: qui non solum est æternus, sed est sua æternitas. Accipiendo uero æternitatem imperfectē, & secundum quid dicuntur multe æternitates, secundum, q̄ multi sunt participantes æternitatem ex ipsa Dei cōtemplatione: ut dicitur Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos erunt quasi stelle in perpetuas æternitates, prima parte sum. q. 10. art. in sol. 1. argu.

Quintū

Sextū.

Sextū est, quod perpetua nō possint æuari æternitati: etiam ex parte post, ut dicit Anselmus in Prosologion, quod per tres rationes ostendit. Prima ratio est, quia perpetua sine Deo nullatenus esse possūt. Deus autem nullo modo minus est, & si illa in nihilum redeant, & sic æternitas est ultra illa. Secunda ratio est, quia illa, scilicet perpetua possunt cogitari habere finem. Deus uero nequaquam: & certe qd̄ nullo mō habet finē ultra illud est quod aliquo modo finit. Tertia ratio est, quia æternitas Dei, & perpetuorum toto Deo est præens, cū perpetua nondū habeant de sua æternitate quod uenturū est, sicut iam non habent quod præteritū est, & sic Deus est ultra perpetua cum semper sibi ipsis sit præsens, seu cum illud semper sit ei præsens ad quod illa, scilicet perpetua nondum perueniunt.

Tertio ratione suæ infinitatis soli Deo conuenit incircumscriptibilitas continentia. Ad cuius euidentia quatuor sunt notāda. .i. primo quomodo omnia sunt in Deo. secundo quomodo Deus est omni re: tertio quomodo Deus est ubiq. nō circumscriptiue: quarto quomodo Deus est in omni re diuersimodē. Primum est quomodo omnia sunt in Deo. Nam aliud est esse omnia in Deo, aliud est esse de Deo aliud est esse ex Deo: primo. n. in Dei esse tia solum bona uirtualiter, & eminenter continentur: secundo in Dei notitia præsentia sunt omnia, .i. bona, & mala. Tertio ex ipso sunt quæ eo actore sunt. .i. omnia bona & nulla mala nisi eo permittente solum: quarto de ipso sunt quæ sunt de sua substantia, ut filius, & spiritus sanctus. Hæc magister sen. primo lib. dist. 36. ca. ult. Re. supra. Qui est primo c. Secundum est, quod solus Deus est in omni re: hoc autem probo triplici ratione. .i. ratione infinitatis causalitatis diuinæ, fluxibilitatis creaturæ: primo Deus est in omni re ratione suæ infinitatis. Cum enim diuina essentia sit infinita, omnes res attingit, & quodammodo uirtualiter se intimat eis. Secundo Deus est in omni re ratione suæ causalitatis: oportet. n. uirtutem producentis adesse producto, alias non produceret ipsum: sed uirtus Dei est sua essentia: ergo oportet eam adesse omni rei quæ a Deo producitur: tertio Deus ē in omni re rōne fluxibilitatis rerū. Nam tāta est debilitas & fluxibilitas creaturarum: q̄ omnes in nihilum tenderent nisi eas uirtus conditoris teneret, ut dicit B. Greg. Ad cuius euidentiam nota tria. Primū est, quod diuina essentia nō est in omnib. rebus, ita q̄ rebus commisceatur quasi pars alicuius rei, sed quia uirtus Dei est intra rem quasi operā & agens esse uniuscuiusq. rei. Cum enim Deus sit causa efficiens, & causa efficiens sit extrinseca Deus nō est pars: uel eēntia Dei nō est pars alicuius essētiæ, sed Deus, qui est causa extrinseca secundum suam uirtutem adest omni effectui. Secundum est, differentia quod est inter agens naturale, & supernaturale. Nam agens naturale est causa motus tantū agens autē supernaturale ē cā totius: esse, unū q̄a deus est ta

Tertiu
insigne
Maieft.
D.Omnia
sunt in
Deo.Deus in
omnib.

le: ideo omni esse est p̄sens sicut causa effectui. Tertium est, quod duplex est causa efficiens. Vna est quę est causa ipsius fieri tantum, & hac causa remota nō remouetur effectus. Verbi gratia. Remoto ædificatore qui est causa tantum fieri domus non tollitur esse domus cuius, scilicet esse domus causa est grauitas lapidum quę remanet remoto ædificatore: solum ergo fieri domus, cuius causa erat ædicator tollitur ædificatore sublato. Similiter alio exemplo hoc patet. Nā sigillum est causa solum fieri figurę: in cera autem non est causa esse figurę in cera, & ideo remoto sigillo remanet figura in cera.

Alia causa efficiens est quę non tantū est causa fieri: sed etiam esse, & talem semper oportet adesse effectui: unde tali causa remota remouetur effectus: quod duplici exemplo patet. Primum exemplum est: quod sigillum in aqua quandiu est relinquit impressionem: sed remoto eo non remanet impressio. Secundum exemplum est: quod sol est causa illuminationis aeris, & ideo oportet semper adesse aeri. Sic a simili Deus est causa omnium rerum non solum quod ad fieri, sed quod ad esse uerum, & ideo oportet uirtutem Dei semper præsentialiter adesse rei: ut patet per Beatum Grego. Hęc b. Thom. primo scripto sen. dist. 32. artic. tertio, in cor. q. & in sol. argumen.

Quod etiam probat b. Thom. auctoritate Augustini. 4. libro super Gen. ad litteram sic dicentis. Virtus Dei ab his quę creata sunt regendis si aliquando cessaret: simul, & illorum cessaret species, omnisquę natura concideret. Et iterum in viij. libro dicit, quod sicut aer præsente lumine fit lucidus: sic homo sibi Deo præsente illuminatur, absente autem continuo obtenebratur: prima parte summę. quęstio. 104. artic. primo: utrum creaturę indigeant, ut conseruentur a Deo, in corpore quęst. in fine.

Tertium est, quod Deus est ubique, nō tamen circumscriptiuē: hoc autem quadupliciter probo, scilicet ratione, diuisione, similitudine, auctoritate. Primò probo ratione sic. Illud quod non habet terminū nec essentia, nec uirtutis, nec loci, nec temporis, nec apprehensionis omnino incircumscriptibile, sed Deus est

huiusmodi: ergo &c. Secundo probo hoc idem sufficienti diuisione sic. Nā aliquid est circumscriptum omnino scilicet corpus: quod cum alicubi est totum, non pōt alibi simul esse. Aliquid uero est simul circumscriptum quantum aliquid & incircumscriptum quantum ad aliud: sicut spiritus creatus qui cum alicubi sit totus potest simul esse alibi: non tamen ubique.

Aliquid uero est omnino incircumscriptum quod simul est ubiq. totum: quod intelligitur de solo Deo. Tertio hoc idem pbo auctoritate Anselmi in monologio ad Deum loquentis, sic dicentis. Omnino circumscriptū est quod cum alibi sit totum non potest simul alibi totum esse: qđ de solis corporibus cernitur. Circumscriptum simul, & incircumscriptum quod cū alicubi sit totum potest simul esse totum alibi: non tamen ubiq. quod de creatis spiritibus cognoscitur. Incircumscriptū uerò omnino quod simul est ubiq. totum: quod intelligitur de solo Deo. Quarto q nullo modo Deus de circumscriptibilis pbo auctoritate. Bea. Ambro. 6. de Trinitate dicentis sic. Cum triplex sit circumscriptio, scilicet loco tempore & fine: sicut in aliquo loco nō circumscribitur, pater qui est super omnia, nec filius suorum operū temporibus concluditur, qui totius est opifex creaturę: ita neque spiritus sanctus aliquibus finib. circumscribitur qui omnem intelligibilem substantiam inenarrabili plenitudine superat. Quartum est quod Deus est in omni re diuersimodē, quod sic patet. Nam aliter est Deus in se, aliter est ubique aliter est in omni re, aliter est in te, aliter est in Dēmone, uel in peccatore. Primo enim cum dico Deus est in se non notatur habitudo Dei ad aliquam creaturam, unde est dictum Deus est in seipso, quia est per se ens non indigens alio: secundo cum dicitur Deus est ubique notatur habitudo replentis ad repletum: unde sensus est Deus est ubique, idest Deus est præsens omni ubi, & replēs omne ubi. Hier. 23. Nunquid cælum. & terram ego impleo: nam per cælum, & terram intelligitur omnis locus spiritualis, & corporalis. Tertio cum dicitur Deus est in omni re notatur habitudo conseruantis ad conseruatum uel continentis ad contentum, ad habreos. j. Portans omnia

Diuerfi
modē
Deus in
rebus.

nia uerbo uirtutis suæ: in quibus uerbis ostenditur, quod Deus continet, & conseruat omnia generaliter uerbo, & imperio, faciliter sicut loqui est facile propria uoluntate principaliter. Et Isaïe. 46. Ego feci. scilicet creando, & ego feram, scilicet conseruando, & ego portabo, scilicet redimendo: ego saluabo glorificando. Quartò cum dicitur Deus est in te importatur duplex habitudo. Vna est sanctificantis ad sanctificatum, sic fuit in Beata Virgine, Iohanne Baptista, & in Hieremia ante natiuitatem ex utero.

Alia habitudo est gratificantis ad gratificatum, & hoc modo Deus est in iustis solum, in quibus per gratiam habitat. Quinto uero non dicitur Deus esse simpliciter in Dæmone, uel in peccatore, eo quod dæmon, & peccator nominant naturā deformatam peccato, cuius Deus nō est operatur. dicitur tamen Deus esse in dæmone, uel in peccatore inquantū sunt creature in quibus Deus dicitur esse per essentiam, præsentiam, & potentiam. Hec b. Thom. primo scripto senten. distinct. 37. artic. 1. in sol. 5. agumen. per totum Req. infra Qui es in cælis, & infra Sanctificetur nomen tuum.

CAP. VII.

Quarto ratione suæ infinitatis soli Deo conuenit incompræhensibilitas notitiæ. Intellectus enim creatus bene potest diuinam essentiam sicuti est uideri, ita dicitur 1. Iohan. 3. Videbimus eum sicuti est, nō tamen potest diuinam essentiam compræhendere. Quod autem possit diuinam essentiam uidere præter auctoritatem prædictam dupliciter probo, scilicet ratione: & auctoritate. Primò ratione sic. Sicut uirtus affectiuæ est ad amandum bonum: ita uirtus cognitiua rationalis est ad cognoscendum verum: si ergo summū bonum est appetibile ab affectiua rationali, ergo, & summum verum est cognoscibile a cognitiua rationali. Secundò probo hoc idem auctoritate. Nam B. Aug. lib. de uidendo Deum ad Paulinam sic ait. Si quæris utrum Deus possit uideri. Respondeo, potest, Si quæris unde hæc scien-

tia, respondeo, quod in uerissima scriptura, legitur Matth. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Req. prima parte summ. B. Tho. q. 13. artic. Secundo uero. scilicet nullus intellectus creatus possit sua notitia Deum compræhendere multipliciter probo. Primo ratione sic communis animi conceptio est quod finitum nō potest comprehendere infinitum, cum igitur intellectus creatus, angelicus, uel humanus sit finitus: diuina autem essentia sit infinita, ut patet supra: ergo incompræhensibilis est ab intellectu creato. Secundo probo hoc idem sufficienti diuisione sic. Quadruplex est cognitio quæ de Deo habetur, scilicet quia est, sicut est, quid est, quantus est. Modo igitur sicut quid est non potest cognosci per uiam positionis, uel affirmationis, sed per uiam priuationis, uel negationis, ita quantus sit Deus non potest cognosci per uiam positionis, uel affirmationis, ut determinetur quanta sit eius magnitudo siue duratio siue uirtus, sed solum per modum negationis, uel priuationis. uerbi gratia. Quantus sit deus duratione cognoscitur per modum priuationis, cum dicitur æternus, id est sine principio, & sine fine. Similiter quantus sit reuelatione cognoscitur per abnegationem loci, & ubi per hoc quod dicitur incircumscriptus. Similiter quantus sit Deus uirtute cognoscitur per abnegationem mensuræ eius, cum dicitur immensus.

Tertiò probo hoc idem propositione. 16. de articulis fidei, quæ sic dicit, Deus est immensus, incompræhensibilis, ineffabilis, innominabilis. In qua propositione quatuor de Deo dicit, Primum est, quod Deus est immensus, quia non est in Deo certæ quantitatis mensura, in quem nullū accidens cadit. Secundum est, quod Deus est incompræhensibilis, scilicet loco, uel tpe: uel intellectu. Primò quidem est incompræhensibilis loco. Si enim loco clauderetur, certa superficie, uel quantitate terminaretur. quod est impossibile. cum scilicet ipse sit expers quantitatis, ut supra patet. Secundo incompræhensibilis tempore, quia nec initium habuit nec fine clauditur. Tertiò est incompræhensibilis intellectu, quia intellectus naturalis non compræhendit rem sine adminiculo for-

me: Deus autem omnem formam subter fugit. Tertium est, quod Deus est ineffabilis, nam intellectus humanus de Deo verè, & per eundem fari, idest loqui non potest. Cuius ratio est, quia sermo humanus inter duos terminos claudit, scilicet inter subiectum, & prædicatum: subiectum per quod exprimitur de quo fit sermo, & prædicatum, quod subiecto copulat proprietatem, & formam. A diuina autem essentia, uel natura huiusmodi sermo est alienus, cum nec proprietati diuina essentia sit subiecta, nec ipsa proprietas sit sine ea. Quartum est, quod Deus innominabilis, eo quod nomina sunt instituta ad exprimendum ea quæ intelliguntur: Deus autem intellectu humano comprehendere non potest, ut patet. Quarto hoc idem probo propositione. 6. procli. in lib. de causis sic dicentis. Causa prima superior est omni narratione: & ideo deficiunt lingue a narratione eius, quia ipsa est super omnem causam. In qua propositione tangit de prima causa quæ Deus est tria: Primo sublimitatem, ibi Causa prima superior est omni narratione: secundo immensitatem ibi. Ideo deficiunt lingue narratione eius: tertio rationem: ibi Quoniam ipsa est super omnem causam. Primo tangit sublimitatem, ibi Causa prima superior est omni narratione: non enim potest narrari per descriptionem, uel per diffinitionem, uel per demonstrationem, uel per affirmationem. Primo non potest narrari per proprietatem descriptionem, cum in ipsa sit nulla proprietatum diuersitas. Secundò non potest narrari per diffinitionem: quia omne quod diffinitionis termino clauditur limitatum est, & finitum, diuina autem essentia est infinita. Tertio non potest narrari per demonstrationem. Cum enim ipse sit prima causa simpliciter, scilicet per causam demonstrari non potest. Quarto non potest narrari per affirmationem, quia quicquid de Deo affirmamus non conuenit ei nisi secundum quod a nobis signatur. Cognoscimus autem Deum in via per viam negationis, & non per viam affirmationis, ita quod magis cognoscimus de Deo quid non est, quam quid est: unde Dion. dicit. 2. c. celestis hierarchie quod negationes in diuinis sunt veræ, affirmationes uerò incompæctæ, uel inconuenientes. Se-

cundò ponit immensitatem quo ad expressionem: unde subdit. Et ideo deficiunt lingue narratione eius, eo quod causa prima est supra omne quod nominatur, uel narratur, & ita causa prima est altior omni nomine quod a nobis imponitur. Cuius ratio est, quia omne nomen a nobis impositum, uel signat per modum completi participantis sicut nomina concreta, uel signat per modum diminuti, & partis sicut nomina abstracta: unde nullum nomen a nobis impositum concretum, uel abstractum est dignum diuinæ excellentiæ. Nam nomino in completa, uel abstracta possunt perficere operationem suam, non enim calor calefacit sed calidum, neque sapientia sapit, sed sapiens. Similiter nomina completa quamuis sint per se subsistentia: unde non indigent alio cui innitantur, habent tamen formam limitatam, & participatam, & ideo non possunt agere per modum creationis, sicut agit illud quod totum est forma quod sine participatione secundum se totum est aliorum productiuum. Hæc b. Th. in scri. super lib. de causis, propositione. 22. in medio. Vel dicas aliter. Omnes lingue ideo deficiunt a narratione eius: eo quod causa prima est super omnes res quæ cognosci, & nominari possunt: quod sic probo. Omnis res autem est sensibilis cadens sub sensu, aut meditabilis quæ est supra sensum, aut intelligibilis, scilicet res incorruptibilis stans fixa secundum dispositionem unam ubique, & semper, aut corruptibilis, scilicet res destructibilis cadens sub generatione, & corruptione. Causa autem prima est superior rebus intelligibilibus sempiternis, & corruptibilibus: & ideo supra eam, scilicet causam primam non cadit sensus, neque meditatio, neque cogitatio, neque intelligentia simplex, & ideo est super omne id quod intelligitur, & narratur. Hæc Alber. in commento super li. de causis ca. 2. & 3. Vel aliter, Deficiunt omnes lingue, idest instrumenta omnium linguarum hebraicæ, græcæ, latinæ, a narratione eius, scilicet primæ causæ quæ nunquam deficiet. Tertio ponit, uel tangit rationem dicens. Quoniam ipsa prima causa est super omnem causam, ideo ipsa est inenarrabilis, & incomprehensibilis, quod sic probo. Nam aliquid tribus modis cognoscitur: uno modo sicut effectus

Eminē-
tia pri-
mæ cāg.

C A P. VIII.



ERTIO principaliter inter omnia nomina: qui est: est propriū nomen Dei ratione incommutationis. Nam istud verbū

Solus

substantiuum esse non dicit aliquā transmutationē, vel successione: & quia Deus est absque omni transmutatione, & successione, ideo istud nomen qui est, inter omnia nomina est magis propriū nomē Dei, unde in psal. Tu autem ipse es, scilicet immutabilis. Ad cuius euidentiam nota duo, primò diuinæ essentiae immutabilitatem, secūdo omnis creature mutabilitatem. Primò nota solius diuinæ essentiae immutabilitatem, Nam solus Deus est immutabilis, quod tripliciter probo, scilicet rationibus, diuisionibus, & auctoritatibus. Primò quod solus Deus sit immutabilis omnino, probo quattuor rationibus scilicet ratione causalitatis, simplicitatis, æternitatis, perfectionis. Primò ratione diuinæ causalitatis sic. Omne mobile ab alio mouetur, & illud ab alio mouetur, cū ergo non sit in mouentibus, & motis agentibus, & effectibus abire in infinitum oportet deuenire ad aliquod primum mobile quod est Deus: hoc ostendit Augustin. 8. super Gen. ad literam capitu. 12. probans, quod Deus immutabilis cūcta mouet, exemplificando quomodo motus semper ab immobili initium sumit dicens. Moto digito stat manus, mota manu stat cubitus, moto cubito stat humerus, quasi per hæc manifestans quomodo mouendo mundū potest esse Deus immobilis. Secūdo quod sit omnino immobilis probo ratione diuinæ simplicitatis sic. Omne mutabile est ens in potentia ad aliquod non esse, vel ad aliquod esse. hoc patet ex diffinitione motus, scilicet quod motus est actus entis in potentia, sed Deus est actus purus absque permixtione alicuius potentiae verissime, & maximè ens: ergo Deus nullo modo est mutabilis: tertio probo hoc idem ratione æternitatis sic. Quod enim æternū est immutabile est, sed esse diuinum est æternum, ergo &c. & hoc non est mirum, scilicet quod æternum est immutabile, immo conueniens.

Nam

ctus per causam. secundo per seipsum. tertio per effectum: primo modo, scilicet sicut esse ctus per causam cognoscitur, non potest cognosci Deus: & hoc, quia Deus est prima causa, & primum, & purum lumen: quod illuminat omnia, & a nullo alio lumine illuminatur: secundo modo primo causa quæ est Deus neq; in via cognoscitur per seipsam, nec in patria compræhenditur: primò in via prima causa quæ Deus est per seipsam non cognoscitur. Cuius ratio est, quia ea quæ per seipsa cognoscuntur, vel subiacent sensui, vt res sensibiles, vel meditationi siue imaginationi, sicut res imaginabiles quæ sensui non subiacent, vel intellectui sicut res necessariae, & immobiles, vel rationi siue cogitationi quæ fit per collationem vnius cum altero, sicut res generabiles, & corruptibiles: cum ergo causa prima sit supra omne genus rerum nullo istorum modorum in via cognosci potest. Secundo prima causa quæ Deus est in patria non compræhenditur nec compræhendi potest. Cuius ratio est: quia omne compræhendens est maius compræhenso, Deo autem, & in cogitatione, & in re nihil est maius: unde licet intellectus angelicus, vel humanus possit cognoscere diuinam essentiam infinitam, non tamen infinitè: unde licet possit cognoscere diuinam essentiam in sua imensitate, vel infinitate, idest cognoscere, quod immensa est, vel infinita: nō tamen potest eam cognoscere secundum suam infinitatem quia hoc esset eam compræhendere, quod est impossibile, vt patet supra: tertio prima causa quæ Deus est non cognoscitur perfectè, vel non compræhenditur per effectum. Cuius ratio est, quia causa excedens effectū, non sufficienter cognosci potest per suum effectum, Deus autem est huiusmodi, ergo &c. Patet: ergo quod causa prima superior est narratione: & per consequens non compræhensua cognitione, quia neque per causam neque per seipsam, neque per effectum cognosci, compræhendi, dici vel narrari potest. Hæc B. Thom. in scri. super lib. de causis propositione sexta per totum. Req. infra Visio diuinæ essentiae.

Cognoscitur essentia infinita non infinitè.

Prima ratio.

Nam congruum est, ut quod non habet potentiam ad non esse quia æternum: non habeat potentiam ad aliquid aliud. August. 6. de Trini. istam rationem confirmat dicens, Omne quod servat semper esse, & non potest secundum aliquem modum non esse, non potest mutari, & per consequens est immutabile: sed esse Dei cum sit æternum est huiusmodi, ergo &c. Quartò probo hoc idem ratione divinæ perfectionis sic: Omne quod movetur movetur propter indigentiam eius quod non habet: sed Deus cum sit infinite perfectionis comprehendit in se omnem plenitudinem perfectionis totius esse, ergo &c. Si autem istam rationem aliter vis formare dicas, quod Deus est immutabilis ratione sue perfectionis, quæ in hoc consistit, quod Deus quicquid habet naturaliter, excellenter, & essentialiter habet: ergo immutabiliter. verbi gratia: Deus immutabiliter est bonus, quia naturaliter, vel essentialiter est bonus. Similiter eadem perfectio requirit, ut nihil possit ei subtrahi vel adiungi, & ita nullam potest mutabilitatem pati. Patet ergo ex his quattuor rationibus, quia Deus est principium omnis motus: & quicquid habet simplicissime, & naturaliter: & perfectissime siue excellentissime habet: ideo omnino est immutabilis. Hæc B. Thom. 1. scrip. sent. dist. 8. art. 1. argu. contra, & in corp. q. & prima parte sum. q. 9. arti. 1. in corp. q. per totum. Secundò quod solus Deus sit immutabilis probo quattuor distinctionibus. Prima est talis, & est Richardi de Trinitate: Omnis mutatio aut est de statu in statum deteriore, aut de statu in statum meliorem, aut de statu in statum priori æqualem: ubi autem nihil horum erit natura incommutabilis erit, sed talis est natura divina quæ nec in statum deteriore, scilicet de esse in non esse, quia verissima est, nec in statum meliorem scilicet de non esse in esse, quia à semetipsa est, nec in statum æqualem, quia perfectissima est: ergo &c. Secunda distinctio est talis: Omnis mutatio fit, vel per remotionem alicuius ab aliquo, ut cum de sciente fit homo ignorans, vel per alicuius receptionem, ut cum de ignorante fit sciens, vel utroque modo, ut cum de nigro fit album. Cum ergo Deus sit actus purissimus, simplicissimus, perfectissimus, ei nihil potest subtrahi, vel addi: ideo omnino est immutabilis, ut dicit August.

11. de ciui. Dei ca. 10 in principio. Tertia distinctio est talis: Omnis mutatio, vel est ad esse vel in esse. i. secundum substantiam vel secundum accidens, in Deo autem non est mutabilitas ad esse cum sit æternus, neque ad inesse cum in eo nullum sit accidens, in creaturis autem est utraque mutabilitas, ut patebit, ergo &c. Quarta distinctio est talis: Omne esse est triplex. Vnum esse est quod incipit, & desinit, & hoc esse est temporale quod est mutationi, & corruptioni subiectum. Aliud esse est quod incipit, & non desinit, & hoc esse est perpetuum quod modo aliquo moveri potest, ut infra patebit. Aliud esse quod nec incipit nec desinit, & hoc esse est esse divinum: sed tale cum sit æternum est immutabile per naturam.

Tertiò quod Deus omnino sit immutabilis probo auctoritatibus. Primò auctoritate Machiæ. 3. Ego Deus, & non mutor. Vbi nota, quod Deus tripliciter est immutabilis. Primò in esse proprio cum sit æternus, perfectum primum, impermixtum, & ita simplicissimum. Req. supra in principio. Secundò est immutabilis in consilio: licet enim Deus quandoque mutet sententiam, ut patet per plura exempla sacre scripturæ, nunquam tamen mutat consilium, ut dicit B. Grego. Tertiò est immutabilis in iudicio, quia sine personarum acceptione indicat. Secundò hoc idem probo auctoritate Nume. 23. Non est Deus ut mutetur ut homo. Nam homo passionibus, affectionibus, cogitationibus mutatur, quod nullo modo convenit Deo. Tertiò probo hoc idem auctoritate Iaco. 1. ca. Apud quem non est transmutatio scilicet in essentia, vel in natura, nec vicissitudinis obumbratio: quod exponitur duobus modis. Primò sic. Apud Deum non est vicissitudo. i. mutatio obumbrans suæ essentiae bonitatem, quia sua bonitas non recipit aliquid, quod obumbrat, vel maculet. Secundo modo exponitur sic: Apud Deum non est transmutatio scilicet in natura liberi arbitrij quod est immutabile ad differentiam liberi arbitrij nostri, quod est de se de bono in malum mutabile. Ex gratia autem Dei est mutabile de malo in bonum: & subdit. nec vicissitudinis obumbratio. q. d. mala culpe quæ obumbrant non sunt à Deo, quia ut dicitur Ioh. 1. Sine ipso factum est nihil. Mala autem passiva quæ non obumbrant sed illumi-

Tertia probatio.

nant

Secunda ratio

nāt, uicissim immittuntur a Deo: Amos. 3. Non est malum in ciuitate quod dominus non faciat: & meritò, quia ut Greg, dicit pēna oculos aperit quos culpa claudit.

C A P. IX.

Secundo dico, quod omnis creatura potest mutari & hoc sex modis, primo secundum esse substantiale sicut corpora corruptibilia: secundò secundū esse locale sicut corpora cælestis, tertio secundum esse accidentale. Vbi nota, quòd duplex est accidens. Vnum est commune quod non consequitur principia essentialia, & subiectum eius comparitur priuationem eius sicut hoc subiectum homo comparitur non albū & ideo potest mutari de albo in nō albū. Aliud accidens est quod consequitur principia essentialia subiecti, & priuatio illius accidentis non potest mutari secundum illud accidens: sicut nix non potest esse nigra. quarto potest mutari secundū electionem, uel affectionem, scilicet de bono in malum, ut Damascē. dicit: quinto secundum uirtutis applicationem ad diuersa sicut contingit in angelis: sexto potest mutari secundum creatoris uirtutem in cuius potestate est esse & nō esse omnium rerum, unde sicut ex uoluntate Dei dependet q̄ res in esse producit, ita ex uoluntate eius dependet, q̄ res in esse conseruat, non enim aliter eas in esse cōseruat, quam semper eis esse dando, unde si suam actionem subtraheret, omnia in nihilum redigerentur, ut dicit Augu. 10. super Gen. ad litteram. Hæc b. Tho. prima parte sum. q. 9. artic. 2. in cor. quæ. per totum, & primo scrip. sen. dist. 8. art. 3. in cor. q. Sed forte argues, q̄ Deus non omnino sit immobilis quadrupliciter. Primo sic. Appropinquari, & elongari motum signant, hæc autem in scripturis dicuntur de Deo, Iacob. 4. Appropinquate Deo: & appropinquet uobis, ergo Deus est mutabilis. Respondeo, & dico, q̄ hæc dicuntur de Deo methaphorice: si cut enim dicitur sol domum intrare immutari. quantum radius eius pertingit ad domū, sic Deus dicitur appropinquare ad nos, & recedere a nobis, in quantum participa

mus influentiam bonitatis ipsius, uel ab eo deficimus. Hæc b. Tho. 1. parte sum. q. 9. art. 1. in sol. 3. aig. per totum. Secundo argues sic. Omne quod se habet alio modo nō quam prius est mutatum, quia mutare est alio modo se habere nunc quam prius. Sed Deus alio modo se habet nūc quam se habuit ab æterno: quod patet, q̄a modo se habet ad creaturam, ut dominus ut conseruator, ut rector secundum quem modo non se habuit ab æterno, ergo &c. Respondeo, & dico, q̄ quædam relatiua dicunt mutuam dependentiam, ut pater, & filius in naturali generatione, & tūc relatio fundatur super utrumque extremū. Quædam uero relatiua sunt quorum vnū dependet ab alio, & non e conuerso, ut causa, & effectus, quia effectus dependet a causa, & non econuerso: & tunc ponitur mutatio unius extremi, & non alterius. Deus ergo cum ut prima causa non dependet a creatura, sed econuerso, unde cum dicitur Deus incipit esse creator, sensus est, Deus est, & creatura nūc incipit esse ab illo de nihilo. Similiter cum dicitur Deus est nūc homo, & prius non fuit: sensus est, Deum est, & humana natura aliter se habet modo quā prius. Tertio argues. Omne uolens nunc quod prius nō fuit mutatur uoluntate, sed Deus uult nunc esse creaturā quam prius noluit, ergo ē mutatus uoluntate. Respondeo, & dico, q̄ ista aduerbia nūc, & prius dupliciter possunt considerari. Vno modo prout respiciunt ipsum Deum, & tunc est falsa, quia sensus est, nunc uult Deus creaturā esse quod prius noluit, quia ab æterno quod uult immutabiliter uult. Alio modo nunc & prius possunt considerari prout respiciūt ipsum esse creaturæ in comparatione ad suum oppositum, & hoc modo est uera, quia sensus est, Deus uult creaturam esse nunc quam non uoluit esse prius, & tūc dico, q̄ nunc, & prius referuntur ad esse creaturæ nō ad uoluntatem diuinam: unde sequitur mutatio ex parte uoliti, & nō uoluntatis diuinæ. Quartò argues sic. Deus non agente nō fit aliquid nisi per sui mutationem, sed Deus de nō agente fit agēs, quia de non creante fit creans: ergo per sui mutationem. Respōdeo, & dico, quòd de actione possumus loq̄ dupliciter: vno modo prout est actio intra manēs, & sic uerum

Deus de
nō agē
te agēs
sine sui
mutatio
ne.

uerū est, quòd quicquid de non agente fit agens mutatur alio modo de actione prout extenditur ad aliquod operatum extra: & sic non est verum, quòd quicquid de nō agente fit agens mutatur. Vel aliter pōt dici, scilicet, quòd duplex ē actio, scilicet actio qua agens agit, & actio, scilicet actus uel effectus quem agens efficit. secundū primum modū actio Dei idem est, quod sua virtus, uel sua essentia, & quantū ad hoc verum est dicere, quod semper agit, & nunquam de non agente fit agens. Secundum modum alium. sc. prout actio est effectus quem efficit non semper agit Deus, & sine sui mutatione de non agente fit agens: verbi gratia: Si sol de non lucente fieret lucens mutaretur, quia lucere est actio solis intranea: sed si de non illuminante fit illuminans, nō propter hoc mutatur, quia potest contingere sine aliqua sui mutatione: ut qui illuminabatur prius illuminetur post. Sic est in proposito loquendo de actione Dei, quæ est intra ipsū, & est eius essentia; sic non est Deus factus de non agente agens, quia eius actio sicut eius essentia est æterna. Loquendo uerò de actione exteriori sic, aliquid causatur a Deo, quòd prius nō causabatur sine omni mutatione Dei, sicut patet per exemplum de sole: unde ipse solus immobilis manens dat cuncta moueri, ut dicit Boetius, ita dicitur in psa. Sicut opertorium mutabis eos &c. tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Quod uerbum exponitur duobus modis. Primò sic. Mutabis eos, scilicet tu qui es immutabilis: mutabis ea, scilicet omnia, a te producta, & mutabuntur. Req. in principio huius capituli quomodo creaturæ mutantur sex modis

Secundo modo exponitur sic. Sicut coopertorium, uel vestimentum mutabuntur, quia sicut vestimentum per hominem factum, modo recipit unam formam modo aliam ad differentiam eius qui vestitur. ita etiam est de ipsis, & elementis: cum enim sint propter hominem facta mutato homine mutabuntur illa: unde Apostolus ad Roma. 8. Creatura liberabitur a seruitute corruptionis: unde mutabis ea, scilicet ad mutabilitatem, quia finito, uel cōpleto numero electorū motus celi cessabit. Vel mutabis ea a corruptio

ne ad incorruptionem, quia hoc corpus corruptibile, induet incorruptionem secundum Apostolum: Et subdit: Tu autem idem ipse es, idest cum omnia sint mutabilia, & corruptibilia, tu solus es immutabilis, & hoc probo tripliciter.

Primò quantum ad actionem, cum .n. actio Dei sit eius essentia semper idem, & eodem modo manet. Secundo quantū ad eius potestatem, uel durationem, cum subdit. Ipse quasi diceret; non alius: sed ego ipse sum beatitudo omnium: ergo in pace in idipsum dormiam, & requiescam, ut dicitur in psalm. Tertio solus Deus est immutabilis quantum ad entitatem, uel ueritatem, uel præsentialitatem. unde subdit. Es. Ita quòd idem ostendit Dei permanentiam, ipse Dei omnipotentiam, es Dei naturam, quia ipse per se nouit esse. Glosa autem prædicta uerba ita exponit. Tu autem qui dixisti, ego sum qui sum, idem ipse es, idest immutabilis, interminabilis, & omnipotens: & subdit. Licet enim omnia sint ex te, & per te, & in te, nō tamen omnia sunt quod ipse es, quia tu es mutans nō mutatus, faciens nō factus, mouens, sed manens, & mutatus.

CAP. X.

Quarto, & ultimò istud nomen, qui est, inter omnia nomina est magis proprium nomen Dei rōne perfectionis eo, quod esse diuinum est inter omnia nomina magis perfectum, ut dicit beat Hierony. quod sic probo. Illud enim perfectum est cuius nihil est extra ipsum; esse autem nostrum habet aliquid sui extra se, quia de est sibi aliquid quod iam de ipso præterijt: & quod de ipso futurum est, ideo quia extra Deum nihil est, idcirco esse suum habet perfectum.

Hæc b. Thom. 1. scrip. sent. dist. 8. art. 1. in cor. q. ratione prima: unde Moyse querenti, quod est nomen eius per angelum dictum est, qui est misit me ad te. Et iterum. Ego sum qui sum. In quo uerbo de diuina essentia tanguntur tria scilicet proprietates, infinitas, æternitas: primo tangitur proprietates diuinæ essentiae in hoc pronomine demonstratio ego. glo. Ego: nemo alius ē propriè immutabiliter nisi ego

Ratio
absolu-
tæ pfe-
ctionis.

Esse creaturam tripliciter imperfectum.

ego: secundo tangitur infinitas diuine essentiae in hoc pronomine, qui nam istud nomen quis, vel qui quod vel quid est nomen interrogatiuum, relatiuum, infinitum, & interrogatiuum in hac dictio. ne quis, & relatiuum in hac terminatio. ne qui, & infinitum in vtraque terminatio. ne. s. quis, vel qui. Quae vero habet illas tres proprietates. s. q. est interrogatiuum, relatiuum, & infinitum. Quid est interrogatiuum, & non relatiuum. Hae Hugutio in libro derivationum, tertio tangit aeternitas diuinae essentiae per significationem huius verbi est quod est praesentis temporis, unde subiungit Sum. Hiero. in gl. Ideo dicit qui est, vel ego sum qui sum, quia in comparatione eius qui verè est. s. immutabilis, & aeternus quasi non sunt quae mutabilia, & temporalia sunt. Quod. n. dicitur fuit non est, & quod dicitur erit nōdum est. Deus autem tantum est qui nō nouit fuisse, vel futurum esse, solus autem pater cum filio, & spiritu sancto uerè est, cuius esse comparatum nostrum esse nō est, Vbi sciendum, q. esse creaturae habet triplicem imperfectionem quam Hilarius excludit ab esse diuino. Primo esse creaturae non est aliquid per se subsistens, immo est actus subsistentis, sed in Deo suum esse est ipse Deus subsistens, unde dicit Hilarius, q. esse diuinum est subsistens veritas. Secundo esse creaturae est acquisitum ab alio & habet quantum in se est potentialitatem, & mutabilitatem, sed esse diuinum est causa omnis esse immutabiliter permanens. Ideo subdit Hilarius, quod diuinum esse est causa mouens. Tertio esse creaturae differt à sua quidditate, unde per esse suum homo non ponitur in genere humano, sed per quidditatem suam sed esse diuinum est sua quidditas, & ideo per esse suum ponitur Deus in genere diuino. Ideo subiungit Hilarius, quod esse diuinum est naturalis generis proprietas. Hae beatus Thomas. 1. scrip. sent. argu. 3. in expositione litterae quae incipit nūc de necessitate &c. Si autem istud verbum ego sum qui sum aliter vis diuidere dicas quod in hoc verbo tanguntur tria.

Primo tangitur personarum distinctio, cum dicitur. Ego. Nam istud pronomen demonstratiuum ego quod est primae personae demonstrat primam personam

in Trinitate, scilicet patrem distinctum personaliter a filio quem per generationem producit. In psalm. Ego hodie genui te. Secundo tangitur personarum distinctio cum subdit, qui. Nam istud nomen, vel pronomen qui est relatiuum, ut patet supra, & notat identitatem substantiae, vel esse, qui me misit mecum est &c.

Tertio tangitur personae processio in hoc quod subiungitur sum, quod signat substantiam, & actum, & sic ut procedentem, per quod intelligitur spiritus sanctus. Et geminatur ad utrumque. Sed ego cum dicitur, ego sum, & ad qui cum subditur, qui sum, ut ostendatur spiritum sanctum procedere ab utroque scilicet a patre, & filio.

C A P. XI.

AD maiorem tamen euentiam omnium praedictorum notare debemus sex. Primum est quod nomina possumus attribuire Deo. Vbi nota, quod de nominibus diuinis dupliciter possumus loqui. Vno modo quantum ad modum imponendi, & hoc modo sicut in statu viae imperfecte cognoscimus Deum ex creaturis: ita nominamus eum imperfecte ex creaturis. Alio modo de nominibus diuinis possumus loqui quantum ad rem impositam, uel importatam. Vbi nota, q. res signata per nomen potest se habere quattuor modis. Primo enim res signata per nomen nullo modo conuenit creaturis, ut immensus infinitus, & alia nomina proprie dicuntur de Deo, & nullo modo de creaturis. Secundo modo res signata per nomen nullo modo conuenit Deo, sed solum creaturis, ut esse creatum esse infinitum & talia nomina nullo modo transferuntur ad diuina, sed sunt propria creaturis.

Tertio modo res significata per nomen competit Deo proprie, ut paternitas quae dicit uirtutem producendi sibi simile, & talia nomina a diuinis transferuntur ad creaturas: ut dicit Damas. quod nomen paternitas a diuinis ad creaturas transumptum est. Iuxta illud Apostoli ad Ephe. 3. Ex quo omnis paternitas in caelo, & in terra notatur. Quarto modo res significata per nomen proprie inuenitur in creaturis

II
Declaratio diuinorum nominum

turis: vel fortitudo quam significat hoc nomen leo, & tamen similitudo eius in diuinis in quantum fortitudo competit Deo, & talia nomina à creaturis ad diuina transferuntur. Hæc B. Thom. 1. parte summæ quæst. 13. art. 3. in corp. quæst. & in solut. argu. Ita quòd quædam nomina nullo modo dicuntur de Deo, vt sunt illa quæ dicunt imperfectionem. Quædam verò nomina propriè dicuntur de Deo, sicut illa quæ simpliciter, & absolutè dicunt perfectionem. Quædam verò nomina nō propriæ sed metaphoricæ, vel similitudinariè dicuntur de Deo: vt dicitur leo, lapis, agnus, & talia propter similitudinē ad aliquid cui illud signatum conuenit propriè, & verè. Quædam verò nomina per prius dicuntur de Deo, & posterius de creaturis: quædam verò nomina è conuerso. Secundum est, quòd pronomine demonstratiua, & relatiua, & possessiua aliquo modo dicuntur de Deo, aliquo mō non. Primò istud pronomen demonstratiuū ego, aliquando accipitur pro persona patris, vt Isaia. vlti. Nunquid ego qui alios parere facio sterilis ero. Aliquando accipitur pro persona filij, ut Isaia. 63. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Aliquando accipitur pro persona spiritus sancti, vt Malachia. 3. Ecce ego mitto Angelum meum dicit spiritus sanctus de Iohāne. Secūdo istud pronomen relatiuum demonstratiuum, & infinitum, qui non modo appropriatur filio. Nam si respiciatur ibi articulus qui potest subintelligi hoc nomine qui: & est nota, uel signum distinctionis appropriatur personæ filij: unde postquam dixit Exo. 3. Qui est misit me ad te subiūgit ibi uidens uidi afflictionem populi mei, & descendi liberare eos. Si uero respiciatur substantia infinita cum qualitate generali quæ designatur hoc nomine qui propriè hoc nomē qui signat substantiam.

Tertio pronomina possessiua, aut dicuntur de essentia diuina respectu sui, aut de persona respectu personæ, aut de essentia vel personæ respectu creaturæ. Primo ergo modo cum pronomina possessiua dicuntur de essentia respectu sui maximè impropriæ dicuntur, vt Isaia. 1. Solemnitates uestras odiuit anima mea. Nam im-

propriissimè dicitur mea, eo quòd nulla differētia est inter animam Dei, & Deū, anima enim Dei est uoluntas, quæ ipse Deus. Secundo cum pronomina possessiua dicantur de persona respectu personæ, minus propriè dicuntur, eo quòd inter personas non est differentia consubstantialitatis, quamuis personalitatis, ut cum dicitur Matth. 3. Hic est filius meus dilectus nam hoc, quòd dicit meus signat diuinæ generationis proprietatem. Tercio cum nomina possessiua dicantur de persona, vel de essentia respectu creaturæ minime impropriè dicuntur. Hoc autem contingit duobus modis. Vno modo, ut notetur auctoritas gubernationis, uel creationis, vt Iohan. 17. Omnia mea tua sunt: & mea est terra. Alio modo vt noletur gratia creationis. Luca. 11. Filij mei mecum sunt in cubili. Tertiū est, quod uerba, & participia consignificatiua tempus dicuntur de Deo, eo quod æternitas includit omne tempus: unde sicut simplicia subsistentia nō possumus apprehendere, & significare nisi per modum compositorum, ita simplicē æternitatē non possumus intelligere, uel exprimere nisi per modum temporalium rerum; & hoc propter connaturalitatem intellectus nostri ad res temporales. Hæc Beat. Thomas, prima parte summæ quæstione 13. art. 1. in solu. 3. argu. Quartum est, quod pronomina demonstratiua dicuntur de Deo, secundum quod faciunt demonstrationem ad id quod intelligitur, non autem ad id quod sentitur, secundum. n. quod Deus à nobis intelligitur, secundū hoc sub demonstratione cadit, ibidem in solu. 3. arg. in fi. Quintum est, quòd cū ista quattuor nomina conueniunt Deo. scilicet qui est, Deus, Tetragrammaton, bonus: istud nomen qui est quātum ad duo est magis proprium nomen Dei quām illa tria. Primo quantum ad illud a quo imponitur ad significandum: imponitur enim hoc nomen qui est prima perfectione diuina quæ est ipsum esse. Secundo quātum ad modū significandi, & consignificandi. Primo quantum ad modū significandi. Nam qui est nō signat aliquam formam determinatam, sed ipsum esse: unde cum esse Dei sit sua essentia, & hoc nulli alij cōueniat: iō &c. Secundo quantum ad modū consignificandi. Consignificat. n. qui est esse

in præsenti, & hoc maximè de Deo dī cuius esse non nouit præteritum, uel futurū unde Augu. dicit in li. de Trini. Sed quantum ad id ad quod imponitur nomen ad significandum : hoc nomen deus est magis proprium nomen dei : quàm hoc nomen qui est, eo q̄ hoc nomen deus imponitur ad significandum naturam diuinam. Et adhuc magis proprium nomen est Tetragrammaton quod importat ipsam dei substantiam incommunicabiliter, & ut sic liceat loqui singulariter. Quartò hoc nomen qui est, magis proprium nomen dei est quàm hoc nomen bonus, vel bonum. Cuius rō est, quia licet hoc nomen bonū sit principale nomen dei in quantum est causa: nam bonus dicit rationem secundum quā Deus est alpha, & ω. i. principiū, & finis. Nā bonitas Dei est, ut principiū in quantum nouit eum, ut faceret creaturas & est finis in quantum ad hoc creaturas fecit, scilicet ad istum finem, ut suæ bonitatis essent participes: nō tamen simpliciter bonum est principale nomen: nam esse absolute præintelligitur causæ. Hæc B. Th. prima par. sum. q. 13. art. 11. in cor. q. & in solu. 2. arg. Sextum, & ultimum est, q̄ omnia uerba omnium temporum dicuntur de deo omni imperfectione abiecta: unde quicquid est perfectionis in omnib. temporibus ipse habet. Sunt. n. quattuor tempora. scilicet præsens, præteritum pfectū: pteritū imperfectū, & futurum. Primò. n. præsens ips attribuitur deo duplici ratione. Prima rō est, quia præsens tempus nō includit successionem: præteritum enim, & futurū dicuntur, secundum relationē ad præsens, & non econuerso, & relatio illa est in ordine successionis. Ex hac ratione sequitur secunda quæ est, q̄ esse non hēt aliquid de non esse inclusum, & quia hæc duo conueniunt soli deo, & præsens tempus hæc duo habet, ergo &c. Secundò post tempus præsens, tempus præteritum de deo dicitur, & hoc duplici ratione. Prima est ratione suæ perfectionis, quia tempus præteritum non est nouum. Secunda est ratione diuinæ præsentialitatis, q̄a deus, uel esse dei præteritis non defuit. Nā præteritum dicitur secundum recessum ab esse quod est imperfectionis, sed esse dei cū sit æternum omni tempore adest, & hoc est perfectionis. Tertio præteritū imper-

fectum magis proprie dicit de deo, quàm præteritum perfectum, eo q̄ præteritum imperfectum terminationem non dicit sicut præteritum perfectum, ut dī Iohā. 1. In principio erat uerbum. Vbi nota, q̄ in illis quæ signantur per modum actus uerius dicitur præteritum perfectum, quia horum perfectio non pōt significari, nisi ex termino. Quæ autem signantur nō per modum operationis, uel actus uerius signantur per præteritum imperfectū: quia horum perfectio non dependet ex termino. Quartò tēpus futurum, secundū illud quod est in ipso perfectionis. scilicet quia longius distat a deficiendo de deo dicitur, secundum aut illud, q̄ est imperfectionis, quia futurum nondum est, nisi in potentia, maxime remouetur à prædicatione diuina. Hæc B. Tho. primo scrip. sen. dist. 8. art. 3. in cor. q. & in solu. argu. unde Aug. super Iohannem ita ait. Cum de sempiterna re proprie dicatur est, secundū nos benedicitur fuit & erit, & est fuit, q̄a nūquam desijt, uel defuit: erit, quia nunquā deerit: est, quia semper est, non præterijt, idest, q̄ non maneat: non orietur, idest non erat. Et Beatus Ioh. Apocalip. 1. Hæc tempora ascribens deo dicit. Gratia uobis. & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui uenturus est. Exponitur. Gratia in præsenti tribulatione, & pax in futuro. Vel sic. Gratia in multiplicando bona, & pax in tollerando mala. In quo præmittitur grā, quia nullus ad pacem reconciliationis uenire potest, nisi per gratiam misericordię dei. Vnde subdit. Ab eo qui est &c. Quod uerbum exponitur quattuor modis.

Vbi nota, quòd deus est actor creationis, conseruationis, retributionis. Primò ergo dicit ab eo qui est, scilicet actor creationis, qui erat actor conseruationis esse uerum: qui uenturus est, scilicet actor retributionis. secunda ad Corinth. quinto. Omnes astabimus ante tribunal Christi: secundo modo exponitur sic Qui est, scilicet deus qui solus habet esse per se: qui erat ab æterno ante oēm creaturā quando mundus non erat, qui uenturus est ad iudicium. Nam ipse constitutus est iudex uiuorum, & mortuorum: tercio modo exponitur sic. Ab eo qui est. scilicet æternaliter, quia ipse est interminabilis uitæ tota simul, & pfecta possessio, ut dicit Boetius.

Qui

Exponit illud Apocal. grā & pax ab eo q̄ est.

Quo tēpora applicantur.

Qui erat olim in carne, uel secundū carnem mutabilis, modo autem post resurrectionem immutabilis, qui venturus est, scilicet ad iudicium, & si modo non appareat: quarto modo exponitur sic. Qui est, contra illos qui dixerunt Christum in morte perisse: qui erat, contra illos qui dixerunt ipsum ex tempore habuisse initium. Michææ 5. Egressus eius ab initio a diebus æternitatis, qui uenturus est, contra discredentes iudicium. Matth. 19. In regeneratione cum sedebit filius &c. Vel contra illos qui dicunt iudicium iam esse factum.

De euagatione mentis.

SUMMARIVM.

Cap. Vnicum. Euagatio mentis fit quattuormentis.

C A P. I.



EUAGATIO mentis. Si quis quæret, unde procedit, quod in oratione mens non est attenta firma collecta in Deū, sed potius in oratione est tanta euagatio, uel dispersio mentis. Respondeo & dico, quod hoc procedit ex quatuor rationibus, siue causis, scilicet ex procuratione, infirmitate, operatione, tentatione. Primò euagatio mentis in oratione, procedit ex procuratione. Nam si quis in oratione existens procuraret ex industria, uel ex proposito, quod mens euagetur peccat, & talis euagatio fructū orationis impedit: unde August. in regula sic ait. Psalmus, & himnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in ore. Si uerò talis euagatio contingat præter propositum: fructum orationis non tollit, ut Basiliius dicit. Hæc B. Thomas, 2. 2. quæst. 83. articu. 13. in solu. 3. argumen.

Secundò euagatio mentis in oratione contingit ex naturæ infirmitate. Nam mens humana propter infirmitatē natu-

ra diu in alto stare non potest. Cuius ratio est, quia pōdere humanæ infirmitatis ad inferiora deprimitur: & ideo cōtingit quod mens contēplando Deum ex quadā infirmitate subito euagatur: de qua euagatione, uel infirmitate si doleat orans fructum orationis non perdit: ubi supra immediatē, in solu. 2. argu. Tertiò euagatio mentis procedit ex præcedenti operatione. Nam ex præcedētibz peccatis homo frequenter ita fixè orare non potest, sicut primò antequā peccasset: immo frequenter ex præcedētibz peccatis talia, uel similia cogitat, & nunc quantum potes pœniteas, & te ipsum cohibeas, & Deus ignoscit, eò quod non est negligentia, sed fragilitate humana non potes, ut oportet insistere coram Deo: ubi supra, in solu. 3. argu.

Quartò euagatio mentis procedit ex diaboli tentatione. Nam ex illusione, & tentatione dæmonum mens frequenter à Deo auertitur, & impeditur ne oret, & tunc si huiusmodi illusionis, & tentationis nulla causa ab homine, uel à persona præcessit non debet ab oratione cessare, nec et perdit fructū orationis: immo pœniteat confiteatur, & oret, & etiam cōmunice, & meritum habebit: & tūc cessabit dæmonum illusio, uel tentatio. Sicut legitur de quodam in collationibus patrū. Cum enim quidam ex illusione dæmonū uolentium eum impedire ab oratione, & à sumptione Eucharistiæ pollutionem pateretur semper in festis in quibus erat cōmunicandum: seniores comperto, quod nulla causa ab ipso homine præcesserat, decreuerunt, quod propter hoc à communionem non cessaret, & ita cessauit dæmonum illusio à tanto bono eum impedire uolentium. Hæc Beatus Thomas, tertia parte summæ. quæstio. 80. artic. 70. in cor. quæstio. iuxta medium. Item 4. scrip. senten. distinctio. 9. articu. quarto. quæstio. 2. in cor. quæst. iuxta finē, Beatus Thomas dicit hoc idem addens, quod diabolus uidens se non posse consequi intentum de impediendo dictum monachum, & consequēdo fructum ex perceptione Eucharistiæ ab illusione, & tentatione cessauit. Req. infra tentatio, infra Oratio. capit. 3. de attentione.

De Eucharistia.

S V M M A R I V M.

- 1 Circa sacramentum Euch. octo obseruanda.
- 2 Immolatio Agni Paschalis, signat immolationem Christi.
- 3 Secunda figura Euch. præcessit in Manna.
- 4 Octo præcepta de Manna data sunt.
- 5 Euch. etiam sub duplici specie panis, & uini figurata est.
- 6 Panis, & uinum sunt propria materia Euch.
- 7 Panis Triticeus est propria materia Euch. quattuor rationib.
- 8 Panis tamen Triticeus non fermentatus est materia Euch.
- 9 Propria materia huius sacramenti est uinum de uite.
- 10 Quarta figura Euch. fuit sanguis, & aqua de latere Christi.
- 11 Admixtio aquæ uino non est de necessitate sacramenti.
- 12 Quantum aquæ uino apponi debeat.
- 13 Causæ institutionis Euch.
- 14 Quo tempore sacramentum Euch. fuit institutum, & debuit institui.
- 15 Euch. sacramentum quò ad multa est inter omnia nobilissimum.
- 16 Sacramentum corporis, & sang. Domini debet sumi, per modum manducationis, & potationis.
- 17 Quindecim genera personarum dignè communicare non possunt.
- 18 Suspicio de Crimine duplex.
- 19 Laudabile aliquando est, sed aliquando uitiosum quod peccator corpus Christi uideat & tægat.
- 20 Recipiens corpus Christi in peccato mortali mortaliter peccat.
- 21 Proponuntur sex casus circa indignè communicantes.
- 22 Peccatori petenti corpus Christi sacerdos non dēt negare Euch.
- 23 Ad dignè communicandum quattuor requiruntur.
- 24 Circa communionem aliqui malè se habent tribus rationibus.
- 25 Circa communionem aliqui benè habent tribus modis.
- 26 Qui habet puritatem, & Deuotionem frequenter communicet.
- 27 Quattuor utilia circa communionem.
- 28 Quattuor bona fiunt uirtute Euchar.
- 29 Per Euch. non fit remissio culpa mortalis.
- 30 Virtute Euch. remittitur culpa uenialis.
- 31 Qui dignè accedit præseruatur a culpa.
- 32 Per hoc sacramentum fit adeptio gloriæ.
- 33 Forma consecrationis Eucharist. quinque conditionibus integratur.
- 34 Conuersio panis in corpus Christi, differt ab alijs mutationibus.
- 35 Conuersio panis in corpus Christi, fit uirtute increata, & creata.
- 36 Virtus uerbis diuinitus collata, nō habet in uerbis esse permanēs, sed influens.
- 37 Cōsecratio Euch. pficitur ex quattuor.

- 38 Substantia panis post consecrationem non manet.
- 39 Quattuor obseruanda circa conuersionem.
- 40 Ad maiorem euidenciam sex alia notanda.
- 41 Euch. habet quinque conditiones per quas quinque sortitur nomina.
- 42 In Hostia consecrata est uera fractio, & non ficta.
- 43 Hostia consecrata frangitur rationabiliter.
- 44 Hostiae fractio fit in tres partes inaequales, & quare.
- 45 Amicabilis communicatio consideratur.
- 45 Quo ordine Christus corpus suum dedit discipulis.

C A P. I.



Eucharistia. Circa sacramentum eucharistiae octo per ordinem sunt notanda. Primum est multiplicitas praefigurationis. Secundum est necessitas institutionis.

Tertium est congruitas temporis. Quartum est sublimitas perfectionis. Quintum est proprietas assumptionis. Sextum est uarietas susceptionis. Septimum est assiduitas communionis. Octauum est utilitas operationis. Primum consideranda est multiplicitas praefigurationis. Nam sacramentum eucharistiae praefiguratum fuit in lege naturae per oblationem Melchisedech: secundo in lege Moyse per Agnum Paschalem, & per manna: tertio in lege noua. scilicet gratiae per sanguinem, qui fluxit de latere Christi. Et haec multae aliae figurae praecesserunt: tamen haec quattuor assignantur a Magistro sententiarum 4 lib. sent. dist. 8. in principio: eo quod omnes aliae figurae ad has quattuor reducuntur tanquam ad illas quae expressius sacramentum Eucharistiae figurant, ut dicit B. Th. 4. scrip. sent.

dist. 8. art. 2. q. 2. in solut. 6. arg. unde dicit Magister sententiarum ibidem, quod prima figura fuit Agnus Paschalis: Exodi 12. secunda figura fuit manna: Exod. 16. tertia figura fuit oblatio Melchisedech: Gen. 14. quarta figura fuit sanguis, qui fluxit de latere Christi: Iohan. 19. Ratio autem istius praefigurationis ex tribus partibus potest accipi. scilicet ex parte effectus, respectus, & usus.

Prima ratio istius praefigurationis potest sumi ex parte effectus. Nam quattuor sunt principales effectus sacramenti eucharistiae. Primus est: uiuificare quantum ad hunc effectum figurabatur per sanguinem Christi, quia ut habetur Leuitic. 17. Omnis anima id est uita corporalis in sanguine est, Similiter uita spiritualis est a sanguine Christi. ad Heb. 9. Sanguis Christi mundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo. Secundus effectus est uiuificata nutrire, & quantum ad hunc effectum figurabatur per manna, unde Sap. 16. Angelorum esca nutriti sunt populum tuum. Tertius effectus huius sacramenti est restaurare, & quantum ad hunc effectum figurabatur per panem, & vinum oblatum Abrahamae de praelio reuertenti a Melchisedech. Quartus effectus huius sacri est protegere a potestate aduersariorum: & quantum ad hunc effectum figurabatur per Agnum Paschalem cuius sanguine custoditi fuerunt filii Israel ab Angelo exterminatore. Secunda ratio istius quadruplicis praefigurationis potest accipi ex parte respectus. Prima. n. figura. scilicet Agnus Paschalis respicit, & signat rem in hoc sacramento contentam. scilicet innocentiam Christi: unde Exo. 12. dicitur, quod erit Agnus absque macula: & ut dixi signat rem contentam. scilicet Christum innocentem exterminantem seuitiam diaboli. Secunda figura signat non rem contentam sed effectum: & talis erat manna quae figurabat Christi gratiam, qua anima multipliciter sustentatur, & roboratur. Tertia figura non figurabat rem contentam, uel rem effectum: sed ea, quae huius sacramenti sunt signa. scilicet panis, & uinum. Quarta figura figurabat efficaciam causam. Nam sacramentum eucharistiae uirtutem, uel efficaciam habet a sanguine Christi. Hec. B. Thom. 4. scrip. sent. distin. 8. arti. 2. q. 2. in corp. q. per totum. Tertia ratio assignationis istarum quattuor

Effectus
Euch. p.
cipui.

Diversitas
figurarum
Euchar.

eucharistia figurata est in lege naturae.

figurarum potest summi ex parte usus huius sacramenti. Nam istæ quattuor figuræ repræsentant corpus Christi secundum quod est in usu fidelium per esum: quod de omnibus patet. Et primò de oblatione Melchisedech qui panem, & vinum edendum, & bibendum obtulit Abraæ. Secundo hoc patet de manna quod ad esum populi providebatur. Tertio hoc idem patet de Agno Paschali qui edendus a populo occidebatur. Quarto. hoc idem patet de aqua quæ admixta sanguini in passione Christi populum signat Christi sanguinem communicantem. Hæc Beat. Thom. ubi supra immediate, artic. secundo, quæst. secunda, in solut. sexto, argument.

C A P.

I I.

PRIMA figura signat sacramentum eucharistiæ fuit Agnus Paschalis ratione contenti, scilicet quia Agnus Paschalis signat in hoc sacramento rem contentam: hoc est innocentiam Christi qui absque omni macula fuit. Ad cuius euidenciam notanda sunt duo, scilicet modus immolationis, & commestio- nis. Circa rationem, & modum immolationis nota, quod immolatio Agni Paschalis signat immolationem Christi 1. ad Corinth. quinto, pascha nostrum immolatus est Christus, & hoc propter tres rationes. Primò enim Agnus ad uesperam est immolatus: & significat, quod Christus in ultima ætate pro nobis est crucifixus, primo ad Corinth. decimo. Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt. Secundo sanguis Agni super utrumque postem ponebatur, & signat, quod passio Christi in corde debet haberi per fidem, & compassionem, & in ore per confessionem, uel per duos postes intellectus, & affectus signantur. Tertio aspergebatur, & ponebatur sanguis Agni in superliminibus domorum. Nam domus sunt mentes, superliminaria uero intentiones. Et signat, quod passionem Christi ad imitandum debemus ponere super intentionem mentis. Vel aliter: domus sunt corpora in quibus habitamus, superliminare domus est frons, & signat, quod tunc sanguinem Agni in super

liminare domus ponimus quando crucem, & passionem eius non solum in corde, sed et in fronte portamus. Secundo circa ritum, uel modum commestionis Agni obseruabantur duodecim, quæ in assumptione, uel comestione corporis Christi seruari debent. Primum est, quod debebant edere carnes Agni nocte, & signat ut dicit glo. quod sacramentum dominici corporis nocte huius sæculi sumimus, & comedimus, dum adhuc inuicem proprias, uel alienas conscientias non uidemus. Vbi nota, quod cibus corporalis indifferenter potest comedi de die, & de nocte. Sed cibus spiritualis. scilicet corpus Christi a sanis non debet percipi nisi ieiuno stomacho. Secundum est, quod præcipiebatur ut Agnus Paschalis tantum in domo comederetur, & signat, quod corpus Christi in domo. id est in ecclesia catholicorum comedatur non in conuentibus hæreticorum, qui non solum communicare, sed etiam nec tangere nec aspicere permittuntur. Tertium est, quod carnes Agni non crudas, non semicoctas, non aqua lixas, sed igni assas debebant comedere. Greg. Carnes crudas comedit omnis, qui Christum purum hominem credit. Carnes uero aqua coctas comedit qui incarnationis mysteria humana sapientia discutit, sed carnes assas igni Vbi Greg. in glo. Quæ tamē carnes igni assandæ sunt, quia qui carnes aqua coctas dissoluit. Ignis uero sine aqua roborat: ergo carnes Agni ignis coxit, quia cum uis passionis ad resurrectionem ualentiorē reddit, atque ad incorruptionem roborauit. Vel carnes erant assæ igni ad significandum passionem, uel charitatem Christi. Quartum est, quod cum Agno Panes Azimos comedebant, ad significandum puram conuersationem fidelium summium Christi corpus, secundum illud Apostoli. 1. ad Corinth. 5. Epulemur in Azimis sinceritatis, & ueritatis: & Greg. ibidem: Panes sine fermento comedit, qui recta opera sine corruptione uanæ gloriæ facit, & qui mandata misericordiæ sine admixtione peccati exhibet. Quintum est, quod caro Agni comedebatur cum lactucis agrestibus, quæ sunt multum amaræ, ad significandum, quod corpus Christi debet sumi cum penitentia, & amaritudine peccatorum, quæ multum est necessaria sumentibus corpus Christi, Si quæras, nonne qui sibi in nul-

Cōme-
stio A-
gni cor-
respon-
det sum-
ptioni
euchar.

lo cōsciū est potest comedere sine lactu-
cis agrestibus. Respondeo, & dico, q̄ qui
sua nō deflet, defleat aliena. Sextum est,
q̄ qui sumunt corpus Christi per prius
debent renes accingere cingulo castita-
tis. Nam in renibus uiget delectatio: &
quia non solum delectatio carnis, sed
etiam mētis est resrenanda, & extingū-
da: ideo dicebat propheta in psal. Vre re-
nes meos & cor meum. Gre. ibid. Nō pla-
cet Deo cum quis uel bona agit non re-
frenata impudicitia, uel castē non uiuit
non exercens se per bona opera: ubi glo-
sa super illo uerbo Iob. 38. Accinge sicut
uir lumbos tuos: sic dicit. Qui prius luxu-
riam uicerat carnis, nunc luxuriam re-
stringat elationis. Septimum est, q̄ come-
dentes Agnum calciamenta in pedibus
debent habere, ad significandum, q̄
illi, qui corpus Christi assumunt: calcia-
menta idest, exempla Sanctorum patrū
mortuorum: in pedibus idest in affectio-
nibus debent habere ad imitandū. Octa-
uum est, q̄ comedens Agnum Baculum
in manibus debebat habere, qui quidem
baculus signat custodiam pastorem.
Greg. ut habetur in glo. Prius præcipitur
renes accingere: post in manibus bacu-
lum habere, quia illi debent pastorem
curam suscipere: qui iam in corpore suo
sciunt fluxum luxuriæ domare, ut cum
alijs tortia p̄dicant, mollibus desideriis
non succumbant. Nonum est, q̄ Agnum
debent comedere festinanter, ad signi-
ficandum, ut dicit glo. interli. quia nesci-
mus quamdiu liceat. Greg. Nemo in hu-
ius uite itinere torpeat, ne in patria locū
perdat: prouer. 27. Ignoras quid superuē-
tura pariat dies. Decimum est, quod ca-
put cum pedibus, & intestinis Agni de-
bebant uorare. Glo. interli. Caput Agni
idest Christi est diuinitas: pedes sunt my-
steria humanitatis, intestina sunt occul-
ta & mystica uerba, & mandata Christi.
voracitas uerò est mentis auiditas sumē-
do, ergo sic. Caput cum pedibus est diui-
nitatem Christi fide suscipere, & uesti-
gia humanitatis amando, & imitando per-
quirere. Et intestinis. Grego. Intestina
uoramus cum uerborum Christi occulta,
& mystica mandata auidē sumimus i-
dem. In orationis uerbo pigritia nostra
reprehenditur, quæ uerba eius atque my-

steria nec per nos metipso requirimus,
sed etiam dicta ab alijs inuitē audimus.
Vndecimum est, quod de illo Agno nihil
remanere usque mane debebat, ad signā-
dum, ut glo. dicit. Quod de sacramento
corporis Christi nihil debet remanere
indiscussum usque mane resurrectionis.
Vel aliter potest dici: quod si sacerdos
consecrat unam solam hostiam de illa
nihil debet reseruare, sed totam assume-
re: si autem plures hostiæ fuerint conse-
cratæ pro infirmis reseruari possunt.
Duodecimum est, quod si quid de illo
Agno residuum fuerit igne mandabatur
comburī. Super quo uerbo Gregorius
sic ait. Quod ex Agno remanet igni com-
burimus: quando hoc quod de mysterio
incarnationis eius intelligere, & pene-
trare non possumus: non contemni-
mus, sed spiritui scto relinquimus. Hæc
omnia Beat. Thom. breuiter ponit pri-
ma secundæ, quæst. 120. artic. quinto, in
solut. secundo argument.

C A P. III.

SECUNDA figura sacramenti Eu-
charistiæ præcessit in manna quod 3.
Deus pluit patribus in deserto: Exod.
decimosexto, ut dicit Magister sentent.
in tex. quarto, distinct. octaua, in princi-
pio. Sed fortē argues contra, & dices,
quod manna non fuit figura sacramen-
ti Eucharistiæ tali ratione: Manna habe-
bat in se omnis saporis suauitatem: ut
dicitur Sap. decima octauo. sed hoc sacra-
mentum non habet in se omnem sapo-
rem spirituale, quia sic haberet effe-
ctus omnium sacramentorum: & alia
sacramenta superfluerent, ergo &c. Re-
spondeo ad hoc sex modis.

Primò quod hoc sacramentum habet
omnem suauitatem spirituale, inquan-
tum continet fontem omnis gratiæ, quā-
uis non ordinetur eius usus ad omnes ef-
fectus sacramentales gratiæ. Secūdo mo-
do dico, quod quantum ad effectum ha-
bet omnem effectum suauitatis in refi-
ciendo, quia hoc solum sacramentū per
modū refectionis operatur. Tertio mo-
do respondeo secundum Diony. qui di-
cit, q̄ effectus omnium sacramētōrū pōt
huic sacramento ascribi, inquantū hoc sa-
Suauitas Eu-
charist.

eramentum est omnis sacramenti perfectio. i. in quadam summa continens omnia quæ alia sacramenta continent sigillatim. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 8. articu. 2. q. 2. in solu. 4. arg. per totum: quarto modo respondeo & dico, qd hoc sacramentum habet omnem suauitatem ratione contenti: ut Aug. dicit: quinto modo respondeo & dico, qd illo cibo. s. manna nō ministrabatur quicquid erat delectabile, & suaue oī sensui: sed solummodo quod erat delectabile gustui. Similiter in hoc sacramento non datur quicquid est delectabile omni sensui, sed solum quicquid est delectabile gustui spūali. s. menti, vel affectui: sexto modo respondeo & dico, qd per hoc, qd dicit oēm suauitatis saporem: perfectionem dicit suauitatis nō delectationē quācunq; indiuiduam: vnde ex hoc verbo prædicto sapientiæ non habetur, qd generalitas prædicta dicat effectum omnis gratiæ, sed tantum alicuius, secundum quē per modum gustus delectamur ī Christo. Ad maiorem tamen euidētiam prædictorum circa manna considerata sunt duo scilicet conueniētia rōne proprietatis, & dīa ratione sublimitatis. Primò consideranda est inter manna, & Christum: conuenientia ratione proprietatis. Nā manna octo condiciones, uel proprietates habebat ppter quas assimilabatur Christo. Prima est, quia manna dabatur de cœlo: In psal. Panem de cœlo dedit eis: & Christus de se ait: Iohan. 16. Exiui à patre, & ueni in mundū. Et iterum Iohan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Et sybilla prophetauit dicens: E cœlo rex aduenit per secula futurus, s. in carne præsens, ut iudicet mundū. Secunda proprietas mannae erat, quia manna minutum erat, atq; subtile, sic Christus secundum naturam diuinitatis subtilis est, ut nullo modo ualeat comprehendī. In psal. Accedat homo ad cor altum & exaltabitur Deus, ita qd ipse est incomprehensibilis ratione diuinitatis tripliciter: primò in generatione, secundum diuinitatem: unde Isaia 53. Generationem eius quis enarrabit: secundò in cognitione. Exod. 32. Non uidebit me homo, & uiuet: tertio in progressionē, scilicet quando clauso uirginis utero egresus est de utero uirginali: & quando ad di-

scipulos intrauit ianuis clausis: Ioh. 20. Tertia proprietas mannae erat, quia manna erat candidum & album, sic caro Christi adeo fuit candida, ut in ea nulla fuerit macula 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit. Nonne hoc manna fuit ualde candidum quando resplenduit facies eius, ut Sol & uestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Matth. 17. Quarta proprietas mannae erat, quia dulcedinem habebat mellis, sic de Christo legitur Cant. 5. Comedi fauum cum melle meo: nam fauus est mel in cera, & mel diuinitatis fuit in cera humanitatis in Christo: Lucæ 24. Obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis: Nonne erat in Christo dulcedo mellis cum dicebat: Dimittuntur ei peccata multa, & cum dicebat Matth. 11. Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris: iugū enim meū suaue est: & cum dicebat Iohan. 15. Iam non dicam uos seruos, sed amicos. Quinta proprietas erat, quia manna sapiebat in ore cuiuslibet quod appetebat, desiderabat, & delectabat. In psal. Gustate & uide de quoniam suauius est dominus. Istum saporem suauitatis sensit. B. Petrus quando dixit: Domine ad quem ibimus uerba uitæ æternæ habes. Sexta proprietas mannae erat, quia manna indurabatur ad ignem, & liquefiebat ad Solem: sic Christus per ignem diuinitatis existens in ipso, quia in eo habitabat plenitudo diuinitatis corporaliter, ut dicit Apostolus roboratur, & firmabatur in humanitate: vnde ipse dicebat: Qui me misit mecum est & non reliquit me solum. Et iterum: Dominus mecum est tanquam bellator fortis. Secundò liquefiebat ad solem persecutionis; vnde Cantic. Decolorauit me Sol. Et in passione infirmabatur dicens: Tristis est anima mea usque ad mortem. Nōne liquefiebat cum factus in agonia prolixius orabat? & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētis in terram. Septima proprietas mannae erat, quod die sexta collegerunt duplum, scilicet, cibos duplices: sic Christus sexta ætate accipitur duplicatus, scilicet, Deus & homo. Ipse enim est Emanuel, idest, nobiscum Deus, scilicet, in homine Deus: Iohan. 1. Verbum caro factum est. Et in Psal. Simul in unū diues & pauper. Non-

ne collegit duplum Thomas quando videns cicatrices in homine: dixit dominus meus & Deus meus. Ipse etiam Christus intelligendus est hic per solem: ut postea habeamus per speciem. Octava proprietas est, quod manna in alterum diem reservatum scaturiebat vermibus: Exo. 16. Ita si quis Christum contra mandatum Dei sumit, & abscondit, ut aliter de eius divinitate, seu humanitate sentiat, quam veritas habet, scatet vermibus. i. poenam eternam generabit, ut dicit ibidem glo. Nona proprietas est, quod de manna nec qui plus colligebat amplius habebat, nec qui minus parauerat reperiebat minus: Exo. 16. unde B. Tho. in sequentia de corpore Christi sic dicit: Sumit unus sumunt mille, quantum isti tantum ille, nec sumptus consumitur. Secundo principaliter circa manna, & corpus Christi consideranda est tria ratione sublimitatis. Nam corpus Christi illud antiquum manna excedit octo modis. Primo, quia in hoc sacramento ille continetur, & sumitur, qui non solum est augmentum gratiae, & virtutis, sed totius gratiae est fons, & origo, quod nunquam fuit in manna. Secundo, quia eucharistia spiritualiter reficit, illud autem, scilicet manna corporaliter solum. Tercio, quia illi, qui panem illum manducauerunt mortui sunt, iste vero panis, qui de caelo descendit se manducantibus vitam tribuit in aeternum. Quarto, quia manna illud de caelo, hoc super caelum. Quinto, quia illud manna erat caeli, hoc Deus caelorum: nam qui de caelo venit super omnes est. Sexto, quia illud manna scaturiebat in alterum diem reservatum, hoc ab omni corruptione est alienum: quicumque enim religiose gustaverit corruptionem non videbit. Septimo, quia illud manna datum fuit antiquis post transitum maris rubri ubi submersis Aegyptiis liberati sunt Hebraei: hoc caeleste manna, scilicet corpus Christi non nisi renatis per baptismum praestari debet. Octavo, quod ille corporalis panis populum antiquum de terra promissionis per desertum eduxit, haec caelesti esca fideles huius seculi desertum transeuntes in caelum subuehit: unde recte viaticum appellatur, quia in via nos reficiens ad patriam deducit. Hec magister sent. 4. lib. in principio octavae distinctionis.

Euchar.
excedit
manā in
plurib.

CAP. IIII.



ST etiam notandum ad evidentiam praedictorum, quod mandatum de manna continebat octo: primum, ut mane colligeretur, secundum ut sufficienter: tertium, ut ad mensuram: quartum ut non relinqueretur in crastinum: quintum ut in die sexto colligerent duplum: sextum, ut reseruant vnum gomor: septimum, ut in sabbato illud comederent: Octauum, ut implerent gomor ad seruandum. Primo mandabatur eis, ut manna mane colligerent, non vespere, uel de sero. Ratio autem huius est duplex. Prima litteralis, & est Iosephi: Nam secundum Iosephum, quia terra vespere erat calida, manna liquefiebat ad Solem: mane autem tempus erat frigidum, & tunc scilicet mane mundius colligeretur, tunc enim diurnis passibus hominum non erat terra conculcata. Secunda ratio est spiritualis ad significandum quod manna spirituale, scilicet corpus Christi non vespere, sed mane debemus colligere, & comedere, eo quod corpus impassibile sumimus, quod factum est in resurrectione quando mane resurrexit. Secundum mandatum de manna fuit, ut sufficienter colligerent: unde dicitur Exo. 16. Vnusquisque colligebat de manna quantum sufficere poterat. Ratio autem huius est duplex. Vna est litteralis secundum Iosephum, scilicet ne crederetur magis edacibus minus sufficere, & minus edacibus non posse edere. Secunda ratio est spiritualis, scilicet ad significandum, quod in nulla re corporali potest esse sufficientia, nisi in manna spirituali. scilicet in Christo. Tertium mandatum de manna fuit, ut omnes colligerent ad mensuram: Exo. 16. Nec qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat reperit minus: sed omnes ad mensuram gomori. Ratio autem huius potest reddi litteralis, & spiritualis. Ratio autem litteralis potest assignari duplex. Prima, quia aliqui licet colligerent plus, & aliqui minus: omnes tamen illud quod collegerant ponebant in acervis: & postea singulis dabatur ad mensuram gomor. Secunda ratio est quia.

Cur mā
na ma
ne colli
gebat.

quia, ut dicunt hoc miraculosum fuit, quod qui plus colligebat plus non inueniebat, nec quod minus, sed singuli gomor. Ratio autem spiritualis est duplex. Vna est gomor spiritualiter dicitur mensura fidei de Christo qui per manna significatur: ad Roma. 2. Non plus sapere quam oportet sapere, ita fides nec maior nec minor debet esse quam sit necesse. Requ. infra Fides, an ratio adducta ad ea quæ sunt fidei augeat, vel diminuat meritum. Secunda ratio spiritualis est, quia gomor spiritualiter est mensura trium modorum. In quo notatur, quod in Deo sunt tres personæ in vna essentia, contra aliquos qui posuerunt vnā personam sicut vnā essentiam, vel contra aliquos qui posuerunt tres essentias sicut tres personas. Et similiter in manna spirituali, scilicet in Christo sunt tres substantiæ, scilicet anima caro, & diuinitas. Quartum mandatum de manna fuit, ut non relinquerent in crastinum, ad signandum, quod non debemus differre vsque ad crastinum mortis, uel iudicii, ad Gala. ultim. Dum tempus habemus operemur bonum.

Cur 6. die duplū colligebat. Quintum mandatum erat, quod die sexto colligerent duplum. Ratio autem huius erat duplex. scilicet litteralis, & spiritualis. Prima ratio litteralis erat. scilicet ut in die septima quæ erat sancta operi non uocarent, sed eam sanctificarent. Requ. infra Festum. Ratio autem spiritualis est duplex. Prima ad significandum, quod in vita præsentī duo oportet querere. scilicet scientiam, & vitam, ut in futuro habeamus ueritatem. scilicet Christū qui erit refectio hominis interioris, & exterioris. Alia ratio quare sexta die plus colligebant alijs diebus est ad signandum, quod quanto magis appropinquamus ad uitam æternam, tanto magis bona opera multiplicare debemus: uide Grego. Similes esse debemus effodiēti thesaurum, qui enim thesaurū effodit tanto magis festinat, quanto thesauro magis appropinquat. Sextū mandatū de manna erat. scilicet quod alterum gomor reseruaretur in sabbatū. Super quo uerbo glo. sic dicit. Audiendo uerbum Dei, & faciendo, uel bene uiuendo, & alijs misericordiam præstando quod ponebatur pro sabbato non corrumpetur, quia bona pro futura requie facta in futura uita remanent integra, alioquin

ebuliebat, & computrescebat uermis quod seruabatur. Et iterum glo. Qui enim propter præsentem uitam, & amorem sæculi thesaurizant, illis ebullit uermis qui non morietur in æternum. Septimum mandatum erat de manna, ut in sabbato illud comederent, ad significandū, quod in futura uita nulli licebit operari, sed quilibet præmiabitur in sabbato. id est in requie sempiterna. Octauum mandatū erat de manna, ut implerent gomor ad reseruandum illud in tabernaculo, ita dicitur Exod. 16. Posuit quæ illud scilicet manna Aaron in tabernaculo ad reseruandum, quod trib. de cauis fiebat. Prima ad signandum, quod quilibet qui uult saluus fieri debet implere gomor id est opera fidei adimplere. Secunda ratio est ad signandum, quod Aaron. id est quilibet sacerdos debet seruare manna in tabernaculo, id est corpus Christi in ecclesia. Tertia ratio est ad signandum, quod quilibet Christianus debet habere, & conseruare manna in tabernaculo. id est corpus Christi in anima, & hoc in memoriam æternam, & desiderium uisionis diuinæ: unde glo. ibidem sic ait. Corpus Christi, id est uerbum Dei quod percipimus nunc in enigmate, tunc autem facie ad faciem. De hoc manna spirituali habetur Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cælo prestitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. In quo uerbo tangit quattuor. Primo beneficium ministerio angelorum exhibitū, ibi Angelorum esca &c. Quod duobus modis exponitur. Primo sic Angelorum esca, id est ab Angelis ministrata. In psalm. Panem angelorum manducauit homo. Secundo sic. Panem angelorum &c. id est illū pane manducauit homo qui figurabat illum panem qui est refectio angelorum. scilicet Christum qui de seipso dicit Ioh. 6. Ego sum panis uiuus qui de cælo descendi.

Secundo tangit locum, unde hoc beneficium fuit nobis donatum, ibi Paratum panem de cælo. In psalm. Panem cæli dedit eis. Tertio tangit modum quo est nobis exhibitum: ibi. Paratū panem prestitisti sine labore. Nam differentia est inter panem cælicum, & terrenum, quia iste panis terrenus non habetur sine labore agriculturæ: immo multum labora-

Cur seruabatur in tabernaculo.

re oportet antequam colligatur de terra. Iste autem panis cælicus sine labore datus est nobis: & quilibet sine omni difficultate colligere poterant quantum sufficiebat.

Quarto tangit huius beneficii effectum operatum: ibi. Omne delectamentum in se habentem &c. idest perfectam conuenientiam cum merito. Et subdit: Omnē suauitatis sapore: nam in gustu sapiebat unicuique sicut volebat, ut exponit Greg. in 6. Moral. Oppositum tamen huius uidetur posse probari ex quattuor. Primo auctoritate Rabani qui ut habetur ibidem in gl. videtur velle contrarium. Secundo auctoritate Nume. 11. ubi dicitur, quod erat saporis. s. panis ordeacii aliās olearii: ergo non omnis. Tertio quia si eis illud manna saperet ut volebāt, quomodo dicebāt: Anima nostra nauseat &c. Quarto quia si illud manna habebat saporem omnē: quare petebant carnes, cum in illo cibo saporem carniū inuenirent si uolebāt. Respondeo ad hoc, & dico dupliciter. Primo quod secundum glosam, ut habetur. Exo. 16. manna habebat unum saporem proprium. s. olearii dulcissimi, sed bonis habebat omnem saporem quem volebāt, malis autem, & rebellibus non sic: vnde vertebatur in nauseam, & illi erant, qui carnes petebant. Secundo modo respondent alij, & dicunt, quod illi tanquam leccatores non curabant tantum de sapore carniū quem inueniebant in manna: sed in visu illarum, & colore. & odore appetebāt delectari: sicut faciunt illi qui curant de vino non propter saporem, sed propter colorem quem uinum ostendit in uitro, quod prohibetur. Prouer. 23. Ne intuearis vinum cum flauescit in uitro &c.

C A P. V.

Tertia figura sacramenti eucharistiæ fuit oblatio quam Melchisedech Rex Salem fecit Abraæ. Gen. 14. ubi dicitur, quod Melchisedech Rex Salem obtulit Abraæ reuertenti de prælio panem, & uinum, ut tangit Magister. 4. lib. sent. dist. 8. de quattuor figuris sacramenti eucharistiæ in fine.

Sed fortè argues, & dices, quod illa ob-

latio panis, & vini facta Abraæ non fuit conueniens figura huius sacramenti duplici ratione. Prima est talis: In hoc sacramento. s. eucharistiæ aliquid offert Deo: sed Melchisedech non legitur aliquid obtulisse Deo: sed homini. s. Abraæ cui obtulit panem, & uinum, ut patet Gen. 14. ergo &c. Respondeo, & dico, quod eucharistia offertur Deo in sanctificatione Hostiæ, & offertur populo in ipsius sumptione: & hoc significatum fuit in oblatione ipsius Melchisedech, qui obtulit Abraæ panem, & uinum, & benedixit Deo excelsio. Hæc B. Thom. 4. scrip. sen. distin. 8. artic. 2. q. 2. in solu. 2. arg. Secunda ratio est talis: In sacramento eucharistiæ filius offertur patri: sed oblatio illa fuit facta homini, & non Deo, ergo &c. Respondeo duobus modis. Primo quod hoc sacramentum offertur non solum ad cultum, sed ad esum ratione qua potest ipsa figura istius sacramenti dari, uel offerri homini. Secundo quod Abraam signat Christum qui est omnium pater: vnde sicut in oblatione sacrificij nostri sit oblatio Deo, ita in sacrificio typico, uel figuratiuo potest fieri oblatio homini, qui gerit figuram Christi sicut Abraam. Ad maiorem tamen euidentiā prædictorum dico hic tria. Primum est, quod sacramentum eucharistiæ sub duplici specie figuratur, scilicet sub specie panis, & vini.

Secundum est, quod corpus Christi solum de pane triticeo, & Azimo consecratur. Tertium est, quod de vino uitis sanguis conficitur. Primo dico, quod sacramentum eucharistiæ sub duplici specie figuratur. s. panis, & vini. Hoc autem probouem rationibus. Primo ratione dominicæ institutionis sic: Sacramentum eucharistiæ à Christo sumpsit initium sed Christus dedit discipulis duo in cena scilicet panem, & uinum, ergo hæc duo ad huiusmodi sacramentum sunt necessaria. Secundo hoc idem probouero ratione manducationis sic: Vfus huius sacramenti est manducatio: sed manducatio ad sui integritatem panem, & uinum exigit ergo huius sacramenti materia debet esse duplex, una quæ in cibum sumitur sicut panis, alia quæ in potum sicut uinum. Tertio hoc idem probouero ratione representationis sic: Hoc sacramentum repræsentat

Cur sub
duplici
spē con
ficiatur
euchar.

passio.

passionem Christi: sed in passionem Christi fuit sanguis Christi à corpore separatus. Et ideo duplex materia est necessaria: una representans corpus, & talis est panis, alia representans sanguinem Christi, & talis est uinum. Quarto hoc idem probo ratione operationis sic: Istud sacramentum valet ad salutem mentis, & corporis: ergo oportet, quod sub utraque specie sumatur. scilicet sub specie panis ad significandum salutem corporis, & sub specie uini ad significandum salutem animæ. Si enim tantum in specie panis sumeretur, significaretur, quod tantum in tuitionem corporis sumeretur: si uero tantum in uino: significaretur, quod tantum pro salutem animæ sumeretur. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 11. artic. 1. in cor. q. per totum, & argu. contra. Quinto hoc idem probo ratione integre susceptionis. Ut enim Christus ostenderet se naturam humanam totam, vel integram assumpsisse scilicet corpus, & animam ut utrumque redimeret, ideo istud sacramentum sub duabus speciebus uoluit consecrare, ut animæ, & corporis in Christo suscipio, & utriusque in nobis liberatio significetur. Sexto hoc idem probo ratione duplicis assumptionis. Nam modus assumendi istud sacramentum est duplex. scilicet cum difficultate, sicut faciebant iudei murmurantes, & litigantes, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, & hic figuratur in pane. Alius modus assumendi est cum facilitate, sicut fecit Zachæus qui suscepit Christum gaudens in domum suam: & hoc signatur in uino. Septimo hoc idem probo ratione duplicis immolationis. scilicet in uita, & in morte. Nam expectatio mortis, uel præparatio ad mortem fuit mors quædam: Lucæ. 22. Factus est sudor &c. unde immolatio quæ fuit in uita representatur specie panis, immolatio uero quæ fuit in morte representatur specie uini. Octauo probo hoc idem ratione humane saluationis sic: Per passionem Christi sumus redempti, & absoluti: hoc figuratur, quia duo fluxerunt de latere Christi scilicet sanguis, & aqua. Effusio sanguinis facta est ad nostram ablutionem, uel absolutionem. Specie igitur panis signatur redemptio nostra à dæmonibus, specie uini signatur ablutio, uel absolutio ab omni crimine. Nonò probo hoc idem ratione

assimilationis, uel perfectionis sic. Nam sacramentum corporis Christi ratione suæ perfectionis conuenit cum sacramento incarnationis, & passionis, quod sic probatur: Nam in incarnatione facta est unio diuinæ naturæ cum humana in Christo, qui est caput nostrum, in passione uero facta est nostra redemptio sanguinis effusione. Modo igitur in sumptione corporis Christi sub specie panis signatur coniunctio membrorum cum capite, quæ facta fuit in incarnatione. In sumptione uero sanguinis sub specie uini signatur redemptio nostra per sanguinis Christi effusionem: unde in hoc sacramento signatur aliquid quod est incarnationis, & aliquid quod est passionis, propter quod istud sacramentum est perfectissimum sacramentum; unde Augu. dicit, quod est sacramentum sacramentorum. Patet igitur, quod sub duplici specie, scilicet panis, & uini præfiguratur hoc sacramentum. Sed potest aliquis arguere in oppositum, & dicere, quod non debet esse duplex materia huius sacramenti, sed una tantum triplici ratione. Prima ratio est talis: Totus Christus est sub specie panis secundum rei ueritatem: non tamen est ibi ex vi sacramenti nisi corpus eius etiam secundum quod uenit in usum fidelium. Secunda ratio est talis: Sacramentum hoc ordinatur ad usum fidelium: sed tantum sub una specie scilicet sub specie panis fidelibus ministratur, ergo tantum una species, scilicet panis debet esse.

Respondeo, & dico, quod populo non datur sanguis propter periculum, quia facilius una gutta sanguinis laberetur quam una particula corporis. In quibusdam tamen locis de consuetudine datur participatio sanguinis clericis scilicet ministris altaris de quibus præsumitur, quod magis sint cauti. Tertia ratio est talis: Posset contingere, quod in aliqua terra haberetur triticum, & non uinum uel è conuerso, ergo uideretur quod in tali casu liceret consecrare tantum in una specie. Respondeo, & dico, quod quamuis consecratio panis non dependeat à consecratione uini quod quidam posuerunt, tamen potius deberet desistere, qui non haberet utrumque scilicet panem, & uinum, quam conficere con-

Cur laici non datur sanguis in calice.

tra morem ecclesiæ in vna specie tātum. Quamuis etiam si in vna tantum specie consecraret: consecratum esset: peccaret autem grauius nisi post cōsecrationem corporis ante consecrationem sanguinis occideretur, vel alias præter culpam suā impediretur. Hæc B. Tho. 4. script. sent. dist. 11. artic. 1. q. 1. in solu. 2. 3. & 4. argu. per totum.

C A P. VI.

Secundo dico, quod inter alios cibos, & potus: panis, & vinum sunt ppria materia sacramenti Eucharistiæ. Hoc autem probo quinque rationibus: prima est, quia hæc habentur communius: secunda, quia operantur efficacius, uel vtilius: tertia, quia tractantur mundius: quarta, quia integrantur vtilius, vel conuenientius: quinta, quia imitantur expressius. Prima ratio quare panis, & vinum sunt propria materia sacramenti eucharistiæ est, quia hæc duo habentur communius: nam hæc duo. scilicet panis, & vinum sunt quibus communiter vtimur, generaliter sustentamur, spiritualiter erudimur vt māducemus, & perueniamus ad Christū qui est substantialis, generalis, æternalis cib. mētis nostræ: vnde Damasc. sic dicit. Quia consuetudo est hominibus lauare aqua,

Rōnes cur panis, & vinum sint materia Eucharist. & oleo vngi, coniugauit aquam, & spiritum sanctum, & facit aliud. scilicet lauacrum regenerationis: & quia consuetudo est hominibus panem comedere, & vinum bibere, coniugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus eius, & sanguinem, ut per ea quæ sunt secundum naturam consueta in quibus vita conseruatur ad ea quæ sunt supra naturam anima transferatur. Secunda ratio quare panis, & vinum sunt propria materia huius sacramenti est, quia hæc duo operantur efficacius. Sicut. n. panis præceteris cibis corpus sustentat, & reficit, & vinum præceteris potibus hominē lætificat, & allicit. Sic caro Christi interiorem hominem ceteris gratijs magis spiritualiter reficit, sustentat, & roborat, ita dicitur in psalm. Panis cor hominis confirmat. Et sanguis Christi spiritualiter magis allicit, & lætificat. In psal. Vinum

lætificat cor hominis. Tertia ratio est, quia hæc duo tractantur mundius. Nam inter omnia alia quæ in cibum, & potum veniunt hæc duo; scilicet panis, & vinum tractantur mūdus, & ideo sunt propria materia sacramenti Eucharistiæ, ad significandum, quod corpus Christi mūdus debet tractari, recipi, & teneri vel conseruari. Quarta ratio talis est, quia hæc duo integrantur vtilius uel conuenientius: nam panis, & vinum cōuenientius figurant, & significant fidelium vnitatem. Cuius ratio est, quia sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & pluribus racemis, & vuis vinum confluit: sic ex multis personis fidelium vnitas ecclesiæ constat.

Quinta ratio est, quia hæc duo. scilicet panis & vinum passionem Christi imitantur expressius. Nam inter omnia alia hoc duo passionem Christi seu Christum passum expressius repræsentant. Cuius ratio est, quia graua in area conculcantur, & panis in fornace decoquitur, & vinum in torculari exprimitur quæ omnia passionem Christi seu Christum passum repræsentant, in cuius recordatione datur hoc sacramentum, vnde Augu 4. de trini. sic dicit. Opportuit, quod per multa eramus diuisi à Deo quod multa clamarent vnum venturum scilicet Christum passum. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 11. de materia sacramenti Eucharistiæ. art. 1. q. 2. in cor. q. per totum.

C A P. VII.

Tertio dico, quod sacramentum Eucharistiæ non potest confici nisi de pane triticeo: vnde propria materia huius sacramenti est panis triticeus. Hoc autem quattuor rationibus probo. scilicet ratione præfigurationis, assimilationis, operationis institutionis.

Primo ratione præfigurationis. Nam veritas debet concordare figuræ, sed omnia genera panum oblatoŕū in lege quibus figuratus fuit istæ panis erant de tritico: Exod. 19 Panes azimos, & crustulam absque fermento quæ consperſa sit oleo: lagana quoque azima oleo lita. de similia triticea cuncta facies. Quæ verba Ber.

Bernard. exponens, vt habetur in Glo. sic dicit: Panes azimos Deo offerimus, cum cogitationes puras habemus. Crustulam uerò cum per synceriattem cordis p bona opera quæ foris agimus in exemplum aliorum ostēdimus. Lagana quoque lita oleo pinguedinē gratiæ, uel unctionē spiritus & deuotionem cordis, uel misericordię signant. Similia quę est delicatissima farina ex qua fit panis optimus est sapiētia. i. cognitio Dei inter omnia dona Dei optima: vnde & ponitur primo Isa. 11. Et requiescet super eū spiritus domini. i. spiritus sapientiæ. Secundò panis triticeus est propria materia rōne assimilationis. Nā Christus nō aliis granis, sed solo grano tritici se comparauit. Iohan. 12. Nisi granum frumenti &c. Super quo verbo Aug. sic dicit: Cum sint inquit multa grana seminum nulli est Christus comparatus nisi frumento, ex quo mors. i. consuetudo cepit ecclesiæ, de solo hoc grano corpus domini cōfici. Tertiò panis triticeus est propria huius sacramenti materia ratione operationis. Nam triticum est nutrimentum, medicamētum, delectamētū. Primò est nutrimentū, quia inter omnia quæ nutriunt panis triticeus præcipuē habet uim nutriendi: sic Christus est cibus præcipuus quātum ad uirtutem nutriendi. Iohan. 6. Caro mea uerē est cibus. Ad cuius euidētiā nota duo. Primum est: quando & ex quibus iste cibus spūalis. s. hostia consecrata nutriat. Requi. infra: Secundum est, qd omne quod nutrit cum nutrito in principio est dissimile, in fine uerò simile & idem, vt habetur in libro de anima. s. secundo. Sic Christus qui primo erat dissimilis nobis & cibus angelorū, & hoc propter peccatum, factus est in fine cibus nobis similis per carnis assumptionem: & qui primo erat cibus perfectorū scilicet angelorū, factus est in fine cibus paruulorum: secundò panis triticeus est medicamentum. Est enim farina tritici cū aqua cocta purgatiua pectoris, sic Xps est medicina non solum præseruatiua, & confortatiua, sed etiam purgatiua: Eccles. 48. Christus purgauit peccata ipsius. Et ad Hebr. 1. Purgationem peccatorum faciens: tertiò panis triticeus est delectamētum: nam omnes alij cibi, vt dicunt medici fastidium generat excepto pane triti-

ceo. Ratio autem huius est, quia vt in dictis scribitur iste panis. s. triticeus est conuenientissimus humanæ naturæ. Similiter est de pane cœlesti. s. Christo: de quo propter sui dulcedinem: Eccles. 24. dicit: Qui edunt me adhuc esurient. Req. sup. de manna: quartò panis triticeus est propria materia huius sacramenti rōne dominicę institutionis, quia dominus creditur ī pane triticeo celebrasse & instituisse, ut sic celebraretur. Ratio autē huius institutionis est quintuplex. s. quia panis triticeus est utilior, dignior, uerior, suauior, communior: primò dominus instituit hoc sacramentum in pane triticeo, quia panis triticeus in effectu nutritionis est utilior: nam talis panis. s. triticeus melius nutrit, sustentat, & roborat: secundò dominus instituit ī tali pane, cō qd panis triticeus in gradu pfectionis est dignior: sic iste cibus spūalis ratione gratiæ, quā confert est excellentior omni cibo, & oī sacramēto: tertiò dominus instituit hoc sacramentum in pane triticeo: quia est in actu uerior: nam panis simpliciter dictus intelligitur de triticeo: sicut oleum de oliuis, quartò dominus instituit hoc sacramētum in pane triticeo, quia in gustu est suauior, & delectabilior. Licet enim ordetum ratione quā durum, & horridū significat passionem Christi, tamen granū tritici quod est delicatum est propria materia huius sacramenti, & continet Christum qui est omni re suauior ad gustandum: quintò dominus instituit hoc sacramentum in pane triticeo: quia talis in usu commestionis est cōmunior, & uisitatior. Nam panis tritici est qui communius in usum cibi uenit: alij autem panes non fiunt, nisi propter defectum tritici. Hæc Beat. Thom. 4. scrip. senten. dist. 11. de materia huius sacramenti art. 2. quæstio. 1. in cor. quæst. per totum, & in solu. 1. argum.

Ex his patet, qd sacramentum eucharistiæ non potest confici de ordeo, nec de spelta, nec de farre, nec de amido: primò In quibus non possit confici Eucharistia. non potest fieri de ordeo. Cuius ratio est, quia licet ordeum quo ad figuram ad similitudinē tritici appropinquet, differt tamen specie ab eo: secundò non potest

Condi-
tiones
tritici.

test fieri in spelta quæ in figura magis differt à tritico, quàm ordeum amoto cortice ab utroque: sed in colore plus conuenit spelta, quàm ordeum cum tritico, tamē quæ differt à tritico specie, idēd &c. tertio similiter non potest fieri in farre, quæ licet plus cōueniat inter omnia cum figura & colore, tamen propter conuenientiam accidentium non conuenit specie cum tritico, idēd &c. Quod autem prædicta omnia scilicet ordeum, spelta, & far non conueniāt specie cum tritico tali ratione ostendo. Generans, & genitum conueniunt de necessitate in specie, sed non de necessitate in accidentibus: unde cum ex grano tritici ubicunque seminetur nūquam nascitur spelta, far, vel ordeum, vel aliquid huiusmodi, constat quod ista omnino differunt specie à tritico: ubi sup. immediatē, in solu. 3. argum. per totum: quarto de amido est opinio. Nam secundum quosdam de amido non potest confici hoc sacramentum, eod quod per attritionem, & collationem videtur fatinæ speciem amississe. Quidam autem dicunt, quod amidum cum sit crudum non potest esse materia huius sacramenti sicut nec pasta, sed si coquatur poterit inde confici, quia amidum sit ex farina maximē depurata ibidem in solu. 3. argum.

Sed fortē cōtra hoc. scilicet quod panis triticeus non sit propria, uel conueniens materia huius sacramenti argues tribus modis. Primō sic: Panis de tritico non est communis panis: quod patet, quia non est datus omnibus in usu, sed maioribus, sed panis vitæ qui ministratur in hoc sacramento nulli negatur quātum est de ipso pane, ergo &c. Respondeo duobus modis: primō, quia licet omnibus sit datus usus illius panis, tamen in generibus panum est communissimus: secundō quia sicut usus illius panis non est datus omnibus, putā paruulis, sed maioribus: sic cibus panis cēlestis. scilicet Christi qui per hunc designatur non est omnium, sed grandium. scilicet perfectorum, secundum Aug.

Secundo argues sic: Vix inuenitur panis de puro tritico: ergo si non potest confici, nisi de solo pane tritici, uix inuenit panis de quo possit confici. Respondeo & dico, quod aut tanta est mixtio quod trahitur triticum ad speciem alienā, uel extraneā,

quia uirtus extraneæ prædominans, uel medians quando est æqualis, & tunc his duobus modis confici nō potest. Aut manet species panis triticeæ, ut quando uirtus tritici præponderat, & tunc potest. Quando autem ita sit, ex accidentibus, scilicet colore præcipuē & sapore potest cognosci, quia accidentia maximam partē conferunt ad cognoscendum, quod quid est, ut dicit Philosophus primo de anima. Hæc B. Tho. 4. script. sent. dist. 11. art. 2. q. 2. in cor. q. per totum.

Tertio argues sic: Ponatur talis casus: Sacerdos inueniat hostiam non esse triticeam, quæro quid debet facere. Aut enim prosequetur aut non: si non, ergo sacramentum ueritatis, & unitatis remanebit imperfectū: si sic: ergo licet celebrare de hostia non triticea. Respondeo & dico, quod sacerdos aut ante consecrationē aduertit, quod hostia indebita sit, putā non triticea, aut post consecrationem antequam sumpserit, aut postquam iam sumpserit. In primo casu cum aduertit ante consecrationem, quod illa hostia non sit triticea, aliam hostiā illa remota subiiciens a canone reincipiet, & celebrabit. In secundo casu putā si post consecrationem antequam sumpserit aduertat, similiter debet facere, ut in casu primo. In tertio autem, scilicet quando aduertit hostiam non esse triticeam postquam eam consecrauit, & sumpserit, tunc non celebrabit iterum, quia ieiunus non est. Hæc Petrus de Tharant. 4. scrip. sent. dist. 11. de materia huius sacramenti, art. 2. in solu. 6. argum. per totum.

C A P. VIII.

Quarto dico, quod propria materia huius sacramenti est panis triticeus non fermentatus. Ad cuius euidētiā nota hic per ordinem quinque. Primum est, quod sicut dicit Anselmus in epistola de azimo, fermentatum, & azimum non variant speciem panis cum sint accidentia, & idēd in utroque confici potest hoc sacramentum de facto. Hæc Beatus Thomas. contra genti. lib. 4. ca. 69.

Secundū est, quod in hoc est diuersitas inter Latinos, & Græcos, quia Græci conficiunt

ficiunt in fermento, latini uero in azimo. Rō autem huius diuersitatis est, quia ecclesia occidentalis. s. latinorum intendit conformari Christo: sed Christus in azimo confecit: quod tali rōne probat. Dominus confecit prima die azimorum, ut ex tribus euangelistis. s. Matth. 26. Marci 14. Lucæ. 22. manifestè habetur: sed prima die azimorū. s. 14. Luna nihil fermentatū debebat esse in domibus iudæorū, ut patet Exod. 12. ergo &c. Græci uero conficiunt in fermento. Cuius ratio est quia dicunt, q̄ dominus in fermento confecit quod probant ex uerbo Ioh. 13. Ante diē festum Paschæ scies Iesus, quia uenit hora eius, ut transeat &c. & post. Et cæna facta &c. idest, completa. Ex hoc uerbo uidetur eis, q̄ cæna facta fuit ante diē Paschæ: sed dies paschæ fuit 14. Luna: unde Leuit. 23. dicitur. Quartadecima die mēsis ad uesperum celebratis pascha, ergo cæna fuit facta Luna 13. s. quādo fermentatum erat in domibus iudeorum: & sic secundū, q̄ græci dicunt Christus in pane fermentato confecit. Sed hoc est falsum, quia differt dicere dies paschæ, & dies festus paschæ: dies. n. paschæ est Luna 14. dies autē festus paschæ est Luna 15. Ante ergo diē festum siue solemnem paschæ quæ fuit Luna 15. facta fuit cæna domini quia 14. die ad uesperū: sed tunc nō erat fermentatum in domibus iudæorū, ergo &c. Et sic illa auctoritas Ioh. nō est pro græcis, immo contra eos. Hæc B. Th. 4. scrip. sentent. distinct. 11. artic. 2. q. in cor. quæst. & in sol. 1. arg.

Tertiū est, quia ecclesia occidentalis. s. latinorum primò confecit in azimo, secundò quodā tempore in fermentato, tertio, & ultimò rediit ad ritum primū. Rō autem huius hæc fuit: primo enim ecclesia Rom. confecit in azimo ex institutione Christi qui hunc modū in ipsa institutione huius sacramenti seruauit, secundo ecclesia Rom. quodā tempore in fermentato cōfecit, unde Leo papa sic dicit: Imminente hæresi hebionitarū qui dicebant simul cū euangelio legalia obseruāda, sancti patres ne consentire uiderent, Ec. Ro. voluerunt ad tempus instinctu spiritus sancti ex fermento hoc confici sacramentum: tertio uero cessante illa hæresi potestea Rom. ecclesia ad morem pristinum

rediit, & semper confecit in azimo, ubi supra: quarto scripto sentent. art. 2. q. 3. in cor. q. Græci uero tanquā superbi ad ritū primum noluerunt redire, & ex malo intellectu auctoritatis B. Ioh. ut patet supra conficiunt in fermentato.

Quattum est, q̄ propter aliam & aliā significationem ecclesia occidentalis, scilicet Rom. uel latinā & ecclesia orientalis scilicet græcorum conficiunt in azimo, & fermentato: unde Greg. in registro sic dicit: Romana ecclesia offert azimos panes eo, quod dominus sine ulla commixtione carnem suscepit. Sed græci offerunt fermentatum pro eo, quod uerbum patris indutum est carnem, & est uerus Deus, & uerus homo, sicut & fermentum miscetur farinæ. Hæc B. Thom. contra genti. lib. quarto, cap. 69.

Quintum est, q̄ licet in fermento possit confici hoc sacramentum, ut patet in principio huius. cap. tamen magis conuenit conficere in azimo quā in fermentato. Et hoc specialiter quattuor rationibus. s. ratione conformitatis, puritatis, simplicitatis, sollicitudinis: primò ratione conformitatis sic: Corpus mysticum, scilicet, ecclesia suo capiti, scilicet Christo conformari debet, sed Christus confecit in azimis, ut patet supra ergo &c. secundo ratione puritatis singularis sic: Panis azimus ratione qua omnino est, sine fermento expressius repræsentat puritatem singularem humanæ naturæ in Christo, quæ sicut azima de fermento sumpta est, sic humana natura in Christo sumpta est de massa corruptionis sine omni corruptione, tertio ratione singularis simplicitatis, & bonitatis. Sicut enim panis azimus in genere panis est simplicissimus, quia in minori non posset esse panis, sic Christus in genere hominum est simplicissimus, idest, minime diuisus: in ipso enim sunt omnes uirtutes, & dona, & uniuersaliter omnia bona modo indiuisibili, quarto uoluit magis hoc sacramentum in azimo quā in fermento confici ratione humanæ sollicitudinis. Quilibet enim solerti sollicitudine præparare se debet, ut Christo se quantum potest conformet in puritate, ut sicut Christus purus, & mundus est, ita nos qui manducaturi sumus corpus Christi

Græcorū
usus.

Aliquo
tpe etiā
Ec. Ro.
cōfecit ī
fermen
tato.

Christi ab omni fermento malitiæ, & nequitia mundi, & puri esse debemus, ita dicit Apostolus prima ad Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaq; epulemur, & non in fermento nequitia & malitiæ: sed in azimis synceritatis & veritatis. In quibus verbis Apostolus facit tria. s. primò ostendit perfectum sacrificium immolatum p nobis ibi Pascha nostrum immolatus est Christus: secundo supponit Christum esse verum cibum præparatū nobis: ibi Itaq; epulemur, tertio ostendit sumendi modū necessariū nobis, ibi. Nō in fermento &c. sed in azimis &c. Primò ostendit pfectū sacrificiū immolatū pro nobis: ibi. Pascha nostrū immolatus est Christus. Ad cuius euidētiā nota tria. s. significationē: distinctionem, immolationem. Primò nota significationem, quia dicit q Christus est pascha. Accipitur enim pascha quattuor modis: primò accipitur pro hora immolationis: Marci 14. Erat pascha, & azima postbiduum: secundo modo dicitur pascha panes azimi. s. cib. paschalis. i. azima quæ licebat tunc comedere secundum legem. Iohann. 18. Non contaminarentur, sed manducarent Pascha: tertio modo dicitur Pascha prima dies azimorum celeberrima. Iohann. 13. Ante diem festum paschæ: quarto mō pro agno paschali quē tunc immolare debebant. Matth. 26. Et fecerunt discipuli, & parauerūt pascha, quando necesse erat occidi pascha. Lucæ 22. Quia pascha nostrum immolatus est Christus. Hæc Petrus de Thranth. 4. script. sent. dist. 11. de materia huius sacramenti, artic. 2. q. 2. in solut. 2. argum. per totum. Dicit autem Christus pascha triplici rōne scilicet ratione præfigurationis, interpretationis, deriuationis: primò ratiōe præfigurationis. Nam Christus in agno paschali præfiguratur ppter tres rationes: prima est propter innocentiam, q̄a erat agnus sine macula: secunda ratio est propter patientiam: Hieremiæ. 9. Ego quasi agnus mansuerus: tertia ratio est propter efficaciam Iohann. 1. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi: secundo Christus dicitur pascha ratione interpretationis. Interpretatur enim pascha transitus ppter transitum Christi de mūdo ad patibulum de patibulo ad limbum,

de limbo ad cœlum: Iohan. 13. Venit eius hora vt transeat ex hoc mūdo ad patrem: tertio Christus dicitur pascha ratione deriuationis. Deriuatur enim hoc nomen pascha à pati græcè ppter passionem: quia pascha est victoria passionis, prima ad Corinth. 11. Quotiescunque manducabitis panē hunc &c. m ortē domini annuntiabitis donec veniat. In quo recordamur. s. dilectionis Christi, liberationis nostræ, immolationis Christi, primo dilectionis Christi, quia maiorem charitatē nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Iohann. 13. secundo liberationis nostræ: Exod. 12. hoc erit memoriale: tertio immolationis eius prima Petri 2. Christus passus est p nobis, & ideo celebratur pascha.

Secundo nota distinctionem. Est enim duplex pascha. s. iudæorum, & christiano rum: primò pascha est iudæorum quod carnale est, quod temporale est, quod figurale est, secundo pascha est Christianorū quod diuinum est, quod verum est quod æternum est. Et dicitur pascha nostrum, quia nos facit transire tripliciter: primo de carne ad spiritum, in psal. Transierunt in affectum cordis: secundo de profectu ad profectum, in psal. Ibunt de virtute in virtutem, tertio de mundo ad cælum: In psal. Transibo in locū tabernaculi. Sap. 14. Transeuntes mare per ratem liberati sunt. i. per crucem, Vel dicitur Pascha nostrum, quia nobis datur in cibum, in suffragium, in sacrificium, in exemplum. Et subditur: Immolatus est: diuersimodē tamē à diuersis: q̄ pater, primò enim iudeus immolauit Iesum in tormentū. Exod. 12. Immolabit eum omnis multitudo. secundo Christus immolauit seipsū in sacrificium seu in sacramentum, obtulit semetipsum Deo patri hostiam immaculatam: tertio sacerdos immolat Christū in sacrificium. In psal. Immolabo sacrificium laudis. Et prima ad Corinth. 11. Hoc facite in meam commemorationem Secundo principaliter in auctoritate præmissa Apostolus præsupponit Christum esse verū cibum præparatū nobis dicens, Itaq; epulemur. Ad cuius euidētiā nota quattuor differentias hominū, primò enim quidam sunt q̄ nullo modo epulantur. s. qui nec sacramentum nec rem sacra

Iudaicū
& Christianum
Pascha differūt

Pascha
quattuor
modis.

nienti suscipiunt. s. qui non cōmunicāt: secundo quidam epulātur indignē. s. qui tantum sacramentum suscipiunt non tamen rem sacramenti, sicut mali qui cum conscientia peccati mortalis communicant: apostolus ad Cor. Qui indigne māducat & bibit iudicium &c. tertio quidā sunt qui imperfectē communicant. s. qui rem sacramenti suscipiunt non tamen sacramentum. s. qui communicant, uel epulantur spiritualiter non tamen sacramentaliter. Aug. Crede & manducaſti, ut quid parans dentem: & uentrem: quartō quidam sunt qui epulantur utrumque. s. illi qui dignē communicant. s. qui suscipiūt hodie. s. in die paschæ sacramentum & rem sacramenti. Apostolus prima ad Corint. 10. Communicaſtis carni & sanguini Ioh. 6. Qui manducat meam carnem &c. unde dicit. Itaq. epulemur. Lucæ 15. Gaudere oportet & epulari &c. In cuius epulatione concurrunt tria. Primum est iocunditas in Psal. In uoce exultationis, & confessionis sonus epulantis &c: secundum est satietas Deut. 12. De cunctis bonis epulaberis coram domino: tertium ē deliciositas: Ecclesiastici 30. Splēdidum cor in epulis: quæ tria sunt in corpore Christi. Quid. n. eo iocundius ad meditandū. quid eo uberius ad satiandū, quid eo splendidius ad delectandū. Qui enim nō delectatur in uoce exultationis, & confessionis non satiatur de cunctis bonis, non delectatur in splendidis ferculis gratiæ quæ appositæ sunt nobis, propter quod inuitati ad nuptias si non ueniunt repbantur: Ioh. 6. Nisi manducaueritis panē meum, & biberitis meum sanguinem nō habebitis uitam æternam. Tertio principaliter in auctoritate præmissa exprimit communicandi, & sumendi modum necellarium dicens: Non in fermento malitiæ, & nequitiae, sed in azimis synceritatis, & ueritatis. In quo uerbo primò a cōmunicante excludit uitium dicens: Non in fermento malitiæ, & nequitiae. Quod uerbum exponitur quattuor modis, Primò sic: Qui communicat non debet cōmunicare in fermento malitiæ quantum ad peccatum quod in Christum exercitur. & nequitiae quantum ad peccatum in seipsum: ut enim dicit Ambrosius, & hic habetur in Gl. Malitia est iniquitas

quæ fit in alium. Nequitia uero est nequitia, vel iniquitas quam quis in seipso committit: secūdo modo exponitur sic: Qui communicat non communicet in fermento ueteri, scilicet in peccato originali, neq. in fermento nequitie: i. in peccato actuali. tertio modo sic. Qui communicat non communicet in fermento malitiæ idest in peccato malignitatis, prima Petri 2. Deponentes omnem malitiā & omnem dolum, quasi modo geniti infantes &c. neq. in fermento nequitiae. i. duplicitatis: Lucæ 12. Attendite a fermento phariseorum &c. quarto modo exponitur sic: Qui communicat, expurget fermentum malitiæ, idest malæ societatis, Ad Gal. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit &c. Et nequitiae. i. obstinæ mentis, & hoc per confessionem: contritionem: & satisfactionem. Secundò cōcludit modum sumendi debitum, & perfectum dicens: In azimis synceritatis & ueritatis. Quod uerbum etiam exponitur quattuor modis: primo sic: In azimis synceritatis idest conscientiae interioris. Et ueritatis, idest, bonæ operationis exterioris: secundo modo sic. In azimis synceritatis quo ad affectus puritatem. Et ueritatis, quō ad intellectus illuminationē ut intellectus communicantis sit fide illuminatus, & affectus amore inflammatus tertio modo sic: Qui communicat cōmunicet in azimis synceritatis uite quo ad seipsum, & ueritatis cordis oris, & operis quo ad proximum: quarto modo exponitur sic. Qui communicat communicet in azimis synceritatis, idest in synceritate puritatis a uitijs. & ueritate bonorum operum quæ per azimos designantur: quinto modo sic: secundum Ambrosium. Qui communicat communicet in azimis synceritatis, scilicet, nouæ uitæ. Et ueritatis, idest, sit sine omni fraude, ut synceritas mundum uitam faciat, & ueritas omni fraudem expellat.

Quid
azima
synceritatis.

Quid
fermentū
malitiæ.

CAP. IX.

Quinto dico, quod sicut panis de tritico est propria materia consecrationis corporis Christi: ita uinum de uite est propria materia consecrationis sanguinis. Hoc autem quinque rationibus probatur. scilicet rationibus. probatur. scilicet ratione comparationis, institutionis, ueritatis, communitalis, proprietatis. Primo ratione comparationis. Sicut enim comparauit se grano tritici: & propter hoc uoluit corpus suum solum sub specie triticei panis conficere: ita comparauit se uino uitis dicens Iohan. 15. Ego sum uitis uera: & propter hoc uoluit sanguinem suum sub uini specie consecrare. Secundo ratione dominice institutionis, quia ipse dominus solus modo de hoc genere uitis confecit: unde de consecrat. distin. 2. cap. in sacramento dicitur sic. In sacramento corporis & sanguinis domini nil amplius offeratur, quam quod ipse dominus tradidit: hoc est panis, & uinum aqua mixtum, nec aliud in sacrificium offeratur de uitis, & frumentis.

Tertio ratione ueritatis, quia hoc. scilicet uinum de uite est uerè & propriè uinum, alij autem liquores dicuntur uina propter similitudinem huius uini. Quarto ratione sue communitalis, quia hoc uinum. scilicet uitis in potum communiter sumitur, sicut etiam panis tritici in cibum.

Sed fortè argues contra, quod in aliquibus terris neque crescunt uites, neque uinum de uite potest ad illas terras transferri. ergo si non potest confici sub specie alterius uini quam de uite insufficenter esset prouisum a domino in illis quæ sunt ad salutem. Respondeo duobus modis: primo quod si fortè casus prædictus accideret, dominus aliter prouideret incolis, uel habitatoribus illius terræ. uirtus enim domini non est alligata sacramentis: unde semper prouideret illis in necessariis ad salutem: secundo modo respondeo & dico, quod non est aliqua terra ad quam non potest transferri uinum de uite, de quo possit confici sanguis Christi. Quinto ratione sue proprietatis. Habet enim uinum inter alias sex proprietates quæ conueniunt effectibus huius sacri. scilicet sanguini

Christi. Hæc B. Th. 4. scr. sent. dist. 11. de materia huius sacramenti, art. 3. q. 1. in Vini proprietatibus. cor. q. per totum. Vbi sciendum: quod uinum proprietas est nutritium, curatiuum, calefactiuum, lætificatiuum, confortatiuum, appetitus prouocatiuum. Prima proprietas uini est quia est nutritium: nullus enim potus caloris naturalis magis est nutritiuus ut uinum: unde conuenienter bibitum corpori bene disposito dat nutrimentum. Sic sanguis Christi uitam spiritualem, & alimentum benè dispositis confert: alias autem malè dispositis est uenenum mortiferum. Secunda proprietas est, quia est curatiuum: nam si uinum secundum quod expedit assumatur, infinitatem expellit, sanitatem restituit, restitutam custodit. Sic caro & sanguis Christi Lucæ 11. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Tertia proprietas uini est, quia est calefactiuum, & in frigidatiuum. Nam antiqui assimilauerunt uinum tyriacæ quæ calefacit corpora frigida, & in frigidat calida, humida desiccant, & siccata humidat. Sic spiritualiter caro & sanguis Christi calefacit corda frigida. nec mirum, quia secundum Damascenum. Christus uel sanguis eius, uel calor carbo diuinus: In Psal. Nec est qui se abscōdat a calore eius. Similiter in frigidat calida: nam effectus eucharistiæ est quod mirabiliter concupiscentiæ feruorem diminuit: Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerat ros? sic uerbum dulce. q. d. Sicut ros de cœlo ueniens solis ardorem expellit, sic uerbum dulce. i. Dei filius incarnatus: & de cœlo missus, & in altari sub panis, & uini specie consecratum. Quarta proprietas uini est, quia est lætificatiuum: & hoc ratione qua dulce in psal. Uinum lætificat cor hominis. Et Eccl. 31. Exultatio animæ & cordis unum moderatè potatum lætificat intellectum, qui nomine cordis, & affectum qui nomine animæ designatur, ita quod ex uino moderatè potato intellectus acutior redditur, & affectus promptior, & paratior ad omne bonum. Sic sanguis Christi conuenienter assumptus amaritudinem tollit: Sapientia 8. Non habet amaritudinem cōuersatio illius &c. Ratio autem quare caro, & sanguis Christi se dignè cōmunicantem delectat est triplex. scilicet quia ab amore procedit: quia a morem efficit: quia ad amorem adducit.

Prima ratio est: quia hic cibus, & potus scilicet caro, & sanguis Christi ab amore procedit, nam omnis delectatio habet originem ab amore: quod patet, quia ubi est amor ibi est delectatio, ubi autem non est amor, ibi nunquam delectatio esse potest. Sed iste cibus, & potus scilicet caro, & sanguis habet originem à summo amore, & ideo delectationem summam habet. Quod autem caro, & sanguis Christi ex summo amore procedat patet, quia repræsentat passionem & crucem Christi in qua extitit, & apparuit summus amor: secundò caro, & sanguis Christi exhilarat, & delectat, quia amorem efficit: quod sic patet: Vbi est amor, & conuenientis cum cūuenienti cōiunctio ibi est delectatio maior: sed in hoc mundo nulla res nobis magis cōiungi potest quam panis quem comedimus, & vinum quod bibimus: unde Christus volens in nostris mentibus amorem efficere sub specie panis, & vini in sacramento eucharistiæ se cōiunxit nobis: tertio caro, & sanguis Christi nos delectat, quia ad amorem nos ducit. Nam iste cibus, & potus inflammat animam de spiritu sancto, & sic inflammatio ad amorem spiritus sancti inducit, & per consequens ad delectationem summam. Et ideo dicitur. Eccl. 9. Vade, & comede cū læticia panem tuum: & bibe cū gaudio vinum tuum: quia Deo placet opera tua: Expositor: Vade scilicet à peccatis recedendo, & bonis operibus insistendo: & comede spiritualiter, & sacramentaliter panem tuum qui de cælo descendit, & bibe cū gaudio spei vinum tuum. i. sanguinem Iesu Christi. Quinta proprietas est, quia est cōfortatiuum: nam vinum ratione qua odoriferum, & calidum cor, & omnia membra confortat, & roborat, audaciā tribuit, laborem, & dolorem sentire non permittit. Sic iste spiritualis cibus, & potus scilicet caro, & sanguis Christi animam roborat, & cōfortat, eò quod facit eam subsistere: resistere, incedere, perungere. primò facit eam subsistere eo quod mentem illuminat, & fortificat, ne in peccatum cadat. Secundo facit eam resistere temptationi demonis. scilicet ne dæmon præualeat, sed potius timeat, & succumbat de eo qui dignè cōmunicauit, eò quod Deus in anima communicantis existit. Tertio corpus, & sanguis Christi animam facit incedere: in quantum ad melius ope-

randum inducit fortitudinem tribuit.

Quartò facit eam perungere: nam anima que secum habet istum cibum, & potum scilicet carnem, & sanguinem Christi cōreplatur humanitatē, & diuinitatē Christi. Contēplatur. n. pænas quas Xps in sua passione, & cruce sustinuit, humilitatē, & amorē suum quo in cibo se nobis voluit, dare, & finaliter merito corporis, & sanguinis Christi ad contemplationem, & clarā Dei visionem pergit. Sexta vini proprietas est, quia est desiderij, & appetitus prouocatiuum, ita dicitur Eccl. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Quod verbum exponitur tribus modis. Primò sic. Qui edunt me &c. In quo notatur insatiabilitas mentis respectu diuinitatis, & humanitatis, nam cibus propter sui soliditatem cōparatur diuinitati: potus verò propter sui fluxibilitatem comparatur humanitati, ergo sic: Qui edunt me &c. idest qui in hac vita gustant diuinitatem per spem, adhuc esuriunt videre scilicet faciem ad faciem & gustare per speciem. Et qui bibunt me idest, qui in præsentī vita gustant Christi humanitatem, adhuc sitient, idest cupiunt uidere diuinitatem, & humanitatem, quia in vtraque visione consistit beatitudo.

Secundo modo exponitur sic: Nā edere Christum, & bibere Christum est delectari in eo, qui edunt me, & bibunt me adhuc esurient, & sitient. i. qui plus delectantur in eo plus desiderat delectari, eò quod nullus delectationem, vel dulcedinem Dei valeat comprehendere cum sit infinita, quanto magis delectatur, tanto amplius desiderat delectari: unde in simul sunt fames, & satietas sine fastidio. Grego. Quando ad fontem venerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis atque satietas, sed longe erit à nobis necessitas: longè à satietate fastidium, quia & sitientes satiabimur, & satiati sitiemus.

Tertio modo exponitur sic. Vbi nota: Xps super quo Christus editur, & bibitur sacramenta mitur liter in altari: & spiritualiter scilicet fide, duobus & charitate: unde Christum, vel carnem. modis. vel sanguinem Christi edere, vel bibere sacramentaliter non satiat nisi edatur, & bibatur spiritualiter, ergo sic: Qui edunt, & bibunt me adhuc esurient, & sitient

In quibus
calix cō
sacrari
nō pos-
sit.

sumere spiritualiter. Et similiter. qui edunt me, & bibunt spiritualiter scilicet corde credendo, & amando, adhuc esuriunt, & sitient eò quod carnem, & sanguinem Christi credere, & spiritualiter sumere non satiat, sed magis famem, & sitim excitat quousque ad apertam, & claram visionem & intuitionem eius quod credimus attingamus: Isa. 26. Memoriale tuum in desiderio animæ. Ex his patet, quod de aceto, & agresta non potest consecrari sanguis Christi, &c. Primum non potest consecrari sanguis Christi de aceto, eò quod acetum differt specie a vino. Hoc autem ostendo triplici ratione. scilicet ratione corruptionis proprietatis, veritatis: Primum ratione corruptionis sic, Acetum est vinum corruptum: sed quod corruptum est non est eiusdem speciei cuius erat ante corruptionem: ergo &c. Unde sicut viuum, & mortuum non sunt eiusdem speciei: & sicut de viuo fit mortuum, non tamen est reditus de mortuo in viuum: sic acetum, & vinum sunt diuersæ speciei, & licet de vino fiat acetum, non tamen de aceto vinum. Vbi nota, quod duplex est corruptio vini. Quædam est totalis corruptio qua tollitur simpliciter esse vini, ut est acetum: & quia talis corruptio simpliciter tollit speciem vini ideo de aceto sanguis Christi consecrari non potest. Quædam vero corruptio vini est non totalis. scilicet qua non tollitur simpliciter esse vini: sed esse optimum ipsius corrupti: ut est in vino acido quod est in via acerandi: & de tali vino potest consecrari sanguis Christi. Sicut. n. de pane qui est in via ad corruptionem potest confici corpus Christi: ita etiam de vino quod est in via acrescendi potest consecrari corpus Christi: peccaret tamen in tali pane, & vino conficiens propter irreuerentiam. Secundò nota, quod sicut quando species panis corrumpitur non manet ibi corpus Christi: ita quando species vini corrumpitur, & fit acetum non manet ibi sanguis Christi. Hæc B. Thom. 4. script. sent. dist. 11. de materia consecrationis sanguinis artic. 3. q. 2. in corp. q. per totum & ibidem in solut. 2. argu. Secundò de aceto non potest consecrari sanguis Christi ratione proprietatis sic: De illo sanguis Christi consecrari non potest in quo non sunt naturales proprietates vini speciem sequentes: sed tales non sunt in aceto: quod

patet, quia vinum naturaliter est calidum, & siccum, unde caliditas est proprietas vini consequens eius naturam vel speciem, qua scilicet caliditate deficiente deficit natura seu species vini. Sed acetum non est calidum, immo est contrariæ qualitatis, quia naturaliter frigidum: ideo &c. ubi supra immediate, artic. 3. q. 2. in corp. q. unde Innocentius sic dicit: Vinum inquantum liquet aut rubet similitudinem sanguinis representat, inquantum calet, & redolet charitatis proprietatem ostendit, nam vinum, & caliditatem excitat, & sanguinem operatur: quia cor bibentis, & dilatat, & exhilarat, sed hoc non facit acetum, quia neque exhilarat neque dilatat, ergo proprietates vini non habet, ergo &c. Tertiò de aceto sanguis Christi consecrari non potest ratione veritatis: quia in hoc sacramento datur sanguis Christi inquantum est potus verus. Ioh. 6. Sanguis meus vere est potus: sed potus verus non est nisi vinum de vite, & non acetum ergo, &c. Secundò de agresta sanguis Christi consecrari non potest: quod tripliciter probo, scilicet ratione, similitudine: proprietate. Primum ratione sic: Quod fit non est. Cum ergo agresta sit in via generationis, ut fiat vinum, ergo non est vinum, ergo &c. Secundò hoc idem probo similitudine, quia sicut sanguis ex quo fit animal non est animal, ita agresta ex qua vinum fit non est vinum: & sicut ex pasta fit panis. non tamen pasta est eiusdem speciei cum pane, ita ex agresta per viam generationis fit vinum non tamen formaliter loquendo est agresta eiusdem speciei cum vino: ideo &c. Tertiò hoc idem probo proprietate sic: Ad hoc quod liquor habeat speciem vini requiritur quod sit digestus: unde Isaac: Vinum odoriferum liquorem habet, penitusque digestum. liquor autem agrestis est indigestus: ideo cum proprietates vini, & agrestis sint diuersæ, ergo vinum, & agresta differunt specie, quare &c. Hæc Beatus Thomas. 4. script. sentent. distinction. 11. artic. 3. q. 3. in corp. q. Tertiò dico, quod de ceruisea sanguis Christi consecrari non potest, eo quod ceruisea quæ fit de frumento non est eiusdem speciei cum vino de vite. Quartò dico, quod de musto sanguis Christi consecrari potest. Cuius ratio est: quia mustum iam venit ad completam speciem vi-

ni: quod patet ex eius maturitate, & digestionem, & dulcedine, nam dulcedo vini est signum maturationis, quæ est species digestionis: non tamen de musto debet consecrari sanguis Christi propter musti impuritatem, nisi emergat necessitas, ubi supra immediate. q. 3. in solutione 1. argumenti.

Quinto dico, qd de uino malorum gratulatorum, uel mororum, uel de quolibet uino consimili sanguis Christi consecrari non potest, sicut Baptismus potest fieri in qualibet aqua. Ratio autem huius est triplex.

Prima est: Omnis aqua est eiusdem speciei: sed non sic est de omni uino, ubi supra articulo. 3. in solutione primi argumenti.

Secunda ratio est, quia sacramentum Baptismi est necessitatis: sacramentum eucharistiæ autem non.

Tertia ratio est, quia sicut Baptismus non fit in omni aqua, sed in aqua elementi solum, sic consecratio sanguinis non fit de omni uino, sed de uino uitis solum propter rationes, & proprietates vini superius assignatas. Hæc Petrus de Tharan. quarto scripto sentent. dist. 11. de materia consecrationis sanguinis, artic. 3. q. 1. in sol. 1. arg.

C A P. X.

Quarta figura sacramenti eucharistiæ demonstrata fuit, ubi de latere Christi fluxit sanguis, & aqua: Ioh. 19. Vnus militum lancea latus eius. s. dextrum aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua. Vbi Aug sic dicit: Vigilanti uerbo euangelista usus est, ut non diceret, latus eius percussit aut vulnerauit, sed aperuit: ut illic quodammodo uitæ ostiū paderetur, unde sacramenta ecclesiæ manauerunt, sine quibus ad uitam, quæ uerè uita est non intratur. Et subdit: Et continuo exiuit sanguis, & aqua. Augusti. hoc pronuntiabat, quia Christus per sanguinem redemptionis, & aquam ablutionis nos redimere uenit a diabolo, & peccato: sicut Israelitas per sanguinem Agni Paschalis, & per aquam maris rubri ad Egy

ptijs liberauit. Hoc etiam sacramentum pronuntiabat, quod Noe in latere Archæ ostium facere iussus est, quæ intrarent animalia, quæ non erant dilutio paritura, quibus præfigurabatur ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de uiri latere dormientis, & hic secundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, ut informaretur id quod de latere dormientis effluxit. O mors: unde mortui reuiuiscunt, quid isto sanguine mundius? quid isto uulnere salubrius? Hæc Augustin. super illo uerbo: & Magister sentent. 4. libr. distinctio 8. de ultima figura huius sacramenti. Ambrosius de sacramentis prædicta uerba exponens sic dicit. De latere eius sanguis fluxit, & aqua sanguis ut redimeret, aqua ut mūdaret. Et subdit, Quare de latere, quia unde culpa inde gratia, culpa per fæminam, gratia per dominum Iesum Christum.

Sed quod sanguis, & aqua non sint figura sacramenti eucharistiæ tali ratione ostendo: Nihil est signum sui ipsius: sed sanguis, qui consecratur in altari est ille met sanguis quem Christus pro nobis in cruce effudit: ergo ille sanguis non est figura, uel signum istius, cum utrobique sit idem. Respondeo ad hoc quattuor modis. Primò quod idem sub utraque specie manens non est signum sui ipsius: sed aliquid secundum quod est in una specie potest esse signum sui secundum quod est in alia specie. Et sic est in proposito, quia sanguis & aqua quæ de latere Christi fluxerunt in specie propria signant sanguinem Christi uelatum in specie aliena, ut est in sacramento altaris. Secundo modo respondeo, & dico, qd sanguis ille, qui de latere domini fluxit non fuit demonstratiuus huius sanguinis, qui est in altari eo modo quo figura est demonstratiua sui figurati: quia, ut dictum est sanguis, qui fluxit, & sanguis sacramenti est idem, sed potius sanguis, qui de latere Christi fluxit est demonstratiuus sanguinis sacramenti eo modo quo causa est demonstratiua sui effectus: nã sanguis sacramenti prout est in altari est effectus in sua efficacia uel uirtute a sanguine, qui de latere Christi fluxit: unde sanguis, & aqua quæ de latere Christi fluxerunt significabant populum, qui eius sanguine redimendus,

Quo sã
guis sui
ipsius fi
gura.

& eius aqua reficiendus erat. Hæc Beat. Th. 4. scrip. sent. dist. 8. art. 2. q. 2. in sol. 3. arg. per totum. Ambrosius autem de sacramentis, & habetur distinct. 2. ponens differentiam inter aquam quæ iudeis de petra effluxit, & sacramentum eucharistiæ sic dicit: Illis aqua de petra effluxit: tibi sanguis ex Christo, illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in æternum: iudeus bibit, & sitit tu cum biberis sitire non poteris, illud in umbra, hoc in ueritate, si illud quod miraris umbra est, quantum est istud cuius umbram miraris?

Duplici
ter cōfi
deratur
Xpi san
guis.

Tertio modo respondeo, & dico, qd sanguis Christi sumitur duobus modis, ut dicit August. & allegatur. 4. sent. distinctio. 9. & ponitur in lib. sentent. Prosperi scilicet corporaliter, & spiritualiter. Modo igitur sanguis Christi qui fuit uisibilis corporaliter quando fluxit de latere Christi fuit figura eiusdem secundum qd inuisibilis spiritualiter sub uelamine sacramenti.

Quarto modo respōdeo, & dico, quod sanguis Christi prout est in sacramento altaris est repræsentatiuus, vel demonstratiuus, prout de latere Christi fluxit, sicut è conuerso. Nam effectus suam demonstrat & repræsentat causam, & è conuerso causa suum effectum, ita qd sanguis, qui de latere Christi fluxit est causa sanguinis prout est in sacramento altaris, sicut & aliorum sacramentorum, & sanguis, qui est in sacramento altaris habet suum effectum scilicet redemptionis, & ablu-tionis a sanguine qui de latere Christi fluxit.

C A P. XI.

AD maiorem tamen euidenciam præmissorum circa aquam, quæ uino in sacramento altaris apponitur quatuor sunt notanda scilicet necessitas, congruitas, proprietas, conuertibilitas.

Primò consideranda est appositionis, vel admixtionis necessitas. Non enim est de necessitate sacramenti, quod aqua admisceatur, eò qd sine aquæ admixtione de solo uino sanguis Christi consecrari potest. Hoc autem tripliciter probō

scilicet ratione, conditione, inductione.

Primò ratione sic: Nihil quod transmutatur, & non manet in propria specie ante consecrationem est de substantia sacramenti: sed aqua transmutatur, & amittit suam speciem antequam consecratur, ergo non est de essentia sacramenti, & sic non de necessitate apponitur.

Secundo hoc idem probō ex sui appositione, uel distinctione sic: Differt enim apponere, uel miscere aquam pani, & uino, quia aqua est de substantia panis: nō autem uini: quia ex farina sine aquæ admixtione nullo modo potest consecrari: sed uinum sine aqua, sic: eò qd aqua non est de substantia uini, sicut est de substantia panis.

Tertio hoc idem probō exempli inductione, quia Græci nō ponunt aquam, ut Magister dicit, & tamen conficiunt, ergo sine aquæ admixtione potest de uino puro consecrari sanguis Christi. Hæc Beat. Th. 4. scrip. sent. dist. 11. de materia huius sacramenti, art. 4. q. 2. in duobus argum. contra, & in sol. 1. arg.

Secundò circa admixtionem aquæ cum vino in sacramento considerata est congruitas. Licet autem uinum possit consecrari sine aqua: ut patet per rationes prædictas, non tamen debet. Cuius ratio est, quia illud possumus quod de iure possumus: de iure autem, & ex quadā congruitate aqua debet apponi uino, & consecrans sine aqua peccat, ubi supra immediatè quæst. 2. in corp. q. in fine. Quod autem de iure, & ex quadam congruitate debeat aqua apponi probō quatuor rationibus, scilicet ratione dominicæ institutionis, mutæ unionis, supernæ dilectionis, æternæ saluationis, ita qd admixtio aquæ cum uino est dominicæ institutionis exemplum, mutæ dilectionis signum, supernæ dilectionis præconium, æternæ saluationis beneficium. Primo ex congruitate, & de bene esse aqua debet apponi uino in consecratione sanguinis ratione dominicæ institutionis. Nam probabiliter creditur, quod dominus apposuit aquam uino, quod non potest probari ex euangelij ferie, eò qd in euangelio non fit mentio, qd dominus miscuit aquam uino, tamē quia

cōgruū
est ut
aquam
misceatur
uino.

multa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc, Iohan. ult. tamen ex more illius patriæ ubi vinum nunquam bibitur sine aqua propter fortitudinē vini: idēdē &c. unde ex concilio Carthaginensi 3. sic dicitur. In sacramēto corporis, & sanguinis domini nihil amplius offeratur quā, q̄ ipse dominus tradidit, hoc est panis, & uinum aqua mixtum: secundō hoc idem probo ratione mutæ unionis: nā appositio aquæ ad vinum signat unionem membrorum ad caput ratione suæ coniunctionis. Ecclesiæ cū Christo: vnde Iulius Papa sic dicit. Cum in calice aqua uino miscetur Christus populis adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulat̄ & coniungitur. i. significatur iungi & copulari: tertiō hoc idem probo rōne supernæ dilectionis. Nam commixtio, uel coniunctio aquæ, & uini est signum amoris Christi qui passus est propter redemptionem humani generis: vnde unio aquæ cū uino est signum unionis per amorē Christi redimentis, & hominis redempti, uel redimendi: quartō debet aqua apponi uino ratione redemptionis, uel saluationis. Nam trāsformatio aquæ in uinum signat q̄ nostra redemptio à capite processit ad mēbra: & sine passione Christi nos saluari non posse, & mētes nostras fuisse unitas Deo mediante passione in qua pro nobis redimēdis sanguinem suū fudit. Has tres ultimas rationes tangit Glo. Bedæ super illud Marci 14. accepit Iesus panem &c. dicens: Neque aqua solum, neque uinum solum cuilibet, licet offerre ne uideatur caput a mēbris secernere quōd ad primam rōnem, uel Christum sine nostræ redemptionis amore pari potuisse quōd ad secundam, uel nos sine illius passione saluari quōd ad tertiam: ubi supra ar. 4. quæst. 1. in cor. quæst. in fine: unde Theophilus super illo uerbo Iohan. 19. unus militū lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua sic ait: Erubescant ergo qui uinum in sacris non limphant mysteriis, uidentur. n. non credere, q̄ aqua de latere Christi fluxerit: aqua enim manans inexpugnabile signum fuit. Quod autem Dei sapientia quæ est Christus miscuerit aquam uino: patet Prouerb. 9. Venite & comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui uobis: In quo uerbo

inuitat fideles ad communionem sacramēti altaris. s. corporis, & sanguinis Xpi sub specie panis, & uini dicens: Venite. s. pede amoris comedite dente fidei. Aug. in lib. confess. Crede & manducaſti me. Et bibite uinum. i. sanguinē in sacramento altaris: quod miscui uobis. i. sub specie aquæ mixtæ uino uobis apposui. Vel aliter: Bibite uinū quod miscui uobis, id est, credite diuinitatem meam quam in una persona humanitati uniui, quæ aliter bibi, id est, uideri non poterat nisi mixta, id est, unita humanitati fuisset. Tertiō principaliter circa appositionem aquæ cū uino in sacramento altaris considerāda est aquæ proprietates, ueritas, uel naturalitas. Cum enim aqua non sit de substantia uini, sicut de substantia panis, ut patet supra sicut sine aqua potest uinum consecrari quamuis non debeat, ita non refert quæcunque aqua apponatur uino dummodo sit talis aqua quæ in uinum conuerſi possit: unde non solum aqua naturalis, sed etiam artificialis, puta rosacea, de ruta, de feniculo, uel huiusmodi, si uino apponerentur, & conuerterentur in uinum, de illo uino posset confici, ut consecraretur sanguis Christi a ijs ritē completis: non tamen debet aqua artificialis apponi, unde qui talem aquam apponeret peccaret graniter, quia contra institutionem domini faceret, ubi supra articu. 4. quæst. 3. in cor. quæst.

Ad cuius euidētiā nota tria. Primū est, quōd quia aqua est de substantia, & compositione panis, idēdē ex farina sine aqua nullo modo potest consecrari corpus Christi: sed uinum sine aqua sic, eōdē q̄ aqua non est de substantia uini, ut patet ubi sup. q. 2. in solu. 1. argum. Secundum est, q̄ panis non potest confici ex aqua artificiali, sed naturali, uel elementalī, uinum autem sic quamuis non debeat, ut supra patet. Cuius ratio est, quia panis est principalis materia sacramenti huius: & quia de substantia, & compositione panis est aqua, idēdē diuersificatio aquæ, secundum speciem facit diuersitatem in hoc sacramento. Aqua autem non est principalis materia huius sacramenti, nec de substantia uini, idēdē &c. ubi sup. quæst. 3. in solu. 2. arg. Tertiū est, q̄ aqua alio modo exi-

Aquæ
proprietates.

Qua aqua panis sacrificij sit conficiendus.

gitur in sacramento Baptismi, & alio modo in hoc sacramento. Nam in sacramento Baptismi, quia aqua est principalis materia si ibi aqua apponat alterius speciei materia debita non seruatur nec est sacramentum: sed aqua non est principalis materia in sacramento consecrationis sanguinis, ideo &c. ibi. quæst. 3. in solut. 2. argum.

CAP. XII.

12 **Q**uartò, circa appositionem aquæ in vino in sacramento altaris cōsideranda est quantitas. Non. n. debet tantum de aqua in vinum poni, q̄ vinum in aquā conuertatur, uel quod ex his duobus admixtis efficiatur aliquod mediū, quod neutrum illorum est: ut Damasc. in 3. sen. dicit, quia tūc de talibus his modis admixtis sanguis Christi consecrari non posset, sed semper debet minima quantitas aquæ apponi, putā vna gutta, vt in vinum conuertatur, & à uino absorbeatur, & sic significatio impleatur pp̄ quam apponitur aqua uino. Vnde semper tutius est parum de aqua apponere, s. unam guttam, vt dixi, quia quantumcunq; apponatur parum significatio seruatur. Hęc Bea. Thom. 4. scrip. sent. distin. 11. art. 4. q. 4. in corp. q. per totum: Ad maiorem tamen euentiam prædictorum propter solutiones argumentorum nota hic sex. Primū est, q̄ conuersio aquæ in vinum, vel absorptio aquæ à uino fit quattuor rationibus, s. ratione transformationis, annihilationis, unionis, delectationis. Primò ratione transformationis: nam in sacramento sanguinis aqua non manet per se, nec vinum mutatur in aquam, sed e conuerso aqua in naturam vini conuertitur, ad significandum, q̄ nos non debemus manere in uoluntate nostra, & quia Christus non mutatur in nos, sed nos in Christū huius sacramēti uirtute: nam alia est uirtus cibi materialis, & alia cibi spiritualis, quia cibus materialis uirtute caloris incibantem mutatur: sed cibus spūalis, scilicet corpus Christi, & sanguis eius uirtute deitatis cibantem non vertit in cibum, vt August. dicit in libro confessio. Cibus

sum grandium cresce, & māducabis me, nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me &c. vbi supra in solu. 1. argum. Secundò conuersio aquæ in vinum, & absorptio aquæ à uino signat nostram corruptionem, & moralitatem esse absorptā, & annihilatam uirtute passionis Christi. Vnde prima ad Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria. Licet enim in nobis moriamur, tamē in Christo uiuimus. Apostolus ad Colos. 3. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo: vbi supra in solut. 2. argumen. per totum. Tertiò aqua in uinum conuertitur, & absorbent ab ipso ratione unionis, ad significandum, quòd gentes erant vocandæ, conuertendæ, incorporandæ, & uniendæ ecclesiæ fidelium de Iudæis. Quartò conuersio aquæ in uinum fit ratione delectationis: nam aqua signat populum, & uinū Christum. Cuius ratio est, quia sicut aqua de se est insipida, admixta autem uino efficitur sapida, ita populus de se est insipidus, quia sine dilectione, & deuotione: efficitur autem sapidus, & deuotus per unionem cum Christo, qui est sapientia Dei patris, ut dicitur prima ad Corinth. primo. Vnde aqua de se accepta signat populi mortalitatem, captiuitatem, uel labilitatem, insipiditatem.

Primò signat mortalitatem, secūdm quòd decurrit in terram: vnde secundo Regum. 14. Omnes morimur, & sicut aqua dilabimur.

Secundò signat nostram captiuitatē, s. in peccatū labilitatem, & in bono instabilitatem, quia aqua de se non terminatur, vel stabilitur: sed termino alieno. Tertiò signat nostram insipiditatem: sic spiritua liter aqua in quantum sacramentum Baptismi signat, habet vim abluēdi: in quantum sacramento corporis, & sanguis cōpetit habet vim redimēdi, & mortalitatem annihilandi uirtute passionis, quæ hoc sacramento repræsentatur, ubi supra q. 1. in solu. 1. argu. In quantum verò unitur uino habet uini sapiditatem, idest charitatem, & deuotionem tribuendi, ita q̄ conuersio aquæ in vinum, & absorptio aquæ à uino signat populi in Deum transformationem, incorruptionem, electionem, uel unionem, & delectationem, uel deuotionem

Cur aqua i ca
lice ab-
sorbet
a uino.

nem. Secundum est, quod mixtio aquæ in vinum dupliciter potest summi scilicet propriè, & communiter. Mixtio autem propriè dicta est miscibilium alteratorum unio: & talis repugnat huic sacramento, ut patet in principio huius capituli: de his, quæ efficiuntur unum per mixtionem. Mixtio autem communiter dicta est quando aliquid miscetur alicui naturæ prædominanti, & soluenti speciem eius, & ea in se conuertentis, sicut dicitur in fine primi de generatione: quod si gutta aquæ misceatur amphore vini mixtio est, quia soluitur in tali mixtione species: & talis mixtio potest esse, & est in hoc sacramento. Tertium est, quod aqua aliter se habet in sacramento Baptismi, & aliter in hoc sacramento, quia aqua in sacramento, Baptismi in sua natura manet. Cuius ratio est, quia Baptismus repræsentat passionem Christi quantum ad ablutionem sensibilem, & ideo in Baptismo sensibili oportet, quod aqua in sua specie, uel natura maneat: sed sacramentum eucharistiæ repræsentat passionem Christi quantum ad redemptionem: & quia redemptio facta est per passionem Christi, & quod fuit non manet, ideo aqua in sacramento apposita absorbetur, & in natura sua non manet, quia nostra natura, quæ per peccatum facta est corruptibilis, & mortalis uirtute passionis Christi quam repræsentat hoc sacramentum efficitur immortalis, ubi supra in solut. 2. argu. per totum. Quartum est, quod ad perficiendum sacramentum Christi corporis, & sanguinis oportet, quod aqua apponatur vino imminente oblatione, & non ante, & ideo si aliquis unam guttam in dolium vini mitteret, uel projiceret, & postea de illo uino dolij, gutta aquæ mixtio in calicem mitteret ad consecrandum nihil faceret illa gutta aquæ ad sacramentum perficiendum. Cuius ratio est, quia admixtio aquæ in dolio ante missam facta non est sacramentalis: illa autem mixtio aquæ cum uino, quæ fit ante Missam statim conuertente in sanguinem est sacramentalis, ubi supra in solut. 3. argum.

Quintum est, quod in Missa solenni debet misceri aqua uino post Euangelium. In missis autem priuatis propter periculum obliuionis potest admisceri ante Euan-

gelium. scilicet quando ponitur uinum in calice. Sextum est, quod consuetudo aliquorum qui in terris ubi non crescit uinum, panum uino rubeo intinctum, & siccum aqua lauant de quo rubore uinum accipiunt, & sanguinem Christi conficiunt damnatur in canone, cum crimen de consecrat. dist. 2. eo quod cum illud sit magis aqua rubra quam uinum, sanguis Christi ex illo consecrari non potest, ibid. in sol. 4. arg.

CAP. XIIII

Secundo principaliter circa sacramentum eucharistiæ consideranda est necessitas institutionis, an. scilicet huius sacramenti institutio fuerit necessaria. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod nos possumus loqui, aut de institutionis causalitate, aut de institutionis, & largitionis congruitate, aut de institutionis, & susceptionis necessitate.

Primo igitur modo loquendo scilicet de institutionis causalitate, dico, quod causa institutionis huius sacramenti est quadruplex. Prima est mortis Christi commemoratio, quæ amorem nostrum debet efficere, & totaliter inflammare: unde & saluator in institutione huius sacramenti ait: Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Super quo uerbo Basilii sic dicit: Disce autem quo pacto decet edere corpus Christi in memoriam, scilicet obedientiæ Christi, ut qui uiuunt non amplius in se uiuant, sed in eo, qui pro eis mortuus est, & resurrexit. Et Apostolus prima ad Corinth. 11. Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem domini bibetis mortem domini annuntiabitis. Secunda causa est uitalis cibi ministratio contra illum cibum primorum parentum: unde illis dictum est quocumque die ex eo comederitis morte moriemini. Gen. 2. De isto autem cibo dicitur Iohann. 6. Quicumque manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Has duas rationes Innocentius Papa tertius tangit dicens sic: Ut suam erga nos charitatem ostenderet, & nostram erga se charitatem, accenderet, se dedit pro nobis in precium, & in cibum, ut per precium redimeret nos à morte,

à morte, & per cibum aleret nos ad uitā. Tertia causa est ad gustum diuinitatis inuitatio. Instituit enim diuina sapientia sui corporis, & sanguinis sacramentum, vt ad gustum diuinitatis inuitaret, & alliceret per gustum humanitatis: vnde dominus per psalm. dicit: Gustate, & videte quoniam suauis est dominus. Quarta cā institutionis huius sacramēti fuit criminis quotidiani remissio: vnde Innocen. sic ait: Dedit nobis dominus hoc sacramētū salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ipse iam mori non potest, per hoc sacramentum quod in memoriam eius mortis accipimus remissionem peccatorum quotidie consequamur. Hęc Alexan. in 4. sent. Secundo modo loquendo de institutionis congruitate, dico q̄ institutio huius sacramenti congruit tribus. s̄ diuinæ liberalitati, nostræ infirmitati, inflicte pœnalitati. Primo institutio huius sacramēti congruit diuinæ liberalitati. Cum. n. in alijs sacramenti Deus nobis per iustificātem gratiam cōiugatur, voluit nobis amplius, & intimus scilicet per seipsum, & per suam realem præsentiā corporali. ter coniungi, ut suam gratiam ampliaret. Secundō institutio huius sacramenti cōgruit nostrę infirmitati, cum enim quotidie per fragilitatem peccemus, sicut cibo corporali, deperditi sit restauratio, sic cibo spiritali sit restauratio, uitæ spiritalis, vt dicit Ambro. Tercio institutio huius sacramenti congruit inflicte pœnalitati. Sumus. n. in labore continuo, & ideo refectiōe spiritali quotidie indigemus. Hęc Ambaldus Romanus. 4. scrip. sentē. dist. 8. art. 2. in corp. q. Tercio loquendo de institutionis, & susceptionis necessitate, dico, q̄ istud sacramentum quantum ad diuinā institutionem ad nostram susceptionem dupliciter potest considerari scilicet in actu, vel affectu, hoc est in facto vel in uoto seu desiderio. Primo ergo modo considerando hoc sacramentum, dico q̄ instituere, vel institutio huius sacramenti non est de necessitate salutis: quod quadrupliciter probo scilicet efficaci ratione: exempli ostensione, Augustini assertionē, & ministri electione Primo efficaci ratione sic: Solum illud sacramētū est sacramentum necessitatis quo non suscepto non uiuit uita gratiæ qui illius est

susceptiuus, sicut patet de Baptismo: nā ante susceptionem Baptismi quicunque vixerit homo filius iræ est, ergo si hoc sacramentū in facto est necessitatis ante eius susceptionē nullus uiuit uita gratiæ. Hoc autē est falsum, quia tunc nullus saluaret qui moreretur ante eius susceptionē. Si autē hanc rōnem breuius uis formare dicas sic: Omne illud sine quo pōt haberi gratia non est de necessitate salutis: sed hoc sacramētum est tale, eō quod gratiam Baptismi p̄supponit, ergo non est de necessitate salutis. Hęc B. Tho. 4. script. sen. dist. 9. de modo sumendi hoc sacramētū. art. 1. q. 2. in cor. q. Secundo hoc idē ostendo exēpli ostensione, quia pueri baptizati salutem consequuntur cū gratia in Baptismo detur, sed eis non datur corpus Christi: ergo institutio eius, & susceptio sacramentalis non est de necessitate salutis. ibi arg. contra primo. Tercio p̄bo hoc idē Aug. in assertionē. Nam Aug. scribens ad Bonifacium contra Pelagianos sic ait: Ne id cogitetis paruulos uitam æternam hñe non posse, qui non sūt ex parte corporis, & sanguinis Christi. Hanc auctoritatē allegat B. Tho. 3. parte sum. q. 73. art. 3. arg. contra. Quarto hoc idē probo ministri electione, quia sacramentum Baptismi quod est de necessitate salutis in casu necessitatis omnib. est concessum, sed hoc sacramentū per solos sacerdotes perfici debet ergo non est de necessitate salutis. Hęc B. Tho. 4. script. sen. dist. 9. art. 1. q. 2. arg. contra. Secundō istud sacramentum potest considerari in voto, uel desiderio, & sic eius institutio, & eius spiritalis susceptio est de necessitate salutis propter rationes quinque prima est ex parte principalis agentis: secunda est ex parte amoris urgentis: tertia est ex parte virtutis unientis: quarta est ex parte finis inducentis: quinta est ex parte similitudinis asserentis. Prima rō quare huius sacramenti institutio, & spiritalis susceptio est necessaria sumit ex parte principalis agētis sic: Oē sacramentū agit uirtute uerbi incarnati tanquam in uirtute principalis agentis: cum ergo omne sacramētum proponatur nobis in figura alicuius rei sensibilis, ergo sacramentum in quo uerbum incarnatū principaliter continetur conuenienter nobis pro-

Tribus
Euch. in
stitutio
cōgrua.

Euchar.
non est
de neces
sitate sa
lutis.

proponi debuit in figura cibi, sua coniunctione in seipsum nos conuertentis, & non è conuerso: vbi supra immediatè. dist. 5. art. 3. q. 1. in corp. q. in fin. Secunda ratio est ex parte charitatis vrgentis sic: Charitas non minus est necessaria quàm fides, immo magis, sed habemus sacramentum fidei. s. Baptismum: cum ergo charitas sacramentum sit eucharistia: vnde, & communio dicitur videtur, quod eius institutio fuerit necessaria, ibidem arg. contra. 2. Tertia ratio est ex parte uirtutis uniectis, & perficietis sic: Ad perfectionem corporis exigitur: quod membra capiti coniungantur, sed per hoc sacramentum membra. i. fideles ecclesiæ coniunguntur capiti. i. Christo, ut dicitur Ioh. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo: ergo &c. ibidem arg. 1. contra. Quarta ratio est ex parte finis attrahentis sic: Sicut. n. se habet aliquis finis antequàm actualiter habeat: sic se habet eucharistia antequàm actualiter uel sacramentaliter assumatur, sed finis antequàm actualiter habeatur in desiderio, & in intentione habetur: ergo perceptio sacramenti est necessaria in voto seu in desiderio ad habendam uitam æternam. Quinta ratio est ex parte similitudinis asserentis uel confirmatis: Quia sicut tpe diluuij nullus extra Archam Noe fuit saluus: ita nullus saluatur nisi Dei ecclesiæ coniungatur adultus existens: hoc autem fit ex desiderio sacramenti percipiendi. Hæc B. Tho. 3. par. sum. q. 73. art. 3. in corp. q. & 4. sent. dist. 12. art. 2. q. 1. vtrum liceat à communione cessare, in solu. 1. arg. Ita quod institutio huius sacramenti modo aliquo fuit de necessitate salutis, ut patet immediatè per quinque rationes prædictas. Susceptio autem sacramentalis non est de necessitate salutis nisi duplici ratione. Prima est ratione institutionis. Licet. n. hoc sacramentum ex prima sui institutione, & absolutè non sit de necessitate salutis ut patet sup. tamen ex secunda institutione. s. ecclesiæ est de necessitate salutis. Nam ecclesia instituit ut fideles semel cõicent in anno: vnde si quis negligit suppetente facultate talis non est sine contemptu, & ideo mortaliter peccat. Secunda susceptio sacramentalis eucharistiæ est de necessitate salutis ratione sup-

positionis finis: supposito. n. hoc sine quod non. o uelit in vita spiritali firmus persistere de necessitate tenetur hoc sacramentum suscipere. 3. parte sum. & 4. scrip. sen. ubi sup. immed.

CAP. XIII.

Tertio principaliter circa eucharistiæ sacramentum considerata est congruitas temporis. s. quo tempore debuit, vel potuit institui hoc sacramentum. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod non debuit institui tempore legis naturæ, nec tempore legis scriptæ sed tempore legis gratiæ. Primo non debuit institui tempore legis naturæ. s. post ligni uetiti esum: quod tali ratione ostendo: Sacramentum eucharistiæ non potuit institui ante uerbum incarnatum, sed uerbum incarnatum non fuit ante aduentum Christi in carnem: cum ergo primis parentibus statim peccantibus uerbum in carnem missum non fuerit nec mitti debuit ergo &c. Sed fortè argues in oppositum. s. quod tali tempore hoc sacramentum debuerit institui tali ratione: Existente morbo statim fuit necessaria medicina: sed medicina spiritalis in remedium morbi perueniens est corpus Christi, ergo &c. Respondeo duobus modis. Primo quod duplex est medicina. s. una spiritalis, & alia sacramentalis eucharistiæ. Prima autem medicina spiritalis est poenitentia, & talis existente morbo semper necessaria fuit, uel in actu, uel in habitu. Secunda uero. s. sacramenti eucharistiæ non potuit esse ante aduentum Christi in carnem. Secundo modo respondeo, & dico, quod medicina spiritalis contra peccatum est duplex: una uerbi Dei, & ista semper fuit: habuerunt. n. semper uerbum aliquod uel internæ inspirationis, uel doctrinæ interioris, uel spiritalis consolationis sustentas in via. Verbum autem incarnatum quod est uaticinium perducens ad patriam non habuerunt nec habere debuerunt ante tempus perueniendi in patriam quod non fuit peccato primo statim commisso. Hæc Petrus de Thar. 4. scrip. sen. dist. 8. art. 4. q. 2. in solu. 1. arg. Secundo non debuit institui tempore legis scriptæ scilicet tempore Moyfi, quod tali ratione ostendo: Lex amoris, & lex timoris respectu eiusdem non cõpatiuntur

tur se simul, sed lex vetus erat lux timoris. Requ. infra. Lex amoris: lex autē noua. s. euangelij est lex amoris: cum ergo sacramentum eucharistię sit sacramentum amoris, & charitatis: ergo &c.

Sed fortē argues in oppositū. s. q̄ tempore Moysi debuit institui hoc sacramentum tali ratione: Sacramentum eucharistię est sacramentum amoris, & charitatis: sed populus Israel fuit populus à Deo dilectissimus: vnde dicitur Exod. 4. filius meus primogenitus Israel, ergo &c. Respondeo duobus modis: primò quòd populus Israel erat dilectissimus pro tempore illo comparatione aliorum populorū qui ydolis seruiebant: non autem comparatione noui testamenti: de quo dicitur 1. Petri. 2. Vos estis gens sancta populus acquisitionis: secundo mō respondeo, & dico, q̄ populus noui testamenti non excluditur ab illo priuilegio amoris rōne cuius Israel primogenitus dicebat. s. rōne promissę hęreditatis, immo ex hoc populus noui testamenti est magis dilectus à Deo, eo q̄ non est electus ad hęreditatē terrenā, & temporalē vt populus Israel sed ad celestē, & æternalē. Hęc Beat. Tho. 4. scrip. sent. dist. 8. art. 3. q. 2. in sol. 2. arg. per totū. Tertio sacramentū eucharistię debuit institui tpe legis gratiæ. s. post aduentū domini in carnem, & non ante. Hoc autem ostendo triplici ratione. s. ratione continentię excellentię, existētię: primò ratione continentię sic: Sacramentum eucharistię uerbum incarnatū realiter continet ad differentiam omniū aliorū, ergo ante incarnationem uerbi institui non potuit. Quare autē Dei filius à principio non fuerit incarnatus: Req. infra. Incarnatio, de tempore incarnationis filij Dei: secundo hoc idem probō ratione excellentię sic: Sacramentum eucharistię prę cæteris continet gratię plenitudinem: vnde & eucharistia appellatur: sed tempus plenitudinis gratię ab incarnatione Christi incepit, & ante nō, ergo &c. tertio hoc idem probō ratione existentię, uel pręsentię sic. In sacramento hoc Christus qui est agēs principale omnis sanctificationis realiter nobis pponitur, & essentialiter cōtinetur, in veteri autē lege non exhibebatur sed promittebatur incarnatione nōdum facta, ergo in ve-

teri lege nō debuit nec potuit institui hoc sacramentum. Hęc B. Thom. ubi sup. im. mediate. art. 3. q. 2. in duobus argum. contra, & in cor. q.

Rectē
cēna do
mini in
stituta
ē eucha-

Sed fortē ex hoc si quæres: Si solum tēpore legis gratiæ debuit institui hoc sacramentum: quo tempore, vel qua hora illius temporis. Respondeo, & dico, q̄ non debuit institui à principio prædicationis Christi, nec tempore resurrectionis, nec tempore ascensionis, sed in cēna imminente tempore passionis. Primo dico, q̄ non debuit institui à principio prædicationis Christi, eò q̄ à principio suę prædicationis. s. quando Christus prædicare incepit, Apostoli non erant capaces tātī mysterij ueluti grossiores, & ideo hoc proponendum fuit eis in fine, ibidem. q. 3. in solu. 3. argum. Secundo non debuit institui post passionem tempore resurrectionis. Cuius ratio est, quia post passionem, & resurrectionem suam Christus cum discipulis suis fuit vt dominus, & quasi extraneus, sed ante passionē fuit cum eis quasi socius, & amicus, & ideo tunc conueniebat, quòd relinqueret eis signa amoris.

Tertio dico, q̄ non debuit institui tempore ascensionis domini. Cuius ratio est, quia recessus domini in ascensione fuit transitus domini ad gloriam, & se ut cōprehensor habebat, & ideo tunc nō debebat institui, sed institutū relinqui: vt qui secundū formam propriam subtrahebat à nobis, secundū formam alteram esset nobiscū. Et ideo quarto dico, q̄ solum in cēna domini imminēte tempore passionis institui debuit hoc sacramentum. Et hoc propter quattuor rationes. Prima est propter corporalis pręsentię terminationē, non. n. fuit conueniens vt simul haberetur in pręsentia corporali, & sacramentali, nec vt in vtraq; deesset. s. q̄ nullo mō haberetur à nobis: sed sic cum discipulis suis perpetuo in altera illarum maneret, in sacramentali quidē usque ad iudiciū, in corporali vero post iudiciū, ut adimpleretur quod dicitur Matth. 28. in fine: Ecce ego uobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Secunda ratio est propter ueteris sacrificij terminationem: qđ sacrificiū in passione terminandum erat: Cuius rō est, quia nō fuit cōueniens simul umbram, & veritatem currere, sed

ueritate habita conueniens fuit umbram cessare. Modò igitur ira est, q̄ in lege veteri erat ueritas promissa tantum: & ideò tunc figuræ sine rebus proponebantur. In lege autem noua est ueritas inchoata, & ideò modo proponuntur figuræ cum rebus. In prima autem erit ueritas consummata, & ideò tunc proponetur manifestè res sine figuris, ut Diony. dicit. Tertia ratio est propter passionis repræsentationem. Ideò. n. passione imminente hoc sacrificium est institutum, ut magis hoc signo infingeret, & imprimeret eorū cordibus proximè factam passionem. Nam imminente passione corda discipulorū erāt magis affectata ad passionē quā passione peracta, quando iam pressuræ passionis erant inmemores propter gaudiū resurrectionis, & ideò &c. Quarta ratio est propter maiorem memoriæ cōmendationem, ut ultimo recessu traditū Apostoli diligentius retinerēt: quantò autem amicus cum amico diutius conuersatur, tantò sit maior dilectio, & quando ab amicis separamur motus dilectionis sentitur pfectior ppter dolorem separationis: & ideò uerba amicorum à nobis recedentiū magis memoriæ imprimuntur. Hæc B. Th. 4. scrip. sent. dist. 8. artic. 3. q. 3. in cor. q. per totum, & in solu. argum.

Sed fortè posset aliquis quærere. Si hora post cœnam conueniebat huius sacramenti institutioni, quare talis hora non cōuenit eius susceptioni, sed potius hora ieiunij. Respondeo & dico, q̄ hora post cœnam non cōuenit huius sacramēti susceptioni propter tanti sacramenti reuerentiam, propter quam instituit ecclesia, q̄ tantum sumeretur ieiuno stomacho, nisi periculum uitæ immineret. Si autē aliter uis procedere dicas, q̄ hoc sacm post cœnam imminente tpe passionis institui debuit triplici ratione. Prima ratio est, quia hoc sacramētum est signum memoratiuum dominicæ passionis, & per consequens nostrę redemptionis 1. ad Cor. 11. Quotiescunque manducabitis panē hūc, & calicem domini bibetis mortem domini annuntiabitis donec veniat: unde illa melius memoriæ imprimuntur quæ ultimò exhibentur, ut dicit Aug. in quadam Homel. Secunda ratio est, quia hoc sacramentum est signum ostensiuum amoris

redimentis: quod patet Iohan. 13. Cum dilexisset suos in finem dilexit eos Glo. In finem, idest in mortem, non quòd morte terminetur, sed intantum dilexit q̄ dilectio suorum usq; ad mortem eum perduxit: ea enim quæ in recessu alicuius ab aliquo dantur, amoris præcipui sunt indicia. Solēt enim amici in signum dilectionis in recessu suo suis prædilectis aliqua dona relinquere rememoratiua amoris. Tertia ratio est, quia hoc sacramētum est signum completiuum umbræ præfigurantis: quod patet per hoc, q̄ instituto hoc sacramento impleta fuit lex quantum ad celebrationem sacramenti typici, scilicet agni Paschalis: unde Aug. contra Faustū multis exemplis ostendit, q̄ dominus tollendo figuras, & introducendo ueritatem legem impleuit: unde imminente passione cuius est expressiuum hoc sacramentum debebant omnes figuræ eius cessare: Iohan. 19. Sciens Iesus quia iam omnia cōsummata sunt, ut consummaretur scriptura dixit: Sitio &c.

CAP. XV.

Circa Eucharistię sacramentum, quantò principaliter considerata est sublimitas perfectionis. Est enim sacramentum Eucharistiæ potissimum, & nobilissimum inter omnia sacramenta: quod probō triplici ratione. scilicet ratione cōtenti, complementi, termini.

Primò ratione contenti, quia in alijs sacramentis continetur quædam uirtus instrumentalis participata, & deriuata à Christo, scilicet gratia iustificans: in hoc autem sacramento ipse Christus essentialiter continetur semper autem quod est per essentiam tale, potius est eo quod est per participationem. Secundò hoc idem probō ratione complementi, quia omnia sacramenta in eucharistia complentur & consummātur quod patet, quia ordinari cōmunicant, & similiter baptizati si sunt adulti. Tertiò, hoc idem probō ratione termini: nam sacramentum eucharistiæ minus est omniū sacramentorum terminus, siue oīum sacramentorum ordinis ordinatur ad eucharistiæ consecrationem.

erationem. Requ. infra Ordo: secundò verò baptismus ordinatur ad eucharistiæ sumptionem: tertio pœnitentia & extrema vnctio præparant ad corporis Christi dignam assumptionem: quartò uerò matrimonium sua significatione attingit ad Christum in quantum signat coniunctionem Christi, & ecclesiæ quæ per eucharistiam signatur. Hæc B. Tho. 3. par. sum. q. 65. art. 3. in cor. q.

Sacra
cōparā-
tur ad-
inuicē
ī digni-
tate.

Ad cuius euidenciam est sciendum, q̄ vnum sacramentum est nobilius alio quātum ad quinque. s. quātū ad effectum, contentum, gradum, ministrum, significatum: primò quantum ad effectum, & sic Baptismus qui omnem culpam delet, & omnem pœnam aufert est sacramentum potius alijs: secundò quantum ad cōtē- tum, & sic eucharistia in qua Christus essentialiter continetur est &c. tertio quantum ad gradum & sic ordo: quartò quantum ad ministrū, & sic confirmatio quæ ab ep̄o solo confertur: quintò quantum ad significatum, & non contentum, & sic matrimonium. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. sent. dist. 7. artic. 1. q. 3. in cor. quæst. Ita quod breuiter loquendo unū sacramētum excellit aliud quattuor rationibus: primò ratione suæ virtutis, & sic baptismus & pœnitentia omnia alia sacramenta excellūt: secundò ratione dignitatis, & sanctitatis, & sic eucharistiæ sacramentum quo nihil dignius, & sanctius esse potest in sacramētis, & sacrificijs: tertio ratione conferentis, & sic confirmatio: quartò ratione suæ significationis, & sic matrimoniū, quod signat coniunctionem Christi ad ecclesiā per diuinæ naturæ, & humanæ unionem in Christo: vnde Apostolus ad Ephes. 5. sic dicit: Hoc sacramentum magnum est in Christo, & ecclesia. Hæc in sum. confess. lib. 3. titu. 24. q. 138. Requ. infra Sacramentum.

C A P. XVI.

16 **C**irca sacramētum eucharistiæ, quinto principaliter cōsideranda est proprietas assumptionis: debet enim sumi hoc sacramentum per modum mādicationis & potationis. Hoc aut quattuor

rationib. probō. s. ratione assimilationis, coniunctionis, representationis, operationis. Primò rōne assimilationis sic: Istud sacramentum assimilatur cibo, & potui: ita dicitur Ioh. 16. Caro mea uerè est cibus, & sāguis meus verè est potus: sed usus cibi, & potus non est, ut uideatur & tangatur, sed vt manducetur, & bibatur, ergo corpus Christi & sanguis non debet tantum videri, uel tangi, sed manducari & bibi. Secundo hoc idem probō ratione cōiunctionis sic: Christus intimus nostris cordibus debet vniri, quān aliquid aliud: sed in rebus sensibilibus cibus, & potus nobis intimus uniuntur, ergo &c. Quod autem cibus, & potus nobis intimus vniantur sic probō: Inter sensibiles qualitates est differentia triplex. Quædam enim neque coniunguntur, neque uniuntur nobis, sicut illæ qualitates quæ per mediū extrinsecum sentiuntur, ut in visu præcipuè auditu, & olefactu patet. Quædam uerò coniunguntur nō tamen uniuntur nobis, sicut in tactu patet: nam tangibilium qualitates immutant tactum, nec ex tangente & tacto fit vnum, nisi secundum quid. Quædam autem nobis non solum spiritaliter, vel intēcionaliter, & sensibilibus cōiunguntur, vt patet in supradictis, sed etiam realiter uniuntur sicut in cibis & potibus; nam ex cibo, & comedente fit vnum simpliciter: & ideo sumptio huius sacramenti congruè fit per modum manducationis, ad ostēdendum, quod in hoc sacramento Christus nobis coniungitur, vel unitur, & nos Christo.

Intime
unio p
commu-
nionē.

Tertio probō hoc idem rōne representationis, nam manducatio corporis Christi repræsentat passionem Christi, per quā corpus Christi attritū, & uulneratū fuit.

Quartò hoc idē probō ratione operationis. Sicut. n. manducatio corporalis ordinatur ad robur corporis, ita manducatio sacramentalis, & spiritalis ad robur mentis. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 9. artic. 1. in cor. q. per totum, & in duobus argum. contra.

Ad maiorem tñ euidenciam prædictorū nota hic duodecim. Primum est, q̄ modi manducandi corpus Christi duo sunt. s. sacramētalibus quo aliquis sumit sacramentum solum sine eius effectu, vt dicit Glo. super illud Apostoli 1. ad Corinth. 11.

Duplex
modus
mandu-
candi.

Qui

Qui manducat & bibit indignè sic. Nam sacramentum hic dicimus corpus domini quod de uirgine traxit, & in cruce pepedit. Effectus autem sacramenti est quo spiritualiter homo coniungitur Christo per fidem, & charitatem. Hæc B. Th. 3. parte sum. q. 80. arti. 2. in cor. q. Secundum est, qd ratio huius duplicis manducationis. s. sacramentalis & spiritualis ex tribus partib. probari potest: primo ex parte rei sumptæ: Cum. n. sumitur solum res contenta manducatur sacramentaliter: cum autem sumitur non solum res contenta, sed etiam significata, tunc manducatur spiritualiter: secundo potest probari ex parte sumentium, si sumens sit benè dispositus, manducat spiritualiter: si uerò male, manducat tantum sacramentaliter: tertio ex modo sumendi, quia ille qui sumit ore corporis species sacramenti manducat sacramentaliter: qui uero sumit ore cordis. s. fide, & charitate manducat spiritualiter. Hæc B. Th. 4. scrip. senten. dist. 9. arti. 1. q. 3. in sol. arg. Tertium est, qd circa sacramentum eucharistiæ. s. corpus Christi aliqui quattuor modis se habent: primò. n. quidam sunt q accipiunt spiritualiter tantum, non autem sacramentaliter, sicut illi qui accipiunt rem sacramenti. s. gratiam, non tamen ipsum sacramentum Christi corporis: & de hoc modo sumendi dicit Aug. Crede & manducasti, & tales non manducantes. s. sacramentaliter manducant spiritualiter: secundò quidem alij sunt qui accipiunt sacramentaliter tantum, sicut illi qui sumunt in peccato mortali, non tamen accipiunt spiritualiter, quia nec sunt in charitate: nec cum deuotione accipiunt, & per consequens, nec sacramenti gratiam consequuntur, & isti manducantes non manducant: tertio quidem alij sunt qui manducant sacramentaliter, & spiritualiter, ut qui accipiunt sacramentum, & rem sacramenti, sicut illi qui in fide gratia, & charitate sumunt, & tales manducantes manducant: quarto quidam alij sunt qui nec sacramentum nec rem sacramenti. s. nec spiritualiter nec sacramentaliter sumunt, & isti non manducantes non manducant. Quartum est qd manducatio sacramentalis quæ ad spirituales pertingit, non diuiditur contra spirituales, sed includi-

tur ab ea: sed illa manducatio sacramentalis contra spirituales diuiditur, quæ affectum non consequitur sacramenti, sicut imperfectum quod non pertingit ad speciem diuiditur contra perfectum. Hæc B. Th. 3. parte sum. q. 80. arti. 1. in sol. 2. argum. Quintum est, qd manducatio spiritualis, & sacramentalis plenius effectum sacramenti inducit quam sola manducatio spiritualis, sicut magis inducit effectum sacramenti baptismi susceptio ipsius quam solum desiderium suscipiendi: ibidem in sol. 3. arg. in fi. Sextum est, qd aliter se habet de manducatione corporali, & aliter de spirituali, nam manducatio corporalis non præsupponit aliam manducationem alicuius cibi quæ sit causa eius, sicut manducatio sacramentalis præsupponit spirituales quasi eius causam: Hæc B. Th. 4. scr. sent. dist. 9. arti. 1. q. 3. in sol. 1. arg. Septimum est, qd manducatio spiritualis. i. incorporatio, vel coniunctio mentis ad Christum potest esse sine manducatione sacramentali, & qd manducatio spiritualis in adulto est de necessitate salutis, non autem semper manducatio sacramentalis, ibid. q. 2. in sol. 3. arg. Req. supra 3. ca. ab isto, Octauum est, qd manducatio est triplex. Prima est carnalis, qua species ipsa dentib. atteritur. Secunda est sacramentalis, qua Christi corpus uerum sub specie panis contentum sumitur. Tertia est spiritualis, qua ipsum corpus mysticum. i. unitas ecclesiæ cum ipso sumitur. Nonum est qd in manducatione corporali sunt tria, sic etiam in sacramentali: primum est in ore masticatio: secundum est in uentre sumptio, & traectio: tertium est in membrorum unio. Hæc tria sunt in manducatione sacramentali: primum enim, scilicet, masticatio competit speciebus: secundum scilicet præsentia cibi, & retentio eius competit corpori Christi uero, quod ibi sub speciebus realiter continetur: tertium, scilicet, conuersio in cibatum figurat unionem sumentis cum corpore Christi mystico: Hæc Petrus de Tharant. 4. sentent. Decimum est, quod in manducatione spirituali sunt quattuor actus ad modum corporalis, uel materialis, scilicet, masticatio, delectatio, assimilatio, incorporatio. primo. n. masticatio huius sacramenti consistit in discreta, & atten-

In manducatione spirituali sunt quattuor actus.

ra consideratione illius quod sumendum est, ut puta corpus Christi quod pro nobis expositum fuit in precium ad redimendum nos in cruce, & in altari in cibum ad uiuificandum nos. *I. uita gratiæ. Iohā. 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternā. Secundus actus est delectatio, quæ delectatio sequitur ex consideratione bonitatis, & preciositatis eius quod sumitur. I. quia est panis de cælo descendens. Sap. 16. Panem de cælo præstitisti illis &c. Req. expositionem supra de manna: tertio, ex his duobus. I. ex consideratione, & delectatione huius cibi sequitur assimilatio quæ est per fidem: Iohan. 1. Dedit eis potestatem filios Deis fieri, his qui credunt in nomine eius. Quartus actus est incorporatio: qui propriè dicitur unio, q̄ fit per amorem qui est copula amantis, & amati: Ita quod manducatione spiritualem huius sacramenti requiritur consideratio fidei & affectio amoris ut fides non sit informis: sed per dilectionem operas, nec sit cuiuscunque cibi fides, sed illius, cibi. I. carnis Christi expositæ pro nobis in cruce in precium redemptionis, & in altari in cibum spiritualis refectionis. Hæc Alex. in 4. sent. Undecimum est, q̄ dissimilitudo est in cibo corporali, & spirituali dupliciter: primo quia cum cibo corporalis ad refectionem corporis ordinetur, ideò oportet digeri, ab impuro separari & ad membra conuerti: sed non ita est de cibo spirituali qui ad refectionem animæ ordinatur: secundo quia cibo corporalis eò q̄ in propria specie corporaliter, uel carnaliter sumitur, ideò ad corpus trahitur, ut contentum ad continens. Similiter cibo sacramentalis si carnaliter, & in propria specie sumeretur in cibatu conuerteretur: sed quia est cibo mentis, & spiritualiter sumitur, ideò mentem ad se trahit continens contentum: unde August. Nō tu me mutabis in te. Hæc B. Th. 4. script. sent. dist. 9. art. 1. q. 1. in sol. 1. & 2. argument. Duodecimum est, q̄ ratio quare corpus Christi mentem ad se trahit, & cōuertit est triplex. Prima est, quia spiritualiter sumitur, & non carnaliter, ut de cibo corporali patet supra immediate. Secunda ratio est, quia cibo spiritualis est dignior, & uirtuosior corpora-*

li, q̄ ideo manducantem in se conuertit: in cibo autem corporali, quia māducās est nobilior, & uirtuosior ipso cibo, ideò cibum in se conuertit. Tertia ratio est, quia iste cibo spiritualis est in sua natura stabiliior, nos autem mutabiles sumus: ipse autem qui cibo est angelorum est immutabilis, ideò &c.

Vt autem euidentius pateat qui manducant corpus Christi sacramentaliter, & qui spiritualiter, nota q̄ manducare corpus Christi sacramentaliter potest intelligi duobus modis: uno modo ut hoc aduerbium sacramentaliter determinet manducationem ex parte sacramenti, & sic quicumq; sumunt species sacramenti siue sit creatura irrationalis, siue rationalis, siue fidelis, siue infidelis, sumit sacramentaliter, id est, uerum corpus Christi in eucharistia. Alio modo ut aduerbium sacramentaliter determinet manducationem ex parte manducantis, & sic ille solus manducat sacramentaliter qui utitur cibo illo uisibili ut sacramento, i. qui credit ipsum corpus Christi esse in sacramento, & sumit, & hoc modo nec creatura irrationalis, nec infidelis manducat corpus Christi sacramentaliter, sed solum fidelis, siue iustus, siue peccator.

Hæc Beat. Th. 4. script. sent. dist. 9. artic. 2. q. 1. utrum infidelis manducet corpus Christi sacramentaliter, in cor. q. Ille autem manducat corpus Christi spiritualiter qui habet fidem, & charitatē ad Christum cum deuotione, & proposito sumendi hoc sacramentum, etiam si sacramentaliter non manducet. ut dicit B. Th. ibidem quæstio. 4. utrum qui manducat sacramentaliter manducet spiritualiter, in cor. quæst. in fine. Quomodo autem angelus manducet Christum, & quomodo non. Req. supra Eucharistia 4. cap. quod incipit. Est etiam notandum ad e-

uidentiam prædictorum iuxta

finem in expositione il-

lius auctoritatis, pa-

nem angelorū

man. &c.

Angeli
quoque
mandu-
cant eu-
char.

CAP.

XVII.

17.

CIRCA sacramentū Eucharistiæ sexto considerata est uarietas vel dignitas susipientis. Nā quindecim genera personarum dignè communicari non possunt existentes in tali statu, scilicet amentes uel furiosi, dæmoniaci, pueri, non ieiuni, polluti, histriones, diuinatores, se corrupta intentione ornantes, coreatrices, aleatores, usurarij, interdicti, suspensi, excommunicati, & suspecti de crimine, criminosi, scilicet qui habent conscientia peccati mortalis.

Primò
Amen-
res di-
gnè nō
cōicant

Primò dignè cōmunicari non possunt amentes, & furiosi. Vbi sciendum, quòd amentes, & furiosi sunt in triplici gradu uel statu. Quidam. n. sunt amētes qui debilem mentem habent, & tamen sunt dociles eorum quæ ad fidem, & deuotionem spectant; & talibus corpus Christi denegari non debet. Quidam alij habēt lucida interualla in quibus dum apparēt discretionis, & deuotionis signa, eis dēdari. Quidam uero alij a natiuitate, & semper iunt omni iudicio rationis carētes, & talibus corpus Christi dari non debet. Hęc Beat. Thom. 4. scrip. sentent. dist. 9. artic. 5. quæst. 3. in cor. q.

Secūdo
Obsess.

Secūdo Dæmoniaci dignè cōicari nō possunt, si constat, q̄ pro aliquo crimine a dæmone torqueantur, si autem non cōstat, q̄ pro eorum peccatis torquentur, eis est communio deneganda, ubi supra immediatè. q. 3. in sol. 2. argu.

Tertiò
pueri.

Tertiò pueri dignè cōicari nō possunt. Ratio autem huius est, quia ad sumēdū dignè corpus Christi duo exiguntur. s. discretio qua discernitur cibus spiritalis a corporali, & è conuerso. secundo requiritur deuotio mentis, ut scilicet corpus Christi deuota, & inflāmata mente assumatur: & quia pueri his duob. carēt: primo usu rōnis propter quod cibū spiritalē a corporali nesciunt discernere, secundo carent deuotione, idē tales dignè cōicari non possunt, nec eis est corpus Christi tradendum. Si autem ante ætatem perfectam, putā cum decem, uel duodecim annorum existūt in eis signa deuotionis, uel discretionis apparēt, pōt eis dari corpus Christi, & etiam debet si petunt. Græci tamen quamuis irrationa-

biliter pueros suos communicant, ubi supra, art. 5. quæst. 4. in cor. q.

Quartò non ieiuni dignè nō possunt communicari nisi causa infirmitatis; & hoc triplici ratione: primo ratione cibi, uel sacramenti. Nam propter reuerentiā sacramenti, & istius cēlestis cibi os christiani alio cibo nō debet esse imbutum, sed cibus spiritualis prius debet intrare in animā quā cibus corporalis in corpus: secundo hoc idem probo ratione cibati, nam digna præparatio deuotionis, & reuerentię præcipuē exigitur in sumēte: cum ergo ieiuni sint magis deuoti, & reuerentes quā non ieiuni, ergo &c. tertio hoc idem probo ratione uomitus, & reiectionis quæ magis fit stomacho cibato quā ieiuno. Vbi nota duo: Primū est, q̄ communicans debet esse ieiunus non solum ieiunio ecclesiæ, sed etiam ieiunio naturæ, & ideo post quācūq; sumptionem aquæ electuarij, uel medicinæ communicari non licet. Secundum est, quòd quicquid sumitur per modum cibi, & potus communionem impedit: quando enim aliquid transglutitur non per modum cibi & potus, sed per modum saluæ, sicut cum abluitur os, dum tamen in modica quantitate sumatur communionem non impedit, ubi supra distinct. 8. artic. 4. quæst. prima, in cor. q.

Quarto
non ie-
iuni.

Quintò polluti ex suo vitio cōicari non debent: Requi. infra Pollutio.

Quinto
polluti.

Sextò histrionibus, uel ioculatoribus notoriis, & manifestè infamib. communio dari non debet: unde Cyprianus de his loquens sic dicit: Puto inquit, q̄ nec diuinæ cōueniat maiestati, nec ecclesiasticæ disciplinæ, ut decus, & honor ecclesiæ. s. corpus Xpi personis talibus conferatur, alius autem histrionibus, uel ioculatorib. reuersis ad Deum reconciliatio, & communis gratia non negetur. Hęc in sum. confess. lib. 3. tit. 24. q. 82.

Sexto
histriones.

Septimò sortilegi diuinatores siue artem magicam facientes ad sacram communionem non debent accedere, tum quia omnes tales mortaliter peccāt, tum quia si tales cessare noluerint, quamdiu in sua malicia perseverant sunt excommunicandi, ideo &c.

Septimò
sortilegi.

Octauò se oruātes corrupta intēctione s. mulieres, quæ impudicè, & inhonestè

Octauò
impudi-
ci.

At se ornant crinibus, coloribus, uestib. curiosis, non ut Deo, uel suis meritis in bono placeant, neque, ut status sui decen- tiam teneant, sed ut alios prouocent ad libidinem, & ad sui concupiscentiam, & si inde aliquod malum non sequatur, ta- men quia sibi & alijs offensionis, & dāna- tionis laqueos parant ad sacram commu- nionem, non debent accedere.

Nonō
correa-
trices.

Nonō correatrices: Vbi nota, q̄ inter coreatrices triplex ē doctrina. Quādā. n. sunt quib. ex usu, correarū inotescūt ma- la q̄ inde proueniunt, uel propria indu- stria, uel consciētia, uel experiētia, uel p- dicatione, & tñ exercitiū huius in cōsue- tudine hñt, & cū suis gestibus, & cantib. se, & alios ad concupiscentiā sui, uel alio- rū & libidinē prouocant, & tales cū in vo- luntate, & pposito huius exercendi su- pradiēta intentione manēt, & pseuerāt, nō debēt ad sacrā cōionē accedere, quia dū sibi, & alijs laqueos pēti mortalis uo- lūtarie tēdūt, & praparāt, mortaliter pec- cant. Quādā uero aliæ sunt, quæ raro & q̄ inuitē se immiscēt supradictis coreis & coreatricib. de quib. nō audeo diffini- re, q̄ mortaliter peccent, nec audeo eas excusare a pēto mortali, cū ingerant se periculo assistendi, & associandi eas quæ prouocant alios ad libidinē. Quādā aliæ sunt quæ ignorantes periculum ex tali ludo alicui prouenire, & ex pura intētio- ne solū causa alicuius solacij, uel recrea- tionis ludunt, & excusantur a pēto mor- tali. Decimō aleatores: Vbi nota, q̄ alea- tores dicuntur qui ludum alex uel taxil- lorum in consuetudinem ducunt, & inde suam vitam deducunt: tales. n. non sunt in statu saluandorum propter multa, & specialiter propter septem pēta quæ ex talibus ludis proueniunt, quorum pri- mum est desiderium lucrandi, quod est cupiditas. Secundum est uoluntas expo- liādi proximum, quod est rapina: tertiū multiplicatio mendaciorum, periurio- rum, blasphemiarū in Deum & sanctos: quartum est fraus siue dolus: quintum est corruptio proximorum confluētium ad ludum inspiciendum: sextum est scanda- lum bonorum virorum: septimū est con- temptus prohibitionis ecclesiasticæ. Pro- pter quæ peccata, & multa alia quæ ex ta- li ludo pueniunt, prohibentur tales cōi-

care. Vndecimō usurarijs communio da- ri non debet: Cuius ratio est, quia ex- communicatis communio dari non de- bet: sed usurarij publici a iure sunt ex- communicati, quantum ad tria. primō, quia non debet recipi ad communio- nem altaris: secundō non debent recipi eorum oblationes: tertio non debent re- cipi ad Christianam sepulturam, si in hoc peccato, decesserint. Hæc in sum. Duode- confel. libro secundo, titu. septimo, quæf. cimo, & quadagesima septima, Duodecimo, & decimo tertio decimo interdictus, & suspensus, & etiam iniuste excommunicatus commu- nicari non debet. Cuius ratio est, quia in talibus est defectus rei significatę, scili- cet unitas corporis mystici. Excommu- nicatus autem iniuste quamuis non sit indignus accedere ad hoc sacramentum tamen propter obedientiam Ecclesię de- bet humiliter abstinere. Hæc Pe. de Tha- ran. 4. scrip. dist. 9.

C A P. XVIII.

QUARTODECIMO su- 18. spectis de crimine communio do- minica dari non debet. Vbi nota, quarto decimo quod suspicio de crimine est triplex. quarto suspecti de crimi- ne. Quādā est temeraria, ut illa quæ sine argumento aliquo prouenit, uel p̄sum- ptuosa quæ ex læui coniectura ortum ha- bet. & talis suspicio est deponenda, & si petit ei sacra communio debet dari. Quādā suspicio est probabilis, qualis est si inuentus fuerit solus cum sola colloquens tempore, & loco suspectis, & tunc si petit, ei sacra communio denega- ri non debet: Cuius ratio est, quia pœ- na infligi non debet, ubi culpa ignora- tur. Quādā uero, suspicio est uiolen- ta, ad cuius contrarium non admitti- tur probatio, eo quod talis reputatur pro facto, qualis est si inuentus est solus cum sola, nudus cum nuda loco secreto, scili- cet, lecto & tempore apto ad commixtio- nem carnalem: tunc erit suspicio uiolen- ta, q̄ interuenerit copula carnalis. Et tūc dico, q̄ talis suspicio aut est singularis, scilicet ipsius sacerdotis qui solus hoc ui- dit: & tunc tali petenti in publico sacra communio dari debet: si uero petit in occulto ei non debet dari. Si uero talis su-

spicio est communis, scilicet procedens ex fama publica, tunc sacra communio ei non debet dari neque in occulto neque in manifesto, & hoc triplici ratione. Primò ratione violentę præsumptionis quæ perfectò habetur, ut dixi, tum ratione infamiz publicæ, tum rationeurbationis vitandæ: si enim daretur corpus Christi manifestè suspectis de crimine esset scandalum populo videnti, & scienti: sed scandalū est vitandum: ergo tali corpus Christi non debet dari. Sed fortè argues in oppositum sic. Experimentum non sumitur de aliquo crimine nisi de quo suspicio processit: sed corpus Christi dandum est aliquando alicui ad experimentum de peccato sumendum: ergo debet dari suspectis. Quod autem dari debeat ad experimentū de peccato sumendum habetur in decretis 2. quæst. 5. vbi sic dicitur. Sæpè contingit, ut in monasterijs monachorū furta perpetrentur, idcirco statuimus ut quando ipsi fratres de talibus expurgari se debent missa ab abbate, vel ab aliquo alio præsentibus fratribus celebret & sic completa missa omnes communificent in hæc verba. Corpus domini sit tibi hodie ad probationem, ergo debet corpus domini dari suspectis. Primò ad hoc tribus modis. Primò dico, quòd decretum illud est abrogatum, quia facere tales probationes est temptare Deum. Secundo modo dico, quòd intentio illius decreti non est ut talis purgatio fiat, sed ut propter timorē talis purgationis à furtis abstineant. Hæc Beatus Thom. 4. scrip. sen. dist. 9. art. 5. q. 2. in cor. q. & in sol. 2. argu. Terrio modo respondeo, & dico. quod intentio illius statuti non est, ut per communionē crimē prodatur per aliquod signum in eo apparens, tū quia hoc esset tentare Deū, ut dictum est, tum quia si in casu aliquo corpus Christi dari debet malis ne eorū malitia deprehendatur, non debet dari, ut alicuius malitia detegatur. Sed illum statutum hac intentione est factū ut per contritionem illius qui furtum commiserat fieret restitutio furti. Hæc Alexan.

An Eucharistia danda sit dānatis ad mortē.

Sed queritur, an corpus Christi sit dādū his quod suis criminibus sunt suspendendi, vel decapitandi. Respondeo: & dico cum canone. 13. quæst. 2. vbi sic dicitur. Quæsitum est ab aliquibus fratri-

bus de his qui in patibulis suspenduntur &c. & sequitur. Quibus respondemus. Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine secundum præcepta canonum, danda est, cur canones communio nem: & sepulturam eis interdican- qui per suis peccatis pœnā extremam persoluit & confitentur, vel confiteri desiderant: scriptum est enim Deus non iudicat bis in idipsum. Unde apparet ex hoc canone, quod non est talibus communio deneganda.

CAP. XIX.



VINTODECIMO criminosi .i. illi qui habent conscientiam peccati mortalis dignè cōicari non possunt. Vbi

19

est sciendum, quod aliud est, quod peccator corpus Xpi videat, aliud est, quod tangat, aliud est, quod sumat, aliud, quod petat. Differt enim peccatorem cum cōscientia peccati mortalis existēte inspicere, tāgere, assumere: petere corpus Christi. Primum scilicet peccatorem corpus Christi inspicere, vel videre aliquando non est licitum, aliquando sic, aliquando reprehensibile, aliquando laudabile, aliquando vitiosum, aliquando meritorium. Nam secundum quod homo ad Christi accedit mente, ita ad eius sacramentum debet accedere corpore. Quidā n. sunt qui neque fide neque charitate ad Christum accedūt, ut infideles, & tales ab inspectione, & assumptione huius sacri. s. corporis Xpi totaliter sunt arcēdi. Quidā verò alij sunt qui ad Xpm fide sine charitate accedūt, & tales corpus Xpi possunt videre, sed non assumere. Ratio autē quare tales nō possunt assumere corpus Xpi est: quia homo Xpo per charitatem incorporatur: tales autē charitatem nō habent: ergo &c. Rō autē quare tales corpus Xpi videre pnt est, quia tales solum accedentes per fidem adhuc longius stant. Secūdo uidere corpus Xpi est demeritoriū, puta cū aliquis uidens corpus Christi vult secreta mysteria huius sacri scrutari, qd figura & auctoritate probatur: primo quidem figurā. 1. Reg. 6. legitur, & scribitur sub figura, quod bethsamite, quia uiderunt archā domini nudā contra præceptū domini. i. secreta fidei quod designantur per archā, percussū sunt

Quinto decimò criminosi

H H sunt

sunt à domino cecitate: secundò hoc idem patet auctoritate, qui scrutator est maiestatis opprimeret à gloria. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. sen. dist. 9. arti. 3. q. 6. in cor. q. & in solu. 1. argu. Tertiò corpus Christi videre est licitum qd sic patet. Cuilibet est licitum facere qd ab ecclesia est institutū: sed ab ecclesia est institutū, vt corpus Xpi immediatè post cōsecrationē in altū eleuatur, vt videatur, & saluator nō tantū à iustis, sed à peccatoribus adoretur. Quarto videre corpus Christi est virtuosum. Si. n. peccator corpus Christi inspiciat ea intētionē qua est ab ecclesia institutū multū commodum accidit; nō tantum iusto, sed etiam peccatori inspicienti: tum ex ponderatione charitatis saluatoris, tum ex subuentione beneficii reparatoris, tum ex recordatiōe passionis redemptoris. Hæc. n. tria iustus debet, & peccator in corporis Christi intuitiōe, & inspectiōe recolere. s. quantum fuit beneficiū reparatoris, quāta passio redemptoris, quāta charitas saluatoris. Hæc Alexan. in 4. senten. Quintò corpus Christi ad tempus non videre est laudabile: vnde publicanus laudat eò qd oculos suos nolebat leuare ad cœlū: ergo multo minus ad corpus Xpi quod est nobilius omni cœlo: ad designandū si aliquis pctor abstinere ab aspectu corporis Christi ad tempus ex humilitate commendatur. Hæc. B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 9. arti. 3. q. 6. in solu. 1. argu. Albertus etiam dicit, qd peccator corpus Christi videre potest, & debet, sed nō multo aspectu ppter humilitatē: immo potius corpore Christi viso debet pcutere pectus in pnia, eò qd non sit dignus, quòd maneat in visu frequenti sanctitatis tantæ, Pe. autem de Tharan. cum his duobus concordat. Hæc in sum. cōfessi. lib. 3. titu. 24. quæst. 71.

Secundum. s. pctorē tangere corpus Christi aliquando licet aliquādo non. Nā si sacerdos, vel laicus peccator corpus Christi propter necessitatem aliquam, putā qd in lutum cecidit cum timore, & reuerentia tangit, de luto, vel de terra ipsum corpus Christi leuando, non peccat reponendo ipsum in loco conuenienti. Si autem extra casum necessitatis tangit corpus Christi peccat, sicut sacerdos peccator extra necessitatem tangens corpus Christi peccat. Si verò sacerdos peccator ali-

cui in necessitate cōstitutio eucharistiam tribuit non peccat. Secularis autem qui tangeret corpus Christi ad dispensandū peccaret, quia tangere hoc modo, scilicet ad consecrandum, vel dispensandū, solū ad personas ordinatas spectat. Similiter si sacerdos, vel laicus immundè, & cum peccato carnis tangeret corpus Christi peccaret, quia cum immunditia, & irreuerentia tractat, sicut Ozza qui immundus existens eò quod cognouit vxorem suam tangens archam domini fuit percussus à Deo morte. Hæc in sum. cōfessi. lib. 3. titu. 24. quæst. 73.

CAP. XX.



TERTIO sumere corpus Christi cū cōscientia peccati mortalis nunquā licet, vnde licet aliquando aliquis possit videre, vel tangere corpus Christi sine peccato, sumens tamen, corpus Christi cum conscientia peccati mortalis semper peccat mortaliter. Cuius ratio talis est. Ille qui abutitur sacramēto peccat mortaliter, sed qui communicat cū cōscientia peccati mortalis abutitur sacro, ergo &c. Quod autē cōmunicās cū cōscientia peccati mortalis abutatur hoc sacramēto, probo triplici ratione. s. ratione refectionis, sanctitatis, vnionis, fīctionis. Primò ratione refectionis sic. Sicut. n. cibus corporalis solum viuenti corporaliter datur, & prodest, & viaticum viatori, ita cibus iste spiritualis, scilicet corpus Christi solum viuenti vita spirituali, scilicet gratiæ, & existenti in via ad celestem patriam conuenienter datur, & prodest: peccator autem spiritualiter mortuus est, & extra viam vitæ, & ideo nō competit ei cibus ille & illud viaticum. Secundo hoc idē pboratione sanctitatis. Nam in hoc sacramento essentialiter, & realiter continetur Christus, qui est sanctus sanctorū: vnde eius receptaculū esse debet mundū & sanctum, vt continens assimiletur cōtento, & locus locato, sed habens cōscientiam peccati mortalis nō est receptaculū tale: ergo talis sumēs abutitur hoc sacramento, & tunc mortaliter peccat. Tertiò ratione vnionis probo hoc idem sic. Cū enim hoc sacm vnitatem capitis, & membrorum. i. Christi, & fidelium, & membro

10

Accedē
tes ad
Euch.
cum pec
cato
mortali

rum

In casu
necessi-
tatis lai-
cus pōt
tangere
corpus
Christi.

rum ad inuicem i. fidelium inter se unitatem significet, p̄c̄t̄or aut, uel peccati mortalis conscientia habēs tanquā membrū putridum, & a Deo, & ab ecclesia p̄cisum hoc sacramentum abutitur sumēs ipsū: h̄c b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 9. art. 3. q. 1. in cor. q. Ad euidentiam p̄dictorum tamen nota hic sex. Primū est, q̄ communicans cum cōscientia peccati mortalis peccat, quia res non est mala, quam accipit: sed quia ille malus male accipit quod est ex se optimum, scilicet corpus Christi qđ est maximum bonum: unde cum corpus Christi sit de maximis bonis nullus peccat, quia re bona utitur, sed quia malo modo utitur ea, sicut uirtutib. quæ sunt de maximis bonis aliquis male utitur nō quidem actus earum eliciendo, sed de eis superbiendo, & gloriando. H̄c b. Tho. 4. scri. sen. dist. 9. art. 3. 1. in sol. 1. arg. Secundum est, quod duplex est medicina spiritalis, una curatiua, & morbū remouens sicut baptisumus, & p̄nitentia, & talis infirmis competit: alia p̄seruatiua, & ad perfectā sanitatem promouens, ut eucharistia, & talis non infirmis sed solum sanis debetur, ibidem in sol. 2. arg. Sicut. n. infirmus corpore sapienter facit si ad medicum uadit, & medicinam eo modo quo debet assumit. Insipienter autem facit si modo indebito assumit. Sic infirmus mēte, ut est peccator sapienter facit si ad sacerdotem, & ad sacramentum sumendū cū debita p̄paratione accedit, alioquin insipienter facit. H̄c Petrus de Tharan. 4. scrip. sent. distin. 9. artic. primō, in sol. 3. argum. Tertium est, quod habens conscientiam peccati mortalis quod dimittere non proponit peccat mortaliter corpus Christi non sumendo, & sumendo: primo quidem peccat mortaliter non sumendo corpus Christi tempore ab ecclesia instituto, eo q̄ est inobediens p̄cepto Papæ: secundo peccat mortaliter accedens cū cōscientia peccati mortalis ad sumendum corpus Christi, eō q̄ talis indignē accedit. H̄c b. Th. ubi supra immediate, in sol. 3. arg. in principio. Talis. n. qui in conscientia peccati mortalis existens in pascha communicatur, non peccat ex eo quod facit quod Papa mandat ad quod tenetur, quia nullus peccat cū facit id quod tenetur facere. Sed ideo ta-

lis peccat, quia malo modo facit communicando cum conscientia peccati mortalis. H̄c b. Th. ibidem & Pet. de Thar. ib. circa secundum probleuma, art. 1. in sol. 4. arg. Quartum est, quod talis de non sumendo, uel de sumendo non est perplexus, quia potest se ab hoc dubio eripere, uel liberare peccati propositum dimittendo, & p̄nitendo, in solut. 3. arg. in me. Quintum est, quod talis manente proposito peccandi minus peccat Christi corpus non sumendo, quam sumendo. Cuius ratio est, quia illud quod est malum, secundum se est maius malum, quā illud malum quod est malum, quia prohibitum: modo igitur sic est, quod sumere corpus Christi cū cōscientia peccati mortalis est scđm se malū, sed nō sumere in Pascha nō est scđm se malū, sed solū q̄a hoc est contra statutū, uel p̄ceptum ecclesiæ, unde prius debet se diuinitere excommunicari, quā cum peccandi proposito corpus Christi sumat, ibidem in sol. 3. arg. in fi. Sextum est, quod quidam cōsiderātes peccatorū miseriam, & utilitatē, & corporis Christi in hoc sacramento existentis excellentiam, & dignitatē deferentes dignitati, uel nobilitati huius sacramenti dixerunt, quod Christus non manducatur a peccatorib. cum corpus Christi assumunt: sed statim solum ad tactum labiorum illa hostia desinit esse corpus Christi sumptum a peccatore q̄ p̄cipuē hoc quattuor rationibus probant. Prima est talis: Christus qui est res contenta in hoc sacramento, & est Dei uirtus, & sapientia dei secundum Apostolum, sed Dei sapientia non intrat in maliuolam animam, nec habitat in corpore subdito peccatis: ut dicitur Sap. 1. ergo peccator non manducat corpus Christi cum sumit hostiam. Secunda ratio eorū est talis. Iste cibus non uadit in ventrem, sed in mentem, eo quod nō est cibus ventris sed mētis. Cū ergo non uadit in mentem peccatoris, ergo peccator nullo mō corpus Christi sumit. Tertia rō est, quia indecēs esset q̄ corpus Christi tam nobile, & p̄ciosum in loco tam immūdo, tā vili, & tam miserabili poneretur, sicut est corpus peccatoris. Quarta rō est, quia si Christus manducatur a peccatorib. aut hoc est ex p̄missione diuinā, iustitię aut

cōfuta-
tur er-
ror cir-
ca com-
munio-
nē pec-
catorū.

misericiordiæ: si ex permissione diuinæ iustitiæ contra, quia peccatorē indignus. Et ex permissione diuinæ misericordiæ: contra, quia non est in hoc utilitas, sed damnum eius: ergo nullo modo corpus Christi a peccatoribus manducatur. Respondeo, & dico, quod hæreticum est dicere, quod corpus Christi sacramentaliter nō manducetur a peccatorib. & ideo hac hæretica opinione exclusā, dico, quod quamuis labia peccatoris ipsum corpus Christi non tangerent, tamen peccator manducat sacramentaliter corpus Christi: quod duplici ratione ostendo. Prima est talis. Nobilius est corpus Christi in propria specie, quam in specie aliena: sed Christus in propria specie permisit se a peccatoribus tangi, contractari, & crucifigi: ergo &c. Secunda ratio est talis. Maius est cōsecrare quam communicari, sed sacerdos peccator pōt corpus Christi cōsecrare ergo & communicari. Hæc b. Th. 4. scrip. sen. dist. 9. art. 2. q. 1. in duob. arg. contra. Ad primam autem rationem respondeo, & dico, quod auctoritas illa sapientiæ, primò loquitur de habitatione spūali, & nō sacramentali, uel corporali, quia Xps corpus suum etiam peccatorib. tractandum præbuit: unde licet peccator nō māducet corpus Christi spiritualiter, māducatur tamen ipsum sacramentaliter, ibi. in sol. 1. argu. Ad secundam rationē respondeo, & dico primo, quod cib. iste spiritualis localiter vadit quocunq. eius species uadant: secundo modo non uadit localiter, puta, ut immutetur, sed ut immutetur: tertio quia iste cib. finaliter non uadit in vētrem, sed in mentem, quia non sumitur propter uentris repletionem, sed propter mentis refectionem: nam sola diuinitas potest inhabitare mentem, & reficere eam, ibi. in sol. 2. arg. Ad tertiam respondeo, & dico, quod quando corpus Christi sumitur a peccatorib. nullo modo contrahit aliquam immunditiam, quia ut supra dictum est labi. peccatoris corpus Christi non tangunt: sed solum species sacramenti, in quibus, & sub quibus veraciter, realiter, essēcialiter est corpus Christi ibi dem in sol. 3. arg. Ad quartam rationem respondeo, & dico, quod hoc corpus Christi a peccatorib. manducetur prouenit ex permissione diuinæ misericordiæ quam

in hoc ostendit, & sumenti, ut conuertatur & alijs. Hæc Pet. de Tha. 4. scrip. sen. dist. 9. art. 4. in sol. 4. arg.

C. A. P. XXI.

AD maiorem euidentiam prædictorum, nota hic sex casus circa illos qui indignè corpus Christi assumunt.

Primus casus est talis ponatur, quod sint duo quorum uterq. in peccato mortali, sed unus scienter, & alius ignoranter, ita quod vnus scienter in peccato mortali communicetur, alius vero ignoranter existens in peccato mortali etiam communicetur, quis istorum grauius peccat corpus Christi sumens. Respondeo, & dico, quod cum duplex sit medicina spiritualis, scilicet Medicina curatiua, ut penitentia, & medicina conseruatiua, & promotiua, ut eucharistia. Ille qui ignoranter peccat est minus dispositus ad medicinam curatiuam, scilicet ad penitentiam, & per consequens est deterior eo qui scienter peccat, eo quod talis est melius dispositus ad penitentiam. Econtrario autem ille qui ignoranter peccat est melius dispositus ad medicinam præseruatiuam, & promotiuam, scilicet eucharistiam quam ille qui scienter peccans cōmunicatur, eo quod talis in contemptum sacramenti accedit, & ideo peccato scienter communicans est potior eo qui ignoranter in peccato mortali existens communicatur. Secundus casus est talis. Ponatur, quod aliquis sit iustus coram Deo, & tamen credit se esse in peccato mortali, & alius credat se esse iustum existens in peccato mortali, quis horū accedens ad sacram cōionem grauius peccat. Respondeo, & dico, quod licet melius dispositus sit simpliciter bonus credens se malū quā malus credens se bonū: tñ non quo ad cōmunicandum, eo quod conscientia de peccato mortali maiorem contemptum generat corpus Christi sumendo. Licet. n. aliquis sit in peccato mortali, dūmodo accedat discretè, & reuerenter, & cum proposito non peccandi non accedit indignè si non habet peccatum in conscientia. Vbi sciendum, quod aliquis in peccato mortali existens non habeat conscientiam peccati mortalis procedit ex trib. primo, quia se examinauit negligenter, & leuiter, & talis cōicando peccat mortaliter: sdo quia se exami-

Medici-
na du-
plex.

examinauit probabiliter, & talis communicando non peccat, sed tamen remissionem peccatorum nec accipit nec meretur: tertio quia se examinauit sufficienter, & diligenter, scilicet se examinando peritos consulendo, & integraliter confitendo, & talis remissionem peccatorum meretur, & accipit etiam si qua latent. Hæc Pe. de Tharan. 4. scrip. sentent. dist. 9. circa secundum problema, artic. 1. in cor. q. Tertius casus est talis. Sint duo quorum unus est fidelis, & alius est peccator infidelis, & uterque sumat corpus Christi, quis istorum sumens grauius peccat. Respondeo, & dico, quod infidelis grauius peccat. Cuius ratio est, quia magis elongatur a Christo carens fide, & charitate quæ faciunt dignè assumere corpus Christi, secundum quid autem fidelis plus peccat, eo quod fidelis contemnit quem sumus: contemnes enim plus peccat, infidelis uero quia nunquam credit illud quod sumit esse tantæ dignitatis quantæ est, ideo non tantum peccat in abuso huius sacramenti quantum fidelis peccator: unde ignorantia infidelitatis quamuis non excuset a toto excusat tamen a tanto, ut patet de peccato crucifigentium, & deridèrium Christum, qui si eum cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. ad Corinth. 2. Et similiter Paulus dicit Misericordiam consecutus sum quoniam ignorans feci & in incredulitate mea: unde dico, quod infidelis indignior est ad suscipiendum Christi corpus, quia in maiori peccato: sed fidelis peccator magis indignè accedit, quia scienter peccat, & sic contemnit. Hæc Beat. Thom. 4. scri. sent. dist. 9. art. 3. q. 4. in cor. q. Quartus casus est talis. Ponatur, quod sint duo quorum vnus sumat corpus Christi ex istens in peccato spirituali, & alius cum peccato carnali, quis istorum grauius peccat assumens corpus Christi. Respondeo, & dico, quod ista se habent in grauitate sicut excedentia, & excessa, primo enim minus peccat, qui sumit corpus Christi existens in peccato gulæ, quàm existens in peccato desperationis, & inuidiæ fraternæ: secundo est è conuerso, quia magis peccat qui communicat existens in peccato luxuriæ, quàm existens in peccato iræ, uel

alicuius peccati spiritualis, ita quod si spirituale peccatum sit grauius carnali, magis peccat existens in peccato spirituali, & communicans quam existens in peccato carnali: si autem carnale peccatum sit grauius spirituali est è conuerso. Ratio autem est ista. Ad hoc enim, quod aliquis dignè communicet, oportet, quod habeat duo. Primum est, ut Christo coniungatur, & quantum ad hoc spiritualia peccata plus nocent, eo quod simpliciter plus auuertunt, & elongant a Deo: unde peccata spiritualia secundum genus suum sunt grauiora carnalibus, ut dicit. B. Greg. Secundum est, ut mens in actu ad diuinam feratur: unde sacerdos monet populum corda sursum ad Deum habere, & quantum ad hoc accedens in carnali plus peccat, quia per peccatum carnale mens humana depriimitur, ut ad superna ferri non possit, quia etiam in actu matrimoniali spiritus sanctus corda prophetarum non tangit: ut Hiero. dicit, & secundum philosophum impossibile est hominem in ipsa delectatione, uenereorum aliquid intelligere. Hæc Beat. Thom. 4. scrip. sentent. dist. 9. artic. 3. quæst. quinta, in cor. quæst. per totum.

Vnde communicans peccato carnali plus peccat quam communicans in spirituali quattuor rationibus: primo ratione contrarietatis in affectu, quia hoc sacramentum efficit hominem spirituale: secundo ratione maioris unionis, quia hoc sacramentum unit membra cum capite, & membra adinuicem: hoc autem peccatum, scilicet carnis inter omnia peccata plus est diuisiuum, quia in tali operæ duo peccant: tertio ratione maioris contemptus, qui accidit ex certitudine, & uilitatis reputatione, qui enim peccant peccato luxuriæ certi sunt, quod peccant mortaliter, & uilitatem peccati cognoscunt, & se uiles reputant quæ raro contingunt de peccantibus spiritualiter: quarto ratione maioris immunditiæ, quia ex commissione operis carnalis non solum anima efficitur immundior per cogitationem, & affectionem rerum mundanarum, sed etiam caro per pronitatem ad immunda opera. Hæc Alex. in 4. sent. Quintus casus est, an de suis peccatis contritus non tamen confessus peccet communicans.

Requisita ad dignè communicandum.

Contritio non sufficit

ad cōio
nem.

nicando. Resp. & dico, q̄ contritus de suis peccatis non tamen confessus cōicare non debet. Hoc autem probo triplici ratione. scilicet ratione incertitudinis, notificationis, reconciliationis: primò ratione incertitudinis sic. Ille cui proprius, & suus status non constat cōicare non dēt, & si communicat peccat: sed contrito ex se de sua contritione constare nō potest ergo &c. secundo hoc idem probo ratione notificationis sic. Nullus sacerdos debet dare corpus Christi illi cuius cōsciētiam non cognoscit, sed conscientia patere non potest nisi sacerdoti mediante cōfessione: ergo &c. Tertiò hoc idem probo ratione conciliationis sic. Ille qui ab ecclesia est diuisus non potest assumere corpus Christi quod est sacramento unitatis, & coniunctionis, nisi ecclesiæ recōcilietur, & uniatur: sed reconciliatio peccatorum fit per absolutionē sacerdotis: ergo ante absolutionem peccatoris a sacerdote factam nullus quantūcūq; contritus potest, uel debet communicare, & si communicat peccat: vnde Richardus de potestate ligandi, & soluendi sic dicit: Audacter dico si ante sacerdotis absolutionem criminofus ad communionē corporis accedat, iudicium sibi māducat, & bibit: & si cum ante multum peniteat, & vehementer doleat, & ingemiscat.

Sed fortè argues in oppositum duobus modis. Primò sic. Ille qui est in gratia, & est dignus maiori bono debet admitti ad minus, sed contritus est sufficēter dispositus, & in gratia, & est dignus cœlesti mensa, & consortio angelorum: ergo contritus quamuis non confessus benè potest communicare. Resp. & dico, q̄ talis in gratia est realiter dispositus, & dignus mensa cœlesti: sed talis dignitas, & talis dispositio non constat ecclesiæ idē &c. Secundo modo argues sic, propositum confitendi sufficit: ergo contritus non confessus si habeat propositum confitendi potest dignè communicare. Respondeo, & dico, q̄ propositum confitendi sufficit solum in casu necessitatis, scilicet ubi non potest haberi copia sacerdotis: v.g. Sacerdos in casu necessitatis benè potest communicare: ut putā si iam est circa cōsecrationem, & recordatur alicuius peccati quod fecit, & non ha-

bet copiam confessoris piè credendum est, q̄ possit missam perficere, & communicare. Similiter sacerdos ruralis qui est longè ab aliis sacerdotibus, & iusta hora celebrandi in die Paschæ si non habeat copiam confessoris, & est contritus uidetur, q̄ possit celebrare, & communicare, quia in talibus necessitas explet quasi vicem reconciliationis ecclesiæ. Alias autem extra casum necessitatis nullus laicus, uel sacerdos quantūcūq; contritus non tamen confessus potest dignè, & sine peccato communicare. Quod etiam tali ratione confirmo. Constat enim q̄ magis separat a cōione peccatum mortale, quàm excommunicatio minor: sed post minorem excommunicationē quantūcūq; homo peniteat peccat si cōicat ante absolutionem: ergo multo fortius post peccatum mortale. Hæc Ambaldus Romanus, quarto scripto sentent. dist. 9. & Petrus de Tharan. ibidem.

Sextus casus est talis. Iudæi occiderūt Christum: fidelis in peccato mortali sumit Christum quorum peccatum est grauius, an occidentium Christum an indignè sumentium Christum. Resp. tribus modis: primo quidem, q̄ peccatum indignè communicantium comparatur, & assimilatur peccato occidentiū Christiū in quantum utrumque peccatum in Christum cōmittitur: secundo modo resp. & dico, q̄ peccatum occidentium Christiū est maius, uel grauius peccato indignè communicantium: quia illud peccatum scilicet occidentium Christum est cōmissum in ipsam personam Christi: hoc autē peccatum, scilicet indignè communicantiū committitur in Christum, secundum q̄ est in sacramento altaris. Hæc Beat. Th. 4. scrip. sent. dist. 9. artic. 3. q. 3. in sol. 1. argu. tertio modo, respondeo, & dico, q̄ peccatum crucifigentium, & occidentiū Christum fuit minus, uel leuius peccato indignè communicantium, eo q̄ illud peccatum commissum est ignoranter: quæ quidem ignorantia, & si non a toto excusat, tamen a causato, peccatum autem indignè communicantium scienter committitur, & ex contemptu:

qui aggrauat omne peccatum. Requi. supra hoc codē cap.

Sūmen
tes indi
gnè Crī
stū occi
dentib.
compa
rantur.

Proposi
tum cō
fitendi
sufficiēs
est: ca
su neces
sitatis.

CAP. XXII.

Quarto dico, q̄ peccatori petenti a sacerdote corpus Christi: si sacerdos scit per cōfessionem, uel alio modo peccatum illius qui Eucharistiam petit, tunc est distinguendum, quia peccatum illius qui Eucharistiam petit aut est manifestū aut occultum. Si peccatum est manifestum, tunc debet ei Eucharistiam denegare, siue in occulto siue in manifesto petat. Hoc autem quattuor rōnibus probo, scilicet quia sanctum non debet dari cani languenti: neq. poni in loco uili neq. indicienti neque furenti. Prima ratio est talis. Sanctum non debet dari canib. neque Margaritæ porcis: sed peccatores manifesti dicuntur esse canes: ergo &c. unde Matthæ. 7. Nolite sanctum dare canib. i. eucharistiam in qua realiter continentur Christus qui est sanctus sanctorum: nolite dare canib. i. hæreticis. & infidelib. latrantibus; id est detrahētib. huic sacramento, uel canibus redeuntibus ad uomitum suum, id est peccatoribus manentib. in peccatis, uel redeuntib. animo factō, uel proposito ad peccata. Et iterum Matthæ 15. Non est bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus, quasi dicat Eucharistia quæ ē panis filiorū, id est angelorum, & hominum existentium in charitate: non est bonum tradere canibus, id est infidelib. uel fidelib. peccatoribus.

Secunda ratio est talis. Sanctum quod est Christus qui est tribus sanorum: infirmis, id est peccatoribus dari non debet: unde sicut medicus corporalis peccaret mortaliter si infirmo medicinam mortiferam scienter præberet sic medicus spiritalis, id est sacerdos si peccatori publico, uel manifesto eucharistiam daret, q̄ peccatoribus est medicina mortalis: iustis ante uitalis, & salutaris. Aug. loquēs de corpore, & sanguine Christi dicit, qd̄ sicut bonis hæc duo sunt ad salutem, ita malis ad iudicium: & æternam mortem. Tertia ratio est, quia sanctum non debet poni in loco indicienti: & probatur per locum a simili, quia sicut peccaret mortaliter sacerdos qui scienter eucharistiam in sterquilinum, uel in lutum proijceret, sic tradens eucharistiam publico peccatori,

ed̄ q̄ luto uilior est uita eius, ut dicitur Sap. 15. Quarta ratio est, quia sanctum non debet dari furenti: unde sicut peccaret mortaliter qui furenti petenti suū gladium cum quo seipsum perimeret traderet, sic q̄ peccatori publico corpus dominicum tradit cum quo seipsum occidit. Si uero peccatum petentis eucharistiam est occultū, tūc talis aut exigit eucharistiam in occulto, aut in manifesto. Si exigit in occulto, tunc debet ei denegare, & monere ne in publico petat. Si autem petit eucharistiam in manifesto tunc, ei debet dare, quod quinque rationibus probo, scilicet ratione inæqualitatis: incertitudinis, iurisdictionis, turbationis, imitationis: primò ratione inæqualitatis. Nā iniustum est quod pro peccato occulto pœna publica inferatur, quia talis esset reuelator confessionis, & proditor criminis: unde peccator occultus non debet publicam pœnitentiam pati, sed hanc pateretur si priuaretur communione in publico, ergo sacerdos debet peccatori occulto coram alijs petenti in publico eucharistiam dare.

Secundo hoc idem probo ratione incertitudinis. Nam incerti sumus de statu communicantis: unde quia talis subito pōt esse inspiratus, ed̄ quod spiritus ubi uult spirat, & subito compunctus, & diuinitus a peccato purgatus: ideo diuina inspiratione ad communionem potest accedere: tertio hoc idem probo ratione iurisdictionis sic. Quicumque iurisdictionē in eucharistiam habet eam potest percipere: sed quilibet Christianus iurisdictionem in corpore Christi habet: ergo &c. Sed fortē dices; q̄ Christianus ius istud amittit per peccatum mortale: tunc dico, quia nō constat in facie ecclesiæ istū esse in peccato mortali, ei sacra communio denegari non debet nec licitē potest: quarto hoc idem probo ratione perturbationis sic. Quilibet. n. tenetur uitare alterius scandalum quantum potest: sed si peccatori occulto petenti eucharistiam negaretur esse scandalum populo: ergo &c. Quidam dicunt, q̄ sacerdos non debet dari peccatori occulto pœnitenti in publico eucharistiam hostiam consecratā, sed hostiam non consecratā, & tūc nulli scandalum erit: sed Beat. Tho. dicit, q̄

Quilibet christianus habet iurisdictionem in eucha.

nullo modo est danda hostia non cōsecrata pro consecrata duplici rōne. Prima est quia in sacramento veritatis nulla fictio debet esse. Secunda ratio est: quia cū manducans adoret quod māducat: ut dicit Aug. sacerdos daret ei occasionē idolatrādi. 4. script. sent. dist. 9. art. 5. q. 1. in sol. 4. argum. Et huic sententiæ Petrus de Tharan. & theologi omnes concordant: quintō hoc idem probo ratione dominicæ imitationis sic. Omnis Christi actio nostra est instructio, sed Christus quamvis scire iudam esse peccatorem dedit ei corpus suum in cēna: ergo &c.

Opinio
de com-
muniōe
Iudæ.

Vbi nota, q̄ Hilarius ponit supra Matthæ. q̄ Christus corpus suum, & sanguinem iudæ non dedit: & hoc quidem conueniens fuit malitiæ Iudæ considerata. Sed Augus. dicit, & hoc tenetur communius, quod Christus corpus suum, & sanguinē suū in cēna cū alijs discipulis iudæ dedit. Hæc Beatus Thom. 4. scripto sent. dist. 11. quomodo Christus hoc sacramēto usus est in sua institutione, art. 2. q. 1. in cor. q. per totum. Et idem dicit 3. parte sum. q. 81. art. 2. in cor. q.

Iñs Iu
de com-
munica
uit pp
tres ra-
tiones.

Fuit autem conueniens, ut ibi dicit, q̄ Christus cum alijs discipulis corpus suū, & sanguinem dedisset iudæ ex parte diuinæ sapientiæ, misericordiæ, & iustitiæ.

Primo fuit conueniens ex parte diuinæ sapientiæ duplici ratione. Prima ratio est propter documētum, scilicet ut discamus, & benefacere inimicis. Nam dominus carne sua propria proditorem cibans membra sua instruxit, quod deberent benefacere inimicis, ut ipse dicit Matth. 5. Benefacite &c. Secunda ratio ē propter exemplum. Nam ex hoc nobis exemplum dedit, q̄ sacerdotes peccatoribus in secreto idē dñt cōferre. Secūdo conueniens fuit, q̄ Christus iudæ traderet corpus, & sanguinē suū ex parte diuinæ misericordiæ, & hoc duplici ratione. Prima est reuocatio a malo: unde enim debuit miser ille ex consideratione diuinæ bonitatis quæ maximē in hoc apparuit. quia illi tradidit corpus suum a malo p̄posito reuocari, & virtute tanti sacramenti meliorari: sed ille miser auxit peccatū unde debuit sibi auxisse meritum. Secunda ratio est in bono p̄motio. Debuit. n. fieri melior ex tribus: primò e timore do-

minicæ comminationis quæ exprimitur Matth. 26. ibi Veli domini illi &c. secundo a munere collationis sacramenti gratiæ: nihil enim maius sibi conferre potuit quam seipsum: tertio ab honore conformis dispēlationis, magnum enim honorem exhibuit illi dominus dispensando ei ipsum sacramentum cum alijs Apostolis. Tertiō conueniens fuit, q̄ corpus suum, & sanguinem Christus iudæ dedisset ex parte diuinæ iustitiæ, & hoc quantum ad duo quæ ei ex diuina iustitia sunt infligite. Primum est augmentum culpe: ex quo enim tanto beneficio a malitia cōcepta cessare noluit, iusto dei iudicio punitus est lapsus grauioris culpæ, scilicet desperationis, iuxta illud Apocalip. ult. Qui in sordibus est sordescat adhuc, ut n. dicit gl. quēdam ad Rom. 1. Secretissimo dei iudiciū sit, ut peccata peccatis puniātur. Secundum est retributio siue damnatio pœnæ: nam ex ingratitudine tanta euidentior est diuina iustitia in eiusdem damnatione. Hæc beatus Thomas, breuiter tangit quarto scripto sentent. & tertia parte sum. ubi supra immediatē. Alex. autem in quarto sentent. prolixius ponit. Ad maiorem tamen euidentiam p̄dictorum, & propter solutiones arg. nota hic septem. Primum est, q̄ Christus dando suum corpus, & sanguinem non fuit causa neq. occasio peccati, & damnationis iudæ, sed ipse ex beneficio domini p̄pria malitia, & nequitia occasione sumpsit peccandi: unde debuit sumere rationē merendi, multi. n. sunt qui ex beneficijs domini quæ debent illis esse cā gratitudinis, & meriti degenerant in opera peccati. Ille autē dicitur esse alijs causa, uel occasio peccati qui aliquid exponit, uel ostendit alicui quod de se allicit ad peccatum, sicut quando quis ponit iuuenem in aspectu, uel colloquio, uel consortio mulierū tunc accidit quandoq. ipsum peccare; & sic talis sic exponens est alterius peccati occasio. Christus autem non dedit iudæ causam, uel occasionem peccandi, sed peccatum uitandi, & euadendi ex ostensione mansuetudinis ad ipsum, sed ipse miser ex vitali medicina sumpsit periculum mortis. Hæc b. Thomas, quarto scripto sentent. distinct. 11. de usu istius sacramēti in sui institutione, artic. 2. q. 1. in sol. 2. arg.

De com
muniōe
Iudæ.

arg. Secundum est, q̄ cani manifesto, id est peccatori publico corpus Christi non debet dari iuxta illud Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Iudas aut̄ quamuis in rei ueritate esset canis non tamen in manifesto, & ideo dominus noluit eū detegere: ne desperaret, & sic liberius peccaret: ibidem in sol. 1. argumen. Tertium est quod Christo nota erat iudæ iniquitas sicut Deo non autem erat sibi nota p̄ modū quo hominib. innotescit, & ideo Christus Iudam a communione non repulit, ut sacerdotibus daret exemplū peccatores oculos non esse ab alijs peccatoribus expellendos. Hæc b. Th. in 3. parte sum. quæst. 81. art. 2. in solut. 2. argumen. Quartum est, q̄ Iudas comedit corpus Christi, & bibit sanguinem eius cū alijs Apostolis sacramentaliter: sed non sp̄itualiter: unde remissionem peccatorum consecutus non fuit, ibid. 4. scri. sent. ubi supra, art. 2. q. 1. in sol. 4. arg. Quintū est, q̄ Iudas secundum Chryl. Particeps existens mysteriorum conuersatus non est: unde fit eius scelus immanius, tū quia tali proposito imbutus adiit mysteria, tum quia adiens melior factus non fuit: nec metu, nec beneficio, nec honore: quæ uerba allegat beat. Thom. ubi supra 3. parte sum. arg. contra. Vnde August. super illo verbo. Ioh. 13. Qui manducat panē meū leuabit contra me calcaneum suum sic. dicit. Quid est enim leuabit me, calcaneum suum nisi conculpabit me, id est cōculationem meam, & mortem meā machinabitur, sicut equus subito leuans calcaneum percutit. Et subdit Aug. ibidem. Illi ergo qui electi erat manducabant dominum: ille manducabat panem domini contra dominum, illi uitam ille pœnam. Qui enim manducat indignè, ut ait: Apostolus, iudicium sibi manducat, & bibit: & ideo nullus debet manducare in mensa Christi nisi sit discipulus Christi: unde Chryso. super Matth. Homel. 81. loquens de perditione Iudæ sic dicit. Si iā ad terribilem mensam cum debita reuerentia cum congrua uigilantia opportunum tempus inuitat: nullus ibi Iudas reperitur, ut non quæ Iudæ fuerunt patiantur, nullus malignus accedat, nemini in fidiæ in mente condantur: nullus fictus accedat, nullus fuscato animo, pura igit,

fit mens, pura cogitatio, quia sacrificium purum est. Sextum est, quod Christus primò dedit corpus suum Iudæ cū alijs discipulis, sed postea buccella intincta in lacrimis ostensione p̄ditionis eius ei porrecta purus panis fuit, sicut patet ex glo. Iohan. 13. super illud uerbum. Cui intinctum panem porrexero &c. ibidem: quarto scripto sen. dist. ubi supra artic. 2. quæst. 2. in cor. q. Septimū est, q̄ primò quidem. scilicet quādo corpus Christi Iudas cū alijs discipulis in cēna assumpsit nō introiuit in eum sathanas: sed immisit in cor eius solum, ut proderet præceptorem: Post panem autem ingressus est, ut dicitur Ioh. 13. post buccellam tunc introiuit in illū sathanas: & hoc idem ibidem asserit origenes. Ratio autē huius est, ad ostendēdū suam præsumptionem, discessionē, obstinationem, vilem conditionem. & nostrā eruditionem. Primò Diabolus post buccellam in eum intrauit ratione suæ præsumptionis, ut ait Aug. ibidem. Rō quare tunc in illum intrauit sathanas est quia beneficio dñi male usus est, & sua præsumptione peccatum auxit: ideo diabolus in illum introiuit, scilicet ut plenius postquam intrauerat, possideret quā primò, nam primò animum habuit tradendi Christum, postea suum cōpleuit facto propositum. Secunda ratio quare Diabolus in eum intrauit est p̄pter eius discessionem: unde Chryso. ibidem. Donec fuit in collegio non audebat sathanas insilire sed extrorsum mittebat: quando uero cum manifestum fecit, & expulit: libere decreto in eum exiliuit. Tertia rō est propter obstinationem: unde Chr. ibid. Quia ad tantum signum amoris, id est ad buccellæ porrectionem a proditione nō est conuersus sed totaliter obstinatus, iō sathanas tunc in eum intrauit, scilicet deridens eum ob tanti peccati in uerecundiam. Quarta ratio est propter eius ingratitude, & uilem conditionem: unde origenes ibidem. Derebat enim, ut æstimo per panis exhibitionem auferri ab indigno bonum quod se habere credebat, quo priuatius, factus est capax ingressus sathanæ in ipsum. Quinta rō est propter nostrā eruditionē: unde August. ibidem. Vide quantum sit cauendū malè accipe bonū: si. n. corripitur qui nō diu. cat

eat hoc non discernit corpus domini ab alijs cibis, quomodo non damnatur, qui ad eius mensam fingens se amicum accedit inimicus. Hæc b. Th. ponit in euangelio contra Iohannem.

CAP. XXIII.

23 **A**D hoc autem q̄ homo dignè ad eucharistię sacramentū accedat quatuor requiruntur: primum est carentia criminis: secundum est diligentia examinationis: tertium est reuerentia mentis: quartum est munditia cordis. Primò. n. requiritur ad communicandum dignè carentia criminis. Nulli enim prohibetur communicatio tanquam sit indigens nisi prius tur propter peccatum quod commisit, vel committit, uel committere proponit, ita q̄ peccatum facit hominem indignū communione trib. modis. s. in habitu, in actu, in affectu. primò quidem peccatum in habitu facit hominem indignè communicare, scilicet quando non contritus neque confessus de peccato præterito, accedit ad sacramentum talis indignè communicat. Sed fortè quæres hunc casum. Posito q̄ si aliquis qui de peccatis in præterito a se commissis sufficienter contritus sit & confessus, nunquid potest statim ad sacramentum accedere. Respōdeo, & dico: q̄ licet talis post peccatum mortale de quo contritus est, & cōfessus ad sacramentum statim possit accedere, non tamen debet nisi magna necessitas urgeret: unde consulendum est tali, q̄ per aliquod tempus a cōmunionē absteat propter reuerentiam sacramenti, q̄d præcipuè post peccata carnalia est obseruandum. Hæc B. Th. 4. ser. sent. dist. 9. art. 4. q. 2. in sol. 2. arg. secūdo peccatum in actu facit indignè communicare pluribus rationibus, ut patet supra, ubi dicitur q̄ cōmunicans cum conscientia peccati mortalis mortaliter peccat. Req. ibid. Et iterum supra, ubi dicitur, q̄ peccator manifestus comparatur quatuor: tertio peccatum in affectu, uel proposito. s. voluntas, affectio, uel intentio peccandi in futuro facit indignè communicare, q̄ p̄bo duplici ratione. Prima rō est talis. Volūtas apud Deū computatur p̄ factū: sed aliq̄s actu, & factū peccans non cōmunicat di-

gnè: sed potius indignè, & ad iudiciū suū, ergo qui propositum, uel intentionē peccandi habet similiter. Secunda est talis. Nullus sine contritione, & confessione peccatorū suorum potest dignè ad sacramentum accedere: sed ille qui peccare p̄ponit, uel cuius uoluntas afficitur ad peccandum, non p̄nitet: ergo &c. Hæc Pet. de Thar. 4. script. sent. dist. 9. circa secundum problemata, art. 2. in cor. q.

Secundò principaliter ad hoc, q̄ hō dignè ad sacramentū altaris accedat requiritur diligētia examinationis. Nā qui sufficiēter ad sacramentum præparatus accedit dignè communicat. Per oppositum autē qui negligenter præparatus accedit mortaliter peccat, qui autem probabiliter id. est quantum potest, & secundū dictamē cōscientiæ præparatus accedit etiam dignè communicat. Vbi sciendum, q̄ quatuor sunt probabilia signa quib. p̄sumit aliquē esse omnino sine crimine, & dignè cōmunicare, & esse in statu salutis, & de numero electorum. Quorum primum signū est uerbum Dei deuotè audire. Ioh. 8. Qui ex Deo ē uerba Dei audit. Sup̄ quo verbo Greg. in omel. sic ait Interroget ergo se unusquisque si uerba Dei aure percipit & intelligit unde sit. Nam sunt nōnulli qui præcepta dei nec aure corporis percipere dignantur, & sunt nonnulli qui hæc quidem corporis aure percipiūt, sed nullo ea mentis desiderio cōplectūtur, & sunt nonnulli qui libenter uerba Dei percipiunt ita ēt ut in fletib. compungātur, sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt, hi omnes profecto uerba Dei nō audiūt, quia hæc exercere in opere cōtēnūt. Secūdū signū est uitæ opa agere. s. cū quis se prōptū ad benè opandū inuenit. Tertiū est a peccatis cōtinere. s. cū quis abstinendi a peccatis in futurū p̄positū hēt. Quartū signū est cōmissa de flere. s. cū quis de peccatis p̄teritis doler, & plāgit, quia in his uera penitentia cōsistit, ut Greg. dicit. Hæc tria sumūt ab illa auctoritate prima Iohē. 3. Tres sunt q̄ testimoniū dāt in terra. s. spūs, sanguis, & aqua: primò. n. qui benè uiuit, & rectè agit habet uel dat testimoniū spiritus in quātū uō opera carnis, sed noua opa spiritus facit: secundo qui continet se a peccatis dat testimonium effusū sanguinis.

Ter-

Tertiò qui in gemitu suo laborat lauās per singulas noctes lectū suum dat testimoniū aquæ: quæ. s. de latere Christi fluxit: unde si aliquis per hæc signa facta diligenti discussione cōscientiæ suæ quāuis fortè non sufficiēti ad corpus Christi deuotè accedit aliquo pēto mortali in ipso manente quod eius cognitione prerugiat non peccat: immo magis ex ui sacramenti cōsequitur remissionem pēti: unde Aug. dicit in quodam sermone: q̄ quando corpus Christi manducatur, uiuificat mortuos. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 9. art. 4. q. 2. in cor. q. per totum. Re. infra Examinatio conscientiæ. Tertiò principaliter ad hoc, q̄ homo dignè ad sacramentum altaris accedat, requiritur reuerentia mentis respectu diuini muneris, ut. s. homo cum reuerentia maiori, qua potest ad hoc sacramētum accedat. Hæc autem reuerentia mentis ad corpus, & sanguinem Christi consistit in quattuor. s. in assensione, discretionē, deuotione, coniunctione. Primò consistit in assensione. s. vt assumens non neget, nō dubitet: sed ueraciter credat, q̄ in hoc sacramento est uerum corpus Christi, & uerus sanguis Christi: quod quidē sacramentum non merito consecrantis, sed in uerbo efficitur creatoris; ut Aug. de ecclesia. dogmatibus dicit, & propterea nullus infidelis, ut sic ad hoc sumendum dēt accedere, ita dicitur Exo. 12. Omnis alienigena, aduena, & mercennarij non comedēt ex eo. Glo. Omnis alienigena. i. gentilis, iudæus, hæreticus, uel excōicatus & uniuersaliter omnes qui extra ecclesiam sunt non comedent ex eo. s. ex agno paschali, quia omnes ad hanc communionem non admittuntur. Si autem sunt in peccato mortali manifestè dico, quòd non debent admitti: si autem in occulto dico, quòd sic, ut patet supra capitulo præced. secundò aduena non comedet ex eo. glo. Aduena est quicunq; uenit ad finem, nec adhuc firmus est: tertiò similiter mercennarij non comedent ex eo. Gloss. Mercennarij sunt illi qui pro lucris temporalibus seruiunt Christo, quid ergo facient sacerdotes conducti, & simoniaci: omnes ergo tales eo, q̄ sunt extra domum. i. extra ecclesiam catholicam communionē priuantur. Secundò

hæc reuerentia mētis ad corpus Christi cōsistit in discretionē, ut. s. qui hoc sacramentum sumant defectum iudicii, uel rōnis non patiantur, ut in pueris, & amētib. patet: sed sciant prudēter discernere inter cibum, & cibum. Isa. 7. Butyrum, & mel comedet, ut sciat raprobare malum, & eligere bonum. Tertiò consistit reuerētia mentis ad corpus Christi in deuotione, oportet. n. q̄ in sumente sit actualis erectio, uel eleuatio mētis ad Deum. dēt. n. mente attendere qui uult dignè sumere dei bonitatem, & sui infirmitatē: primò ergo consideratio, uel contemplatio diuinæ bonitatis quæ in hoc sacramēto apparet, inflammat, & incendit nostrā dilectionem: secundò consideratio propriæ fragilitatis excludit præsumptionē. Hæc secunda secundæ. q. 82. art. 3. in cor. q. Hæc autē deuotio, uel reuerētia quæ est actualis eleuatio mentis in Deum per hebetationem, uel occupationem, aut euagationē interdū sine pēto amittitur. Re. supra Euagatio mentis. Quarto reuerentia mentis ad Deum consistit in unione, uel coniunctione mentis ad Deum, & iō interdicti, suspensi ex cōicari, cōicare nō possunt ut patet, supra Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 9. arti. 4. q. 2. in cor. q. in principio, unde Eusebius in sermone sic dicit. Cum ergo ad reuerendum altare ascendis sacrum Dei tui corpus, & sanguinem fide respice, honore mirare, mente continge, manu suscipe, & haustu interiori assume. Quartò, & ultimò principaliter ad hoc, quòd homo dignè ad sacramentum altaris accedat requiritur immundicia corporis: peccaret enim si quis luto, & sanguine manib. coinquatis ad hoc sacramentū accederet, unde & celebrantes, uel tractaturi, aliquod sacramentum manus lauant, ad signandū, q̄ non solū mens, sed et caro ab omni immundicia, infectionis: pollutionis: cōcupiscētiæ dēt esse immunis, in cuius figura dī Exo. 12. Lumbos uestros accingetis. Sed fortè dices, q̄ immundicia corporalis non impedit dignè suscipere corpus Christi proboduplici ratione. Prima est talis. Iste cibus est cibus mentis, & non uentris spiritua- lis non carnalis, ergo ut uidetur in susceptione corporis requiritur munditia mētis, & non carnis. Respondeo duobus modis

An corporalis-immunditia impedit cōiunctionem

modis: primò quia ex immunditia corporis puta ex pollutione, & hōi causatur, & sequitur inhabilitas mentis, & irreuerentia mentis ad tantum sacramētum: scdo modo respondeo, & dico, q̄ aliter se hēt in susceptione spiritali, & aliter in sacramentali: nam in susceptione spiritali nullo modo est accessus corporalis ad hoc sacramentum sed spiritalis forū. s. per fidem, & charitatem: & ideo ad sumēdum corpus Christi spiritaliter sufficiunt hæc duo. s. fidem, & charitatem habere. In sacramentali autem susceptione, quia est accessus corporalis requiritur ablutio immunditiæ etiam ex parte corporis. Secundo modo argues sic. Peccatū veniale magis displicet Deo quā quolibet immunditia corporalis, putā pollutio quæ sine p̄ctō est, sed peccatū veniale non impedit susceptionem huius sacramenti, ergo multominus immunditia, vel pollutio corporalis. Respondeo tribus modis: primo, q̄ quamuis p̄ctm veniale plus displiceat Deo, & per consequens magis impediatur susceptionē corporis Christi quā pollutio nocturna, uel alia immunditia corporalis, tamē p̄ctm veniale non ita mentē hebetat, & carnē inquinat, & maculat, nec ita de facili est signum p̄cti mortalis sicut pollutio: scdo modo respondeo, & dico, q̄ per contritionem, & confessionē auferitur macula mentis, & reatus culpæ, non tamen auferitur corporalis immunditia, uel habetudo mentis, uel distractio eius ex de p̄ssione eius ad carnē ex pollutione cōsecutæ. Hæc B. Tho. 4. scr. sent. di. 9. art. 4. q. 2. in sol. 2. arg. q̄ idē. 3. parte sum. q. 80. arti. 7. in sol. 4. arg. tertio modo respōdeo, & dico, q̄ sicut aliquis post peccatum mortale licet de ipso contritus sit, & confessus non debet statim ad sacramentum accedere, sed potius consulendum est sibi, ut per aliquod tempus a communione abstineat propter reuerentiam sacramenti, ita post immunditias corporales, scilicet post pollutionem nocturnam, post menstruum, post fluxum sanguinis, & huiusmodi ex quadam congruitate impeditur quis a sumptione huius sacramenti, saltem per illum diem quo hæc contingunt, tertia parte: ubi supra in sol. 3. arg. iuxta finem. Ad cuius euidentiam

nota tria. Primum est, q̄ coitus coniugalis sit sine peccato, puta si fiat causa prolis generandæ: uel causa reddendi debitum: non impedit sumptionem huius sacramenti alia ratione nisi sicut dictum est, de pollutione nocturna quæ occidit sine peccato, scilicet propter immunditiam corporalem, & mentis distractionem ratione cuius Hierony. dicit super Matth. sic. Si panes p̄positionis ab his qui uxores tetigerant comedi non poterant: quāto magis panis qui de cēlo descendit nō potest ab his qui coniugalibus paulò ante exercere complexibus uiolari atque contingi. Hæc Beatus Thomas in tertia parte summæ, qui supra articu. 7. in sol. 2. arg. Secundum est scire post quantum tempus coitus coniugalis abstinere quis debeat a communione. Respondet frater Albertus, & dicit in quarto scripto sentent. distinct. decimatertia, allegando concilium sic. Concilium Elibertanum dicit. Omnis homo ante sacramenti communionem a propria debet abstinere uxore tribus aut quattuor, aut quinque diebus: & habetur de consecratione, distinct. secunda, omnis homo. Et subdit frater Albertus ibidem sic. Bene puto: quòd sic sit faciendum: si tamen alter inueniatur coniugum debitum reddere coactus, & non expetere, & hoc frequenter facere, eo quòd alter in illo tempore non vult abstinere: ergo communicare concedere, est illi qui debitum reddit inuitus, & alteri qui extorquet debitum quando non est extorquendum non. Hæc in summa confesso. lib. 3. titulo. 24. quæst. 75. in principio. Tertium est, quòd somnium fornicationis, uel fornicatio somniata cum pollutione sequenti impedit de mane sumptionem huius sacramenti, eo q̄ tale somnium cū tali pollutione inducit corporale immunditiam, & distractionē mētis propter delectationis intensionē, non autem somnium homicidii, uel furti, eo q̄ somnia huiusmodi hæc non inducant: si tamen somnium homicidij, uel furti proueniat ex causa quæ est peccatum, & præsertim mortale impedit sumptionem huius sacramenti ratione suæ causæ. Hæc Beatus Thom. in tertia parte, sum. quæst. 80. articu. septimo, in solu. 5. argument.

An actus
mimo-
ni cōio
nē impe-
diat.

De pol-
lutione
noctur-
na.

CAP. XXIII.

Septimo principaliter circa sacramen-
tum eucharistiæ consideranda est as-
Christia fuitas communionis. Vbi sciendum
nus non quod circa communionem aliqui male
debet se habent: aliqui bene. Primo, n. aliqui cir-
ca communionem malè se habent. & isti
ab Eu- tripliciter distinguuntur. Nam aliqui
chari- corpus Christi nunquam assumunt, ali-
stia ab- qui corpus Christi indignè assumunt:
stinere. primum scilicet corpus Christi nunquā
assumere est periculosum: secundum. s.
corpus Christi assumptum reijcere est pe-
riculosius: tertiū, scilicet corpus Christi
indignè assumere, est periculosissimum.

Primò aliqui sunt qui corpus Christi
nunquam assumunt. Quod autem hoc. s.
a communione omnino cessare, & cor-
pus Christi non assumere non liceat,
probo quattuor rationibus, scilicet ratio-
ne uoti, mandati, statuti, periculi,
uel detrimenti: primo probo ratione uoti
sic. Omnes tenentur corpus Christi spi-
ritualiter mā ducare hoc est Christo per
fidem, & charitatem vniri: hoc autem. s.
spiritualis manducatio uotum seu deside-
rium percipiendi sacramenti includit si-
ne quo uoto uel desiderio non pōt homi-
ni esse salus: sed frustra esset uotū nisi im-
pleretur quando opportunitas adesset, er-
go &c. secundò hoc idem probo ratione
mandati sic: Quicquid deus mandat im-
plere oportet. Req. infra Præceptum: sed
Christus mandauit, uel præcepit in sacra-
mento carnem suā edere, & sanguinem
suum bibere dicens Iohann. 6. Nisi man-
ducaueritis carnem filij hominis, & bibe-
ritis eius sanguinem non habebitis uitā
in uobis, ergo &c. Tertiò probo hoc idē
ratione statuti sic. Statutum generale ec-
clesiæ præterire non licet: immo contra-
rium faciens mortaliter peccat. sed Apo-
stoli, & romana ecclesia statuerunt deter-
minata tpa exequenda de cōmunicando
corpus Christi: ergo &c. Hæc b. Thom.
3. parte sum. q. 80. artic. 11. in cor. q. per-
totum. Quarto hoc idem probo ratione
periculi, uel detrimenti. Nam omnino
a communione cessare, & corpus Christi
non sumere est ualde periculosum, quod

quadupliciter probo. Primò, quia non
sumere, uel nō comedere ē signum mor-
tis. Iohan. 7. Nisi manducaueritis &c. Se-
cundo est signū ingratitude, quia non
uis hospitari, & recipere benefactorem,
& redemptorem, & saluatorem tuum: qui
dicit Matth. 25. Hospes eram &c. Tercio
est signum scismatis, quia non commu-
nicas vnitati corporis Christi, scilicet vni-
tati fidelium, quia omnes unus panis, &
vnum corpus sumus. Quarto est signum
contemptus mentis cum te Christus inui-
tet ad cænam Matt. 22. Perdidit homici-
das illos qui noluerunt venire ad cænam.
Secundum scilicet corpus Christi assume-
re, & sumptum reijcere est periculosius.
quod sic patet. Nam reijcere cibū aliquē
procedit ex defectu uirtutis quaduplici-
ter. Prima ratio est: quia deficit uirtus
masticatiua. s. per considerationem. Ex
eo. n. q. corpus Christi non masticat, i. cō-
siderat quantæ sit præciositatis, & sancti-
tatis natura eius quēadmodum debet, ip-
sum assumptum non tenet, sed reijcit.
Prouer. 21. Thesaurus desiderabilis. & o-
leum in habitaculo iusti, uel in ore eius
secundū translationem aliam, & uir im-
prudens dissipabit illud. Secunda ratio,
quia deficit uirtus saporatiua. Non. n. sa-
pit peccatorib. dulcedo istius corporis. s.
cælestis cibi eo, quod affectum ad car-
nalia habent, & per consequens palatū
infectum. Nam impleti, & faciat alijs ci-
bis fastidiunt istum cibum, neq. nutriun-
tur neq. delectantur ex eo: unde tales di-
cuntur quod scribitur Numeri. 11. In mē-
tem nobis veniunt cucumeres, & pepo-
nes porraq. & cepe, & allia: hoc dicebāt fa-
stidientes manna similes porco qui mar-
garitas conculcat, & stercoreb. delectatur.
Prouer. 27. in figura de talib. dicitur. Ani-
ma faciat, s. diu. ijs, delicijs, honorib.
huius æculi, quæ potius instant quam sa-
tient. calcabit fauum. idest dulcedinem
eucharistiæ, uel cælestis patriæ, uel sacræ
scripturæ, uel correptionis fraternæ.
Anima autem esuriens uel iustitiam, uel
eucharistiam, uel cælestem gloriam,
etiam amarum, idest pænitentiam pecca-
torum suorum sumet pro dulci, idest pro
Christo qui dulcis est gustantibus ipsum.
In psalm. Gustate, & uidete.

Tertia rō est, quia deficit uirtus assi-
milatiua:

Quibus
defecti-
bus reij-
ciatur
cibus.

Pericu-
la indi-
gnè su-
mentiū
corpus
Christi.

milatiua: non enim cib. eis assimilatur, vt in carnem conuertatur: unde in eis cib. corrumpitur, q̄ per consequens reij-
citur. Iob. 20. Panis eius in utero vertetur in fel aspidum q. d. Panis eius id est cor-
pus Christi qui panis specie continentur in ore peccatorum, id est in carne non in
corde, uel in mēte eius existens uertetur in fel aspidum, id est in mortem æternā:
sicut. n. fel aspidum est amarius, & insa-
nabilius ceteris: sic pēna æterna indignè
communicantis. Quarta ratio est, quia
deficit uirtus retentiua. Cibus. n. cum nō
possit conuerti, & in similitudinē carnis
attingere: eijcitur a natura: sic propter re-
cidiuationem cōmunicantis corpus Chri-
sti recedit. Io. 20. diuitias quas deuorauit
euomer: q. d. Diuitias, id est corpus Chri-
sti in quo sunt omnes thesauri diuitiarū
quas deuorauit, id est incōsideratē, inor-
dinatē: & indebito modo accepit cōmu-
nicans euomer: tamen quia sine utilitate
accepit: sicut illud quod euomitur nul-
lius est utilitatis: tum quia propter suum
crimen amittit. Tercio sumere corpus
Christi indignè est periculosissimum: &
hoc propter quattuor causas. Prima est
quia indignè communicans dicitur itera-
re mortē Christi: ad Heb. 6. Rursum cru-
cifigentes in se &c. Secundò: quia talis di-
citur conculcare sanguinem Christi ad
Heb. 10. Quanto magis puritatis deterio-
ra meriti. Tertiò talis dicitur toxicare
seipsum. In psa. Interficitis uniuersi uos.
Quartò indignè communicans dicitur
receptare diabolum. Ioh. 13. Post buccel-
lam introiuit in eum sathanas. Et Ioh.
13. Et cæna facta, cum diabolus misisset
in cor eius &c.

C A P. XXV.

Secundo circa communionem aliqui
benefic habent & hoc tribus modis
uel quotidie communicando, uel frequē-
ter comunicando: uel semel in anno com-
municando. Est enim licitum quotidie cō-
municari: est etiam licitum frequenter,
& specialiter in anno communicari: est
etiam licitum immo necessarium semel
in anno communicari. Primo dico, q̄
quotidie communicari homini bene di-

spositio est utile, & laudabile. Primo. n.
est utile. quod tripliciter probō. s. uirtute: vtile, &
similitudine, auctoritate. Primò est utile laudabi-
ex parte uirtutis, sacramenti. s. vt fructum le ē quo
tam nobilissimi sacramenti homo quoti-
die assequatur. Nam sicut languenti cor-
munica
poraliter quotidie medicina corporalis re.
est necessaria: sic spiritualiter languenti
& quotidie, & peccanti uenialiter medi-
cina spiritualis. s. eucharistia quotidie est
necessaria. Vnde Amb. & habetur de con-
secra. dist. 2. sic dicit. Si quotiescunq. ef-
funditur sanguis Christi in remissionem
peccatorum effunditur: debeo semper ac-
cipere qui semper pecco. Secundo probō
hoc idem similitudine sic. Cibus spiritua-
lis magis est assumendus tãquam magis
necessarius, quam cib. corporalis: nã ma-
gis est subueniendum menti quam car-
ni, sed cib. corporalis quotidie debet assu-
mi, ergo multo magis cib. spiritualis. Ra-
tio autem quare cibus corporalis quoti-
die debet assumi est, quia in nostro corpo-
re humiditatis deperditio a duob. causa-
tur. Primo actione caloris naturalis: se-
cundò exercitatione cōtinui laboris: pro-
pter quæ duo oportet cibum corporalem
frequenter assumere: ne humiditatis con-
sumptio mortē inducat. Similiter deper-
ditio humiditatis spiritualis: dilectionis
uidelicet, & feruoris in mente nostra ori-
tur ex duobus. Primo ex innata concupi-
scentia. Secundo ex occupatione circa ex-
trinseca, propter quæ duo utile est quoti-
die, uel frequenter cibum spiritualem as-
sumere, ne mēs totaliter alienetur, & eua-
getur a Deo: sed potius per hūc cibū spi-
ritualem, & sacramentalem mens nostra de-
uotior, & feruentior restauretur, & reduca-
tur in Deum. Tercio probō hoc idem au-
thoritate domini dicentis. Luc. 11. Panem
nostrum quotidianum da nobis hodie.
Quod uerbum Aug. in lib. de uerbis do-
mini exponens sic dicit. Si quotidie acce-
peris hoc sacramentum quotidie tibi ho-
die est: tibi Christus quotidie resurgit: ho-
die enim est quando resurgit. Secundo
quotidie cōmunicari est laudabile ex par-
te sumentis. Nam laudabile est, q̄ homo
quotidie in mente, & corpore inueniat se
dispositum ad dignè sumendū hoc sacra-
mentum. Hæc beatus Thomas. 4. script.
seu. dist. 12. de frequentatione huius sacra-
menti,

menti, art. 1. q. 2. in cor. q. per totum. Sed fortè quæres: an alicui laico liceat pluries cōmunicari in die. Respondeo & dico, q̄ non. quod probo duplici ratione, .s. ratione figuræ & reuerentiæ. Primo ratione figuræ sic. Nam hoc sacramentum præfigurat uel repræsentat passionē Christi: sed Christus tantū semel est passus, & ideo, ut unitas passionis Christi repræsentetur est semel tantum communicandum. Vbi nota, quod Passio Christi prout in capite cōtingit, semel tantum in anno repræsentatur in ecclesia, scilicet in missa quæ sexta feria in parasceue cælebratur, sed prout in nos passionis eius effectus prouenit, quotidie debet representari, quia effectus passionis eius est in nobis continuus & repræsentatur in hoc sacramento. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 12. art. 1. q. 3. in sol. 2. arg. Secundò laicus non debet in una die pluries communicari ratione reuerentiæ, ut scilicet reuerentia exhibeatur tam nobilissimo sacramento. contingit etenim, ut in plurib. q̄ frequentia alicuius delectabilis rei indeuotionem & irreuerentiam causat, & fastidium.

An laicus pluries, ut sacerdos una die communicare possit.

Sed fortè argues sic, q̄ laicus una die potest pluries communicari tali ratione, Qui potest quod maius est potest etiam quod minus est, sed maius est celebrare quam solum cōmunicari: cum ergo sacerdos possit in una die pluries saltem bis celebrare, ergo uidetur q̄ liceat laico in una die communicari. Respōdeo. & dico, q̄ non est simile de laico, & de sacerdote, eo q̄ sacerdos qui est quasi persona publica, oportet, q̄ non solum pro se sed etiā pro alijs celebraret, & iō necessitate cogēte potest pluries celebrare in die, sed non est eadem ratio de illo qui non sumit nifiratione sui ut laicus facit. Hæc b. Th. 4. scrip. sen. dist. 12. de frequentatione huius sacramenti, art. 1. q. 4. in cor. q. & in sol. 1. arg. Vnde extra de consecra. dist. 1. sufficit, & de celebra. missæ. te referente c. consulisti, Honorius tertius sic dicit. Nam, & ualde fælix est qui celebrat digne unam missam: libr. 3. sic etiam ualde fælix est qui semel in die communicatur digne. Secundo principaliter dico, quod licitum est, & meritorium frequenter, uel saltem pluries in anno communicari, & hoc homini bene disposito, & modo debi-

to preparato: unde si aliquis eo confidentia de assequendo huius sacramenti effectus, & ex frequenti huius sacramenti susceptione in maiorem deuotionem, & reuerentiā huius sacramenti deueniat expedit tali cōmunicari frequenter, quod p̄bo tripliciter: primò auctoritate ecclesiæ sic: Nos debemus pro posse niti, ut effectus salutis crescat in nobis, sed cū frequentatione mysterij crescit nostrę deuotionis effectus, ergo frequenter in anno hoc sacramentum debemus assumere: secundo probo hoc idem ratione sic. Si aliquis dignè ad hoc sacramentum accedēs ex secundo accessu efficitur dignior quā ex primo, tunc quanto in anno cōmunicabitur frequentius, tātō cōmunicabitur dignius, & sibi utilius, & per cōsequens tātō melior, & laudabilior erit. Si autē in eo qui frequēter in anno communicatur esset debite præparationis defectus, quanto cōmunicaretur frequentius tanto indignius, & sibi periculosius esset: tertio probo hoc idē expressione figuræ sic. Hoc sacramentū passionē Christi dupliciter p̄figurat, .s. ut passio Christi est redimens & ut est reficiens. primo quidem ut Christi passio est nos redimēs, & sic solum semel Christus passus est: unde de consecra. di. 1. sic dicitur. Sufficiat sacerdoti semel in die Missam celebrare, quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: secundo in hoc sacramento præfiguratur, & recolitur Christi scilicet passio. .s. ut est reficiēs, uel secundum q̄ per ipsam reficimur, & quia tali refecione plures indigemus: ideo pluries hoc sacramentum debemus assumere. Et ideo Fabianus Papa considerans, & feruoris, & deuotionis gradum, ordinauit, q̄ oēs fideles ter in anno communicarentur. Hæc b. Thom. 4. scri. sen. dist. 12. art. 1. q. 1. arg. contra, & ibi. q. 3. arg. contra, & in sol. duorum arg. Tertio principaliter dico, q̄ licitum est cuilibet fideli immo necessarium ad salutem cōmunicari semel in anno, quod tripliciter probo. Primo ex parte præfigurationis sic. Agnus paschalis præfigurabat Agnus seu repræsentabat hoc sacramentum, sed paschalis Agnus manducatur solum in respon- anno semel, ergo sufficit ad salutem semel in anno solum suscipe corpus Christi: unde Innocen. tertius sic dicit. Neces- sario

sario quippe sumendus est agnus, ut astante angelo prostramur, nec exire possumus de Egypto nisi celebrando pasche paschalem agnum edamus.

Secundo hoc idem probō ex parte instituentis, vel institutionis, quamuis. n. homo possit pluries communicari in anno, ut patet supra, nō tñ tenetur ex statuto ecclesiæ nisi tantū semel in anno cōmunicari: vnde Innocentius Papa tertius dixit, & ordinavit, ut saltē semel in anno, .s. in pascha omnes fideles communicarentur: vñ extra de pēni. sic dicitur. Omnis vtriusque sexus postquam ad annos discretionis peruenerit suscipiat reuerēter ad minus in Pascha eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio, & licentia ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eiusdem perceptione duxerit abstinēdum: tertio hoc idem probō ex parte punitionis sic. Nam si quis corpus Christi non sumeret saltem semel in anno, .s. in Pascha, incurrit tria. Primò. n. mortaliter peccat, eò qd est transgressor pcepti Papę Innocētij tertij de semel communicando: secundo talis non communicans dum viuit ab ingressu ecclesiæ arceatur, tertio talis moriēs Christiana careat sepultura; ut patet ex decretali superius allegata omnis utriusque sexus &c.

CAP. XXVI.

Amb. & August. circa sum sacramenti differunt inter se.

VT autem laicus, uel sacerdos probabiliter scire possit, an frequenter, uel raro possit, vel debeat communicari, uel celebrare seu a cōione, uel consecratione ad tempus abstinere. Est notandū quod cibus iste, ut profit comedenti, in suscipiente præparationem debitam exigit puritatis, & deuotionis: & ideo qui hæc duo habet benefacit communicando frequenter, qui uero hæc raro habet benefacit communicando raro. Hæc Pet. de Tharant. 4. scrip. sen. dist. 12. artic. ult. q. 3. in cor. q. Et quia sancti doctores ecclesię, & præcipue Ambrosius, & Augustinus uarie loquuntur de frequenti, & rara huius sacramenti assumptione, ideo ut seueritas huius quæstionis. .s. utrum aliquis debeat frequenter uel raro cōicari clarius

innotescat, bea. Thom. & alij doctores in theologia, scilicet Petrus de Thar. & Alexander auctoritates eorum exponunt. Primò enim Ambrosius libro de sacramentis sic dicit. Iste panis quotidianus est, accipe quotidie ut tibi quotidie profit: quod uerbum exponens Petrus dicit. Iste panis quotidianus est, scilicet quo ad spiritualement assumptionem non quo ad sacramentalem nisi in bene dispositis, ubi supra in sol. 3. arg. Quod autem manducatio spiritualis huius cibi debeat esse quotidiana: ostendit b. Th. & dicit. quod vnum quotidie, & semper debemus habere, .s. desiderium coniungendi Christo, & assumendi ipsum per fidem, & charitatem, & hoc est Christum spiritualiter manducare. 4. scrip. sen. dist. 12. de frequentatione huius sacramenti, art. 1. q. 2. in cor. q. in principio. Et subdit Ambrosius. Accipe quotidie ut quotidie tibi profit. Quod uerbum exponit Alex. duobus modis, primo sic. Accipe quotidie. i. tu qui sentis te in continua deuotione, puritate, & in cōtinuo desiderio assumendi nec ex frequentia communicandi declinas in satietatem, uel in irreuerentiam eius accipe quotidie, idest sacramentaliter, quia tunc tibi proderit. Secundo modo exponit sic dicens. Accipe quotidie, idest spiritualiter manduca, uel sume corpus Christi quotidie. immo semper, quia hoc modo sumendo Christum spiritualiter semper prodest: non autem semper prodest corpus Christi sacramentaliter suscipere, nisi ei qui assumit, ut debet.

Sed forte ex hoc dicto argues, quod nō sit frequenter communicandum sic Via tutior magis est eligenda quam periculosa, uel dubia, sed in spiritali manducatione nullum est periculum, in sacramentali autem magnum est periculū nisi hō sit benè paratus, ergo spiritalis manducatio tanquam securissima est magis eligenda, & frequentanda quam sacramentalis, & sic raro est communicandum sacramentaliter, & frequenter spiritaliter. Respondeo, & dico, qd quamuis sit securius accedere spiritaliter, quam sacramentaliter, tamen aliud est fructuosius. .s. accedere sacramentaliter homini præparato secundum possibilitatem suam, & accedenti cū timore, & reuerentia. nā multò

Quid securius an abstinere an frequentare.

fru-

fructuosior est manducatio sacramentalis, & spiritualis simul quàm spiritualis solum, sicut plus valet Baptismus fluminis, & fluminis simul quàm fluminis tantum: Secundò Beat. Augustinus libro de ecclesiasticis dogmatibus recitans quorundam opinionem, & determinans veritatem sic ait: Dixit quispiam nō quotidie esse accipiendam eucharistiam, alius affirmat quotidie esse sumendam. ego autē quotidie eucharistiæ cōmunionē percipere nec laudo nec reprehēdo faciat vnusquisq; quod secundum fidem suā piē credit esse faciendū. Et concludit in fine dicens: Tu autem sic viue, vt quotidie merearis recipere. Quæ verba Alexander, & Beatus Thomas exponunt. Nā Alexander dicit, q̄ August. opinionem quorundam dicentium quotidie esse communicandū & quorundam dicentium non esse cōmunicandum nec laudat nec vituperat: vnde Aug. non loquitur de malis: Cuius ratio est quia loquendo de malis semp̄ est vituperabile, & damnable etiam si rarò communicent: quātò igitur magis si tales frequenter communicent, sed loquit̄ de bonis dicens: quotidie cōmunicare &c. Cuius ratio est, quia communio aliquādo potest omitti à bonis: aliquando benè frequentari à bonis: verbi gratia: Sunt enim q̄dam sacerdotes, vel laici ita dispositi, q̄ quotidie communicare irreuerentiam, & indeuotionem, & p̄ consequens fastidiū faciat, sicut videmus ad sensum, q̄ frequentia alicuius delectabilis cibi cōtemptum, & fastidium parit, sic spiritualiter p̄pter indispositionem mentis: & si aliquis hoc sentiat laudabile est, vt aliquo die, vel per aliquod tempus à celebratione, & cōmunionē abstineat, vt postea in eo deuotio, & reuerentia augeat̄. Quidam verò sunt ita benè dispositi, q̄ frequentia cōmunio nis in eis deuotionem, & reuerentiam augeat, & sic laudabile est quotidie celebrare, & frequenter cōmunicare: & propter hoc Augustinus nō laudando illū, q̄ dicit esse quotidie communicandum nec reprobando alium, qui dicit non quotidie esse cōmunicandū subiungit ad diffiniendū istam diuersitatem. Faciat vnusquisque quod piē credit esse faciendum. Per hoc verbum non vult August. intelligere, q̄ aliquis ex reuerentia tanti sacramenti, &

ex cōscientia suæ indignitatis omninò à celebratione, & cōmunionē abstineat, quia hoc nulli licet, quia faceret cōtra institutionem ecclesiæ, vt patet ex decretali prædicta: Omnis vtriusq; sexus: sed vult dicere, q̄ cessare ad tempus, vt deuotio augeatur hoc licet, & est commendabile: sacerdos namq; qui habet curam animarū necessariò habet celebrare: vnde contrariū faciens mortaliter peccat. Vnde Ambrosius: Graue est ad mensam tuam mundo corde, & manibus innocentibus nō venire, sed grauius est dum peccata meruimus etiam sacrificium non reddamus. Et subdit: Liceat igitur pro obedientia assistere & pro indulgentia petere, p̄ officio ministrare, p̄ remedio immolare, pro populo obsecrare. Sacerdos autem nō habens curam animarum, nec officium, nec beneficiū propter quæ deberet necessariò celebrare: & ob reuerentiam sacramenti, & timorem suæ indignitatis si semper à celebratione cessaret, nisi iniungeret sibi contrarium à superiore, estimo q̄ non peccaret mortaliter. Vltimò Aug. determinans quæstionem prædictam sic concludit: Sic viue vt quotidie merearis recipere. Alex. q. d. August. Præparate habilem, & dispositum semper ad suscipiendū, & hoc modo semper uiue ut dignè possis accipere. Et B. Th. dicit, q̄ si aliquis experimētaliter cognosceret ex quotidiana sumptione feruorem amoris augeri, & reuerentiā nō minui, talis quotidie cōmunicare deberet. Si autem sentiret per quotidianā frequentationem reuerentiam minui, & feruorem non multum augeri, talis deberet interdum abstinere: ut cum maiori reuerentia, & deuotione post modū accederet vnde quātū ad hoc vnusq; iudicio suo est relinquendus, ut rarò, vel frequenter cōicet, scđm q̄ magis, vel minus se dispositū sentit: dēt tñ quilibet affectū, & conatum p̄ posse facere, ut sic uiuat q̄ semper corpus Christi mereatur accipere. 4. script. sentent. dist. 12. de frequentatione huius sacramenti, art. 1. quæstio. 2. in corp. q. per totum. Vnde aliter fiebat in primitiua ecclesia, aliter modo. Nam in primitiua ecclesia erant duo. Primum est maior deuotio fidelī ex propinquitate passionis Christi: scđm erat pugna grauior ab infidelibus contra Christia-

nos, propter quæ duo statuerunt Apostoli, ut Anacletus Papa testatur, quod fideles omni die communicarent. Postea uero diminuto seruire deuotionis, & fidei ordinauit Fabianus Papa, quod omnes fideles saltem ter in anno communicarent. scilicet in Pascha, in Natali, & in Penthecoste. Postea uero adhuc magis seruire deuotionis, & fidei diminutio ordinauit Papa Soter, quod omnes fideles in cœna domini communicarent, ut patet in decretis. Vltimo uero charitate refrigerante propter abundantiam, & multitudinem peccatorum, ordinauit Papa Innocentius tertius: ut omnes fideles saltem semel in anno, scilicet in pascha communicarent, & ad hoc etiam multi idonei non inueniuntur, tamen, quia præceptum ecclesiæ prætere non licet, quilibet debet, & potest se disponere, ut dignè communicet illa die: unde patet quod maior, & minor dispositio hominis est causa maioris, & minoris frequentationis communionis. Hæc B. Thom. 4. scrip. senten. dist. 12. art. 1. q. 3. in cor. q. per totum. Et 3. parte sum. q. 80. artic. 10. in solut. 4. argum.

CAP. XXVII.

37. **A**D maiorem tamen euidentiam prædictorum, nota hic quattuor. Primum est, quod quia quotidie indiget homo salutaris Christi uirtute, quotidie se est paratus laudabiliter potest hoc sacramentum suscipere: unde sicut cibus corporalis a benè dispositis laudabiliter quotidie sumitur, sic cibus spiritalis, & sacramentalis. Hæc in 3. parte sum. B. Thom. q. 80. art. 10. in sol. 1. arg. Secundum est, quod unum inducit, & allicit ad frequentationem consecrationis, & communionis. scilicet feruor charitatis quo homo desiderat uniri Christo: aliud uero impedit, & retrahit a frequenti communione. scilicet timor propriæ indignitatis respectu tantæ maiestatis, & infinitæ bonitatis ubi supra immediate, in sol. 3. argu. & idem. 4. scrip. sent. dist. 12. de frequentatione huius sacramenti artic. 1. quæst. 2. in cor. q. in principio. Tertium est, quod utrumque. scilicet accedere ad communionem, & abstinere a communionem, quandoque benè fieri potest: potest enim communio quandoque a bonis benè fieri, & quandoque

a bonis benè omitti, ut patet sup. c. præced. immediate. Quartum est, quod laudabilius est, & magis meritorium homini præparato accipere hoc sacramentum, & coniungere quàm abstinere ad tempus. Hoc autem septem rationibus probatur. ratione amoris, ualoris, honoris, operis, similitudinis, præparationis, comparisonis. Primum ratione amoris sic: Amor præfertur timori: sed desiderium assumendi corpus Christi, & ipsum assumere corpus Christi procedit ex amore charitatis, in qua radix meriti consistit. Abstinere autem a communionem procedit ex timore quo abstinens considerat tanti sacramenti celsitudinem, & sui indignitatem: ergo &c. Secundum hoc idem probatur ratione ualoris sic: Laudabilius, & melius est ualorem, & utilitatem sacramenti percipere quàm carere: sed ille qui coniungat præparatus percipit: qui autem præparatus a communionem abstinet nihil percipit, ergo &c. unde ex frequenti accessu ad sacramentum multiplex commodum provenit & accedenti, & aliis membris Christi: ex cessatione autem a communionem, & a bono opere nullum provenit commodum, ergo &c. Tertium probatur hoc idem ratione honoris sic: Si aliquis cuius conscientia dictat abstinere ab hoc sacramento reueretur hoc sacramentum uel mouetur ad non coniungendum ob tanti reuerentiam sacramenti. scilicet non contingendo illud, nec conficiendo nec communicando, multo fortius reuerentia maiori afficeretur si illud contingeret consecraretur, uel sumeret. Cuius ratio est, quia si aliquis reueretur absentiam regis, quomodo non magis reueretur suam præsentiam. Sed forte dices contra. scilicet quod ille, qui benè abstinet magis reueretur, & honorat Deum, quàm ille, qui ad hoc sacramentum benè accedit tali ratione. Intentio ordinata in progressu boni operis intendit duo. scilicet gloriam Dei, & commodum proprium, & magis Dei gloriam quàm proprium commodum: sed qui accedit ad sacramentum magis attendit proprium commodum: qui uero non accedit magis attendit gloriam Dei quàm proprium commodum, quia ille, qui accedit considerat efficaciam sacramenti, cuius fructus querit: qui uero non accedit considerat propriam miseriam, & eius gloriam, & reuerentiam ac maiestatem: & sic magis reueretur hoc sacramentum, & per consequens

sequens melius facit, qui abstinet quam qui accedit. Respondeo ad hoc tribus modis secundum Alex. Primò quod accedens non solum intendit commodum proprium, sed et proximorum, in quantum accessus eius ad sacramentum non solum sibi, sed et omnibus membris ecclesie prodest. Secundò quod accedens non solum intendit commodum, sed etiam representare illam summam charitatem, qua propter nos dominus saluator & redemptor est passus in cruce. Tertio quia communicans representat illam summam potentiam, qua Deus, & homo verus Christus sub tantilla specie continetur. Quarto modo respondeo secundum Beatum Thomam & dico, quod in hoc est maxima gloria, bonitas, & charitas Dei, quod se creaturis per capacitatem, & utilitatem earum communicat: unde magis videtur ad gloriam Dei pertinere, quod aliquis ad communionem accedat, quam quod abstinereat. 4. scri. sent. dist. 12. de frequentatione huius sacramenti, art. 2. q. 3. in sol. 2. arg. Quarto pro hoc idem quod supra ratione operis sic: Melius est facere quod ex suo genere est bonum, quam facere quod non est per se, sed per accidens bonum: nam quod est per se, melius est eo quod est per accidens: sed accipere eucharistiam est ex suo genere bonum: abstinere autem ab ea non est ex se bonum, sed per accidens, in quantum timetur ne assumatur inordinate, ergo melius est, & laudabilius accedere quam abstinere. Quinto proba hoc idem ex parte similitudinis sic: In alijs. n. sacramentis cuiuslibet melius est accipere sacramentum, quam desistere: sed hoc sacramentum est dignius, laudabilius, & nobilius alijs, ergo multo melius est homini preparato accipere quam desistere. Sexto proba hoc idem ex parte preparationis sic: Quarto aliquis est melius preparatus, tanto plus meretur, & laudatur: sed preparatio quantulacumque sit est maior in accedente quam in abstinente, ergo &c. Septimo proba hoc idem ex parte comparationis. Nam secundum Augustinum. Zacheus, & centurio non litigauerunt inter se, sed ambo saluatorem honorificantes quis uno modo ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Veritatem, ut Augustinus dicit, magis laudat Zacheus, qui ut habetur Lucæ. 19. accepit illum in domum suam. scilicet Iesum gaudens, non tamen in domum

materiali: sed et spirituale ex quo verbo dat intelligi, quod receptio spiritualis corporis Christi semper est cum gaudio, & lætitia mentis, non autem sacramentalis semper, quāvis laudetur centurio, qui dixit: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo &c. Quod verbum ex Exponitur sex modis. Primò exponitur ad tur illud litteram, quia forsitan erat in domino eius Domine idola, & timebat eum offendere, quia esse non sum debet eum esse Deum, & eum omnia sciri dignus. re. Secundò Rabanus exponit sic: Domine non sum dignus &c. propter conscientiam. n. uitæ gentilis grauari se magis dignatione putauit quam iuari, cuius si fide præditus, nondum tamen erat sacris imbutus, Tertio Origenes sic: Domine non sum dignus &c. & quare? ubi. n. indignè ingreditur ibi ad iudicium trahitur accipienti: Quarto Augustinus in lib. de verbis domini sic: Domine non sum dignus &c. dicendo se indignum præstitit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret. neque. n. hoc diceret cum tanta fide, & humilitate, nisi illum quem timebat intrare domum suam corde gestaret. Quinto Severianus sic: Mystice autem hoc tecum corpus est quod regit animam, quod libertatem mentis a cælesti uisione te excludit, sed dominus nec habitare carnem nec tectum corporis dedignatur intrare. Sexto Augustinus de verbis domini dicit sic: Nam non erat magna felicitas si Christus intraret parietes eius, & non esset in pectore eius: unde subdit: Sed tantum dic verbo &c. Hieronymus. Prudentia autem centurionis in hoc apparet, quod ultra corporis tegimen latentem dignitatem, vel diuinitatem uidit: unde subiungit: Sed tantum dic verbo &c. Si autem dicis nolo accipere corpus Christi, quia timeo, considera Petrum, qui cum diceret Christo Exi a me, quia peccator homo ego sum: audiuit, consolari, confortari, & asscurari a Christo, cum dixit: Iam nolite timere. Sic & tu postquam iuxta conatum tuum tuam conscientiam discussisti, & per contritionem, confessionem, & satisfactionem te preparasti: noli timere, sed securè accede. Non enim debuit Petrus dicere. Exi a me, sed potius debuit dicere, mane mecum cum sim peccator; ut sane a te. Gregorius. Excusat autem, quia stupor præ multitudinem piscium duas naues implentium circumdedit.

rat eum: immo & te peccatorem consideras necesse est, ut a te Deum nō repellas. Vnde confortat eum dominus dicens: Noli timere. Beda: Confortat autem dominus timorem carnalium ne quis, uel de sua cōsciētia culpæ tremēs, uel de aliorum innocentia stupens sanctitatem formidet aggredi. Hæc B. Th. 4. scr. sent. distin. 12. de frequentatione huius sacramēti, ar. 2. q. 3. in cor. q. & in sol. arg. & 3. parte sum. q. 80. art. 10. in solut 3. arg. per totum.

CAP. XXVIII.

18

Octauo, & ultimo principaliter circa sacramentum eucharistię consideranda est utilitas communionis. Nam uirtute huius sacramenti specialiter quattuor bona fiunt: scilicet collatio gratiæ, remissio culpæ, præseruatio a culpa adeptio gloriæ. Primo uirtute sacramenti eucharistiæ fit collatio gratiæ, quod ostendo quadruplici ratione. Primò ratione eius quod in eo continetur: Nam in hoc sacramento continetur essentialiter Christus, qui sicut in mundū uisibiliter ueniens largitus est gratiam: unde dicit. Ioh. 3. Gratia, & ueritas per Iesum facta est, ita in hominem sacramentaliter ueniens operatur gratiam si non sit obstaculum: Ioh. 6. Qui manducat me scilicet spiritualiter, & sacramentaliter, uiuit propter me: unde Chrys. sic dicit. Qui manducat me uiuit propter me, nō de uita simpliciter hoc dicit, sed de uita approbata: etenim infideles etiam uiuūt non manducantes de carne illa. Sed nec de resurrectione comuni hoc dicit, etenim omnes suscitabuntur: sed de uita gloriosa, & mercedem habente qualis est uita gratiæ. Secundò hoc sacramento fit collatio gratiæ ratione eius quod repræsentatur. Nam per hoc sacramentum passio Iesu Christi repræsentatur, ergo sicut passio Iesu Christi in homine est causa gratiæ, ut patet infra Passio, ita etiā hoc sacramētum. Tercio probō hoc idem ratione modi quo traditur. Nam hoc sacramentum a Christo traditur, & a nobis sumitur per modum cibi & potus: ita q̄ sicut cib. corporalis uitam corporalem su-

stentat, augmentat, reperat, uel restau- rat, & delectat, ita cibus spiritualis, scilicet hoc sacramentum uitæ spirituali omnia ista facit gratiam conferendo. Nam uirtute gratiæ quam confert hoc sacramentum anima spiritualiter reficitur, vel recreatur, delectatur quodam modo, & inebriatur, augmentatur, & uita spiritualis perficitur per coniunctionem mētis ad Deum. Quarto probō hoc idem ratione eius cui mēs coniungitur. Nam hoc sacramentum traditur sub specie panis, & uini, quæ duo ad aliquid unum rediguntur, quod patet, quia ex multis granis panis cōficitur, & ex multis racemis uinum confluit: sic ex multis personis fit unus populus Christianus, & hoc uirtute gratiæ: uiuentis in fide & charitate. Si autem hanc rationem aliter uis formare potes sic dicere: Unio mentis ad Deū, & cōuersio non fit nisi per gratiam iustificantem, uel gratum facientem: sed per hoc sacramentum mēs coniungitur Deo feruore deuotionis, & charitatis, ergo &c. Vnde Ioh. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in eo. Super quo uerbo August. in lib. de uerbis domini sic ait: Multi quidem, uel corde ficto carnem illam manducant, & sanguinem bibunt, uel cū manducauerunt apostatae fiunt, nunquid manēt in Christo, & Christus in eis? Sed est perfectus quidem modus manducandi illā carnē, & bibendi illum sanguinem quo qui manducauerit, & biberit in Christo manet, & Christus in eo. Hæc b. Tho. 3. parte sum. q. 79. art. 1. in cor. q. Ad maiorem tamen euentiam prædictorum, & propter solutiones augmentorū nota hic quattuor. Primū est, q̄ hoc sacramētū conferi gratiam, & principaliter uirtute diuinitatis unde Damasc. comparat hoc sacramentum carboni: nam carbo simpliciter lignum non est, sed unitus, & coniūctus igni, ita etiā panis cōmunionis non simpliciter panis est, sed unitus diuinitati cuius uirtute gratia confertur, & eius bonitatis dulcedine anima delectatur, ibidem in sol. 2. argu. Secundum est, q̄ ante sumptionem huius sacramēti nullus habet gratiam, nisi ex uoto ipsius per seipsum sicut adulti, uel ex uoto ecclesiæ sicut paruuli, ibidem in solution. primū

argum. Tertiū est, q̄ quamuis solus Deus principaliter in hoc sacramēto gratiam operetur, ut infundat sumentī, tamē quāto maiorem, uel meliorem pręparationē & dispositionem in suscipiente hoc sacramentum inuenit, tantō magis gratiā efficaciorē infundit. Verbi gratia: Dominus quantum est ex parte sua duobus gratiam æqualem confert, sicut sol quantum est in se æqualiter illuminat omnia, tamē unus quantum est ex parte sua habet parua impedimēta quę impediāt efficaciam gratiæ huius sacramenti ad operandū, alius uerō habet multa impedimenta: constat enim q̄ efficacius operatur gratia huius sacramēti, & cuiuslibet alterius in melius pręparato, & disposito quā in aliis. scilicet malē dispositis, quia ī uno est efficacia gratiæ ad excludendum, uel exprimēdum defectum, uel malitiam eius, in alio uerō ad exequēdum, uel promouendum eū in bono. Hęc Alexan. lib. 4. Quartum est, q̄ effectus gratiæ huius sacramenti immediatē recipitur in anima, & ex anima redundat in corpus, dum in pręsenti uita membra corporis exhibemus arma iustitię, ut dicitur ad Rom. 6. & in futura corpus nostrum sortiatur incorruptionem, & gloriam animę. Hęc B. Thom. ubi supra immediatē, in solu. argum.

CAP. XXIX.

29 **S**ecundo dico, q̄ uirtute huius sacramenti fit remissio culpę, non quidem culpę mortalis directē, & principaliter, sed culpę uenialis. Primō dico, q̄ uirtute huius sacramenti non fit principaliter, & directē remissio peccati mortalis. Hoc autē quadrupliciter probo. scilicet rōne, similitudine, sufficienti diuisione, auctoritate. Primō ratione sic: Ille qui ex aliquo aggrauatur, & maculatur non liberatur, neque purificatur ex eo: sed mens quamdiu est in affectu peccandi mortaliter magis aggrauatur ex perceptione eucharistię, quā purificetur, ut August. dicit in libro de ecclesiasticis dogmatibus, ergo in habente effectum peccandi mortaliter, uel consciētiam peccati mortalis, & communicante hoc sacramentum non operatur

remissionem peccati mortalis. Secundō hoc idem probo exempli inductione, & hoc dupliciter: primō sic: Sicut alimentū corporale, uel naturale se habet ad uitam corporalem, ita alimentum spirituale ad uitam spiritualem: sed alimentum naturale, siue corporale prodest uiuenti non mortuo. Cuius ratio est, quia in mēbris mortuis non est uirtus digerendi, uel conuertēdi cibum in naturam, cum omni naturali colore penitus sit priuatus ergo similiter alimentū spirituale quale est corpus Christi prodest uiuenti, scilicet uita gratiæ, non mortuo cum sit colore spirituali diuino, scilicet, amore priuatus: secundō hoc idem probo alio exemplo sic: Cibus non competit membro a capite, & à corpore separato: sed peccator dum est in affectu peccandi mortaliter, uel in cōscientia peccati mortalis, ut sic non pōt uniri Christo, & membris Christi, cum per hoc sacramētum fiat unio cum Christo, & membris eius, ergo &c. Tertiō hoc idem probo sufficienti diuisione sic: Si hoc sacramentum delet peccatum mortale, aut hoc est dignē accedentibus, aut indignē accedentibus: non delet peccatum mortale in primis, scilicet dignē accedentibus: cuius ratio est, quia si quis dignē accedit sine peccato mortali est: ergo ubi non inuenit mortale non delet ipsum. Similiter nō delet peccatum indignē accedentibus, quia tales cum sit manducāt, iudicium sibi manducant, & bibunt, ut dicit Apostolus prima ad Corinth. 11. unde in talibus magis accumulatur peccatum, & aggrauatur quā sacramēto hoc remittatur. Quartō hoc idem probo duplici auctoritate: & primō auctoritate August. ad reatum sic dicentis: Quis offerat corpus Christi, nisi pro his qui sunt membra Christi: ergo hoc sacramentum non habet effectū, nisi in membris Christi, sed nullum membrum Christi habet peccatum mortale: ergo &c. secundō hoc idem probo auctoritate August. super Iohā. sic dicentis: Spiritualiter māducat qui innocentiam ad altare portat: sed nullus existens in peccato mortali ad altare innocentiam portat, ergo non manducat spiritualiter, sed hoc sacramentū effectum habet solum in spūaliter māducatibus, ergo &c. Sed contra uidetur, q̄ uirtute huius

Effectus sic: In quadam collecta dicitur: Sit hoc sacri in sacramentum ablutio scelerum: sed sceleratio- ra dicuntur peccata mortalia quorū ab- ne eccle solutionem postulat ecclesia fieri huius sacra- menti virtute. sed frustra fieret ab ec-

clesia hæc petitio nisi fieret horum ablu- tio, uel remissio: ergo &c. Respondeo quat- tuor modis. Primò, q̄ nos hoc petimus, vel ecclesia petit, ut hoc sacramentum sit ablutio scelerum, scilicet horum quorum con- scientiam non habemus; secundum illud psal. Ab occultis meis munda me domi- ne. Nam aliquando homo habet peccatū mortale, sed non recolit: unde si talis dili- genter facit quod in se est accedens ad hoc sacramentum eius virtute de facili conse- quitur peccati obliti dimissionem. secun- do modo respondeo & dico, q̄ nos in col- lecta illa petimus, ut contritio in nobis perficiatur ad scelerum, id est peccatorum mortalium remissionem: nam si aliquis existens in peccato mortali, non habens conscientiam eius deuote accedit ad hoc sacramentum virtute istius sacramenti ue- niam consequitur tertio modo respondeo & dico, q̄ in collecta illa nos petimus, ut nobis robur detur cōtra vitanda scelera: unde dicitur peccatum mortale uirtute huius sacramenti deleri, in quantum in hoc sacramēto datur augmentum gratiæ quo homo contra pronitatem ad malum roboratur & redditur cautus cōtra negli- gentiam uel ignorantiam quibus nō labi- tur in peccatum mortale. Quarto modo respondeo, & dico, q̄ peccata mortalia vir- tute huius sacramenti dicuntur abluī, & deleri, in quantum uirtute huius sacramen- ti cauentur, non quia huiusmodi insunt, sed cauētur ne insint. i. in peccata morta- lia incurramus. Hæc B. Thom. 4. script. sen. dist. 12. de effectibus huius sacramen- ti, artic. 2. q. 2. in corp. q. & in solu. 1. arg. Et idem tertia parte sum. q. 79. artic. 2. in corp. q. per totum, & in solu. 1. argum. per totum. Et idem dicunt Petrus de Tharan. Ambaldus Romanus, & Alexander in quarto lib. sent. dist. 12. Vbi nota, q̄ hoc sacramentum potest operari remissionē peccati mortalis duobus modis: vno mo- do non præceptum actu, sed uoto: alio mo- do præceptum actu ab eo, qui est in pecca- to mortali, qui affectum peccandi morta-

liter, & conscientia peccati mortalis non habet: talis enim primò antequam acce- deret non fuit fortè sufficienter cōtritus: sed postmodum deuotè, & reuerenter ac- cedens consequitur per hoc sacramentū gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, & remissionem peccati. Hæc B. Thom. tertia parte sum. ubi sup. art. 3. in cor. quæst. in fi.

C A P. XXX.

Secundo dico, q̄ uirtute huius sacramen- ti peccata venialia remittuntur: hoc au- tem tripliciter probo. Primò auctorita- te Innocentij tertij, qui dicit, q̄ hoc sacra- mentum venialia delet, & mortalia cauet. Secundò probo hoc idem similitudine si infirmitatis, & medicinæ. Nam quotidiana infirmitas quotidiana exigit medici- nam: sed secundum Ambrosium in lib. de sacramentis, iste panis quotidianus su- mitur in remedium quotidianæ infirmi- tatis quotidiana autem infirmitas dicun- tur esse peccata venialia, ergo &c. Tertiò hoc idem probo ratione sic: Virtute hu- ius sacramenti fit trāsformatio hominis ad Christum per feruorem charitatis, & quia huic feruori peccata uenialia oppo- nuntur, & unū oppositorum excludit reli- quum, ideo ex consequenti uirtute huius sacramenti uenialia delentur. Hæc Beat. Thom. 4. scrip. sen. dist. 12. de effectibus huius sacramenti, art. 2. q. 1. in corp. q. & in duobus arg. contra. Sed fortè argues in oppositum, & dices, q̄ uirtute huius iura- menti peccata uenialia non remittantur sic: Qua ratione hoc sacramentum remit- tit unum peccatum veniale eadem ratio- ne remittit omnia, ergo post sacramentū susceptū posset quis dicere se nullum pec- catum habere: qd est cōtra illud 1. Ioh. 1. Si dixerimus, q̄ peccatū nō habemus &c. ergo non uidetur, q̄ per hoc sacramentū fiat remissio, uenialium. Respondeo quin- que modis. Primo sic: Quod tantus potest esse feruor deuotionis, q̄ omnia peccata uenialia delet nec est inconueniens, q̄ ali- qua hora homo sit absque omni peccato ueniali quāuis hoc diu durare nō possit. propter difficultatē vitādi peccata uenia- lia. Secundo modo respondeo, & dico, q̄ li- cet hoc sacramētū ordinetur ad uenialia de-

30
Euchar.
medici-
na spiri-
tualis.

Quo eu
cha. ope
ratur in
remissio
nē pēti
morta-
lis,

delenda, tamē hoc est intelligēdū, q̄ istud sacramentū istum effectum habet quādo homo perfectē se præparat: hoc autem nō semper contingit. Tercio modo respōdeo & dico, q̄ non oportet, q̄ hoc sacramentū omnia peccata venialia deleat, sed secūdū mensuram deuotionis eo q̄ effectus proximus istius sacramenti non est deletio, vel remissio uenialium ut statim patebit. Quarto mō respondeo, & dico, q̄ hoc sacramentū non ea rōne qua remittit unū remittit omnia: quia remissio peccati uenialis fit per motum nouum non per nouum habitū semper: unde remissio vnius peccati uenialis potest fieri sine remissione alterius secūdū, q̄ hō est magis dispositus ad remissionē unius quā alterius. Quinto modo rōdeo, & dico, q̄ verbū Apostoli. 1. Ioh. 1. Si dixerimus, quōd peccatum &c. nō est intelligēdū quin aliqua hora possit hō esse absque omni reatu peccati mortalis, uel uenialis, sed quia uitam istā sancti q̄ ducūt sine peccatis uenialibus. Hęc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 12. de effectibus huius sacramenti. art. 2. q. 1. in sol. 1. arg. & 3. par. sum. q. 79. arti. 4. in cor. q. & in sol. 2. arg. Ad maiore tamē euentiam p̄dictorū, & propter solutiones argumētū nota hic quattuor. Primum est q̄ proximus effectus huius sacramenti non est delere uenialia, sed charitatē intendere, vel accendere per feruorē, & quia ex feruore charitatis peccata venialia dimittuntur, ideo ex consequenti uirtute huius sacramenti peccata uenialia delentur. 4. scrip. ubi supra immediatē, art. 2. in corpo. q. & in sol. 1. arg. in fin. Si aut alio modo vis p̄bare hoc idē dicas, q̄ effectus immediatus huius sacramenti est unio corporis mystici, non de nouo facienda sed augmentanda: non. n. unit dissimilia sed iā similia magis. Augmentum verō unionis uenialia impediunt, in quantum impediunt feruorem charitatis, & augmentū eius: unde ex consequenti per accidens tollit uenialia tāquā dispōnes impediētes a forma introducēda. Hęc Petr. de Tharrā. 4. scri. sen. dist. 12. circa quartū problemā. art. 1. q. 2. in corp q. Secūdū est, quōd peccatū ueniale nō dimittitur per gratiā, eo quōd peccatū ueniale non opponitur gr̄a: sed dimittit per feruorē charitatis, & actualis deuotionis, & quia in hoc sacra-

mento excitatur feruor actualis deuotionis, ideo uenialia delent istius sacramenti uirtute. Hęc B. Tho. 4. scrip. ubi sup. art. 2. q. 1. in sol. 2. arg. Tertiū est, quōd in hoc sacramento non solū confertur gratia habitualis, sed excitatur feruor deuotionis actualis: & ideo gratiæ huius sacramenti non solū mortalia sed etiam uenialia opponuntur: ibidem, in sol. 2. arg. Quartum est, quōd aliter se habet in sacramento Baptismi, & aliter in hoc sacramento. Nam post Baptismum dignē susceptū nō requiritur plāctus, uel gemitus exterior, uel cōfessio, immo iniuria fieret huic sacro si hęc fierent post Baptismum. In sacramēto aut eucharistiæ aliter debet fieri: quod patet, quia aliquis accedens ad sacramentū communionis non contritus neq; confessus de quibusdam uenialibus quorum nō fuit recordatus ante accessum eius ad sacramentū debet illa confiteri postquā ad memoriam eius euenerint, & de eis pœnitentiam facere. Ratio aut huius diuersitatis est duplex. Prima ratio est, quia principalis effectus Baptismi est delere peccata omnia, & ideo nō requiritur post Baptismum luctus, uel confessio uel pœnitentia exterior: unde qui hoc faceret iniuriam faceret Baptismo, eo quōd habet uirtutem omnia remittēdi. Sed effectus principalis eucharistiæ sacramenti non est delere peccata: & ideo requiritur, quōd post huius sacramenti susceptionem homo faciat pœnitentiam saltem de uenialibus. Hęc Bea. Thom. 4. scrip. sent. dist. 12. ubi supra art. 2. in solu. 3. argum. Secunda ratio quare post eucharistiæ susceptionem requiritur exterior pœnitentia est, quia & si uirtute huius sacramenti uenialia deleantur, eo quōd non constat, quæ uenialia, propter hoc ad maiorem conscientiæ puritatem expedit cōfiteri illa post eucharistiæ sumptionem nec ex hoc huic sacramento præiudicatur in aliquo propter rationem prædictam scilicet B. Thomæ. Hęc etiam Alexand. in quarto.

Charitas delet peccatū ueniale.

31 **T**ertio dico, quòd virtute huius sacramenti fit præseruatio à culpa. Vbi nota, quòd ille qui ad hoc sacramentum assumendum accedit, aut indignè accedit, sicut ille qui in scientia peccati mortalis, uel cum affectu peccati mortali accedit: Aut accedit dignè. Primo modo cū aliquis indignè accedit, talis à culpa futura non præseruatur: sed potius qui indignè assumit de culpa in culpam labitur, vt in gehenna æternaliter crucietur. Ratio autem huius est, quia indignè accedens tanquam ingratus, & Dei inimicus in hoc sacramento quattuor excellentissima contemnit, primò præsentiam saluatoris, secundo abundantiam diuinæ charitatis, tertio memoriam humanæ redemptionis, quartò medicinam quotidianæ infirmitatis. Vnde Chrys. Homel. 5. super Matth. dicit. Sicut corporalis cibus cum uentrem inuenerit aduersis, vel contrarijs, uel infectis humorib. occupatum amplius ledit, magis nocet, & nullū parat auxilium, ita etiam iste spiritualis cibus si aliquod reperit malignitate pollutum, magis eum perdet non sua natura, sed accipientis uitio. Et Isidorus libro 7. c. 24. de summo bono sic dicit: Qui scelesti in ecclesia viuunt, & communicare non desinunt putantes se tali cōione mūdari discant se nihil ad emendationē p̄ficere. Secūdo cum aliquis dignè ad hoc sacramentum accedit virtute huius sacramenti cōsequitur tria bona. Primò enim datur sibi robur ne succumbat temptatione aduersitatis. Secūdo datur in remediū ne succumbat temptationem voluptatis. Tertio datur in medicamentum ad curationem quotidianæ infirmitatis, ita quòd hoc sacramentum est robur, remediū, medicina spiritualis, ut patet. Ratio autem huius est, quia hoc sacramento charitas, quæ est radix uirtutum efficitur fortior, & firmitus radicatur, & ex ista firmitiori radicatione augetur quantum ad prædicta tria. sc̄l. quātum ad robur, remediū, & medicinam. Hæc Alex. Quòd aut uirtute huius sacramenti fiat præseruatio à culpa mortali p̄bo exemplo cōi sic: Corpus. n.

à morte dupliciter præseruatur. Vno modo interius, quia contra interiora corruptiua roboratur per cibum, & medicinā præseruatiuam. Alio modo exterius per arma cōtra bella exteriora. Sic spiritualiter hoc sacramentum utroque modo à peccato p̄seruat. Vno modo interius. sc̄l. dādo gratiam, in psal. Panis cor hominis confirmat. vnde Aug. Securus accede panis est nō uenenum. Alio modo exterius. sc̄l. in quantum hoc sacramentum est signū representatiuū passionis Christi. p̄ quam victi sunt demones: unde Chrys. super Io han. sic dicit: Vt leones flammam expirantes, sic ab illa mensa discimus terribiles facti diabolo. Hæc B. Tho. 3. par. sum. q. 79. art. 6. in corp. q. per totum. Ad cuius euidentiam propter solutiones argumentorū nota hic tria. Primum est, quòd licet hoc sacramentum quantum est de se habeat uirtutē à peccato præseruatiuam, nō tamen aufert possibilitatem peccandi cū habeat homo lib. arbi. quod de se potest flecti in malū, & ideo quamuis multi dignè communicent, tamē postea frequenter in multa peccata cadunt: quod quidē non ex defectu sacramenti, sed ex abusu liberi arbitrij procedit: quod probari per simile potest de charitate. Videmus. n. q̄ post charitatem habitam aliquis mortaliter peccat, licet charitas quantum est de se præseruet hominem à peccato, sic post sumptionem huius sacramenti dignè homo mortaliter q̄nque peccat, licet sacramentum hoc habeat quantū de se est uirtutem præseruandi hominem à peccato, ibidem in sol. primi, & 2. arg. Secundum est, q̄ hoc sacramentum præseruat hominem à peccato confirmando ipsum in bono: vnde quia roborat in bono præseruat à malo, ibidem in solu. 3. arg. Tertiū est, q̄ hoc sacramētum principaliter ordinatur ad vnum bonū: secundario verò ordinatur ad plura: uerbi gratia. Nam directē hoc sacramentum principaliter charitatem auget, secundario autem ex hoc dimittit fomitem, quo diminuto peccata quam plurima deuitantur, & prohibētur: unde sicut augmentum charitatis est diminutio cupiditatis, ut dicit Aug. in lib. 83. q. ita augmentum charitatis quod fit per sacramentum est diminutio fomitis, & sic hoc sacramētū augēdo charitatē dimittit

Enumerat bona ab euchar. emanētia.

nuit fomitem, ibidem in solut. 3. arg. per totum.

C A P. XXXI.

32 **Q**uarto, & ultimo principaliter per virtutem huius sacramenti fit adeptio gloriæ: quod tripliciter probabo. scilicet ex eius uirtute, proprietate, & auctoritate. Primo ex eius uirtute sic: Istud sacramentum uirtutem, & efficaciam habet à passione Christi quàm intra omnia sacramenta singulariter repræsentat: sed Christus ex sua passione aditum vitæ æternæ nobis aperuit, ut patet infra Passio ergo &c. Secundo hoc idem probabo ex eius proprietate sic: Istud sacramentum uaticum appellatur, eò quòd viatori debetur: terminus autem istius uitæ est cœlestis patria ad quam uirtute istius uatici peruenitur: quod patet in figura de Helia. 3. Reg. 19 qui comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Dei oreb. Tertio hoc idem probabo auctoritate Ioh. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternū: sed uita æterna est uita gloriæ, ergo &c. Theo. philus hoc uerbum Ioh. 6. Si quis manducat &c. exponens sic dicit: Nec. n. purum Deum comedimus nam, & impalpabilis, & incorporeus est. neque etiam puri hominis carnem comedimus, qui nihil posset proficere, sed quia Deus sibi carnem uniuert, caro eius uiuificatiua existit, non quia in Dei naturam transierit, sed secundum quandam igniti ferri consuetudinem quod, & ferrum manet, & ignis actum ostendit. Sic, & caro Christi uiuificatiua est tanquam caro uerbi Dei, ideo dicit Viuet. Super quo uerbo Chrysostomus sic ait: Frequenter autem uitam repromittit, quia nihil est ita delectabile hominibus sicut uita: & addit Aeternam. Vbi Chrysostomus sic ait: In ueteri testamento longitudo vitæ promittebatur. Hic autem uita finem non habens, ideo addit. Aeternam, quæ in Dei clara uisione consistit. Hæc B. Tho. in 3. par. sum. q. 79. art. 2. in corp. q. & in argu. contra, & in euangelij continuis. Ad maiorem tamen euidentiam prædictorum, & propter sol. arg. nota hic tria. Primum est, quòd

sicut passio Christi ex cuius uirtute hoc sacramentum agit, licet sit causa efficiens gloriæ, non tamen per ipsam statim in gloriam introducimur, sed oportet, quòd prius compatiamur ut postea simul glorificemur, ita hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit, sed dat nobis uirtutem perueniendi ad gloriam sicut heliæ contulit in furā, ibi. in sol. 1. arg. Secundum est quòd sicut passio Christi non habet suum effectum ad eos, qui non bene se habent ad eam, ita per hoc sacramentum non adipiscuntur gloriam qui indecenter ipsum suscipiunt; unde Aug. prædicta uerba Ioh. 6. sic exponens dicit: Aliud est sacramentum, aliud est uirtus sacramenti: multi autem de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Et subdit: Panem ergo cœlestem spiritualiter manducare est innocentiam ad altare portare, unde non est mirum si illi qui innocentiam non seruant non consequuntur huius sacramenti effectum, ibi. in sol. 2. argu. per totum. Tertium est, quòd licet minus sit Christum percipere sub specie aliena in hoc sacramento quam frui eo in specie propria in cælo, tamen quia causa instrumentalitatis potest producere meliorem effectum, se ut per multa exempla probari potest, ideo percipere Christum in hoc sacramento sub specie aliena. scilicet sub specie panis, & uini per charitatem facit nos frui eo in patria per gloriam sub specie propria, ibidem in sol. 3. arg.

C A P. XXXIII.

33 **P**OST prædicta circa sacramentum eucharistiæ etiam quinque sunt notanda. scilicet consecratio ammirabilis, transsubstantiatio integralis, nominatio uirtualis, fractio rationabilis, communicatio amicalis. Primo consideranda est circa sacramentum eucharistiæ consecratio ammirabilis. Nam forma consecrationis huius sacramenti in transsubstantiatione consistit, puta cum dicitur. Hoc est corpus meum, uel. Hic est calix sanguinis mei. Hæc B. Tho. 3. par. sum. q. 78. art. 1. in corp. q. in medio. Vbi nota quod forma consecrationis uel transsubstantiationis panis quinque conditionibus seu uerbis exprimitur, & integratur. scilicet hoc est enim

Eucha.
uaticū
appella
tur.

Pron-
mē hoc
quid de
mōstrat

Verbū
substan-
tiuū in
cōsecra-
tione,
quare.

enim corpus meū, vt dicamus: Hoc principaliter: Est veraciter: Enim inseparabiliter: Corpus integraliter: Meum singulariter. Prima conditio formę consecrationis panis est pronomen demonstratiuū hoc. s. principaliter. Si enim uerba non applicarentur ad materiam corporalem præsentem non proficeretur sacramentum: vnde Aug. super Iohann. dicit: Accedit verbum ad elementū, & fit sacramentū, vbi sup. art. 5. in cor. q. iuxta principiū. Demonstrat autem hoc pronomen hoc: non ipsa accidentia, sed substantiam sub accidentibus contentam, quæ quidē substantia sub accidentib. cōtēta primo fuit panis postea est corpus Christi, qđ licet nō informetur his accidentibus, tamen sub his accidentibus continetur, ibidem, in solu. 2. arg. per totum. Sicut enim in formalibus mutationibus commune utriq; termino est subiectum uel materia distinguuntur autem termini per formas accidentales, vt patet in alteratione, uel per formas substantiales, vt patet in generatione, & corruptione, ita in transsubstantiatione communia sunt accidentia sensibilia s. quantitas, & qualitas quæ remanent, diuersitas autem substantiarum est. s. panis, & corporis Christi: unde sensus est: Hoc contentum sub his speciebus est corpus meum. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 8. de forma consecr. pa. art. 1. q. 4. in solu. 1. arg. in fi. Ex quo patet quod illud pronomen hoc facit demonstrationem ad sensum, demonstrat. n. cōtētum sub speciebus. quæ oculi uidentur. s. ipsum corpus Christi, & non substantiā panis, quia sic non esset locutio vera: vnde gl. interli. Matth. 16. Hoc est corpus meum: sic dicit: Hoc quod sub specie panis uidetur est corpus meum. Secunda dictio qua forma consecrationis exprimitur est uerbū substantiuum præsentis temporis, & indicatiui modi, cum subdit. Hoc est non n. debuit forma consecrationis proferri per uerbum imperatiui modi dicendo: Hoc fiat: sed per uerbum substantiuum præsentis temporis, & indicatiui modi. Est, ad ostendendū, qđ transsubstantiatio est subiecta: vnde nō est ibi prius fieri, & postea factū esse, sed simpliciter est ibi esse, nā ibi est post esse sine motu medio, uel ibi est transitus ab ente in ens sine aliqua

factione media propter quod exprimitur uerbo præsenti, vt dicit Alex. in 4. Vbi nota, qđ sermo diuinus qui operatus est in rerum creatione operatur et in hac consecratione, ut dicit Ambr. in lib. de sacramētis, aliter tamen & aliter. Nā in creatione rerum sermo diuinus operatus est solum effectiue, quæ quidē efficientia est per imperium suæ sapientiæ, & ideo in creatione rerum exprimitur sermo diuinus per uerbum imperatiui modi, secundum illud Gen. 1. Fiat lux, & facta est lux: In hac aut consecratione operatur sermo diuinus effectiue, & sacramentaliter. i. s. cū dūm vim significationis. s. efficiēdo qđ signat: & ideo oportet in hoc sacramēto significari vltimum consecrationis effectū per uerbum substantiuum indicatiui modi, & præsentis temporis Hæc B. Thomas 3. par. sum. q. 78 art. 2. in sol. 2. arg. Beatus etiam August. dicit: qđ ideo dominus dixit: Est & non fiat quia aliter Deus operatus est in creatione, & aliter in consecratione. Nam in productione creaturarū Deus usus est trib. uerbis. s. fiat, fecit, & factum est: Gen. 1. ad ostendendum, qđ creatura habet triplex esse. s. in uerbo diuino, in angelica intelligentia & in natura propria. Sed in consecratione, & transsubstantiatione istud uerbum est non accipitur trib. modis prædictis essendi: qđ patet. Primo, quia non accipitur ibi esse corpus Christi prout est in mente diuina, nec secūdo mō prout est in natura angelica, neq; tertio modo prout est in natura propria, quia in conuersione est esse post esse sine motu medio, ita qđ ibi in consecratione fieri, & factum est non habent locum: vt patet supra. Hæc Alexand. in 4. sent. Tertia dictio qua forma cōsecrationis exprimitur est coniunctio. Enim: vnde subdit: Hoc est. n. Licet enim hæc coniunctio. n. nō sit de necessitate formæ cōsecrationis, est tamē de consuetudine ecclesiæ: primō. n. dico, qđ ista coniunctio enim nō est de necessitate formæ cōsecrationis: Cuius ratio est, quia ista coniunctio. n. importat usum consecrationis ad vsum materiæ cōsecrate: & ideo i. cut uerba præcedentia formam quæ ad usum pertinent nō sunt de necessitate formæ, ita nec prædicta cōiunctio: secūdo dico, qđ ista coniunctio in hac forma cōsecrationis

Coniun-
ctio. n.
non est
de neces-
sitate.

nis debet apponi ppter duas causas. Vna est propter consuetudinem ecclesiæ à beato Petro Apostolo deriuatam, talis. n. usus uel consuetudo Romanæ ecclesiæ de apponendo in formam consecrationis istā conjunctionem Enim, initium sumplit a Beato Petro qui eam apposuit: vnde inuenta fuit in quodā canone beati Petri Apostoli, sicut cardinales testantur. Secunda ratio est, quia prædicta coniunctio apponi debet pp cōtinationem ad uerba præcedentia. Vbi nota, q̄ in formis aliorum sacramentorum non ponitur hæc coniunctio sicut in forma consecrationis. Cuius ratio est, quia uerba istius sacramēti proferuntur à ministro in persona Christi solum. i. recitatiuè, & ideo oportet apponere continuationem ad recitationem præmissam, quàm cōtinationem facit coniunctio Enim. Formæ autem aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri, & ideo non oportet imponere aliquid, quod nō sit de forma cōsecrationis cum absolutè proferantur. Hæc B. Th. 4. scrip. sen. dist. 8. de forma consecrationis huius sacramenti, arti. 1. q. 2. in solu. 2. argum. Quarta dictio qua consecrationis forma exprimitur est hoc nomē Corpus: cum subiungit. Hoc est enim corpus. Ratio autem huius est, quia sicut terminus à quo exprimitur per pronomen demonstratiuum relatum ad accidentia quæ manent, ita terminus à quo exprimitur per nomen signans naturam in quo sit conuersio: quod quidē est totum corpus Christi, & non sola caro eius. Hæc Bea. Tho. 3. parte sum. q. 78. arti. 1. in cor. q. in fine: vnde nō dicit: Hoc est caro mea, sed Hoc est corpus meum: & hoc triplici ratione. scilicet significationis, repræsentationis, integrationis. Primò ratione significationis licet: Quia corpus Christi significat corpus myiticum quod est ecclesia Dei, sed ecclesia Dei. i. congregatio fidelium nō ita dicitur ppter carō Christi, sicut corpus Christi: vnde Apostolus 1. ad Corinth. 10. Omnes unum corpus sumus in Christo, & ad Ephes. 3. Corpus Christi quod est ecclesia &c. ergo &c. Secunda ratio est repræsentationis. Nam corpus Christi mortē domini repræsentat 1. ad Corint. 11. Quotiescunque manducabitis panem hūc & calicem bibetis mortem domini annun-

ciabitis: sed dominus propriè mortem sustinuit in corpore, ergo &c. Tertiò ratione integrationis, quia conuersio panis fit in totum corpus Christi, & non in solam carnem: unde ipsum corpus Christi in tota sua integritate sub panis specie cōtinetur, & non caro sola. Sed contra, uideatur quòd debeat dici: Hoc est caro mea, & non hoc est corpus meū. Cuius ratio est. quia hoc sacramento reficitur anima, quod patet per locum à simili, quia sicut sacramento baptismi abluimur, crismate confirmamur, oleo ungimur, ita huius sacramenti panis cœlesti reficimur, ergo corpus Christi quod in hoc sacramento consecrat & datur est cibus animæ, sed caro magis competit cibo quàm corpus, ergo &c. Respondeo & dico, quòd hoc sacramentum est sacramentum redēptionis, & per hoc est cibus uitæ, uel refectio animæ, & ideo debet fieri in memoria redēptionis humanæ: redēptio autem propriè facta est per passionē quàm Christus sustinuit in toto suo corpore, & nō in carne sola, ergo &c. Hæc Alexand. in 4. Quinta dictio qua forma consecrationis exprimitur est pronomen Meum: vnde ultimum subiungitur: Hoc est enim corpus meum: quod quidem pronomen includit demonstrationem personæ primæ qua ex persona loquentis sufficienter exprimitur persona Christi in cuius persona hæc proferuntur. Hæc Beat. Thom. in 3. parte sum. q. 78. art. 2. in solu. 4. argumen. Vbi nota, quòd forma huius sacramenti profertur, quasi ex persona ipsius Christi loquentis, ut detur intelligi, quòd minister imperfectione huius sacramenti nihil agit, nisi quòd præfert uerba Christi, ibidem art. 1. in cor. q. in fine: ita quòd in forma cōsecrationis nō ponitur aliquid exprimens operationē hoīs præter prolationem uerborum, sicut in alijs sacramētis exercetur opus aliquod à ministro præter prolationem uerborū, ut patet in sacramento baptismi cum dicitur: Ego te baptizo &c. simul cum prolatione uerborum intingit baptizandum, nec aliter uerba prolata haberent uirtutem. Hæc autem prolatio uerborum uirtutem habet sine operatione aliqua ministri. Ratio autem est quadruplex. Prima est, quia consecratio materiæ cōsistit in quadam miraculosa conuersione substan-

Solutio

riæ quæ à solo Deo perfici potest. Hæc B. Thom. 3. parte sum. q. 78. art. 1. in cor. q. in medio. Secunda ratio est, quia in hoc sacramento non exercetur aliquod ministerium hominis præter prolationē verborum, ut dictum est sæpe. Tertia rō est, quia in ministerio hominis nō acquiritur aliquid ipsi sacramento, idest corpori Christi. Quarta ratio est, quia tanta est excellentia huius sacramenti, quod excedit quicquid hominis est etiam intellectum ipsum, & ideò non debuit hic aliquid apponi quod ministri operationem exprimeret sicut in alijs sacramentis. Hæc Alexand.

CAP XXXIIII.

34 **A**D maiorem tamen euidentiā prædictorum circa formam illam cōsecrationis quattuor sunt notāda. scilicet veritas sermonis, entitas vigoris, instabilitas ualoris, sublimitas actoris. Primò cōsideranda est veritas sermonis. Nā in hoc sacramento est mutatio quæ est cōuersio panis in corpus Christi differt ab omnib. alijs mutationibus, eò q̄ in alijs mutationib. est aliquod subiectum cōmune utriq; termino. In hac autem mutarione est accipere duos terminos cōuersionis. scilicet terminū à quo, & terminum ad quē sine subiecto communi. Et ideò omnes propositiones vel locutiones quæ exprimunt, & important ordinem termini ad terminum sine unitate subiecti sunt concedendæ, quæ autem importāt unitatem subiecti sunt negandæ: Ita q̄ quædā propositiones sunt concedendæ, & quædam negandæ, quædam exponendæ, quædam distinguendæ. Primò dico, q̄ quædam locutiones sunt veræ, & sic concedendæ, sicut ista Panis conuertitur in corpus Christi, eò q̄ hic importatur tātūm ordo vnius termini ad alium, sicut panis ad corpus Christi sine unitate subiecti. Secundò quædam propositiones sunt falsæ, & ideò negandæ, sicut ista Panis fit corpus Christi, eò q̄ hic importatur unitas subiecti: vnde non est idē dicere: Panis cōuertitur in corpus Christi, & panis fit corpus Christi, ut patet, quia in prima nō importatur unitas subiecti,

sed ordo termini ad terminum solūm, in secunda uerò sic. Terriò quædam propositiones sunt exponendæ, sicut propositio Ambrosij in lib. de sacramentis dicentis sic: Quod erat panis ante consecrationē, iam est corpus Christi post consecrationem, uel hoc quod est corpus Christi post consecrationem, fuit panis ante consecrationem, ut in talibus propositionibus, & similibus importatur unitas specierū, & ordo termini ad terminum sine unitate subiecti, & dicatur sic: Quod erat panis est corpus Christi, idest, quod est sub specie panis, primò fuit panis, & postea corpus Christi. Quartò quædam sunt propositiones distinguendæ sicut ista: Ex pane fit corpus Christi: si enim ista præpositio ex, denotet subiectum, & quasi causam materiale sic est falsa: si denotet ordinem, ut cum dico ex mane fit meridies in qua notatur ordo terminorum sine unitate subiecti, sic est uera. Sed hæc propositio de, ut cum dico: De pane fit corpus Christi est minus propria, quia hæc præpositio de denotat consubstantialitatem, ut Ambro. tangit sicut cum dico cultellus fit de ferro, tamen quandoq; ponitur de pro ex, & sic potest cōcedi hæc propositio De pane fit corpus Christi, sicut hoc: Ex pane fit corpus Christi. Vel aliter dici potest, scilicet, q̄ ista præpositio de quandoque importat ordinem in essendo, & sic est falsa, quia significaret, q̄ panis haberet ordinem ad corpus Christi in essendo quod falsum est, quia panis non est materia corporis Christi, uel potest importare ordinem in fieri quod præcessit factū esse, & sic sicut conceditur hæc: De pane fit corpus Christi, ita potest concedi hæc: Ex pane factum est corpus Christi. Hæc Bea. Thom. 4. scrip. sent. distin. 11. de conuersione panis in corpus Christi, artic. 4. per omnes quattuor quæstiones, & in cor. q. in solut. argum. Et tertia parte sum. q. 78. articu. quarto per totum: unde Chrysost. in sermone de passione exponens illud Marci 14. Sumite & comedite hoc est corpus meū: sic ait: Et nunc etiam ille præstō est Christus qui illam ornauit mēsam, ipse ipsam quoque consecrat. non enim homo est q̄ proposita corpus Christi facit, & sanguinem, sed ille qui crucifixus pro nobis est Christus: sacerdotis ore uerba pro

Quæ sunt cōsideranda in cōsecratione.

proferuntur, & Dei uirtute consecrantur, & gratia. Hoc uerbo quod dicitur: Hoc est corpus meum proposita consecratur: sicut illa uox quę dicit: Crescite & multiplicamini replete terram, semel quidem dicta est, sed omni tempore sentit effectum ad generationem operante natura, ita et uox ista semel quidem dicta est, sed per omnes mentes ecclesię usque ad hodiernum diem, & usque ad eius aduentum prestat sacrificio firmitatem. Hęc Chrysost. ubi supra. Req. infra in capitulis sex.

CAP. XXXV.

Secundo consideranda est entitas uigoris. Nam quidam dixerunt, quod nulla uirtus creata est data uerbis consecrationis per quam uerba operantur: sed ex diuina institutione hoc firmatum est, ut istis uerbis prolatis a sacerdote super panem cum intentione conficiendi panis transsubstantietur: unde ad prolationem huius uerbi uerbum increatum facit illa: illa ergo ordinatio, uerbi infallibilis ad talem effectum uirtus dicitur quę non est qualitas data uerbis: nec aliquid de nouo creatum, sed sola ordinatio Dei: unde non aliter fieret, nisi quia Deus ordinauit. Sed quod ista opinio sit falsa tripliciter probatur: primo auctoritate Ambrosii in libro de sacramentis sic dicentis: Vbi sacramentum conficitur iam non suis sermonibus utitur sacerdos, sed sermonibus Christi: & subdit: Sermo domini creaturas immutat, & sic ex pauca fit corpus Christi consecratione celestis uerbi. Ibidem Ambrosius. Si tantum ualuit sermo Helie ut ignem de celo deponeret, nonne ualebit Christi sermo ut species elementorum mutet? Nulla ergo esset comparatio sermonis Helie ad sermonem Christi, si sermo Christi intelligeretur uerbum æternum, ergo intelligitur de creato. Secundo hoc idem probatur sic: Sacerdos non operatur ad transsubstantiationem nisi proferendo uerbum: si ergo uirtus non inesset uerbis ad transsubstantiandum, tunc sacerdos non haberet aliquam potestatem spirituales conficiendi, & sic non haberet ordinem qui est quedam potestas spiritualis ad hoc. Conficiendi principaliter ordinata. Tertio hoc idem probatur, quia hoc opinio dignitati sacramen-

torum nouę legis derogat, & dictis sanctorum obuiare uidetur qui dicunt, quod sacramentis nouę legis, & precipue huic sacramento est aliqua uirtus spiritualis collata, & ideo dicendum est & tenendum pro ueritate, quod uirtus spiritualis diuinitus infunditur, & imprimitur uerbis sacramenti tanquam instrumento a principali agente, ita quod conuersio panis in corpus Christi fit uirtute increata & uirtute creata: uirtute quidem increata. scilicet spiritus sancti tanquam principalis agentis: & uirtute creata. scilicet uerbi consecrationis tanquam uirtute agentis instrumentalis.

Quod autem dicit Damascenus quod sola uirtute spiritus sancti fit conuersio panis in corpus Christi: sed uirtus spiritus sancti est uirtus increata, ergo ut uidetur nulla uirtus creata idem, uerbis per quę fiat transsubstantio. Respondeo & dico, quod dictio exclusiua. scilicet solus adiuncta principali agente non excludit agens instrumentale, ut patet per exemplum. Non sequitur. n. solus faber facit cultellum, ergo martellus nihil ad hoc operatur: uirtus. n. instrumenti non est nisi quedam redundantia principalis agentis: unde per hoc quod Damascenus dicit, quod sola uirtute spiritus sancti fit hæc conuersio non excluditur uirtus instrumentalis quę est in uerbis. Hęc B. Thomas. 4. ser. sent. dist. 8. de forma consecrationis, art. 3. q. j. in cor. q. & in sol. i. arg. per totum: Sed forte quæres hic tria: Primum est de efficacia istius uirtutis. scilicet quid facit uirtus, quę est in uerbis; si. n. uirtus diuina collata uerbis est causa effectiua istius transsubstantiationis, cum causa efficiens sit nobilior suo effectui, sequitur, quod illa uirtus sit nobilior corpore Christi, quod nullus ponit. Respondeo & dico, quod illa uirtus sacramentalis, quę est in uerbis non attingit terminum ad quę. scilicet corpus Christi, sed solum terminum a quo. scilicet substantiam panis unde uirtus illa spiritualis collata uerbis non efficit corpus Christi, non. n. facit quod corpus Christi sit corpus Christi, nec efficit aliquid in corpore Christi, nec circa corpus Christi, neque quod accidentia sint ibi sine subiecto, sed solum operationem habet supra substantiam panis. id est de fitione panis, quia uerbum accedit ad elementum, & fit sacramentum secundum Augustinum unde illa uirtus collata uerbis efficaciam ha-

Reijcit
opinio-
nem falsam
de uirtu-
te con-
secra-
tionis.

Quæsi-
tum de
uirtute
verborum

bet circa elementum, idest panem conuertendum in corpus Christi quod de uirgine traxit, ibidem in sol. 5. arg. per totū. Et Pet. de Thar. 4. scr. sent. dist. 7. circa tertium problema q. 3. in cor. q. Idem dicit Alex. in 4. scr. sent. Et probatur per exemplum in natura, quia sicut uirtus naturæ quæ est instrumentum dei in organizatione corporis ad infusionem animæ, nō est causa animæ, dicitur tamen esse causa generationis hominis, ita uerbum ex uirtute sibi diuinitus data potest dici esse causa transubstantiationis ibidem.

Secundo argues de influentia istius uirtutis collatæ uerbis scilicet q. talis uirtus non uidetur posse operari ad dictam conuersionem sic: Virtus creata non uidetur posse in aliquid quod est supra omnem naturam: sed uirtus quæ est in uerbis est creata, ergo &c. Respondeo & dico, q. nulla creatura p. propria uirtute & quasi principale agens potest agere ea quæ sunt supra naturam: sed ut agens instrumentale a uirtute increata motum sic: Ratio autem quare uirtus creata sine uirtute increata aliquid non potest operari est ista, quia sicut nulla creatura habet esse per se, ita nec uirtutem operandi: unde sicut nulla creatura etiam ad momentum peristeret nisi uirtute diuina sustentaretur: sic nulla uirtute eius sibi data p. duceret aliquid in esse nisi diuina uirtus cooperetur. Ratio autem quare uirtus creata ut est instrumentum a diuina uirtute motum & adiutum potest supra naturam est, quia sicut creaturæ inest potentia obedientiæ ut in ea fiat quicquid creator disposuerit ut fiat, quod est ratio instrumenti, ubi supra immediate in sol. 4. arg. & Alex. in 4. sent.

Tertio quæres quæ uirtus est principalis in illa conuersione, an uirtus increata scilicet Dei, an uirtus creata scilicet uerbi Respondeo & dico, q. cum uirtus creata collata diuinitus uerbis ad transubstantiationem panis sit a uirtute increata cooperante, primo & principaliter ista conuersio est attribuenda uirtuti increatæ tanquam causæ primariæ, & influenti prius & existenti infinitæ uirtutis. Vbi nota, q. uirtus quæ aliquid operatur est triplex. Vna est supnaturalis & increata scilicet uirtus diuina, & talis in opera-

tione sua nō requirit subiectum de quo agat, neq. in quo; sed solū, in quoad. Secunda est uirtus naturalis, & creata & per cōsequens finita & mota, & talis in operatione sua requirit subiectum de quo & in quo agat. Tertia uirtus est mirabilis, & creata, sicut uirtus quæ est in uerbis q. existens quasi media inter istas duas uirtutes requirit subiectum de quo. i. substā. tiam panis & nō in quo, quia uirtus quæ est in his uerbis neq. corpus Christi facit neq. aliquid circa corpus Christi: hoc Alexand.

CAP. XXXVI.



Tertio consideranda est instabilitas ualoris, uel uirtutis: Nā ista uirtus spiritalis collata diuinitus ipsius uerbis istius sacramenti & oīum aliorū nō heret esse p. manens, & completū, sicut uirtus principalis agentis, sed habet esse in ipsis uerbis non completē neq. permanens, sed ut fluens, sicut uirtus quæ est in instrumento. Cuius ratio est, quia hæc uerba, & omnium aliorum sacramentorum istam uirtutem habēt in motu quodam: motus autē in quantum talis, dicit quid in completum. i. medium quid inter potentia, & actū, ut dī in 3. Ethic. uerbi grā: Qñ instrumenta mouentur a principali agente non quidem aliquid absolutum quod permaneat in instrumento cessante motu, nam cessante motu principalis agentis, cessabit influxus talis uirtutis a principali agente: unde quia id, q. influitur instrumento a principali agente non est in instrumento nisi quamdiu mouetur, ideō dicitur esse in instrumēto non secundum esse completum & manens, sed secundum esse incompletum, & fluens: quod quidem esse incompletum: B. Th. & alij doctores uocant esse intentionale, sicut similitudines celorum in aere sunt ibi nō ut forma absoluta, & completa, sed in ordine ad aliud. Sicut dicimus, q. cœlis influitur & imprimitur aliqua uirtus ab intelligētia mouēte cœlos, & mēbris imprimi aliqua uirtus ab aīa mouēte membra. Sic ipsis uerbis imprimitur aliqua uirtus principalis a Deo tamquam instru-

Exemplū
natura-
liū, & su-
pernatu-
ralium.

Virtus
creata si-
ne uirtu-
te Dei
nihil o-
perat.

mento moto a principali agente. Hæc B. Tho. 4. scrip. sentent. dist. 1. art. 4. q. 2. in cor. q. & ibid. dist. 8. de forma huius sacramenti: articu. 3. in cor. q. Et idem dicunt Ambaldus Romanus, & Pet. de Tharan. ibidem. Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum propter solutiones arg. nota hic sex. Primum est, qd uirtus conuersiua quæ est in uerbis cum sit sacramentalis sequitur significationem, in quantum illa uirtus efficit, quod signat. Significatio autem existentis conuersionis cum importat ordinem unius ad alterum nõ potest fieri per dictionem: sed oportet, qd per orationem fiat, cuius partes quamuis successiue proferantur, tamen significatio est tota simul, quam complet ultima orationis particula ad modum differentie ultime in diffinitionibus. Hæc Beat. Thom. ubi supra dist. 8. in solut. 6. argu. Secundum est, quod existente significatione prædicta, fit transsubstantiatio in ultimo instanti prolationis uerborum, ibidem in sol. 6. arg. in fine. Tertium est, qd illa uirtus conuersiua quæ est in uerbis a Deo datur toti orationi hoc modo: qd ultimæ parti, uel ultimæ dictioni orationis datur, ut complementum, aliis autem partibus orationis datur, ut materialiter disponentibus ad complementum, ita qd singulæ partes orationis se habent ad uirtutem illam materialiter tantum, ultima uero pars seu dictio se habet formaliter. Quod patet per exemplum de numeris: nam senarius numerus non est bis tria nec quattuor, & duo: sed sexies unum, ita quod ultima unitas se habet formaliter ad senarium, sic est in prædictis partibus orationis, ibid. in sol. 7. argu. Quartum est, quod ultima pars uel dictio orationis operatur ad dictam conuersionem in uirtute uerborum seu dictionum præcedentium, sicut ultima gutta cauat in uirtute præcedentium guttarum, ibid. Pet. de Thar. in solut. 4. arg. Quintum est, quod uirtus illa conuersiua quæ est in uerbis non fit neque seruat nisi dictis uerbis, ut in instrumento actore utente: unde sicut species coloris, ut uisibilis non manet in aere nisi luce illuminante, sic nec uirtus conuersiua est in uerbis sacramenti nisi Deo influente, ibidem Pet.

Sextum est, quod oẽ illud quod est pro

pter aliud definit esse perfectio hoc ad quod erat: unde quia illa uirtus conuersiua non ordinatur ad perfectionem eius cui datur: sed magis ad faciendum conuersionem, sicut uirtus instrumentalis non ordinatur ad perfectionem utentis, sed operis: ideo statim conuersione facta in ultimo instanti prolationis uerborum, & uerba, & uirtus uerborum esse definiunt sicut uirtus quæ est in instrumento esse definit completo illo propter quod mouebatur. Hæc Beat. Thom. ubi supra in solut. 8. argument. per totum.

C A P. XXXVII.

QUARTO considerata est subtilitas actoris. Nam quando opus aliquod perficitur pluribus instrumentis, uirtus instrumentalis non est completè in uno: sed incompletè in utroque sicut manu, & penna scribitur. Et similiter contingit in proposito, quia uirtus instrumentalis ad faciendam conuersionem panis, & uini in corpus, & sanguinem Christi, non est tantum in uerbo, nec tantum in sacerdote, sed in utroque incompletè, quia neque sacerdos sine uerbo, neque uerbum sine sacerdote conficere potest. Hæc B. Tho. 4. scr. sent. dist. 8. de forma huius sacramenti, artic. 3. in solut. 9. argu. Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum nota hic quinque. Primum est, quod ad perficiendum hoc sacramentum de necessitate quattuor requiruntur, ut dicit Hugo de sancto Victor, scilicet ordo, materia, forma uerborum, & intentio. Ordo, scilicet ut sit sacerdos: nam uerba huius sacramenti habent uirtutem operantem in conuersione panis in corpus Christi, non tamen in se, & absolutè, sed per relationem ad ipsam sacerdotem: quod patet, quia non est data uirtus uerbis a quocunque prolatis: sed prolatis ab eo qui ordinatus est, ad proferenda ipsa uerba: secundò requiritur materia debita. scilicet panis, & uinum: si enim sacerdos proferret illa uerba super materia alia a domino non instituta nõ conficeret: tertio requiritur uerborum forma congrua: si enim uerba non proferret nõ consecraret. Similiter si aliquid diminueret de his quæ sunt de essentia, &

37.

Quattuor ad consecratione necessaria

Exemplum
de numeris.

integritate uerborū non consecraret. Si vero aliquid diminueret nō intentione corrupta, sed ex simplicitate proferentis, vel ex defectu naturæ, uel linguæ dicens: Hoc ē corpus meū. s. subtracta s littera, credo sine præiudicio, q̄ consecraret. Si vero aliquid adderet intēione puritatis, & innocentia dicēs, hoc est corpus meū sanctū, uel aliquid huiusmodi, dū tamen seruaret intellectū formæ a domino traditæ ēt credo sine præiudicio, q̄ cōsecraret: quartò requiritur intētio, oportet. n. q̄ intentione consecrandi proferat ipsa uerba super materia a domino instituta. Hæc Alex. in 4. Secundum est, q̄ uirtus instrumentalis simpliciter, & absolutē maior, & nobilior, uel dignior ē in sacerdote quā in uerbis, quod patet triplici rōne. Prima ē, q̄ sacerdos est similior principali agenti. s. Deo, quā uerbum. Scda rō est, quia uirtus quæ est in sacerdote est pmanentior. Nam uirtus sacerdotis pmanet, uirtus autem uerbi transit. Tertia rō est, quia uirtus sacerdotis est generalior, eo, quod ad multos huiusmodi effectus se habet potest enim sacerdos pluries cōficere: uirtus autem uerbi ad semel tantū est. Sed s̄m quid potior est uirtus uerbi quā sacerdotis, inquantum ad effectū est propinquior quasi signum ipsis, ita quod uno modo uirtus sacerdotis est potior, uel nobilior quā uirtus, uerbi: alio uero modo est ē conuerso: quod p̄batur per tria exempla: Primum est de manu, & penna scribente. Nam penna est scripturæ propinquior, sed manus est scribēti propinquior. Sic a simili sacerdos est, principali agenti propinquior, scilicet Deo & similior: uirtus autem uerbi est, consecrationi propinquior. Hæc Beat. Thom. 4. scrip. sentent. ubi supra immediatē, art. 3. in solut. 9. argument. in fine. Secundum exemplum est de iudice, & ministro: nam iudex operatur ad suspendium, & minister similiter. Si ergo quæritur quis istorum magis operatur ad suspendium furis? Respō. & dico, quod ex parte auctoritatis iudex magis operatur, quia suspendium furis eius auctoritate efficitur: ex parte uero operis uel executionis magis operat̄ minister, quia ipse auctoritatis actū exercet. Sic est in pposito, quia ex parte auctoritatis sacerdos

dicatur magis facere ad conuersionem, eo q̄ eius auctoritate efficit̄, ex parte uero propinquitatis uirtutis uerbū magis dicitur operari, inquantū influentia uirtutis uerbi proximior est effectui. s. ipsi consecrationi. Tertiū exēplum est, de sole, & de homine respectu generationis hominis, quia dicimus, quod hō generat hominē, & sol, ita quod ad istū effectū. s. generationis hominis cōcurrunt duo. s. hō & sol diuersimode tñ. Nā sol cōcurrat ut disponens qualitates elemētares ad uiuas, & passiuas, & proportionās uirtutes gignentiu. s. maris, & femine: homo autē operatur, ut propinquum producēs fctū in esse per influentiam uirtutis agentis, & naturam materiæ recipiētis. Similiter est in pposito, quia uirtus siue potestas ordinis sacerdotalis cū intentione ordinat uirtutem uerborum, expedit in effectum cōuersionis. Virtus enim uerbi est, efficiens per modum influentis propinqui, ita quod uirtus ordinis dicit̄ magis operari ad cōuersionē, quia principalius ordinat, & dirigit uerba in finē cōuersionis, & secundum hoc sacerdos, ut prima causa plus est influens: uirtus autē uerbi plus influit quā uirtus sacerdotis, quia propinquius est influens, siue quia p̄pinquius ad conuersionem operatur. Hæc Alex. in 4. Tertium est, quod isti actus. s. creationis, & trāsubstantiationis, conuersionis peccatoris, cōceptionis saluatoris, sunt maioris, & minoris uirtutis indicatiui, uel ostensiu, quod patet discurrendo per omnes: primo. n. ex parte termini a quo creatio est actus maioris uirtutis quā sit trāsubstantiatio: quod p̄bo duplici rōne. Prima est propter maiorem distantiam sic: Vbi est maior distantia, ibi requiritur maior uirtus si debeat unū ex alio fieri: sed inter ens, & non ens (respectu cuius est creatio) est summa distantia; non sic est inter ens, & ens, putā inter panem, & corpus Christi, ergo &c. Secunda ratio est propter maiorem influentiā, & minorem indigentiam sic: Illa uirtus quæ sibi sola sufficit, & quæ nullo alio indiget est maior quā illa quæ indiget aliis: sed illa uirtus quæ nullam materiam præsupponit (ut creatio) non indiget aliquo, trāsubstantiatio autem præsupponit aliud, scilicet, substantiam panis:

Differē
tia inter
uerba &
sacerdo
tem.

Cōfert
quatuor
Dei opa
mirabi
lia iter
se.

uissergo &c. secundò ex parte termini ad quem transubstantiatio est maior quam sit creatio, quia sit quod erat. Secundo cōuersio peccatoris est maioris uirtutis q̄ transubstantiatio, eo quod conuersio peccatoris est mutatio in non ens actu prius existens, transubstantiatio autem est trās mutatio alicuius in aliquid aliud actu prius existens scilicet panis in corpus Christi. Tertio conceptio uel incarnatio saluatoris est ostensua maioris uirtutis quam transubstantiatio scilicet ex parte distantiae terminorum, quia transubstantiatio est unio finitè distantium scilicet panis, & corporis Christi. Incarnatio autē est unio infinitè distantium: unde ex parte eius ad quod est mutatio, conceptio uel incarnatio Christi in difficultate omnes mutationes præcellit, eo quod ibi est unio diuinæ naturæ, & humanæ: unde ipsa est miraculum omnium miraculorū, ut dicit. b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 11. art. 3. q. 3. in cor. q. in fine, & Alex. in 4. Quartū est, quòd cōceptio Christi secundum carnem ex beata uirgine attribuitur spiritui sancto: conuersio autem panis in corpus Christi attribuitur uerbo. Ratio autē quare conceptio secundum carnem ex uirgine attribuitur spiritui sancto est, quia in illa conceptione fuit abundantia gratiæ, & quasi initium, propter quod spiritui sancto cui attribuitur gratia attribuitur opus conceptionis. Opus autem conuersionis, & transubstantiationis panis in corpus Christi attribuitur uerbo, quia sacramenta ad Christum (qui uerbum est in carnatum) propriè referuntur. Hæc Alex. in 4. Quintum est, quod in conuersione panis in corpus Christi sunt mirabilia: sed in conceptione Christi secundum carnem sunt plura, & maiora, quod sic patet.

Nam in transubstantiatione inter alia sunt quattuor mirabilia, primum est transmutatio, uel conuersio totius substantiæ panis in corpus Christi: secundū est transmutatio sine materia, uel subiecto communi: tertium est transmutatio subita, uel instantanea: quartum est conseruatio accidentium sine subiecto. In cōceptione, uel incarnatione Christi fuerūt etiam inter alia quattuor maiora miracula contra communem cursum naturæ. Primum fuit subita productio in es-

se completo, Christus enim in instanti cōceptionis suæ fuit homo completus seu perfectus in corpore, & anima, quod nunquam fuit nec erit in conceptione naturali, & communi qua non concipitur actu homo, sed in potentia. Secundū mirabile fuit, quia concipiens, & pariens mām sit uera, & integra uirgo, eo quod ipsa habuit uirtutem concipiendi, & pariendi sine parte, quæ fuit data uirgini uirtute spiritus sancti: secundum autem communē cursum concipiens non manet uirgo, sed corrupta. Tertium mirabile fuit, quia mater est posterior prole, ut dicat uirgo illud Eccl. 24. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo: secundum autem cōmunem cursum mater non est posterior, sed prole prior. Quartum mirabile fuit, quia proles non fuit eiusdem naturæ cum matre, sicut in communi cursu naturæ contingit, sed alterius naturæ quia diuinæ naturæ. Nam in illa conceptione fuit productio Christi in esse secundum carnē cui erat unita ipsa diuinitas in unitate personæ: propter quod dicit b. Tho. in quæst. disp. de potentia Dei. q. 8. art. in sol. ultim. arg. quod incarnatio uerbi Dei est miraculum miraculorum secundum sanctos: unde maius est omnibus miraculis, & ad illud miraculum omnia miracula ordinantur, uel reducuntur, & omnia alia miracula fiunt, ut ipsum credatur.

CAP. XXXVIII.

Secundo principaliter circa sacramentum eucharistiæ consideranda est transubstantiatio integralis. Nam. n. substantia panis post hostiæ consecrationem relinquitur, non tamen corrumpitur, sed in corpus Christi conuertitur. Primo dico, quod post consecrationem hostiæ substantia panis in hostia consecrata non relinquitur neq. manet, ut quidam hæretici dicunt, unde Ambr. in lib. de sacramentis sic dicit, Licet figura panis, & uini uideatur, tamen nihil aliud quam caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt. Si. n. post consecrationem hostiæ substantia panis in hostia remaneret, hoc esset, contra ue-

KK nera

Error
hæretico
rū elidi
tur,Conce-
ptio xpi
cur spiri
tuisacto
tribua
tur.Mirabi
lia i xpi
conce
ptione.

nerationem, significationē, iteratā assumptionem, expressionem, perfectionē, & rationē. Primò si substantia panis remaneret in hostia consecrata, hoc esset contra uenerationē, quia illa substantia panis nō posset adorari adoratione latria, uel esset occasio idolatriæ, quia quādoq. adoratur indistincte cū domino. Secundò si substantia panis post consecrationem hostiæ remaneret esset cōtra significationē: & hoc duob. modis; primo: quia significaretur, & daretur intelligi, q̄ substantia panis, qui est cib. non esset tantum spiritalis, sed ēt carnalis, & non esset solum cib. animæ, sed etiam corporis, & q̄ non solū isto cibo fieret vnio mentalis, sed corporalis, quæ omnia sunt falsa: secundo, quia si substantia panis remaneret significaret, & daretur intelligi, q̄ species panis, quæ modò immediate deducit ad comprehendendum, & credendum, & uenerandum Deum deduceret prius ad comprehensionem, uel cognitionē panis. Tertiò si substantia panis post consecrationem hostiæ in hostia remaneret esse contra summationis iterationem, quia post corporalem cibum non licet sumere corpus Christi, cū tamen post unam hostiam consecratā liceat assumere aliā, quod patet, videmus. n. q̄ in die natalis, qui celebrat vnā Missā potest postea aliam celebrare: quod non posset si postquam semel sumplisset nō esset ieiunus. Quarto si substantia panis post consecrationē hostiæ remaneret esset cōtra uerborū expressionē, quia sicut verē dicitur hoc est corpus Christi facta consecratione, etiā uerē diceretur hic est panis materialis, quod est falsum, & hæreticū. Quinto esset contra hominis perfectionem. Si. n. substantia panis post cōsecrationē hostiæ in hostia remaneret, tūc possemus probare rationib. naturalib. q̄ accidentia non possunt ibi esse sine subiecto quod fidei meritum diminuit. Sexto q̄ si substantia panis post consecrationē hostiæ remaneret esset contra rationem, quia si substantia panis remaneret non esset ibi corpus Christi, q̄ sic probo: Si. n. corpus Christi post consecrationem est sub his accidentib. ubi prius nō erat, hoc est aut mutatione sui aut mutatione alterius: sicut uerbi gratia. In domo aliqua incipit esse ignis de nouo, aut quia illic

defertur, aut quia ibi de nouo generatur: manifestum est autem, q̄ corpus Christi non incipit de nouo esse in hoc sacramento mutatione sui propter duas rationes, Prima est, quia sequeretur, quod corpus Christi desideret esse in cēlo. Cuius ratio est, quia quod localiter mouetur non peruenit de nouo ad aliquē locum nisi deferat priorem. Secūda ratio est, quia sequeretur, q̄ oppositis motib. simul, & semel ad loca opposita moueretur cum in locis oppositis celebratur, quod est impossibile. Et ideo relinquitur q̄ nō possit aliter corpus Christi incipere esse de nouo in hoc sacramento nisi per conuersionem panis in ipsum: sed quod conuertitur in aliud, facta conuersione non manet, unde hæc positio tanquā hæretica est vitanda, ergo &c. Hæc b. Th. 4. scrip. sent. dist. 11. art. 1. in cor. q. Secūdo principaliter dico, quod substantia panis post consecrationē hostiæ non corrumpitur, uel annihilatur, q̄ ostendo quattuor rationib. scilicet ex parte principij, termini, commodi, contenti. Prima ratio est ex parte principij a quo fit transmutatio, uel conuersio panis in corpus Christi, quia fit uirtute diuina: sed uirtus diuina non est causa deficiendi: unde August. in lib. 833. q. sic dicit: Ille ad quem non esse non pertinet non est causa tendendi ad non esse: sed Deus est huiusmodi: unde conuersio prædicta uirtute diuina fiat, ergo &c. Secunda ratio est ex parte termini ad quem est transmutatio, sic illud quod in melius transmutatur non annihilatur: sed panis in melius conuertitur, uel trāsubstantiatur. scilicet in corpus Christi. Nam corpus Christi ex parte matris, unionis, finis, est præciosissimum inter omnia. Primò. n. ex parte matris nō potuit aliquo modo melius fieri, quia de uirgine illud corpus Christi accepit. Secūdo de parte unionis non potuit esse melius nec meliori uniri, quia unitū est diuinitati. Tertiò ex parte finis non potuit esse melius, eò q̄ corpus Christi ad nostrā redemptionem est ordinatum, & propter nostram salutē in ara crucis est passum. Hæc Alexander in prim. sen. Tertia ratio ad idem probandum est ex parte boni propter quod fit transmutatio. Nam hoc sacramentum ad utilitatē hominis ordinatur, ut patet supra de quattuor effectibus

Panis substantia non annihilatur sed trāsubstantiatur.

differūt
inter se-
transub-
stantiatio
& anni-
hilatio

bus huius sacramenti: sed nulla proueniret homini utilitas si panis annihilaretur, & non conuerteretur in corpus Christi, ergo &c. Quarta ratio ad idem probandum est ex parte contenti. Cum enim res contenta in hoc sacramento sit corpus Christi, nunquam inciperet corpus Christi esse in hoc sacramento si substantia panis annihilaretur, & non conuerteretur. Hæc Petrus de Tha. 4. scripto sen. dist. 11. art. 2. in cor. q. & in arg. contra. Sed forte argues in oppositum, scilicet quod panis post conuersionem est annihilatur sic: Illud q. neq. in se neq. alicubi manet uidetur esse annihilatum, sed panis post consecrationem neq. in se neq. sub accidentibus manet, ergo uidetur esse annihilatus. Respondeo, & dico, quod licet substantia panis, uel uini facta consecratione neq. in suo esse neq. sub speciebus uel accidentibus sacramenti neq. alicubi maneat, non tamen sequitur quod sit annihilata, eo quod est conuersa in corpus Christi. Sic ut uerbi gratia: Non. n. sequitur si aer ex quo generatus est ignis non sit ibi, uel alicubi quod sit annihilatus quod bene sequeretur si ignis non esset generatus ex aere, & si panis non esset conuersus in corpus Christi. Hæc b. Tho. 3. parte sum. q. 75. art. 2. in sol. 1. arg. Tertiò principali ter dico, q. tota substantia panis conuertitur in corpus Christi, quod dupliciter probo. scilicet auctoritate, & ratione. Primo auctoritate Damas. qui sic dicit: Fecit Christus panem, & uinum corpus, & sanguinem suum: non quoniam ipsum corpus Christi de cælo descendit, sed quoniam panis, & uinum transit in corpus & sanguinem Christi: quam auctoritatem b. Tho. allegat. 4. scrip. sen. dist. 11. arti. 3. in arg. contra. Secundo probo hoc idem auctoritate Eusebij. Nam Eusebius emisenus sic dicit: Nouum tibi, & impossibile esse non debet quod in Christi substantia terrena & materialia conuertuntur. Hanc auctoritatem allegat. b. Thom. in 3. parte sum. q. 75. art. 4. in arg. contra. Tertiò probo hoc idem ratione sic: Quod enim in se non manet nec annihilatur, oportet quod in aliud conuertatur, sed panis facta consecratione nec in se nec alicubi manet: ut patet supra, nec annihilatur, ergo in aliud conuertitur, non autem in aliud præter

quod uerba, exprimunt, ergo in corpus Christi. Hanc rationem ponit b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 11. in arg. contra. Quarto probo hoc idem alia ratione sic. Agens infinitæ uirtutis non solum potest conficere conuersionem formalem scilicet ut diuersæ formæ sibi in eodem subiecto succedant, quia hoc uirtus naturalis agentis, & limitati potest perficere: sed etiam se extendit ad totam naturam entis, unde totum ens in aliud potest conuertere scilicet ut tota substantia panis in substantiam corporis Christi conuertatur: sed Deus est infinitæ uirtutis, ergo in hoc sacramento uirtute diuina agitur ut tota substantia panis in corpus Christi conuertatur. Hanc rationem b. Tho. ponit in 3. parte sum. q. 75. ar. 4. in cor. q. unde Aug. in li. de ecclesiasticis dogmatibus sic dicit: Hoc sacramentum non meritò consecrantis, sed in uerbo, efficitur creatoris: nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur.

Virtus
superna-
turalis
agentis.

CAP. XXV.

AD maiorem tamen euentiam capituli præcedentis nota hic quatuor, scilicet quid in hoc sacramento conuertatur, quando conuertitur, in quod conuertatur, qualiter conuertatur: Nam hic est conuersio, uel transubstantiatio substantiæ in substantiam, & non accidentium scilicet dimensionis, coloris, saporis, formæ, & ponderis.

Ratio huius est, quia si hæc transmutatio, uel conuersio esset naturalis tunc ad mutationem substantiæ benè sequeretur transmutatio accidentium, sed quia hæc transmutatio est supernaturalis, ideo transmutatis substantijs accidentia non mutantur. Hæc Alexander. in. 4. sen. Secundo quando panis conuertitur.

Nam hæc conuersio non est successiua, sed subita, & momentanea. Quod probo ratione, & sufficienti diuisione. Primo naturali ratione sic: Mutatio aliqua est instantanea triplici ratione. Prima est quia forma substantialis non recipit magis, & minus, & ideo subito introduci-

tur: quod non contingit de sanitate, eò q̄ ipsa recipit magis, & minus. Secunda ratio est, quia subiectum est in vltima dispositione ad formam, sicut diaphanum subito illuminatur a Sole. Tertia ratio est, q̄a agēs est infinitæ virtutis, & ī o statim p̄t materiam aut formam disponere: sicut dicitur Marc. 7. q̄ cū Christus dixisset effera quod est adaperire, statim apertæ sunt aures eius, & solum est vinculū linguæ eius. His trib. rationib. hæc conuersio est instantanea. Prima est, quia substantia corporis Christi ad quam ista conuersio terminatur non recipit magis, & minus. Secunda, quia in hac cōuersione nō est aliquod subiectum quod successiuè p̄paretur. Tertia ratio est, quia ista conuersio agitur Dei virtute, quæ est infinita.

Hæc b. Tho. 3. parte summ. q. 75. art. 7. in cor. q. per totum. Secundò probo hoc idē per locū a sufficienti diuisione sic. Quod enim aliqua mutatio successiuā fiat p̄cedit ex tribus scilicet ex defectu principij, medij, subiecti uel termini. Primo ex defectu p̄ principij, ex eo. n. q̄ agens est virtutis limitatæ, & finitæ agit in tempore: & p̄ oppositū uirtus infinita subito operat̄, sed hæc cōuersio fit virtute diuina, q̄ est infinita, ergo fit subito. Secundo mutatio successiuā prouenit ex defectu medij: q̄a in omni mutatione successiuā prius aliqd est in medio quā in termino, sed hoc non est in hac conuersione, eo q̄ in ea non est inuenire aliquod mediū inter substantiā panis, & corpus Christi, & ideo non est hæc successiuā sed subita, & instantanea.

Tertio immutatio successiuā prouenit ex defectu termini remoti. Nam cū materia de se sit indisposita, formam non recipit in instanti, sed mediantibus dispositionibus. Sed talis defectus non est in pane, q̄a panis, & omnis materia uniuersaliter obedit diuinæ virtuti: unde sicut aer subiaceret soli ad recipiendum ab eo formam luminis non existente aliquo interposito, ita tota natura creata subijcitur diuino nutui vt statim fiat oē quod Deus vult, Cuius ratio est, quia cum nulla creatura sit diuinæ dispositioni contraria: ideo ea, quæ per seipsum facit potest cū voluerit facere in instanti. Hæc b. Th. 4. scrip. sen. distin. 11. art. 3. q. 2. in cor. q. & in arg. duob. contra. Tertio probo hoc idem per locum a suffi-

cienti diuisione sic: Si conuersio, vel transubstantiatio panis in corpus Christi est successiuā: aut hoc est, quia panis successiuè abiicitur, aut quia corpus Christi successiuè introducitur: non quia panis successiuè abiicitur: quia non est ponere, & citius vna pars conuertatur quam alia, nec quia corpus Christi successiuè introducitur, quia corpus Christi non potest habere nisi esse integrum, & perfectum.

Sed fortè argues in oppositum, scilicet quod conuersio est successiuā sic. Verbū non potest esse nec proferri in instanti, ergo nec virtus verbi potest operari, & panem conuertere in instanti. Respondeo, & dico, q̄ virtus uerbi non est secundum naturam uerbi nec operatur secundum naturā uerbi: sed est, & operatur secundū uoluntatem, & uirtutem conferentis, nā operatio est a uirtute, sed uirtus diuina qua hæc conuersio agitur, operatur in instanti, ergo conuersio est in instanti.

Hæc Alexand. 4. Tertio nota in quid panis conuertitur. Nam in hoc sacramento panis, & uinum directè, & immediatè in corpus Christi, & sanguinem conuertuntur. Vbi sciendum, q̄ in hoc sacramento sunt aliqua trib. modis, scilicet ex efficacia uerbi: ex concomitantia naturali, ex potentia solius Dei. Primò ex efficacia uerbi sunt in hoc sacramento illa, in quæ hoc duo scilicet panis, & uinum directè, & immediatè, & principaliter conuertuntur, scilicet corpus, & sanguis Christi.

Ratio autem quare panis, & uinum directè, & immediatè in corpus Christi, & sanguinem conuertuntur est triplex. Prima est propter convenientiam, eo q̄ panis, & uinum secundum proprietatem naturæ suæ convenientiam, & similitudinē habent cum carne, & sanguine: quod patet ex eorum naturali conuersione. Secunda ratio est propter figuram. Nam forma uerborum directè figurat, & exprimit corpus, & sanguinem cum dico de pane, hoc est corpus meum: & de uino: hic est sanguis meus. Tertia ratio est propter attinentiam. Nam quod pertinet ad cibum continetur sub specie panis, quod pertinet ad potum continetur sub specie uini. Secundo modo concomitantia naturali sunt in hoc sacramento anima, & diuinitas. Quod ante anima non sit in hoc

Q̄ uer-
bū ope-
tur in in-
stanti.

sacramento ex efficacia verbi probo triplici rōne. Prima, quia anima non assimilatur materiæ huius sacramēti. s. panis & vino sicut faciunt corpus & sanguis. Secūda ratio est, quia anima non exprimitur ex forma verborum sicut caro, & sanguis. Tertia ratio est, quia anima non deputatur nec appropriatur usui cibi, & potus, sicut caro & sanguis. Secundò q̄ anima ex concomitantia naturali sit in hoc sacro probo triplici ratione. Primò ratione cōiunctionis sic: Quæcunq; ab inuicem nō separantur secundum esse, ubicunque est vnum & etiam aliud: sed unum est esse animæ Christi, & corporis sicut materiæ & formæ: ergo est corpus Christi sit in altari erit ibi & anima. Secundò hoc idem probo ratione animationis quæ est propria operatio animæ sic: Corpus Christi non est in hoc sacramento inanimatum: sed corpus sine aīa est inanimatum, ergo Christus non est in hoc sacramento secūdum corpus tm̄, sed etiam secundum animā. Si enim facta fuisset cōuersio panis in corpus Christi in illo triduo quo Xps erat mortuus anima non fuisset sub sacramento: sed q̄a Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, ut dī ad Rom. 6. iō anima Christū super corpore est coniuncta. Tertiò ex concomitantia naturali est in hoc corpore diuinitas. Cuius ratio est, quia diuinitas nunquam dimisit corpus sumptum ab ea: & ideò ubicunque est corpus Christi, necesse est diuinitatē inesse: excellit autem in hoc diuinitas corpus & animam, eò q̄ diuinitas præter sacramentum inest ubique: quod non contingit de anima nec de corpore. Hæc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 10. art. 2. q. 1. in cor. q. per totum, & 3. par. sum. q. 76. art. 1. in cor. q. per totum: unde Richardus in lib. de sacramentis ostendens modum quò hæc, s. caro, sanguis anima, & deitas sint in hoc sacramento sic dicit. Sanguis est ibi ex cōmixture, anima ex coniunctione, deitas ex vnione. Nam sanguis est mixtus carni, anima coniuncta, deitas vnita: Tertio modo in hoc sacramento sunt aliqua ex immensa potentia Dei, scilicet accidētia sine subiecto. Hoc autem multipliciter probo primò auctoritate Greg. qui ī Homel. Paschali dicit, q̄ species sacramentalis sunt illarum rerum uocabula quæ an-

te fuerunt, s. panis & vini: sed substantia panis & vini non manet, ergo hic sunt species, i. accidentia sine subiecto secundo probo hoc idē alia auctoritate. s. Lucæ 1. Non erit impossibile apud Deum oē uerbum, ideo &c. Tertiò probo hoc idem triplici rōne. Prima ratio est talis: Illa quæ differunt per essentias suas pōt Deus sine oī inconuenientia ab inuicē separare, sed substantia, & accidēs differūt per essentias suas, quia alia est essentia, uel natura substantiæ siue subiecti, & alia accidētis, ergo &c. Secunda ratio est talis. Plus pōt Deus facere quā intellectus noster intelligere, ut dicit Basilius in Exametron, sed intellectus noster pōt intelligere accidēs sine subiecto, ut Boetius dicit: ergo &c. Tertia rō talis est: Cū. n. effectus magis depēdeat à prima causā quā a cā secunda, pōt Deus qui est prima causa substantiæ, & accidentis per infinitā suā potentiam, uel uirtute cōseruare accidentia in esse subtracta substantia per quā cōseruabant in esse sicut per cām secundā: quod exēplo probatur. Nā effectus naturalium causarū pōt Deus producere sine naturalib. causis, sicut corpus humanū formauit in utero uirginis sine uirili semine: quartò p̄bo hoc idem per locū a sufficiēti diuisione sic: Nā accidētia huius sacri: primò non sunt in materia, uel forma panis, & vini: eò q̄ talis, s. materia, uel forma panis, & vini post consecrationē non manēt, ut patet sup. secūdo talia accidentia nō sunt in substantia corporis, & sanguinis Xpi. Cuius rō est, quia cū corpus ī hoc sacro sit gloriosum, & impassibile: impossibile est q̄ alteretur ad hmōi qualitates suscipiēdas: tertiò talia accidētia non possunt esse in aere circūstante, ut quidā dixerunt: quod p̄bo triplici rōne. Prima est, quia aer non est hmōi accidentiū susceptiuus: Secūda rō est, quia accidens non trāsit idē numero de subiecto in subiectū, ut s. idē num. accidens sit in aere quod prius erat in pane: accidens. n. numerat numerositate subiecti. Tertia rō est, quia cū aer non spoliētur propriis accidētibus: simul hēret accidentia p̄pria & aliena: qđ est impossibile: & iō relinquitur q̄ accidentia in hoc sacro maneant sine subiecto. Vbi nota, q̄ cum Deus separat accidens a subiecto, nō separat esse ab ente qđ nulla uirtute pōt fieri,

Expo-
nit illd
Pauli vo-
cat ea
quę &c.

eò q̄ implicat contradictionē, quia tunc
esset esse sine esse, sed separat esse per mo-
dū quo est secundū naturā ab ente p̄ mo-
dum, qui est supra naturā: & ideo licet de-
finat esse modus essendi accidentis scđm
naturā propriā: non tamē definit esse mo-
dus essendi, qui est virtute diuina supra
naturā. Hęc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 12.
art. 1. q. 1. duobus arg. contra, & in cor. q.
per totū: vnde Apost. ad Rom. 4. dicit sic:
Vocat ea quę nō sunt sicut ea, quę sunt.
Quod verbū exponitur quattuor modis;
primò secundum Aug. sic: Vocat. i. cogno-
scit ea, quę nō sunt in actu tanquā ea, quę
sunt in actu. Secūdo modo haimo sic ex-
ponit: Non dicit vocat ea, quę nō sunt, ut
sint, tanquā ea quę sunt, quia illa, quę fu-
tura sunt iam apud Deū sunt: nam apud
Deū iam quippe factum est quod eius di-
sp̄sitione, & p̄destinatione futurum est.
Tertio modo August. sic exponit: Vocat
ea, quę non sunt &c. i. sola Dei gratia, &
non per p̄pria opera iustificat, & gratifi-
cat, q̄ ex se talis non erat nec esse mereba-
tur. Non. n. hō qui non erat, p̄meruit, ut
esset, uel vt bonus esset, uel ut B. esset: qđ
tali rōne probatur, quia qui promeruit iā
erat, sed nōdum erat: propter quod dicit
Apostolus: vocat ea, quę non sunt, ergo
non promeruit: vnde quia totū hoc. s. esse
bonum, esse beatum, non ex natura p̄ce-
dit, sed ex electionis gratia, dicat quilibet
gratia Dei sum id, q̄ sum. Quarto modo
exponitur sic: Vocat ea, quę nō sunt &c.
idest vult, & approbat, q̄ accidentia ī hoc sa-
cramento non sint, & sint: nam acciden-
tia in hoc sacro nō sunt in subiecto, & sūt
sine subiecto habētia ordinem ad infini-
tam virtutem causę primę, quę Deus est,
ut patet supra immediatē. Quartò, & vlti-
mò nota qualiter panis conuertitur. Vbi
sciendum, q̄ totus panis cōuertitur in to-
tum corpus Christi indistinctē, ita q̄ vna
pars panis non conuertitur distinctē in
partē corporis distinctē, puta in pedē, ma-
num, caput, faciem, uel huiōi membra di-
stinctē: sed totus panis in totum corpus
indistinctē, & hoc propter multa incōue-
nientia, quę sequerentur si una pars con-
uerteret, & altera remaneret, vt patet su-
pra cap. 2. ubi agit de trāsubstantiatione
integrali: vnde Iob. 4. scribitur in figura.
Stetit quidam cuius non agnosceba vult-

tum imago corā oculis meis. In quo uer-
bo tanguntur quattuor cōditiones corpo-
ris Christi prout est in hostia consecrata.
Nā Christus est immutabilis, ineffabilis,
incomprehensibilis, incognoscibilis. Pri-
mò. n. Deus est immutabilis, ibi, Stetit.
Glo. Deus transit, quia penitus teneri nō
pōt: stat, quia omnino est imutabilis: Ma-
lach. 3. Ego Deus, & non mutuo. Secūdo
est ineffabilis, uel inenarrabilis, ibi, Qui-
dam. In psal. Quis loquetur potentias do-
mini: & Eccl. 43. Quis enarrabis eū? Ter-
tiò est incomprehensibilis, uel inuisibilis
ibi? Cuius. s. Dei non agnoscebam vultū,
quia in uita p̄senti nemo faciem eius
nouit, uel in alia uita comprehendit: Io-
han. 1. Denm nemo vidit unquam. Vel a-
liter: Nemo nouit faciem Christi in ho-
stia consecrata, eò q̄ pars panis non con-
uertitur distinctē in aliquam figuratam
partem corporis Christi: sed totus panis
conuertitur indistinctē in totum corpus
Christi, ut determinat Innocen. Papa ter-
tius: & hoc propter vitanda incōuenien-
tia multa quę sequerentur, sicut patet su-
pra cap. 2.

C A P. XL.

Secundo etiam ad maiorem euidentiā
p̄dictorum nota hic sex. Primum est
q̄ sub speciebus panis est corpus Christi
ex vi sacramenti siue ex efficacia verbi,
cū dicitur. Hoc est corpus meū: sanguis
autem ex concomitantia reali sicut dictū
est supra cap. p̄ced. Sub speciebus verò
vini est sanguis Christi ex efficacia verbi
cū dicitur: Hic est sanguis meus: corpus
autem Christi est ex reali, uel naturali cō-
comitātia, sicut anima, & deitas, eo quòd
nunc sanguis Christi non est ab eius cor-
pore separatus: sicut fuit tempore passio-
nis, & mortis: vnde si tunc fuisset cele-
bratum hoc sacramentum sub speciebus
panis fuisset corpus Christi sine sangui-
ne, & sub speciebus vini sanguis sine cor-
pore, sicut erat in rei ueritate. Hęc Beat.
Thom. 3. parte sum. q. 76. art. 2. in corp. q.
Secundum est, q̄ quamuis totus Christus,
& quo ad carnem, & quo ad sanguinē sit
sub utraq; sp̄e ex efficacia verbi, & ex con-
comitātia naturali, ut patet sup. immedia-
tē,

Cur sub
duplici
sp̄e fiat
cōsacr.
tē,

et, non tamen altera illarum specierum superflua est, & frustra: quod patet triplici ratione. Primo ratione representationis: Nam hæc duplex species. scilicet panis, & uini, ualet ad representandum passionem Christi, in qua seorsum fuit sanguis à corpore Christi separatus: unde in consecratione sanguinis fit mentio de eius effusione. Secundo ratione administrationis, ut scilicet seorsum exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum, & sanguis in potum. Tertio ratione operis: Nam corpus Christi exhibetur pro salute corporis, sanguis uero pro salute animæ, ubi supra immediatè, in solu. 1. argu. Tertium est, quod in sacramento sunt aliqua tribus modis: quædam. n. sunt secundum naturam, quædam supra naturam, sed non supra intellectum, quædam supra naturam, & supra intellectum. Primo. n. sunt secundum naturam quædam accidentia, sicut color, sapor, odor, & huiusmodi sunt naturaliter in magnitudine ut in subiecto, & aptitudo accidentis respectu actus sui, sicut albedinis ad immutandum uisum, & similiter accidentium aliorum. Secundo supra naturam non supra intellectum sunt accidentia sine subiecto: ut magnitudo, uel rotunditas hostiæ sine subiecto uel sine substantia. Hoc autem est supra naturam accidentis non tamen est supra intellectum, quia intellectus intelligit accidentia sine subiecto per abstractionem. Tertio supra naturam, & supra intellectum est Christus in hostia consecrata in tota quantitate sua in quanta est in cælo: nec illa quantitas corporis Christi excedit terminos illius paruulæ quantitatæ hostiæ quæ quidem continentia non est naturalis, sed mirabilis, & super naturalis: unde est supra intellectum, quia intellectus humanus ad hoc non potest attingere. Hæc Alexand. in 4. sent. Quartum est, quod cum corpus Christi sit in hostia consecrata secundum suam totam quantitatem, eodè quod in hostia consecrata est tota substantia corporis Christi à qua non separatur quantitas secundum esse, sed secundum modum essendi sic, & ideo ubi est tota substantia corporis Christi ibi est tota quantitas, non tamè corpus Christi est in hostia consecrata mediantè quantitate: & propter duo inconuenientia quæ sequerentur. Primum est, quia tunc sequeretur: quod corpus Christi esset in loco circumscriptiuè:

quod est falsum, & impossibile propter tres rationes. Prima est, quia quod per quantitatem suam circumscribitur loco, mensuratur quantitate loci, corpus autem Christi non mensuratur quantitate dimensionis hostiæ. Secunda ratio est, quia quod per quantitatem suam est in loco ita se habet quod pars quantitatis determinat sibi partem loci, & tota quantitas totum locum partes autem corporis Christi non habent in hostia consecrata determinatum situm, ut patet ea. præced. Tertia ratio est, quia quod circumscriptiuè. i. per suam quantitatem est in loco, mouetur per se ad motum loci in quo est: corpus autem Christi non mouetur per se, sed per aliud. scilicet per motum specierum, sicut non desinit esse per se, sed solum per hoc, quod species desinunt esse. Secundum inconueniens est, quia si corpus Christi esset in hostia consecrata mediantè quantitate sua, tunc non posset esse indifferenter in magna, & parua quantitate, quod tamen est falsum, & ideo cum corpus Christi non habeat esse per suam quantitatem in hostia consecrata, sed per suam substantiam, potest esse indifferenter in magna, & in parua quantitate hostiæ, sicut anima, quæ quantitatem non habet, potest esse indifferenter in magno, & in paruo corpore, Hæc B. Thom. 4. script. sent. dist. 10. art. 3. q. 3. in solut. 2. & 3. argu. per totum: & ibidem. q. 1. in duobus argumentis. contra. Et 3. parte sum. quæst. 76. art. 4. in corp. q. & in argum. contra. Quintum est: quod omnia alia accidentia, quæ remanent in hoc sacramento habent esse sicut in subiecto in ipsa quantitate dimensionis panis, uel uini remanente ipsa uero quantitas dimensionis non est in subiecto: unde sicut diuina uirtute datur ipsis quantitatibus dimensionis, quod in hoc sacramento sine subiecto subsistant: quod est prima proprietas substantiæ. scilicet sine subiecto subsistere, ita et per consequens datur eis, ut sustineant alia accidentia, sicut etiam sustinebant quando substantia eius suberat, nam quando accidenti datur diuinitus, ut per se sit, potest etiam esse subiectum alterius accidentis. Hæc B. Tho. 4. script. sent. dist. 12. art. 1. q. 3. in cor. q. Sextum est, quod congruum est, & expedit quod in hoc sacramento sint accidentia sine subiecto, quod probo sex rationibus. Primo ratione significationis. Si. n. species il

In hostia est Christi quantum sed non mediantè quantitate.

Cōgruū
est in eu
chari-
stia esse
tacciden
i sine su
bictō.

la sacramentalis, uel accidentia illa subiectum haberēt, cum signum ducat in significati cognitionem, immediatē ducerent in cognitionem illius subiecti. s. q. esset panis uel cibus corporalis: ut ergo expressus, & immediatius ducant intellectum fidelis ad cognoscendum, & credendum, quod contentum sub illis accidentibus est corpus Christi: & quod iste cibus non sit carnalis, sed spiritualis, ideo accidentia ibi sunt sine subiecto: unde Augustinus in lib. sen. prosperi sic dicit: Nos in specie panis, & vini quas uidemus, res inuisibiles. i. carnem, & sanguinem Christi honoramus. Secundō ratione operationis sic: Effectus huius sacramenti inter alios est unire fideles Deo per fidem, & charitatem: & ideo in hoc sacramento oportet esse aliqua supra naturam. s. accidentia sine subiecto: per quæ intellectus noster assuescat ad ea, quæ fidei sunt credenda: fides autem non solum est de his, quæ sunt supra intellectum, sed etiam de his, quæ sunt supra sensum: ergo in hoc sacramento debet aliquid esse supra intellectū: sicut est, q. corpus Christi sub tam paruis dimensionibus continetur, & etiam supra sensum. s. q. accidentibus, quæ apparent sensui, & manifestē videntur substantia propria non subiri: unde legimus, quod accidentia ibi sine subiecto existūt, ut fides locum habeat dū uisibile inuisibiliter sumitur aliena specie occultatum: & sensus à deceptione immunes reddantur, qui de accidentibus iudicāt sibi notis: unde Hugo in li. de sacramētis sic dicit: Diuina sapientia carnem Christi sub principalis edulij specie uelauit, & sic sumendam proposuit, ut sensus in uno foueretur, & fides in alio edificaretur. Tertiō ratione perfectionis. Cum enim hoc sacramentum sit perfectissimum, omnia quæ sunt in hoc sacramento altissimum statum accipiant, sicut quod substantia panis in corpus gloriosum diuinitati unitum conuertitur: & propter hoc accedentibus diuinitus datur in hoc sacramento esse sine subiecto. Quartō ratione nostræ eruditionis. Sicut enim in hoc sacramento accidentia abstracta sunt ab omni re materiali, corporali, uel carnali, cum sit cibus spiritualis, & non carnis, ita ille qui sumit debet esse abstractus ab omni re carnali secundum intellectum, ut cognoscat

istum cibum esse cibum mentis, & non carnis, & secundum affectum, ut nulla carnalis affectio sit in eo. Hæc Beatus Thomas. 4. scrip. sent. dist. 12. art. 1. q. 2. in cor. q. per totum, & in argu. contra. Quintō ratione uitandæ abominationis. Cum. n. non sit hominibus consuetum carnem hominis comedere, & sanguinem bibere, eò quod nimis est horribile, & abominabile, ideo diuina prouidentia nobis suam carnem, & sanguinem dedit sub speciebus panis, & vini, quia frequentius in usum hominis veniunt. Sexto ratione excludendæ irrisuionis. s. ne sacramentum ab infidelibus irrideretur si sub specie propria dominum nostrum manducaremus. Hæc Beatus Thomas. 3. par. sum. q. 75. art. 5. in cor. q. per totum.

C A P. X L I.

Tertio principaliter circa sacramentum eucharistiæ consideranda est nominatio virtualis. Nam sacramentum corporis Christi conuenienter quinque modis nominatur. Dicitur. n. sacrificium, hostia, eucharistia, communio, viaticum. Ratio quare istis modis nominatur potest dupliciter assignari. Prima est talis: Hoc sacramentum est commemoratiuum significatiuum, præfiguratiuum, contentiuum, uel perfectiuum. Primò. n. est commemoratiuum dominicæ passionis, & quantum ad hoc sacrificium, & hostia nominatur. Secundo est significatiuum mutue, uel ecclesiasticæ unitatis: & sic uocatur communio, quia per ipsam cōiunctionem Christo, & nobis ipsis, & proximis unimur. Tertio est præfiguratiuum beatæ, & diuinæ fruitionis, quæ erit in patria, & secundum hoc dicitur viaticum, & eucharistia: nam viaticū dicitur, quia præbet nobis viam perueniendi ad patriam. Eucharestia uero dicitur propter duas causas: prima est propter contentum. s. quia realiter continet Christū qui est plenus gratia, secunda est propter effectum. s. quia perducit ad uitam æternam: gratia. n. Dei uita æterna, ut dicit Apostolus ad Ro. 6. Hæc Beatus Thomas. 3. par. sum. q. 73. art. 4. in corp. q. per totum. Secunda ratio quare hoc sacramentum quinque nominibus nominatur est ista. Nam istud sacrificium potest considerari tripliciter. s. ex parte originis, perfectionis, finis. Primo modo

modo potest considerari ex parte originis. Nam origo istius sacramenti, & omnium aliorum est passio Christi: de cuius latere in cruce pendentis sacramenta fluxerunt: ut dicitur Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Ideo ex parte originis dicitur sacrificium, & hostia. Req. infra Sacrificium, & infra Hostia. Secundo modo potest considerari hoc sacramentum ex parte suæ perfectionis, eo quod est perfectius omnibus sacramentis continens omnis gratiæ plenitudinem in suo fonte. scilicet Christo, & quantum ad hoc dicitur eucharistia. i. bona gratia. Dicitur enim bona gratia propter tres causas. Prima est, quia non datur nisi à gratissima. scilicet à bonitate, benignitate, pietate, charitate gratiosissimi domini nostri saluatoris. Secunda est, quia non datur nisi gratissimis. scilicet illis qui sunt filij intimi digni. Tertia est, quia non nisi gratiam confert; quod patet ex sex. Confert. n. gratiam communionis, expiationis, redemptionis, uiuificationis, spiritualis refectionis æternæ beatitudinis. Primo. n. ex corpore confert gratiam communionis: secundo ex sanguine dat gratiam expiationis: tertio ex anima dat gratiam redemptionis: quarto ex spiritu dat gratiam uiuificationis, & uirtutis, quia spiritus est, qui uiuificat: quinto ex deitate dat gratiam refectionis: sexto ex toto sacramento dat gratiam æternæ beatitudinis. Hæc Alber. in tractatu de corpore Christi. Tertio potest considerari hoc sacramentum ex parte finis. Vbi nota, quod duplex est finis huius sacramenti. scilicet proximus, & remotus vel ultimus. Primo. n. finis proximus huius sacramenti est sanctificatio omnium sanctificationum qua homines congregantur in unum, & ad seipsos, & ad alios, & ad eius coniunctum quod est maximum unum. scilicet Deo, & ideo dicitur communio. Et merito appellatur communio propter quattuor causas. Prima est, quia hoc sacramentum facit communicare fonti omnis gratiæ. scilicet Christo. Secunda, quia facit communicare Angelorum gloriæ. Tertia, quia facit communicare sanctis præi. Quarta, quia facit communicare passioni militici corporis. Hæc Alber. ubi supra. Secundo finis ultimus huius sacramenti est affectio uitæ æternæ. Nam hoc sacramentum realiter continet sanguinem Christi

quo nobis ianua cæli aperta est: & ideo specialiter uiaticum appellatur, hæc Beat. Thom. 4. scrip. sent. dist. 8. artic. 1. q. 3. in corp. q. per totum.

CAP. XLII.

Quarto principaliter consideranda est sacramenti huius fractio rationalis, & virtualis. Nā in hostia consecrata est uera fractio, & non apparens tantum, sicut quidam posuerunt dicentes, quod licet hostia videatur frangi, tamen rei veritate non frangitur, quod est falsum. Cuius ratio est, quia cum sensus iudicet ibi fractionem, si non esset realis fractio esset falsum iudicium: quod non competit in sacramento ueritatis. Et ideo quod in hostia consecrata sit uera fractio dupliciter probatur. Primo auctoritate Matth. 26. ubi dicitur quod Iesus accepit panem, benedixit, & fregit. Secundo hoc idem probatur ratione sic: Magis competit quantitati diuidi quam corrumpi, & in aliud conuerti, sed in aliud conuerti competit substantiæ panis dimensionibus in hostia consecrata remanentibus, ergo frangi siue diuidi. Tertio hoc idem probatur per locum à sufficienti diuisione sic: Fractio fit per diuisionem continui: sed nullum quantum existens in hostia consecrata diuiditur nisi species sacramentales quia nec corpus Christi diuiditur, ut patebit statim, nec substantia panis quæ non manet: ergo fractio est in ipsis speciebus ratione quantitatis quam habent, & quæ ibi uirtute diuina subsistit. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. sent. dist. 12. artic. 3. q. 2. in corp. q. & in arg. contra. Ad maiorem tamen euentiam nota tria circa fractionem hostiæ consecratæ. Cuiusmodi, uel inhaesionem, significationem proportionem. Primo nota situationem uel inhaesionem nā ipsa fractio hostiæ consecratæ non est in corpore Christi, quia corpus Christi non frangitur nec diuiditur, nec frangi nec diuidi potest. Hoc autem probatur triplici ratione. Primo ratione suæ integritatis sic: Illud quod manet integrum non frangitur, sed corpus Christi integrum manet, ut in tertia ratione patebit, ergo &c. Secundo ratione perfectæ impassibilitatis sic. Omne corpus frangibile est passibile: sed corpus Christi est impassibile.

Euchar.
duplex
finis.

Cōfuta-
tur er-
ror cir-
ca fra-
ctionē.

Tria
sunt no-
tanda in
fractionem ho-
stiæ.

passibile cum sit gloriosum : ergo &c. unde corpus Christi si etiam esset passibile sicut in ecena fuit non frangeretur nec diuideretur. Tertiò ratione completæ uel perfectæ entitatis sic: Illud quod manet totum in qualibet parte non frangitur : sed corpus Christi in qualibet parte manet totum : ergo &c. Ratio autem quare corpus Christi est totum in qualibet parte hostiæ est, quia corpus Christi non est in hostia consecrata per quantitatem suam, sed per substantiam suam, unde sicut tota forma substantialis ligni est in qualibet parte eius, sic tota substantia Christi est in qualibet parte hostiæ, & sicut totalitas formæ substantialis non respicit totalitatem quantitatis, sic formæ accidentales quæ fundantur in quantitate, sed præcedit quantitatem. Et ideo totum corpus Christi, & tota quantitas corporis Christi sunt in tota hostia consecrata non solum cum frangitur, sed etiam hostia manente integra, ita quod tota quantitas corporis Christi non solum est tota in qualibet parte hostiæ consecrate ante eius fractionem, sed etiam post fractionem. Quod quidam uolentes ostendere quomodo potest esse adducunt exemplum de speculo dicentes, quod sicut in toto speculo integro est una tantum imago, & in qualibet parte speculi est etiam tota : sic Christus totus integer est in tota hostia, & totus integer in qualibet parte hostiæ. Sed istud exemplum neque est simile, neque conueniens propter tres rationes. Prima est, quia imago in speculo non est ut forma absolute quiescens sed ut fluens: quod patet, quia præsentē reuerberatione apparet imago absente autem reuerberatione recedit, & uanescit imago : corpus autem Christi non est ut fluens uel transiens, sed absolute quiescens, & manens semper manentibus speciebus consecratæ hostiæ. Secunda ratio est, quia multiplicatio imaginum huiusmodi accidit in speculo fracto propter diuersas reflexiones, uel reuerberationes corporis ad diuersas partes speculi : in hostia autem consecrata non est nisi una consecratio propter quam corpus Christi est in sacramento. Hæc B. Tho. in 4. scrip. sent. dist. 10. art. 3. q. 3. in corpo. q. per totum. Et 3. parte sum. q. 76. articu. 3. in cor. q. in fin. Tertia ratio est quare exemplum de speculo non est conueniens, quia

in speculo fit generatio nouæ speciei in singulis partibus diuisis, in partibus uero hostiæ diuisæ non. Hæc Petr. de Tharanthe. 4. scrip. sent. dist. 11. Sed fortè argues in oppositum, & dices, quod corpus Christi uerè frangitur sic Omne quod manducatur, & masticatur frangitur: sed corpus Christi manducatur dicente domino Matth. 26. Accipite, & manducate hoc est corpus meum, ergo frangitur. Respondeo ad hoc tribus modis: primo, quod illud quod manducatur in propria specie ipsum et frangitur, & masticatur : sed quod manducatur in specie aliena non: corpus autem Christi non in specie propria manducatur sed in specie aliena, ergo non frangitur nec tenitur nec masticatur: secundo modo respondeo, & dico, quod illud quod manducatur carnaliter frangitur, sed illud quod manducatur spiritualiter non: caro autem uel corpus Christi non manducatur carnaliter in propria specie, sicut caro quæ in macello uenditur ut putauerunt quidam, sed manducatur sacramentaliter in specie aliena: & ideo &c. Hæc B. Tho. tertia parte sum. q. 77. art. 7. in solut. 3. argum. tertio modo respondeo, & dico, quod in manducatione corporali sunt tria. scilicet fractio, uel masticatio, in uentrem traiectio, & nutritio. Primum enim scilicet fractio, uel masticatio eucharistiæ non conuenit corpori sed speciebus sacramentalibus. Secundum scilicet in uentrem traiectio conuenit speciebus continentibus, & corpori tento, quia ubi sunt species: est etiam ibi corpus Christi uerum. Tertium scilicet nutritio si loquimur spiritualiter, conuenit corpori Christi: nam corpus Christi est cibus spiritualis nutriendus mentem: si autem loquimur corporaliter conuenit speciebus: & ideo manducatio conuenit corpori Christi aliquo modo, quia corpus Christi manducatur quantum ad illa duo. scilicet quantum ad in uentrem traiectionem, & quantum ad spiritualem refecutionem: sed fractio seu diuisio nullo modo corpori Christi conuenit. Hæc beatus Thom. 4. scrip. sent. dist. 12. arti. 3. q. 1. in corp. q. & in artic. contra, & in sol. 1. argum. per totum.

Sub aliena specie corpus Christi manducatur

CAP. XLIII.

43 **C**irca fractionem hostiæ consecrate, secundò cōsiderare debemus significationem. Nam hostia consecrata frangitur propter tres causas. scilicet rōne passionis figurandæ, unionis faciendæ, distributionis ampliandæ, ita q̄ fractio quæ fit in hostia consecrata signat tria. scilicet Saluatoris passionem, fidelium unionem, virtutis distributionem.

Fractio
hostiæ
Christi
passio-
nē signi-
ficat.

Primò fractio quæ fit in hostia cōsecrata signat Saluatoris passionē, unde super illo verbo Matth. 26. Accepit Iesus panē, & grās agēs fregit Aug. in li. sent. prospecti sic dicit: Cum. n. hostia frangitur, dum sanguis in calice in ore fidelium funditur, quid aliud quàm dominici corporis in cruce immolatio eiusq; sanguinis effusio de latere designatur, ita q̄ fractio hostiæ signat verā diuisionem corporis Xpi ab anima quæ facta fuit in passione, & significatio hæc tangitur in littera à magistro senten. Fiunt autem partes tres de hostia significandum, quòd in passione Christi tria abinuicem fuerunt diuisa, scilicet sanguis, corpus, & anima.

Secundò fractio quæ fit in hostia signat unionem fidelium ad Deum per passionē Christi: nisi enim fuisset facta diuisio in passione Saluatoris. scilicet animæ, carnis, & sanguinis, nunquàm fuisset unio peccatoris cōuersi cum Deo, ita q̄ diuisio corporis Saluatoris in passione est causa unionis fidelium in fruitione.

Tripli-
ces ho-
mines ī
corpore
Christi
mysti-
co.

Tertiò fractio quæ fit in hostia signat diuinæ uirtutis distributionem factā ad diuersa membra ecclesiæ. Vbi nota, q̄ in corpore Christi mystico ex triplex differentia hominum. Quidam enim regnant cum Deo in anima & corpore, quidā expectant in sepulchro: quidam uiuunt, vel pugnant in mundo. Vel aliter: Quidam sunt uiui, quidam mortui. Et hi sunt in duplici statu: quidam enim sunt in plena participatione beatitudinis. scilicet in anima, & ī corpore, sicut Christus, & beata virgo: quidam autem sunt in plena expectatione plenæ beatitudinis qui uel habēt unicam tantum stolam, scilicet animā, ut illi qui sunt in paradiso: uel neutram stolam habent, ut illi qui sunt in purgatorio qui

oēs perfectam gloriam consequentur in fine: & p̄nes istos tres status fiunt de hostia cōsecrata tres partes: pars una comeditur, alia cum uino in calice miscet alia olim in fine missæ reseruabatur. Prima enim pars quæ comeditur signat fideles ecclesiæ qui uiuunt in mūdo. Cuius ratio est, quia sicut illa pars hostiæ quæ comeditur atteritur dentibus, & comedenti incorporatur, sic iusti qui sunt in hoc mundo diuersis penalitatibus atteruntur, & sunt in ipso motu, ut Christo incorporētur, & uniantur. Secūda pars hostiæ quæ in calice ponitur, & cum sanguine miscetur signat illos qui sunt in cælo in plena participatione beatitudinis. scilicet ī anima, & in corpore, sicut est Christus & beata uirgo. Tertia pars hostiæ signat illos qui cū aīa tantū sunt in cælo, uel in purgatorio: licet. n. consuetudo reseruandi partē hostiæ in fine missæ, secundum cōem morē ecclesiæ non seruetur propter periculū, tamen fractio, & significatio manet, quia sicut illa pars hostiæ olim reseruabatur in fine, sic illi qui sunt in cælo solū cum anima, & illi qui sunt in purgatorio omnes in fine mundi perfectam gloriā consequentur. Et hanc significationem triū partium hostiæ t̄git Dionysius in tertio ecclesiasticæ hierarchiæ. Et quia non est inconueniens, q̄ aliquid secundum diuersas proprietates diuersa significet: Ideò significatio trium partium quæ fiunt in hostia consecrata potest accipi alio modo sic: Primò enim illa pars sicca hostiæ quæ in calice non intingitur, & cum sanguine non miscetur, signat illos qui sunt in mūdo, & illos qui sunt in cælo: primò signat illos qui sunt in mundo. Cuius rō est, quia sicut pars sicca est extra calicē, sic illi qui sunt ī hoc mūdo sunt extra calicē affluentia delectationis gloriæ: secūdo illa pars hostiæ quæ ī calice ponitur, & cum sanguine miscetur, signat duo. scilicet acerbitem p̄næ huius uitæ, & iocunditatem patriæ. Ratio autē huius duplicis significationis est, quia sicut effusio sanguinis est ualde p̄nalis, ita potatio est ualde delectabilis ac suauis sicut, per exēplum de uino patet, nam expressio uini de botro est ualde uiolenta potatio aurē uini est ualde iocunde. Sic a simili effusio sanguinis Christi quæ fuit ualde af-

Partes
hostiæ
fideles
desi-
gnant.

Sacra, & penalis signat acerbiteriam passionis Christi gustatio autem sanguinis eius quæ est valde delectabilis, & suavis signat patriæ celestis iocunditatem: unde Beati inebriantur ab ubertate domus Dei. Unde Glo. super illo verbo Apostoli 1. ad Corint. 12. accipite & manducate & c. ita dicit. Sanguis Christi spūaliter lætificat: & sic inebriat, ut sobrium reddat. Et in psal. Calix meus inebrians, quā preclarus est. Et tunc pars hostiæ cum sanguine mixta signat illos qui sunt in mundo: & illos qui sunt in cælo: ut patet per diversas proprietates eius. Tertiò una pars hostiæ cōiter signat omnes uiuos: eò q̄ oēs qui in hoc mundo viuunt, indigent sacrificio expiante a pœna: præseruante a culpa promouente in gratia: & perducēte ad gloriā: qui sunt huius sacramēti effectus. Duæ autem partes signant mortuos: quorum quidā adhuc sunt in purgatorio qui indigent hoc sacrificio, ut liberante à pœna. Quidam autē sunt in paradiso quibus hæc sacrificia sunt non expiatiua: sed laudis materia. Quamuis autem beati non consequantur remedium aliquod ex hoc sacramento: tamen quia est in gratiarum actione pro eorum gloria conueniēs fuit, ut etiam ipsi beati in hoc sacrificio significarentur. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 12. art. 3. q. 3. in cor. q. per totum: & in solut. omnium argum.

CAP. XLIIII.

44 **C**irca fractionem hostiæ consecratæ, tertiò, cōsiderare debemus inæqualitatis rationem. Non enim diuiditur in partes æquales, sed inæquales: ita q̄ una pars hostiæ continet quasi medietatem hostiæ. Rō autem huius inæqualis diuisionis est, quia cum ille tres partes significant Christū, & membra Christi: ut patet cap. præced. illa pars quæ continet duas significat Christū: qui est gigas gemine substantiæ. s. diuinæ & humanæ. Duæ autē aliæ partes signant membra Christi uiuentia quæ sunt in duabus substantijs, s. in corpore & in anima. Si autem quæratur: cum hostia rotunda diuidatur in tres partes quarum una, scilicet maiore est se-

micircularis: aliæ uerò duæ partes minores sunt figuræ triangularis: utrum corpus Christi sit eiusdem figuræ cum illis. Respondeo, & dico, quòd non. Ratio huius est: quia licet corpus Christi sit realiter in hoc sacramento, tamen quia ibi non est mediante hostiæ quantitate, sed per suam substantiam: ideò formam, uel figuram suam naturalem, & propriam non amittit. Hæc Alexand. in 4. senten.

CAP. XLV.

Circa sacramētum Eucharistiæ, quintò, & ultimò, consideranda est cōmunicatio amicabile. Nam communicare nobis corpus & sanguinem suum est multum diuini amoris ostensiuum: & nostræ mentis inflammatiuum: quod dupliciter probo, scilicet, ratione, & auctoritate.

Primò ratione sic. Magnum est si aliquis pro aliquo liberādo porrigat precis uerba. Maius si aliquis pro alio liberādo a quo nullum sperat auxiliū traderet bona sua aurum. s. & argentum. Maximū autem si quis pro alio redimendo non solū uerbum: nō solum thesaurum aurum. s. & argentum, sed tradi, & uendi permetteret seipsum. Insolitum uerò & naturæ contrarium est si quis traderet, uel daret seipsum in cibum & tormentum uilissimū: sicut fecit Saluator.

Secundò probo hoc idem auctoritate. Vni genitus siquidem Dei filius suæ dignitatis uolens nos esse participes nostræ naturam assumpsit: ut hoīes Deo faceret factus homo: & hoc insuper quod de nostro assumpsit totum nobis contulit ad salutem. Corpus namq; suum in ara crucis obtulit Deo patri: sanguinem in precium simul, & lauacrum: ut redempti a miserabili seruitute a peccatis omnib. mundaremur. Unde Bea. Thom. omnia beneficia maxima Saluatoris nobis exhibita ī summa enumerans sic dicit in quodam uersu hymni de corpore Christi. Se nascens dedit socium: conuescens in edulium, se moriens in precium: se regnans dat in præmium.

Quatuor q̄
fita cir-
ca euc.

Primū.

Ad maiorem tamen euidētiam de corpore Christi nota hic quattuor. scilicet quale corpus dedit: quibus dedit: quo tempore dedit: quo ordine dedit. Primo nota quale corpus dedit: ubi dico duo. Primum est, q̄ Christus dedit corpus suū passibile, & mortale. Secundum est: q̄ Christus dedit corpus suum modo impassibili, & immortali. Primò dico, q̄ Christus dedit corpus suū carnale: uel animale: passibile & mortale, quod probō auctoritate, ratione, similitudine, inductione: primo auctoritate Innocentij tertij qui sic dicit: Tale corpus tunc Christus dedit discipulis quale tūc habuit: sed tunc scilicet in cæna antequā pateretur, uel moreretur habuit corpus passibile, & mortale, quod patuit per effectum: ergo corpus passibile mortale: & nō impassibile & immortale tunc discipulis dedit: secundo hoc idē probō ratione sic: Constat enim q̄ Christus uerum corpus suum, & non fantasticum dedit discipulis suis, sed uerum corpus Christi erat passibile: ergo passibile dedit & non impassibile, quia tunc idē fuisset passibile & impassibile: mortale & immortale: quod est impossibile, scilicet contraria cōuenire eidem. Hec b. Tho. 4 scrip. sen. dist. 11. de usu huius sacramenti, art. 3. in duobus argu. contra. Terrio hoc idem probō similitudine sic, Sicut enim existente corpore Christi glorificato ut nunc est, conuenit Christo dare corpus suum glorificatum: ita existente in corpore passibili ut tunc erat conueniens fuit ut dare passibile, quarto probō hoc idem inductione sic: Ponamus q̄ aliquis apostolorum eucharistiam sibi datā a domino reseruasset usq. in diem pasce ne post passionem, tūc sine præiudicio dico, quod fuisset mortuus. Nam quando mortuus fuit in cruce, fuit mortuus in pixide, unde idem esse habuit in specie propria, & in specie aliena, sed corpus Christi in specie propria fuit passibile, & mortale, ergo similiter in specie aliena, scilicet in specie sacramenti. Hæc Alexander in quarto sent. Secundo dico, quod Christus corpus suum quod in se erat passibile: sicut patet, modo tamen impassibili dedit, quod quattuor exemplis ostendo.

Casus d̄
Eucha.
Apost.

Primum est de uisibili, & non uisibili, & de passibili, & non passibili. Manifestum est, quod idem erat corpus Christi

in specie propria, & in specie aliena, sed in specie propria erat modo uisibili, quod tūc ab hominibus uidebatur: in specie autem aliena est modo inuisibili, quia nec oculus corporis nec oculus mentis corpus Christi in sacramento naturaliter potest uidere, ergo a simili corpus Christi quod in propria specie passioni, & morti erat paratum, in specie aliena, scilicet, in specie sacramenti modo impassibili, & immortali sumebatur, & sumitur.

Secundum exemplum est de carnali, & spiritali sic. Nam corpus Christi quod in propria specie erat carnale, uel corporale, modo carnali, uel corporali non dedit, sed modo spiritali, scilicet, in specie sacramenti, quod patet, quia per sacramentalem assumptionem corpus Christi non patiebatur, nec moriebatur, & ideo dicitur Christus corpus suum, modo impassibili dare, Hæc Beatus Thomas 4 scrip. sententia distinctione 11. de usu huius sacramenti art. 3. in fol. 1. argu. & 3. parte sum. quæst. 81. art. 3. in cor q. & in arg. contra.

Tertium exemplum est de modo quo corpus Christi est in cælo, & in sacramento. Nam corpus Christi tale est sub sacramento quale est in cælo, sed non tali modo, quod patet, quia corpus Christi quamuis tantum sit sub speciebus quantum est in cælo, non tamen est sub sacramento sub modo quanti, eo quod quantitas corpus Christi non est causa, uel ratio quare corpus Christi sit sub sacramento sicut in cælo, ita quod corpus Christi idem est existens in cælo, & sacramento, non tamen existit in utroque eodem modo. Sic a simili, quamuis in propria specie tunc esset passibile, nō tamē modo dedit passibili, sed modo impassibili. Hæc Petrus de Tharanthe. 4. script. sententia. distinction. 11. articulo 3. in corpor. quæstion. Quartum exemplum est de passione intrinseca, scilicet, de dolore & de morte, & de passione extrinseca, & illata; sicut de vulnere.

Est enim passio innata, & illata, ita quod Christus in sacramento altaris habuisset passionem innatam, quia doluisset & mortuus fuisset: sed non passionem extrinsecam, uel illatam, quia in hoc sacramento non percuteretur, uel

Passio
duplex

vul-

vulneretur sicut in specie propria. Hęc Petrus ibidem, ita q̄ ista propositio est vera: Christus existens in pixide perforatur; percutitur, lanceatur. s. in cruce: sed hæc est falsa: Christus perforatur lancea in pixide: unde quāuis Christus fuerit lanceatus in cruce: non tamē poterat lanciari in pixide si corpus eius ubi vsq. ad sextam feriam post passionem eius reseruātū fuisset, eò q̄ crucifigi & lāceari importat passionem illatam quam corpus Christi sub sacramento existens pati non potest. Sed hoc est uerū: Christus moritur in cruce: ergo moritur in pixide, quia per hoc nō importatur aliquid sibi inferri ab alio: sed simpliciter animam a corpore separari, quod in casu proposito fuisset verum: unde versus: Pixide seruato poteris copulare dolorem innatum dicendo. Christus est mortuus in cruce, ergo in pixide, sed non illatus cōuenit illi, q̄ si fuisset perforatus. clauatus: lanceatus in cruce: non tamen potuit lanceari in pixide si in ea reseruatus fuisset: unde propter crucifixionem in loco caluarie factā corpus Christi seruatum moriebatur sub specie propria, & sub sacramento: irride i autem, conspui, flagellari, crucifigi, omnia hæc & similia cōpetunt Christo in propria specie existenti, non autē existenti in sacramento. Hęc b. Th. 4. scrip. sent. dist. 11. de usu huius sacramenti, art. 4. q. 1. in corp. q. Et 3. parte sum. q. 81. art. 4. in corp. q. per totum, ubi ponit hunc casum, q̄ si aliquis apostolorū post mortem Christi illo triduo confecisset hoc sacramentum ibi non fuisset sanguis neq. anima: quod non cōtigisset propter defectum uirtutis uerborum huius sacramenti, sed propter diuersam dispositionem corporis Christi, eo quòd tēpore passionis fuerunt hæc duo scilicet sanguis & anima a corpore Christi realiter separata: tertia parte sum. ubi supr. in sol. 2. arg.

Secūdu
quēstū.

Sed fortē argues in oppositū & dices, q̄ Christus patitur pānam sibi ab exteriori illatam sic, Atteri importat pānam ab exteriori illatam: sed Christus cum sumitur atteritur dentibus fidelium, ergo &c. Respondeo & dico, q̄ atteri nō conuenit corpori Christi sed tantum speciebus panis. Secundum principale est quib. Christus corpus suum dedit. Et quantum ad

hoc respondeo, & dico, q̄ omnib. dedit, licet. n. aliqui dicant, q̄ Christus corpus suum iudæ non dederit, eò q̄ malicia eius pensata dignus non erat accipere. Ego tamen dico, q̄ Christus corpus suum iudæ dedit ad manducandum. Hoc autē patet auctoritatib. & rationibus. primo auctoritate Matt. 26. ubi sine exceptione dominus dixit: Accipite & comedite hoc est corpus meum: Ex quo ratione sic formo. Qui sine alicuius exceptione tribuit, omnibus tribuit, & null. 3. excludit: sed dominus sine exceptione dicit: accipite & comedite hoc est corpus meum, ergo omnibus etiā iudæ dedit dominus corpus suū ad manducandum. secundò hoc idem probō auctoritatibus scilicet Augu. Dionisi. Chri. qui omnes expressè dicunt, q̄ Christus corpus suū iudæ in cæna dedit. Hęc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 11. art. 2. q. 1. tertio probō hoc idem rationibus, quas require supra cap. An peccatori petenti corpus Christi sacerdos dare debeat uel negare per totum. Tertium principale est quo tempore Christus corpus suum dedit. Et quantum ad hoc respondeo & dico, quod Christus hoc sacramentum postquam cænauit instituit, & discipulis sumendum tradidit, sicut patet Lucæ. 22. & prima ad Corint. 11.

Sed fortē ex hoc aliquis posset argue- & dicere, q̄ non ieiuni possumus accipere corpus Christi, eo q̄ Christus post cænam sacramentū istud instituit, ergo similiter nos Christi & apostolorum exēplo non ieiuni possumus accipere licitè corpus Christi. Respondeo & dico, q̄ nulli nō ieiuno licet accipere corpus Christi, nisi casu necessitatis. s. imminentis mortis, ne sine uiatico moriatur, ut patet. sup. ca. ubi dicitur quomodo nō ieiuni cōmunicare non possunt. Ad cuius euidentiam nota hic quinq. Primum est, q̄ quamuis Christus post cænam instituerit hoc sacramentum: non tamen instituit illū modū seruandum, causa autem aliqua fuit tūc quæ modo non est, & ideo cessante causa, cessat effectus. Instituit autem dominus hoc sacramentū post cæna propter quatuor causas. Prima est, quia ipse uoluit sacramenti altitudinem commendare: un̄ nā insti Augu. in lib. responsionum ad ianuarium sic dicit: Neq. post cibos dominus dedit

Tertiū.

Cur sit
post cæ
nā insti
tuta eu-
charis.

ut propter hoc pransi aut cœnati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debent, sicut faciebant illi quos apostolus repræhendit, ut infra parebit: sed volens sacramenti altitudinē cōmendare vltimò instituit, ut vehementius infigeret cordibus & memoriæ discipulorum à quibus discessurus erat per passionem. Hæc B. Thom. 3. parte sum. q. 80. artic. 8. in solut. 1. argum. Secunda causa quare dominus instituit post cēnā, & de dit hoc sacramentū est, q̄a voluit legalia seruare, nā tunc agnus paschalis in cēna comedebat, ut patet sup. q̄ agnus prima figura erat huius sacramenti. legalia autē seruare non licet modo. Tertia causa est, quia voluit vmbra terminare. Quarta causa est, quia voluit veritatem instituere: vnde non idem tempus conuenit institutioni & vsui, quia altera est frequenter cōditio rei in suo fieri: & alia in suo facto esse. Hæc Pet. de Tharan. 4. script. sent. dist. 8. Secūdū est, q̄ aliter se habet de materia & de forma huius sacramenti: & aliter de tempore & de loco. Nam materia & forma huius sacramenti tanquā essentialia sunt de necessitate huius sacramēti, vtpotē sine quibus non conficeretur hoc sacramentū: & propter hoc illud quod dominus circa materiā & formam obseruauit & fecit: voluit ab apostolis, & ab omnibus alijs eos sequentibus inuiolabiliter obseruari. Tempus autem & locus quia sunt accidentalia sacramenti ista mutare licet ex causa. Hæc Beat. Thom. 4. script. sen. dist. 8. artic. 4. q. 1. in solu. 1. argumen. Petrus autem de Tharant. idem dicens probat per exemplum q̄ accidentalia sacramenti mutari possunt ex ca. quādo. n. ē altera causa, alter debet esse effectus: qđ per exemplum patet. Quamuis. n. Christus in trigesimo anno fuit baptizatus, nō tamen voluit ut vsq. tunc baptismū accipere differamus. Cuius ratio est, quia ipse baptismum accepit, ut ipsum sanctificaret: nos autem baptismū assumimus, ut ab ipso sanctificemur. Similiter quāuis Christus post cēnā celebrauerit, nō tamen voluit q̄ nos similiter faceremus, eō q̄ illæ quattuor causæ propter quas celebravit: communicauit & dedit: non sunt modo: & ideo &c. Hæc Pet. de Tharant. vbi sup.

sacramē Tertiū est, q̄ illa sacramenta quę sunt de

necessitate saluatis (ut baptismus, & poenitentia) possunt assumi omni tempore. s. ta salutē
ieiuno stomacho & non ieiuno: illa verò necessa-
quæ absolutē non sunt de necessitate salu-
ria om-
tis, ut ordo, & confirmatio, & eucharistia, ni tē po-
ieiuno stomacho suscipienda sunt ppter re sumi
excellentiā eorū. Specialiter tamen sa possunt.
sacramentum corporis Christi ieiuno sto-
macho sumi debet. Cuius ratio est, q̄a
cum sumat manducando, omnibus alijs
cibis est præferendum & ab eis abstinendum. Hæc Alexand. in 4. sent. Quartum
est, q̄ decretalis illa de consecr. dist. 1. vbi
dicitur, q̄ sacramentum altaris non nisi à
ieiunis hominibus celebretur, excepto v-
no die anniuersario quo cēna domini ce-
lebratur, exponitur & soluit quobus mo-
dis: primo modo, quia fortē ecclesia ali-
quo tēpore sustinuit in die cēnæ sumi cor-
pus Christi post alios cibos: in repræsen-
tationē dominicæ cēnæ: sed modo decre-
talis illa est abrogata per comunē con-
suetudinem: secūdo modo potest decreta-
lis illa exponi & solui, q̄ illa decretalis lo-
quitur tanquam ad astantes: qui non con-
ficiunt neq; sumunt: sed solum celebrant
officiū. Hæc Beat. Thom. 4. script. sent.
dist. 8. art. 3. q. 1. in solut. 3. argu. per totū.
Quintū est, q̄ apostolus arguit illos qui
primò cibos comedebāt in domo p̄pria,
& postea sumebant eucharistiam dicens.
Cum venitis ad manducandū inuicem
expectate: si quis autē esurit, domi man-
ducet. Exponitur: Cum conuenietis nō
solū in loco honesto sicut est ecclesia: sed
animo deuoto & vnito. Cyprianus: Cū
Deo esse non possunt qui in ecclesia Dei
vnanimes esse noluerunt. Et Hāno sic ait.
Vnus est panis qui offert, ī quo vnū esse
debemus. Et subdit apostolus: Inuicem
expectate: ut. s. multorū oblatio in simul
offeratur, simul cōsecratur, simul sumat.
Ecclesiast. 4. Melius est duos esse simul
quā vinū, habent. n. emolumentū socie-
tatis suæ. Et subiungit apostolus: Si quis
autem esurit & tanquā impatiens nō po-
test expectare ieiunus: domi māducet, &
nō manducet in ecclesia corpus Christi,
sed ad domum propriam reuertatur, vbi
Glosa sic dicit: Si qs esurit domi man-
ducet suos cibos. i. terreno pane pascatur,
nec post eucharistiā sumat, ita q̄ aposto-
lus p̄ hæc verba dat intelligere q̄ ieiuno

stomacho corpus Christi est sumendum. Hæc Beatus Thom. 4. script. sent. dist. 8. artic. 4. q. 1. in solut. 2. ar.

C A P. XXXXVI.

46 **Q**UARTUM V A R T V M principale est quo ordine Christus corpus suū discipulis dedit. Vbi sciendum est quod triplex est ordo scilicet expressio- nis vel prolotionis, consecrationis, com- municationis. Primò est ordo prolotionis: Nam in expressione, vel prolotione verborum Christi quando in cœna disci- pulis tradidit corpus fuit iste ordo, quia hæc verba sequētia. Accipite & comedite hoc est corpus meum &c. important con- comitantiam non solum ad hoc verbum dedit, vt quidam dixerunt: sed ad hoc cū alijs prædictis scilicet ac benedixit, & fregit dedit, vt sit sensus, dum benedixit & fregit & dedit discipulis: hæc verba p- tulit accipite & comedite hoc est corpus meum &c. Hæc Beatus Thom. 4. script. sent. dist. 8 de forma huius sacramenti, artic. 1. q. 1. in solut. 1. argum. iuxta finē: & 3. parte sum. q. 78. artic. 1. in solut. 1. argum. in fine. Secundò est ordo conse- crationis. Nam Christus primò panem in corpus, & postea vinum in suum san- guinem consecrauit, & istum ordinem Christus voluit ab apostolis, & à sequen- tibus inuiolabiliter obseruari tanquam consonum rationi, nec aliqua causa mu- tari debet, sicut locus & tempus quæ sunt accidentalia sacramenti, vt patet supra, c. præced. & idè quicunq. oppositum face- ret scilicet quod primò consecraret vi- num, & postea panem, grauiter peccaret. Hæc Alexand. in 4. sentent.

Circa
formam
cōsecra-
tionis
quatuor
documē-
ta.

Ad cuius euidētiā nota hic quatuor. Primum est, q̄ istæ duæ formæ. s. hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus, nō expectant se mutuò vt dixerunt quidā, im- mo sicut materiæ huius sacramenti sunt distinctæ nec inuicem commixtæ, ita for- ma prædictæ non ex pectant se mutuò in operando: sed vtraq; completam signifi- cationem & operationē per se habent, q̄ patet, quia statim prolatis verbis conse- crationis, panis ante formam sanguinis hostia pponitur populo adoranda, q̄ nō fieret si ante prolotionem verborum con- secrationis sanguinis non esset hostia consecrata nec ibi esset corpus Christi,

quia hoc ad idolatriam pertineret: vnde verba consecrationis panis consequen- tur effectum suum antequam proferan- tur verba consecrationis vini. Hæc Bea- tus Thom. 4. script. sent. dist. vbi sup. ar- tic. 4. q. 1. in cor. q. & in 2. argum. contra: & 3. parte sum. q. 78. artic. 9. in cor. q. in ar. contra. Secundum est, quod causa qua re diuisim sanguis à corpore Christi con- secratur cum numero non sit diuisus du- plex est. Prima est propter modum assu- mendi: sumitur enim per modum com- essionis, & potationis, panis, & vini, quæ duo diuisim sumuntur. Secunda est propter actum repræsentationis. Nam hoc sacramentum repræsentat passionē Christi vt patet sup. in passione autem Christi sanguis à corpore diuisus fuit, vbi sup. 4. sent. immediatè, artic. 4. q. 1. in solu. 1. argum. in fine. Tertium est, quod his verbis primis scilicet hoc est corpus meum, sine alijs verbis sanguinis potest confici corpus Christi quanuis grauiter peccaret qui hoc faceret, ibidem q. 3. in cor. q. in fine. Quartum est, quod deficien- te sacerdote per ægritudinem, vel per mortem post prolotionem primæ formæ scilicet post consecrationem corporis an- te consecrationem sanguinis alius sacer- dos supplere debet, & incipere vbi pri- mus defecit ne hoc sacramentum ma- neat perfectum. Si autem nescitur ubi di- scitur ubi dimisit, quia defecit in secreta debet incipere a capite secretorum, quia non dicitur iteratum quod nescitur esse factum: & hæc est uia secundum determi- nationem concilij Tolerant. Secundum tamen Innocentium tertium consultius est, & tutius ut illa hostia prius consecra- ta, studiosissimè reponatur, & super aliam totum officium iteretur, ibidem, art. 4. q. in cor. q. Tertio est, ordo communicatio- nis, ubi dico duo. s. q̄ Christus corpus & sanguinē suum in sacramento post cenā assumpsit, & q̄ ipse prima assumpsit, & po- stea alijs dedit. Primò dico, q̄ postquam Christus cū discipulis cenauit, corpus & sanguinem suū in sacramento post cenā assumpsit. Hoc autem tripliciter probo, s. auctoritate, rat. one, similitudine: primo auctoritate: Nam super illo uerbo auth. 3. cumq. comedisset, & bibisset. Glossa sic dicit Christus comedit, & bib. cum in

Xps in
cenā p
priū cor-
pus sum-
psit.

Cœna corporis, & sanguinis sui sacramen-
tum Apostolis tradidit. Secundo hoc idem
probo ratione sic. Eo modo Christus, pa-
nem accepit, ut in euangelij legitur quo
alijs accipiendum tradidit, sed cū discipu-
lis tradidit dixit de pane. Accipite, & co-
medite, & de uino. Accipite, & bibite: ergo
Christus panem, & uinum accipiens co-
medit, & bibit: tertio hoc idem probo si-
militudine, scilicet circumcisionis, & ba-
ptismi. Nam in veteri testamento maxi-
mum sacramentum fuit circumcisio, & in
novo baptismus: sed Christus utrunque
assumpsit: ergo similiter hoc sacramentū
assumpsit: unde Hieron. & habetur de cō-
secre. dist. 2. sic ait. Nec Moyses dedit no-
bis panem verū, sed dominus Iesus ipse
conuiuia, & conuiuium ipse comedens, &
qui comeditur: & ideo antiquitus factus
est de hoc talis versus. Rex sedet in cœna,
turba cinctus duodena. Se tenet in mani-
bus: se cibatur ipse cibus. Hæc Beatus Th.
4. scrip. sent. distin. 11. de usu huius sacra-
menti, artic. 1. in duobus ar. contra: & in
cor. q. & 3. parte sum. q. 81. art. 1. in cor. &
in solu. 1. argu. Secundo dico, q. Christus
primò corpus, & sanguinem suum in sa-
cramento assumpsit, & postea sumendum
discipulis dedit. Hoc autē dupliciter pro-
bo, auctoritate, & ratione. primò auctori-
tate. Nam super illud Leu. 8. Cumque de
sanguine arietis imolati &c. glosa eficij
sic dicit. Primò sacerdos, & postea filij
eius sanguine ungebantur, quia Christus
in cœna prius corpus, & sanguinē suum
accepit, deinde discipulis dedit: secundo
hoc idem probo rōne. Nam Christus pri-
mò corpus, & sanguinē suum assumpsit
in sacramento, non ut ipse effectum ali-
quem inde consequeretur, cum non indi-
geret, sicut circumcisionem, & baptismū
Christus suscepit: non ratione suæ neces-
sitatis, sed ratione nostrę informationis:
unde quia Christus incepit facere, & po-
stea docere, ut dicitur Actū. 1. ideo prius
corpus suum, & sanguinem assumpsit, ut
nobis assumendi exemplum daret: & ideo
& Christus assumpsit qui non indiguit,
multò magis nos qui indigemus debemus
assumere. Tertio Christus primò corpus,
& sanguinem suum in cœna sub sacramē-
to assumpsit ratione conferendæ affec-
tionis, vel consolationis. Si enim domi-

nus securius sumit eibum de quo seruus
prius gustauit, multò magis seruus secu-
rius, & auidius sumit cibū de quo domi-
nus eius prius gustauit, & sagrum fecit. Ut
ergo nullus turbaret, & diceret, quid car-
nem manducabo? & quid sanguinem bi-
bam? sicut quidā turbati sunt quando au-
dito hoc uerbo abierunt retro, ut dicitur
Iohan. 6. & sicut Iudæi litigabant abinui-
cem dicentes quomodo potest hic nobis
dare carnem suam ad manducandū? qui-
bus respondit. Caro mea verè est cibus, &
sanguis meus verè est potus, & ideo nisi
manducaueris &c. Iohan. 6. unde, ut quili-
bet sine turbatione, & dubitatione secu-
rius, & auidius, & delectabilius sumeret,
ideo ipse prius assumpsit.

Quarto Christus corpus, & sanguinē
suum in sacramento prius assumpsit ra-
tione inflammandæ dilectionis sic. Chri-
stus pro nobis prius omnibus in Cruce
mortem sustinuit, ut nostrum amorē ac-
cēderet ad Deum amplius diligendum, sed
hoc sacramentum est repræsentatiuum do-
minicæ passionis, ergo Christus prius in
sacramenti specie suum corpus, & sangui-
nem sumpsit, ut nos ad Deum diligendum
amplius inflammaret. Nam, ut dicit glo.
super illud Leui. 2. si oblatio ita fuerit de
sartagine &c. crux super omnis fortis car-
nem Christi quæ ante passionem non ui-
debatur esui apta, post passionem aptam
fecit. Hæc Beatus Thomas, 4. scrip. sen-
ten. distin. 11. de usu huius sacramenti,
art. 3. in solu. arg.

Ut autem cor nostrū inflammetur ad
Deum amplius diligendum, nota, q. hoc
sacramento nihil est mirabilius, precio-
sius, salubrius, suauius, potentius, primò
enim quid hoc sacro mutabilius? in quo
panis, & uinum in corpus Christi, & san-
guinē substantialiter conuertuntur, ideo
Christus Deus, & homo perfectus sub pa-
nis specie continetur: secundo quid hoc
sacro preciosius, & nobilius? in quo non
carnes vitulorum aut hircorum, ut olim
in lege: sed nobis sumendus proponitur
Christus verus Deus: tertio quid hoc sacra-
mento salubrius, & utilius? quo expurgan-
tur peccata, uirtutes augentur: ut mēs om-
nium spūalium carismatum abundantia
impinguatur: quarto quid hoc sacramen-
to dulcius, & suauius? per quod spūalis

Laus eu-
chari-
sticæ.

dulcedo in suo fonte potatur: & recolitur memoria illius quā in sua passione Christi monstrauit excellentissimā charitatis. Hæc B. Tho. in legenda de corpore Christi: quintò quid hoc sacramento potenter? Nā corpus Christi virtutem habet ipsum assumēte in se conuertendi, & hoc non ratione qua erat possibile; sed rōne diuinitatis unitæ sibi: cuius nictus cū sit infinita: ad se conuertit omnia. Hæc Bea. Tho. 4. scri. sen. dist. 11. de usu huius sacramenti. art. 3. in solu. 3. arg.

De examine conscientia.

SUMMARIVM.

Cap. Vnicum.

Aliquis tribus modis examinat conscientiam, & quod examen sit sufficiens ad dignè communicandum.

C A P. I.



EXAMINATIO conscientia. Ad hoc, quod aliquis dignè ad sacramentū corporis Christi assumēdum accedat requiritur examinatio conscientia, ne ignoran-

tia procedat ex negligētia, quia ignorantia non excusat à peccato, ut dicit B. Th. 4. scri. sen. dist. 11. art. 3. q. 2. in solu. 3. arg. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod accedēs ad sacm altaris, aut habet conscientiam peccati mortalis, aut nō. Primo modo accedens ad sacm cōmunionem potest habere conscientiam peccati mortalis tribus modis. scilicet certitudinaliter, coniecturaliter, leuiter: primò aliquis habet conscientiam peccati mortalis certitudinaliter, scilicet quod scit se fornicatum fuisse, & sic accedens peccat mortaliter, quia contemnit: secundo modo aliquis habet conscientiam peccati mortalis probabiliter putā quia morosè delectatus est, & tunc accedens etiam mortaliter peccat, quia periculo se exponit. Vbi nota, quod delectatio morosa dici-

tur nō ex mora temporis, sed ex eo, quod ratio deliberans circa delectationem illicitam immoratur, nec eam repellit, tenens & uolens libenter quæ tamen ne attingat animum re spui deberet, ut dicit Aug. 12. de Trini. Hæc B. Thom. 1. 2. q. 74. artic. 6. in solu. 3. argumen. tertio modo aliquis habet conscientiam peccati mortalis leuiter sicut homo scrupulosus qui timet de leui delectatione: & talis accedens ad sacram communionem non peccat mortaliter, sed venialiter, vsquequo conscientiam talem deponat.

Secundò aliquis accedens ad sacm cōmunionem nō habet conscientiam peccati mortalis: quod tribus casib. contingit, scilicet quia se examinauit, vel diligēter vel probabiliter, vel negligenter: primò accedens sine conscientia peccati mortalis ad sacramentum, quia se examinauit sufficienter, examinando seipsum diligenter, & peritos cōsulendo; tunc talis accedens non peccat, immo meretur remissionem peccatorum si qua latent: secundò qui nō habet conscientiam peccati mortalis, quia se examinauit probabiliter, scilicet secundū dictamen conscientia, accedendo ad sacm cōmunionem non peccat immo quādoque meretur remissionem peccati, quandoque uero non, quandoque accedens inuenit gratiam: quādoque uero offensam: tertio aliquis non hēt conscientiam peccati mortalis, quia se examinauit negligenter, & insufficienter, & tunc talis mortaliter peccat: maximè si negligētia sit magna. Hæc Pe. de Tharan. 4. scri. sen. dist. 9. circa secundū probleuma art. 1. in cor. q. per totū. Est et notandum, quod aliquē non habere conscientiam peccati mortalis potest contingere sine culpa, & cū culpa: primò. n. quod aliquis non habeat conscientiam peccati mortalis potest contingere sine ipsius culpa ex tribus: primò ex contritionis insufficientia. Cum enim quis doluit de peccato, & non est sufficienter contritus, i. tali casu non peccat assumēdo corpus Christi, quia homo per certitudinem scire non potest utrum sit uerè contritus: sufficit tamē si in se signa contritionis inueniat: secundò ex operationis ignorantia: si enim aliquis ignorat hoc quod fecit esse actū peccati, putā si accessit ad non suam quam credebat esse suam: talis ignorantia, scilicet facti

Tribus modis pura psumitur conscientia.

Conscientia peccati mortalis triplex.

Sed cum à peccato excusat: & ideò si talis ad corpus Christi accedat, non est dicendus peccator: tertio q̃ aliquis non habeat conscientiam peccati mortalis contingit sine culpa ex criminis omnimoda ignorantia: puta si totaliter est oblitus peccatū qđ fecit: & tunc ad eius deletionē sufficit contritio generalis: vnde talis accedēs ad sacram communionem non est dicendus peccator: secundò aliquis non habet conscientia peccati mortalis ex culpa sua, hoc duplici ratione. Scilicet ratione ignorantia, & negligentia: primò ratione ignorantia iuris quæ non excusat, sicut verbi gratia. Cum. n. quis reputat non esse peccatum quod est peccatum, puta si quis fornicator reputat simplicem fornicationē non esse peccatum, talis ex iuris ignorantia peccat: secundò ratione negligentia. Cum enim quis conscientiam peccati non habet, eò q̃ in examinatione sui ipsius est negligens, & remissus talis peccat: unde contrarium docet Aposto. prima ad Corinth. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Hæc B. Thom. 3. par. summæ. q. 80. art. 4. in solu. 5. arg. per totum. In qua quidem auctoritate, scilicet probet autem seipsum homo &c. Apostolus tangit duo: primo diligentem præparationem: ad quam exigitur stricta examinatio: ibi. Probet autem &c. Ratio huius est, quia si ad medicinā corporalem utiliter recipiendam exigitur præparatio: quanto magis ad spiritualem, scilicet ad eucharistiam vtiliter recipiendā: vnde Apostolus ad Gala. 6: Probet autem unusquisque opus suum &c. secundò tangit reuerentem sumptionem: ad quam exigitur intima dedotio, cum subdit. Et sic de pane illo edat, & de calice bibat. &c. unde Lucæ. 22. Edatis, & bibatis super mensam meam &c. Primo tangit diligentem præparationem; ad quam exigitur sollicita examinatio sui ipsius: ibi probet autem seipsum homo. Quod uerbum duobus modis potest exponi: primò sic, qui habet conscientiam peccati mortalis antequam ad hoc sacramentum suscipiendum accedat, probet, idest purget seipsum per contritionem, confessionem, satisfactionem alias indignè: secundò modo exponitur sic. Qui conscientiam peccati mortalis non habet cum ad sacram communionē

accedit: probet seipsum, idest diligenter examinet seipsum ante quā corpus Christi assumat.

Debet igitur qui dignè vult suscipere corpus Christi probare, & examinare seipsum de septem: Primo si est filius. Matthæ. 15. non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, secundo si est discipulus. Matthæ. 26. dicitur: accepit Iesus panem, & fregit, & dedit discipulis suis, & non alijs: Tertio si est mundus. 1. Regum. 21. dicitur, quod Abimelech panes sanctos noluit dare David nisi munda essent uasa puerorum, quarto si est magnus, unde Augustino in libro confessionum dictum est. Cibus sum grandiu cresce, & manducabis me: quinto si est amicus: vnde Lucæ. 11. dicitur. Amice accomoda mihi tres panes, quia in hoc sacramento sunt tres substantia, scilicet caro: anima & deitas. Sexto si est sanus, quia vt Augu. dici. Palato non sano poena est panis qui sano est suavis. Septimo si est famelicus, quia Ysaia. 58. dicitur. Frange esurienti panem tuum. Vel aliter. Qui dignè vult accipere corpus Christi debet se probare, & examinare quo ad alia septē, scilicet quo ad sensum, intellectum, affectum, intentum, actum, uictum, coniūctū. Primo debet se examinare quo ad sensū, scilicet vt in sacramento non credat alijs sensibus ad solum auditui. Cuius ratio est, quia in hoc sacramento omnes alij sensus decipiuntur excepto sensu auditus. Figura autem deceptionis, & illusionis aliorum habetur Genne. 27. Vox quidem vox Iacob est; primo enim fallebatur tactus vnde dicebat. Manus sunt Esau cum essent Iacob. Secundo fallebatur gustus, quia cum gustasset carnes edorum putabat uenationem comedere, tertio fallebatur olfactus, unde credens, quod esset odor uestimentorum Esau erat uestimentorum Iacob, quarto fallebatur oculus, unde in eodem ca. dicitur, quod calligauerant oculi eius. Solus auditus ibi non fallebat: unde dicebat, vox quidem vox Iacob est. Similiter in hoc sacramento omnes sensus decipiuntur, excepto solo auditu qui est per uerbum Dei quo dicitur, hoc est enim corpus meum, & omnibus alijs sensibus repugnantibus soli auditui est credendum. Secundo qui

Volens dignè eucharistiam sumere de septē seipsum probet.

Auditus excepto oēs sensus in eucharistia ludunt.

dignè vult suscipere corpus Christi probat se, id est examinet se quò ad intellectū scilicet, vt captiuetur intellectus per fidē: secundum, quod Apostolus secunda ad Corinth. 10. dicit. In captiuitatem redigētes omnem intellectum in obsequium Christi. i. in susceptione huius sacramenti, nam qui corpus Christi assumit debet fieri adherere, & non naturali rationi, eo quòd hic inter alia sunt quinque quę ratione naturali comprehendere non possunt sed sola fide tenentur. Primum est transubstantiatio materialium in mome to. s. panis, & vini in corpus, & sanguinē Christi. Secundum est plurificatio sacramentalium sine augmento: licet. n. corpus Christi sit in pluribus altaribus: non tamen per prius nec plus est in vno loco quàm in alio. Tertium est fractio partiū sine detrimento: nam corpus Christus nō frangitur neque dentibus teritur, sed solę species sacramentales franguntur corpore Christi in qualibet particula integro permanente. Quartum est cibatio mētium sine alteramento, non enim corpus Christi cum assumitur conuertitur, & mutatur, vt alij corporales cibi: sed potius econtra cibantem in se conuertit, & mutat, vt August. dicit, & hoc per voluntatis conformitatem. Quintum est incorporatio sine quanto: nam corpus Christi est in tota quantitate in sacramento in quāta est in cœlo, non tamen mediante illa quantitate: est. n. in cœlo totum corpus Christi mediantibus quantitibus corporis sui, in hoc autem sacramento est mediante quantitate aliena. s. sacramēti. Tertio ille qui vult dignè communicare probet, se. i. examinet se quò ad affectum dupliciter. s. ex parte Christi quem sumit, & ex parte sui qui sumit, primò ex parte Christi quem sumit, & hoc tripliciter, primò, vtumat in memoriam diuinę dilectionis. Cant. 8. pone me, vt signaculum super cor. secundo, vtumat in memoria suę liberationis. Ecclesiastici. 29. gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: posuit. n. pro te animam suam: tertio, vtumat in memoria dominicę imitationis. Hæbrę. 10. recogitate eum qui talem sustinuit passionē. secundo debet se probare qui sumit. prima Ioh. 4. Probate spiritus si ex Deo sunt. i. cōicantis affectiones, & desiderio

an sint carnalia, vel spiritalia: hñ. n. iste cibis spiritalis sapit carni sed menti. Quartò ille qui dignè vult assumere corpus Christi debet se probare, & examinare quò ad intētum. Nam communicantis intentio debet esse non ficta: sed sincera, & recta, tunc. n. aliquis ficit, & mala intētionē accedit: quando nec de peccato preterito dolet, nec animum peccandi relinquit, tūc etiam intentio est corrupta, quādo in ea cupiditas, carnalitas, & vanitas perseuerant, tunc. n. communicantis intētio est perfecta, quando tota fert in Deū quem sumit. In psal. Vnam perij a domino hanc requiram &c. Debet. n. quilibet assumens corpus Christi intendere sicut Christo per fidem in sacramento coniungitur, sic ei in cœlo faciem in faciem coniungatur. Matthæ. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, non habens aliquam partem tenebrarum &c. Quintò ille qui dignè vult assumere corpus Christi probet se quò ad actum. i. examinet opera sua propria: vnde ad Gala. 6. Opus suum probet vnusquisq; Vel sic. Opus suum probet vt examinet si est paratus ardua vel difficilia et mortem pro Christo quem sumit sustinere vt antiquitus faciebant nam sumpta cōione ad Martirium properabant. Vel sic. Quidam sunt qui peccata propria alleuiant, & aliena aggrauant: quidam alij sunt qui seipso iustificat, & alios inculpant vt Phariseus faciebat: quidam sunt qui aliena facta contēnant contra quos loquitur Aposto. ad Ro. 14. Qui manducat, non manducantem non spernet, & qui non manducat, manducantem non iudicet. q. d. qui communicat, abstinentem a communione nō vilipendat, & qui non communicat communicantem non iudicet, quia vtrunque potest, & benè, & malè fieri. s. communicare, & abstinere, vt patet sup. sed quilibet probet contideret, & examinet peccatū suum vt sic humilietur, & opus bonū quod facit vt sic Deo regratietur. Ambro. Opus suum, & actus suos consideret, & examinet vnusquisque sciens si quid boni habet a Deo accepisse & si quid mali, a se fore.

Sextò qui vult dignè accipere corpus Christi debet se probare, & examinare quò ad victum putā si est ieiunus, aut nō. Hoc autem quatuor modis contin-

qualiter
ieiunus
accedat
hō ad sa
cramen
tum.

git, scilicet q̄ aliquis sit ieiunus, aut non ieiunus: Primo. n. aliquis interdum est ieiunus uitio non tamen cibo: & talis corpus Christi malè sumit: secundo aliquis interdum est ieiunus cibo non uitio: & talis sumit peius: tertio aliquis est interdum non ieiunus uitio nec cibo, & talis sumit peius: tertio aliquis est ieiunus tã uitio quã cibo: & talis dignè corpus Christi assumit. Req. sup. Septimò, & ultimò ille qui dignè vult accipere corpus Christi debet se examinare, & probare quo ad coniunctum: & hoc quattuor modis: primò si est fidelis numero, & merito: secundo si est infamis, uel bonę famę, q̄a peccatori publico non est dandum: tertio si est ministerij, vel illicitę artis: quia artes illicitas exercentes dignè communicare nō possunt: quartò si est gravis. s. in guerra, odio, & inimicitia, uel rancore. omnibus. n. talibus non est dandum.

Secundo in autoritate Apostoli præmissa Apostolus tangit huius sacramenti reuerentem susceptionem: ad quam exigitur intima, & inflammata deuotio, ibi: & sic de pane illo edat, & de calice bibat, In quo uerbo cōsiderare possumus quattuor: primo necessitatem præcepti an sit necesse assumere corpus Christi, secundo qualitatem modi, quia manducando, & bibēdo assumimus: tertio proprietatem cibi, quia sub specie p̄nis, & uini, & quare. Quarto utilitatem cōmodi. s. quod bona ex assumptione huius sacramenti cōsequimur. Req. sup. in suis locis.

Sed fortè quæres hic duo, scilicet quãtum ante assumptionē corporis Christi, quãtum post licitè celebrans, & communicans possit comedere.

Primum est quantum ante assumptio nem corporis Christi possit homo comedere ne ieiunium frāgatur, & sic communicatio impediatur. Nam quidam de nocte profunda comedunt ac bibunt: & forte tota noctē in somnō ducentes de mane communicant non plenè digesti. Quid ergo dicemus? Respondeo, & dico q̄ dies diuersimodè inchoant. Nam secundum Aegyptios dies inchoant ab occasu solis, scđm P̄as. uel Caldeos ab ortu, secundū vero Athenienses a sexta diei: scđm autē Romanos a media noctē inde, & gallici nium galloꝝ est quorū uox diei ostendit

præconium. Hæc Papias: unde cum dies secundum romanam ecclesiam in media nocte incipiat, si aliquis post mediā noctem aliquid sumpserit per modum cibi, & potus, nō pōt eadē die sumere hoc sacramentum. n. Si ergo aliquid ante mediā noctē sumpserit, potest, eò q̄ tunc præsumitur, q̄ sit digestus. Hęc B. Thom. tertia parte summæ. q. 80. art. 8. in sol. 5. arg. per totum. Secundo quæritur post quantum interuallum a communione homo possit comedere: Respondeo, & dico, q̄ aliter fiebat antiquitus: & aliter modo. Nam antiquitus illi qui communicabant, uel celebrabant de mane non statim comederant, sed usq. ad sextam ieiunabant, sed decretum illud modo est abrogatum: & ideo post modicum interuallum a communione potest homo comedere. In quo quidem modico interuallo ab eo qui cōmunicauit sunt faciēda tria. Primum est exhibitio reuerentię, & honoris rōne tã nobilis sacramēti, scilicet corporis Christi. Secundum est recogitatio diuinę bonitatis, quæ maximè ostenditur in huius sacramenti perceptione. Tertium est grarum actio de accepto beneficio. His tribus completis modico temporis interuallo quilibet post communionē potest comedere. Hęc breuiter ponit. B. Th. 4. script. dist. 8. art. 4. q. 3. in corp. q. & in solu. 3. argum.

De Excommunicatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Quomodo excommunicatio diffinitur.
- 2 Pro qua causa excommunicatio iustè ferri possit.
- 3 Qui possunt excommunicare.
- 4 Quis possit excommunicari.
- 5 Quis excommunicatis cōiccare possit, & in quibus.
- 6 Ab excommunicatione quis absolui, & absolvere possit.

CAP. I.



Excommunicatio Circa excommunicatio- nem quinq. per ordinem sunt notanda. Scilicet diffinitionis congruitas quid sit, illa- tionis auctoritas a quo fieri possit, pas- sionis qualitas quis excommunicari pos- sit, communionis possibilitas, an liceat excommunicato communicare, & in qui- bus absolutionis idoneitas, quis possit absolvere. Primò circa excommunicati- onem cōsideranda est diffinitionis cō- gruitas quid sit. Nam excommunicatio sic diffinitur. Excommunicatio est sepa- ratio a communione ecclesiæ. Duob. aut

modis potest aliquis per excommunica- tionem ab ecclesia separari. Vno modo ita, q̄ separatur tñ a participatione sacra- mentorum. & tunc est una species exco- municationis quæ est minor quæ sepa- rat t. utum a sacramentis: & hæc sic diffi- nitur. Excommunicatio minor est sepa- ratio a cōmunionē ecclesiæ quo ad sacra- menta, & suffragia gñalia. Alio mō pōt aliquis p excommunicationē extra ecclesiam fieri vel ab ecclesia separari, per hoc, q̄ nō tñ separatur a perceptione sacramentorum, sed etiam excluditur, & separatur a com- munionē fidelium in actib. legitimis. & est secunda species excommunicationis. scilicet maior quæ sic diffinitur. Excommuni- catio maior est a qualibet licita commu- nione, & legitimo actu separatio. Vbi no- ta, q̄ minor excommunicatio non habet perfectam rationē excommunicationis, quia per eam non perdit quis suffragia ecclesiæ, & ideo non competit ei totali- ter excoicationis diffinitio: sed solū quò ad ali- quid. scilicet ad perceptionem sacramen- torū tñ quia ipsa tantū separatur a parti- cipatione sacramentorū. Vnde diffinitio excoicationis pfectē cōpetit excoicationi maiori, eo q̄ excoicationis maior pri- vat spūali fructu ecclesiæ, qui procedit ex tribus, scilicet ex virtute suffragiorum, ex perceptione sacramentorum & con- iunctu, uel cōmunionē fidelium.

Sed fortē quæres, an p excommunica- tionem debeat aliquis ab ecclesia separa-

ri. Respondeo, & dico q̄ sic, qd̄ tripliciter probo. scilicet imitatione, assimilatione, aucto- ritate. Primo p̄bo hoc imitatione sic. Ec- clesia in excommunicationis sententia debet diuinum iudicium imitari, & iō sicut Deus, ut peccatores conuertat, & ad bonum attrahat eos dupliciter punit: pri- mo multipliciter flagellādo, ut peccator p̄ diuina flagella humilis factus ad Deū redeat a quo superbus abscessit. Secundo hominem deserendo, & sibi relinquen- do, uel auxiliis diuinis subtractis suā in- firmitatem cognoscat, & ad Deum redeat a quo ut cecus recessit. Ita ecclesia in ex- communicatōis sententia diuinum iu- diciū dupliciter imitatur: Primo enim ecclesia hominem, uel peccantem morta- liter, uel alium damnificantem notabili- ter uel contumacem contemptibiliter, suffragijs, & alijs bonis spiritualibus pri- uat per excommunicationem minorem, ut per humilitatem seipsum cognoscens ad ecclesiam redeat: secundo eum a com- munionē ecclesiæ separatur per excommu- nicationem maiorem, ut erubescat, & a peccato discedat, & ecclesiæ pareat. Secū- do hoc idē p̄bo assimilatione, quia sicut in disciplinabilib. est duplex modus de- monstrandi. scilicet ostēsiuus: & p̄ impossibile. Et sicut in medicina corporali ē duplex mo- dus curandi quo sapiēs medicus utitur. scilicet ali- quādo per medicamēta lenia, & suauia, ali- quādo uero per medicamēta afflictiua, & mordacia: uerbi gratia. Quandoque me- dicus curat per appositionem emplastri, quandoq. uero per incisionem membri putridi, ita in medicina spiritali cōtin- git, nam modus curandi infirmitatem ani- mæ aliquando est leuis, & suauis, scili- cet per exhortationes & monitiones blan- das, & per ministratiōē sacramentorū, & hoc quo ad tractabiles, & suauibiles. Alius modus est curandi infirmitatem animæ mordax, scilicet per increpationē, & sub- tractiones sacramentorum, & priuationē & separationem communionis fidelium quò ad rebelles, & incorrigibiles, & quā- rum ad hoc est excommunicatio. Tertio hoc idem probo auctoritate. Nam domi- nus dicit Matth. 18. de illo qui ecclesiā audire contēpsit. Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, sed ethnici sunt extra ec- clesiā, ergo &c. Et iterum probo auctori- tate

Exem- pla quæ excom- muni- cationem probat

ate Apostoli prima ad Corinth. v. qui mandat quendam excommunicari: ergo &c. Hæc Bea. Thom. 4. scrip. sen. dist. 18. de excommunicatione, artic. 1. q. 1. in cor. q. & ibidem q. 2. in cor. q. per totum, & Pet. de tharan. ibidem, circa tertium pbleuma. Et notandum, quod communio est triplex: quædam omnino spiritualis, quædam omnino corporalis, quædam medio modo. Prima communio est omnino spiritualis quæ est quantum ad dilectionem interiorem, ab hac nullus potest nec debet excludi quædiu est viator, nec excommunicatio aliqua dicit priuationem illius communionis. Secunda communio est omnino corporalis, quæ est quantum ad exteriorem conuersationem, & respectu huius communionis est excommunicatio maior, in qua negatur communicatio secundum actus legitimos qui attendunt in osculo, in salutatione, in coniuiuium, in oratorio, de quibus patebit infra. 4. cap. Tertia communio est medio modo, scilicet corporalis, & spiritualis, & hæc est quantum ad sacramentorum susceptionem, & præcipue quantum ad corporis Christi communionem, & ab hac communione excluditur, & separatur quilibet excommunicatus siue maior siue minori excommunicatione. Hæc Alexan. 4. parte sū. q. 285. artic. 1. in cor. q. & in solu. 1. arg. contra.

C A P. II.

AD Maiorem tamen euidentiam prædictorum quæro hic quinque casus. Primus est an aliquis pro aliquo damno temporali illato alteri debeat excommunicari. Respondeo, & dico, quod iuste aliquis excommunicari non potest nisi si pro culpa mortali, per quam iam est à charitate diuisus etiam si non excommunicatur, sed in damnificando aliquem corporaliter vel in rebus temporalibus aliquis mortaliter peccat, & contra charitatem facit, ideo pro damno tpali illato ecclesia aliquem excommunicare potest. Tamen quia excommunicatio est grauissima penarum: penæ autem velut medicinæ à leuioribus sunt incipiendæ: ideo excommunicatio infligi non debet etiam pro peccato mortali nisi contumax fuerit, vel in non veniendo ad iudiciū vel ante terminationem iudicii sine licentia recedendo, vel determinationi non pa-

rendo, tunc enim postquam monitus fuerit si obedire contempserit contumax reputatur, & excommunicari debet à iudice iā non habente amplius quod faciat contra eum. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 18. de excommunicatione, artic. 1. q. 3. in cor. q. Pe. de Tharan, dicit, quod etiam pro peccato mortali non debet statim infligi excommunicatio, sed pro eius incorrigibilitate, vel pro contumacia quæ tribus modis contingit, ut dicit supra immediate. B. Tho. ibidem dicit. 18. circa tertium pbleuma, artic. 1. q. 1. in solu. 6. argu. Secundus casus est, an excommunicationis sententia quocumque modo feratur timenda sit seruanda, vel sustinenda. Respondeo, & dico, quod sententia excommunicationis quocumque modo feratur timenda est. quod sic probatur. Aut enim excommunicationis sententia inferatur iuste aut iniuste, si inferatur iuste timenda est utraque excommunicatio, scilicet maior, & minor: prius. n. excommunicatio minor timenda est, eo quod per eam priuatur quod participatione sacramentorum: secundò excommunicatio maior adhuc est magis timenda, eo quod per eam homo triplex incommo- dam, damnum, vel malum incurrit. Primum est priuatio gratiæ Dei, quia excommunicatus dei gratia priuatus mereri non potest: Secundum est, quod custodia Dei excommunicato subtrahitur, non quod omnino talis à Dei prouidentia excludatur, sed ab alia protectione qua filios ecclesiæ specia- liori modo custodit. Tertium, maior potentia sciendi in excommunicatum diabolo datur, & spiritualiter, & corporaliter: unde sicut in primitiua ecclesia quoniam oportebat per signa ad fidei homines inuitare donum spiritus sancti signo visibili manifestabatur, ita etiam excommunicatio corporali vexatione a diabolo innotescebat. non tamen excommunicatus hosti datur quasi damnandus: quia tunc excommunicatio esset causa damnationis. vel desperationis, sed quasi corrigendus cum in preteritum ecclesiæ sit de eius manu ipsum eripere cum voluerit. Hæc Beatus Thom. vbi supra, artic. 1. q. 2. in solu. 3. argum.

Secundò verò cum excommunicationis sententia est iniusta adhuc est timenda. Cuius ratio est, quia timenda est ne alijs nostris peccatis exi- gentibus sit illata: verbi gratia. Contingit enim aliquando quod periurus excommunicationis sententia pro sacrilegio reportet cuius reatum in conscientia non habet, quia non est

Exem-
plū de
primiti-
ua eccle-
sia.

in eo crimen super quo lata est sententia: tamen iuste ab eo reportata est, quia ex reatu periurij iam diu apud Deū excōicatus fuerat. Vnde postquā greg. p̄misit sententia pastoris semper gregi timēda est: adiecit. Ne his qui subest iniuste, sententiam latam contra eū ex culpa alia mereatur: hæc in decretis. Nota tamē, q̄ excōicationis sententia dicitur iniusta tripliciter: aut ex parte excōicantis quādo malo zelo excōicat: aut ex parte excōicati quādo sine iusta causa excōicatur, aut ex parte modi excōicationis quādo ordo iuris non seruatur. In oībus his casib. excōicationis sententia iniusta est timēda, & seruanda, uel tenenda. Primus casus est ex parte excōicantis quādo non habet potestatem excōicandi, sicut sunt hæretici, scismatici, apostatæ, & omnes tales qui canonicam iurisdictionem nō habent. Secundus casus est ex parte excōicati, quādo post appellationem ab eo legitime interpositā excōicatur. Tertius casus est ex parte excōicationis, quādo manifestus error in sententia exprimit̄, ut si diceret. Excōicote, quia credis in Christum. Hæc Pet. de Thar. 4. scri. sent. dist. ubi supra artic. 1. q. 2. in cor. q. Cōtingit tamen quādoq; q̄ debita causa est ex parte excōicantis quæ non est debita ex parte excōicati, sicut cū quis p̄ falso crimine in iudicio excōicatur, & tunc si excōicatus humiliter sustinet, humilitatis meritum recompensat excōicationis damnū. Hæc B. Th. 4. scri. sent. di. ubi sup. art. 1. q. 4. in cor. q. in fine. Tertius casus est quare ecclesia statuit, q̄ iniusta excōicationis sententia ligaret, cum ex hoc datur prælatis malis materia iniuriandi & s̄uendi in bonos. Resp. & dico, q̄ causa huius est, ut clauēs ecclesiæ in maiori reuerentia habeantur, cum oporteat timere etiam iniustas s̄n̄as, & hō crescat p̄ obedientiæ meritū parens iniustæ sententiæ, & se recognoscens ligatū iniusta sententia. Hęc scribit Alex. 4. parte sum. q. 289. art. 4. in cor. q. in fine.

Quartus casus est, an iniusta excōicatio sit excōicatio. Resp. & dico, q̄ non loquendo simpliciter, & secundum veritatem. Cuius ratio est, quia iniuste excōicatus separatus est a communione fidelium corporali: sed non a communione spiri-

tuali ab his quæ spiritualiter exhibentur. Et ideo sicut homo pictus non est homo secundum ueritatem, sed secundum uocem, sic excommunicatio iniusta non est excommunicatio secundum rei ueritatem: sed secundum uocem, uel apparentiam tantum. Hæc Alex. ubi supra art. 3. in cor. q. Quintus casus est, an pro excommunicatis sit orandū. Resp. & dico, q̄ sicut pro infidelibus oratur, & ipsi orationis fructum non percipiunt nisi conuertantur ad fidem, ita etiam pro excommunicatis orari potest, & tamen fructum orationis non percipiunt quādiu in excōicatione manent, sed oratur, ut detur eis spiritus, scilicet pœnitentiæ, ut ab excommunicatione soluatur. Hęc B. Th. 4. scr. sen. di. 18. ar. 1. q. 1. in sol. 1. arg.

C A P. III.

SECVND O principaliter circa excommunicationem considerāda est illationis auctoritas. s. qui excōicare possunt. Ad cuius euidentiam præmitto hic tria. Primum est, q̄ potestas spiritualis est duplex. Prima est potestas ordinis quæ est potestas ligandi atque soluendi in foro pœnitentiali, & hæc aditum regni aperit, & propter hoc recte dicitur clauis. Secunda potestas est iurisdictionis, uel dignitatis: quæ per censuram iudicis ecclesiastici contumaces coerces, & ideo dicitur gladius. Prima potestas siue clauis ligandi atque soluendi fuit collata Petro, ut sacerdoti, & ideo in omnes sacerdotes descendit, quāuis non omnes habeant executiones. Secunda potestas scilicet excommunicandi quæ dicitur gladius fuit collata Petro ut prælato, & ideo descendit in personas ecclesiasticas, quæ habent iurisdictionem ordinariam ad aliquos iudicandi, & hi tales potestatem excommunicandi habent. Secundū est, q̄ utraque clauis, uel potestas concurrat ad plenitudinem potestatis: unde utraq̄que dominus contulit Petro, Matthæ. 16. & ab ipso in alios descendit, qui utraq̄que habent, & una sine alia esse non potest, tamen pluribus conceditur clauis quā gladius, quia plures habent ordinem sacerdotalem quā prælationem. Et si quærat̄ quare. Ratio huius est duplex.

3. potestas spūalis duplex.

Pote-
tas ex-
cōicādi
sequit̃
iurisdic-
tionē,
& nō or-
dinem.

plex. Prima est diffusio boni, quia pote-
tas clauium est ad reconciliandum pra-
uos, potestas uero gladij est ad cōpellen-
dum. Secunda ratio est, ad uitationem pe-
riculi, quia pauci sunt qui sciunt hoc en-
se percutere: & idēd propter periculum
paucorum manibus tradi debet. Tertiū
est, quod potestas excommunicandi nō
sequitur clauem ordinis, sed iurisdic-
tionem, quod quadrupliciter probo: primo
sic. Iudices delegati habent potestatem
excommunicandi, & tamē multi eorum
clauēs ordinis non habent, quia non
sunt sacerdotes: ergo &c. Secundō sic. Ar-
chidiaconus ex suo officio causas audit,
& decedit: ergo excommunicare potest: &
tamen si non est sacerdos non habet cla-
ues, ergo &c. Tertiō sic. Electus canoni-
cē, & approbatus certum est, quod ante-
quam in presbyterum ordinetur non ha-
bet clauēs, & tamen potest causas audire,
& excommunicare sua auctoritate,
ergo &c. quarto multitudo tota, ut capi-
tulum excommunicat, etiam quamuis
nullus haberet clauēs, ergo excommuni-
catio non sequitur clauem ordinis, sed
iurisdictionis. Hæc Alex. 4. parte summ.
quæst. 45. art. 7. His Præmissis quæro sex
casus. Primus est an soli Episcopi, uel
maiores prælati possint excommunicare.
Respondeo, & dico sic, quod tali ratio-
ne ostendo. Illi soli possunt excommuni-
care qui in foro iudiciali habent iurisdic-
tionem, sed soli Episcopi, & maiores
prælati habent in foro iudiciali super
inferiores iurisdictionem, ergo tales pro-
pria auctoritate secundum communio-
rem opinionem possunt excommunicare.
Secundus casus est, an presbyteri par-
rochiales possint excommunicare. Re-
spondeo, & dico, quod non nisi ex con-
cessione eis facta, uel in certis casibus in
quibus est eis concessum a iure, quod ex-
communicare possunt. Hæc B. Thom. 4.
seri. sent. dist. 18. de excommunicatione,
artic. 2. quæst. prima, in corp. quæst. Ter-
tius casus, an non sacerdotes, puta iudi-
ces delegati, Archidiaconi, legati, & ele-
cti possunt excommunicare. Respon-
deo, & dico, quod sic, ut patet supra de
singulis dummodo iurisdictionem ha-
beant in foro contentioso. Hæc Beat.
Thom. ibidem. quæst. 2. in corp. q.

Vbi nota, q̃ ligare, & soluere ē duplex
vel in foro penitentiæ, uel in foro cōten-
tioso: ligare. n. in foro penitentiæ est actus
ordinis, & ideo non pōt hoc facere nisi
sacerdos: ligare aut̃, uel soluere in foro
contentioso est actus potestatis iurisdic-
tionis: & ideo hoc potest facere hō etiā
non sacerdos: potest. n. esse medius inter
hominem, & hominem qui nō est sacer-
dos, sed inter Deū, & hominem non pōt
esse medius nisi sacerdos. Hæc Pet. de
Thar. 4. ser. sen. ubi supra. q. 3. in corp. q.
Quartus casus est, quis istorū actuum est
maior, an ligare, uel soluere a uinculo
pcti in foro penitentiali, an ligare. i. excōi-
care ī foro iudiciali. Resp. & dico, q̃ quā-
uis ligare, & soluere a pctō in foro peni-
tentiali sit maius, simpliciter, tamen liga-
re in foro iudiciali est maius quōd ad qd,
nā uinculū excōicationis est maius quōd
ad quid: inquantū ligat nō solū inquantū
ad Deū, sed ēt quōd ad ecclesiam, & sepa-
rat non tñ a Deo, sed ēt ab ecclesia, & iō
in absolutione a pctō nulli sit p̃iudiciū:
hoc aut̃. s. in excommunicatione defaci-
li fieri potest. Hæc B. Tho. ubi supra, art.
2. quæst. prima, in solu. 2. argumen.

Quintus casus est, quis istorum actū
est maior, an consecrare corpus Christi,
an excōicare. Resp. & dico, q̃ cōsecrare
corpus Christi, quia sequitur potestatem
characteris qui indelebilis est, & iō sacer-
dos excōicatus, uel suspensus ex quo ca-
racterē ordinis habet semper potest con-
ficere, uel celebrare, licet non semper li-
ceat: secus aut̃ est de excōicatione quæ se-
quitur iurisdictionem quæ auferri pōt &
ligari. Hæc b. Th. ibid. q. 3. in solu. 2. arg.
Sextus casus est, an excōicatus, uel suspē-
sus possit excōicare. Resp. & dico, q̃ non,
& hoc dupliciter probo: similitudine, &
ratione. primō similitudine sic. Ligatus
corporaliter alium ligare non potest, sed
uinculū spirituale est fortius quā cor-
porale, ergo ille qui excommunicatio-
nis uinculo est ligatus excōicare non po-
test: scđō hoc idem probo duplici rōne.
Prima est talis. Ille qui usu iurisdictionis
priuatur excōicare nō pōt, sed omnis ex-
cōicatus est a cōione [fidelīū separatus,
ergo est usu iurisdictionis priuatus. Secū-
da ratio est talis. Ad excommunicandū,
& absoluendum requiritur potestas iurisdic-
tionis.

An ex-
cōicat⁹
possit a-
lium ab-
soluere.

jurisdictionis libera: sed excommunicatus, & suspensus non habent potestatem liberam sed ligatam, quod patet, quia etsi habent potestatem, non tamen executionem. quamvis. n. sacerdos excommunicatus, vel suspensus non amittat ordinem, vel jurisdictionem: quod patet, quia cum absoluit neque reordinatur neque iterum ei cura committitur, tamen usum jurisdictionis amittit. Hæc b. Th. ubi sup. art. 2. q. 3. arg. contra, in cor. q. & in sol. 1. & 2. arg. & Pet. de Thar. ubi sup. art. 2. q. in cor. q. ubi dicit, quod licet excommunicatus habeat potestatem jurisdictionis: non tamen habet potestatem executionis. Cuius ratio est, quia sicut potestas executionis datur ab homine, ita tollitur vel ligatur, ibidem in solu. 1. argumen. & concordat cum beato Thom.

CAP. IIII.

Tertio principaliter circa excommunicationem consideranda est passionis qualitas. scilicet quis possit excommunicari.

Ad cuius evidentiam quero quattuor casus. Primus est, an superior ab inferiori excommunicari possit. Resp. & dico, quod non, ratio est, quia excommunicatio est actus jurisdictionis: cum ergo aliquis per jurisdictionem in gradu superioritatis constituitur respectu eius in quem jurisdictionem habet, qui est iudex eius: ideo nullus habet jurisdictionem in sibi superiore, vel equale excommunicandi, & per consequens nullus inferior potest sibi superiorem, vel equalem excommunicare. Hæc b. Th. 4. scripto sen. di. 18. de excommunicatione, art. 3. q. 1. in cor. q. & arg. contra ibid. Secundus casus est, an aliquis possit excommunicare se ipsum, & videtur, quod sic ponamus talem casum. Sacerdos aliquando excommunicat in generali pro furto aliquo, vel huiusmodi: sed potest contingere, quod ipsemet fecit, ergo potest excommunicare se ipsum. Res. & dico quod nullus potest excommunicare se ipsum, quod tali ratione probo. Ille qui excommunicat aliquem habet jurisdictionem, & imperium super eum, & per consequens est superior eo quem excommunicat: sed nullus est superior seipso: ergo nullus habet imperium in seipsum, vel in superiorem, vel in equalem, ergo nullus potest excommunicare se ipsum: unde in prædicto

casu sacerdos non excommunicat seipsum ratione prædicta. Hæc b. Th. ibid. in sol. 2. arg. Vbi nota, quod inferior potest absolvere suum superiorem non autem excommunicare eum. Quod autem inferior possit suum superiorem de eius licentia, vel commissione absolvere tripliciter probo. scilicet ratione similitudine, sacro canone: primo ratione sic. Superior si mortaliter peccat, necesse habet confiteri: ergo si non habet superiorem ordinarium, & nulli subtracta est, possibilitas salvandi se necesse est, quod confiteatur inferiori, & absolvatur ab eo: secundo hoc idem probo, similitudine sic. Sicut enim medicus quando infirmatur quærit medicum, & medicinam non in quantum medicus, sed in quantum ægrotus, sic prælatus ecclesie, & peccator quærit sacerdotem non in quantum superior, sed in quantum peccator, & Dei inimicus per culpam factus est inferior illo. Tertio hoc idem probo, ex sacro canone. Nam ius canonicum concordat, & dicit, quod unusquisque possit suam auctoritatem communicare pro se, & pro sua utilitate sine præiudicio facto propriæ auctoritati, & potestati etiam aliene. Et ideo summus pontifex potest se cuilibet sacerdoti subijcere, & ab eo absolutionem petere, & hoc idem possunt prælati inferiores permissione papæ: sicut dicitur in illa decretali de penitent. 15, & remissionibus, est Gre. ne per dilationem penit. &c.

Sed forte arguitur in oppositum dupliciter: primo sic. Nemo dat quod non habet, sed prælatus non habet jurisdictionem absolventi seipsum, quia non habet potestatem supra se: ergo &c. Respondeo, & dico, quod quamvis non possit quis sibiipsum esse subiectus, nihil prohibet ipsum subijci posse alij maxime si est liberæ potestatis: secundo argues sic. prælatus inferior non potest habere jurisdictionem excommunicandi superiorem, ut patet supra: ergo similiter nec absolventi eum. Respon. & dico, quod istud argumentum dupliciter deficit. Primo quidem: quia excommunicatio est contra hominem: sed absolutio est, pro homine, & ideo homo non potest uti sua auctoritate contra se quavis possit pro se. Secundo deficit, quia non est simile de excommunicatione, & absolutione.

Cuius

Superior ab inferiori non excommunicatur.

prælati comparat medico.

Cuius ratio est, quia excommunicatio fit in iudicio exteriori in quo aliquis non amittit superioritatem ex hoc ipso, quod peccat, sed absolutio, uel ligatio in foro confessionis est, uel fit quo ad Deum tantum apud quem aliquis redditur inferior alio per peccatum: unde quantumcunque praelatus est maior alio, tamen in quantum est peccator effectus est eo inferior, & sic potest dicere. Tibi soli peccaui: unde non est similis ratio de excommunicatione, & de absolutione. ut patet. Hæc b. Th. 4. s. r. p. sent. dist. 18. ubi supra. q. 1. in sol. 3. argu. Nota etiam ad eundem prædictorum, quod triplex est forum, scilicet conscientie, penitentiae, iudiciale. Primum forum est conscientie in quo idem potest esse reus testis, & iudex: unde Aug. in lib. de penitentia sic ait. Constituto in corde iudicio adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, iudex timor. Inde quidem sanguis animæ contentis per lachrymas profluat: postremo ab ipsa mente talis sententia proferat, ut se indignum homo iudicet participatione corporis, & sanguinis Christi. Secundum forum est penitentiae, ubi idem potest esse reus, & testis, sed non iudex: nam penitens quando se reum confitetur contra seipsum prohibet testimoniū. Tertium forum est iudiciale, in quo neque idem potest esse iudex sui neque testis secundum, quod ratio, & iura decreuerunt. Excommunicatio autem ad forum iudiciale spectat: unde quia excommunicans est iudex respectu excommunicari, ideo nullus potest excommunicare seipsum. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 187. art. 2. in corp. q. Tertius casus est, an communitas excommunicari possit. Respondeo, & dico, quod non, quod tali ratione probō. Excommunicari non debet aliquis nisi pro peccato mortali: peccatum autem in actu confitit actus autem non est communitatis, sed singularium personarum & ideo singuli de ciuitate, scilicet actores, & consentientes excommunicari possunt, non autem ipsa communitas: & si etiam quandoque actus sit alicuius multitudinis, ut quando multi trahunt nauem quam nullus trahere posset, tamen non est probabile, quod aliqua ciuitas tota ad malum consentiat, quin aliqui sint ibi dissensientes: unde quod non est Dei qui omnem terram, ut condēnet

iustum cum impio, ut dicitur gen. 18. Ideo ecclesia quæ debet Dei iudicium imitari prouidē statuit, ut communitas non excommunicetur, ne collectis zizanijs simul eradicetur, & triticum. Hæc b. Tho. ubi sup. art. 3. q. 2. in cor. q.

Ubi nota, quod quauis uniuersitas excommunicari non possit, ut patet potest tamen interdici. Cuius ratio est, quia suspensio, & interdictum non est tanta pena sicut est excommunicatio: quod patet, quia per hoc non priuatur quis communione fidelium nec suffragiis ecclesie sicut per excommunicationem: unde et aliquis sine peccato proprio suspenditur, & tota terra pro peccato principis: uel totum regnum pro peccato regis supponitur interdicto, ita quod non est simile de excommunicatione, & suspensione, uel interdicto. Hæc b. Th. ibidem, in sol. 2. argu. Quartus casus est, an semel excommunicatus iterum possit excommunicari. Respondeo, & dico, quod in excommunicatione sunt duo. scilicet separatio ab ecclesia, & elongatio ab ea, primo. n. quantum ad separationem ab ecclesia excommunicatus semel amplius excommunicari non potest: sicut nec auersus a Deo amplius non potest: Secundo uero. scilicet quantum ad elongationem ab ecclesia semel excommunicatus potest ab ecclesia per excommunicationem aliam longius expelli, & extra diutius teneri: nam quanto magis excommunicatio iteratur, tanto magis a diuinis quis separatur, uerbigratia. Magis est a suffragiis ecclesie elongatus qui pluries est excommunicatus quam qui semel tantum. Quod autem semel excommunicatus possit iterum excommunicari tali ratione ostendo. Excommunicatio quædam pena est, & medicinale remedium, sed pænæ, & medicine iterantur cum causa exigit, ergo excommunicatio: unde ille qui est excommunicatus una excommunicatione potest iterum excommunicari, uel per eiusdem excommunicationis iterationem, uel per aliam ad maiorem confusionem, ut uel sic a peccato resiliat, uel propter alias causas. Hæc B. Th. 4. scr. sent. ubi supra art. 3. q. 3. in cor. q. & in sol. 2. arg. & Pet. de Thar. 4. scrip. sent. dist. 18. circa secundum propleuma, art. 3. q. 3. in cor. q. & in sol. 3. argum.

Potest
tamē in
terdici.

Forum
triplex.

tota cō-
munitas
simul
non po-
test ex-
commu-
nicari.

CAP. V.

Quarto principaliter circa excommunicationem consideranda est communio-
 nis possibilitas. scilicet quis & in quibus possit excommunicatis commu-
 nicare. Ad cuius evidentiam quaero septē casus. Primus est, an licet excommuni-
 cato excommunicare in puris corporalibus. Respondeo, & dico, qd exco-
 munito minori exco-
 munito quæ separet ho-
 mē a participatione sanctorum, & non a cō-
 munionē fidelium licet cōicārē, sed non licet ei sacramēta conferre. Excommunicato ve-
 rò maiori exco-
 munito quæ separat hominem ab utriusq; scilicet a participatione sacramētorum, & a cōmunionē fidelium cō-
 municare non licet: tñ qd ecclesia excom-
 municationē ad medelā, & non ad interi-
 tū inducit, idēd excipiūtur ab hac gene-
 ralitate quādā personæ quæ cōicantes ex-
 communicatis nullā exco-
 munito quæ cōtinentur hoc uersu. Vti-
 le, lex, humiles, res ignorata, necesse: pri-
 mō utile. Nā utilitas eius qui exco-
 munito, & sciēter facit exco-
 munito, ut qui exigit ab exco-
 munito, ut sibi det qd dare tenetur. Itē utili-
 tas ex parte communicati, ut quādo quis
 exco-
 munito loquitur de his quæ p-
 tinēt ad eius salutē, de talibus. n. homo cū ex-
 co-
 munito licitē potest loqui, & etiam alia
 verba inferere, ut facilius verba salutis
 ex familiaritate recipiantur. secūdo hoc
 idē facit lex. Nā propter legē quæ est in-
 ter virum, & uxorem, uxor cōicans viro
 excommunicato non incurrit exco-
 munito: Tertiō hoc idem facit humi-
 le sicut est de filiis, seruis, ancillis, manci-
 pijs, rusticis, & seruiētib; & hoc intel-
 ligitur de filiis qui non sunt emācipati,
 sed adhuc in potestate patris: quartō hoc
 idē facit res ignorata: ut si aliquis cōmu-
 nicet alteri ignorans eum esse excommu-
 nicatum, dummodo ignorantia non sit
 crassa. Quinto idem facit necesse, ut quā-
 do transit per terras excommunicatorū
 &c. ut habetur. 11. q. 3. Quoniam multos
 &c. & hoc dummodo necessitas sit uera
 & non simulata. Hęc B. Th. 4. sc. sen. dis-
 18. de exco-
 munito. art. 4. q. 1. in cor. q. Er

Alex. 4. parte sum. q. 286. in cor. Secūdo
 casus est, an parentes possint communi-
 care filiis excommunicatis, & domini
 subditis siue familiarib; suis, sicut ē con-
 uerso. Respondeo, & dico, qd non, & hoc
 in pœnam maiorum quorū est minores
 suos corrigere ne incidant in excommu-
 nicationem, vel saltem in ipsa morentur:
 parentes enim suos filios erudire, & casti-
 gare debēt: aliter. n. digni sunt pœna. Hęc
 Alex. ibi. Tercius casus est, an participās
 excommunicato sit excommunicatus. Re-
 spondeo, & dico, qd excommunicatione pōt
 in aliquē ferri dupliciter uno modo ita,
 ut ipse excommunicatus est cum omni-
 bus ei participantibus, & tūc non est du-
 bium, qd quicunq; participat ei est excom-
 municatus maiori excommunicatione. Alio modo est excommunicatus simpli-
 citer ipse: & tūc aut aliquis participat ei
 in crimine, præbendo ei auxilium consi-
 lium, & fauorem: & sic iterum est, excom-
 municatus maiori excommunicatione,
 aut participat in alijs, scilicet in uerbo
 uel osculo, uel mensa, & sic est excommu-
 nicatus minori exco-
 munito. Hęc
 B. Th. ubi supra art. 4. q. 2. in cor. q.

Quartus casus est, an semp teneamur
 euitare excommunicatos. Respondeo, &
 dico, qd non, nisi solummodo quando no-
 minati sunt p sententiam, unde 11. q. 3.
 Audi deniq; dicitur, qd p sentētiā quis
 nominatus fuerit, & pronunciatu exco-
 municatus, cū eo communicare non de-
 bemus: cum autem solo reatu occultē ex-
 communicationis contraxerit pœnam,
 non est ab eius cōmunionē cessandū: unde
 dominus in euangelio tunc peccatorē
 dicit habendum ethnicum, & publicanū,
 cū ecclesiā audire cōtēplerit. Hęc Ale-
 xan. ubi sup. in cor. q. Quintus casus est,
 an participans exco-
 munito in casibus
 non cōcessis semper peccet mortaliter.
 Respondeo, & dico qd non, sed solū quan-
 do participat ei in crimine, uel in diuini-
 nis, uel in cōtēptū ecclesiæ. Hęc B. Tho.
 ubi sup. art. 4. q. 3. in cor. q. in fi. Sextus ca-
 sus est, an metus mortis excuset partici-
 pantē cum exco-
 munito a peccato. Re-
 spōdeo, & dico, qd licet metus mortis cul-
 pam attenuat, quia tñ eam non prorsus
 excludunt (cū pro nullo metu debeat qd
 peccatū mortale incurrere) excommuni-
 ca.

An sem-
 per sint
 euitadi
 excom-
 muni-
 ti.

cationis labe credimus inquinari: & ita communicans cum excommunicato peccat mortaliter, quamuis causa mortis uitanda, & præcipue si consideratus, & habita deliberatione communicet mortaliter peccat, quia huiusmodi communicatio non est sine contemptu. Si verò ex quadam surreptione inconsideratus siue nulla prout deliberatione quis metu mortis communicet non peccat mortaliter.

an exco-
muni-
cans pos-
sit parti-
cipare
excoi-
ca-
to.
Hæc Alexander ubi supra quæstio. 287. in cor. q. Septimus casus est, an qui excommunicat aliquem si communicet cum illo sit excommunicatus. Respondeo, & dico, qd excommunicans aliquem siue quia communicet ei in crimine siue quia est fautor illius excommunicati non est excommunicatus à se. Cuius ratio est, quia excommunicans in foro iudiciali est iudex respectu excommunicati: idem autem non potest esse in foro iudiciali iudex reus, & testis, propter quod nullus potest excommunicare seipsum: est tamen talis excommunicatus à iure, quia extra iuris ordinem facit. Vtrum autem aliquis qui communicat alicui quem excoi-
catis in crimine non excommunicatur, ergo ex altitudine gradus reportat commodum contra illud quod à sanctis superponitur, quanto gradus altior: tanto casus grauior. Respondeo, & dico, quod non sequitur quod talis puniatur maiori poena, & grauius peccet quam ille qui excoi-
municatur ab illo, quamuis seipsum excommunicare non possit, ut patet supra. Hæc Alex. ubi sup. q. 287. in corp. q. & in solut. 7. argum.

C A P. VI.

Quinto, & ultimò principaliter circa excommunicationem consideranda est absolutionis idoneitas scilicet quis possit absolvere, & absolui. Ad cuius euidentiam pono pro quæstione sex casus. Primus casus est an quilibet sa-

cerdos subditum suum possit ab excommunicatione soluere. Respondeo, & dico, qd duplex est excommunicatio. scilicet una est minor quæ contrahitur per participationem excommunicati excommunicatione maiori, & excludit solum à perceptione sacramentorum: & ab hac potest absolvere quilibet qui potest absolvere à peccato participationis. Alia uerò excommunicatio est maior, & excludit à perceptione sacramentorum, & à communione fidelium, & talis uel est lata à iudice, & sic ille qui tulit vel ei us superior potest ab ea absolvere, uel est lata à iure, tunc episcopus vel sacerdos potest absolvere exceptis sex casibus quos sibi iuris conditor. scilicet Papa reseruauit quò ad absolutionem excommunicatorum: primus est, quando aliquis iniecit manus in clericum uel religiosum: secundus est de illo qui incendit ecclesiam, & est denunciatus, nam ante denunciationem episcopus absolvere potest: tertius casus est de illo qui frangit ecclesiam, & est denunciatus: quartus est de illo qui in diuinis communicat excommunicatis nominaliter à Papa: quintus est de illo qui falsificat literas Apostolicæ sedis. sextus est de illo qui excommunicatis communicat in crimine: non. n. debet absolui nisi ab eo qui excoi-
municauerit: etiam si non sit eius subditus, nisi propter difficultatem accedendi ad ipsum absolueretur ab episcopo uel à proprio sacerdote, præstita iuratoria cautione, qd pareat mandato iudicis qui sententiam tulit. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 18. de excommunicatione. art. 5. q. 1. in corp. q. Secundus casus est, an quilibet sacerdos possit absolvere illū qui iniecit manum in clericū vel religiosum. Respondeo, & dico, qd cum ista sententia sit lata à iure, nullus potest talem absolvere nisi iuris conditor. scilicet Papa qui istū casum cum alijs quinque reseruauit sibi, ut patet supra immediate. Ab isto tamen casu excipiuntur octo in quibus quilibet à qualibet excommunicatione, & a quolibet potest absolui: primum est in articulo mortis in quo à qualibet excommunicatione, & à quolibet sacerdote quilibet potest absolui: secundum est si sit hostiarius alicuius potentis, & non ex odio uel ex proposito percussit; tertium est, si percussus sit mulier

Casus
Papales

mulier: quartum est si sit seruus, & dñs la-
deretur de eius absentia qui non est in
culpa: quintū est: si regularis regularem,
& non sit enormis excessus: sextum est si
sit pauper: septimum est si sit impubes,
vel senex, vel ualitudinarius: octauū si ha-
bet inimicitias capitales. Sunt autē alij se-
ptem casus in quib. percutiens clericum
excommunicationem non incurrit: pri-
mus est, si cā disciplinæ, vt magister, uel
p̄latus: secundus est si iocosa leuitate: ter-
tius est, si inuenit eum turpiter agentē cū
uxore, matre, sorore, uel filia: quartus, si
statim vim vi repellat: quintus, si ignoret
eū esse clericū, sextus, si inueniat eum in
apostasia post tertiā ammonitionem: se-
ptimus, si clericus transfert se ad actū pē-
nitentis contrariū: vt si fiat miles, uel ad bi-
gamia transeat, vbi sup. art. 5. q. 1. in cor.
q. Tertius casus est, an aliquis possit ab-
soluti ab excōicatione inuitus. Respōdeo,
& dico, q̄ sic. Cuius rō est, quia cum excō-
municato sit quādā p̄na: sicut excōica-
tio in aliquem inuitū ferri pōt, ita etiam
ab ea absolui potest inuitus. Hæc B. Tho.
ibidem. q. 2. in cor. q. Vbi nota, q̄ aliquis,
uel est excōicatus iustē, uel iniustē: si iustē
non debet absolui inuitus, si autem iniu-
stē: possit eum iudex absolvere inuitum,
sed hoc non propter suum meritum, sed
ad proprium errorem uitandum. Hæc A-
lex. 4. par. sum. q. 87. art. 1. in corp. q. in fi.
Secundo nota, q̄ licet aliquis in foro iu-
diciali etiam inuitus absolui pōt, ut pa-
tet: non tñ in foro pñiali aliquis inuitus
à p̄tō absolui pōt. Cuius rō est, quia sicut
peccata non committuntur nisi uolunta-
te, ita non remittuntur alicui inuito. Hæc
B. Tho. 4. scri. sen. dist. vbi sup. artic. 5. q. 2.
in cor. q. vnde in foro pñiali virtus abso-
lutionis dependet ex virtute confitentis
peccata sua, & ideò nisi accedat ueraciter
pēnitēs, & sine fictione, nō ualet sibi be-
nificiū absolutionis: non autē accedit ue-
raciter ad pēnitentiā nisi accedat in uo-
luntate, vel cū uolūtate absoluēdi à p̄tō.
Non autē est similiter in foro iudiciali, in
quo ad absolutionē sufficit cessatio cōta-
maciæ cum uolūtate satisfaciendi eccle-
siæ: hæc autē possunt accidere cum uolūta-
te peccandi. Hæc Alex. ubi sup. in 1. argu.
contra. Quartus casus est, an sacerdos ali-
quē à culpa possit absolvere nisi prius eū

ab excōicatione absoluat. Respondeo, &
dico, q̄ non. Cuius rō est, quia cum excō-
municatus non sit particeps ecclesiæ sa-
cramentorum: sacerdos non potest absol-
uere excommunicatum a culpa nisi sit
prius ab excommunicatione absolutus.
Vbi nota, q̄ quamuis uinculū peccati sit
maius simpliciter quā uinculum excō-
municationis, tamē quò ad aliquid vin-
culum excōicationis est maius, non solū
inquantū obligat quò ad Deum, vt facit
peccatū: sed etiam in facie ecclesiæ. Et iō
in absoluendo ab excommunicatione re-
quiritur iurisdictio in foro exteriori, nō
autem in absolutione à p̄tō, & p̄ hoc in
absolutione à peccato nō exigitur cautio
iuramenti sicut in absolutione ab excom-
municatione: per iuramētū. n. contrauer-
siæ quæ sunt inter homines terminantur
secundū Apost. Hæc B. Tho. 4. scri. sen. di.
18. art. 5. q. 1. in sol. 1. & 2. arg. Quintus ca-
sus est, an excōicatus plurib. excommuni-
cationib. potest absolui ab una sine hoc,
q̄ absoluator ab alia. Respondeo, & dico,
q̄ aliter est de absolutione à peccatis in
foro pēnitentiæ: & aliter de absolutione
excōicationis in foro iudiciali. Nam in
foro pēnitentiæ aliquis non pōt absolui
ab vno peccato nisi ab omnibus absoluatur.
Cuius rō est, quia omnia peccata ha-
bent connexionē in anersione uolūtatis
à Deo cū qua non pōt esse peccatorū re-
missio, & ideò vnū peccatū sine alio remit-
ti non pōt, sed quia excōicationes non
habent connexionē: ideò possibile est q̄
vnus absoluator ab vna & remaneat in al-
tera, confirmo autē hoc tali ratione, & exē-
plo. Quia sicut ligatus plurib. materiali-
bus filis potest absolui ab uno, & non ab
alio, ita ligatus plurib. uinculis spiritua-
lib. i. pluribus excommunicationib. pōt
absolui ab vna abique hoc q̄ absoluator ab
alia ubi sciendū est, quòd aliquis quando-
que est excommunicatus ab uno iudice
pluribus excommunicationibus, quando-
que à pluribus. In primo casu quando ab-
soluitur ab una intelligitur absolui ab om-
nibus nisi contrariū exprimat. In secū-
do casu. s. quando est excommunicatus à
diuersis iudicibus: absolutus ab una non
propter hoc est absolutus ab altera nisi
alij iudices ad petitionem eius absolutio-
nem suam confirmauerint: uel nisi om-
nes

nēs uni demandant absolutionem, ubi supra art. 5. q. 3. in cor. & in solu. 1. argunt. Si autem quæritur, in qua absolutione à pluribus excommunicationibus sit absolutus an in prima, uel in secunda, uel in alijs. Respondeo, & dico, quòd si particulariter à qualibet excommunicatione est absolutus, tamen in ultima absolutione est omnino, & perfectè absolutus: ultima enim absolutio est consummatio particularium absolutionum, & ante illam non est completa reconciliatio excommunicati, & ecclesiæ: verbi gratia. Sicut enim cauatur lapis multa cauatione aquæ, & tamen ultima gutta est consummatio, & perfectio totius cauationis, similiter se habet de absolutione à pluribus excommunicationibus. Hæc Alex. 4. par. sum. quæst. 289. articu. 1. in cor. q. Sextus casus est: Si excommunicatus participauit, uel fuit excommunicato in crimine an possit excommunicatum absolueret. Respondeo, & dico, q. sic: Cuius ratio est, quia excommunicatus potest absolui ab excommunicante qui tantum contrahit a iure excommunicationem minorem quæ non aufert excommunicandi iurisdictionem: unde quia nullus episcopus uel alius a sententia sua ligatur: si episcopus, uel alius excommunicans esset fautor criminosi non ligaretur sua sententia excommunicatione maiori uel minori: sed tantum minore, ut dictum est a iure excommunicationem contraheret, quæ non aufert iurisdictionem absolueret alium ab excommunicatione: etiam si participauit, uel fuit excommunicato in crimine. Hæc Alex. ibidem, art. 2. in cor. q.

Sequitur Littera F.

De Fama.

SUMMARIVM.

- 1 Bona fama tres excellentias habet.
- 2 Maius peccatum est famam alterius denigrare quàm alienam substantiam tollere.
- 3 Necessarium est homini ad salu-

tem eius, eius famam restitueret quem diffamauit.

C A P. I.



FA M A. Circa famam consideranda sunt tria, scilicet utilitas appetitum alliciens, iniquitas defectum obiciens, necessitas ablatum restituens.

Primò circa famam consideranda est nobilitas, uel utilitas appetitum alliciens. Nam bona fama continetur in se tria. Est enim preciosior rebus temporalibus, propinquior, uel proximior bonis spiritualibus, appetibilior bonis exterioribus. Primò est preciosior rebus temporalibus. Cuius ratio est, quia homo per defectum famæ impeditur a multis ad quæ habilitatur, & adiuuatur per bonam famam. Hæc Beat. Thom. 2. 2. quæstio. 83. articu. secundo in cor. quæst. in principio.

Nota tamen hic quattuor ad euiden- Infamia quid.
tiam prædictorum. Primum est, quod infamia est lesio dignitatis status. Et dicitur infamia, i. sine fama, uel secundum papiam infamia dicitur, i. non bona fama. Secundum est, quod aliquis dicitur infamis duobus modis, scilicet de iure, & de facto. Nam de iure infamis dicitur quem ius dicit esse infamem. De facto uero infamis dicitur cuius apud bonos, & graues est opinio super aliquo crimine. Tertium est, quod infamatis indicenda est purgatio apud bonos, & graues undecumque crimina oriuntur: nisi proberetur, q. sint a maioribus, & inimicis orta, quia tunc non est inquisitio facienda nisi inde esset ortum scandalum. Quartum est, quod infamibus personis actus legitimi sunt interdicti: sicut accensare, testificari ad ordines: uel dignitates promoueri: ad quæ bona fama multum cooperatur. Hæc Ray. in sum. libro tertio. Secundò bona fama est propinquior bonis spiritualibus, ut dicit Beatus Thomas, ubi supra, articu. tertio in cor. quæst. Hæc autem bona spiritualia quibus est fama propinquior sunt uirtutes, honor, laus, & gloria, quæ omnia respicit bona fama. Hugutio autem dicit

Bona fama reb. exteriorib. præponit.

dicit in lib. derivationum, q̃ fama dicitur quasi famula, quia famulatur nobis ad modum famulæ discurrendo, portādo rumores de nobis per diuersas terras etiam nobis ignorātibus. Tertiò bona fama est appetibilior bonis exterioribus. Nihil. n. est inter bona exteriora quod magis appeti debeat bona fama: propter quod Eccles. 41. dicitur. Curam habe de bono nomine: & subdit causam dicens. Hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri magni & p̃ciosi. Quod verbū exponitur octo modis: primò sic. Curam habe de bono nomine, conseruando ne amittatur, procurando vt restituatur, præcipuè quando est iniuste ablatum secundò sic: Curam habe de bono nomine, i. de bona fama quæ non est appetenda propter se, quia tunc esset uana gloria, sed propter honorem Dei, & ædificationem proximi. Req. infra Vana gloria 1. c. tertiò sic. Curam habe de bono nomine, scilicet de bono opere, ut benè uiuas. Sic enim bene operando, & bene uiuendo acquiritur bonum nomen: & hoc contra hypocritas, qui uocari uolunt, esse non uolūt, nomē appetunt, officium negligunt, ut dicit. Chryso. super Matth. 23. vnde idem contra hypocritas sic loquitur ibidem dicēs. Hypocrita si bonum est bonum esse, ut quid uis appetere quod non uis esse? Si malum est malum esse, ut quis uis esse, quod non uis apparere? Si bonum est bonum apparere, melius est bonum esse. Si malum est malum apparere, peius est malū esse, ergo aut appare quod es aut esto, quod appares. Quarto modo exponitur sic: Curam habe de bono nomine præsupposito tamen conscientia bono, unde August. in sermone communi clericorum. Duo sunt tibi necessaria, scilicet cōscientia & fama: conscientia pro te, fama propter proximum. Et subdit dicens: Qui cōscientia suæ famam negligit crudelis est. Est autem bona conscientia magis appetenda, diligenda, & eligenda quàm bona fama, ideo dicit Grego. super Ezech. Homel. 9. In omni quod dicit & agitur semper tacitè recurrere debemus ad mentem idest ad conscientiam. Et subdit causam dicens: Quid enim prodest si omnes laudant, & conscientia accusat, aut quid poterit obesse si omnes derogant, & sola cō-

scientia defendat. Et Seneca in libro de moribus: Conscientia magis quàm fama intende: falli nanq; sæpe poteris fama, conscientia uerò nunquam: quinto modo exponitur sic. Curam habe de bono nomine, quod est multorum bonorum testimonio laudari, & approbari. Nam laudari à malis non est fama, sed infamia: unde non est appetenda, sed respuenda. ita dicit Augusti. libro 88. quæstio. 31. Sit tibi tam triste si lauderis à turpibus quàm si lauderis ob turpia: sexto modo exponitur sic. Curam habe de bono nomine, scilicet, quo christianus vocaris: unde prima Iohannis tertio. Videte qualem charitatem ostendit nobis Deus, ut filij nominemur & simus Iohann. primo. Dedit eis potestatem filios dei fieri quod uerbum Chrysostom. exponens sic ait. Non dixit quoniam fecit eos filios Dei fieri propter tres causas.

Prima est ostendens quoniam multo opus est studio, ut eam quæ in baptismo formata est imaginem incontaminatam semper custodiamus.

Secunda causa est ostendens quoniam potestatem hanc nullus auferre poterit, nisi nos ipsi auferamus.

Tertia causa est ostendens quoniā hæc gratia aduenit uolentibus, & non nolentibus: etenim in potestate liberi arbitrij, & gratia operatione filios Dei fieri: vnde timeat & caueat unusquisque, quia Christus in fine quæret. Matth. 22. Cuius est imago hæc & superscriptio, ut imago ad naturalia: superscriptio uerò ad gratuita, referatur: septimo modo exponitur sic: Curam habe de bono nomine, idest dilige, appete, & ora: ut nomen tuum scriptū sit in libro uitæ. Eccles. 6. Qui futurus est iam uocatum est nomen eius, quasi in libro uitæ scriptum est nomen eius. Et hoc plus ualet, quàm omnes diuitia temporales, eò quod omnes diuitia temporales corrumpuntur & pereunt: nomen autem prædestinationis scriptum in libro uitæ nunquam deletur. Gaudete quia nomina uestra scripta sunt in celis Lucæ 10. octauo modo exponitur sic: Curam habe de bono nomine, & cætera super quo uerbo, Petrus Rauennas sic dicit. Quidam apud se plus linguæ adulatrici, quàm conscientia, suæ credunt quod repro-

reprobatur est. supra in quarta expositione. Quidam laudes hominum uilipendunt, & in hoc sunt laudabiles infra humilitatis signa. Quidam omni tempore uenantur famam, & omni opere sunt infames, & ambitiosi. Quidam apud alios uenerabiles sibi apud se uilescunt: de quibus Cassio. libro primo, Epistolarum sic dicit: Incliti animi signum est famæ diligere commodum, & lucra odisse causarum. Nam qui affectat famæ comoda pecuniæ negligit augmenta.

CAP. II.

SECUNDO principaliter circa famam considerata est iniquitas defectum obliiciens. Si enim iniustum est, & malum rem alterius furari, multo magis iniquum est, & peruersum famam alterius denigrare: cum fama omni bono temporali sit præciosior, ut præced. cap. patet. Hoc autem tripliciter probo, scilicet ex parte principii, modi, termini. Primo ex parte principii sic: Nam detractio nis principium est inuidia: ita dicit Greg. in lib. Moral. Detractio est, inuidia: filia: ex eo enim, quod aliquis inuidet, & dolet de bono alterius, & gaudet de malo, ideo famam eius nititur denigrare. Ex quo sic concludo, cuius principium est iniquum, vel malum, & principiatum malum, & cuius causa mala est iniqua, & effectus iniquus, & cuius radix corrupta, & fructus corruptus. Sic autem est de detractio. ne respectu inuidia. Req. sup. Detractio, prima diuisione. Secundo patet hoc idem ex parte modi: Nam detractor alterius famam in eius absentia occultè denigrat sex modis, uel sex mendaciis. Req. sup. Detractio, tertia diuisione. Tertiò patet hoc idem ex parte termini. Nam detractor ad istum finem tendit, ut denigret famam eius quem odit. Hoc autem grauius est quàm exteriorem substantiã rapere, uel furari ut patet. Ad maiorem tamen euidentiã prædictorum nota hic tria. scilicet differentiam criminis, excedentiã ponderis, diligentiam hominis. Primò nota differentiam criminis. Nam differentia est, inter criminatorem, susurratorem, & detractorem, quia criminator est, qui publice aliis crimina imponit, uel accusando,

vel conuiciando: susurrator autem, & detractor in occulto, & in absentia nocet. Hec b. Th. 2. 2. q. 74. art. 1. in sol. 2. arg. p. totum. Secundo detractor differt a susurratore, quia detractor intendit famam proximi denigrare. Susurrator autem intendit amicitiam inter aliquos separare: unde uocatur bilinguis in quantum duab. linguis utitur ad duos uni dicens mala de alio: ubi sup. art. 1. in cor. q. & in sol. 3. argu. Secundo nota excedentiã ponderis. Quod autem peccatum sit grauius inter prædicta dico hic duo. Primum est, quod susurratio est maius peccatum, quàm sit detractio, uel contumelia. Cuius ratio est, quia peccatum quod committitur in proximum tanto est grauius, quanto per ipsum proximo maius nocumentum infertur: nocumentum autem est maius quanto per ipsum tollitur maius bonum. Cum ergo inter omnia bona exteriora præminet amicus, quia sine amicis nullus uiuere potest: ideo susurratio per quam tollitur amicitia quæ inter omnia bona exteriora est maius bonum: est maius peccatum quàm detractio, uel contumelia: ubi supra art. 2. in cor. q. per totum. Secundum est, quod contumelia est, grauius peccatum quàm sit detractio. Cuius ratio est, quia illud peccatum est grauius quod habet maiorem contemptum proximi: sed peccatum contumeliae habet plus de contemptu proximi cum fiat in publico quàm peccatum detractiois, sicut rapina est maius peccatum, quàm furtum, ubi sup. q. 73. art. 3. in sol. 2. arg. Sed fortè argues contra, & dices, quod detractio est, grauius peccatum quàm contumelia, quia contumelia oritur ex ira: detractio uero oritur ex inuidia, ut dicit Greg. 3. 1. Mora. sed inuidia est maius peccatum quàm sit ira: ergo peccatum detractiois est, maius peccatum quàm contumelia. Resp. & dico, quod non sequitur, quia ex minori uitio, uel peccato potest oriri maius peccatum, sicut ex ira nascitur homicidium, & blasphemia. Origo autem peccatorum attenditur ex parte conuersionis, grauitas autem peccati attenditur magis ex parte auersionis: ibidem in sol. 3. arg. Tertiò nota diligentiam hominis. Nam quilibet diligenter, & sollicitè debet subtrahere occasiones ne ab aliis diffametur. Vbi nota, quod utrumque. scilicet contemptus famæ, & appetitus famæ potest esse laudabilis, & uiciosus: fama enim non est, necessaria homi

De cōtē
ptu , &
appeti-
tu famę

ni propter seipsum, sed ppter proximū,
ut patet sup. i. c. immediate, & infra. Va-
nagloria. Appetere igitur famā propter
proximum est charitas, appetere uerō
propter seipsum ad inanē gloriā ptinet:
& ē cōtrario contemptus famę ratione
sui ipsius humilitatis est: rōne uero pro-
ximi est ignauia, & crudelitatis. Illi ergo
quibus incumbit ex officio, uel ex statu
perfectionis aliorū saluti prouidere pec-
cant, nisi infamiam propriā iuxta posse
repellant. Alij uero quibus magnā custo-
dia suę salutis imminet possunt suę hu-
militati prouidentes famā uel infamā
contemnere. Dico ergo, q̄ cum infamā
dupliciter repellatur. s. occasionē subtrā-
hēdo, & linguas detrahentiū cōpescēdo.
Primō. s. occasionem infamix subtrahē-
do omnes infamiā vitare tenentur, aliās
sine scandalo occasio transire nō posset,
quod semper est peccatū: unde Aposto. 1.
ad Theffa. 5. sic dicit: Oīa probate quod
bonum est tenere, ab omni specie mala
abstinate uos. In quo uerbo tria facit. Pri-
mō monet, ut prudenter cūcta discutiāt:
ibi Omnia probate: glo. i. rōne discutite.
Secundō monet, ut bona praeligant: ibi
Quod bonū est tenete. s. eligendo, eo q̄
sumus liberi arbitrij. Tertiō ut mali ap-
parentiā fugiant, ibi Ab oī specie mala
abstinate uos, non solū a mala re, sed et a
specie mala. Secundo uerō modo infā-
miā repellere linguas detrahentiū cōpe-
scendo nullus tenetur. Cuius rō est, quia
nullus tenetur ad impossibile: sed nullus
potest ita cauere quin alius diffamet ip-
sum, e go &c. Hęc B. Tho. quodlibet. 10.
q. 12. in cor. q. Sed forrē argues in opposi-
tū contra. s. q̄ homo debet prebere alte-
ri occasionē diffamādi eū tali rōne. Hęc
debet illud appetere, & uelle quod est,
ocasio meriti, sed detractio aliquando
est occasio meriti, putā qñ quis eā patien-
ter suffert, ergo &c. Resp. & dico, q̄ licet
detractio sit occasio meriti aliquando
apud sustinentem patienter, non tamen
est alicui danda occasio detractiois.

Quō sit
detra-
ctio occa-
sio me-
riti.

Quod enim detractio est occasio meriti,
hoc est ex parte Dei, qui ex malis elicit
bona. Qui uero dat occasionem est prin-
cipiū mali, non sunt autem facienda ma-
la, ut ueniant bona. Si aut quærit, quid
debet facere iustus, qui apud Deū habet

conscientiā bonam, tamen multi de eo
malum aliquod suspicantur pp aliquā
speciē exteriorem, n talis satisfacere de-
bet detracti, uel ē conuerso detracti
iusto. Dico, q̄ in rei ueritate detractor de-
bet satisfacere iusto cum falso detraxit,
& ex bonis eligit mala. Iustus aut cui ne-
cessaria est bona uita quō ad seipsum, &
bona conscientia quō ad Deū, & bona fa-
ma quō ad proximum, ut Aug. dic t, quā-
tum in se est dēt illis satisfacere, qui ma-
lum suspicantur de seipso, ostendendo
intentionem suam & remouendo speciē
mali, & occasionem scandali secundum,
q̄ possibile est. Si uero cum omnibus his
adhuc eis non potest satisfacere, dolen-
dum est, q̄ illi peccant: unde Grego. Vo-
candi sunt, & tranquillē admonēdi, eisq̄
sati facere oīb. modis debet. Si autem sa-
tis fieri sibi ex ueritate noluerint, habes
consolationem tam in euangelio quā in
cōlo. Nam in euangelio habes conso-
lationem saluatoris dicentis Matth. 15.
Sinite illos, cæci sunt, & duces cecorum.
In cōlo habes consolatoreni ipsum Deū,
exemplo Iob dicentis. 16. Ecce in cōlo te-
stis meus est, & cōsciū meus in excelsis.
In quo uerbo Iob innocentia suā osten-
dit dupliciter. Primō respectu actū ex-
teriorum dicēs: In cōlo est testis meus. s.
innocentię operum: Hiere. 29. Ego sum
iudex, & testis, & ideo non timeo accusa-
tiones uestras. Et dicit in cōlo ubi nihil
fit nisi rectum. Et testis meus de cōlo pre-
mian. bono, & prosperari permittens:
malos. Et Greg. super hoc uerbo sic ait:
Omnis enim qui ex eo, quod agit terre-
nas laudes appetit, testem in terrā quæ-
rit. Qui autem in suis actibus omni po-
tenti placere studet seu festinat, testem se
habere in cōlo considerat. Secundō ostē-
dit suam innocentiam respectu actuum
interiorum dicens: Et cōsciū meus in
excelsis idest, testis ipsius conscientię
quantum ad cogitationes quas ipse no-
uit, & simul scit mecum. Nec mirū, quia
in secretis cordis sui habebat Deum, & di-
cit, quōd talis testis est, in excelsis, hoc
est in eo, qui excelsus est, scilicet eleua-
tus extra omnem fantasiā errorum: un-
de omnia clarē uidens cum falsitate nul-
lam quæstionem habet.

CAP. III.

Tertio principaliter circa famam cōsiderāda est necessitas ablatum restituere. Est. n. necessarium ad salutem restituere cuilibet famam suam. Hoc autem tripliciter probō. scilicet auctoritate, ratione, comparatione. Primo auctoritate Augu. in epistola ad Macedonium sic dicentis: Si aliena res propter quam peccatum ē, cum reddi possit non redditur, non agit pœnitentia, sed fingitur: si autem ueraciter agitur non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatū, sicut dixi cum restitui potest. Secundo probō hoc idem ratione sic, sicut se habet fur aut raptor respectu boni temporalis, ita detractor respectu boni nominis, sed fur aut raptor boni temporalis ad restituendum tenetur, ut patet auctoritate Aug. immediatē prælata, ergo multo magis denigrator boni nominis. Tertio probō hoc idem cōparatione sic: Maius est bonum quod est intra nos, scilicet virtutes ex quibus oritur bona fama, quam bonum quod est extra nos scilicet bonum temporale: sed ille, qui aufert bona extra nos tenetur ad restitutionem, ergo multo magis, qui aufert bona intra nos, sed detractor est talis, ergo &c. Ad maiorem tamen euentiam prædictorum nota hic quinque. Primum est, quod aliquis aufert famam alicui tribus modis. scilicet uerū dicendo, & iustē, falsū dicendo, & iniustē, uerum dicendo, & iniustē. Primo modo aufert aliquis famam alteri uerum dicēdo, & iustē, scilicet cum quis crimen alterius prodit seruato ordine iustitiæ, & charitatis, & tunc non tenetur talis restituere. Secundo modo aufert aliquis famā alteri falsū dicendo, & iniustē scilicet cum aliquis detrahit alteri, & crimen eius prodit contra ordinem charitatis, & sic tenetur ei restituere famam. Req. supr. Detractio. Tertio modo aufert quis famam alicui uerum dicendo, & iniustē. scilicet cū aliquis crimen alterius prodit contra ordinem charitatis, & sic tenetur ad restitutionem famæ quātum potest sine mendacio tñ, utpote, quod dicat se male dixisse, uel si non potest restituere famam, debet ei aliter recompensare si-

cut & in alijs dictum est. Hæc B. T. secunda secundæ. q. 62. art. 3. in sol. 2. argu. per totum. Req. infra Restitutio. In quarto uero script. sent. dist. 15. art. 3. ic. q. 2. in corp. q. ponit beat. Thom. sub alijs uerbis eandem sententiam dicens, quod aliquis maliciam alterius manifestat quattuor modis scilicet animo corripiendi, puniendi, separandi, diffamandi. Si enim quis malum alterius occultū manifestat animo corrigendi, & denunciando, uel puniendi, accusando uel separando, ut saltem alij discedant ab eius consortio corrupto seruato ordine fraternę charitatis, talis non aufert famam iniustē. unde nec ad restitutionem famæ tenetur. Si autem quarto modo. scilicet animo diffamandi occultum malum alterius manifestet, iniustē aufert, & ad restitutionem tenetur: & hoc duobus modis. Primo. n. modo si falsum dixit tenetur restituere famam dicendo se falsum dixisse, & mentitum fuisse. Secundo modo si uerum dixit, malū occultum animo diffamandi manifestā. di tenetur ad restitutionem se malum dixisse sine hoc, quod se uerum non dixisse dicat, quia nullus debet famam alterius cum mendacio restituere. Secundum est, quod reuelare occultum peccatum alicuius propter eius emendationem denunciando, uel propter bonum publicę iustitię accusando, nō est detrahere, sed potius actus uirtutis, charitatis, & actus iustitię, & iō talis famā restituere nō tenetur, secunda secundæ q. 53. art. 2. in sol. 1. argu.

Tertium est, quod detractor non tenetur ad id quod est ei impossibile, sed solum ad id quod potest, nam fortē est impossibile mutare opinionem quam auditores ex sua detractione coneperunt: & quantum ad hoc non tenetur: possibile tamen est ei bonum dicere de eo illis quibus dixit malum, & ad hoc tenetur, ut scilicet sicut dixit malum de eo ita dicat bonum, & ostendat se deliquisse ex quo fortē mutabitur eius cuius malum de alio dixit opinio: uñ sicut exhibuit mēbra sua seruire iniquitati: ita tenetur mēbra sua exhibere iustitię in sanctificatione. Quartū est, quod restitutio famæ debet fieri illo modo, quod in locis, ubi diffamatus est occasione sui dicti uel facti, uel signi publice recognoscat errorē suū, & culpā, & p. posse re-

Detra-
ctor te-
net ad
restituē
dū pos-
si bile.

in oueat, vel saltem alleuiet sic infamiam.

Quintum est, q̄ talis, qui sic alium diffamauit, tenetur etiam componere se cum eo de iniuria, & ueniam postulare per se ipsum si audeat. Si uero non auderet, tenetur per interpositam personam, & tacito nomine ueniam postulare: Hæc Ray. in sum. lib. 2. & glo. ibid. Et Host. ibid. dicit ut habetur in sum. confess. lib. 2. §. de de tractione. q. 27. in si.

De Fide.

SUMMARIUM.

- 1 Circa festa quattuor sunt notanda.
- 2 Die festo, quiescere, & diuinis uacare debemus.
- 3 Obseruantia, & differentia Diei festi.
- 4 Iudæi octo festa colebant, quibus Christianorū festa maxime præstant.

C A P. I.



Estum uel festa. Circa festa quattuor sunt notanda, scilicet conuenientia numeri, exigentia debiti, obseruantia diei, eminentia meriti. Primo consideranda est cōuenientia vel

sufficiencia numeri. Fuerunt enim in lege ueteri olim apud Iudæos nouem solēnitates seu festa solennia. Primum festū fiebat quolibet die. Nam quotidie manē, & uesperē immolabatur Agnus per quod representabatur perperuitas diuina beatitudinis. Secundum fiebat qualibet septimana scilicet die sabbati, in memoriā beneficii creationis rerum. Tertium fiebat quolibet mense luna existente noua,

scilicet festum neomeniæ, ad memorandum opus diuinæ gubernationis. Quartum fiebat in uere scilicet festum pasche quod celebrabatur primo mēse. scilicet Aprili, qui totus apud Iudæos erat solennis, ad memorandum beneficium filiorum Israel de Ægypto. Quintum celebrabatur in æstate. scilicet festum pentecostes, quod celebrabatur quinquagesima die post pascha ad recolendum beneficium legis datę.

Sextū festum fiebat prima die mensis Aprilis scilicet festum tubarum in memoriam liberationis Iſaac de morte: unde illo festo cornibus pecorinis buccinabat, in signū q̄ illa die liberatus est Iſaac ne imolaret pecore substituto, p̄ eo. Septimū festum erat festū p̄piciationis q̄ celebrabatur decimo die mensis Aprilis in memoriam illius beneficii, q̄ Deus p̄piciatus est peccato populi de adoratione, & conflatione uituli. Octauum festū erat festum scenofegię idest tabernaculorum: quod celebrabatur. 7. die mensis Aprilis ad commemorandum beneficiū diuinæ protectionis, & deductionis per desertum, ubi in tabernaculis habitauerunt: in quo festo ferebant fructum arboris pulcherrimæ. i. citrum, & lignum densarum frondium, quæ sunt odorifera, & spatulis palmarum, & salices de torrente, quæ diu retinent suum uigorem, & hæc inueniuntur in terra promissionis ad significandum q̄ per aridam terram deserti eos deduxerat Deus ad terram deliciosam. Nonum festum celebrabat octaua die septimi mensis. scilicet cētus, & collectę: in quo colligebantur a populo ea, quæ erant necessaria ad expēsas diuini cultus: vel ad subueniendum necessitati pauperum. Hæc Beat. Thom. prime secundę. q. 102. art. 4. in sol. 7. arg.

C A P. II.

Tertio principaliter circa festa consideranda est exigentia debiti. Tene mur. n. die festo quiescere, & uacare diuinis: q̄ tripliciter p̄bo. scilicet exemplo naturali uel sensibili, motiuo infallibili p̄cepto salutari, uel uirtuali. Primo p̄bo cēplo naturali

Emme-
natur se
sta prio-
ris legis

turali: Sicut enim corporali refectiōi, & quieti deputatur aliquod tempus, sic ēt spiritali refectiōi qua mens hominis reficitur Deo, & quietatur in Deo deputatur aliquod tempus. Hæc B. Tho. secūda secūda q. 122. art. 4. in solu. 1. argum. Ad cuius euidentiam nota tria. Primum est, q̄ honor parentum non requirit vacatiōem ab opere carnali, eō q̄ parentes possumus honorare etiam corporaliter operando. Secundum est, q̄ locus non fuit taxatus ad vacandum diuinis, eō q̄ quolibet loco potest vacari & debet. Tertium est, q̄ tēpus solū fuit taxatū ad vacādum diuinis, eō q̄ non oī tempore uacari poterat, sicut nec oī tempore pōt vacari corporali refectiōi, & quietationi, ut patet sup. Secundō q̄ sit quiescendū à mundanis, & vacandū diuinis probo mortuo infallibili. Nā Gen. 1. dicitur: Postquā Deus creauit cælum, & terrā sex diebus, in septimo die requieuit. Quod verbū negatiuē, affirmatiuē, significatiuē exponitur quinque modis. Nam per abnegationē exponitur duobus modis: primō sic, vt sit abnegatio ex parte creaturæ, vt sit sēsus: Requieuit, quia postea nihil noui fecit in specie secūdū Aug. secūdo mō, ut sit abnegatio ex parte creatoris, vt sit sēsus: Requieuit. i. operibus nō indiguit, vt in eis requiesceret: sed in seipso quierus fuit secūdū Bedā tertio modo exponitur per appositionem, ut ponatur actio Dei in creatura, ut dicatur sic: Requiescere Dei, est rationali creaturæ in se requiem præstare, ut illuc desiderio feramur quo requiescamus, sicut facere dī, cum ipso in nobis operante facimus, & cognoscere cū cognoscimus, sic requiescere, cum eius munere quiescimus, ut Aug. dicit: quarto modo exponitur significatiuē. s. anagogicē sic, requieuit die septima. i. significauit, q̄ post opera in præsentī, dat requiē in futuro: quinto modo exponitur allēgoricē sic, requieuit die septimo: ad significādum q̄ Christus quiesceret in sepulcro. Tertio probo hoc idem præcepto salutari. Quicquid enim Deus præcepit, fuit & est necessariū ad salutem: sed Deus præcepit in die festo à seruilī opere cessare. Ita dicitur Leuit. 23. Omne opus seruale non facietis in eo, ergo &c. Vbi sciendum quod opus seruale dicitur tribus modis. 1. opus spiri-

Exponit illd Gen. septimo aut die.

Opus seruale triplex.

tuale, criminale, corporale: primō est opus spirituale, qua homo seruit Deo. s. actus patriæ qui spectat ad seruitium Dei, & actus doctrinæ. s. docere, vel prædicare pro salute proximi, & huiusmodi actus nō solunt festum: secundō est opus criminale quo quis seruit peccato, & sic omne opus peccati dicitur seruale: Iohan. 5. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati: & tale opus violat festū. Vbi nota, quod cū peccatum sit duplex. s. mortale, & ueniale. Qui mortaliter peccat soluit sabbatū. Qui autem in sabbato uenialiter peccat contra hoc præceptum nō facit, quia peccatum ueniale non excludit sanctitatem: tertio est opus corporale quo hō seruit homini. Nā homo est seruus hominis nō secundum mentem, sed secundum corpus, & tale opus quādoque sabbatum soluit, quandoque uerō non soluit. Hæc B. Th. secūda secūda q. 122. art. 4. in solut. 3. argumen.

Ad maiore tamen euidentia prædictorum nota hic septem. Primū est, quod actus corporis non semper uiolat festum, actus autem criminis sic. Cuius ratio est, quia peccatū mortale semper præstat impedimētum uacationi diuinæ: nō autem actus corporis: unde August. in lib. de decē cordis: Melius faceret Iudæus in agro suo aliquod utile, quā si in theatro editior existeret. Et melius femina eorum die sabbati lanam faceret, quā tota die in neomeniis suis impudicē saltaret. Hæc Beat. Th. ubi supra. Secundum est, quod licet peccatum omni tempore sit damnable, tamen tunc maximē est damnable cum sit tempore determinato uacationi diuinæ: hoc autem patet considerando, quā grauiter transgressio sabbati puniebatur. Dicitur enim num. 15. quod ille qui in die sabbati collegit ligna fuit lapidatus, quāto magis, ergo qui committit in die festo furtum, periurium, homicidium, & alia grauiora. Tertium est, quod in die festo non solum prohibentur actus prauī exteriores, sed etiam interiores: unde sub figura scribitur Exo. 23. Septima die cessabis, ut requiescat bos tuus, & asinus, & seruus. Quæ Damasc. exponit dicēs, quod per bouem significatur ira, per asinū concupiscentia, per seruū uero appetitus sensitiuus: ita quod

Qui actus corporis uiolent festum.

iram, concupiscentiam, accidiam, & sensualitatē praeipue in die festo quiescere, & refrenare debemus. Quartum est, quod opus corporale potest fieri tribus modis quibus non uiolatur festum. Primò si exigit utilitas: unde dicitur q̄ sabbato circūcidī non est prohibitū, quia erat necessarium, & utile ad salutem. Secūdo si cogit necessitas, sicut pugnare irruentib. hostibus: vel extractio ouis de fouea non reputabatur actus seruiles. Tertiò inducit pietas ut portare lapides ad ædificandas ecclesias, cōstruere hospitalia, & domos religiosas, quæ licet ex suo genere sint seruilia, tamen cum causa pietatis fiant maxime interueniente dispensatione illorum quib. dispēratio tradita, vel credita est nō sunt seruilia: unde Bern. in lib. de dispensatione, & præcepto ex auctoritate Leonis Papæ sic dicit: Vbi autē necessitas fuerit ad utilitatem ecclesie, qui potestatem habet ex ea dispenset, ex necessitate enim fit mutatio legis. Quintū est, q̄ ubi actus corporales possunt dimitti, uel differri sine detrimento utilitatis: sine periculo necessitatis, sine subsidio pietatis, nullo modo debent exerceri in die festo, sicut sunt arare, metere, cibos coquere, ligna colligere, & huiusmodi, quæ in die sabbati prohibebantur, quia tales actus poterant ante, uel post diem sabbati exerceri: unde Bern. ubi supra. Vbi autem necessitas, uel pietas, uel utilitas nō est: nullo modo uiolentur instituta sanctorum patrum. Sextū est q̄ opera seruilia ab ecclesia determinantur. s. opera mechanica, agricultura, & alia secularia, mercatum, placitū &c. unde ex concilio habetur: Omnes dies dominicas à uespera in uesperam cū omni ueneratione decreuimus obseruari: & ab omni opere illicito abstinere, & ut mercatum in eis minimè fiat, neq; placitū, neq; aliquis ad mortem, uel ad poenam iudicetur: nec sacramenta nisi pro pace, uel alia necessitate seruientui, extra de ferijs ca. 1. Septimū est, q̄ actus corporales in festo possunt licetē exerceri propter quattuor causas. Prima est propter conseruationē, uel nutritionem corporis. Si. n. quis comedat: bibat, uel alia faciat quibus hominis salus conseruatur nō soluit sabbatū: ppter quod dominus excusat discipulos: Matth. 12. qui colligebant spicas in die

sabbati. Secūda est propter defensionem innocentia: ut si quis liberet iniuste condempnatum ad mortem in die festo non soluit festum. Tertia est propter curationem languorum, ut si quis hominem cūret in festo non soluit festū: unde Ioh. 7. dicit dominus; Mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in die sabbati. Quarta causa est propter liberationem, ue uitationem alicuius inconuenientis. Qui enim aliquem liberat ab aliquo periculo imminente non soluit festum: unde Matth. 12. Quis ex uobis homo qui habet unum ouem, & si ceciderit sabbatis in foueam, nonne &c. Hac Beat. Thom. secunda secundæ, q. 122. art. 4. in solu. 3. arg. per totum.

CAP. III.

Tertio principaliter circa festa consideranda est obseruantia, uel differentia diei. Sicut. n. præceptum fuit Iudæis, ut diē septimū sanctificarent: ita præcipitur modo Christianis, ut sanctificent diem octauum: ita q̄ dies septima mutatur in octauam. s. sabbatum in dominicam: & hoc fit specialiter triplici ratione. s. ratione perfectionis, significationis, uacationis. Primò rōne perfectionis, ut enim Damasce. dicit: Cū uenerit quod perfectū est, euacuatum est quod ex parte est, littera euacuata est, corporalia quiescunt, & seruitutis lex cōpleta est, & libertatis lex donat. Et Leo Papa sic dicit: Dies dominica tantis diuinarū dispensationū mysterijs est consecrata: ut quicquid insignē a domino est constitutū in terris, in huius diei dignitate sit gestum: in hac die mundus sumpsit exordiū, in hac etiā die, & mors interitum, & uita accipit principiū. Secūdo ratione significationis. Nā dies sabbathi fuit instituta ad significandum quod futurū erat. s. quietem domini in sepulchro. Sed dies dominica signat quod iam præteritum est: & præsens. s. resurrectionē domini: quæ facta est die dominica: & iā gloria resurgentis est p̄sens in cēlis: unde Innocētius Papa. Diē dominicam ob uenerabilem resurrectionē domini nostri Iesu Christi non solum in pascha celebramus, uerū etiam per singulas ebdo-

Sabbatū diei domini ex com parat.

Mercata prohibetur die festo.

ebdomadas ipsius Dei imaginem frequenter de consecra. dist. 3. ca. sabbato &c. Tertiò ratione uacationis : nam rō principalis institutionis sabbati apud iudeos fuit ad signādum quietem animarū post mortem, vel ad significandum cessationē à crimine, quæ duob. modis accipitur, vel secundum partem temporis sicut accipiebatur à rudib. & carnalibus iudæis : qui credebant solum tunc temporis. s. die septima vacandum esse à peccato, aut sēper sicut à Christianis, qui sciunt omni tempore se debere ab illicitis abstinere : & ideo sabbatum non est seruandum tempore gratiæ, sed uitandum : vnde Ioh. Damasc. Celebramus resurrectionis diem in qua dominus Iesus uitæ princeps, & saluator, hos qui spiritualiter Deum colunt in promissam hæreditatē introduxit suppletiam in spe in qua ipse præcursor noster intrauit, & resurgens à mortuis apertis ei cœlestibus portis in dextera patris corporaliter sedet : ubi, & qui spirituales lætitiæ seruant introibunt.

CAP. IIII.

4 **Q**uartò, & ultimo principaliter consideranda est circa festa excellentia meriti. Nam tempore gratiæ quodlibet festum est excellentius, & efficacius ad merendum festo quoslibet antiquæ legis. Hoc autem dupliciter probo. s. significatione, & ratione. Primò significatione sic : Quodlibet. n. festum nouæ legis nobiliorem significationē habet festiuitatibus iudæorum : quod patet per festa singula discurrendo. Primo. n. per iuge sacrificium significatur perpetuitas Christi, qui est agnus : ad Hæbre ult. Christus heri, & hodie ipse est in secula. Secundo per sabbatum significatur spiritualis requies nobis data per Christum, ut habetur ad Hæbre. 4. Tertiò per neomeniam, quæ est incensio nouæ lunæ, significatur illuminatio primitiæ ecclesiæ per Christum, eo prædicante, & miracula faciente.

Quarto per festum Penthecosten significatur descensus spiritus sancti in Apostolos. Quinto per festū tubarū significatur prædicatio Apostolorū. Sexto per festum

expiationis significatur emundatio à peccato populi Christiani. Septimo per festū tabernaculorum significatur peregrinatio eorum in hoc mundo in quo ambulat in virtutibus proficiendo. Octauo per festum cætus atque collectæ significatur congregatio fidelium in regno cœlorū, & ideo illud festū dicebatur esse sanctissimum, & hæc tria festa erant continua adinuicem, quia oportet expiatis à vitijs proficere in virtutibus quousq; perueniāt ad Dei uisionem, ut dicitur in psal. Ibunt de virtute in virtutē &c. Hæc B. Tho. 1. 2. q. 103. art. 4. in sol. 9. arg. in fi. Secundo quod festa Christianorū sunt magis efficacia ad merendum probo ratione. Nam causa seu ratio quare iudæi sua festa custodiebant est quadruplex quibus melioribus Christiani custodiunt festa sua. s. causa exemplaris, principalis, materialis, finalis. Prima causa est exemplaris. Nam iudæi sabbatum celebrabant volētes imitari exemplum Dei, qui die septimo ab operibus requieuit. Nostra autem quies est melior. s. quies corporis in præsentī, & mentis in futuro : vnde dominus quando die dominica resurrexit in perfecta fruitione corporis, & animæ resurrexit. Secunda causa est principalis. Nam antiqui festa celebrabant timore pœnæ : nos ante tempore gratiæ festa celebramus amore, qui melior est timore, quia quilibet ex amore meretur uitam æternam, quæ in perfecta fruitione consistit. Tertia causa quare festa celebrabant erat materialis. s. descensus mânæ die 6. ad duos dies : ne oportet operari die sabbati colligendo : nostra autem causa materialis est melior, quæ est corpus dominicum : quod generaliter die dominico paschæ datur : quod melius est quàm manna. Quarta causa quare antiqui festa celebrabant erat finalis. s. quies futura quam multi habebant in spe quiescendi. s. qui erant perfectiores. Nostra autem finalis causa celebrandi festa est melior : quia antiqui cessabant in die festo propter quietationem a pœna : non autem habebant quietem in fruitione diuina. Nos autem cessamus propter quietem fruitionis diuinæ, quæ octaua die sub lege gratiæ datur.

De Fide.

S V M M A R I V M.

- 1 Diffinitio fidei secundum Apostolum & D. Thomam.
- 2 Deus in hac vita tribus modis cognosci potest.
- 3 Fides prima virtus Theologica quo modo alijs virtutibus prior.
- 4 Primus actus fidei interior est credere.
- 5 Credere est assentire credito.
- 6 Quattuor sunt effectus fidei.
- 7 Actus fidei est manifesta oris confessio secundum Apostolum.
- 8 Mortem pro Christo sustinere, est maxima perfectionis actus.
- 9 Credere est meritorium, & quare.
- 10 Fides ex parte obiecti, s. primæ veritatis non variatur.
- 11 Fides variatur ex parte fidelium, & creditorum.
- 12 Fides ex parte credentium variatur quattuor modis.
- 13 Aliquorum fides dicitur parua quadrupliciter.
- 14 Quædam fides cur dicatur viua.
- 15 Quorundam fides mortua dicitur.

C A P. I.



FIDES. Circa fidem consideranda sunt tria. s. propria descriptio, necessaria adeptio, uel infusio: primaria inhæsiō. Ita quod fides est in descriptioe propria, in adeptioe necessaria, in infusione, uel ordine primaria. Primò circa fidem con-

sideranda est propria descriptio, vel definitio. Nam omnes descriptiones, quæ dantur à sanctis de fide sunt explanationes illius descriptionis propriæ quā ponit Apostolus ad Hæbre. 11. dicens: Fides est sperandarum rerum substantia: argumentum non apparentium. In qua descriptione Apostolus tangit tria. s. fidei obiectum vel intuitum, obiecti, vel præmij initium, attingendi modum. Primò tangit fidei obiectum. s. respectu cuius est cum dicit: Fides est sperandarum rerum. Nam obiectum fidei est prima veritas ut non visa: quod pertinet ad rationem rei speratæ, secundum illud Apostoli ad Roma. 8. Quod non uidemus speramus: veritatem autem videre est ipsam rem habere, non autem sperat aliquis id, quod iam habet, sed spes est de eo quod nō habetur. Req. infra Spes. Secundò tangit obiecti, vel præmij initium: unde dicit, q̄ fides est substantia. Sicut. n. præmij in quolibet genere continens in se alia virtute, dicitur esse substantia illorum: sic fides. Nam prima inchoatio rerum sperandarum in nobis est per assensum fidei, quæ uirtute, & virtualiter continet omnes res sperandas. Tertiò tangit modum attingendi obiectum: unde dicit, argumentum non apparentium. Nam argumentum hic dī, uel firma ad hæsiō, uel coniunctio, uel certitudo. Primò argumentum dicitur firma adhæsiō. Nā firma adhæsiō intellectus per fidem ad veritatem non apparentem argumentum vocatur. Secundò argumentum dī coniunctio, eò q̄ intellectus credentis per auctoritatem diuinam conuincitur ad assentiendum his, quæ nō uidet. Tertiò argumentum dicitur certitudo, eò q̄ fides dubitationem tollit. Nam ubi dubitatio est fides non est. Vel possumus dicere aliter diuidendo, q̄ fides hēt tria, q̄ in præmissa auctoritate tanguntur. Ipsa. n. aspiciat: efficit allicit. Primò aspiciat primam veritatem non visam, non habitam sed speratam: unde dicit: Fides est sperandarum rerum. Secundo fides efficit: unde dicit: Substantia. Sicut. n. substantia est suorum accidentium causa, ita fides est causa faciēs res sperandas quandoque esse in nobis, vel est causa consequendi sperata bona. Tertiò fides allicit: unde dicit, quod fides est argumentum idest certitudo assentien-

Declarat diffinitionē fidei ab Apostolo traditam.

Tria sunt de ratione fidei ex diffinitione eius.

tiendi verbo eorum quæ non apparent; & hoc est meritum, & laus fidei si certè, & indubitanter creditur quod non uidet. Beatus verò Thomas volens verba Apostoli ad formam reducere diffiniens fidē sic dicit: Fides est habitus mentis quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentib. 2. 2. q. 8. art. 1. in corp. q. per totum. Ad maiorem tamen euidētiā auctoritatis Apostoli nota per ordinem quinque. Primum est, q̄ per dictā descriptionem fides distinguitur ab omnibus, quæ pertinent ad intellectum. Primò. n. per hoc quod dicitur, fides est argumentum: distinguitur fides ab opinione, suspitione, dubitatione, per quæ tria intellectus non firmiter adheret alicui. Secundò per hoc, q̄ dicit nō apparentium, distinguitur fides a sciētia, & intellectu per quæ fit aliquid apparēs. Tertio per hoc q̄ dicit, substantia sperandarum rerum, distinguitur uirtus fidei à fide communiter sumpta, quæ non ordinatur ad beatitudinem speratam; vbi sup. in corp. q. Secundū est, q̄ fides dicitur esse sperandarum rerum, & non diligendarum rerū. Cuius rō est, quia dilectio pōt esse visorum, & non visorum: præsentiū & absentium: spes autē semper est absentium, & nō visorum respectu quorum est fides, ergo &c. ibidem in solu. 3. arg. Tertium est, q̄ argumentū ex proprijs principijs rei facit rem esse apparentem. Argumentum autem, q̄ sumitur ex auctoritate diuina non facit rem esse apparentem, & tale argumentum ponitur in diffinitione fidei, ibidem in solu. 5. arg. Quartum est, quod argumentū dicitur quatuor modis. Primo modo dicitur brevis narratio subsequentium, uel brevis collectio materię totius libri simul sumptæ. Secundo modo argumentum dī ostensio, uel manifestatio, secundum q̄ dicitur Ioh. 3. Omnis qui malè agit odit lucem, & nō uenit ad lucem, ut nō arguantur opera eius. Et ad Ephe. 5. Omnia quæ arguuntur à lumine manifestantur. Tertio modo dicitur argumentum in logicis ratio rei dubiæ faciens fidem: In Theologicis verò est e cōtrario. Nam ibi fides est faciens argumentum sine ratione. Quarto modo dicitur argumentum certitudo ex qua animus mouetur in aliud, & hoc modo fides dicitur

certitudo, ut patet supra. Quintum quod quædam habēt certitudinem ex alijs, quædam uero ex seipsis. Certitudinē ex alijs habent, sicut cōclusiones ex principijs, & ex articulis fidei, quæ sequuntur ad articulos, ut quia Deus iustus reddet unicuique secundum opera sua. Quæ uero certitudinem habent ex seipsis sunt trib. modis. Primo. n. quædam sunt quæ habent certitudinem ratione euidētiæ, sicut sunt principia, quæ sunt per se nota, ut de quolibet dicitur affirmatio, uel negatio. Secundo quædam sunt, quæ habent certitudinem ex informatione conscientię, & hoc est fortitudo fidei siue formatæ siue informis. Cum. n. prima ueritas fidē inspirat, sic cōsciētiā inflamat, ut sicut aliquis cogitur ipsa euidētia cōsentire isti ueritati, omne totum maius est sua parte, ita per habitum infusum fidei ipsa informatione conscientię attatur, & cogitur cōsentire primæ ueritati propter se, ut sicut negare hoc. Totum est maius sua parte, est contra suam euidētiā: ita negare articulum fidei est cōtra suam cōsciētiā. Et ideo Beatus Ignatius cum compelleretur ut Christum negaret: respondit se nō posse, quia nomē eius haberet scriptum in corde: unde ad probandum qualem impressionem faciebat fides in mente, post mortem eius scriptum erat nomē Iesu litteris aureis in corde eius &c. Tertio quædam habent certitudinem sensu experientię, quæ certitudo est per modum gustus, & tactus: & talis certitudo est in uirtutibus respectu suorum obiectorum, & in fide formatæ respectu credibilium primæ ueritatis.

CAP. II.

Secundo principaliter circa fidem consideranda est necessaria adeptio. Est enim nobis necessaria fides: quod sic probō: Tribus enim modis in præsenti uita à nobis potest Deus cognosci. scilicet creaturæ consideratione, naturali ratione, fidei illuminatione. Primo enim creaturæ inspectione uenit homo in præsenti uita ad Dei cognitionem: quod probō triplici ratione. scilicet ratione productionis, remotionis, perfectionis. Primo ratione produ-

Quæ ha
beat ex
seipsis
certitudinem.

tionis, vel causalitatis sic: Omne quod habet esse ex nihilo oportet, qd sit ab ali. quo à quo fluxerit suum esse, sed omnes creaturæ habent esse ex nihilo: quod manifestatur ex earum imperfectione, quæ tanta est, qd si sibiipsis relinquerentur, redigerentur in nihil, & ex earum potentialitate, ergo oportet, qd deriuentur ab vno primo: hoc aut primū est Deus, ergo &c. Secundò ratione remotionis sic: Ultra oē imperfectum oportet esse aliquod perfectum à quo omnis imperfectio amoueat, vel cui nulla imperfectio admisceat: sed corpus est quid imperfectum, eò qd suis dimensionibus terminatum est, & finitum. Similiter omnis spiritus creatus est quid imperfectum, sicut angeli, & animæ cum sint in essetia limitati: & sū affectiones, uel intellectiones mutabiles, ergo oportet ultra oē corpus, & ultra oēs spūs mutabiles esse aliqd' ens incorporeū, & immobile, & omnino perfectum, & hoc est Deus. Tertio ratione perfectionis sic Bonum, & melius dicuntur per comparationem ad optimum: sed in substantijs inuenimus corpus bonū, & spiritum creatum meliorem: in quo tamē non est bonitas à seipso: ergo oportet esse quid optimū in quo sit bonitas à seipso, & à quo sit bonitas in vtroque & hoc est Deus. Quartò ratione perfectionis idem probatur sic: In quocunque inuenitur maius, & minus speciosum, uel pulcrum est inuenire speciositatis principium, per cuius propinquitatem aliquod alio dicitur speciosius sed inuenimus corpora speciosa esse in specie sensibili: spiritus aut speciosiores in specie intelligibili, ergo oportet esse aliquod à quo utraq; speciosa sint, cui spiritus creati magis appropinquant quam corpus, & hoc est Deus. Hæc magister sent. di. 3. primi lib. sent. Hæc aut cognitio Dei quæ ex cognitione creaturarum habetur est imperfecta. Cuius rō est, qd licet ex creaturis cognoscamus Deū esse creatore, ordinatore, & gubernatore earum, non tamen eū perfecte cognoscimus. s. qualis Deus sit in seipso: qd duplici exemplo patet: primo exemplo cognitionis hominis. Cum n. uideamus hominem loqui, moueri, uel aliquid operari, dicimus eū habere animam quæ harum operationū causa est, & principium, nō tamen cogno-

scimus quid sit anima. Secundò hoc idē patet exemplo uestigij per quod cognitionem cōfusam habemus, nō tamē expressam, & claram. Sic autē est de cognitione quam habemus de Deo ex creaturis. vnde Dionys. dicit 1. ca. de mystica theologia, qd intellectus noster in hac uita Deo coniungitur vt ignoto in quantum ipse est super omnem formam quā intellectus noster potest cōcipere in hac uita: sed in patria cōiungemur ei sicut noto in quantum per formam suam quæ est essentia sua eū videbimus. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 49. q. 10. utrum intellectus humanus possit peruenire ad uidendum Dei essentia, in solu. 3. arg. Et ideo supra cognitionem Dei quæ habetur à nobis in uia ex creaturarum consideratione, oportet, qd sit alia cognitio quæ habetur à nobis de Deo ex naturali ratione. Vbi nota, quod creature rationales participant aliquam particulam bonitatis diuinæ, & hoc trib. modis: primò quantum adesse tantum sicut inanimata: secundò quantum ad esse, & uiuere tantū, sicut vegetabilia: tertiu quātum ad esse, uiuere, cognoscere, & sentire tantum, sicut aīalia sensitiua: quarto mō supra tres prædictas, creatura rationalis perfectionem magis uniuersalem diuinę bonitatis participat in quantum Deū cognoscit, & amat: vnde Deo tāquā primo principio, & ultimo fini immediatē per fidē adheret. Hæc B. Thom. 2. 2. q. 2. art. 4. in corp. q. Hæc autem uia. s. naturalis rationalis non sufficit ex seipsa ad habendum Deum, quod probo per tria impossibilia, uel inconuenientia quæ sequerentur.

Primum est, quia à paucis Dei cognitio habetur propter tria: primo propter complexionis indispositionem, multi. n. sunt indispositi corporaliter, & mentaliter ad sciendum: secundo propter rei familiaris necessitatem, & occupationem: propter quæ à studio scientiæ distrahunt: tertio propter ociositatem, quidam enim pigritia, & ocio impediuntur à cognitione veritatis ad quam nisi cum magno labore studij perueniri non potest.

Secundum incōueniens est, quia Dei cognitio vix per longum tempus attingeretur: quod tripliciter patet, tum propter veritatis profunditatem ad quam non attingit ratio naturalis, tum propter mētis

Bonitas
Dei tri-
pliciter
partici-
patur à
creatu-
ra.

Quo
Deus ex
creatu-
ris co-
gnosca-
tur.

Cogni-
tio fidei
ē neces-
saria.

Imbecillitatem, tum propter iuuentutis, vel mentis, & corporis passibilitatē: Nam tempore iuuentutis dum diuersis motib. passionū anima fluctuat, non est apta ad tam altę veritatis cognitionem. Tertium incōueniēs est, quia rationi humanę plerumq; falsitas admiscetur propter nostri intellectus imbecillitatem in iudicādo, & propter fantasmatū permixtionem. Hęc B. Tho. contra gentiles li. 1. cap. 4. per totum. Et ideo supra cognitionem quā habemus de Deo per rationem naturalem, est nobis necessaria cognitio quā de Deo habemus per fidem. Hoc autem probō triplici ratione. s. facilitatis, communis, certitudinis. primò ratione facilitatis sic: quia hō citius, & facilius venit ad Dei cognitionē in statu vię per fidem, quā per creaturę inspectionē, & naturalem rationem: secūdò ratione cōitatis, quia cognitio Dei quę habetur per fidem est cōmunior, quā illa quę habetur p̄ illas duas: tertiò rōne certitudinis, quia ratio humana in rebus diuinis est multum deficiēs: vnde circa diuina philosophi multipliciter errauerunt: sed cognitio Dei quę habetur per fidem à Deo infunditur, & Deo innititur: vnde cum fides sit de prima veritate in qua falsum aliquod esse non potest, quę nec pōt fallere, nec falli, sic nec in cognitione Dei quę habetur per fidē. Hęc B. Tho. 2. 2. q. 2. art. 4. in cor. q. & ibidem q. 1. art. 2. & 3. Si autē aliter vis procedere formando aliter has rationes dicas, q̄ cognitio quę de Deo per fidem habet est nobis necessaria propter tres causas. s. quia talis cognitio est faciliior, communior, certior: primò cognitio quę per fidem de Deo habetur est faciliior: nam ad cognitionem Dei per rationem naturalem non pertingit homo, nisi post multū tempus, ad cognitionem autem Dei per fidē homo citius uenit: secūdò talis cognitio est communior. Multi. n. studio scientiæ nō possunt proficere propter multas causas supradictas immediatē. Tertiò talis cognitio est certior. Nam ratio humana in rebus diuinis est multum deficiens, & ideo oportuit, quòd diuina eis per modū fidei traderentur quasi a Deo dicta qui mentiri non potest. Hęc B. Tho. 2. 2. q. 2. artic. 4 in cor. q. per totum. Ratio autem quare humana ratio est in diuinis rebus

deficiens est duplex, ut dicit Hugo in sententijs suis. s. profunditas vel sublimitas primę veritatis, & infirmitas humanę fragilitatis. Prima ratio est sublimitas primę veritatis: quę enim cōprehenduntur à nobis, tripliciter distinguunt. Quędam comprehendimus sensu, ut corporalia quędam intellectu per rerum similitudines: quędā verò experientia, vt est gaudium, tristitia, timor, & amor. Diuina autem nō comprehenduntur primo modo. s. sensu quia non sunt actu pręsentia, nec corporalia. Nec comprehenduntur secūdo modo. s. intellectu, quia omnem similitudinem puritatis excellētia transcendunt. Nec comprehenduntur tertio modo sicut illa quę sentiuntur esse in nobis quę nō de substantia animi sunt: nec de his quę in anima subsistit: ergo sola fide creduntur. quia sunt, sed non qualia sunt comprehenduntur, ergo Deus credi potest, cōprehendi non potest. Secunda ratio quare humana ratio in rebus diuinis est deficiens est infirmitas humanę fragilitatis: vnde Hugo dicit sic: Erant tria quędam scilicet corpus spiritus, & Deus: Et corpus quidem mundus erat, anima spiritus, & ipsa anima quasi in medio quodam habens extra se mūdum, intra se Deum. Et acceperat oculum quo extra se mundum & ea quę in mundo erant videret: & hic erat oculus carnis. Alium oculum acceperat quo seipsam, & ea quę in ipsa erant videret, & hic erat oculus rationis. Alium rursus oculū acceperat quo intra se Deū videret, & ea quę in Deo erant: & hic est oculus contemplationis. Postquam verò tenebrę peccati in illam intrauerunt, oculus quidem contemplationis extinctus est, ut non videret, oculus verò carnis in sua claritate permansit. Homo ergo qui oculum carnis habet, mundum videre potest, & ea quę sunt in mundo. Oculum rationis ex parte habet, quia animam similiter ex parte videt, & ea quę sunt in animo. Oculum uerò contemplationis non habet, quia Deum, & ea quę in deo sunt videre non ualet. Fides ergo est necessaria qua creduntur quę non videntur. Hęc Hugo de S. Victore in sententijs suis.

Oculus
cōtēpla-
tionis
tantum
Deum
videt.

C A P. III.

Tertio principaliter circa fidem consideranda est primaria inhaesio. Nam fides in essendo est alijs virtutibus prior. Hoc autem quadrupliciter probatur. scilicet ratione, diuisione, auctoritate, similitudine. Primo ratione in generali sic. Cognitionis praecedit affectionem, quia nihil diligitur nisi cognitum: ut Augustinus dicit. Inuisa diligere possumus; incognita autem nequaquam, sed fides est in cognitione: ceterae autem virtutes in affectione consistunt: ergo fides est alijs virtutibus prior.

Secundo probatur hoc idem ratione in speciali. Et primo quod fides praecedat spem sic: Spem non potest haberi de beatitudine nisi credatur possibile, quia impossibile sub spe non cadit. Creditur autem esse possibile beatitudinem habere per fidem: ergo fides causat spem: secundo quod fides charitatem causet, & sic sit prior ea tali ratione ostendo. Nam uoluntas non potest amare in Deum tendere, uel non potest Deum amare, nisi intellectus rectam fidem habeat circa ipsum, ergo fides charitatem causat, & est prior ea. Secundo hoc idem probatur diuisione sic: Nam secundum Augustinum in quodam sermone, quattuor modis est aliquid prius altero. scilicet aeternitate, tempore, perfectione, origine: primo quidem aeternitate, & sic solus Deus praecedit omnia: secundo tempore, ut flos fructum: & sic fides non est alijs virtutibus prior immo omnes virtutes sunt simul, eo quod omnes uirtutes simul diuinitus infunduntur: tertio aliquid est prius altero perfectione, uel electione, ut fructus praecedit florem: & hoc modo fides non est prior, immo charitas est prior fide, & spe: eo quod fides, & spes perficiuntur per charitatem quae est mater, & radix omnium virtutum. Vel sicut ordine perfectionis forma est prior materia, & perfectum imperfecto, ut actus potentia, sic charitas est prior fide, & spe, eo quod tam fides, quam spes formantur, & perficiuntur per charitatem: quarto modo aliquid est prius altero origine: sicut sonus praecedit cantum: & lux praecedit splendorem: & hoc modo fides praecedit spem, & charitatem sicut materia formam, potentia actum, imperfectum perfectum. Tertio probatur

hoc idem auctoritate. Nam Apostolus ad Hebr. 11. dicit, quod fides est substantia sperandarum rerum: substantia habet rationem primi, ergo fides est prior inter uirtutes. Quarto probatur hoc idem similitudine fundamenti sic: Materialiter loquendo fundamentum dupliciter est prius alijs. scilicet quantum ad ordinem, & quantum ad uirtutem.

Primo quantum ad ordinem, quia fundamentum praecedit alias partes.

Secundo quantum ad uirtutem, quia fundamentum sustentat totum aedificium, quorum utrumque per similitudinem inuenitur in fide. Primum est, quia fides omnibus alijs uirtutibus naturaliter prior est. Secundum est, quia aliae uirtutes in ipsa firmanur, quia sine fide impossibile est Deo placere: ut dicit Apostolus ad Hebr. 11. Vbi nota, quod fides, fortitudo, humilitas, & timor dicuntur fundamentum esse diuersis modis: primo enim fides dicitur fundamentum: rationem quare requiritur supra immediate: secundo fortitudo dicitur fundamentum quantum ad alterum, scilicet in quantum spirituale aedificium contra aduersa firmum reddit: tertio humilitas dicitur esse spirituale fundamentum contra prospera quae sunt occasio culpae: quarto timor dicitur esse spirituale fundamentum contra culpam, quia timor Dei expellit peccatum. Eccl. 1. Haec Beatus Thomas secunda secundae q. 4. art. 7. Et prima secundae q. 62. artic. 4. Et 3. script. dist. 23. art. 5.

C A P. IIIL.

Circa fidem adhuc considerare possumus tria. scilicet actum, meritum, profectum. Primo actum: Nam triplex est actus fidei. scilicet uoluntaria cordis assensio, publica oris confessio, salutifera mortis suscepcio. Primus actus fidei est uoluntaria cordis assensio: ita dicit Apostolus ad Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam. Quod uerbum Augustinus ibidem in Glo. tribus modis exponit: primo sic: Corde creditur ad iustitiam. id est uerè credere dicit salutem, eo quod dat iustitiam quae est causa salutis: secundo sic: Corde creditur ad iustitiam id est per fidem

4
Exponitur illud Apostoli corde creditur

cor-

Fides
praecedit,
spem, &
caritatem.

cordis iustificatur aliquis id est de impio fit pius: de peccatore fit iustus: tertio sic: Corde creditur &c. i. voluntarie creditur, quia cetera: sicut intrare ecclesiam: accedere ad altare: & similia: potest homo nolens: & non nolens: credere autem non potest nisi uolens. Ad maiorem tamen evidentiam predictorum nota hic tria. scilicet quod sit fidei actus, quis respectus, quod modus. Primum quid sit fidei actus. scilicet credere. Nam B. Aug. super illo uerbo apostoli. 2. ad Corinth. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis ipsis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, sic dicit: Credere nihil aliud est quam cum assensione cogitare. Et ut intellectum huius auctoritatis possimus sciire notare debemus sex. Primum est quid sit assensus, & quid consensus. Nam assensus dicitur determinatio cognitionis ad aliquid: quam cognitionem uel determinationem cognitionis aliquid non precedit. Consensus uero dicitur determinatio uoluntatis ad unum qui presupponit cognitionem cum qua simul sentit dum in illud tendit: quod ratio bonum iudicat: ita quod assentire dicitur esse intellectus, consentire uoluntatis. Hæc B. Th. secunda secundæ. q. 2. art. 1. in sol. 3. arg. Et 3. scrip. sent. dist. 23. art. 2. q. 1. in solut. 1. arg. Secundum est, quod sentire uel dissentire non inuenitur in prima operatione intellectus quæ est incomplexorū, uel simplicium apprehensio, eo quod in tali operatione non inuenitur uerum, uel falsum, sed in alia operatione qua intellectus componit & diuidit. Et similiter fides non inuenitur in prima operatione, sed in secunda, eod quod fides habet assensum qui est determinata acceptio alterius partis determinationis. Qui. n. assentit intellectui ad alteram partem contradictionis se determinat, ubi supra immediate q. 1. in cor. q. Tertium est, quod cogitatio importat discursum rationis, quia cogitare est simul coagitare. Cogitare autem tripliciter potest sumi. Vno modo communiter pro qualibet actuali consideratione intellectus: ut Aug. accipit 14. de trinit. ubi dicit. Hanc nunc intelligentiam quam intelligimus cogitantes. Alio modo proprie pro actuali consideratione intellectus quæ est cum quadam inquisitione animi deliberantis nodum perfecti per

plenam uisionem, uel certitudinem ueritatis, ut dicit Aug. 15. de trinit. ubi dicit: Quod Dei filius non cogitatio dicitur, sed uerbum Dei. Tertio modo accipitur cogitare pro actu uirtutis cogitantiæ. Quo modo autem actus ad intellectum pertinentes se habeant ad cogitationem & assensum statim patebit. Hæc B. Th. secunda secundæ. q. 2. art. 1. in cor. q. Quartum est, quis ordo est inter cogitare & assentire: Nam aliquando assensus est sine cogitatione: ut patet in intelligente: intelligens enim, assensum sine cogitatione habet, quia intellectus est principiorum quod unusquisque statim probat audita: secundum Boetium in lib. de ebdomada. Aliquando cogitatio est ante assensum, ut in sciēte: nam sciens & assensum, & cogitationem habet: sed non cogitationem cum assensu: sed cogitationem ante assensum. Dubitans autem nihil habet de assensu, sed cogitationem solum habet, quia in neutram partem declinat. Suspiciens autem est, qui cogitationem habens absque firma assensione, in unam partem magis declinat a liquo laxi signo. Nesciens autem neque assensum neque cogitationem habet. Aliquando cogitatio est sine assensu perfecto, ut in opinante, opinans autem habet cogitationem sine assensu perfecto. Aliquando neque assensus, neque cogitatio est, ut in nesciente. Aliquando uero & assensus simul, & cogitatio est, ut in credente: Nam credentes simul habent assensum & cogitationem. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 2. art. 1. in cor. q. Et 3. scrip. sent. dist. 22. art. 21. quest. in corpor. quest. iuxta finem.

Quantum est, quod fides consistit media inter duas cogitationes: quarum una uoluntatem inclinat ad credendum: & hæc cogitatio precedit fidem. Alia uero cogitatio tendit ad intellectum eorum quæ iam credit, & hoc est simul cum assensu fidei: 3. scrip. sent. dist. 23. artic. 2. q. 1. in solut. 2. argum. Sextum est, quod assentire ueritati trib. modis contingit: primo modo assentit quis ueritati: quia sic ei apparet, & sic est opinans: secundo modo assentit quis ueritati, quia secundum ueritatem uidet ita esse, & sic est sciens: tertio modo assentit quis ueritati non quia uidet ita esse: sed quia habet idoneum testimoniū: quod

Fides
mediat
duas cogitationes.

Cogitare
trib.
modis.

pertinet ad fidem siue credentem.

Primus assensus qui est opinionis habet formidinem ex parte assentientis, sed apparentiā quandam ex parte cui assentit.

Secundus assensus qui est scientiæ habet securitatem ex parte assentientis, & euentiam ex parte ueritatis cui assentit.

Tertius assensus qui est fidei habet securitatem ex parte assentientis qui non dubitat, sed est certus: defectum uero euentiæ habet ex parte ueritatis cui assentit. Hæc b. Th. ubi sup.

C A P. V.

Secundò uidendum est quid sit fidei respectus. Nam actus interior fidei quod est credere: respicit ipsum creditum unde sicut potentia declaratur uel manifestatur per actum, & actus per obiectum, ita credere per creditum. Est autem creditum ens cogitabile: supra rationem primum cui propter se datur assensus. In hoc quod dicitur Supra rationē, separatur ab his quorum est credulitas secundum rationem, ut est in principiis scientiarum. In hoc autem quod dicitur.

Primum separatur ab his quæ sunt creaturæ. In hoc autem quod dicitur: Cui datur assensus propter se, fit separatio ab illa cognitione quæ potest esse per uiam rationis de his quæ sunt supra rationē. Credere ergo est assentire credito primo enti supra rationem propter se.

Est autem notandum, quod actus fidei interior est credere Deum: credere Deo, credere in Deum, ut Aug. dicit. super Iohannem: & in lib. de uerbis domini, & super illo uerbo apostoli ad Rom. 4. credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides: ubi Aug. in Gl. Non enim continuo qui credit ei, credit in eum. Nam dæmones credebant ei, sed non credebant in eum, & nos credimus Paulo, & Petro, sed non in Paulum, & Petrum. Hi autem actus scilicet credere Deum, Deo, in Deum non sunt diuersi actus fidei: sed unus & idē actus completus fidei habens diuersum respectum ad obiectum fidei. Quod sic patet: P^o

mō enim credere Deū est actus fidei, uel intellectus, qui terminatur ad unum. Nā obiectum fidei est Deus secundum quod in se consideratur, uel aliquid circa ipsum, uel ab ipso. quānis. n. Deum esse simpliciter possit demonstrari: tamen Deum esse trinum, & unum & alia huiusmodi secundum quæ est actus fidei. scilicet credere Deum demonstrari non potest. Secundo credere Deo est actus fidei secundum quod ratio inclinat uoluntatem ad assentiendum Deo. Rō autem quare uoluntas inclinatur ad assentiendum his quæ non uidet est, quia Deus ea dicit, sicut homo in his, quæ non uidit, credit testimonio alicuius boni uiri qui uidit quæ ipse non uidit, sic homo inducitur ad credendum per ea quæ dicta sunt a Deo, & miraculis confirmata. Similiter fidelis credit homini de his quæ sunt fidei, non quia homo: sed in quantum Deus in eo loquitur, quod ex certis experimentis, & miraculis colligere potest. Infidelis autem non credit Deo in homine loquenti. Tertio, scilicet credere in Deum est actus intellectus scilicet quod intellectus determinatur a uoluntate: unde actus fidei hoc modo est credere in Deum. i. amando in Deum tendere: sicut. n. amare Deum simpliciter est actus charitatis: ita amando credere est actus fidei per charitatem motus ad actum suum. Hæc B. Th. 3. scrip. sen. dist. 23. art. 2. q. 2. in cor. q. & in sol. 3. argum. & 4. In secunda uero secundæ dicit q. 2. artic. 2. in cor. q. Quod credere Deum est materiale obiectum intellectus. Credere Deo est sicut obiectum formale quod est ueritas prima. Credere in Deum est per amorem credere in ueritatem primam Beatus autem Aug. super illo uerbo Iacobi secundo: Tu credis quoniam unus est Deus, bene facis sic dicit: Credere Deum est credere quod Deus sit. Credere Deo est credere uera esse quæ Deus dicit. Credere in Deum est tendere in illum per charitatē: & hic est actus fidei quem a nobis exigit Deus, duo prima non sunt meritoria sine ultimo. Alio modo uerba Augustini possunt sic exponi. Deus consideratur actus fidei, qui est credere tribus modis. scilicet ut ueritas, ut potētia, ut bonitas: primo modo si consideratur ut ueritas, sic credere Deo est in respectu ad ueritatem. scilicet credere esse uera quæ Deus dicit: secundo modo si Deus

Actus fidei distincti

Quid sit creditum.

con

consideratur ut potentia, vel virtuositas, sic est credere Deum scilicet esse omnipotentem creatorem, & huiusmodi: tertio modo si consideratur Deus ut bonitas sic est credere in Deum idest in eius bonitatem tendere per amorem.

CAP. VI.



TERTIO videndum est quis sit modus, vel effectus fidei. Sunt enim quattuor quæ fidei informatæ charitate attribuitur: primum est credendo amare: secundum est credendo in Deum ire: tertium est credendo ei adhærere: quartum est: credendo membris suis incorporari. Ratio autem huius est ista: Nam ista quattuor ad fidem pertinent secundum ordinem ad voluntatem: voluntas autem est finis. Ad consecutionem autem ultimi finis quattuor exiguntur scilicet affectio, inclinatio, adeptio, participatio.

Primò enim ad cōsecutionē finis exigitur affectio, vel dilectio finis, nisi enim quis diligeret Deum, nunquam sequeretur eum, & propter hoc primus actus perfectæ fidei est credendo amare. Secundò requiritur inclinatio vel motio: nisi enim quis diligeret Deum, nunquam moueretur, vel iret ad eum. Nam ex amore finis aliquis mouetur ad finem, & ideò secundus actus formatæ fidei est credendo in Deum ire. Tertiò requiritur cōiunctio vel adeptio: nisi enim quis inclinaretur, vel moueretur in Deum, nunquam Deo coniungeretur: & ideò ad hoc aliquis mouetur ad finem, ut coniugatur fini: unde tertius actus fidei est credendo ei adhærere. Quartò requiritur participatio, vel communio. Nam ex coniunctione & adeptione finis, vel Dei aliquis in participationē, vel cōmunionem perfectionis finis perducitur: & ideò quartus actus fidei formatæ ē credendo membris eius incorporari. Nam ut dicit apost. ad Galath. 5. Fides est operans. s. quattuor supradicta per dilectionem. Hæc B. Tho. 3. script. dist. 23. artic. 2. q. 2. in solu. 5. argum. per totum. Unde ad hoc quod aliquis sit beatus oportet qd habeat in se quattuor quæ fidei formatæ conueniunt: primum est, qd credendo in Deum, Deum di-

ligat: secundum est, qd credendo in Deum ad Deum tendat vel vadat: tertium est, qd credendo in Deum Deo adhæreat: quartum est, qd credendo in Deum, in Deo, & in membris suis requiescat.

Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum tam in hoc capitulo quam superioribus nota hic quattuor. Primum est, qd sentire, assentire, cōsentire veritati primæ quæ Deus est taliter distinguuntur, quia sentire potest accipere de veritate quoniam est, quod facit dæmon. Assentire verò potest accipere de veritate, quoniam est ad ipsam remotè, vel distanter inclinari, quod potest facere fidelis peccator: consentire verò potest accipere de veritate quoniam est: & ipsi veritati amore cōiungi: quod facit fidelis existēs in charitate, ita qd fides dæmonis habet in suo credere sentire primæ veritati, sed nō habet assentire, vel consentire. Fides verò informis. s. hominis existentis in peccato mortali, habet sentire de prima veritate, & assentire primæ veritati: sed non habet consentire cum careat charitate. Fides verò formata quæ est hominis existentis in charitate in suo credere habet hæc. s. sentire, & consentire, sed nō assentire, quia nō ē remotis inclinatur in Deum ut facit peccator: sed immediatè, quia p charitatē cōiungitur Deo. Secundum est, qd istæ duæ præpositiones in, & ad, sic distinguuntur, quia ad dicit remotum, sed in dicit proximū: unde cū sumus proximi non dicimus ire ad domum, sed ire in domum. Cum autē sumus remoti dicimus ire ad domum. A simili, fide formata, & perfecta charitate dicimus ire in Deum, fide verò informi prout est in hominibus peccatoribus dicimus tendere vel ire ad Deum. Tertium est, qd ex fide dæmonis est cogitatio cū sensu veritatis, non autem cum assensu, vel cōsensu: ex fide peccatoris est cogitatio primæ veritatis cum sensu, & assensu. ex fide verò formatæ charitate qualis est iusti hominis, est cogitatio primæ veritatis cum sensu & consensu. Quartum est, qd prima veritas quæ Deus est, potest considerari duobus modis. s. ut veritas, ut bonitas: primo. n. modo si consideretur prima veritas ut bonitas diabolus dissentit à veritate, & istud dissentire nō ē discredere veritati: sed discordare, vel nō cōsentire veri-

Fides dæmonis peccatoris & insti-

Quattuor exiguntur ad cōsequēdū finem.

tati: secundo modo si prima ueritas consideratur, ut prima ueritas, potest accipi ueritas, ut lucens, uel ut arguens secundū Augu. Si accipiatur ueritas prima ut arguens, sic diabolus dissentit ueritati, quod quidem dissentire non est discredere, sed displicere: displicet enim ueritas, quia ipsum offendit. Si uero accipiatur ueritas, ut lucens, sic dicitur diabolus non dissentire: sed ex hoc, quod non dissentit, non ponitur, uel non dicitur assentire, uel cōsentire. Et est exemplū in oculo, ergo qui sentiēs lucē nō dissentit a luce, ut lucente, sed dissentit ab ea, ut offendente.

CAP. VII.

7. **S**ecundus actus fidei ē publica uel manifesta oris confessio. Sicut. n. interior conceptus eorum quæ sunt fidei ē actus fidei, ita etiam exterior confessio. Hæc B. Th. secunda secundæ q. 3. arti. 1. in cor. q. in fine. Vbi nota, quod confiteri fidem publicē nō semper, nec in quolibet loco est de necessitate salutis: sed tempore, & loco suo. Si enim de manifesta confessione fidei absque honore Dei, & utilitate fidei, uel fidelium turbatio, uel scandalum infidelium oriatur: non est laudabile, uel necesse in tali casu fidem publicē confiteri: unde dicit dominus Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; Margaritas proicere ante porcos, ne forte conculcent pedib. suis, & canes conuersi disrumpant uos: Quæ uerba Chryso. sic exponit: Nolite sanctum. i. eucharistiam, & alia ecclesiastica sacramenta dare, & multo magis nolite uendere: canibus. i. hæreticis, & detractorib. q. d. Mandaui uobis diligere inimicos, & beneficare eis de uestris corporalibus bonis, non tamen de spiritualibus meis passus sum: quoniam in natura uobiscum cōmunionem sunt: & Deus corporalia beneficia etiam indignis præstat, non autem gratias spirituales. Et subdit: Neque margaritas ante porcos. Vbi sic dicit Chryso. Margaritæ sunt mysteria ueritatis, quia sicut Margaritæ inclusæ conchis positæ sunt in medio maris, sic & mysteria in libris inclusa posita sunt, in altitudine sensus scripturarum: uult ergo dicere, quod sanctum. i. sacramentum, & marga-

ritæ, idest ueritatis mysteria, non sunt tradenda canibus idest hæreticis, & detractoribus, & impugnatoribus ueritatis: & porcis. i. contemptoribus ueritatis. Et subdit causam: Ne fortè conculcent pedibus suis, scilicet intellectu, & affectu, & disrumpant uos. s. depræhendendo, blasphemando, & simplicitatem fidei impugnando. Quando autem necessitas, uel utilitas hoc exposcit, non debet quis esse contentus, ut fidem ueram in corde habeat, & Deo coniungatur per fidem: sed debet fidem publicē confiteri: unde si aliquis interrogatus de fide taceret: & ex hoc crederetur, quod uel nō haberet fidem, uel quod fides non esset uera, uel alij per eius taciturnitatem auerterentur a fide. In his casibus confessio fidei est, de necessitate salutis, ita quod interrogatus de fide tenet fidem publicē confiteri propter quattuor causas: prima est, ut Deus honoretur: secunda est: ut fides defendatur: tertia est ut proximus edificetur: quarta est, ut infidelis confundatur. Hæc B. Th. secunda secundæ q. 3. arti. 1. & 2. in cor. q. & in sol. argu. Quod B. Tho. confirmat auctoritate apostoli ad Ro. 10. dicentis: Ore autem fit cōfessio ad salutem. Quæ uerba Aug. exponens, ut patet in Glo. sic dicit: De radice cordis confurgit confessio: cōfiteri enim est dicere quid sit in corde: si enim aliud est in corde, aliud est in ore, loqui est, non confiteri: quod ergo in corde debet esse in ore, quia non sine causa fit signum crucis in fronte idest, in sede pudoris: ne scilicet Christianus, Christi obpropria erubescat: peccatum ergo fuit Petro ore negare cum corde. Et subdit: Discedat ergo mala uerecundia, accedat salubris confessio, non erubescamus de Christi nomine. Insultetur nobis, quia credimus in crucifixum: quasi planè dico in occisum: sed hoc in illo occisum est quod sumpsit de me, non quod fecit in me.

CAP. VIII.

TERTIVS actus fidei est, salutifera mortis susceptio. Vbi nota, quod tolerare mortem non est, secundum se laudabile, sed solum in quantum ordinatur ad aliquod bonum

Interrogatus de fide tenet publicē cōfiteri.

Quā sit necessaria publica fidei confessio.

Marty-
riū est
actus
triū uir-
tutum.

uum quod consistit in actu alicuius virtu-
tis, puta ad fidem: uel ad dilectionem Dei.
Hec b. Th. secunda secundæ q. 124. art. 3.
in cor. q. in principio. Sustinere autē mar-
tyrium est actus trium uirtutum, charita-
tis ut imperantis, fortitudinis ut clientis,
fidei ut testificantis. Primo sustinere pro-
pter Christum mortem seu martyrium ē
actus charitatis ut importantis. Nam pri-
mum motiuum ad tolerandum mortē est
amor charitatis ex quo martyrium fit me-
ritorium, sicut quilibet actus uirtutis, ubi
supra art. 2. in sol. 2. arg. Ex defectu autem
charitatis mors non est meritoria, ita di-
cit apostolus prima ad Corint. 13. Si tradi-
dero non tantum mea, sed etiam corpus
meum combustioni, charitatem autē non
habeam, nihil mihi prodest ad uitam eter-
nam obtinendam, & si multū profit alijs.
Quod autem sustinere mortem propter
Christum sit maximæ perfectionis actus
tripliciter probo, scilicet ratione, similitudine,
auctoritate: primo ratione sic: Quanto
quis rem magis amatā contemnit, & rem
magis odiosam eligit pati, tātō magis ui-
detur esse perfectus in charitate. Inter om-
nia autem bona homo maximē amat ui-
tam, & a contrario maximē odit mortē:
ergo martyrium inter omnes humanos
actus est perfectior q. signū maximæ cha-
ritatis: secundo probo hoc idem auctori-
tate. Iohan. 15. Maiorem hac dilectionē
nemo habet. i. maius signum dilectionis,
uel maiorem effectum dilectionis nemo
habet, ut animam suam ponat quis pro
suis amicis, maiorem habuit Christus qui
pro inimicis animam suam posuit, ter-
tio probo hoc idem similitudine. Nam a-
ctus maximæ perfectionis uidetur esse q.
aliquis superiori obediat propter Christū
sed qui sustinet mortem propter Chri-
stum hoc facit, sicut fecit saluator uo-
lens esse obediens patri, ut dicitur ad Phi-
lip. 2. Factus est obediens usq. ad mortem,
ergo &c. ubi supra q. 124. artic. 3. in corp.
quæst. & in solut. 2. argum. Requi. infra:
Obedientia. Secundo sustinere martyriū
est actus fortitudinis ut elicientis, si-
cut enim fortitudo civilis firmat ani-
mum hominis in iustitia humana, pro-
pter cuius conseruationem mortis pericu-
la sustinet, ita etiam fortitudo gratuita
firmat animum hominis in bono iustitiæ

Dei, quæ est per fidem Iesu Christi, ut di-
cit Apostolus ad Roman. 2. ubi sup. art. 2.
in solu. 1. arg. Req. infra. Fortitudo. Ter-
tio sustinere martyrium est actus fidei ut
testificantis. Nam ad ueritatem fidei per-
tinet non solum ipsa credulitas cordis,
sed etiam exterior protestatio; quæ quidē
non solum fit per uerba, sed etiam per fa-
cta, quibus aliquis habere fidem se osten-
dit, ita dicitur Iacobi. 2. Ego ostendam ti-
bi ex operibus fidem meam. Cuius cōtra-
rium dicitur de quibusdam ad Titū pri-
mo. Confitentur. ore se nosse Deum tan-
quam simulatores, factis autē negant.
Gen. 27. Vox quidē uox Iacob est, manus
autē manus sunt esau. Beatus autē Aug.
uerba Apostoli scilicet confiteretur, &c. duo-
bus modis exponit. Primo sic, Qui uer-
bis confiteretur Christum, & factis negat
antichristus est: multos inuenimus anti-
christos qui non uerbis, sed factis negant.
Secundo sic, Adiungite rectæ fidei fidem
rectam ut Christum confiteamini, & ver-
bis, uera docendo, & factis bene uiuendo.
Nam si confitemini uerbis, & non factis,
talis ē fides demoniorum, ubi sup. q. 124.

CAP. IX.

Secundo principaliter circa fidem con-
siderare debemus meritum. Nam cre-
dere his quæ non uidemus (respectu
quorum est fides) est laudabile, & meri-
torium: hoc autem multipliciter probo
scilicet ratione, similitudine, auctoritate.
Primo ratione sic: Omnis actus qui subij-
citur li. ar. moto a Deo per gratiam & re-
lato in Deum est meritorius: sed credere
est actus intellectus assentientis ueritati
diuinæ ex imperio uolūtatis motæ a Deo
per gratiā: & sic subiacer lib. ar. in ordi-
ne ad Deum, ergo actus fidei est actus me-
ritorius. Hec b. Th. 2.2 q. 2. art. 9. in cor.
q. per totum.

Ad maiorem tamē euentiā rationis
prædictæ nota, q. ad fidem habendam est
quadruplex inductiuum. scilicet miraculū con-
ditoris, documentum prædicatoris, quo-
rum duorū nullum est sufficiens causa, eo
q. uidentium vnum & idem miraculum,
audientiū unū, & eundē sermonē quidā
credūt, & q. lā nō. Et iō oportet pter hæc
N N duo

duo alia duo ponere. scilicet arbitrium libertatis, & auxilium spiratoris, ex his duobus præcipue actus fidelis est meritorius. Nā assensus, qui est principalis actus fidei est non solum a lib arb, quod ex se non sufficit, ut ponebant pelagiani: sed principaliter est a Deo interius mouente p gratiā, ubi supra. q. 6. art. 1. in corp. q. per totum. Req. infra Gratia. Secunda ratio quare actus fidei est meritorius est talis: Omnis actus uirtutis ē meritorius, & laudabilis: sed credere est actus fidei, quæ est uirtus, ergo credere est laudabile, & meritorium. Req. inf. Virtus. Secundo probo hoc idē similitudine sic: Sicut enim consideratio actualis scientiæ est meritoria, tum ratio n: libertatis arbitrij, q̄a in potestate hominis est considerare, & non considerare, tū ratione finis ex parte charitatis, ut si cōsideratio scientiæ referatur ad honorem Dei, uel ad utilitatem proximi, sic potest esse meritorius utroq. modo: ubi supra q. 2. art. 9. in sol. 2. arg. Beatus autem Aug. probat hoc idē super Iohannem similitudine radice dicens: Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet pulchritudo; & tñ quicquid est in arbore pulchritudinis, uel decoris, ex illa procedit: Sic ex fidei humilitate quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima susceptura est ex fidei fundamento pcedit. Tertio probo hoc idē auctoritate Io. 20. Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Ex quo uerbo talem formo rationem: Præmium non debetur nisi merito: sed beatitudo est ultimum, & perfectū præmium, ergo &c. Est ergo sciēdum, q̄ tria genera hominū inueniuntur ut dicit Hugo de sancto uictore in sententijs suis. Quidam enim fideles sunt qui sola pietate credere eligunt, quod tamen vtrum sit credendum uel nō, ratione nō cōprehendunt, Alij puritate cordis, & munda conscientia interius iam gustare incipiunt quod fide crediderunt. Alij uero ratione approbant quod fide credūt. In primis sola pietas facit electionem, in secundis puritatis intelligentiæ apprehēdit certitudinem, in tertijs ratio adiungit ad approbationē. Et ponit exemplū, Pagani in plures unitatem diuinitatis scindunt: iudei saluatorem nō recognoscunt: in his omnibus mens fidelis fluctuat: & nisi pietate teneretur, fortassis abiecta ueritate,

falsitatem sequeretur. Ex quibus uerbis potest elici, q̄ ratio adducta ad ea, quæ sunt fidei quandoq. diminuit meritum: quandoq. auget. Ad cuius euidentiam nota quinq. Primum est, q̄ ratio humana ad ea, quæ sunt fidei potest se habere ad uolūtatem credentis dupliciter. Vno modo si cut præcedens uolūtatem credentis, puta cum quis non uult credere, uel cum quis non habet promptam uoluntatem credēdi, nisi ratione humana induceret, & tūc ratio humana diminuit meritū, ut dicit Greg. in quadam Homel. Fides nō habet meritum cui ratio humana præbet experimentū. Alio uero modo ratio humana se habet ad uoluntatem credentis, ut sequens uoluntatem credentis, puta cū homo habet promptā uoluntatem ad credēdum, & ex hoc diligit ueritatē creditam, & super ea cogitat, & amplectitur si quas rationes ad hoc inuenire potest, tunc ratio humana meritum fidei non excludit, sed est signum maioris meriti. Hęc b. Th. secunda secundæ. q. 2. art. 10. in corp. q. Secundū est, q̄ ea, quæ sunt fidei, & si supra rationem sunt, nō tamen contra rationē. Et ideo quærere ea quæ sunt supra rationē non est uituperabile sed laudabile, q̄ hō debet se ad diuina erigere quantum potest, ut dicit philosophus. 4. Ethic. Hęc b. Tho. 3. scrip. sent. distin. 24. arti. 3. q. 2. in sol. 2. arg. Tertium est, q̄ ratio naturalis in his, quæ sunt fidei dupliciter potest induci, uel cum fide, uel contra fidem. Ratio autem, quæ secundum fidem inducit potest augere meritum in quantum facit uoluntatem magis promptam ad credendū. Ratio autem inducta cōtra fidē addit difficultatem actus, & per consequens auget meritum: unde manent eadem uolūtate credendi magis meretur ille, qui credit illud ad quod uidet multas rationes in cōtrarium, quam qui eas non uidet. Sicut q̄ tentatur uehementius ad luxuriam, si resistit equali uoluntate magis meretur, ubi supra immediate. q. 3. in cor. q. Quartū ē, q̄ magis meretur ille qui credit sine rōne uel persuasionē, quā ille, qui rōnem, uel persuasionem quærit manente eadē uolūtate credendi; quod probo triplici rōne. Prima est talis: Sicut affectus rōnalis debet summę bonitati dignū amorē, ita intellectus summę ueritati dignā credulitatem. Si ex

Huma.
na rōdo
pliciter
se habet
ad fidē.

Affectus
intelle-
ctui cō-
paratur.

go non est digna dilectio Deo qua diligatur eius bonitas solum propter utilitatē, ita eadem ratione nō erit digna Deo credulitas qua assentit primæ ueritati solū propter rationis probationem, uel persuasionē. Secūda ratio est talis: Sicut. n. aliud est diligere aliquem ex suis meritis sine rōne beneficij, uel utilitatis p̄prie, aliud uero diligere ipsum sine meritis ex sola uirtute, & gratia diligentis, sic aliud ē credere ex probabilitate, uel euidētia ipsius credibilis, aliud ex uirtute credentis quod est maioris meriti. Tertia ratio est talis: Nō est minoris uirtutis credere improbabile quam improbum diligere: si ergo ex charitate improb. uel inimicus diligitur, ergo ex fide salutarī sine probatione, & rationis persuasionē improbabili ueritati creditur. Quintum est, q̄ credere alicui subitō sine deliberatione, & sine inspiratione, & sine motiui sufficiēti est leuitas mentis, ut dicitur Ecc. 19. Qui citō credit, leuis est corde. Credere uero alicui cū discretionē, uel inspiratione, uel motiui sufficienti, non leuitas cordis est, sicut facit ille, qui credit articulos fidei: talis. n. habet sufficiens motiuū ad credendū. Inducitur auctoritate diuinę doctrinę miraculis confirmatę, & amplius interiori instinctu Dei illuminantis, ut patet in principio istius c. Et ideo talis nec leuiter credit, nec rationem meriti tollit. Hęc b. Tho. 2. q. 2. art. 9. in sol. 3. arg. Et 3. scrip. scu. dist. 34. art. 3. q. 2. in sol. 1. arg.

C A P. X.

Tertio principaliter circa fidem considerare debemus augmentum. Vbi nota, quod fides potest dupliciter considerari: uno modo ex parte obiecti de quo est: alio modo ex parte subiecti quo est. Primo ex parte obiecti de quo est: & tunc cum obiectum fidei sit prima ueritas, quę est Deus, & hic non varietur nec augeatur nec minuatur, sic nec fides. Secundo modo potest fides considerari ex parte subiecti in quo est, & sic fides tam ex parte fidelium credentium quam ex parte creditorum variatur, augetur, & diminuitur, triplici ratione. scilicet conditionis temporis, diffusionis luminis, dispositionis homi-

nis. Primo uariatur ratione conditionis temporis: Quamuis autem sit eadem fides quam habemus de Christo, & quam habuerunt antiqui patres: tamen quia ipsi præcesserunt Christū, & nos sequimur, eadem fides diuersis uerbis a nobis, & ab eis signatur. Nam ab eis dicebatur: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium: quę sūt uerba futuri temporis. Nos autem repræsentamus per uerba præteriti temporis dicentes, quia concepit, & peperit: unde modo peccaret mortaliter, qui modo suam fidem protestando diceret Christum nasciturum, quod antiqui piē, & ueraciter dicebant. Hęc b. Tho. prima secundę q. 103. art. 4. in cor. q. Est etiam notandum, q̄ fide mysterio incarnationis fuit eadem apud omnes, diuersimodē non tamen secundum diuersitatem temporum, & personarum. Vnde Hugo de sancto Victore sic dicit: Fides mediatoris differenter fuit ante legem, sub lege, & tempore gratiæ. Nam ante legem creator credebatur, & ab eo salus, & redemptio expectabatur: per quę uero, & quomodo eadem salus complenda, & perficiēda esset exceptis paucis quibus hoc scire singulariter in munere datum erat a ceteris fidelibus non cognoscebatur. Sub lege autem persona mediatoris mittenda prædicabatur. Quod autē ipsa persona foret homo, uel Angelus uel Deus nondum manifestabatur, soli hoc cognouerunt, qui per spiritum illuminati erant. Sub gratia autē manifeste prædicatur, & creditur modus redēptionis, & qualitas personę mediatoris. Beatus autem Th. melius declarat idem dicens: Licet eadem fuerit fides omni tempore de mysterio incarnationis apud oēs, diuersimodē tamen secundum diuersitatem temporū & personarū. Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidē de incarnatione Christi, secundum q̄ incarnatio ordinabatur ad cōsummationē glorię, nō autē secundū q̄ ordinabatur ad liberationē a peccato per passionem, & resurrectionē, quia homo nō fuit præsciens peccati: post peccatum autem homo habuit fidē explicitam, non solū de incarnatione Christi, sed etiam de passione, & resurrectione quibus humanū genus liberabatur. Tpe uero grę reuelatę tenent tā minores quā maiores habere fidē explicitā de his, q̄ in eccle-

sia proponitur, sicut sunt articuli incarnationis &c. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 2. art. 7. in cor. q. per totum: ita quod remoti a Christo. s. qui fuerunt ante legem habuerunt fidem de incarnatione Christi, quia multis eorum facta fuit reuelatio. Si

testimo
nia geu
tiū de in
carnatio
ne verbi.

militer gentiles habuerunt fidē de incarnatione Christi, quia multis gentiliū facta fuit reuelatio de Christo, ut Iob qui dixit ca. 19. Scio q̄ redemptor meus uiuit. Et sibylla etiam prænuñciauit quædā de Christo s. de eius natiuitate, passione, resurrectione, & de eius aduentu ad iudiciū. Inuenitur etiam de historijs rumanorū, q̄ tempore Constantini augusti, & syrenæ matris eius fuit quoddam sepulcrum, in quo iacebat homo aureā laminā habēs in pectore, in qua scriptū erat: Christus nascetur de uirgine & credo in eum. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 2. art. 7. in sol. 3. arg. Quanto autem aliqui magis fuerunt propinqui Christo, tantō magis explicitē fidem habuerant de Christo, unde Greg. Secundum incrementa temporum creuit scientia sanctorum patrum, & quantō uiciniores extiterunt aduentui saluatoris, tantō sacramenta salutis plenius perceperunt. Vnde audiunt: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, Lucæ 10. & Ioh. 15. Omnia quæcunq. audiui a parte meo nota fecit uobis. Et propter hoc b. Ioh. qui fuit propinquissimus saluatori expressē cognouit aduentum Christi in carne: unde dixit. Ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei, & etiam expressē cognouit eum uenturum ad passionē, unde dixit. Ecce agnus Dei prænuñciāns eius immolationem futuram. Sed fortē diceres, quod Io. Bap. non cognouit expressē incarnationem & passionem Christi eo q̄ dubitando petit dicens: Tu es qui uenturus es &c. Dico quod triplex est dubitatio. Prima est infidelitatis, qualis fuit in iudæis, & talis in Io. Bap. non fuit.

Dubita
tio Ioan
nis tu es
qui uen
turus es
an aliū,
&c.

Secunda est tarditatis, qualis fuit in Discipulis euntibus in emaus: & talis etiam in Io. Bap. non fuit. Tertia est amoris siue pietatis: quæ quidem non est dubitatio, sed horror quo anima ad modum dubitantis se habet: & hæc fuit in Ioh. Bap. Ambr. Non fide sed pietate dubitauit: horrebat enim ex pietate quod Dei filius ad infernum descenderet. Hilarius uero &

Chryso. dicunt, quod non quæ fuit, quia ipse ignoranter, uel dubitaret, sed ut per Christum eius discipulis satisfaceret: unde & Christus ad discipulorum instructionem respondit signa operum ostendens, Hæc b. Tho. ubi sup. q. 2. ar. 7. in sol. 2. ar.

C A P. XI.

Secundo uariatur fides ex parte fideiū & ex parte creditorum ratione diffusionis luminis. Licet enim eadem fides sit in nationibus, & minoribus prælatiis & subditis, tamen superiores tenentur habere de credendis notitiam pleniorē: quod tali ratione ostendo: Explicatio credendorum fit per reuelationem diuinā, eo quod credibilia rationem naturalem transcendunt. Vnde sicut reuelatio diuina quodam ordine ad angelos inferiores per superiores uenit, & ad homines per angelos, ita explicatio fidei uenit ad inferiores homines per superiores. Ex qua ratione facio aliam rationem sic: Secunda ratio ad idem; & est confirmatio præcedentis est talis: Sicut. n. angeli superiores qui inferiores illuminant de diuinis habent notitiam pleniorē, ita superiores homines, ad quos prius alius erudit de credendis tenentur habere notitiā pleniorē, & ea magis explicitē credere. Hæc b. Th. secunda secunda q. 2. art. 8. in cor. q. per totum. Ad maiorem tamen euidētiā prædictorum propter solutiones argumentorum nota hic septem. Primum est q̄ ad præceptum charitatis omnes equaliter obligantur, eo q̄ est de necessitate salutis sed credere explicitē non est de necessitate salutis aliquo modo quantum ad omnes, sed solum quantum ad maiores, qui ex eo q̄ officium habent alios instruendi plura tenentur explicitē credere quam minores, ubi supra in sol. 1. arg. Secundum est, q̄ simplices cū nō teneantur omnia explicitē credere nō sunt examinandi de subtilitatib. fidei, nisi quādo habet suspicio q̄ sint ab hæreticis deprauati, qui in his quæ ad subtilitatem fidei pertinent solent fidem simplicium deprauare, ubi supra in sol. 2. argum. Tertium est, quod si simplices in subtilitatibus fidei ex simplicitate deficient, eis non

Differē
tia præce
pti cha
ritatis,
& fidei.

imputatur, & præcipue si non inueniantur doctrinae peruersae pertinaciter adherere, vbi supra in solut. 2. argum.

Quartum est, quod minores non habent fidem implicitam maiorum, nisi quatenus maiores adherent doctrinae diuinæ, & ex hoc minores in credendo debent maioribus adherere: vnde Apostolus v. ad Corinth. 4. sic dicit. Imitatores mei estote sicut & ego Christi, vbi: supra in sol. 3. argum.

Quintum est, quod cum humana cognitio non sit regula fidei sed veritas diuina, non præiudicat fidei simplicium qui credunt eos rectam fidem habere, error maiorum, nisi minores, & simplices maiorum erroribus in particulari pertinaciter adhererent contra vniuersalis ecclesie fidem, vbi supra in solut. 3. argum.

Sextum est quod fides vniuersalis ecclesie non potest deficere, dicente domino. Lucæ 22. Ego autem rogavi pro te vt non deficiat fides tua: vbi supra: in solu. 3. ar. in fine. Quæ verba Chrysost. exponens primò quærit quare hoc dicit vel dixit soli Petro. Respondet Chrysost. vt ostendat quod difficilior & periculosior est casus superioris tamquam prælati, Quid autem rogauit: subdit, vt non deficiat fides tua. Quare ergo negauit Respondet Chryso. Non dixit dominus vt non neget, sed vt non deficiat fides tua vt scilicet finaliter non paret, sicut dicitur anima non diuertere à Deo quæ citò reddit. Vel certè fides Petri accipienda est generaliter scilicet fides ecclesie quæ nunquam deficit neq; deficiet. Ratio autem quare fides ecclesie in generali errare non potest est, quia diuina prouidentia spiritu sancto ecclesiam suam dirigit vt non erret: sicut ipse promisit Iohannis. 14. dicens: Quod spiritus sanctus adueniēs docebit omnem veritatem de necessarijs ad salutem. Et ideo licet Papa in quibusdam factis particularibus errare possit, vt cū iudicat de agris, de possessionibus, vel de criminibus propter falsos testes, tamen Papa in his quæ sunt ecclesie vniuersalis, scilicet in his quæ ad fidem pertinet errare non potest propter rationem prædictam: vnde magis est standū sententiæ Papæ (ad quem pertinet de fide determinate) quam in iudicio profert quàm opi-

nioni quorumlibet hominum sapientū. Cum Cayphas quamuis nequam, tamen quia Pontifex, legitur etiam inscius prophetaſſe. Iohann. 12. Hæc. b. Tho. 9. quod libet. q. 16.

Septimum est, quod maiores ad quos pertinet alios erudire tenentur de his quæ sunt fidei suo loco & tempore reddere rationem. Ita dicitur prima Pe. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti rationem, de ea quæ in vobis est fide, & spe.

Vbi nota verba, & signa mysteria. Primò enim dicit. Parati semper ad ostendendum, quod in primitiua Ecclesia omnes generaliter tenebantur reddere rationem de fide sua, & spe, quia omnes gratiam spiritus sancti receperant; vel quia in primitiua ecclesia adulti accedebant ad baptismum qui prius erant instructi de fide respondere sciret: modo autem soli maiores tenentur, quod officium acceperunt alios instruendi, secundo dicit rationem reddere. Nam rationes sunt necessariae ad instructionem & defensionem non ad probationem: vnde rationes fidei non sunt demonstrationes, sed quædam persuasiones ad remouendum impedimenta fidei, ostendendo non esse impossibile quod in fide proponitur. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ quæst. 2. artic. 10. in solut. 2. ar. vnde prælati tenentur reddere rationem per quasdam similitudines, & persuasiones, & manifestationes effectuum, & præcipue per miracula: tertio dicit omni poscenti: Posset quis ex hoc arguere, ergo infideli. Respondeo & dico, quod infidelis si quærit rationem eorum quæ sunt fidei ad deridendum, tunc non est ei reddenda ratio. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus & cætera. Si verò infidelis rationes quærit vt instruat, tunc iam non est canis: vnde dicendum est ei quicquid est credendum quicquid faciendum Glosa ibidem: Qui ecclesiastico magisterio præest, doceat patientes, obstruat resistentes.

Ratio
cur ec-
clesia nō
possit er-
rare.

CAP. XII.

Tertio variatur fides: augetur uel diminuitur ratione dispositionis hominis: nā fides potest esse maior in uno quā in alio: non ratione primæ ueritatis, quæ cum sit unica, & simplicissima, non diuersificatur in credentibus, sed est una in omnibus, tamen ea quæ materialiter credenda proponuntur sunt plura: & sic ex parte credendorum, personarū, & temporum pōt fides accipi maior, & minor. Et hoc triplici ratione. Primò rōne maioris cognitionis sic. Qui expressiorem, & ampliorem explicationē de credibilibus habet, maiorē fidem habet: sed talem habent prælati: uel talē debent habere maiores respectu minorū: ergo &c. Nā qui ea, quæ sunt fidei explicitē cognoscit, maiorē fidē habet quā qui ea cognoscit implicitē. Secundò hoc idē patet rōne maioris deuotionis sic. Nam ueritati primæ de qua est fides quidam deuotius se subiiciunt aliis: & secundum hoc fides est maior in uno quā in alio. Tertiò rōne diuinæ infusionis sic: Sicut enim secundum maiorem capacitatem intellectus unus magis cognoscit ueritatem principij quā alius, ita secundum donum gratiæ unus magis cognoscit ueritatem primam quā alius. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 5. art. 4. in cor. q. in sol. argu. Potest ergo ex præmissis cōcludi, q̄ fides aliquorum est magna, parua, uiua, mortua. Primò fides est magna, talis fuit fides mulieris chananæ, cui dixit dominus Matth. 15. O mulier magna est fides tua. Super quo uerbo dicit Hiero. Mira autem huius mulieris fides, patientia, & humilitas prædicatur: fides quippe quæ credidit sanari posse filiam suam, patientia, quæ totiens contempta in præcibus perseverat: humilitas, quæ se non canibus, sed catulis comparat. Scio inquit me filiorum panem non mereri, nec integros posse capere cibos, nec sedere ad mensam cum patre: sed contenta sum reliquiis catulorum, ut per humilitatem micarum, ad panis integri perueniam magnitudinem. Est autem notandum, q̄ fides crescit, uel proficit quattuor modis. Primò cognitione quantum ad actum rationalis: & sic proficiens in cognitione diuinorum,

dicatur crescere, uel proficere in fide. Secundò constantia, & firmitate quantum ad actum irascibilis: & sic martyres dicuntur profecisse in fide, in sustentia, & constantia patientiæ. Tertio seruire & deuotione quantum ad actum concupiscibilis: & sic feruentes zelatores fidei dicuntur profecisse in fide. Quarto actione quantum ad actū exterioris operis: & sic actiui dicuntur proficere in fide. Ostendit etiam fides alicuius esse magna quattuor modis. Primò ut alta de Deo sentiat: secundò, ut transitoria pro præmio æterno contēnat, tertio ut in aduersis de Deo cōfidat, quarto ut a bono opere nō desistat. Primo modo dicitur esse fides magna, ut alta de Deo sentiat: hanc habuit Centurio cui dictū est a dño Matth. 8. Amē dico uobis: non inueni tantam fidem in Israel. Sed cōtra: Nō ne inuenit Christus maiorē fidem in brā Virgine, & in Apostolis: certe sic. Respōdet Chrys. q̄ maiorem fidem Christus in Centurione inuenit, quia a nullo doctus fuit: unde subdit Chrys. sup. Matth. dicens: Credidit. n. Andreas, sed Ioh. dicente: Ecce Agnus Dei Credidit Petrus, sed Euangelizante sibi Andrea, Credidit Philippus, sed legendo scripturas. Nathanael etiam prius signū diuinitatis accepit. Iairus Israel princeps pro filia sua petens nō dixit dic uerbo, sed ueni uelociter. Nichodemus audiens de fidei sacramēto ait: quō possunt hæc fieri? Maria, & Martha dicunt: dñe si fuisses hic nō esset mortuus frater meus: tanquam dubitantes, q̄ ubiq; possit adesse Christi potentia. Secundò modo dicitur fides magna, ut transitoria pro æterno præmio contēnat: sicut Moyles habuit. Heb. 11. Fide Moyles grandis factus negauit se esse filiū filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei: quā temporalis peccati habere iocunditatem. Vbi Aug. sic ait: Maximæ fidei est spernere iocunditatē. Tertio modo dicitur fides magna, ut in aduersis de Deo cōfidat. Cuius contrarium fecit Petrus Matth. 14. cui dixit dñs: modicæ fidei quare dubitasti? Req. expositionem in principio sequentis cap. Quarto modo dicitur fides magna ut a bono opere non desistat si statim cum a Deo petit non accipit, sicut fecit mulier chananæ, ut sup. patet in hoc

Credentiū quæ duplex differentia.

60. capitul. Hugo autem de sancto victore in sentent. suis dicit, q̄ duo sunt secundū, quæ fides dicitur crescere. scilicet cognitio, & affectus: secundum cognitionem fides crescit quando eruditur ad scientiam: secundum affectum: quando ad deuotionē excitatur, & roboratur ad constantiam. Et subdit ibid. Quorundam uerō fides affectu est magna cognitione parua, aliorū ē conuerso. Alij uero cognitione, & affectu fidem habent magnam. Alii uero cognitione, & affectu paruam. Affectum magnum in fide magis laudabilem esse quam cognitionem magnam dominus manifeste ostendit Matth. 13. ubi comparauit fidem grano synapis: quod quantitate paruum est, sed non uirtute. Et idem sic ait: Melius est magis confiteri unum principium quam multa, quia ubi multitudo est, ibi pluralitas superflua aut unitas imperfecta, & ibi est cōfusio amplius. Melius est creatorem pariter confiteri, & saluatorem, quam creatorem solum, quoniam qui creatorem dicit maiestatem confitetur, qui saluatorem credit, pietatem ueneratur. Item maius bonum hominis ē, ut in deo suo, & maiestatem inueniat quam oculo cordis contempletur, & humanitatem quam oculo carnis speculetur, ut totus homo in Deo beatificetur.

CAP. XIII.

Secundo fides aliquorum est parua. Vbi nota: quod fides aliquorū dicitur parua quatuor modis, scilicet cognitione, dilectione, duratione.

Primo cognitione sicut est fides simplicium, uel minorum respectu maiorū, uel prælatorum. Hæc b. Th. secunda secundæ q. 2. art. 6. Ratio autem est talis: Discipuli enim (ut qui docentur) non habent tantam scientiam quantam habet magister, & ille qui docet: sed minores, & simplices se habent sicut, qui docentur: maiores autem, & prælati se habent sicut qui docent: ergo &c. 3. script. sent. dist. 25, de explicatione fidei, arti. 1. q. 2. in solut. 3. agum. Ad cuius euidentiam nota hic duo,

Primum est, q̄ maiores non semper di-

cuntur, qui magis sciunt, sed illi quibus incumbit officium docendi fidem, qui quādoq. peccatis exigentibus minus sciunt, ibidem. Secundum est; quod minores quibus non est commissum non tantum tenentur scire: nec tantum exigitur quantum ab illis quibus ex officio est commissum: ibidem quæstion. 3. argument. contra 2.

Secundo fides est parua dilectione: sicut fides informis respectu fidei formatæ. idest perfectæ per charitatem: secunda secundæ q. 4. art. 5. in corp. q. Qui enim fidem sine charitate habet non seruit proprie Deo. Cuius ratio est, quia licet habens fidem informem faciat quod Deus præcipit, non tamen facit sicut Deus præcepit: quoniam non facit illud ex charitate. Quod b. Th. dupliciter probat scilicet ex defectu qualitatis, & uirtutis. Primo ex defectu qualitatis, quia licet per fidem informem homo faciat bonum: non tamen bene: nam facere bene pertinet ad fidem formatam: tertio script. sent. distin. 23. art. 4. q. 2. in sol. 1. arg. Secundo probat idem ex defectu uirtutis sic: Actus bonus elicitur a uirtute, ut infra Virtus, & infra Operatio: sed fides informis non est uirtus sicut fides formata. Cuius ratio est, quia de ratione uirtutis est, q̄ non solum faciat ea, quæ sunt uirtutis: ut q̄ faciat iusta, uel fortia, sed etiam faciat eo modo quo debet, quod non facit qui habet fidem informem, ubi supra immediate, distinctio. 23. articu. 1. quæstio. 3. in sol. 2. argument.

Tertio fides est parua duratione. Qui non est constans in fide, ita q̄ hæsitat, paruam fidem habet: talem habuit Petrus, quod patet testimonio Christi dicentis Matth. 14. Modicæ fidei quare dubitasti? Quæ uerba Chryso. exponens super Matth. sic dicit: Videns autem uentum ualidum timuit. Chrys. Talis est natura humana, ut multotiens in magnis recte se habens in minoribus repræhēdatur, ut sibi dicat Modicæ fidei quare dubitasti? Et subdit: Et cum cepisset mergi. Chrysost. Ut monstraret dominus quoniam non uenti immissio, sed illius modica credulitas periculum operabatur dixit: Modicæ fidei. &c. in quo monstras quod neque uentus

Qui sūt
maiores
in eccle
sia .

neque aliquod aliud nocere potuisset si firma fides fuisset. unde Ber. de duodecim gradibus humilitatis sic dicit. Qualis sit cuiusque fides tribulatio probat. Modice autem fidei sunt illi de quibus dicitur Luca. 7. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, & hi radices non habent. Quæ uerba exponunt Eusebius,

Qui sūt Grego. Cyrillus, & Beda. Primò Eusebius modicæ fidei: Quidam uero cum in mentis proposito receperint uerbum Dei, adueniente aduersitate facile extinguuntur: de quibus dicitur: Hi sunt qui cum audierint suscipiunt uerbum, & hi quia radices scilicet perfectæ firmitatis non habent, ad tempus credunt &c. Secundo Greg. in Hom. sic exponit: Multi bonæ operationis initia proponunt, sed fangati mox aduersitatibus, vel tentationibus, quæ ceperint inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit, quia hoc quod germinauerat ad fructus perseverantiam nō perducit. Tertio exponit Cirillus sic: Quidam cum intrant ecclesiam, libenter attendūt diuina mysteria, eò q̃ missam, prædicationem libenter audiunt: sed cū de missa, uel prædicatione recedunt, a bono proposito quod habuerunt citò desistunt, & ex leui uoluntate cum ecclesiam sunt egressi sacraū disciplinarum obliuiscuntur: tales similes sunt ouo quod de facili conuertibile est, & mutabile.

Quartò Beda exponit sic dicēs: Multi audientes disputationem contra auaritiam uel luxuriam, uel alia uitia, dicunt contemptores saculi, & castos homines, & uirtuosos esse beatos. Sed ubi species concupiscibiles eorum obtutibus, uel aspectibus præsentantur, mox ab eis recedit quicquid rectè cogitauerunt. Et subdit causam illorum dicens, quia hi radices perfectæ charitatis non habent, & firmitatis. Sap. 4. Adukerinæ plantationes non dabunt radices altas. Eccl. 24. In electis meis mitte radices. Ratio autem quare arbor radices non habet aliquando ē, quia nimis sæpè transplantatur: tales frequenter de bono in malū mutantur, quia non sunt radicati in bono: unde isti sunt de familia Saulis, qui inter pphetas erat propheta: & inter stultos erat stultus.

Fides si-
ne dile-
cto

Quarto fides est parua operatione. ubi

sciendum, q̃ fides, quæ est sine dilectione, & operatione est inanis quantum ad actione inanis. Primò quātum ad susceptionem gratiæ quam non meretur de condigno neq. de congruo ille, qui fidem habet diligendo neq. operando. Secundo quantum ad retributionem: eò quòd habens fidem sine charitate, & sine operatione non meretur aliquid, neq. bonū tēporale, neque spirituale, neq. cæleste. Tertio quantum ad dispositionem: nā qui fidē informē hēt, & nō operatur: non se disponit, neq. quod in seipso est facit ad aliquid merendum, & obtinendum. Fides uero informis cum opere non est inanis, eò q̃ habens ea & operans, seipsum disponit ad multa: unde fides informis cum opere ualet ad multa. Requ. infra Opera facta in peccato mortali.

CAP. XIII.

Tertio fides aliquorum dicitur 14 esse uiua. Vbi nota, q̃ illa propriè dicuntur uiuere quæ ex se motum, & operationem habent. Sic spiritualiter illa fides dī esse uiua, quæ per dilectionem, & operationem meretur, & tendit in Deum: unde Apostolus ad Gal. 5. Fides est, quæ per dilectionē operatur. ubi Aug. sic dicit: Media quæ sunt inter uitia & uirtutes, nec fugienda sunt petenda: sed fides non utiq. est ociosa, quia fides sine operibus nō saluat: sed fides, quæ operatur per dilectionē scilicet Dei & proximi. Et subdit Aug. Opus fidei ipsa dilectio ē, sine dilectione fides inanis est, cū dilectione uero fides ē Christiani, sine dilectione uero fides est demonis. Nam daemones, & credunt, & contemiscunt. Hæc Aug. in lib. de charitate: Nota etiam, quòd fides cum charitate operatur, meretur, & efficit quinq. bona. scilicet. primò purificat a culpa, secundo nobilitat in natura uel forma: tertio triumphat in pugna, quartò liberat a sententia uel pœna, quintò beatificat in patria. Primò fides cū charitate purificat a culpa: vñ Actū 15. Fide purificans corda eorū. Bern. super hoc uerbo, sic. dicit Non circuncisione carnis illos mundari opus est quorum fides corda purificat. Vbi nota, q̃

Fides cū
charitate
efficit
quinq.
bona

macula & impuritas cuiuslibet rei ex hoc procedit, quod rebus uiliioribus immisceatur, quod tali patet exemplo. Non enim argenti dicitur esse impurum ex permixtione auri per quod melius, uel preciosius redditur, sed ex permixtione stagni, uel plumbi. Cum ergo rationalis creatura dignior sit omnibus temporalibus, & corporalibus rebus, ideo impura redditur ex eo, quod rebus temporalibus, & caducis se subijcit per amorem. Sed dum tendit in Deum per fidem formatam, quae est principium accedendi ad Deum, ut dicit apostolus ad Hebraeos. 11. Accedentem ad Deum oportet credere, tunc pura efficitur, & uirtute charitatis perficitur. Et hoc modo proprius effectus fidei est cordis purificare: secunda secundae q. 7. art. 2. in corpore q. Ad purificationem autem cordis quattuor requiruntur. scilicet infusio gratiae, assensio animae, contritio uel displicentia culpa, remissio culpa, uel maculae, quae ad iustificationem impii requiruntur. Req. infra Iustificatio. Secundo fides cum charitate in natura nobilitat: unde apostolus ad Galatas. 4. Omnes filii Dei estis per fidem. Et hoc primo est necessarium, quia sicut dicit Aug. in lib. de fide ad Petrum: Sine fide nemo potest ad filiorum Dei numerum peruenire, neque sine perfecta fide ad meritum, & multo minus ad praeium: secundo est preciosum: unde Ioh. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt &c. Req. expositionem huius supra Fama: primo cap. Tertio fides triumphat in pugna: unde Apostolus ad Ephesios. 6. In omnibus sumetes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Tela ignea sunt tentationes, & altutiae nequissimi diaboli, & dicuntur ignea, quia de uitio in uicium incendunt. Ad haec extinguenda debemus assumere scutum fidei: & merito dicitur fides scutum, quia sicut scutum habet tres Angulos, ita fides. primus angulus est de poenis aeternis. secundus est de bonis aeternis: tertius est fides Christi mediatoris, ita quod fides haec tria ostendit: primo enim ostendit his qui sunt in pugna infernale patibulum uel supplicium si uicti fuerint: secundo ostendit eis regnum aeternum, eis paratum si uicerint: tertio ostendit his, qui sunt in pugna Christum in exemplum, Et hoc tribus

modis: primo ut ducem strenuissimum: Ioh. penult. Confidite ego uici mundum. Aug. Magna consolatio est membrum ex capite. Greg. Si passio domini ad memoriam reuocetur &c. secundo ut adiutorem fortissimum: prima ad Corinthios. 10. Fidelis Deus qui non patietur uos tentari supra id quod potestis &c. Requ. infra Tentatio.

Tertio fides ostendit his qui sunt in pugna Christum ut remuneratorem liberalissimum, propter quod Beatus Stephanus cum pateretur uidit caelum apertum, & Iesum stantem a dextris Dei. Quarto fides perfecta charitate liberat ab extrema sententia. Ita dicitur Ioh. 3. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. Quae uerba exponunt Chrysostomus & Alchimus, primo Chrysostomus sic: Qui credit inquit, non qui inuestigat per rationes. Nam ut dicitur Proverb. 25. Qui perscrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Super quo uerbo glossa sic dicit: Euenit saepe, ut qui maiori praediti scientia fulgebant ad ultimum plus volentes sapere quam sit humanae fragilitati concessum foneant decidant: Et probatur exemplo, quia sicut uel immoderate sumptum non delectat, sed sensum dum ultra modum capitur rumpit: ita de nimia inquisitione diuinorum contingit. Et glossa ibidem: Dulcis quoque est inquisitio diuinae maiestatis: sed qui ultra modum quaerit ab eius gloria opprimetur. Quomodo autem ratio humana meritum auget, uel minui, Req. super cap. 9. Secundo modo Alchimus praedicta uerba exponit sic dicens: Qui credit in Deum, & adheret ei ut membrum capiti non iudicabitur. Et subditur contrarium ibidem: Qui autem non credit iam iudicatus est. Quod Aug. Chrysostomus & Gregorius exponunt. Primo Aug. sic: Quid diciturum sperabis de eo, qui non credit nisi, quod iam est iudicatus, ita dicit. Qui autem non credit, iam iudicatus est. Et subdit Aug. Nondum apparuit iudicium: sed iam factum est iudicium. Nouit enim dominus, qui sunt eius, nouit qui permaneant ad coronam, & qui permaneant ad flammam. Secundo Chrysostomus sic exponit: Qui non credit &c. Ant hoc dicit quia Iesum discredere impenitentis

Iure fides dicitur scutum.

supplicium est, esse enim extra lumen est secundum se maximum supplicium est: tertio modo Chrysost. exponit per hæc verba: Qui non credit &c. quod futurum est demonstrat. Sicut enim qui occidit hominem & si nondum sententia iudicantis sit damnatus, rei tñ natura condemnatus est, ita & qui incredulus est. Sicut & Adam qua die comedit mortuus est. i. sententia mortis data est: quartò Greg. 6. lib. moral. exponit sic dicens: In extremo iudicio aliqui, nō p̄iudicantur, & pereunt: de quibus hic dicitur: Qui nō credit iam iudicatus est. Non enim tunc eorum causa discutitur, qui a conspectu districti iudicis iam cū dānatione suæ infidelitatis abscedūt. Professionē uerò fidei retinentes, sed p̄fessionis opera non habētes redarguunt ut pereant. Et probat exemplo tali: Princeps namq. terrenus rēpublicā regens, aliter punit ciuem interius delinquētem, at que aliter hostem exterius rebellantem: in illo. s. in ciue delinquente iura sua contulit: contra hostem uerò bella mouit, dignaq. eius maliciæ tormēta retribuit: de malo uero eius quid lex habeat non requirit: neq. n. lege necesse est puniri eum qui nunquam lege potuit teneri. Et subdit Iohannes causam dictorum. s. quare talis condemnatur, & iudicatur dicens: Quia non credit in nomen unigeniti filij Dei: super quo uerbo Alchimus sic dicit: In hoc enim solo nomine est salus. Non. n. Deus habet multos filios qui possunt saluare, hunc habet unigenitum per quem saluet. Et ita quantò fides beatificat in patria. Ita dicitur Marci 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui uero nō crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In quibus uerbis tangit tria: primò credentium utilitatem: ibi Qui crediderit: unde Theophylus sic dicit: Non. n. sufficit credere: nam qui crediderit, & nondū est baptizatus, sed cathecuminus, nondū est perfectè saluatus. Et Greg. in Homel. Fortasse autem unusquisq. apud seipsum dicit: Ego iam credidi, ego sum baptizatus, saluus ero. Verum dicit si fidē operibus teneat. Et aug. in sermone 22. Fides appellata est ab eo, q̄ sic duæ sillabæ sonant. Cum. n. dī fides: prima sillaba est a factō: secunda a dictō: Interrogo autē te

utrum credas: dicis, credo: fac quod dicis & fides est: secundo tangit incredulorum damnationem ibi. Qui non crediderit &c. id est qui non habet fidem per dilectionem operātem, quia sine fide impossibile est placere Deo. Nota q̄ dixit: Qui non crediderit, & non dixit, qui non baptizatus fuerit inueniens baptismum sine fide nihil proficere ad salutem. Quia p̄p̄ & si martirium loco baptismi habemus, & sufficit ad salutem: hoc tamen non facit pœna sed fides. Nam absq. fide quid est martirium nisi pœna? Quod ergo fides alteri pōt dare, sola nonne ualebit obtinere. Req. expositionem huius auctoritatis. s. Qui non crediderit: supr. immediatē: tertio tangit fidelium per miracula confirmationem: ibi Signa autē eos q̄ crediderint &c. In quo uerbo tangit miracula quo ad tria. Primo quantum ad ea quæ sunt superiora naturæ. Ibi in nomine meo dæmonia eiicient: Dicit ergo: Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. Super quo uerbo Greg. sic dicit: Nunquid quia hæc signa nō facimus, nō credimus? Et respōdet, q̄ hæc in exordio necessaria fuerunt, ut fides miraculi nutrire, fide autē ecclesię cōfirmata nō sunt necessaria. Et ponit ad hoc tale exemplū: Cum arbuta plantamus, tamdiu aquam fundimus quousq. ea in terra conualescere uideamus: at si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Primo ergo tangit miracula quæ ad superiora naturæ dicēs, In nomine meo dæmonia eiicient. i. in uirtute mea, uel est inuocatione nominis mei, uel in potestate mea nominabili, hæc oīa ad litteram sunt impleta. Sep̄. n. apostoli dæmones eiecerunt, sicut Paulus a puella Actū 16. Linguis nouis locuti sunt. Act. 2. Serpentes tulerunt. unde Paulus Act. 28. Viperam quæ manui suæ adhæsit in ignem p̄iecit. Venenū biberūt. Iohannes bibit, nec inde aliquod malū sentit. Aegros multos sanauerunt, in actibus apostolorum ferè per totum. Et quia miracula spiritualia sunt maiora corporalib. testante b. Grego. qui dicit, q̄ tantò miracula sunt maiora, quantò sunt spiritualiora, & quantò per hæc corpora non animæ suscitantur ideo prædicta uerba omnia uirtute fidei spiritualiter sunt impleta, & implentur quotidie in ecclesia Christi.

Signa
credentiū
exponuntur

Exemplū
p̄cipis
& Dei.

Christi. Quotidie. n. ab obsessis cordib. dæmones expelluntur quando per cōfessionem peccata purgantur. Linguis nouis loquuntur qui nouitatem vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, qui pacem corporis, temporis, & æternitatis, qui curationem culpæ, & miseriæ docent, & prædicant. Serpentes tollunt, dum fraudulentæ dæmonum suggestiones elidunt. Iob. 26. Obstricte manu eductus est coluber tortuosus. Mortiferū bibit nec ei nocet, dū hīs persuationes pestiferas audit. s. detractionis, adulationis, & taliū: sed ad opus vel consensum non perducitur: cū. s. talis non consentit, nec applaudit. Sed nimis est difficile talia audire sine dāno. Super ægros manus imponēt, & benè habebūt, dum per bona exempla maiorū minores instruunt. Ioh. 13. Exēplū dedi uobis &c. ita, q. in auctoritate superius allegata. s. Signa autem eos &c. primò tangit miracula quæ sunt superiora naturæ: ibi In nomine meo dæmonia eiicient: secundo tangit miracula quæ sunt conformia naturæ: ibi Linguis loquentur nouis: tertio tangit miracula quæ sunt inferiora naturæ, ibi serpentes tollent. Requi. infra Miraculū. Similiter, q. fides formata bñficet in patria habet Ioh. 3. Sicut exaltauit Moyses serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, ut oīs qui credit in ipsum nō pereat, sed habeat uitā æternā, quod exponēs Aug. in li. de Baptismo paruulorū sic dicit: Sicut ergo tunc qui aspiciebat exaltatum serpentē, & a uene no sanabatur, & a morte liberabatur, sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem & baptismū eius, & a peccato per iustificationē, & a morte per resurrectionem liberabitur: unde subdit: Sed habeat uitam æternam. Aug. Hoc autem interest inter significatum, imaginem, & rem ipsam, quia illi sanabantur a morte ad uitam temporalem, isti autem ut habeant uitam æternam.

C A P. XV.

QUARTO fides aliquorum est mortua. Sicut enim illa propriè dicuntur uiuere quæ ex se mouentur, & operantur, ut patet in principio præced. ca. ita per oppositum illa dicuntur mortua

quæ carent sensu, motu, & operatione, vel actu, ut dicit b. Tho. 4. scrip. sent. dist. 14. de effectu pœnitentiæ, artic. 3. q. 2. in cor. q. Sic a simili illa fides dīcē mortua quæ nec sensu viget dilectionis quæ est ex charitate, nec actū, nec motū hēt meritorie operationis. Hæc autem fides a doctoribus uocatur fides informis, eo q. non est socia charitatis sicut fides formata. Ad maiorem tamen euidentiam prædictorum nota hic duo.

Primum est, q. fides informis differt a fide formata quātum ad quattuor. s. quātum ad uiuacitatem, luminositatem, mercedem, felicitatem: primo quantum ad uiuacitatem differt. Sicut n. lumen quod est in umbra differt a lumine radij, eo q. lumē quod est in umbra est tenebris admixtum infrigidatum ac mortuum, lumen aut radij est clarum, calidum atque uiuificum, sic lumen fidei informis est admixtum tenebris peccatorum, & est frigidum dilectione pximi & Dei, & est etiam mortuum respectu bonorum operum. Lumen aut formate fidei est sicut lumen radij quod est admixtum tenebris peccatorum, & est calidum, eo q. fides formata est socia charitatis: & est uiuificum, quia fides formata efficit opera meritoria: secundo differunt quātum ad luminositatē. Nā lumē formate fidei est uelut lumen diurnum solis, quod claritatem, caliditatem, & nobilitatē habet. Lumen aut fidei informis est sicut nocturnū lumen, quod obscuritatē, frigiditatē, & ignobilitatem, uel infructuositatem habet: tertio differunt quātum ad mercedem uel utilitatem. Nā qui habet fidem formatam est in ecclesia uel de ecclesiæ Dei numero, & merito, ut dicat cū psal. Particeps ego sum omnium timentium te &c. Qui autem habet fidem informē licet sit de ecclesiæ numero, non tamen merito. Cuius ratio est, quia sicut membrū aridum, uel præcisum nō participat uitam a corde, a capite, & a membris. Sic fidelis qui est peccato mortali effectum non participat passionis Christi, nec meritum fidelium sentit, quarto differt quātum ad felicitatem. Nam aliter se habet de illo qui laborat in uinea, uel in agro cuius domini temporalis, & aliter de illo qui laborat in uinea Dei. Licet enim qui

Signū
serpētis
ænei.

qui seruit in agro, uel in uinea alicui domino temporali quātūcūq; peccator, uel malus aliquod bonum temporale a dño percipere mereatur, & q̄ dominus tenet respicere non qualitatem facientis, sed operis non tamen laborans in uinea domini habens fidem informem a Deo meretur bonum celeste. Cuius ratio est duplex. Prima est, quia licet qui est in pctō mortali, sicut est qui habet fidem informem faciat quod Deus uult, non tamen facit eo modo quo Deus uult, sic licet talis faciat bona, non tamen facit bene, sicut facit qui habet fidem formatam.

Secunda ratio est, quia licet talis, scilicet habens fidem informem faciat aliquid propter Deum, non tamen Deus est principale monens ad faciendum illud, sed mouetur ad aliquod bonum faciendum, uel timore pēnæ quam propter peccata sua timeret incurrere, uel alia utilitate quam intendit natura uel fides informis. Fides autem formata oppositum facit. Secundo notandum est, q̄ aliquando inuenitur fides sine opere, aliquando cum opere, aliquando cum crimine, aliquādo opus sine fide: primo aliquādo inuenitur fides sine opere, qualis est fides informis: & talis est mortua, ut dī Iacob. 2. Fides sine operib. mortua est. Expositor: Fides sine opere interiori. i. sine dilectione charitatis est mortua: unde Aug. Sicut corpus sine anima mortuum est, ita anima sine charitate quæ est uita animæ, mortua reputabitur. secundo modo exponitur sic: Fides sine operibus exterioribus mortua est. nam ad fidem requiritur non solum actus interior, scilicet credere uel assentire, sed etiam actus exterior, scilicet confiteri, operari, & facere: unde Greg. Ille uerè credit qui exercet operando quod credit. Et subdit: Quid prodest si redemptori nostro per fidem iungimur, si ab eo moribus distingamur: tertio modo exponitur sic: Fides sine operibus sequentibus fidem mortua est. Nā quædam opera sunt quæ sequuntur fidem formatam sicut effectus causam, ut purificare, iustificare, nobilitare, triumphare, beatificare, quæ non potest facere fides informis. Sed fortè posset quis arguere, q̄ fides formata non semper requirit actum exteriorem sic. Sicut se habet charitas ita

fides formata: sed charitas non semper elicit actum exteriorem, nec ex hoc definit esse charitas: quod probat Beat. Greg. exemplo solis dicens, quia sicut cum nubere regitur, nec uidetur in terra, & tamen splendet, feruet uel ardet in cœlo, sic occupata charitas intus per uim sui ardoris exurit, & foris flammæ operis non ostendit, eo modo fides formata potest esse sine actu exteriori &c. Respondeo, & dico, q̄ fides informis potest esse, & est sine actu exteriori, non tamen fides formata quæ secundum Apostolum est operans per dilectionem; charitas autem nunquā est sine opere exteriori, quia secundum Grego. amor Dei nunquam est ociosus, operatur. n. magna si est, si autem operari desinit amor non est. Vel dicendum, q̄ charitas nō semper elicit actum exteriorem secundum Greg. in casu quo operari nō est possibile, utile, uel necesse: nunquam tamen est charitas manens charitas sine actu exteriori: similiter est de fide formata quantum ad opera exteriora. Sic ergo fides sine operibus mortua est, uel in effectu essentiali, uel in subiecto proprio quod non uiuificat. Secundo est fides informis cum opere: & talis respectu præmii æterni nihil prodest. ita dicitur 1. ad Corinth. 13. Si habuero omnem fidem ita ut montes transferā, charitatem autem non habeam nihil mihi prodest. Expositor: Si habuero omnem id est perfectam fidem ita ut montes transferam id est transferri a Deo impetrē, sicut Alexander qui habuit tantam fidem licet informem ut posset montes Caspios coniungere, & iudæos intus includere, ut narrat Iosephus: subdit: Charitatem autem non habeam, nihil prodest, scilicet ad vitam æternam acquirendam. Posset tamen ad euidentiā prædictorū quæri de tribus. Primum est quō Alexander potuit hoc impetrare cum esset infidelis. Resp. & dico secundum quosdam, q̄ tunc sufficiebat credere Deum remuneratorem bonorum & malorum, & quia Alexander hoc credidit, ideo impetrauit. Secundum est, quare operatio miraculorum magis attribuitur fidei quam alteri uirtuti. Respondeo, & dico, q̄ fides fatetur omnipotentiam, potentiæ autem magis attribuitur uirtuosa operatio, & miraculosa.

Iterum

De actu
fidei for
matæ.

Virtus
fidei nō
mis in
Alexan
dro.

Iterum : Fides leuat hominem supra posse naturæ, hoc est implet ipsum opus naturæ, & sic competit ei ut det posse supra naturam. Tertium est, quare fides informis hoc meretur. scilicet operationē miraculorum cū sit sine charitate. Respondeo & dico quod nō datur hæc operatio miraculorum fidei sine charitate merito condignis: sed congrui si hoc exigat utilitas populi. Licet autem fides informis nihil ualeat respectu premij æterni, ualet tñ ad quinque. primo ad diminutionem pænæ, non quæ debetur, sed quæ deberetur nisi faceret illa bona opera: secundo ualet opus in fide informi factum ad uitationem culpæ, quæ talis non posset diu esse quin caderet per peccatū vnum in aliud, eo quod peccatum est causa alterius secundum Grego. tertio ad habilitationem gratiæ, nam per bona opera habilitatur quis & disponitur ad susceptionem diuinæ gratiæ: quarto ad assuefactionem bonorum operū, quia per bona opera homo se assuefacit ad bonum: quinto ualet ad occupationem temporis, quia benè operando non omittitur tempus, sicut fit uacando quæcio. Tertio est fides cum crimine: unde apost. 1. ad Thi. 5. Primam fidem irritam fecerunt. Glosa Aug. Primam fidem. i. primum uotū quod fecerunt irritauerunt, uel a bono resiliendo, uel de nouo mortaliter peccando. Nā grauius peccat sciens peccans, quā ignoranter. Verbi gratia: Iste fornicatur, uel furatur, & ille iste ex ignorantia, ille ex certa scientia, constat, quod sciens grauius peccat, quia magis contemnit: ita dicitur Lucæ 12. Seruus sciens uoluntatem domini & non faciens plagis uapulabit multis. Super quo uerbo Chrysost. sic dicit. Non enim similiter in omnib. iudicantur, sed maior cognitio fit maioris pænæ materia, unde sacerdos eadem peccans c. 7. populo multo grauiora patietur. Quarto est opus sine fide, & hoc est periculosum, & pessimum: unde apostolus ad Rom. 14. Omne quod non est: ex fide peccatū est, quod uerbum b. Ambr. duobus modis exponit: primò Omne quod non ex fide, i. omnis infidelium vita est peccatū, quod intelligitur duobus modis: primo sic, quia uita infidelium non potest esse sine peccato, cum peccata sine fide non tollantur, secundo modo, quia quidquid infideles

agunt ex infidelitate est peccatum, unde super allegato uerbo apostoli Glosa sic dicit: Omnis infideliter uiuens, uel agens uehementer peccat. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 10. ar. 4. in sol. 1. arg. & b. Aug. super Iohannem sic dicit. Hoc est peccatum. scilicet peccatum infidelitatis quo tenentur cuncta peccata, quod unusquisque si nō habeat dimittuntur ei cuncta peccata. Requiritur infra: Infidelitas. Secundo b. Ambrosius prædictum uerbum exponit sic dicens: Omne quod non est fide i. omne quod fit contra conscientiam ut credamus malum esse est peccatum, ita quod omne bonum quod facimus si est contra conscientiam est peccatum, non tamen omne quod fit cum fide. i. cum conscientia est bonum, quia conscientia erronea non excusat. Re. supra Conscientia, & infra Ignorantia

De Fidelitate.

S V M M A R I V M.

- 1 Fidelitas seruū probatur in quatuor.
- 2 Bonitas fidelis amici excedit bonitatem omnis tesauri.
- 3 Fidelitas prælati comprobatur in quinque.
- 4 Fidelitas magistri approbatur in septem.

C A P. I.



FIDELITAS. Nota quod fidelitas est per quā proximis non nocemus, neque per fraudem, neque per dolum, ut dicit b. Th. prima secundæ q. 70. art. 3. in cor. q. iuxta finem. Laudatur autem fidelitas in quattuor generibus hominum: primo in seruo ad dominū: secundo in amico ad amicum: tertio in prælato ad subditum: quarta in magistro ad discipulum. Primo laudatur fidelitas in seruo ad dominum: Ecclesiastici 33. Si est tibi seruus fidelis sit tibi qua

Exponit
oē quod
non est
ex fide
peccatū
est.

quasi anima tua. Comprobatur autē fidelitas serui præcipuē in quattuor scilicet in obediendo, acquirendo, custodiendo, dispensando: primo comprobatur in obediendo 1. Reg. 22. Quis in omnib. seruis sicut David fidelis egrediens, & regrediens, & pergens ad regis imperium? unde Matth. 8. Dico huic vade & uadit: & alij veni, & uenit: & seruo meo, fac hoc & facit. Quæ verba ex ponens Haymo sic dicit: possunt autem per subiectos centurionis uirtutes naturales intelligi in quibus plurimigentilium pollebant, uel etiā cogitationes bonæ uel malæ. Malis autē dicamus q̄ recedant & recedent: sed bonos vocemus & venient, & seruo quoq. nostro, hoc est corpori, subiiciatur uoluntati diuinæ. Sed hæc quia in psa. dicitur. Cor eorum nō erat rectum cum eo, Lucæ 12. Seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens plagis uapulabit multis. Secundō comprobatur in acquirendo uel multiplicando: unde, & seruo multiplicanti bona domini sui, ut dicitur Mat. 25. Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fui tibi fidelis. Et Lucæ. 16. Qui fidelis est in modico, & in maiori fidelis erit: quod uerbum exponitur quattuor modis: primo sic: Qui fidelis est in modico, idest in reb. temporalib. pauperibus tribuendis, & in maioribus, scilicet in spiritualibus erogandis fidelis erit, idest esse debet, quia hæc, scilicet bona spiritualia sunt maiora corporalibus, & ideo ad spiritualia homo magis tenetur quam ad corporalia nisi in casu necessitatis: secundo modo exponitur sic. Qui fidelis est in minimo, idest in bono tēporali proprio, multō magis in maioribus, idest in bonis spiritualibus quæ sunt cōmunia magis debet esse fidelis: tertio sic, qui fidelis est in minimo, idest in bono proprio. Et in maiorib. i. in bonis cōmunitatis magis debet esse fidelis, quia bona cōmunitatis præpōderant bonis particularib. sed heu quia hodie fit oppositū, quilibet. n. curat de bono proprio, bono cōitatis cōtempo: quarto sic qui fidelis est in minimo, i. cū minimo, s. cū paupe sibi elemosynam largiendo. Et in maiori, idest cum Deo fidelis erit adhærēdo ei: Matthæ. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Tertiō cōprobatur serui fidelitas in custodiendo bona

domino suo. Lucæ. 16. Qui in modico fidelis est, & in maiori fidelis erit. Requi. immediatē supra expone hic.

Quarto comprobatur serui fidelitas in dispensando. Lucæ. 12. Quis putas est fidelis seruus, & prudens. Req. expositionem huius infra Prælato: unde est tibi talis seruus fideliter obtemperans, congregans, & multiplicans, fideliter conseruans, fideliter dispensans talis sit tibi quasi anima tua, idest ama eum, & conserua eum sicut animam tuam. Ecclesiastici. 7. Non lēdas seruum in ueritate operantem. q. d. Seruū qui operatus sine fictione ueraciter, sine dilatione, uelociter, sine perditione utiliter sine fraude, uel deceptione fideliter nō lēdas, scilicet affligendo conuicijs, & uerbis, uel mercedis defraudatione, uel dilatione. Et subdit causam. Ecclesi. 33. dicēns. Si læseris eum, uel minis affligendo uel iupiter obiurgando. Gre. Non nunquam plus conturbant uerba quam uulnera, uel si læseris nitæ necessaria subtrahendo in fugam conuertetur: solent, enim serui, & ancillæ afflictæ fugam inire: unde Gen. 16. Affligente Saray Agar fugā iniit.

C A P. II.

Secundo principaliter commendatur fidelitas amici ad amicum. Ecclesiastici. 16. Amico fideli nulla est comparatio, scilicet æquiparantiæ. q. d. Bonitas amici fidelis excedit bonitatem omnis thesauri materialis propter duo: primo quia fidelis amicus semper iuuat etiam post mortem, quod nec argentum nec aurum facit: secundo quia amicus fidelis uitam cōseruat tam corporalem quam spiritualement, quod non facit argentum, uel aurum.

Probat autem amici fidelitas in quattuor: primo in uoluntatis conformitate, quando, scilicet amicus suam uoluntatem uoluntati amici cōformat: unde Tullius: Vera amicitia est idem uelle, & idē nolle. Sapient. 3. Qui confident in illum intelligent ueritatem, & fideles in dilectione, idest in uoluntate inueniuntur: secundo intentionis sinceritate, quando scilicet amicus non intendit lucrum proprium, sed commodum, & amorē amici: unde de Abraham d. citur Neemix. 9.

Inuenisti

Bonum commune proprio est præferendum.

Vera amicitia probatur in quattuor

Inuenisti cor eius fidele tecum: tertio in secreti celatione: quando amicus cleat amici commissum, prouerb. 11. Qui autem fidelis est celat amici commissum, idest peccatum, vel secretum, vel sub sigillo confessionis secretum: & dicit, Celat, non quod faueat: non quin occulte corripiat, sed quod non publice infamet. Et subdit oppositum, qui autem ambulat fraudulentem, reuelat archana sua: quod duobus modis exponitur: primo sic, qui ambulat fraudulentem, idest peruersum agit. Reuelat archana, scilicet propria, quia qualis sit in corde ostendit in opere, secundo sic: qui ambulat fraudulentem idest qui infidelis est, & peruersum agit. Reuelat archana, idest peccata, vel secreta, vel infirma, primo talis reuelat peccata, si cut patet de chā Gen. 9. qui reuelauit pudenda patris: secundo talis reuelat secreta. Exo. 2. Num occidere me vis sicut occidisti virum Aegyptium: tertio reuelat infirma. Ecclesiastici. 13. Interrogabit te de absconditis tuis, conseruabit verba tua, & non parceret de malitia. & iterum Ecclesia. 27. dicit. Qui denudat archana amici fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum: quod verbum exponitur duobus modis. Primo qui denudat, idest qui reuelat secreta sibi ab amico in secreto in consilio, vel in confessione commissum fidem perdit, idest fidem amicitiam illius qui secreta sua, ut amico suo commiserat: vel aliter fidem perdit. idest credulitatem, quia cetero indignum se facit, ne aliquod secretum sibi credatur, & subdit. Et non inueniet amicum quem amicitiam sit propter reuelationem secretorum eius: Ad animum suum, idest secundum animum suum, non enim secundum voluntatem suam secretorum reuelator poterit ei reconciliari, quia perditio secretorum maxime dissoluit amicitiam, secundo modo exponitur sic, qui denudat archana, idest peccata consilia, & suggestiones diaboli. Et non inuenit amicum, idest diabolum ad animum suum, qui prius dicebat se amicum esse in suggestionibus suis. August. Neque facilius ab inimico deijcitur, quam cum eum superbiendo imitatur. nec vehementius eum prosternimus quam cum humilitate dominum sequimur, nec acriores ei dolores infligimus, quam cum plagas peccatorum nostrorum confitendo. & penitendo sanamus. Quarto amici fidelitas comprobatur in

actione: unde Ecclesiastici. 6. Amicus fidelis protectio fortis, quod verbum exponitur quattuor modis, primo sic, Amicus fidelis, contra amicum fictum. Fortis protectio, idest non derelinquit in tempore tribulationis, sed fortiter protegit scilicet associando, consolando, consulendo, adiuuando. secundo sic. Amicus fidelis est protectio fortis, eo quod assistit velociter, utiliter, viriliter, inseparabiliter, & insuperabiliter, cuius amor fortis est, ut dilectio vel ut mors, tertio sic. Amicus fidelis est protectio fortis, idest amicus fidelis, & fortis, secundum Deum est qui non relinquit in aduersis, sed fortiter protegit, per consolationem, & orationem si tentatur, per suarum rerum communicationem si angustiar: per sui ipsius expositionem si inopia grauatur, per cordis compassionem si periculum animae timeatur: quarto sic. Amicus fidelis, scilicet Christus est protectio fortis ponens animam suam pro nobis. Et subdit. Qui inuenit illum, scilicet amicum fidelem. inuenit thesaurum alleuiantem indigentiam suam, ita per amicitiam talem homo possidet quodammodo omnia bona. Cuius ratio est, quia amicitia omnia bona tam corporalia quam spiritualia facit eodem in quantum omnia bona quae habet unus amicus habet alius. Quinto amici fidelitas comprobatur in compassionem: unde Ecclesiastici. 22. In tempore tribulationis, scilicet amici permanebit illi fidelis, non recedendo ab eo, sed affectu, & effectu copatiendo, consolando, & adiuuando, prouerb. 17. Frater in angustis comprobatur, Sexto amici fidelitas comprobatur in duratione Ecclesiastici. 6. Amicus si permanferit fixus erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiter ager. q. d. Quia multi non sunt veri amici sed ficti: ideo si aliquis amicus permanferit fixus in amore, & stabilis tam in aduersitate quam in prosperitate: erit tibi coequalis, idest paris vel equalis tecum voluntatis quasi alter tu. Nam ut dicit Tullius. Vera amicitia est idem velle, & idem nolle in rebus honestis. Et subdit. Talis in domesticis tuis. id est in secretis negotiis tuis: fiducialiter ager. id est negotia tua quasi sua procurabit. Difficile tamen est inuenire fidelem virum solum fidelem amicum ideo dicit prouerb. 20. Multi homines misericordes vocantur virum autem fidelem quis inueniet. q. d. Multi.

Amicus quodammodo omnia.

Multi homines vocantur misericordes. & tamen non sunt, quia si essent sibi ipsis inciperent misereri. Ecclesiastici. 30. Miserebere animæ tuæ placēs Deo. Vel sic: multi homines uocantur misericordes, quia in oculis hominum faciunt opera pietatis, ut, scilicet, misericordes appareant, qui tamē in existentia sunt crudeles. Et subdit. Virum autem fidelem quis inueniet? Quod uerbū exponitur tribus modis: primo sic: Virum autem fidelem, scilicet a fidelitate quis inueniet. q. d. Rarus inuenitur. Hier. 7. Perit fides, id est fidelitas: secundo sic. Virū autem fidelem, id est fideliter misericordem, cuius misericordia non deficiat aliqua conditione quæ exigitur ad opus misericordię, quis inueniet q. d. rarus, & talis cernabitur, Ecclesiastici. 44. Viri misericordię colliguntur quorum pietates non defuerunt: tertio sic, uirum fidelem, scilicet fide formata, quis inueniet. d. q. rarus inuenitur: unde Luc. 18. Filius hominis ueniens putas inueniet fidem super terram, cum tamen sine fide impossibile est placere Deo.

C A P. III.

Tertio commendatur prælatus fidelitas erga subditū: ut 1. ad Corint. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Consistit autem fidelitas prælatus seu bonitas in quinque: primo in diligentia custodiendi. Isaia. 42. Super muros tuos Hierusalem constituit custodes tota die, & nocte non tacebunt, & iterum Isaia. 21. Custos qui de die, custos qui de nocte: & Luca. 2. Pastores erāt in regione eadem uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum: secundo in audacia resistendi: unde. 1. Reg. 17. Pascebat seruus tuus gregem patris sui & ueniebat leu, vel uisus id est tyrannus, vel hæreticus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequabar eos, & percutiebam eruebamq. de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehēdebant mentum eorum, imponebam silentium hæreticis. & iterum Iob 49. Conterebam molas iniqui, & a dentibus eius auferiebam prædā: tertio in solertia pascendi. Exo. 3. Moyses minabat gregem suū usque ad interiora deserti. Quartò in pru-

dentia, vel discretionē distribuendi patrimonium crucifixi, Ecclesiastici. 22. Si bene feceris scito cui benefeceris. Quintò in moderamine puniendi. Isaia. 28. Ponā in pondere iudicium, & iustitiā in mensura. Econtrario autem septem sunt quæ in prælato sunt detestanda. Primum est cum non intrat per ostium Iohan. 10. Amen amen dico uobis qui non intrat per ostiū sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro.

Vbi nota: q. aliquis ad prælationem non intrat p. ostium, id est per Christum quatuor modis: primò qui nō quærit Christi honorem, & ouium utilitatem, sed p. priā: non intrat per ostiū. i. per Christū: ad Philip. 2. Omnes quæ sua sunt quærunť non quæ Iesu Christi, isti potius sunt tonsores quā pastores. Iacob erat pastor Laban tonsor: unde Iacob id est Christus fugit, cum Laban ad tondendas eues luit. Ter dicit dominus pasce, sed nec semel dixit tonde, vel munge, ut dicit Bernardus: secundò non intrat p. ostium qui intrat per dona, vel munera, ut symoniaci faciūt: tertio nō intrat per ostium qui p. carnem, & sanguinē intrat, nam tales, ut frequentius postea carnaliter uiuunt. Iohan. 3. Quod natum est ex carne caro est. Petrus introductus per ancillam ostiariam in atrium pontificis Christum negauit. Iohan. 18. Si quando caro introducit quæ ancilla est, anima de facili Christū negat: quarto nō intrat per ostium qui intrat p. præces: unde Bern. in libro de consideratione. Non uolentes, nō currentes assumite, sed cunctantes, sed renuentes etiam coage illos, & compelle intrare & præmittit, ibi Pro quo rogaris sit tibi suspectus. Qui pro se rogat iam iudicatus ē, nec interest utrum per se an per alium quis roget. Secundum quod detestatur in prælato est, cū est ignorans. Isaia. 56. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, & Hier. 10. Secundum omnia stultē egerunt pastores: nū Amb. in suo pastoralis sic dicit. Sic polleat episcopus sapientia, ut non solum sibi creditum populum sufficienter doceat, uerum etiam cunctarum hæresum quærat cōtradicientes a catholica repellere ecclesia: ne sua imperitia imperitos minime doceat, & huiusmodi casu prauento eueniat illi quod scriptū est. Si cæcus cæco ducatur præstet ambo in foueam cadunt. Qui uero

Septem
detestanda
cum
prælato.

exēplū
Dauid
circa custodia
prælati.

vero talem se, ut diximus esse ignorat sacerdotium minimè appetat: nec locum alterius usurpare præsumat.

Tertium quod est, detestabile in prælato cum est negligens. Nam. 3. Dormitauerunt pastores tui. Contrarium tamen dicitur in psalm. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.

Quartum est cum prælatus gregem suum non poscit. Ezech. trigésimo quarto. Veh pastoribus Israel qui pascunt semet ipsos.

Quintum est, cum est nimis crudelis: unde Ezechiel. 34. talibus dicitur. Quod infirmum erat non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, quod fractum est non alligastis, & quod ægrotum est non reduxistis, & quod perierat non quæstistis, sed cum austeritate imperabitis eis, & cum potentia. Cuius contrarium docet Beat. Grego. libr. 20. mor. sic dicens. Miscenda est leuitas seueritati faciendo quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa austeritate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hæc in unum illa tabernaculi Archa Agar, in qua cum tabulis virga simul, & manna erat, quia cum sacræ scripturæ scientia in boni rectoris doctore simul sit, & uirga districtiōis, & manna dulcedinis: & subdit ibidem Greg. hinc David ait. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, & baculo sustentamur. Sit igitur districtio uirgæ quæ feriat, sit & consolatio baculi quæ sustentet.

Sextum detestabile in prælato est cum oues non protegit. Io. 10. Mercennarius cuius non sunt oues propriæ uidet lupum uenientem, & fugit &c. Aug. Lupus est diabolus, uel malignus spiritus qui caulas fidelium insidians circuit, & mortem animarum quærit, mercennarius dimittit oues salutem animarum negligendo, uel localiter recedendo, non occurrit resistendo, peccata arguendo, & subdit Aug. O mercennarie lupum uenientem uidisti, & fugisti. Fortè dices. Ecce adsum, non fugi: fugisti quia tacuisti, corpore steteristi, spiritu fugisti.

Septimum est cum gregem dominicū derelinquit. Zacha. 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Glo. super il-

lo uerbo. Mercennarium uidit lupum uenientem &c. dicit fugit, quia timuit, quia temporale plus æterno amauit. Et Greg. in Homel. Primum nobis necesse est omnia exteriora misericorditer ouib. Christi impendere: postremum uero si necesse est etiam uitam nostram pro eisdem ouibus ministrare. Sed cum incomparabiliter anima nostra qua uiuimus longè sit melior terrena substantia quam exterius possidemus, qui non dat pro ouibus suis substantiam suam, quomodo pro his daturus est animam suam?

CAP.

IIII.

QUARTO est commendanda fidelitas in magistro Ecclesiasti. 15. Sapientiæ enim Dei astat laus, & in ore fideli abundauit quasi dicat. Scriptura humanitus adinuenta, & a Deo ædita in ore fideli, idest fideliter docente, uel prædicante abundauit, idest fructum abundanter faciet.

Est autem sciendum, quod magistri, uel prædicatoris seu doctoris fidelitas, uel bonitas consistit in septem: primo in impedimentorum exclusione: secundo in dicendorum impletione: tertio in dictorum aperitione: quarto in cognitorum compendiosa traditione: quinto in uerborum suauis, & dulci locutione: sexto in sententiarum pondere & grauitate: septimo in utilium traditione.

Primò bonitas magistri consistit in impedimentorum exclusione. Debet. n. magister impedimenta omnia remouere quæ studio, & profectui discipulorum aduersantur: unde Hugo. li. 5. de Didasco lon sic dicit. Tria sunt quæ præcipuè studiis legentium obesse solent, scilicet negligentia, imprudentia, fortuna. Negligentia est quando ea quæ docenda sunt prætermittimus, uel minus studiosè docemus, uel discimus. Imprudentia est quæ congruum ordinem, & modum in his quæ docemus, & discimus non seruamus. Fortuna est, quando in euentu fortuito siue naturaliter contingente: ut quando uel paupertate, uel infirmitate, uel naturali tarditate siue etiam doctorum raritate a proposito nostro retrahimur. In his autem tribus de primo, scilicet negligentia le-

O O ctor

Quid
uirga, &
manna
in Arca
fæderis.

Quæ do-
ctorib.
conue-
niant.

doctor admonendus est, de secundo. de imprudentia instruendus, de tertio. i. fortuna est adiuvandus. Secundo bonitas magistri consistit in dicendorum impletione. Dicitur enim bonus magister prius facere quam docere, exemplo Christi qui cepit facere, & docere. Actuum. i. unde Ambr. super Bti immaculati sic dicit. Ante uita quam doctrina querenda est, uita bona sine doctrina gratiam habet, doctrina sine uita bona integritatem non habet. Et Grego. in morali. Doctrina cum omni Imperio docetur quod prius agitur quam dicatur: nam doctrina subtrahit fiduciam quando conscientia praepedit linguam. Ad Ro.

2. Qui doces non furandum furaris, vel non mechandum Mecharis. Quid autem discipulus agere debet quando magistrum habet bene docentem, & male agentem. Chrys. super illud Matth. 23. Super Cathedram Moysi: ostendit dicens. Si bene vixerint eorum lucrum: si bene docuerint vestrum. Accipite igitur quod uestrum: nolite discernere quod alienum est. Frequenter. n. de malo homine doctrina praecedit bona, sicut terra uilis preciosum aurum producit. Nunquid propter uilem terram preciosum aurum continent. Igitur aurum eligatur, & terra relinquatur: sic & uos doctrinam accipite, & mores delinquit. Chrys. super illud. Quodcumque dixerunt uobis facite: enim opera eorum nolite facere: dicit, Doctrinam accipiamus non mores: apibus herbae non sunt necessariae: sed flores: sic & uos flores doctrinae colligite, & conuersationem relinquite. Tertio bonitas magistri consistit in dictorum elucidatione, & apertione. Oportet enim quod magister in se sit doctus, ut intelligat. Sicut aqua prius est in fonte quam in riuo, & semen prius est in terra quam in spica, & postea clare magister alijs scientiam patefaciat: Ecclesiast. 20. Sapiens in uerbis producit seipsum. Aug. in lib. de doctrina Christiana. Quid enim prodest clavis aurea si aperire quod uolumus non potest, & quid obest lignea si potest quando nihil querimus nisi patere, quod clausum est. Quarto bonitas magistri consistit in cognitorum compendiosa traditione. August. Sicut ignarus est qui cognita obnubilat, ita onerosus est qui incognita inconculsat. Et Hugo de S. Victore, libro quinto,

de Diascolon. Lectio duobus modis animo fastidium in gerere solet, & affligere spiritum, & qualitate, uidelicet si obscurior fuerit, & quantitate si prolixior extiterit, in quo utroque magno uti moderamini oportet ne quod ad refectionem quaesitum est, sumatur ad suffocationem: Et Tullius secundo rethoricae sic dicit. Sepere res minus est intellecta longitudine magis quam obscuritate narrationis: unde uerbum abbreviatum fecit dominus super terram. Quinto bonitas magistri consistit in sententiarum potestate, & grauitate: unde Eccl. 21. dicitur. Verba sapientum statera ponderabuntur: & ibid. 28. Verbis tuis facito stateram: debet enim conari doctor, uel predicator, ut dicit Aug. in lib. de doctrina Christiana, ut pateat veritas, placeat, moneat: tunc ueritas patet, cum recte instruit, tunc placet cum gratiose influit, uel porrigit, tunc monet cum dicta perficit. Et Tullius primo rethoricae sic dicit, in omni genere causae necesse est beneuolum, attentum, docilem, efficere auditorem. Auditoris enim beneuolentia captabit si res ab eo gestae fortiter, sapienter, mansuete, magnifice, proferent. Attentos autem faciemus si demonstrabimus ea quae dicturi sumus magna: noua inaudita esse, aut ad illos, qui audiunt, aut ad homines illustres, aut ad Deos immortales, aut ad summam reipublicae pertinere. Dociles auditores faciemus si aperte: & breuiter summam causae exponemus.

Sexto bonitas magistri consistit in uerborum suauitate, & dulci prolatione, ut quilibet predicator, uel doctor ab auditoribus possit audiri, quod in psalm. scribitur. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: unde Hugo in primo li. de anima sic dicit. Nihil in hac uita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ab amore mundi mentem ita separat, nihil sic animum contra tentationes roborat, nihil ita hominem exercitat uel excitat, & adiuuat ad omne opus, & ad omnem laborem sicut studium sacrae scripturae. Et Chrysost. in sermone Epiphaniae domini loquens de dulcedine diuinae scripturae sic dicit. Infatiabilis est dulcedo spiritualium eloquiorum, non enim, satiat uentrem, sed cor, uel mentem, & cogitationes piorum ad Dei dulcedinem redigit. Septimo bonitas magistri consi-

sit in traditione utiliū: unde ad Eph. 4. Omnis sermo malus nō procedat ex ore vestro, sed si quis bonus, ut præstet ædificationem audientibus. Et prima Pe. 4. Si quis loquitur quasi sermones dei. Hugo in primo libro de anima loquens de excellentia, & utilitate scripturæ diuinæ. sic ait, In refectorio sacre scripturæ tres mensæ quasi tres intellectus diuinæ sacre scripturæ ponuntur. s. mysterialis, historialis, mysticus, prima mensa simplicibus: secunda doctoribus, tertia communis est vtriusq. In prima cib. est grossior, in secunda subtilior, in tertia dulcior: prima continet saporem exemplorum: secunda vim mysteriorum, tertia dulcedinem morum: prima pascit miraculis: secunda figuris: tertia uerbis. Et subdit. In sacra scriptura quicquid docetur veritas, quicquid præcipitur bonitas, quicquid promittitur felicitas est. Nam Deus est veritas sine fallacia, bonitas sine malitia, felicitas sine miseria. Beatus autem Greg. volens ostendere qualiter prædicator ad omnes se habere debeat, sic dicit in registro, Lingua mea bonis fomentum fiat, prauis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortatu succedat: refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consolet, ut quia doctores dicimur, uiam salutis gradientibus ostendamus.

De Filijs.

SUMMARIVM.

- 1 Ex diuerso modo natiuitatis filij quadrupliciter distinguuntur.
- 2 Filius priuatur hereditate patris duplici ratione.
- 3 Mulier habens filios legitimos, & filium de adulterio quid præstare debeat, ne legitimi defraudent.
- 4 Filius quandoq. punitur pro patre, quandoque pro se ipso.
- 5 Deus interdum punit filium temporaliter sine eius culpa pro peccato patris.



FILIVS VEL FILII. Circa filios considerata sunt tria. s. distinctio, priuatio, punitio ita, qd filij primo distinguuntur ex modo necessitatis: secundo exclu-

duntur a bono hereditatis. Tertiò puniuntur merito iniquitatis.

Primo filij distinguuntur ex modo necessitatis. Nam quadruplex est status filiorum secundum iura. Quidam enim sunt naturales: & legitimi, sicut qui nascuntur ex legitimo matrimonio. Quidam naturales, & non legitimi, ut filij qui nascuntur ex simplici fornicatione. Quidam legitimi, & non naturales, sicut filij adoptiui. Quidam nec legitimi nec naturales, sicut spurij nati de adulterio uel de stupro. Tales enim nascuntur, & contra legem positam, & contra legem naturæ. Hæc beatus Thomas. 4. scripto senten. distinct. 41. articu. 3. q. 1. in corp. quæst. per totum, & de Tharanth. Albertus. Rayn. Bernard. & iura hoc idem dicunt.

Ad maiorem tamen euidentiam prædictorū nota hic nouē. Primum est, qd legitimus filius dicitur aliquis duob. modis.

Vno modo secundum veritatem, sicut ille qui nascitur ex legitimo coitu. Alio modo secundum iuris fictionem, ut qui pro legitimo habetur. Requi. infra cod. cap. de modis legitimandi.

Secundū est, quod coitus illegitimus, uel illicitus non dicitur esse ille qui est contra legem naturæ communē homini, & alijs animalibus, sed ille qui est contra legem naturæ. scilicet rationalis, & sic illi soli sunt legitimi qui nascuntur ex legitima copula, & illi sunt legitimi qd nascuntur contra legem naturæ quæ est impropria homini, qualis est fornicatio, vel adulterium, & incestus, ubi supra, quæstio. 1. in solu. 1. argumen.

Tertium est, quod coitus non est etiā illegitimus in quantum est actus uirtutis generatiuæ, quæ communis est, & naturalis omnibus animalibus, sed in quantum à praua uoluntate procedit: ubi supra, q. 2. in solutio. 2. argum. Quartum est, quod

Illegiti-
mus du-
plex dā-
num in-
currit.

illegitimus duplex damnum incurrit, scilicet quia non admittitur ad officiorū dignitatem, & quia priuatur hæreditate, nō tamen istud damnum est pæna, quia illegitimo nō subtrahitur aliquid quod est debitum ei dari. Sed non est debitum ei dari quod aliās scilicet si fuisset legitimus poterat esse debitū, sicut verbi gratia. Si hoc defectu, puta quia talis non est filius regis patitur istud damnum quod nō succedit in regno, nō iste defectus, scilicet nō esse filium regis est pæna. Similiter nō ē pæna, quod alicui qui nō est legitimus non debeantur ea quæ sunt legitimorum filiorum, vbi supra, art. 3. q. 2. in sol. 1. arg. Quantum est, q̄ illegitimus non est pæna prolis, quam scilicet pænam patiat filius ex peccato patris, sed ē quidam defectus ex quo duplex damnum incurrit, vt patet supra immediatē. Verbū autem Ezech. 18. Filius nō portabit iniquitatem patris, intelligitur de portatione iniquitatis quod ad pænam non quod ad defectū, vel intelligitur quod ad pænam æternam non temporalem. Sextum est q̄ licet legitimus aliquando priuatur hæreditate pro culpa, non tamen legitimus filius dicitur illegitimus, eō q̄ generationē legitimam habuit, vbi supra q. 3. in sol. 1. argum. Septimū, est, q̄ filius illegitimus potest legitimari, nō q̄ fiat de legitimo coitu natus, q̄a coitus transiit, & nunquā potest fieri legitimus ex quo semel fuit illegitimus, sed dicitur legitimari inquantū damna quæ illegitimus incurrit subtrahuntur p̄ legis auctoritatem, vbi supra quæst. 3. in cor. quæst.

Quo le-
gitima-
tur.

Octauum est, q̄ sex sunt modi legitimandi duo secundum canones. Primus est cū quis dicit uxorem primā ex qua filiū illegitimum generauit si non fuit adulteriū. Secundus est per spirituales indulgentiās domini Papæ. Quattuor verō modi sunt secundum leges. Primus est si pater filiū naturalem curiæ Imperatoris offerat, fiat que curialis ex hoc ipso legitimatur propter curiæ honestatem. Secundus est si pater in testamento nominet eū hæredem, & filius postmodum testamentū Imperatori offerat. Tertius est si nullus sit filius legitimus, & pater defuncto ipsemet filius seipsum principi offerat. Quartus est si pater in publico testamento, uel cum trium testium subscriptione eū filiū nominet,

nec adijciat naturalem. Hæc Beatus Thomas 4. scripto sentent. distinct. 41. arti. 3. in cor. quæst per totum. Nonum est, quod legitimare potest Imperator, & Rex Franciæ qui nullum habet superiorem. De papa autem vtium possit legitimare quod ad successionem hæreditariam duplex est opinio. Quidam dicunt, quod in locis ubi Papa non habet iurisdictionem temporalem nō potest legitimare quod ad successionē hæreditariā, uel quod ad alia temporalia, sed solum quod ad spiritualia. Alij uero oppositum dicunt q̄ dupliciter distinguunt. Iohannes enim dicit, quod in locis ubi Papa non habet temporalem iurisdictionem non potest legitimare principaliter, sed ex cōsequenti. Nam ex eō q̄ legitimat eum quod ad spiritualia, quæ sunt magis digna secundariō, & ex cōsequenti legitimat eum quod ad temporalia quæ sunt minus digna. Et pro hac opinione allegat Papa cap. per uenerabilem, extra eod. tit. Alij uerō dicunt, ut Vincentius Tancredus, & Laurentius, q̄ Papa pōt facere, unde eo ipso, q̄ est legitimatus ad actus spirituales potest fieri iudex, & habere temporales honores, & officia, quæ aliās habere nō posset. Hæc in sum. confess. lib. 3. tit. 24. qui filij sunt legitimi, & qui non.

Impera-
tor, &
Rex gal-
lorū pos-
sūt legi-
timare.
quid de
summo
Pontifici.

C A P. II.

Secundo principaliter circa filios consideranda est priuatio. Nam filii priuantur bono hæreditatis paternæ. Et hoc duplici ratione, scilicet criminis, & originis. Primo criminis. Nam in quattuor criminalibus patris filij priuantur, & excluduntur ab hæreditate paterna: primō in crimine hæresis, & hoc multis modis, scilicet cum pater publicè prædicat contra fidem catholicam, uel publicè profiteatur, uel defendit errorem, uel coram prælato suo conuictus est, uel confessus, aut de hæresi finaliter condemnatus: scdō in crimine læsæ maiestatis: tertio secundū quosdā in crimine symoniæ, quia ei parificatur: quarto in crimine interfectionis clericici priuatur nō solum hæreditate, sed omni ecclesiastico beneficio. Rayn. in sum. libr. 1. & in sum. confess. li. 1. tit. 5. de hæreticis.

Filij na-
turales
succe-
dunt se-
primæ
parti hæ-
reditatis.

Articulis. q. 7. Secundò priuantur filij hæreditate paterna ratione originis. Vbi nota, q. illegitimi nati carent, seu priuantur tribus, scilicet nobilitate, dignitate, uel auctoritate, hæreditate. Nam primò carent nobilitate. Nā viles personæ, & infames de coitu illicito oriuntur: unde de commixtione meretricum æstimandum est degenerees populos ignobiles, & furientes effrenata libidine procreari: secundò tales priuantur clericali dignitate, & hoc triplici ratione: prima est, quia tales dignitates vilibus, & infamibus personis cōmitti nō debent, secunda est propter detestationē paterni criminis: tertia est, quia tales filij solent esse imitatores paterni sceleris. Hæc in sum. confel. lib. 3. titulo 19. de filijs presbyterorum. questio. 1. Tertiò filij illegitimè nati priuantur hæreditate. Non enim illegitimè nati succedunt in hæreditate paterna, s. in toto, sed tamen naturales filij succedere possunt in septima parte tantum. Spurij autem in nulla parte quamuis ex iure naturali parentes eis in necessarijs prouiderere teneantur: vnde ad sollicitudinem episcopi pertinet ut vtrumq; parentum cogat ad hoc, q. eis prouideant. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. sent. dist. 41. art. 3. q. 2. in cor. q. per totū: vnde Apoc. ad Gala. 4. de hoc sub figura loquēs sic ait. Ejce ancillam, & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ, In quo verbo quattuor tangit. Primò quid detestandū, ibi, Ejce ancillam: quod exponitur tribus modis: primò sic. Ejce ancillam, idest Agar, quæ vetus testamentum significat, & filium eius, idest populū Iudæorum: secundo modo sic. Ejce ancillam, idest carnem, & filium eius, idest opera carnis: tertiò sic Ejce ancillam, i. concupiscentiam, & filium eius, i. opus malū. Et subdit causam. Non enim erit hæres filius ancillæ, idest obseruator veteris testamenti non poterit peruenire ad hæreditatem obseruationis euangelij. Vel sic. Filius ancillæ: id est actus carnis, uel concupiscentiæ, non erit hæres cum filio liberæ: id est cum opere gratiæ. Vel sic. Filius ancillæ nō erit hæres cum filio liberæ, idest mali cum bonis: Iudæi cum Christianis. Sicut enim nūc in conuersatione sunt dissimiles, ita in futuro erunt in retributione. Secundò tangit quid ample-

ctendum quia ratione, ibi Liberæ. Sicut enim ancilla signat carnem, ita libera rationem, quæ est in omnibus amplectēda. Tertiò tangit quid promouendum, ibi Filium liberæ, i. opera rationis. Quartò tangit quid appetendum, scilicet hæreditatē quæ gloriam cēlestem significat. Nos autem non sumus ancillæ filij, sed liberæ, i. legis euangelicæ, quia seruimus Deo ex charitate quæ est lex libertatis. Iohan. 8. Si filius uos liberauerit uerè liberi eritis. Requ. infra Lex. Ex quo quattuor bonæ consequimur: primò enim sumus de hæreditate certiores. Ad Ro. 8. Si filij, & hæredes: secundò sumus ad credulitatem proniores: tertiò sumus, uel esse debemus de libertate gratiores, quartò sumus de dignitate humiliores, &c.

CAP. III.

AD maiorem tamen euentiam prædictorum nota hic tres casus. Primus casus est, quòd mulier quæ habet filios legitimos, & filium de adulterio, uel quæ supponit alienum partum debet laborare quibuscunque modis potest ne filij legitimi fraudentur hæreditate paterna, in quo casu hoc modo debet procedere: primò enim reuelet in pœnitentia factum suum sacerdoti parochiali, uel episcopo, uel pœnitentiario, uel domino Papæ, uel eius legato: secundò inquirant ambo. s. mulier, & ille cui in pœnitentia dixit diligenter, & cautè, si ille spurius, uel suppositus sit hō spiritualis, & timens Deum tertiò hoc inuento vocent eum secretò, & reuelēt sibi: cui postea consulere poterūt q. ingrediatur religionem, uel q. trāsferrat se ad longinquam regionem, ut sic nihil percipiat de bonis illius quē credebat esse patrem suum. Si uerò illi spurio, uel supposito non potest reuelari sine periculo, uel facto sibi reuelato non uult acquiescere, tunc sacerdos parochialis, uel superior iniungat mulieri, quòd de spōsalitio suo, & alijs rebus quas habet, uel in futurum habere poterit satisfaciāt iuxta posse. Hæc autem satisfactio fiat per aliam personam, scilicet per iudicē pœnitentialem, uel per aliā personam religiosam secretè, & cautè sub istis uerbis. Quæ

dam persona tenetur vobis in hoc accipite, & ita erit in bono statu. Hec in sum. confel. lib. 2. tit. 5. q. 23. de filio concepto per adulterium rubricella.

Secundus casus, quid debet facere mulier quæ damnificauit uirum, uel filios legitimos dando filio illegitimo. Respondeo, & dico, qd talis mulier aut pōt satisfacere, aut non. Si pōt satisfacere tenetur, & est semper in mora quo ad diuinū iudicium donec satisfecerit aut dilationē impetrauerit. Si autem non pōt satisfacere, uel restituere, tunc petere tenetur ueniam eius qui dānificatus est, aut per se ipsam si pōt aut per personam aliā si non audet, quæ persona debet subticere nomē, & circumstantias personæ pro qua intercedit si in expressione nominis timeatur scandalum, uel periculū: non tamen tenetur petere ueniam de dilatione, quia non est in mora in hoc casu, scilicet quando non potest quo ad diuinum iudicium: ubi supra lib. 2. tit. 5. de filio cōcepto per adulteriū q. 24. per totū. Tertius casus est, qd mater quæ non habet filios legitimos, sed habet filios in adulterio occulto; potest filijs taliter natis, uel alijs quibusdā alienare de hæreditate sua, dum tamen non sint turpes, uel indignæ personæ. Item etiam potest de consensu legitimorum filiorum, uel hæredum aliorum facere illegitimos filios suos cohæredes legitimorum nisi repugnet loci consuetudo, ubi supra immediate. quæst. 26. per totum.

C A P. IIII.

Tertio principaliter circa filios consideranda est punitio. Nā filij puniuntur quandoque merito paternæ iniquitatis. Ad maiorem tamen euentiam prædictorum, & dicendorū nota, qd filii quandoque sunt similes patribus in nobilitate, & in bonitate, quandoque uero dissimiles: primo quidē in nobilitate in quantum filij qui parētum nobilium, & bonorum uestigia imitantur sunt nobiles secundum opinionem, & secundum ueritatem. Si autem bonorum patrnm, & nobilitium sunt filij mali erunt nobiles scdm opinionem, ignobiles secundum rei ueritatem. Econtrario autem est de filiis maiorum: secundo hoc idem patet ex parte

cōplexionis, quia sicut filii quandoq; sūt similes, & dissimiles patri in cōplexione, & dispōne corporis, ita qd ex parentibus magnis, pulchris & fortib. filij magni pulchri, & fortes nascuntur. Et è contrarium sunt dissimiles, ita qd ex parētib. magnis, pulchris, & fortib. filij parui turpes, & debiles oriūtur. Sic in malitia, & bonitate, & per consequens in felicitàte, & damnatione, uel penalitatem filij sunt similes, & dissimiles parentib. suis. Hæc Bea. Th. in scri. super primum librum politia. cap. 4. Ex his colligere possumus duo: primum est, qd filius non semper punitur pro peccato patris: secundum est, qd filius quandoque punitur pro peccato patris. Primum est, qd filius non semper punitur pro peccato patris, & è conuerso ita dicitur Ezechiel 18. Filius nō portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filij &c. Qd uerbum intelligitur quattuor modis, scilicet spiritualiter, uel mentaliter, inuisibiliter, finaliter, æternaliter: primo mentaliter, uel spiritualiter. Licet enim filius p patre: uel dominus pro seruo corporaliter affligatur, & puniatur non tamen spiritualiter, scilicet in bonis animæ aliquis detrimentum patitur sine propria culpa. Cuius rō est, quia quantum ad animam filius non est res patris, nec econtrario, sed secundum animam quilibet est liber sui & secundum aīam est Dei. Ezechiel. 18. Omnes animæ sunt sicut, & anima patris, ita & anima filij: secundo filius non portabit iniquitatem patris inuisibiliter. Licet enim sensibiles, & uisibiles afflictiones, & pœnas dominus frequenter iustè quibusdā sine culpa propria immitat: inuisibiles tamen pœnas Deus sine culpa propria non immitat: unde sicut iniustitia uidetur esse alium peccare, & aliū lugere. Sic iniustum est, qd alius peccet, & alius puniatur, tertio filius non portabit iniquitatem patris finaliter. Licet enim in præsentem unus pro alio puniatur: non tamen finaliter, ita dicitur Deuteronom. 24. Non occidentur partes pro filiis, nec filij pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur: quarto filius non portabit iniquitatem patris æternaliter. Nam pœna temporali quandoque puniatur unus pro alio, sicut filius pro patre,

Casus
circa in
stitutio-
nem.

Nobili-
tas filio
rum di-
plex.

tre, uel seruus pro domino: non tamē po-
 na eternali. Cuius ratio est secundum Au-
 gust. quia pēna æterna non confert ad sa-
 lutē, pēna autem temporalis cōfert, & ua-
 let ad multa. Quod autē pēna spiritali
 mentali, uel inuisibili finali, & eternali fi-
 lius nō punitur pro patre, & seruus p-
 pro pa- domino, uel è conuerso multipliciter pro
 tre æter- bo: primò auctoritate Ray. qui dicit, q
 na pœ- malitia parentum non nocet bono filio
 na. quò ad Deum: nec bonitas filii excusat
 malitiam parentum, & è conuerso, sed no-
 cet interdū quo ad pēnam temporalem.
 Iterū malitia parentum inducit præsump-
 tionē contra filiū, & è conuerso malitia
 filii inducit præsumptionē contra patrē:
 in sum. Ray. li. 3. Et in sum. confess. li. 3.
 tit. 19. de filijs præsbyterorū, & illegitimē
 natis. q. 16. per totum: secundo probo au-
 ctōritate Aug. sic dicentis: Quis locus in-
 nocentiæ relinquitur si alienum crimen
 maculat nescientem: Tertio probo auctō-
 ritatē legis quæ sic dicit, lex canonica di-
 cit: Crimen, uel pēna paterna nullā ma-
 culam filio inferre potest, quia unusquis-
 que ex suo commissio pēnæ subijcitur: nec
 alicuius criminis successor constituitur:
 quartò auctoritate Ezechiel. 18. Anima
 quæ peccauerit ipsa morietur, & filius nō
 portabit iniquitatem patris: quinto rōne
 sic probatur. Pēna infertur alicui homini
 ratione culpæ, ergo ubi culpa unius non
 transit in alium, de iustitia pēna nō de-
 bet transire in alium. Et confirmatur hæc
 ratio per illud quod dicitur Ezech. 18.
 Quid est quòd inter vos parabolam ver-
 titis in prouerbiū istud dicentes. Patres
 comederunt uiam acerbam, & dentes fi-
 liorum obstupescunt. Vbi glo. sic dicit. Si
 cut ridiculum est patres comedere uiam
 acerbam, & dētes filiorum obstupescere,
 ita iniquum est patres peccare, & filios
 nepotesque cruciari.

Secundò uerò filius quandoque tempo-
 raliter, uel corporaliter punitur p- pecca-
 to patris sine culpa propria, nō tamē sine
 causa. Hoc autē facit Deus p- cipuē quat-
 tuor rationib. primo ratione consanguini-
 tatis. Nam in quantum filius est res pa-
 tris, & seruus domini, punitur filius pro
 pro pec- peccato patris, & seruus p- peccato domi-
 nato pa- ni: secundo ratione imitationis, in quantum
 ris. filij imitantur peccata patrū consentien-

do, uel faciēdo: vnde Apostolus ad Rom.
 1. Nō solum qui talia faciunt digni sunt
 morte, sed etiam qui cōsentiunt facienti-
 bus: vbi haymo sic dicit. Faciēs, & consen-
 tiens non excusantur, sed uterque est di-
 gnus morte æterna: tertio ratione præua-
 ricationis, uel offensionis, sicut propter
 peccata populi dominantur tyranni. Iob
 34. Qui regnare facit hominem hypocri-
 tam propter peccata populi. In quo uer-
 bo primo notatur plenitudo seu excellē-
 tia potestatis, ibi; Qui facit. s. quicquid
 vult in psalm. Omnia quæcunque uoluit
 fecit: secundo seuitia præsidis seu regis
 ibi Regnare Hypocritam, idest quemcum-
 que simulatorem regem, uel principē fa-
 cit regnare non approbando sed permittē-
 do: tertio ponitur causa ultima, uel inten-
 ta, ibi propter peccata populi. q. d. Deus
 non permetteret peccatorem regnare, uel
 malum fieri nisi inde eliceret bonū: vnde
 subditur. Propter peccata populi, uel pur-
 ganda, uel manifestāda. Quarto ratione
 dissimulationis, sicut boni uiri interdum
 temporaliter puniūtur: quia peccata ma-
 lorum nō redarguunt, sed dissimulant: vn-
 de Grego. in registro sic ait. Qui non cor-
 rigit resecanda cōmittit, & facientis cul-
 pam habet qui nō potest corrigere negli-
 git emēdare. Requi. supra correctio. quor-
 modis boni dissimulāt corrigere peccato-
 res. Propter hæc quattuor dicitur Exod.
 20. Ego sum Deus zelotes uisitans iniqui-
 tatem patrū in filios in tertiam, & quar-
 tam gñationem his qui oderunt me. Di-
 citur autē puniri peccata patrum in filios
 specialiter p-pter quattuor rationes. Pri-
 ma est propter puritatē, quia filii in pec-
 catis parentum nutriti proniores sunt ad
 peccandum. Secūda est propter consuetu-
 dinem. Nam filij assuescunt peccare exem-
 plo patrum. Tertia est propter imitabili-
 tatem: imitantur, n. filii peccata patrum
 quasi eorū auctoritatem sequētes. Quar-
 ta est propter grauitatē: sunt. n. filij maio-
 ri pēna digni si pēnas patrum uidentes
 non sunt correcti. Ideo autem addit. In
 tertiam, & quartam generationem, quia
 tantum consueuerūt homines viuere, ut
 in tertiam, & quartam generationem ui-
 deant, & sic mutuo uidere possint: & filii
 peccata parētum ad imitandū, & patres
 pēnas filiorū ad dolendum, prima secū-
 da. x. q.

dx. q. 87. art. 8. in cor. quæst. & in solut. 1. argum.

Vbi nota, quod magis dicuntur puniri pro peccatis parentum propinqui quàm extranei, & hoc duplici ratione. scilicet attinentiæ, redundantæ, influentiæ: primo rōne attinentiæ, quia filij, & propinqui sunt quædam res patris: secundò ratione redundantæ, in quantum pœna propinquorū redundat in illos qui peccauerunt; tertio ratione influentiæ, quia domestica exempla, & domestica pœnæ magis mouent: vnde quando aliquis est nutritus in peccatis parentum uehemētius ea sequitur: & si eorū pœnis non est deterritus obstinatio vī: vnde & maiori pœna est dignus ibidem in solut. 3. argum. per totum. Qd̄ autem dicit. Visitans peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem, magis videtur ad misericordiā quā ad seueritatem pertinere: dum non statim uindictam adhibet: sed expectat in posterum saltem, ut potestati corrigantur: ubi supra in solut. 1. argumen. in fine.

visitatio
in quār
am.

C A P. V.

AD maiorem etiam euentiam prædictorum nota, quod ex dispensatione diuina procedit, quod unus temporalis pœna sine culpa pro peccato alterius puniatur, & hoc quattuor rationibus. Prima ratio est ostensio sollicitudinis charitatis. Nam quilibet non solum pro seipso: sed etiam pro alio sollicitus debet esse: non solum ad excludendū malū sed etiā ad consequendū bonū: hoc per exemplū patet in corpore nostro. Videmus. n. in mēbris corporis, quod membra non solum pro seipsis, sed etiam pro inuicem sunt sollicita: & si quid patitur vnum membrum cōpatiuntur omnia membra. Sic etiam esse debet in societate populi Christiani, q̄ non solū de seipso quilibet diligentiam habeat, sed de alio, ut partes in toto, & tāquam corporis membra: vnde & Cayn fuit punitus, quia dixit. Nunquid custos fratris mei sum ego Gene. 4. Secunda rō quare deus temporaliter unum sine cul-

Quale
esse de-
beat hu-
mana
societas

pa punit pro alio est ostensio magnitudinis sceleris. Sicut peccante Achor totus populus punitus est de quo dictum est, peccauit populus. Iosue. 7. ubi Augustin. simul signatum est quantum malum fieret si uniuersa multitudo peccasset quando unus ita potuit iudicari, ut ab eo ceteri non possent esse securi. Tertia ratio est exhibitio honoris. Nam Cham peccante filius eius Chanaan fuit punitus scilicet maledictione diuina. Gen. 9. Ad ostendendum, quod omnes filij semper essent in honore patris. Quarta ratio est sollicitudo fauoris. Nam pro peccato filiorum hely populus Israel in conspectu Philistinorum corruit. 1. Regum 4. ad ostendendum secundum B. Gregor. quod meriti & prælatorum deprauatur uita subditorū, quia cum subditi suis prælatis fauent ad malum cum eis simul corruunt. Sicut filij Israel diu fauentes peccatis sacerdotū tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Similiter quia Dauid populum numerauit pro peccato gladius domini descendit in populum, quia populus in hoc peccato eius fauebat.

Sed fortè argues sic. Homo in iudicijs humanis debet imitari diuinū, sed Deus punit aliquem sine propria culpa p̄ peccato alterius, ut patet per quattuor rationes prædictas, ergo etiam homo iudex simile debet facere. Respondeo, & dico, q̄ duplex est pœna. scilicet spiritualis, & corporalis. Pœna autem spirituali Deus nūquam punit aliquem sine peccato, & in hoc humanum iudicium debet imitari diuinū.

Vbi etiam nota, quod pœna spiritualis secundum Ray. est duplex, scilicet pœna excommunicationis, & hanc nunquā debet puniri unus pro alio: vnde August. ad Auxilium episcopum sic dicit. Non imputantur filiis peccata parentum quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum spirituali pœna filii sunt plectendi, qualis est excommunicatio maior quæ separat à suffragiis ecclesiæ, & participatione sacramentorum.

Alia pœna spiritualis est interdictū: & hac punitur familia, & ciuitas, uel tota p̄ uincia pro peccato domini, & hoc propter magnitudinem peccati: & quia aliter nō potest compelli ad satisfactionē, ali-

quando

quādo etiam remouetur familia ab altaribus oblationibus. pro peccato domini. Hec in sum. confessi. lib. 3. tit. 3. 2. quæstion. 8. vtrum vnus homo possit puniri pro peccato alterius.

Pœna corporalis duplex. Secunda verò pœna est corporalis, & hæc est duplex, scilicet flagelli, & damni: vbi nota, quòd secundum humanum iudicium nunquam debet aliquis sine culpa puniri pœna flagelli, vt occidatur, mutiletur, vel verberetur: vnde August. de Ciui. Dei. lib. 2. c. 13. sic dicit. Peccat quidē homo qui ignorantia, vel iniustitia cuiq; mali aliquod facit, sed non peccat Deus ui iustē quamuis occulto iudicio fieri sinit. Sed pœna damni sicut etiam secundum humanum iudiciū punitur aliquis sine culpa, sed non siue causa. 2. 2. q. 108. art. 4. in sol. 2. argum. Requ. infra pœnam completē.

Nota etiam, quòd si filius, uel subiectus est particeps culpæ patris, uel domini, tūc pœna inflicta habet rationem pœnæ, scilicet ad eum qui punitur, scilicet quātum ad filium, uel seruū, & quantum ad eū pro quo punitur, scilicet quantum ad patrem, uel dominum. Si verò filius, uel subiectus non sit particeps culpæ, tunc habet rationem pœnæ quantum ad eum pro quo punitur: quantum verò ad eum qui punitur habet rationem medicinæ quæ semper in melius ordinatur, prima secundum q. 87. art. 8.

De Fornicatione.

SUMMARIUM.

- 1 Fornicatio semper est peccatum.
- 2 Quod fornicatio est peccatum mortale, & peccatum contra naturam committitur quattuor modis.
- 3 Peccatum fornicationis uitare debemus quattuor rationibus.

CAP. L



FORNICATIO. Circa fornicationem quæ consistit in coitu soluti cum soluta considerata sunt tria, scilicet error qui excluditur, horror qui intēditur, timor qui incutitur.

Primò considerandus est error qui excluditur. Fuit, enim antiquitus duplex error, vnus fuit circa fornicationem alius circa seminis emissionem. Primus error circa ipsam fornicationem fuit gentiliū duplex error apud quos fornicatio simplex non reputabatur esse peccatum, quod ad præsens anti- potest vnica ratione probari sic. Actus, quorū vel usus naturalis non est peccatum: nam Primus in talibus actibus nec meremur nec demeremur: sed fornicatio est actus, vel usus naturalis viri cum muliere, ergo &c. Si autem non est peccatum, ergo per consequens coitus fornicarius non est prohibitus.

Respondeo, & dico, quòd coniunctio maris, & fœminæ est à iure naturali, uel à natura, non quolibet modo facta, sed cum debitis circumstantijs. Nam coniunctio maris, & fœminæ licet sit naturalis à natura generis, secundū q natura docuit omnia animalia, vt masculus cum fœmina coiret, non tamē est naturalis à natura speciei, quæ est rationalis, nisi sit vir cum muliere sua. Quod autem simplex fornicatio sit peccatum tali ratione ostendo. Coitus naturalis, & licitus est ordinatus ad tria bona. scilicet ad bonum procreationis, nutritionis, instructionis, sed coitus fornicarius est contra hæc tria bona, ergo &c. hoc aut patet per singula discurrendo: primò. n. coitus fornicarius est contra bonū procreationis, quia fornicator non intendit procreationem, uel generationē prolis, sed solum libidinem. Omnis autē actus, uel coitus libidinosus qualis est fornicarius scdm se vitiosus est, & culpabilis: scdō coitus fornicationis est cōtra bonū nutritionis indiget. n. proles postquā generata est nutriti, & quia mulier in spē humana minimē sufficit ad plis educationē, uel nutritionem pp multa q humana vitæ sunt necessaria quæ per mulierē solam

solā procreari nō possunt, ideo oportet, q̄ homo post coitum cum muliere maneat, & non statim ad quācūque indifferenter accedat, sicut accidit apud fornicatores. Tertiō coitus fornicarius est contra bonū eruditionis. Oportet. n. q̄ proles nō solum procreetur, & nutriatur, sed etiam ut erudiatur, & instruatur. Cuius instructionis mox geniti non sunt capaces, sed per longum tempus, & præcipuē cum ad annos discretionis peruenerint, & quia nutrire, instruere, passionēs puerorum reprimere, mulier non sufficit sola, ideo magis requiritur opus maris in quo est ratio perfectior ad instruendū, & virtus potior ad castigandum. vnde oportet, q̄ homo non ad modicum tempus, sed diuturnam societatem ad mulierem determinatam habeat, quam societatem matrimonium appellamus. Secundus error fuit circa seminis emissionem. Dicebant. n. quidam, q̄ in emissionē, vel projectionē seminis extra locum suum est peccatum nullum: quod probant per locum à simili isto modo. Sicut se habet in emissionē superfluitatum corporis, ita in emissionē seminis quod est superfluum, uel de superfluo alimenti, sed in emissionē aliarum superfluitatum corpori sicut digestionū urinae, sudoris, & similium nullum consistit peccatum, ergo similiter in emissionē seminis nullum est peccatum. Respōdeo, & dico, q̄ non ita se habet de emissionē aliarum superfluitatum, & seminis. Cuius ratio est: quia semen, & si sit superfluum quantum ad conseruationem indiuidui, est tamē necessarium quantum ad propagationem speciei. Alia verō superflua, ut digestio, urina, sudor, ad nihil sūt necessaria: vnde ad bonum hominis pertinet solum, q̄ emittantur hoc autem nō solum in semine quaeritur, sed q̄ emittatur ad generationis utilitatem ad quam coitus ordinatur. Et ideo sicut qui utitur aliqua sui corporis parte ad alium usum præter quā ad illum ad quem est ordinata, verbi gratia. Ut si quis ambulet manib. & pedibus aliquod operatur, ita inordinata emissio seminis repugnat bono naturæ quod est conseruatio speciei: unde post peccatum homicidij (quo natura humana iam in actu existens destruitur) hoc genus peccati videtur secundum lo-

cum tenere quo humanæ naturæ generatio impeditur. Hæc B. Thom. contra gen. lib. 3. c. 132. per totum.

CAP. II.

Secundo circa fornicationem considerandus est horror qui intenditur: nam peccatum fornicationis quilibet debet horrere: eo q̄ ipsa fornicatio se per est peccatum mortale. Hoc autem ad præsens probo triplici ratione, scilicet ratione contrarietatis, qualitatis, pœnalitatis.

Primò ratione contrarietatis sic. Illud quod cōtrariatur diuinæ ordinationi, naturali rationi, & dilectioni proximi est peccatū mortale, sed fornicatio hæc tria facit: primò. n. contrariatur fornicatio diuinæ ordinationi quæ fuit, & est, quod vna vni coniungatur: secundò contrariatur naturali rationi quæ vult, quod coitus fiat ad istum finem. sc. ad bonum generationis, nutritionis, instructionis, ut patet cap. præc. tertiò contrariatur dilectioni proximi: quātum ad hoc, q̄ repugnat bono prolis nascituræ, dum, sc. dat operam generationi, non secundum, quod conuenit proli nascituræ. Hæc B. Thom. 2. 2. quæst. 154. artic. 2. in corp. q. & in solu. 4. argum.

Secundò fornicatio est peccatū mortale ratione qualitatis sic. Crimē importat peccatū mortale, sed fornicatio appellatur, & est crimen ita dicitur Thobias. 4. Attende tibi ab omni fornicatione: & præter uxorem tuam non patiaris crimē scire: ergo omnis fornicatio, & omnis cōcubitus qui est præter uxorem est peccatū mortale. Tertiò ratione pœnalitatis sic. Nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale, fornicatio autem excludit, ut patet per Apostolum ad Gala. 5. ubi præmissa fornicatione, & quibusdam alijs vitijs subdit. Qui talia agunt regnum Dei non possidebunt: ergo fornicatio simplex est peccatum mortale, ubi supra immediate. art. 2. in duobus arg. contra.

Sed fortè contra hoc argues, & dices, q̄ fornicatio non sit peccatum mortale, sed veniale: per Augu. in lib. de bono coniugali qui sic dicit. Quod est cibus ad salutē corporis hoc est cōcubitus ad salutē ge-

neris

Fornica
tio tria
mala in
cludit.

Sed us
erroran
ti quorū

neris: sed non omnis inordinatus vsus ciborum est peccatū mortale: ergo nec oīs inordinatus concubitus qualis est concubitus fornicarius est peccatū mortale. Respondeo, & dico, q̄ non ita est de commestione sicut de fornicatione, eō q̄ ex vna commestione non impeditur bonum totius vitæ vnius hominis: & ideo actus gulæ ex suo genere nō est peccatum mortale: nisi scienter qui cibum comederet qui totam cōditionem vitæ eius immutaret, sicut patet de Adam: sed ex vno cōcubitu potest unus homo generari: & ideo inordinatio concubitus quæ impedit bonum prolis nascituræ ex ipso genere actus est peccatum, & nō solum ex inordinatione cōcupiscentiæ, ubi supra, art. 2. in solu. 6. argum. per totum. Si quis autem quærat quod peccatum inter peccata luxuriæ sit magis horrendum, & detestandum. Dico hic duo. s. numerum, & excessum, vel reatum, aut multitudinem, & grauedinem. Primò. n. loquendo de numero, vel multitudine peccatorum, dico q̄ septē sunt peccata carnalia. s. peccatū contra naturam, incestus, stuprū, raptus, sacrilegiū, adulteriū, fornicatio: primò enim p̄ctū contra naturam est per quod impeditur generatio prolis: quod quattuor modis pōt contingere: primò si absq; oī concubitu causa delectationis venereæ pollutio p̄curetur, & sic est immunditia, uel mollicies: secundò si fiat concubitus ad rem non eiusdem speciei, quod uocatur bestialitas: tertio si fiat per concubitum ad nō debitum sexum, puta masculini ad masculum, uel femine ad feminā: quod dicitur sodomiticum, quāto modo si non seruetur naturalis modus cōcubendi, aut quantum ad instrumentum non debitum, an quantum ad alios monstruosos, & bestiales modos concubendi, ubi supra artic. 9. in cor. q. in medio, & in fine. Secundò incestus cōsistit in abusu mulierum consanguinitate, vel affinitate iunctarum: tertio stuprum propriè cōsistit in actu nenereo, quo uirgo in p̄tate patris existens defloratur: quarto raptus committitur: cū puella uiolenter à domo patris educitur, ut corrupta Iuxorē habeatur: quinto cōmittitur adulterium in accessu ad alienū thorum: sexto sacrilegium committitur in uiolatione mulieris quæ est obligata Deo, per uotū

septimò fornicatio est p̄ctū quam impeditur educatio, & promotio prolis natę, ubi supra, q. 154. art. 1. in cor. q. per totum.

Secundò uerò loquendo quantū ad excessum, uel grauedinem peccatorū carnalium. Dico: primò, q̄ peccatum cōtra naturam est grauissimum, & turpissimū inter omnia: & hoc etiam habet gradus in grauitate: sicut patet discurrendo per modos eius: secundò post illud est incestus: tertio adulteriū est grauius quā incestus, uel stuprum, eo q̄ homo per hoc peccatū abutitur muliere: quarto raptus ratione uiolentiæ est grauius quā incestus, uel stuprū: quinto raptus uxoris est grauius, quā adulteriū: sexto fornicatio simplex quæ committitur sine iniuria alicuius est minima inter oēs species luxuriæ: septimo omnia peccata p̄dicta aggrauantur secundum rationem sacrilegij, ubi supra, art. 12. in cor. q. iuxta finem. Nota tamen hinc quinq; ad euidentiam p̄dictorū. Primum est, q̄ peccatum contra naturā quattuor modis pōt cōtingere, & quis sit grauior inter illos. Requ. supra, & pone hic. Secundum est, q̄ sacrilegiū aggrauat omnia peccata pertinentia ad luxuriam ratione iniuriæ quæ fit Deo, & ideo secundum leges grauius puniatur: unde Iustinianus imperator sic dicit. Si quis non dicā rapere, sed attentare tantummodo matrimonij iungendi causa sacratissimas uirgines ausus fuerit capitali p̄na feriatur, ubi supra, art. 10. in solu. 2. argu. in fi. Tertium est, q̄ sacrilegium pōt concurrere cū diuersis speciebus luxuriæ: uerbi gratia. Ut si quis abutatur persona coniuncta sibi secundum spirituales cognationē cōmittit sacrilegium ad modum incestus. Si autē abutatur uirgine Deo sacra tantum est sponsa Christi committit sacrilegium per modum adulterij. Inquantū uerò est sub spiritualis patris cura erit quoddam spūale stuprum. Et si uiolentia inferatur erit spiritualis raptus. Quartū est, q̄ raptus soluatut qualiscunque uiolentia ad sit. Quintum est, q̄ raptus inuenitur sine stupro, puta si aliquis rapiat uiduam, uel puellam corruptam. Stuprum etiam quandoque inuenitur sine raptu, scilicet quando aliquis sine uiolentiæ illatione uirginem illicite deflorat: ubi supra, art. 7. in cor. q. in fine.

G A P. III.

Tertio principaliter circa fornicationem considerandus est timor qui inquitur: nā peccatum fornicationis singulariter timere, horrere, & vitare debemus quattuor rationibus. Primò ratione præcepti, eo quòd nō solum in nouo, sed etiam in ueteri testamēto fornicatio prohibetur. Nam secundum Augu. habemus Exodi 20. Non Mēchaberis, secundum litteram, secundum expositionem: & vt 70. interpretes habent. Nō fornicaberis ubi generaliter omnis coitus illicitus prohibetur. Secūdò rōne iudicij: unde ad Heb. ult. dicitur. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, idest condemnabit.

Fornica
tio phi
betur ex
vtraque
lege.

Tertiò rōne supplicij: unde super illo uerbo Prou. 6. Preciū scorti uix est unius panis gl'o, sic dicit. Breuis uoluptas fornicationis: & perpetua pœna fornicationis. Dicit autem, q̃ uoluptas quæ ex scorto accipitur uix est precium unius panis, quia sicut panis unus non extinguit, nisi unam famem, sic illa delectatio nō extinguit sitim fornicationis nisi una hora. Vel est unius panis, idest breuis, quia nec per momentum satiat. Hieron. Voluptas carnis præsens non satiat, futura eruciat præterita non delectat.

Quartò ratione dāni. Nam peccatum luxuriæ, à sanctis dicitur esse maius peccatum alijs, quod probo quattuor rationibus: primo ratione libidinosi ardoris nam propter uehementem ardorem libidinis qui est in hoc peccato ratio totaliter absorbetur: delectatio autem quæ est in gula, & in alijs peccatis spiritualibus non totaliter rationē absorbet: secundò ratione generalitatis, nam peccatum carnis uidetur esse in omnibus cōmune, uel generale: unde istud peccatum Eccles. 7. assimilatur sagenæ. Cuius ratio est, quia sicut sarena capiuntur pisees magni, & parui: ita peccato luxuriæ detinentur magni, & parui: tertiò ratione scditatis, nā istud iter cætera peccata est scdus, & maiorem scditatem reddit in homine: unde secundum hoc intelligit auctoritas Hieron. quæ sic dicit. Nulli periculosius sumunt corpus Christi quā luxuriosi, quia in tali peccato est scditas ex parte corpo-

ris, & ex parte animæ, unde cum tales accipiunt corpus Christi, propter nimiam eorum scditatem tale est acsi in lutum projicerent: quartò ratione duplicis tentationis, scilicet hostis, & carnis, non sic est in peccatis spiritualibus. Est autem sciendum, quòd peccatum carnis, & per consequens pœna peccati dupliciter aggrauatur: uno modo secundum diuersas species peccatorum carnis. Req. cap. præcedenti: alio modo secundum diuersas circumstantias locorum, modorum, temporum, & personarum, & secundum alias circumstantias aggrauantes peccatum: unde Chrysosto. sic dicit. Fornicatus est aliquis post legem difficilius punitur quā qui ante legem fornicatus est, post aduentum Christi malorum difficiliorem dabit uindictam, fornicata est aliqua diues, altera pauper, diues grauius punietur. Req. supra delectatio, & infra Luxuria.

De fortitudine.

SUMMARIVM.

- 1 Fortitudinis diffinitio, & eius exercitatio à quibusdam qui non sunt fortes.
- 2 Circa quam materiam sit fortitudo.
- 3 Fortis est ille, qui intrepidus est circa maximè terribilia.
- 4 Post prudentiam, & iustitiam fortitudo est potior, & utilior liberalitate.
- 5 Actus fortitudinis nobilior est pati quā aggredi pericula mortis.
- 6 Quattuor sunt virtutes fortitudinis integrales.
- 7 Fortis munus est, ut virtuosus sit.

8. Quo fortis assumit ad actum suum
passiones, & quomodo non.

9. Quomodo fortis, & non fortis se
habeant circa dolorem mortis.

C A P. I.



Fortitudo. Circa forti-
tudinem consideran-
da sunt tria. scilicet natura
quidditas, materiae p-
prietas, excellentiae sub
limitas, ut dicamus quod
sit natura, quae mate-
ria, quanta sit excellen-

tia fortitudinis. Primo considerata est
circa fortitudinem naturae quidditas. Nam
fortitudo diffinitur a Tullio, & b. Thom.

Fortitu- & Alberto. Primo enim Tullius in sua re-
dotripli thorica fortitudinem diffiniens sic dicit.
citer dif Fortitudo est considerata periculorum
finitur. susceptio, & laborum perperessio quam b.

Th. allegat secunda secunda. q. 123. arti.
2. in corp. q. in fine. Secundo modo b. Th. colli-
gens diffinitionem fortitudinis ex verbis
Arist. 3. ethi. orum sic dicit. Fortitudo est
virtus medio modo se habens secundum
rationem rectam circa timores & auda-
cias propter bonum. In scri. ethicorum, li-
br. 3. c. 18. in fine. Tertio Albertus Theo-
tonicus colligens diffinitionem ex uerbis
Arist. & commentatoris sic dicit. Fortitu-
do est habitus immediatè audaciorum, &
timorū sufferētes faciem periculorū, &
mortis gratia boni. In qua diffinitione
tangit quinque: primo tangit genus remo-
tum cum dicitur habitus. Nam fortitudo
est quedam firmitas animi per quam ani-
mus stat immobilis contra timores peri-
culorum mortis: secundo tangit genus p-
pinquum cum dicitur immediatè, per quod
fortitudo habet rationem uirtutis cuius
est esse in medio, uel rationis, uel rei, ter-
tiò tangit actum proprium per hoc, quod di-
cit fortitudo facit sufferentes. Nam prin-
cipalior actus eius est pati quā aggredi:
quarto tangit materiā, uel obiectum ibi
mortis, & periculorum. Est enim duplex
materia fortitudinis, scilicet principalis,
& secundaria: principalis quidē est mors:
secundaria uero sunt pericula, quae quia

Duplex
materia
fortitu-
dinis.

possunt esse plura, idē dicit periculorū.
Req. c. immediatè sequenti: quintò tan-
git finem ultimum per hoc, quod dicit, grā
boni. Si enim ex aggressionē, uel perpes-
sione mortis seu periculorum mortis nō
sequeretur aliquod bonū, tūc talis forti-
tudo non habet rationem uirtutis. Ad cu-
ius euidētiā est sciendum, quod aliqui ef-
ficiunt quāq. exteriorem actū uirtutis non
habentes uirtutem, uel actū exteriorem
fortitudinis, uirtutem fortitudinis nō ha-
bentes p- sex cās. scilicet p- ignorantiā, experiē-
tiam, iram, fiduciā, concupiscentiam, uio-
lentiam. Primo propter ignorantiam. Nam
illi qui ignorant pericula mortis uidentē
esse fortes dum. scilicet audaciter aggediuntur
ea quae sunt periculosa. licet eis non ui-
deantur, qui tamen non habent uir-
tutem fortitudinis nec sunt uerē fortes.
Cuius rō est talis. Ille qui uerē est fortis
hēt habitū bonū quo uiriliter aggreditē,
& quo patienter patitur, sed illi qui igno-
rantes proprias uires, & periculi quanti-
tatem pericula aggediuntur, nullum ha-
bitū bonū habēt p- quē operentē, quod patet,
quā cū cognoscunt periculum esse quod non
putabant statim fugiūt, & iō nō sustinēt:
nō sic autē qui uerē est fortis, ergo & c. Se-
cundo uidentur aliqui fortes propter ex-
perientiā, cō quod possunt optima agere, &
difficilia pati propter suam experientiā,
in quolibet. n. negotio audacter, & sine ti-
more operatur ille qui est expertus, sicut
dicit Vegetius in lib. de re militari. Ne-
mo facere dubitat, quod se bene didicisse
confidit. Vbi nota, quod per experientiam
consequuntur milites duo bona.

Primum est, quod in bello expertis multa
sunt nullius periculi sicut frangor, arbo-
rum, concursus æquorum, & talium quae
in expertis, ut mulieribus timorem incu-
tiunt. Secundum est, quod propter experien-
tiam sciunt agere grauare: inuadere ad-
uersarios, & non pati, uel lædi, uel graua-
ri ab eis. Sed talis licet propter experien-
tiam uideantur fortes, non tamen sunt
fortes. Et hoc propter duas rationes, scili-
cet ex parte similitudinis, & durationis
temporis. Prima ratio est ex parte simili-
tudinis sic. Simile est exercitatos pugna-
re cum in exercitatis, & armatos pugnare
cū inermib. uel Athlethas cum idiotis, sed
hæc secunda aggressio non est fortitudo:

Per ex-
perientiā
milites
duo bo-
na cōse-
quunt.

ergo nec prima. Secunda ratio est ex parte durationis tēporis sic. Aggredientes terribilia propter experientiam timent cum uident imminens periculum, & tūc deficiunt, & fugiunt primi, sed uerè fortes sustinent pericula usque ad mortem, ergo aggredientes pericula pp experientia nō sunt fortes. Tertio quidā dicunt fortes propter passionis uehementiam, s. propter iram, uel furiam, nam fortitudo quandam similitudinem furoris habet, in quantum furor cum maximo impetu ad pericula inducit: unde qui propter furorem, uel furiam aggrediuntur pericula nominantur fortes, sed tales non sunt fortes propter tres rationes, ex parte finis, electionis, uel rationis. Prima ratio ē ex parte intentionis finis sic. Fortes operantur propter bonū simpliciter, sed operantes propter iram, uel furiam non operantur propter bonum simpliciter, sed propter dolorem, & appetitū uindictæ, ut patet de bestiis quæ aggrediuntur terribilia propter dolorem, & percussionem, & tamen in eis non est uera fortitudo: ergo &c. Secunda rō est ex parte electionis sic. Fortis operatur secundum modum eligētiæ & boni gratia, & non solum secundū motum naturæ, operātes autem propter furorem operantur solum secundum motum naturæ: ergo &c. Tertia ratio est ex parte rationis sic. Fortes aggrediuntur terribilia secundum motus rationis, & non secundum motum passionis, sed operantes secundum furorem aggrediuntur pericula tantummodo secundum motum passionis: ergo &c. Quarto quidem fortes uocantur propter fiduciam. Nam quidā aggrediuntur non peritiam aliquam, sed propter hoc quod sepe uicerunt in eis. Sed tales non sunt fortes ppter duas rationes. Prima est talis. Fortes aggrediuntur terribilia propter bonum simpliciter, & ut oportet, & quando oportet: & secundū alias circunstantias, sed aggredientes pericula propter spem uictoriæ non aggrediuntur pp bonum simpliciter, sed quia opinantur, & æstimant posse pati, & uincere, quia alias uicerunt, ergo &c. Secunda ratio est talis. Fortis aggreditur terribilia, & sustinet propter bonum, sed operantes, spe uictoriæ cum nō contingit eis speratum non amplius sustinent, ergo

&c. Quinto quidam uocantur fortes pp concupiscentiā, putā honoris, uoluptatis, uel lucri, scilicet ut honorent, delectentur, lucrent, & tales non sunt fortes, quia finem debitum non attendunt, & per oppositum quidam fortes uocantur, eō q pericula audacter aggrediuntur timore uituperij, afflictionis, uel damni timentes ne uituperentur, uel damnificentur fm quem modū Hector troianis comminabatur dicens: Ille quem intelligam fugiētē sine bello. i. sine hoc q fortiter pugnet, ita malè tractabo eum, q non erit sufficiens ad fugandum canes. Sexto quidam dicuntur fortes propter uiolentiam. Fit multis pugnatoribus uiolentia, scilicet terrendo, comminando, puniendo: unde uidemus, quod principes multa faciunt cogentes subditos ad pugnandum, scilicet muros constituunt, foveas faciunt, & alia impedimenta fugæ cōstituunt, & tales non solum non sunt fortes, sed omnibus aliis peiores. Cuius ratio est, quia tales bonum non operantur spontē, sed quasi coactē, & propter pænæ comminationem, & ultionem. Hæc B. Th. in scripto Ethicorum, lib. 3. c. 16. & 17. per totū: & secunda secundæ. q. 123. art. 1. in solu. 2. arg.

C A P. II.

Secundo principaliter circa fortitudinem considerata est materiæ proprietas. Cum enim fortitudo sit circa audacias, & timores, ita q fortitudo ē moderatiua ad audacias, & cohibitiua timorum, uidenda sunt hæc duo. s. quæ timentur, & respectu quorum est fortitudo. Primò uidendum est quæ timentur. Cum enim timor sit mali: quinque sunt mala quæ timentur, scilicet infamia, inopia, egritudo, inimicitia, & mors. Quorum rō, sufficientia sic potest accipi. Cum enim malum priuatio sit boni, hoc quinque modis potest contingere. primo, q malū generaliter priuet omnem bonum habitum, & sic est mors. secūdò malum priuat bonū intrinsecum corporis, & sic est egritudo: tertio malū priuat bonū amicitie: & sic est inimicitia: quartò malū priuat bonū extrinsecū a proposito, & sic est infamia

Quinq.
mala
timenda
sunt.

famia: quinto malum priuat bonum pro-
ueniens a fortuna: & sic est inopia. Se-
cundo uidendum est, quid sit propria
materia fortitudinis. Vbi nota, quod
fortitudo: primo nō est circa infamiam:
cuius ratio est talis. Timere infamiam
semper bonum est, quod dupliciter pro-
batur: primò quia infamia est de turpi,
quod semper cauendum est: secūdo quia
videmus, quod ille qui timet infamiam
semper laudatur, ut uerecundus, sed forti-
tudo est, circa ea quæ quandoque bona
sunt non timere: ergo fortitudo non est
circa mala infamiæ, secundo fortitudo
non est circa ægritudinem, uel inopiam.
Cuius ratio est, quia fortitudo non con-
sistit circa ea quæ nullo modo timenda
sunt, sed inopia, & ægritudo nullo mo-
do timenda sunt, quod sic patet. Quia
illa quæ non sunt ab operatione mala,
uel a uoluntate mala, sicut a principio
non sunt timenda: sed talia sunt prædi-
cta, scilicet infirmitas, & inopia, ergo &c.
secundo, quod fortitudo non sit circa
inopiam probo speciali ratione sic. Nul-
lus timidus in periculis bellicis est for-
tis, sed multi liberales non timentes cir-
ca pecuniarum defectum sunt timidi in
bellicis ergo non sunt fortes: tertio forti-
tudo non est circa inimicitiam, iniu-
riam, uel inuidiam, quia sicut nullus di-
citur fortis ex eo, quod non timet ne ali-
quis iniurietur, uel inuideat sibi aut filiis
aut uxori, uel quod non flagelletur, sed
audacter sustineat prædicta. Cuius ratio
est, quia ista non sunt maximè terribi-
lia, & ideo quanto aliquis dicitur fortis
ex eo, quod est intrepidus circa ea quæ
sunt maximè terribilia. Cuius ratio est,
quia nullus sustinet magis timenda quā
fortis, sed mors est inter omnia magis
timenda, quia inter omnia est magis ter-
ribilis: ergo &c. Quod autem inter om-
nia mors sit magis terribilis probo du-
plici ratione. Prima est talis. Quicquid
est terminus uitæ est maximè terribile,
sed mors est huiusmodi ergo &c. Secun-
da est talis. Illud post quod nulla trans-
mutatio relinquatur in bono, uel malo
est maximè terribile, sed mors est hu-
iusmodi, ergo &c. Hæc Beatus Thomas
in scripto Ethicorum libro tertio, cap.
decimoquarto, per totum.

Oium
terribi-
lium
mors.

AD maiorem tamen euidentiā præ-
dictorum, nota hic sex. Primum est,
quod cum ille dicatur, & sit fortis qui est in-
trepidus circa ea quæ sunt maximè terri-
bilia, nō idem est terribile apud omnes.
Cuius ratio est, quia cum terribile est ro-
spectu alicuius mali ardui, uel difficilis
ad uitandum, sicut aliquid est terribile
puero quod non est terribile uiro perfe-
cto, ita aliquod malum est terribile, quod
excedit facultatem humanam per quam
ei resisti non potest, sicut terræ motus, &
innundationes maris, & alia huiusmodi:
vnde huiusmodi malum est terribile cui-
libet sapienti, qui habet rectum iudiciū
intellectus. Aliud est terribile sē homi-
nem, quasi non excedens facultatē ipsius
ad resistendū, & istud dupliciter differt.

Terribi-
lium di-
stinctio.

Vno modo secundum diuersam rei
magnitudinem, putā maius terribile est,
si non conueniant multi homines, quā
pauci. Alio modo secundum magis, &
minus, putā quod magis, & minus odi-
unt, aut magis, & minus appropinquant.
Modo igitur fortis erga ista terribilia sic
debet esse dispositus, quod non timebit
terribile, quod non excedit facultatem
hominis ad resistendum. Aliud autem
terribile est, quod est supra facultatem
hominis, hoc timebit, sed tamen in casu
necessitatis, uel utilitatis homo timebit
sicut oportet, & sicut recta hominis ra-
tio iudicabit, ita quod propter timorem
taliū non stupefiet, id est non discedit
a iudicio rationis, sed ea sustinebit pro-
pter bonum uirtutis. Hæc Beatus Tho-
mas in tertio Ethicorum. cap. decimo-
quarto, in principio. Si autem aliquis ea
quæ non sunt timenda timeret, uel ma-
gis, uel minus timeret quā ratio iudi-
cet, tunc in his peccaret homo, ibidem.
Requi. infra Timor.

Secundum est, quod bene se habere
in repentinis periculis est, magnum si-
gnum uirtutis. Cuius ratio est, quia si
pericula sint præuisa potest quis benè se
habere in eis inditio rationis, sed si in
repentinis benè se habeat signum est,
quod est, secundum habitum fortis, uel
virtuosus, quo operatur etiam sine delibe-
ratione per modum naturæ. Hæc Alber-
tus

Repēti-
na peri-
cula su-
stinere
virtutis
est.

tus in secundo scri. Ethicorum quod re-
collegit. B. Thom. ab eo. Tertium est, q̄
mori ad fugiendum inopiam, uel anxie-
tatē, uel aliquid huiusmodi laboriosum
non est proprium fortis, sed magis timi-
di, & mollis, quia talis non sustinet mor-
tem propter bonū: sed ut sic effugiat peri-
culum p̄næ Albertus ubi supra.

Quartum est, q̄ circa mortem quæ est
in mari, uel ægritudine nō est fortitudo,
sed circa mortem quæ est in bello, quod
probo quattuor rationib. Prima est, quia
talis est in repentino periculo, nam pe-
ricula bellica sunt repentina, quia tubi-
to eueniunt: in repentinis autem magis
elucescit, uel claret uirtus ut patet supra.
Secunda est, quia talia pericula, scilicet
bellica sunt maxima, quia de facili ibi
moritur homo. Tertia ratio est, quia hu-
iusmodi pericula sunt optima, quia talia
pericula sustinet propter bonum cōe qđ
est optimum. Quarta ratio est, quia talia
pericula sunt honorifica: uidemus enim
q̄ morientibus tali morte: uel qui se for-
titer exponunt periculis huius mortis
exhibentur honores tam in ciuitatibus
qui uiuūt in communitate, quā etiam
apud reges, uel principes qui dominant
solistam in uita quā in morte: honor
autem est primum præmium uirtutis,
ergo &c. Hæc Beat. Thom. in tertio scri-
pto Ethicorum. cap. 14.

Quintum est, q̄ impauide fortis circa
alias mortes bene se habet. Nam fortis
qui est in mari, uel ægritudine impau-
dus non stupefcit, neq; turbatur propter
timorem talium, aliter tamen sunt inti-
midi fortes, & aliter marinarij. Nam
fortes etiam si non sperant saluari, ta-
men non timent contemnentes huius-
modi mortem: non enim tantum de ea
curant, ut inordinate commoueantur.
Sed marinarij sunt intimidi in periculis
maris in quantum sperant se bene posse
euadere propter experientiam.

Sextum est, quod omnis mors quantū
in se est æqualiter est terribilis, sed per
comparationem ad causam, uel utilita-
tem una mors est, magis sustinenda quā
alia. Vbi sciendum, quod mors duplici-
ter potest considerari: uno modo in quan-
tum est priuatio uitæ, & sic nō est, accipe
re diuersitatem in ipsa, alio modo p̄ p̄re-

parationem ad causam, & effectum, &
sic est, accipere maximam diuersitatem
in morte. Nam aliquando bellum quod
est causa mortis est tale de quo speratur
aliqua uictoria, & aliquando nulla. Et
iterum ex morte aliquando sequitur de-
fensio iustitiæ, & pax reipublicæ, ali-
quando aliquid aliud, & sic quando quis
sustinet mortem ratione alicuius boni
meretur, honoratur, laudatur. Alber-
tus ubi supra.

C A P. IIII.

Tertio circa fortitudinem conside-
randa est excellētia sublimitas. Ad
sciendum autem quæ uirtus inter mora-
les sit melior, uel excellentior aliis est
sciendum, q̄ sicut dicit B. Aug. 6. de trini.
In his, quæ non mole magna sunt, ut in
spiritualibus idē est maius quod melius:
vnde uirtus aliqua tanto est maior, quan-
to est melior: bonum autem hominis se-
cūdm Dionysium est bonum rationis,
& ideo illa uirtus est melior, ubi bonum
rationis magis uiget. Vnde inter uirtu-
tes morales: primo prudentia est potior
aliis, quia ipsa bonum rationis essentiali-
ter habet eo, quod ipsa est perfectio ra-
tionis. Quod autem est essentialiter ta-
le est potius eo, quod est per participa-
tionem tale, sicut sunt iustitia, fortitudo,
& temperantia, quæ a prudentia bonum
rationis participant: secundò post pru-
dentiam iustitia est potior aliis. Cuius ra-
tio est, quia iustitia in omnibus rebus hu-
manis efficit, & ponit, uel constituit or-
dinem rationis, quod autem est, effecti-
uum boni rationis est nobilius eo quod
est exclusiuum impediementi, ut fortitu-
do, & temperantia faciunt: tertio post pru-
dentiam, & iustitiam fortitudo est po-
tior, quod ostendo triplici ratione, scili-
cet stabilitatis, difficultatis, communis
utilitatis: primo ratione stabilitatis in-
quantum fortitudo uoluntatem tenet fir-
mam in bono rationis contra timores
periculorum mortis, secūda secundē. q.
123. art. 12. in cor. q. per totum: quod san-
cti fecerunt: unde Greg. in quadam Ho-
melia. Fortes facti sunt sancti, terrorem
domant, spiritū roborant, uirtutibus cho-
ruscant, terrena despiciūt, cēlestia appetūt
occidi

Duplex
confide-
ratio
mortis.

Laudan-
tur for-
tes.

occidi possunt, flecti autem nequiunt, nec sustinere falsa per infirmitatem metuunt, nec læsi unquam a ueritate conticescunt. Secundo ratione difficultatis: Nam laus uirtutis maximè in hoc consistit, quod aliquis benè operetur circa difficultia, quia uirtus est circa arduum, & difficile, ergo sicut quanto uirtus est, circa magis difficile tanto est potior, & laudabilior, sed difficilius est, quod aliquis sustineat tristitia quod pertinet ad fortitudinē, quàm quod abstineat a delectabilibus quod pertinet ad temperantiam, ergo fortitudo est potior, & laudabilior quàm sit temperantia. Hæc B. Tho. in tertio scripto Ethicorum, cap. 18. in medio. Tertiò ratione communis utilitatis sic: Quanto uirtus est utilior tanto excellentior, sed fortitudo est utilior liberalitate, quod patet, quia liberalitas est utilis in quibusdā particularibus beneficiis, fortitudo autem habet generalem utilitatem ad seruandum totum iustitiæ ordinem in rebus domesticis, & ciuilib. unde philosophus primo Rethoricè dicit, quod iusti, & fortes maximè amantur, quia maximè sunt utiles, & in bello, & in pace, secunda secundæ. q. 123. art. 12. in sol. 2. arg. unde Ambro. in lib. de offi. sic dicit: Nunc de fortitudine tractemus, quæ uelut excellentior cæteris virtutibus diuidit uires bellica, & domesticas. Et iterum ibidem. Non mediocris est animi fortitudo, quæ sola defendit ornamenta uirtutum omnium, & iudicia custodit, & quæ in expiabili prælio aduersus omnia uita decertat: inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus uoluptates, auaritiam fugat tantquam labem quandam, quæ uirtutem effrenat. Qualiter autem diuersimodè fortitudo sit iniustis, & peccatoribus ostendit Beatus Greg. lib. 8. Moral. dicens: Iustorum fortitudo est carnem uincere, propriis uoluptatibus contraire, delectationem uitæ præsentis extinguere, huius mundi aspera pro æternis præmiis amare, prosperitatis blandimenta contemneret, aduersitatis metum in corde superare. E contrario reproborum fortitudo est, transitoria sine cessatione diligere contra flagella conditoris insensibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium nec aduersitate quiescere, ad inanem

etiam gloriā cum uitæ detrimento peruenire, malitiæ augmenta exquirere, bonorum uitam non solum uerbis ac moribus, sed etiam gladiis impugnare, in semetipsis spem ponere, iniquitatem quotidie sine ullo defectu desiderij perpetrare.

CAP.

V.

FORTITUDO. Circa fortitudinē quattuor sunt notanda, scilicet 5.
licet actus principalis, uirtutis integralis, aspectus uirtualis, defectus penalis.

Primò considerandus est actus principalis. Ad uidendum autem, & sciendum quis sit accūs fortitudinis nota tria. Primum est, quod fortitudo habet duplicem actum, scilicet interiorē, & exteriorē. Interior actus est uelle sustinere mortem, & pericula mortis propter bonum. Exterior actus est, aggredi huiusmodi pericula. Secundum est, quod cum actus fortitudinis sit aggredi, & sustinere, diuersimodè tamen, quia ante actum fortis est aggredi, in actu uero sustinere. Tertium est, quod licet aggredi, vel inuadere sit prius tempore quàm sustinere, hoc tamen scilicet sustinere est, essentialius fortitudini nobilius, uel perfectius, & difficilius, ut dicit Albertus in tertio scrip. Ethicorum. Quod autem difficilius sit abstinere, uel pati quàm aggredi, uel inuadere, probo triplici ratione, scilicet ratione fortioris pugilis, præsentis discriminis, longioris temporis. Primò ratione fortioris pugilis: sic: Difficilius est pugnare cum fortiori quàm cum debiliore, sed qui aggreditur inuadit per modum fortioris, qui uero sustinet per modum debilioris: ergo &c. Secundò ratione præsentis discriminis sic: Difficilius est non moueri a malis præsentibus quàm a futuris, eo quod malum præsens plus mouet quàm futurum, sed qui aggreditur habet mala, ut futura, qui uero sustinet iam habet pericula, ut præsentia, uel imminētia, ergo &c. Tertiò ratione longioris temporis sic: Difficilius est, diu manere immobilem quàm subito motu moueri ad aliquod arduum, sed aggredi potest homo ex subito

bito motu: sustinere autem importat diurnitatem temporis: unde & philosophus dicit in tertio Ethicorum: quod quidam sunt prævalentes ante pericula in ipsis deficiunt autem, uel decidunt: patientes autem longo tempore immorantur, ergo &c. secunda secundæ. quæst. 123. articul. sexto, in solut. primo argumentorum.

C A P. VI.

6. **S**ECUNDO principaliter circa fortitudinem consideranda est uirtus integralis. Nam quattuor sunt uirtutes fortitudinis integrales, scilicet fiducia, magnificentia, patientia, perseverantia, secundum Tullium. Vel securitas, constantia, tollerantia, firmitas secundum Macrobius. Ratio autem huius est ista, quia cum actus fortitudinis sit duplex, ut patet supra, scilicet aggredi, & pati: Primò quantum ad actum aggrediendi requiruntur duo. Primò requiritur preparatio mentis, ut scilicet homo habeat animum præparatum ad aggrediendum, & quantum ad hoc Tullius ponit fiduciam quæ discurret animus usque ad finem cum spe evadendi. Macrobius uero ponit securitatem, quæ excludit timorem. Secundò ad actum aggrediendi requiritur executio operis, scilicet ne aliquis deficiat in executione bonorum, quæ fiducialiter inchoavit, & quantum ad hoc. Tullius ponit magnificentiam qua animus eleuatur, & ampliatur ad difficile sustinendum. Macrobius uero ponit constantiam, scilicet ne aliquis deficiat in executione operis quod magnifice inchoavit, oportet enim in his quæ magnifice aliquis faciat animum constantem habere. Secundò ad alium actum fortitudinis, qui est sustinere requiruntur duo. Primum est, ne animus per tristitiam frangatur, & decidat propter difficultatem imminentium malorum, & quantum ad hoc ponit Tullius patientiam, quantum ad difficultatem periculi quod sustinetur: nam per patientiam animus circa periculorum tolerantiam immobiliter manet fortis. Macrobius uero ponit tolerantiam quæ promptos facit ad sustinendum quæ ratio dicitur. Secundum est, ne animus

fatigetur ex diuturna difficilium passione usque ad hoc, quod desistat. & quantum ad hoc ponit Tullius perseverantiam quantum ad continuitatem. Macrobius uero ponit firmitatem, nam firmitas est qua homo a proposito non desistit propter quæcunque alia repugnantia. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ quæstion. 128. art. primo, in corp. quæst. Per totum, & in sol. 6. argumen. per totum: & iterum Albertus in tertio scri. Ethicorum, quod beat. Thom. ab eo recollegit.

C A P. VII.

TERTIO principaliter circa fortitudinem considerandus est aspectus virtualis. Nam fortitudo habet rationem uirtutis: & actus fortitudinis habet rationem actus uirtuosi ex tribus. scilicet ex ratione, ex electione, ex finis intentione, ita quod fortitudo tunc est uirtus, & fortis tunc est uirtuosus si operatur sciens, eligens, finem intendens. Primò fortis est uirtuosus si operatur sciens. quod patet per locum ab oppositis sic: Sicut oppositum in opposito, & propositum in proposito, sed qui operatur bonum propter ignorantiam licet appareat bonus, uel uirtuosus, non tamen est. Similiter qui operatur opera fortitudinis per ignorantiam non est uere fortis, ergo qui scienter opera uirtuosi, & fortis operatur ille est fortis, & uirtuosus. Secundò fortis est uirtuosus si operatur ut eligens: ut si quis operatur actum fortitudinis, uel uirtuosi non ex electione, sed ex passione, siue sit passio impellens ad pericula subeunda ut ira, siue sit passio retrahens a timore mortis, uel periculorum mortis ut spes, non tamen talis uere est fortis, nec actum uere fortitudinis exercet. Tertiò fortis est uirtuosus si operatur debitum finem intendens: unde si aliquis eligit pericula sustinere, uel aliqua opera uirtuosa non tamen propter illud finem propter quem eligit fortis, uel uirtuosus, sed propter honores, uel pœnas, quæ pponunt a rectoribus ciuitatū, talis non est uirtuose fortis. Hæc b. Th. in scri. Ethicorum libr. 3. cap. 16. in principio. Et ideo oportet, quod fortis propter finem debitum operetur, ut sit uirtuosus. Ad maiorem tamen euidentiā nota hic septem.

Rō qua
tuor uir
tutum
fortitu
dinis.

fortis et
uirtuo
sus ex
lectio
opant

Primum est, qd actus morales, qui sunt idē quod actus humani procedentes a uolū-
tate deliberata speciem fortiuntur ex fi-
ne: unde Aug. in lib. de moribus ecclesiæ,
& manicheorum dicit: Quod secundum qd
finis est est laudabilis, uel culpabilis secū-
dum hoc opera nostra sunt laudabilia,
uel uituperabilia secunda secundæ. q. 1.
art. 3. in cor. q. Secundum est, qd finis licet
sit postremus in executione, est tamen
primus in agendis in intentione: & per
hoc habet rationem causæ; ibid. art. 1. in
sol. 1. arg. Tertium est, qd illa, quæ tendunt
in finem, aut carent cognitione, aut ha-
bent cognitionem. Primò ergo illa, quæ
carent cognitione non mouent, nec or-
dinant seipsa in finem cum non cogno-
scant rationem finis sicut ut sagitta tendit
ad finem determinatum, nō qd sagitta fi-
nem determinatū cognoscat, sed ex hoc
qd mouetur a sagittante, qui suam actio-
nem in finem dirigit. Secundo illa quæ
habent rationem seipsa mouent in finē,
quia habent dominium suorum actuum
per liberum arbitrium quod est facultas
uoluntatis, & rationis: Ibidem artic. 2. in
cor. q. Quartum est, qd illa quæ carent co-
gnitione mouentur in fines particulares
ab aliqua uoluntate rationali. Illa uero
quæ habent cognitionem tendunt in bo-
num uniuersale a uoluntate diuina: ibid.
art. 1. in sol. 3. arg. in fi. Quintum est, qd fi-
nis ē duplex scilicet ipsa res uel usus rei:
verbi gratia: Ipsa res in qua ratio boni
inuenitur est finis, sicut locus inferior ē
finis motus corporis grauis, & usus rei si-
cut esse in loco inferiori est finis motus
grauis: uel aliter finis auari ut res est ipsa
pecunia: Finis uero ut usus rei est posses-
sio pecuniæ. Sic a simili finis ultimus om-
nium rerum est ipse Deus: Finis uero p-
ximus, ut affectio Dei non est unus, qā
non omnia eodem modo assequuntur
Deum, ibidem artic. 8. in corp. q. Sextum
est, qd sicut finis naturalis agentis est du-
plex scilicet ultimus, & proximus, ita qd
agens naturale operatur propter ultimū
finem scilicet propter bonum uniuersi qd
est bonum perfectum, & propter finem
proximum s. similitudinē suam in aliud
imprimat, sicut finis proximus ignis cale-
facientis est expressio caloris in pariete,
uel finis proximus ædificantis est expres-

sio formæ in materia; finis autem vlti-
mus est bonum intentum quod agens se-
quitur. Sic finis propter quem fortis pati-
tur, uel aggreditur est duplex scilicet pro-
ximus. Et ultimus. Finis proximus for-
tis, uel uirtuosè operantis est expressio
virtutis scilicet ut similitudinem uirtu-
tis suæ in aliud imprimat exemplo ignis
& ædicatoris. Finis uero ultimus est ade-
ptio beatitudinis, quæ est bonum perfe-
ctum. Septimum est, qd bonum quod
intendit fortis est fortitudo non quidem
habitus fortitudinis qui iam præexistit,
sed similitudo ipsius in actu, & hic est fi-
nis fortis. Hæc b. Th. in tertio scripto E-
thicor. c. 15. in medio. Vel dicas, qd ha-
bitus seu uirtus potest elicere actum non
ad se acquirendum, quia idem non po-
test operari ad acquirendum seipsum, sed
potest elicere actum ad augendum uel ra-
dicandum uel conseruandum se in subie-
cto, & sic operatio fortis est propter for-
titudinem augendam, cōseruandam, uel
radicandā. Hæc Albertus in tertio scrip-
Ethicorum, quod recollegit b. Th.

Finis vlti-
ri fortis

CAP. VIII.

Quarto circa fortitudinem consi-
derandus est defectus pœnalis.
Ad sciendum autem an fortis
delectetur, uel tristetur in actu
suo: nota hic quattuor scilicet qualiter
fortis se habet circa iram, tristitiam, con-
cupiscentiam, delectationem seu lætitiā:
primò ergo dico, quod fortis non assu-
mit iram ad actum sustinendi, quia hūc
actum scilicet sustinendi sola ratio per se
facit. Sed ad actum aggrediendi fortis
assumit iram. Cuius ratio est, quia ad irā
pertinet insilire in rem contristantem. &
sic ita directè cooperatur fortitudini in
aggrediendo. Secundo fortis per se non
assumit tristitiam in aggrediendo, eò qd
tristitia secundum propriam rationem
succumbit nociuo, sed per accidens tri-
stitiæ coadiuuat ad aggrediendum: & hoc
dupliciter, uel in quantum tristitia est cā-
iræ, uel in quantum aliquis periculo se
exponit ut tristitiā fugiat. Terrio p se cō-
cupiscentia impedit fortem ad aggrediē-
dum. Cuius rō est qā cōcupiscentia secū-
dum

Finis du-
plex.

dum propriam rationem tendit in bonū delectabile, cui per se repugnat aggressio periculorum, per accidens tamen quandoq. concupiscentia adiuuat fortem ad aggrediendum in quantum porius aliquis vult pericula incidere quam delectabili carere secunda secundæ. q. 123. art. 10. in sol. 3. argument.

Quarto quomodo fortis se habet circa delectationem seu lætitiā, an scilicet requiratur, q. fortis delectetur in actu suo dico secundum Aristotilem in tertio Ethicorum, q. a forte non requiritur ut delectetur in actu suo, sed sufficit, q. non tristetur.

Duplex
conside-
ratio ui-
ri fortis.

Ad maiorem tamen euidentiā prædictorum nota hic sex.

Primum est, q. fortis in actu suo principali, qui est sustinere dupliciter potest considerari. Vno modo ex parte corporis, & sic tristatur. nam sustinere passiones flagella vulnera mortem est cōtristabile, & dolorosum: & hoc negare est negare eos esse carnales, quia si habent carnem sensibilem, necesse est, q. leuissa inferant eis dolorem. Alio modo potest considerari ex parte mentis: & sic fortis habet q. delectetur. scilicet de actu fortitudinis, & de fine eius: unde Lazarus secundo Machab. 9. dicit: Diros corporis sustineo dolores, secundū animam uerò propter timorem tuum libenter hæc patior: ubi supra. q. 123. art. 7. in corp. q.

Secundum est, q. per dolorem sensus impeditur mens fortis ne in propria operatione delectationem sentiat, eo q. uehementia passionis unius potentia impedit potentiam aliam in suo actu propter connexionem potentiarum ad inuicem, ibid. in solut. 1. argumen.

Tertius eleuat animam ad diuina in quibus delectatur quā a corporalibus pænis afficiatur: unde B. Tiburcius cum super carbones incensos nudis pedibus, & plantis incideret dixit, q. uidebatur sibi super roseos flores ambulare: ubi sup. immediatè, in corp. q.

Quartum est, quod opera uirtutum possunt esse tristitia, uel pænalia, & delectabilia, non secundum vnum, & idem, sed secundum alium, & alium respectum: nā tam ex parte corporis, quam etiam ex parte corporis, quam etiam ex sui natu-

ra opera uirtutum possunt esse, & sunt tristitia, uel pænalia, sed propter finē sunt delectabilia, quod præcipuè contingit in fortitudine: ibid. in sol. 2. arg.

Quintum est, quod ex ratione quodāmodo est minor tristitia in forti, uel uirtuoso, & quodāmodo maior: nam ex ratione fit quodāmodo minor tristitia in forti, uel uirtuoso ex cōsideratione finis, puta cum fortis, uel uirtuosus patitur propter actum uirtutis scilicet statum cōmunis utilitatis, zelum christianæ religionis, brauium seu præmiū æternæ beatitudinis. Ex alia uero parte est maior tristitia in forti, uel uirtuoso scilicet ex cōsideratione damni: puta ex amissione alicuius boni: Nam duo sunt principaliter quæ augent tristitiā alicuius hominis in amissione alicuius boni: primum est quando priuatur bono quo dignus erat: secundum est quando priuatur magno bono, & utrumque accidit in proposito.

Duo tri-
stitiā
augetur

Primò. n. uirtuoso maximè dignum est, ut uiuat.

Secundo uirtuosus priuatur etiam maximis bonis. scilicet optima uita sua, & uirtutibus quas amittit secundum usum præsentis uitæ. Hæc Beat. Thom. in tertio Ethicorum, c. 18. iuxta finem.

Sextum est, quod fortitudo uera, & fortitudo ciuilis alium, & alium finem habet: nā fortitudo uera hæt pro fine bonū uirtutis: fortitudo uero ciuilis pro fine habet honorem, uel aliquid aliud. Vbi sciendum, quod honor duobus modis potest considerari, uno modo secundum quod cauatur a uirtute, & sic queritur a uirtuoso forti: alio modo: secundum, quod est ab extrinseco inferente, & sic desideratur a ciuili forti. Hæc Albertus in tertio scrip. Ethicorum, quod recollegit Beat. Th. Si aliter vis procedere dicas, fortitudo, uel fortis quattuor in se habet: primò in sustinendo laborem 1. cap. secundo in exequendo fauorem. 2.

c. tertio in contemplando ualorem; 3. capit. quarto in pariendo dolorem
4. capitulo.

CAP. IX.

Vnde
mors le-
uior fit.

AD maiorem tamen euidenciam prædictorum quero hic quinque. Primum est, an abstractio a sensibilibus ad intelligibilia sit causa, quod fortis uel uirtuosus patiatu leuiorem mortem, & uidetur quod sic, Auicenna dicit, quod leuitas moriendi, causatur ab abstractione animæ a corpore, sed fortis abstrahitur a sensibilibus ad operationem rationis, ergo &c. Respondeo & dico, quod abstractio quæ est ad actum contemplationis quæ est circa intelligibilia absolutè, facit leuiorem mortem in quantum facit animam non attendere ad corpus, sed in actu fortitudinis ratio sollicitatur circa humanos actus, ideo talis actus non minuit tristitiam. Hæc Alb. ubi sup. Secundum est, an fortis uel uirtuosus magis tristetur de morte quam non fortis: Et quantum ad hoc dico, quod causa tristitiæ pōt esse duplex. Aut pæna sensus & sic æqualiter tristatur fortis, & non fortis, nisi sit differentia in cōplexione, & quod unus alio sit sensibilior, Aut causa tristitiæ est pæna damni, & sic magis tristatur fortis inquant ūper mortē suam uidet plura bona priuati. Et hoc dupliciter, uel in se, quia simul cum uita destruuntur uirtutes suæ, uel in alijs, in quantum considerat esse damnificum patri, quod pugnator eius moritur. Tertium est, an mortem tristitiam de morte haberi fortis diues quam fortis inops uel pauper. Respondeo & dico, quod ex una parte fortis, uel uirtuosus diues maiorē causam tristitiæ in aggressionem mortis habet quam fortis, & uirtuosus pauper, eo quod fortis diues plura bona amittit quam fortis pauper. Ex alia uero parte indigens est aliquando magis fortis, quam uirtuosus diues, quia pro istis exterioribus quibus caret elegit bonum finale cum in actu fortitudinis moritur, uel cū aggreditur terribilia mortis secundum fortitudinem uel uirtutem. Quartum est, an possit esse fortis sine fortitudine corporali. Respondeo & dico, quod illi qui minus uigent fortitudine corporali possunt esse magis fortes, cum nihil ad hanc uirtutem habeant nisi habitum bonum: tales enim paratiores aliquando sunt ad pericula sustinenda, quam illi qui sunt fortes forti-

tudine corporali, tales etiam frequenter quia non certant de proficuis pertinentibus ad præsentem uitam mori eligantur propter bonum. Quintum est, an omnes sint fortes eodem modo. Et quantum ad hoc dico, quod fortis est aliquis quatuor modis. scilicet fortis fictus, superbus, audax, & uerus. primo enim fortis fictus est ille qui non querit uictoriam, sed tantum uult apparere uictor: secundo fortis superbus est qui querit uictoriam, sed supra posse suū tertio fortis audax est qui ante pericula est uelociter, & ardentem ad ipsa pericula currens, quia ad ipsa mouetur ex impetu passionis præter rationem, quando autem est in ipsis periculis discedit, quia motus passionis præcedentis uincitur a difficultate imminente: quarto fortis uerus, uel uirtuosus differt ab antedictis. nam fortis uirtuosus priusquam ad pericula ueniat est quietus, quia non agit ex impetu passionis, sed ex deliberatione rationis. Quando autem est in ipsis operibus difficilibus est actus uiriliter, & promptus, quia iudicium rationis ex quo agit non uincitur ab aliqua difficultate. Hæc B. Thom. in tertio Ethicorum cap. 15. Et Albert. in tertio script. Ethicorum quod recolligit beat. Tho.

Hō dici-
tur for-
tis quat-
tuor mo-
dis.

De Fortuna.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit fortuna, & eius diffinitio.
- 2 Causa per quam aliquis est fortunatus est Calum, uel Angelus, uel Deus.
- 3 Homo dicitur Fortunatus, & infortunatus respectu bonorum corporalium, non spiritualium.
- 4 Qui sint bene fortunati, qui male, & quando & quare.
- 5 Fortuna sex defectus in se habet.

CA P. I



FORTUNA. Circa fortunam quattuor sunt consideranda, .s. quid sit diffinitiuè, a quo sit effectiuè, quorū sit obiectiuè, in quibus sit subiectiuè. Primo

considerare debemus circa fortunā quid sit diffinitiuè. Nam fortuna sic diffinitur ab Aristotele in secundo libro Ethic. c. 6. in fine. Fortuna est causa per accidens in his quæ fiunt secundum propositum propter finem in minori parte. In qua diffinitione tūgit tria quæ ad rationem fortunæ spectant. Primum est, quod fortuna est causa per accidens: nam effectus per accidens, qui coniungitur causæ per se, & est præter rationem per se, & est præter intentionē agentis est effectus fortuitus, & a fortuna, verbi gratia. Lapidem descendere est per se, & hominem ire ad forum si hoc propositum fuit, contingit etiam per se esse. Sed quod tunc cum vadit ad forum contingit lapidem descendere, & frangere caput eius est per accidens, ita quod iste effectus. .s. fractio capitis oritur ex concursu duarū causarum. .s. ex descensu lapidis, & ex ire ad forum. quarum causarum licet quælibet sit per se tamen earum concursus ad talem effectum efficiendū qui est fractio capitis dicitur esse per accidens, & a fortuna, ergo fortuna nihil aliud est quā euentus inopinatus, & per accidens causarum concursus. Hoc est exemplum Egidij in scripto super librum de bona fortuna. Secundum quod ad rationē fortunæ spectat est, quod fortuna est causa eorum, quæ fiunt in minori parte. Hoc patet per exemplum. Quod enim aliquis vadit ad forum propter aliquid aliud: & inde portet pecuniam quam non intēdebat, tunc deportatio pecuniæ cuius causa fuit aduentus ad forum, neq. est ex necessitate neq. semper, ergo in minori parte, quia in pauciorib. hoc contingit. Tertium quod ad rationē fortunæ spectat est, quod fortuna non est causa eorum, quæ fiunt a natura, sed eorum, quæ fiunt secundum propositum ab intellectu. Quod autem nō sit a natura patet, quia natura, uel ut semper, uel ut frequen-

ter, & similiter operatur, fortuna uero ut in pauciorib. & dissimiliter. Itē neq. inanimatum, neq. puer, neq. bestia agunt a fortuna, cum non agant uoluntariē quasi liberum arbitrium habentes, unde nec fortunium nec infortunium in his potest accidere nisi similitudinariē, sicut quidam dixit, quod lapides ex quib. fiunt altaria sunt bene fortunati, quia eis honor, & reuerentia exhibetur cum lapides coniuncti conculcantur, quod dicitur per similitudinē ad homines in quib. honorari fortuna dicuntur: unde fortunium est quod præter intentionē accidit: infortunium aut quādo sequitur aliquod magnū bonū: infortunium uero quando præter intentionē sequitur aliquod magnum malū. Hæc b. Th. in scri. physicorum lib. 2. c. 9. & 10. Unde ex hoc est si aliquis bene fortunatus in quantum operatur aliquid quo perfectio absq. præcognitione, & absq. sua præuisione consequitur, quod est per se desideratum, & per se volitum. Ad cuius euidentiam nota duo. Primum est, quod fortuna non est principaliter in habendo illa, quæ nō acquiruntur ex operib. nostris, quia taliū bonorum non sumus principaliter domini, nec est in potestate nostra ea habere uel non habere, cum non acquirantur a nobis. Secundum est, quod fortuna principaliter consistit in habendo bona, non autē principaliter in fugiendo mala. Cuius ratio est, quia fortuna consistit in bono per uolito: fugere autem malorū non sunt per se optata, nec per se uolita. Cuius ratio est, quia cum malū nihil aliud sit nisi quædam priuatio boni, fugere malum non potest esse per se uolitum, quia nullus uult fugere priuationē nisi propter perfectionem qua priuatur, ita quod nullus uult fugā, uel priuationem mali nisi propter sequelam, & consecutionem boni. Hic Egidius in scripto super librum de bona fortuna, c. 1. in fine. Beatus autem Th. contra gentiles. lib. 3. ca. 9. in principio clarius, & expressius de hoc loquens dicit: Quod aliquis dicitur bene fortunatus quando aliquid bonum accidit sibi præter eius intentionem, sicut cum aliquis fodiens in agro inuenit thesaurum quem non quærebat. Vbi nota, quod aliquid est præter intentionem inferioris quod nō est præter intentionem superioris sicut si dominus mit-

Quæ dicuntur agere a fortuna

Quis fortunatus ex scētia D. Th.

rat seruum ad aliquem locum ad quem alium seruū illo ignorante misit, tunc concursus seruorum ad inuicem est præter intentionem vtriusq. serui missi, non autem præter intentionem mittentis: vnde talis concursus licet respectu seruorum sit fortuitus: non tamen respectu domini est fortuitus, sed est aliquod ordinatum.

C A P. II.

Secundo principaliter circa fortunam considerandum est aliquod effectiue. Causa. n. qua alicui bonum secundum fortunam contingit est, vel a cælo, vel ab Angelo, vel a Deo. Quod enim voluntas alicuius hominis instigetur ad uolendū, vel eligendum aliquid cui cōiunctum est aliquod commodum, vel incommodum quod eligens non considerat. s. quod instigetur ad querendum vbi est thesaurus ex nullo hominis virtute procedit. Sed hoc est, vel quia disponitur a cælo, vel quia illuminatur ab Angelo, quia inclinatur a Deo, secundum quod ad foueam uadat, & fodiat: & sic thesaurum inueniat. Quæ quidem causalitas diuersimodè est his tribus. Primò enim cælum inducit hominē ad aliquid eligendum per modum passionis quam imprimat in corpora nostra. Secundò Angelus hominem disponit ad eligendum non imprimendo aliquam passionem vt cælum, sed per modum cuiusdam intelligibilis considerationis illuminando, ad cognoscendum quod aliquod bonum est fieri, non tamen de fine quare est bonum fieri. Terriò a Deo. i. ex diuina operatione voluntas hominis inclinatur ad aliquod eligendum, cuius rationē ignorat, & sic ex his tribus homo dicitur fortunatus. Ad maiorem tamen euidētiam prædictorum nota hic quattuor. Primum est, quod aliquod fortunium vel malum potest contingere homini, & per comparationem ad cælestia corpora, & per operationem ad Angelos, non autem per comparationem ad Deum respectu casus in nulla re potest aliquid esse causale, & improuium, quia nihil potest contingere præter cognitionem & intentionem Dei. Secundum est, quod homo non semper in-

telligit illud ad quod Angelus intendit, & corpus cæleste inclinatur, sed illud quod Deus est operatus in illo: nam angelorum custodia interdum cessat, secundum illud Hier. 51. Curauimus Babylonem, & non ē curata, & multò magis inclinatio corporum cælestium cessat, diuinum uerò prouidentia nunquam cessat, sed semper est firma, ita quod licet aliquod bonum homini possit contingere præter eius propriam intentionem, cæli inclinationem, & angeli illuminationem, non tamen præter Dei prouidentiam, vel inordinationē sub qua omnia continentur. Tertium est, quod benè fortunatus dicitur aliquis quando ex Deo, Angelo, & cælo voluntas eius inclinatur ad eligendum aliquid sibi vtile. cuius rationem ignorat. Et male fortunatus dicitur aliquis quando ex superioribus causis, puta ex cælo vel Angelo ad contraria eius electio inclinatur, sicut de quodam dicitur Hier. 22. Scribe virū istum sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur. Vbi dicas quod ex Deo nunquam ad malum voluntas hominis inclinatur nisi permissiue tantum non effectiue. Quartum est, quod homini contingit bene vel malè secundum fortunam dupliciter. Quandoq. ipso solo agente: sicut cum fodiendo in terram inuenit thesaurum quiescentem. Quandoq. actione alterius causæ concurrente, sicut cum aliquis vadens ad forum causa emendi aliquid inuenit creditorem quem non credebat inuenire. Hæc b. Th. contra gentiles. lib. 3. ca. 92.

C A P. III.

Tertio principaliter circa fortunam considerandum est quorum sit obiectiue: nam bonorum quædam sunt spiritualia, & quædam corporalia exteriora. Primò ergo respectu bonorum mentalium, vel spiritualium non potest aliquis dici bene vel malè fortunatus. Cuius ratio est, quia homo tunc dicitur benè, vel malè fortunatus, quando præter intentionem sibi accidit aliquod bonum, vel malum, ut patet supra. Sed bona spiritualia, vel mala non possunt præter in-

entionem euenire cum in electione cōsistant ergo &c. Potest tamen aliquis respectu bonorum spiritualium dici benè uel malè naturatus. Secundo sunt bona exteriora quæ ex eo, q̃ possunt præter intentionem homini euenire: ideo respectu talium potest homo dici bene naturatus, & benè fortunatus: ab Angelo custoditus, & a Deo gubernatus. A cælo autem propter dispositionem relictam in corpore humano dicitur homo non solum bene fortunatus, sed etiam bene aut male naturatus, secundum quem modum dicit philosophus in Moral. q̃ bene fortunatū est esse bene naturatum. Hæc b. Tho. contra gent. li. 3. cap. 92.

CAP. IIII.

Quarto principaliter circa fortunam considerandum est in quibus sit subiectiue. Ad uidendū autem, & sciendum, qui sunt benè fortunati, & qui non, uel qui malè; nota per ordinem octo. Primum est, q̃ bona fortuna est aliquid sine ratione, quia impetus ille quem benè fortunati sequuntur non est factus a ratione, sed a Deo uel Angelo, uel a cælo, ut patet cap. præced. Quod autem impetus, uel instinctus quem uel quos, bene fortunati sequuntur, sint sine ratione patet, quia si ab aliquo benè fortunato queratur quare sequitur talem impetū nesciret reddere rationem, sed diceret hoc facio, quia dicitur mihi cor. & ita pro ratione beneplacitum uoluntatis, & dictamen cordis assignabit dicens, ita placet mihi, & dicitur mihi cor. Secundum est, quod bene fortunatus non expedit consiliari. Cuius ratio est, quia bene fortunati habent directorem seu sequuntur instinctū superiorem, qui est melior omni consilio, & intellectu humano. Tertium est, quod ratio multoties ē impeditiua bonæ fortunæ. Cuius ratio est, quia tales sine ratione existētes sunt magis fortunati, & magis sequuntur bonum finem, eo quod magis instinctus diuinos sequuntur.

Quartū est bona fortuna q̃ excedit, & superat prudentiam, & experientiam hominum sapientium. Cuius ratio est, quia tale. s. bene fortunatos suscipere illam diu-

nationem quæ est a diuino instinctu, quæ superat omnem sensum, & omnem intellectū, unde tales melius diuinantur, & uaticinantur de fide quam sequentes, & prudentes. Quintum est, q̃ inter homines aliqui sunt bene fortunati, & aliqui male, eo q̃ bene fortunati sequuntur diuinos instinctus, malè autē fortunati non sequuntur. Sextum est, q̃ vnus, & idem homo uno tempore ē bene fortunatus, & fortunatè agit: alio uero tempore est infortunatus & infortunatè omnia operatur. Septimū est q̃ aliqui sunt bene fortunati statim uel cōfestim a natiuitate; aliqui uero statim a natiuitate sunt male fortunati, quod dupliciter patet scilicet exemplo, & ratione: primo similitudine uel exemplo. sicut. n. a natiuitate aliqui sunt albi uel nigri uel aliqui sunt. oculorum alborum aliqui nigrorum, ita natiuitate aliqui sunt bene fortunati, aliqui male. Secundo patet idē ratione sic: Quod aliqui sūt bene fortunati, uel malè, hoc est uel a prudentia, uel a diuina beneuolentia, uel a natura. Primo non est hoc a prudentia. Cuius ratio est, quia quilibet prudēs habet rationem propter quid operatur, sed bene fortunati nesciunt assignare rationem propter quid operantur, nam si rationē assignare scirēt, non esset fortuna. Secūdo non est a beneuolētia diuina, quia incōueniens est Deū diligere talem, & non optimum, & prudentissimum. Tertio ergo per locum e sufficienti diuisione aliqui sunt bene, uel malè fortunati a natiuitate, uel a natura. Octauū est, q̃ insipientes & simplices cōtingit magis esse fortunatos quā alios, q̃ probat dupliciter. s. ratione, & exēplo. Primo ratione, quia ille est magis fortunatus qui magis sequitur diuinum instinctum, sed simplices amissa ratione, & nō dediti exterioribus agibilibus magis percipiunt, & sequuntur interiores instinctus, & diuinos impetus quam faciunt sapientes, qui rationem sequuntur. Secundo patet hoc idem exemplo. Sicut. n. cæci amissis oculis magis memorantur, & cōtingit uirtuosius, & stabilius esse quod memorantur, sic insipientes amissa ratione, magis sequuntur diuinos instinctus: nam pluribus attentus minor est ad singula sensus. Tertio quod insipientes in eo quod tales sint bene fortunati; & uide-

Fortuna
ri condi
tio.

CAP. V.

deamus bona adipisci patet, quia frequenter videmus, quia ignorantes militando non arte, sed fortuito uincunt: & nescientes artem gubernandi nauem non per scientiam quam habent, sed per fortunam perueniunt ad portum, & simile est de ludo taxillorum, nam ludus taxillorum aliquo modo est causalis, & à fortuna. Vbi sciendum, quod in hoc quod taxillus cadat in hoc puncto magis quam in alio ex triplici causa potest contingere scilicet ex dispositione taxilli, ex situatione eius, ex impulsione. Primò ex dispositione taxilli, Putà si taxillus in vna superficie sit amplior, vel longior quam in alia, vel si propter plumbum, & limitationem habet taxillus aliquam dispositionem in vna parte quam non habet in alia: unde & luso res taxillorum dicere cōsueuerunt aliquos taxillos esse de vno puncto, aliquos de alio, considerantes eos esse sic dispositos ut magis sunt apti cubare in vno puncto quam in alio.

De ludo
taxillo-
rum.

Lactus
quò for-
tuitus.

Secundò hoc contingit ex situatione quam taxillus habet in manu, secundum idest quod taxillus aliter, & aliter situatur in manu sic est aptus, ut cubet in alio, & alio puncto: unde & luso res docti non permittunt, ut ludentes cum eis taxillos aspiciant existentes in manu ne cognoscentes eorum situm facilius projiciant optatum punctum. Tertiò hoc contingit ex impulsione, quia ut magis, & minus, vel ut aliter, & aliter impellitur, taxillus in manu iacet alium, & alium punctum, quare patet, quod ista tria sic concurrant, ut quod sic situatus taxillus in manu: & quod sic sit dispositus: & quod neque plus, neque minus impellitur nisi quantum requirit optatus punctus, sit per accidens, & casu ludi taxillorum. Simile est itaque de casu taxillorum, & de fortuna, quia sicut ex fortuna, est, quod omnia prædicta in ludo concurrant, & veniat ad optatum punctum nisi in ludo adhibeat uersutia uel malicia, sic ex fortuna est, quod omnia hæc concurrant. scilicet quod habeamus imperius, & quod eos percipiamus, & agamus secundum eos secundum quos agendo consequamur bona. Hæc Egidius in scripto quod fecit supra librum de bona fortuna.

AD maiorem tamen euidenciam prædictorum: nota quod fortuna quæ est bonorum exteriorum habet in se sex defectus. Primò defectum impermixtibilitatis, inquantum nullus in hac uita erit in omnibus benè fortunatus quin in aliquo sit malè fortunatus: unde Aug. de hoc rationem assignans super Matth. sermone 29. sic dicit. Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines immiscet, ut alia queratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax. Secundò habet defectum equitatis uel rectitudinis, inquantum homines boni uidentur esse malè fortunati, & homines mali benè: unde Greg. lib. 15. Moral. sic dicit: Præsentis uitæ prosperitas innocentiae testis non est, quia multi ad perennem uitam per flagella redeunt: & plerique ad infinita supplicia perducendi sine flagellis moriuntur. Et iterum Gregor. in quadam Homelia sic dicit: Præsentis uitæ prosperitas aliquando datur, ut ad meliorem uitam prouocet, aliquando, ut in æternum plenius damnet: & ideo nullus debet gaudere de peccatore benè fortunato: unde August. super psal. sic dicit: Nemo gratuletur homini qui prosperat in uita sua: cuius peccatis deest ultor, & adest laudator, maior hæc ira domini est. Irritauit enim dominum peccator ut ista patiatur. i. ut tortionis flagella non patiatur. Tertiò habet defectum ueritatis, multa. n. credimus esse fortuita, quæ non sunt, & ideo diligenter debemus attendere circa fortunam bonam uel malam: unde August. in libro de uerbis domini sic ait: Magnæ uirtutis est cum felicitate luctari, ne alliceat, ne corrumpat, ne ipsa subuertat, felicitas magnæ inquam uirtutis est cum felicitate luctari, magnæ felicitatis est à felicitate non uinci. Quartò habet defectum stabilitatis, nam bona fortuna huius mundi parum durat: unde Innocentius de uilitate conditionis humanæ sic dicit: Sibi tamen cum non suspicatur, infortunium accidit, calamitas irruit, morbus inuadit, mors intercipit quam nullus euadit. Et Boetius de conso-

In feli-
cissimū
est fuis-
se feli-
cem.

latu lib. 2. sic dicit: In omni aduersitate fortunæ infelicitissimū genus infortunij est aliquādo fuisse felicem: quintò habet defectum fidelitatis vel discretionis: nam pagani fortunam cæcam appellant & pingunt, eò q̃ passim in quoslibet incurrens sine vllò examine meritorū & ad bonos & ad malos venit. Et Tullius de amicitia. Fortuna nō medicus ignarus multos excecavit. Non autem ipsa fortuna cæca est sed eos cæcos plerumq; efficit quod complexa est. Et Seneca, Fortuna cum cui multum fauet stultum efficit. Econtrario facit prudens: vnde Seneca: Fortunæ instabilitas prudentis animum nō cōquassat. Nam virtuosus neq; fortuna bona extollitur, quia nullum bonum exterius est quod ipse multum appræcietur, neq; mala fortuna deprimitur: quia de nullo infortunio tantum tristatur q̃ à via deuierat rationis, vt dicit Philo. quartò etichorū de magnanimo. Sextò habet defectū imperfectibilitatis: nam perfectum est cui nihil deest. Nullus autem in hac vita est ita fortunatus cui non desit aliquid, & cui sufficiat id quod habet.

De Fraude.

S V M M A R I V M.

- 1 Reatus fraudis.
- 2 Fraudator vel deceptor in decipiendo vtitur tribus.
- 3 Fraudantes alos iusto iudicio defraudant se ipsos.

C A P. I.



Fraus
semper
est pec-
catum.

R A V S. Circa fraudem nota tria scilicet reatum, motum, periculum. Primò nota reatum seu vitium. Nam fraus semper est peccatum, quod probo dupliciter scilicet ratio-

ne, & auctoritate. Primò ratione sic: Omne quod ad deceptionem alterius ordinatur semper est peccatum sed fraus est huiusmodi, ergo &c. Hæc Bea-

tus Thom. secunda secundæ. q. 55. arti. 5. arg. contra.

Secundo probo hoc idem auctoritate Greg. li. 10. moral. sic dicentis Verba propterea instituta sunt vt non seinuicē homines fallant, sed vt cogitationes suas pferant verbis, vel vt cogitationes suas & conceptiones mentis manifestent verbis, ergo vti verbis ad fallaciam, non ad id ad quod instituta sunt peccatum est.

Tertiò hoc idem probo ex sui origine sic. Fraus ab astutia oritur, & est actus vel operatio eius, sed astutia est peccatum vt statim patebit, ergo fraus quæ est astutiæ executio est peccatum, ibidem arti. 3. in cor. quæst. Vbi sciendum qd licet fraus contra hominem committatur: non tamen contra Deum, ita dicitur Iob. 13 Numquid decipietur Deus vt homo vestris fraudulentij? q. d. Deus qui non est mutabilis & omnia inuenerit non potest decipi vt homo, vt qui non videt interiora, & qui omni modo mutabilis est, vnde Iob. 12. Ipse nouit decipientem & eum q̃ decipitur, quod verbum exponitur tribus modis: primò sic. Ipse nouit decipientem seipsum, idest quare ipse decipere pmittat, & eū qui decipitur, idest quare decipi permittit, quia ex meritis præcedētibz aliquando permittit aliquem decipi vel ad maiorē cautelam vel ad purgationes medici: nam vel ad vindictam: secundò sic. Ipse nouit decipientem scilicet diabolū qui hominē primum tentauit, & decepit, & eum qui decipitur scilicet hominem primū tentatum scilicet quare temptare permisit. Infra Permissio, & infra Temptatio. Tertiò sic. Ipse nouit decipientem: hoc est quibus uitij decipiat, & eum qui decipitur, idest quasi uoluntate insipientia & simplicitate decipiatur.

C A P. II.



E C V N D O circa fraudem nota modum. Qui enim aliquem intendit & uult decipere tria facit. primò decipiēdi cogitat modum: secundò suū cogitatum manifestat per uerbum uel signum: tertiò cogitatum, & uerbū manifestat per factum. ita q̃ cogitatio deceptionis si per astutiam

Quibus
alios de-
cipiens
utatur.

astutiam: manifestatio fraudis sit per verba, executio astutiae sit per facta. Vnde ille qui alterius deceptionem intendit utitur tribus. scilicet astutia, fallacia, fraudulentia. Primo utitur astutia in cogitando vias non veras sed fallaces & simulatas ad aliquem decipiendum, & hoc est semper peccatum. Cuius ratio est, quia si propositum in proposito & oppositum in opposito, sed providentia sit recta ratio agibilium, ideo ipsa ad bonum aliquod consequendum & malum vitandum assumit vias convenientes & veras. Astutia autem oppositum facit quia ad finem aliquem consequendum bonum, vel malum utitur: non viis veris, sed simulatis, & apparentibus. unde astutia semper est peccatum. Hec b. Th. secunda secundae q. 55. art. 4. in cor. q. Sed forte argues contra sic. Consilium semper debet esse de bono, sed astutia consiliatur, ita dicitur prover. 13. Astutus omnia agit cum consilio, ergo &c. Respondeo & dico, quod astutia consiliatur de bono, & de malo, sed viis non veris, sed falsis, ibidem in sol. 3. arg. unde astutia proprie accipitur in malo, abusive autem in bono, ibidem in sol. primi argum. Secundum ille qui alium vult decipere utitur dolo, vel fallacia in loquendo. scilicet ostendendo vera esse quae sunt falsa: & quae vera sunt falsa demonstrando. Quod tribus modis facit. scilicet mente, voce, opere: primo mente cogitando diuersas vias deceptionis: unde psal. Dolos tota die meditabantur. Ecclesiastic. 19. Interiora eius plena sunt dolo, secundo orat voce in psal. Lingua eorum concinnabat dolos. Et Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est: tertio opere: in psal. Dolum facerent in seruos suos: ubi supra ait 4. in solu. 2. arg. Nam dolus est cum aliud simulatur & aliud agitur. Req. infra simulatio, ita quod aliquis decipit alium ore adulando, consulendo, mentiendo, detrahendo, Tertio ille qui vult alium decipere utitur fraudulentia exequendo per facta, ita quod executio per facta astutiae est fraus, ubi supra artic. 5 in corp. q. Hanc autem fraudem prohibet apostolus ad Titum secundo dicens: Non fraudantes sed in omnibus bonam fidem ostendentes q. d. Non solum opere, sed etiam mente non sitis alios fraudantes.

Super quo verbo Hieronymus. in originali dicit, quod non id quod fraudatur sed mens fraudantis attenditur. Et subditur. Sed in omnibus, id est, non solum in uno bono, sed in omnibus bonis ostendentes bonam fidem. i. bonam fidelitatem. Requir. supra. Fidelitas in quattuor capitulis.

CAP. III.

Tertio principaliter circa fraudem nota reatum vel nocumentum.

Nam illi qui fraudes faciunt ex eorum intentione non moliuntur aliquid contra seipsos vel contra animas suas: tamen ex iusto Dei iudicio proueniunt, ut id quod contra alios moliuntur contra eos torqueat secundum illud psal. Incidit in foueam quam fecit. Et in hoc sensu dicitur prover. Moliuntur id est machinantur: meditantur loquuntur & operantur aliorum fraudes contra animas suas. Hec Beat. Th. secunda secundae q. 66 art. 5. in solu. 3. arg. per totum. Tales autem qui moliuntur fraudes aliorum nullum habent profectum, vel lucrum, & multum nocumentum, vel damnum: primo nullum habent lucrum seu profectum, ita dicitur prover. 12. Non inueniet fraudulentus lucrum, quasi dicat: Qui fraudem alijs facit, & per fraudem pecuniam congregat, licet modo sibi videatur lucrari, non tamen in futuro inuenitur lucrum: secundo talis qui fraudat alios inuenit multum damnum. Et primum est, quod talis maius damnum in se patitur propter fraudem. & magis defraudat seipsum quam alium, nam modicum temporale acquirit, & diuitias uirtutum perdit: unde Matth. 16. Quid prodest homini si mundum uinuerit, si lucrum acquirat, animae uero suae detrimentum patiatur? Tales enim sunt similes furiosis qui se lacerant, sicut fecit Saul qui proprio gladio incubuit: unde prover. 26. Qui fodit foueam incidet in eam: quasi dicat: Qui fodit foueam id est qui praestet alijs occasionem peccati: incidet in eam, id est, patietur poenam pro peccato suo: & pro peccato in quod alius, vel alij ceciderunt: unde Petrus Rauennas

Lucrum
animae om-
nibus di-
uitijs. p
fertur.

in quadam epistola sic dicit, Quidam simpliciter viuunt, & in omnibus prosperantur: quidam uersantur in dolis, & eis quæ libet aduersantur.

De Fruitione.

S U M M A R I V M.

1. *A quo descendit fruitio.*
2. *Solo Deo fruendum est.*
3. *Aliquid diligitur, & desideratur tribus modis.*
4. *Fruitio in portat quattuor.*
5. *Fructus spiritus sunt duodecim.*
6. *Proprietas uel similitudo fructus corporalis, & spiritualis.*

C A P. I.



FRUITIO uel fructus Circa fruitionem quattuor cōsiderare debemus, scilicet fructum a quo descendit, obiectum ad quod attendit, subiectum quod perficit, numerum qui congruit.

Primò considerare debemus circa fruitionem fructuum a quo descēdit, nā fruitio deriuatur a fructu. Est autem fructus illud ultimum bonum quod de arbore expectatur, & cum quadam suauitate percipitur. Hoc modo fruitio ad similitudinem fructus est actus uoluntatis, & charitatis, & eius obiectum est ultimus finis, & summum bonum. s. Deus uisus, uel uisio Dei. Hęc b. Tho. prima secundę. q. 11. art. 1. in cor. q. Et ibidem dicit Henricus tractatu de fruitione artic. 1. & 2. Re. infra Fructus. Vbi nota, quòd ad fruitionem quattuor requiruntur. s. Clara uisio. Plena adeptio. Summa delectatio. Perfecta quietatio, primò ad fruitionem requiritur Clara uisio: nam uisio diuinitatis ponitur tota substantia nostre beatitudinis, ita dicitur. Ioh. 17. Hęc est uita eterna &c. Et beatus Aug dicit quod uisio

est tota merces, quare autem hoc sit. Req. infra Visio: secundo requiritur plena adeptio, uel consecutio. Ex uisione autem ipsum uisum receptum in uidente unit sibi uidentem ut fiat quasi quædam mutua penetratio, inhæsiō per amorem uidentis & uisi, iuxta illud quod dicitur prima Io. 4. Qui manet in charitate in Deo manet. tertio requiritur summa delectatio: & hęc sequitur ex tribus. Nam ex notitia, ex præsentia, ex conuenientia infiniti boni sequitur fruitio uel delectatio summa. Hęc beatus Thom. primo scrip. sen. dist. dist. 1. in art. 1. in corp. q. per totum, ita q. fruitio est complacentia uoluntatis in ultimo fine, ut dicit Hieronymus ubi supra ar. 4. in corp. q. in principio: quartò requiritur ad fruitionem perfecta quietatio. Nisi enim uoluntas quietaretur nunquā frueretur, sed delectaretur: unde August. libr. 10. de trinitate cap. 11. sic dicit: Fruimur cognitis in quibus delectata uoluntas cōquiescit: unde fruitione attenditur talis mutatio seu modus: primo enim fruitio præsupponit cognitionem: Nam appetitum uel desiderium boni semper præcedit cognitio boni. Cognitio autem uel uisio succedit fidei. secundo fruitio præsupponit consecutionem, uel adeptionem. Nam illud quod cognoscitur intra cognoscen-tem recipitur & tenetur. Et hęc tenetio s. Dei succedit spei: tertio præsupponit delectationem quæ est complacentia summi boni: & talis delectatio succedit amori, quartò fruitio requirit, uel includit quietationem: nam eo fruimur in quo quiescimus uel quietamur. Ex istis quattuor dantur ab Aug. quattuor diffinitiones de fruitione. Prima ē ex parte cognitionis: unde libro 10. de trinitate sic ait: Fruimur cognitis: Re. supra. Secunda ē ex parte adeptionis: unde ibidem sic dicit: Frui est inhærere alicui rei propter seipsam. Tertia est ex parte delectationis: unde Augustin. in libro de doctrina christiana sic ait: Frequenter dicitur frui cum delectatione uti. Cum enim adest quod diligitur: etiam delectationem gerit: Quarta est, ex parte quietationis: unde August. ibidem. Si uerè inhæseris atque perman- seris fidem in ea ponens lætitiæ tuæ, tunc uerè, & propriè frui dicendus es, quod non est faciendum nisi illa tri-

Fruitionis diffinitio quattuor modis.

Quattuor ad fruitionem requiruntur.

nitare i. in summo, & incommutabili bono. Hæc magister sentent. primo libr. distinct. 1.

CAP. II.

Secundo principaliter circa fruitionem considerandum est obiectum ad quod attendit. Nam sola ueritate prima quæ deus est, fruendum, sic dicit Aug. libr. 2. de libero arbitrio. c. 22. & 23. Quod autem solo Deo propriè, & principaliter sit fruendum probo quattuor rationibus, scilicet ratione finis, bonitatis, felicitatis, societatis.

Primo ratione finis sic. Fruitionis obiectum est ultimus finis, sed talis est Deus, ergo &c. Quod autem fruitio sit respectu ultimi finis probo sic: Fruitio est illius boni quod diligitur propter se, sed tale est ultimus finis, ergo &c. Nam id quod est ordinatum ad finem diligitur propter finem: finis uero diligitur propter seipsum: Vbi nota, quod aliquid diligitur, & desideratur tribus modis. Vno modo non propter se sed propter aliud solum, sicut medicina amara quæ nullo modo propter se, sed propter aliud solum diligitur, quia scilicet est effectiua sanitatis. Alio modo aliquid diligitur propter se, & propter aliud sicut medicina dulcis quæ diligitur propter se, idest propter aliquid quod in se habet scilicet propter dulcedinem: propter aliud scilicet propter sanitatem quam efficit: tertio aliquid diligitur propter se tantum, & propter aliud, sicut sanitas: sic a simili aliquid diligitur propter aliud, & non propter se sicut bona temporalia, & ipsa mala pœnalia: aliquid diligitur propter se, & propter aliud, ut bona spiritualia scilicet uirtutes quæ propter se diliguntur, quia in natura sua habent aliquid mouens ad diligendum scilicet decorem, & honorem, & honestatem, & etiam diliguntur propter aliud in quantum uirtutes ad aliud ordinantur: unde Augustinus libr. 10. de trinitate sic dicit: Vtendum est ergo uirtutibus & propter eas fruendum est summo bono. hoc etiam dicimus de bona uoluntate: Aliquid uero non propter aliud, sed propter seipsum diligitur, sicut Deus. Hæc B. Tho. primo scripto sententia, distinctione 1. de frui-

bilibus, articul. 1. in solutione 3. argum. per totum.

Secundum fruendum est solo Deo ratione bonitatis sic. Obiectum fruitionis est summa bonitas: sed hæc non inuenitur nisi in patre, & filio, & spiritu sancto qui est unus Deus: ergo &c. ibidem art. 2. in cor. q.

Tertio ratione felicitatis sic. Illo fruendum est quod solo beatificamur scilicet talis est Deus unde August. libr. de doctrina Christiana sic dicit: Illo fruendum est, quod propter se diligendum est, & in quo constituitur uita beata: cuius etiam spes hoc tempore consolatur, quia in eo spem ponis ut ad ipsum peruenias: sed talis est Deus ergo &c. Quarto ratione societatis sic: Illo solo fruendum est in quo quietamur, & quod satiamur, sed in solo Deo quiescimus, & solo Deo satiamur, quia animam capacem dei nihil aliud quam Deus replere potest. Nam secundum August. Inquietum est cor nostrum, donec quiescat in Deo. Vbi sciendum, quod mens non quiescit in bono nec satiatur in ipso propter tres causas. Prima est, quia bonum est imperfectum. Secunda est, quia bonum est uel impossibile adipisci, & sic desperatum, uel nimis remotum. Tertia est, quia bonum est sortuitum uel fortunę subiectum: Ergo per oppositum animus uel mens hominis quietatur in bono, & satiatur in ipso triplici ratione.

Prima est propter omnis boni abundantiam contra defectum primum.

Secunda est propter summi boni æternam præsentiam contra secundum.

Tertia est propter omnis mali carentiam, & omnis boni continentiam contra tertium. Hæc tria Deus perfectissime in se habet.

Primo enim Deus est summum bonum omnis mali carens admixtio.

Secundo ipse est bonum æternum, & securum quem non possumus inuita amittere.

Tertio ipse est nobis semper præsens, & bonum intimè nobis coniunctum. Nam Deus intimior est animę nostrę quam sit anima sibi ipsi, ut Augustinus dicit.

Solodeo fruendū

est ratio ne bo-

Humana mēs. Deotantum satiatur.

C A P. III.

Infeli-
cissimū
est fuis-
se felicē

solodeo
fruendū,
cæteris
aut utē-
dum.

AD maiorem tamen euidentiam eo-
rum quæ dicta sunt in c. præcedēti
nota hic sex. Primum est, q̄ quinque frui-
mur diuersis modis: primò. n. fruimur ali-
quo ut beatificante: & sic fruimur solo
Deo: secundo fruimur aliquo ut mouente
vel imperante, & sic fruimur uoluntate:
tertio fruimur aliquo ut perficiente & eli-
ciente præmium: & sic fruimur charitate:
quartò fruimur aliquo ut disponente, &
sic fruimur uirtutibus quæ nos disponūt
ad beatitudinem obtinendā: quinto frui-
mur aliquo ut repræsentante, & cooperā-
te, & sic fruimur homine iusto inquantū
representat Deum p̄ similitudinem gra-
tiæ. Nam: Deus habitat in homine iusto
per gratiam: nō tamen est fruendum ho-
mine peccatore, eò q̄ in eo non est simi-
litudo diuinæ bonitatis per gratiam, nec
hoc modo in eo habitat deus & multo
magis non est fruendum creatura irra-
tionabili, quia non iussit ad hoc simi-
litudo imaginis, uel vestigij, sed similitu-
do gratiæ. Hæc b. Th. primo script. sent.
dist. 1. de fruibilibus, art. 1. in cor. q. & in
sol. 4. argum. per tutum. Secundum est q̄
sicut solo Deo principaliter est fruendū,
ita omnibus alijs præter Deum est uten-
dum. Quod tripliciter probo scilicet ra-
tione, auctoritate, & sufficienti diuisione.
Primo ratione, sic: Illis est utendum quæ
sunt ad finem non ipso fine inquantum
huiusmodi: sed omnia alia a Deo ha-
bent ordinem ad finem ultimum qui est
Deus: ipse autem deus non ordinatur ad
alium finem: ergo omnibus alijs a Deo,
& non Deo est utendum. Et est ratio He-
ruhei in tractatu de uti. art. 2. arg. contra.
Secundo probo hoc idem auctoritate Au-
gustini in lib. de trini. 10. sic dicentis: U-
tendum est hoc mundo non fruendum.
E subdit in omnibus rebus illę tantum
sunt quibus fruendum est quæ æternæ, &
incommutabiles sunt: cæteris autem utē-
dum est, ut ad illarum fruitionem perue-
niatur. Iterum Augustinus ibidem: Ut ue-
ro illo quod in usum uenerit est referre
ad obtinendū idquo fruendū est, alias a-
buti est non uti: nam usus illicitus abusus
vel abusus nominatur. Hæc magister sen-

tentiarum allegat primo libr. dist. prima.
Tertio q̄ omnibus alijs a Deo uel præter
Deum sit utendum probo sufficienti di-
uisione sic: Nam omnia quæ sunt a Deo
uel sunt bona, uel mala pœnalia, uel
criminalia, uel opera nostra bona: primo
enim si hæc quæ sunt in hoc mundo sūt
bona, tunc eis uti debemus. quod probo
primò ex parte diuinæ similitudinis sic:
In tantum aliqua diligere debent, inquan-
tum accedunt ad similitudinem bo-
nitatis diuinæ: sed omnia bona mun-
di inquantum huiusmodi accedunt ad
similitudinem bonitatis diuinæ a qua
causantur, & ad quam ordinantur: ergo
&c. secundo probo hoc idem ex parte di-
uinæ potestatis uel uirtutis sic: Sicut deus
est perfectæ potestatis, & uirtutis, ita est p-
fectæ bonitatis, sed ad perfectionem po-
tentiæ pertinet q̄ nihil habeat esse nisi
productum ab eo ergo ad perfectionem
diuinæ bonitatis pertinet q̄ nihil amet
nisi quod sit ad ipsum. Quæ autem non
a Deo nec habent similitudinem Dei si-
cut sunt peccata: eis non est uten-
dum. Hæc Beatus Thom. 1. script. sent. di-
stinct. 1. de utilibus, art. 1. in cor. q. & in
argum. 2. contra: secundo si ea quæ sunt
in mundo sunt mala pœnalia: tunc eis est
utendum. Nam pœnis huius mundi est u-
tendum, tum quia sunt a Deo, tum quia
sunt ordinandæ in finem uel ad promo-
uendum merita, uel ad purgandum pec-
cata: tertio rebus mundi etiam est uten-
dum uel inquantum conferunt ad Dei
cognitionem ipsius magnitudinem ostē-
dentes: uel inquantum præbent studium
vitam nostram ordinare in Deum: quar-
tò opera nostra quæ mala non sunt, sunt
ab ipso & propter ipsum faciendæ, & refe-
rendæ in Deum non q̄ quamlibet opera-
tionem oporteat semper actualiter refer-
re in Deum, sed sufficit ut habitualiter in
Deo constituat finem suæ uoluntatis, ubi
supra immediatè. art. 1. in cor. q. per to-
tum. Tertium est quod eorum quæ sunt
in mundo quædam pertinet ad usum uo-
luntatis ut operantis: sicut sunt opera no-
stra. Quædam ad usum uoluntatis appro-
bantis, ut cæteræ creaturæ. Quædam
ad usum uoluntatis ut tolerantis sicut
mala pœnæ. Quædam ad usum uo-
luntatis ut detestantis: ut mal a culpæ
ibidem

quō na-
litas uti-
tur om-
nibus.

ibidem. Ita q̄ voluntas vtitur omnibus præter Deum, quod patet. primò enim voluntas vtitur se in quantum ordinat se ad finem scilicet ad diligendum Deum: secundo utitur rationabilibus ad societatem: tertio vtitur irrationabilibus ad necessitatem: quarto bonis proprijs corporalibus ad eleemosynarum largitionem: quinto vtitur omnibus bonis ad gratiarum actionem, sexto omnibus malis ad detestationem & vitiationem. Quartum est quod deus aliter vtitur nobis: & nos aliter vtimur alijs rebus. Nam Deus vtitur nobis non propter suam indigentiam, quia ut in psal. dicitur Bonorum nostrorum non indiges: sed vtitur propter suam bonitatem, vel causandam, vel ostendendam, & propter nostram utilitatem. Nos autem vtimur rebus propter Dei bonitatem, & nostram utilitatem: unde August. in libro de doctrina Christiana, & hoc ponit exemplum dicens: Deus ad ostendendam suam bonitatem, & causandum in nobis vsum nostrum refert. Ille enim miseretur nostri propter suam bonitatem. Ille miseretur nostri propter nostram utilitatem ut se fruamur. Et concludit Augustinus. Ille usus, quo nobis vtitur Deus, non ad eius, sed ad nostram utilitatem refertur: ad eius tantummodo bonitatem, Hæc magister senten. Primo libro id est. 1.

Quintum est, quod cum frui sit complacentia voluntatis in ultimo fine solo illo est fruendum quod est ultimus finis. Finis autem ultimus alterius rei non solum est ipsa res extra, sed etiam effectus rei sicut finis avari non est solum pecunia, sed etiam consecutio pecuniæ. Et finis famelicus est non solum cibus, sed etiam comestio ipsius cibi. Similiter finis ultimus rationalis creaturæ non solum est deus, sed etiam affectio ipsius Dei per operationem quæ est visio unde deus visus siue per visionem habitus est ultimus finis creature intellectualis quod frui debemus. Sextum est, q̄ licet simpliciter, & propriè sit fructum ultimo fine scilicet uno solo Deo per visionem habito & affecto, & etiam ipsa visio in quantum ipsa visio est. quædam affectio Dei: tamen principaliter est fructum Deo. quam ipsa visio. Cuius ratio est, quia ad istam complacentiam habendam quæ frui vel fruitio dicitur principa-

lius movet Deus quàm visio, eòq̄ visio facit nos beatos formaliter: Deus autem facit non beatos effectivè: causa autem effectiva magis est causa quàm causa formalis, cum etiam ipsa causa efficiens sit causa causæ formalis: quod etiam probatur per duo exempla, Primum est de igne. Nam ignis principaliter movet quantum ad caliditatem quam calor quem imprimit aquæ licet non calefacit ignis aquam nisi si mediante calore quem sibi imprimit. Secundum exemplum est de fructu, & affectatione fructus: licet enim dicamur frui fructu, & affectatione fructus, tamen principaliter dicimus frui fructu quàm affectatione eius, eò quod fructus tanquam causa effectiva fruitionis principaliter movet quàm affectio quæ est causa formalis fruitionis. A simili nos fruimur ipso Deo, ipsa visione tamen principaliter fruimur ipso Deo tanquam obiecto mouente, & causante effectivè nostram fruitionem: sed secundario fruimur visione sicut causa formali: quia nos formaliter fruenter facit. Hæc Hericus in tractatu de frui. arti. 3. in corp. quæst. per totum.

CAP. IIII.

TERTIO principaliter circa fruitionem considerandum est subiectum quod perficit, scilicet cui competit frui. Vbi notandum, q̄ quinque sunt quæ fruuntur vel quibus competit frui diversis modis scilicet bruta, peccator, iustus, Beatus, Deus.

Primò enim fruitio importat vel includit cognitionem, & idè cum creaturæ insensibiles non cognoscant non delectantur nec fruuntur. Secundò fruitio importat quandam delectationem in ultimo fine: & quia bruta finem ultimum non apprehendunt, nec finem proximum possunt ordinare in finem ultimum cum careant cognitione cuius est ordinare non propriè fruuntur. Dicuntur autem bruta impropriè frui, in quantum delectantur in fine aliquo apprehenso ab eis, non tamen in ultimo fine simpliciter cum non cognoscant eum ut patet. Tertio fruitio importat delectationem in fine vero: & quia peccator finem verum non habet, eò q̄ ponit

Causa efficiens præstantior causa formati

Fruitio est com placetia uoluntatis in ultimo fine.

Quinque gradus fruentium

verum finem ubi non est, non uere fruitur. Nam peccator existens in peccato mortali non fruitur Deo: sed improprie fruitur illo fine ad quem omnia ordinat.

Quartò fruitio perfecta non est nisi delectatio sit perfecta: delectatio autem perfecta esse non potest ante consecutionem finis: & ideo hō iustus quamdiu est, uiator uerè, & propriè fruitur: non tamen perfectè, eo q̄ ipse fruitur, & delectatur in spe habendi Deum: quod autem sola spe habetur imperfectè habetur: nam delectatio spei est alterius nominis a delectatione rei iam habitæ. Quinto beati q̄ consecuti sunt finem uerè, & propriè, & perfectè fruuntur, eo q̄ ipsi sunt in perfecta, & completa delectatione, & quiete finis iam habitæ. Sexto Deus in infinitum perfectius fruitur quacunq; creatura. Cuius ratio est, quia in omni creatura fruēs & id quò fruitur sunt diuersa in essentia: quod non est in diuina fruitione. Hæc B. Thom. primò scrip. senten. distin. 1. de fruentionibus, art. 1. in corp. quæstion. & in solu. 4. & ultimi argum. per totum. Si autem aliter uis probare qualiter supradictis conueniat frui dicas, q̄ fruitio importat duo, scilicet delectationē, & quietationem. Primò fruitio includit, uel inducit delectationē: & hoc quinque modis. primo modo fruitio dicit delectationem cuiuscūq; naturæ: & sic competit brutis non uere, sed improprie: secundo fruitio dicit delectationem uoluptuosam naturæ rationalis de quacūq; re habitæ: & sic competit peccatoribus: tertio fruitio dat delectationem de summo bono fine perfecta quietatione, eo q̄ non habetur in re, sed in spe: & sic competit iustis: quarto fruitio dicit delectationem cum quiete perfecta, ex consecutione ultimi finis: & sic competit Beatis: quinto fruitio dicit delectationē summam cum quiete perfectissima, & coniūctione summa ad summum bonum: & sic Deus seipso fruitur. Secūdo fruitio importat quietationem. Vbi nota, q̄ aliquis in loco aliquo quiescit triplici ratione, scilicet propter delectationis ignorantiam, uehementiam, affluentiam. Prima ratio quare aliquis quiescit in loco est ppter delectationis ignorantiam, quia nescit alium locū quod tendat: & sic brutum quiescit in delecta-

tionem cibi, quia nescit aliam delectationem ulteriorem: unde largè loquēdo bruta fruuntur, unde Augustinus quæstionū q. 30. sic dicit: Frui qualibet corporis uoluptate non absurde estimantur bestię. Secunda ratio quare aliquis quiescit in loco est, non quia nesciat alium locum, sed propter delectationis uehementiam, quæ retinet eum in illo loco. Sicut quando locus est, deliciosus homo desistit etiā ab itinere incepto: & peccator quiescit in delectatione peccati, non quia nescit aliam delectationē, sed quia ratio absorbet, & tenetur in illa delectatione. Tertia ratio quare aliquis quiescit in loco est propter omnis boni affluentiam: & isti secundum, q̄ diuersimode habent affluentiam boni sic diuersimode fruuntur. Vbi nota, q̄ affluentia omnis boni tribus modis habetur: primò habetur in spe, uel confidentia: sicut habent iusti in uia qui per gratiam quam habent, Deum quodāmodo scilicet in spe habere uidētur: & isti fruuntur spe quadam, & certa expectatione summi boni: secūdo modo habetur affluentia summi boni per præsentiam glorię, sicut habent beati: & isti fruuntur perfectis uiatoribus: tertio affluentia summi boni est, per omnimodam differentiam, uel omnimodam conuenientiam essentię diuinę: & talis affluentia solum est in personis diuinis quæ perfectissime se ipsis fruuntur. Hæc Ambaldus Romanus super primum sen. libr. primo dist. 1. Ad maiorem tamen euidētiā prædictorū nota hic tria: Primum est: q̄ cum fruitio importet quietationem: sicut duplex est quies, ita duplex est fruitio. Est enim quies desiderij, & quies motus: primo enim quies desiderij est, quando desiderium sistit in aliquo propter quod omnia quærit, & non desiderat ulterius, & sic uoluntas iusti in uia quiescit in Deo. secundo quies motus est, quando ad quæsitum terminum peruenitur: & isto quies uoluntatis erit in patria: ita q̄ quies desiderij facit imperfectam fruitionem: quies ueri motus facit perfectā fruitionem. Hæc B. Thom. 1. scrip. senten. dist. 1. fruentionibus, artic. 1. in sol. primi argumen. per totum. Secundum est: quòd beati qui fruuntur Deo aliquo modo egent Deo, & aliquo modo non. Vbi nota, quòd egere & indi-

gere

Quies
& fruitio
duplex.

Viator
nō fruitur
proprie.

gere Deo potest intelligi duobus modis. Primò aliquid eget aliquo sicut eo à quo depēdet esse suum: & sic omnia egēt Deo vnde Greg. Omnia in nihilum tenderēt, nisi ea manus conditoris teneret, vel eo n seruaret. Secūdo modo aliquis eget altero quod nondum habet: & sic beati non egent Deo, vbi supra immediatè art. 1. in sol. 6. argu. Tertium est, qd si intelligatur diuersitas essentiae inter id quod fruitur, vel inter illum qui fruitur, & id quo fruitur, tunc sola creatura fruitur Deo, & nō Deus seipso. Si verò intelligatur identitas essentiae inter illū, qui fruitur, & id quo fruitur: tūc Deus seipso perfectissimè fruitur: vnde Gregorius super illud Iob 40. Esto gloriosus: sic dicit: Ipse gloriosus est: qui dum seipso fruitur accedentis laudis indigens non est, vbi sup. immediatè in sol. vltimi argum.

C A P. V.

QUARTO & vltimò principaliter circa fruitionem considerare debemus numerum, qui congruit vel qui sufficit. Nam fructus spiritus conuenienter ab Apostolo numerantur ad Gala. 5. vbi sic dicitur: Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, fides, bonitas, benignitas, mansuetudo, modestia, continentia, castitas. Ratio autē numeri est ista, quia sicut fructus sensibilis, vel corporalis dicitur esse illud quod procedit ex aliquo principio sicut ex semine, vel radice: sic hominis operatio quæ procedit ab homine nō secundum virtutem hominis, sed secūdū altiorē virtutē, quæ est virtus spiritus sancti dicitur esse fructus spiritus. Et sic vt fructus corporalis procedit ab arbore ea intentione, & fine, vt quis eo fruatur vel eum delectatione vescatur ita isti fructus, i. actus nostri procedunt à spiritu sancto vt mens hominis benè ordinetur. Ordinatur enim benè mēs hominis quattuor modis. Vno modo in seipsa: secūdo modo ad id quod est supra: tertio modo ad ea, q̄ sunt iuxta: quarto mō ad ea, quæ sunt infra. Primò ordinatur mens hominis in se ipsa. Tunc. n. mens hominis benè disponitur in seipsa qñ, & in bonis, & in malis benè se habet. Primò. n. mēs hominis be-

nè se habet in bonis per charitatem, gaudiū, & pacem. Primò per charitatem. Nā prim dispositio mētis humanæ ad bonū est per charitatem, cō q̄ charitas est prima affectio, & radix omnium affectionū animæ: vnde primus fructus spiritus ponitur charitas, in qua spiritus sanctus sicut in propria similitudine datur: cum Et spiritus sanctus sit amor: vnde ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa ē in cordibus nostris per spiritum sanctum. Secūdo mēs hominis benè se habet in bonis per gaudiū: nā sequela charitatis est gaudium inquantū ad amorem charitatis sequitur gaudium quod patet, quia omnis amās gaudet ex cōsecutione boni amati: & ideo post charitatem secūsus fructus ponitur gaudiū, quia nō gaudet de bono, qui non diligit bonum. Tertiò mēs hominis est bene ordinata, & bene se habet in bonis per pacem. Non enim habet aliquis pacem cū aliquo nisi eum diligit, & de eo gaudeat. Vnde pax est pfectio gaudiij quò ad duo. Primò, quia per pacem mens à nullo malo perturbatur: & hoc est necessariū, quia nullus potest de bono amato gaudere, q̄ in eius fruitione ab alijs perturbatur: secūdo, quia per pacem mens in bono quietatur: & hoc est etiā necessarium, quia nullus potest perfectè de bono amato gaudere cuius cor in bono non quietatur, puta cum nū sufficit sibi bonum quod habet. Secūdo mens hominis benè disponitur, & bene se habet in malis quantū ad duo. Primò si non turbatur in toleratione presentium malorum: & hoc facit quartus fructus spiritus. s. patientia. Secūdo si nō turbatur in dilatione bonorum, & hoc facit quintus fructus. s. longanimitas. Nam carere bono habet rationem mali: unde si mens bonum non habet, sed expectat, & in expectatione non perturbatur tunc ē bene disposita, & ordinata. Secūdo mēs hominis est bene disposita qñ bene ordinatur ad id quod est supra se: & sic ponitur sextus fructus. s. fides. Nā fides qua in Deū creditur est qua hō bene ordinatur ad id quod est supra se. s. ad Deū, ut. s. hō p fidē intellectum suum Deo subijciat, & omnia quæ sunt eius. Tertiò mens hominis bene disponitur ad id quod est iuxta se scilicet ad proximū per quattuor. Primò per bonam affectionē. Nā ille est bene ordi-

Pax est
pfectio
gaudiij.

CAP. VI.

natus ad proximum qui habet bonam voluntatem ad eum, vt. s. proximo bene velit: & hoc facit septimus fructus bonitas, quæ est dulcedo animi erga proximum, ut dicit Glo. Secundò per largitionem. Nā ille est bene erga proximum ordinatus qui nō solum bene uult ei, sed et bene facit: & hoc facit octauus fructus. s. benignitas. i. bona igneitas: nam benignus est ille quæ bonus amor igniuit, & accendit ad benefaciendū alteri. Tertiò per æquanimi-
 tem: Nā ille est bene ordinatus, qui mala sibi illata à proximis æquanimiter tolerat: quod fit duob. modis. Primò ne per iram proximo noceamus facto: & hoc facit mā suctudo. Secundò ne per iram noceamus fraude uel dolo, & hoc facit fides si pro fidelitate sumatur. Quartò mēs hoīs est bene disposita, & ordinata ad id qd̄ est infra se per tria. Primò quando exterius in oībus dictis, & factis seruat modū: & hoc facit decimus fructus spūs. s. modestia. Secūdo si ab illicitis se abstinere, & refrenat appetitū: & hoc facit undecimus fructus, scilicet cōtinentia. Tertiò si in rebus licitis seruat vsum, & modū rectum, & hoc facit duodecimus fructus. s. castitas. Nā cōtinentia est, quæ a licitis abstinet, castitas verò quæ rectē vitur licitis: ut dicit Gl. ad Gala. 5. super prædicta verba. Hæc B. Th. 1. 2. q. 70. art. 3. in cor. q. per totum. Ad cuius euidentiam est sciendū, qd̄ charitas inter fructus spiritus debet tenere primatū, eò qd̄ ipsa est caput, & forma omnium: & sine charitate nulla uirtus prodesse pōt: quod pater discurrendò per oēs. Primò. n. non bene gaudet, qui nō diligit bonum. Secundò non habet pacē ueram cum aliquo nisi diligat eum. Tertiò non est lōganimis in perseveranter expectando nisi ferueat in diligendo. Quartò non est benignus nisi diligat, vel nisi sit bono amore ignitus. Quintò non est bonus nisi diligendo. Sextò non est fidelis nisi cū fide per dilectionem operetur. Septimò nō est mā suctus cui dilectio nō moderetur, uel qui per dilectionem non est tractabilis. Octauò non continet se quis ab eo unde turbatur nisi diligat, unde honestatur. Merito ergo charitatem sic sepe commēdat, quæ non potest haberi sine ceteris quibus homo bonus efficitur quo ad illa quattuor supradicta. Hæc in glo. ibidem.

Caritas:
 iter 12.
 fructus
 princi
 patū te
 met.

Fructus. Ad maiorem tamen euidentiam prædictorum nota, qd̄ fructus in sui ratione includit tria. Primò enim fructus ab arbore producitur: secūdo productus in fine percipitur: tertiò gustus dulcedine reficitur. Primò fructus est, qui ab arbore producitur, & spūaliter fructus, i. actus hominis est, qui ab homine efficitur. Vbi nota duo. Primū est, qd̄ actus, uel operatio aliqua duobus modis procedit ab hoīe. Vno modo secundum facultatē rationis suæ, & operatio talis dicitur esse fructus rationis, uel intellectus. Alio modo operatio procedit ab homine secūdu altiore uirtutem quæ est uirtus spiritus sancti, & sic talis operatio dicitur esse fructus spiritus. Hæc B. Tho. 1. 2. q. 70. art. 1. in corp. q. Secundum est qd̄ operatio nostra quo ad efficaciam meriti uitæ æternæ duob. modis potest considerari. Vno modo secundum, qd̄ operatio nostra procedit à libero arbitrio, & sic non pōt de condigno mereri uitam æternam ppter maximam inæqualitatem meriti, & premij: tamen ibi est quædam æqualitas congruitatis, eo quod congruum uidetur esse homini operanti secundum suam uirtutem Deus recompenset secundum excellentiam uirtutis suæ. Alio modo potest considerari operatio nostra prout procedit ex gratia spiritus sancti mouentis ad operandum, & sic operatio nostra meretur de condigno uitam æternam. Cuius ratio est, quia ualor meriti attenditur secundum uirtutem spiritus sancti mouentis nos ad uitam æternam, iuxta illud quod dicitur Iohan. 4. Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, ubi sup. quæst. 114. art. 3. in cor. quæst. in fine. Secundò principaliter fructus in fine recipitur: non enim oē quod homo ab arbore percipit habet rationem fructus, sed quod est ultimum: uerbi gratia: Homo habet agrum, arborem, & florem; quæ non dicuntur nec sunt fructus: sed solum illud dicitur esse fructus quod scilicet ex agro, & arbore homo intendit habere. A simili fructus hominis dicitur ultimus finis hoīs quo homo frui debet ubi sup. 70. articu. 1. in corp. q. Vbi nota,

Opera
 tio du
 pliciter
 ab hoīe
 procedit.

Et quo
 ad effi
 ciam
 meriti
 confide
 ratur et
 duobus
 modis.

quod cum fructus habeat quodammodo rationem ultimi finis opera nostra possunt dici fructus, & flores: nam sicut fructus est effectus arboris, sic opera nostra in quantum sunt effectus spiritus sancti in nobis operantis possunt dici fructus: in quantum vero opera nostra ordinantur ad finem uite æternæ sic opera nostra possunt dici flores, ut dicitur Eccl. 24. Flores mei fructus honoris, & honestatis, ubi sup. immediate art. 1. in solu. primi argu. Tertio principaliter ex fructu gustus reficitur dulcedine: nam fructus dicitur esse non solum illud quod est ultimum arboris, sed illud quod cum suauitate percipitur. Vbi nota duo. Primum est, qd fructus arboris. i. operatio hominis prout est conueniens operanti delectationem habet, ibidem in corpo. q. Secundum est, quod sicut illud quod procedit ab arbore secundum naturam arboris dicitur fructus, illud autem quod procedit contra naturam arboris non dicitur fructus eius, sed corruptio quædam, sic opera uirtutum, quæ sunt consona rationi dicuntur fructus. Opera uero uitiorum, quæ sunt contraria rationi qualia sunt opera carnis, non dicuntur fructus, sed corruptiones quædam, ubi sup. q. 70. art. 4. in solu. primi arg. Nota etiam hic quod cum fructus à uescendo dicatur hoc quattuor modis distinguitur. Primo. n. sunt quidam fructus quorum medulla comeditur, & cortex eijcit, ut castanæ, & nuges: & isti sunt pœnitentes. Secundo quidam fructus sunt quorum cortex comeditur, & medulla eijcitur, ut sunt pruna, & dattuli: isti sunt hypocritæ. Tertio quidam fructus sunt quorum totum scilicet cortex, & medulla comeditur, ut ficus, & isti sunt martyres quorum medullæ, scilicet animæ glorificantur in cœlis, & cortex scilicet corpora, uel reliquæ uenerantur in terris.

Quarto quidam fructus sunt quorum nec cortex nec medulla comeditur: sicut glandes, quæ sunt cib. porcorum, & isti sunt usurarij.

De Furto.

S V M M A R I V M.

- 1 Quattuor sunt de ratione furti.
- 2 Furtum est peccatum, & mortale.
- 3 Rapina est peccatum furto grauius.
- 4 Licitum est alienum accipere in casu extremæ necessitatis.
- 5 Licitum est accipere alienum, in casu pietatis.
- 6 Licet alienum accipere in casu praedationis.
- 7 De inuentione rei.
- 8 Furtum committitur in quinque casibus.

C A P. I.



V R T V M. Circa furti consideranda sunt quattuor scilicet ratio specificans deformans, aggrauans excusans.

Primo consideranda est ratio integras, uel specificans: nam quattuor sunt de ratione, & integritate furti scilicet iniustitia, possessio, uel substantia aliena, uolentia, ignorantia.

Primo enim ad rationem furti pertinet iniustitia. Sicut enim iustitia tribuit unicuique quod suum est, ita furtum usurpat, & accipit alienum. Secundo de ratione furti est possessio aliena: nam furto committitur, qd sit circa rem possessam. Si quis. n. accipiat quod est alterius non quasi possessio, sed quasi pars sicut si amputet membrum: uel sicut persona coniuncta, ut si auferat filiam, uel uxorem non habet propriam rationem furti: & per hoc furtum distinguitur à peccatis, quæ sunt contra personam sicut ab homicidio, uel adulterio.

Differē
tia fru-
ctuū cō
mestibi-
lium.

Aliena
posse-
sio de
rōne
furti.

rio. Tertio de ratione furti est ignorātia: nam propria ratio furti est occulta acceptio rei alienæ eo cuius est ignorante. Quartò de ratione furti est violentia. Nā furtum ideo est peccatum quia est acceptio inuoluntaria ex parte eius cui aliquid subtrahitur. Ex his quattuor furtum sic diffinitur. Furtum propriè est contrectatio, vel acceptio rei alienæ ignorante domino contra suam voluntatem. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 66. artic. 3. in corp. q. per totum.

Inuolū-
tarium
trib. mo-
dis.

Ad maiorem tamen euidētiā prædictorum, & propter solutiones argumentorum nota hic septem. Primum est, q̄ inuoluntarium potest accipi tribus modis. Primo dicitur inuoluntarium per ignorātiā, & tale constituit furtum: nam furtum, ut patet supra est acceptio rei alienæ domino ignorante cuius est, & nolente. Secundo dicitur inuoluntarium per uolētiā, & tale constituit rapinam: nam rapina est contrectatio rei alienæ sciente domino cuius est contra eius uoluntatē, ubi supra art. 4. in corp. q. per totū. Tertio vero modo dī inuoluntarium secundum quid, & simpliciter: & isto modo usura ē contrectatio rei alienæ contra eius uolūtatem, sed non contra omnimodā uoluntatem: nam usura datur uolente domino uoluntate conditionali non absoluta. Absolutē. n. qui dat usuras uellet gratis sibi mutuum exhiberi, sed antequam non exhibeatur sibi uult dare: unde invito domino uoluntate absoluta semper recipitur usura. Secundum est, q̄ in alijs generibus peccatorum nō attenditur ratio peccati ex aliquo uoluntario, sed attenditur in peccatis oppositis iustitiæ: & ideo ubi occurrit diuersa ratio inuolūtarij ibi est diuersa species peccati, sicut in furto, & in rapina, ubi supra arti. 4. in sol. 1. argu. Tertium est, q̄ occultū, & manifestū in alijs generib. peccatorū non faciunt peccata differre specie, in peccatis autem oppositis iustitiæ sic, ut patet in furto, & rapina, ibidem art. 4. in sol. 1. argu. Quartū est, q̄ occultatio quando est causa peccati, putā cum quis utitur occultatione ad peccandū. sicut accidit in fraude, uel dolo, & hoc mō non diminuit peccatū, sed cōstituit speciem peccati. & ita est in furto. Aliquando uero occultatio peccati est

circumstantia peccati: & sic diminuit peccatum, tum quia est signum uerecundiæ, tum quia tollit scandalum. ibidem art. 3. in sol. primi arg. Quintum est, quòd licet furtum, & rapina ordinentur ad eundem finem remotum. s. ut fur, uel raptor intendant unum finem. s. ad habendū aliena, differūt tamē in fine propinquo. s. in modo habendi, quia fur intendit habere aliena per astutiam: raptor uerò uult obtinere per propriam potestatem, ibidem art. 4. in sol. 2. arg. Sextum est, quòd sicut iniusta acceptio rei alienæ habet rationē furti, ita etiam iniusta detentio, ibidem art. 3. in sol. 2. argu. Septimum est, q̄ fur est ille, qui occultē rem suam accipit quam apud alium deposuit: & etiam ille, qui occultē accipit rem, quæ est ab eo iniustē ablata. Cuius ratio est, quia nihil p̄hibet id qd̄ est simpliciter unius esse, alterius s̄m quid: sicut res deposita est simpliciter res deponentis: sed quantū ad custodiam est eius apud quem deponitur: & id quod est per rapinam ablatum est rapiantis non simpliciter sed quantum ad detentionem, ibidem art. 3. in solu. 3. argu. per totum.

C A P. II.

Secundo principaliter circa furtū consideranda est ratio deformans seu inculpans. Nam furtum, & est peccatum, & est mortale peccatum. Primò quidem furtum est peccatum. Hoc autem p̄bo duplici ratione. s. iniustitiæ, & fraudulentie. Primo ratione iniustitiæ sic: Qui alteri iniustitiam facit peccat: sed furtum est iniusta acceptio rei alienæ, ergo &c. Secundo ratione fraudulentie sic: Qui dolo, uel fraude, & quasi insidiosē rem alienam sibi usurpat, peccat: sed furtum est huiusmodi, ergo &c. 2. 2. q. 66. art. 5. in corp. q. per totum. Vbi nota, quòd ille, qui furtim accipit rem suam apud alium depositam manifestum est, q̄ peccat, eo q̄ aggrauat depositarium, quia tenetur ad restitutionem, uel ad ostēdendū se esse innoxium: Qui uero occultē, & furtiuē accipit rem suam apud aliū iniustē detentam peccat, non quia grauet eum, qui detinet, & ideo non tenetur

ad restituendum, vel ad recompensandū, sed peccat contra cōem iustitiam dum ipse sibi usurpat suę rei iudicium iuris ordine prætermisso: & ideo tenetur Deo satisfacere, & dare operam, vt scandalum proximorum (si inde exortum fuerit) sedetur, ubi sup. immediatē in solu. 3. argu. per totum. Secūdo furtum est peccatum mortale. Hoc autem probo triplici ratione, scilicet contrarietatis, charitatis, penalitatis: primò ratione contrarietatis, sic: Illud quod contrariatur diuino præcepto est peccatum mortale, sed furtum est huiusmodi, ita dicitur Exodi 20. & Leui. 19. & Deuter. 5. Non facies furtum, ubi dicit Augus. q. nomine furti designatur omnis alienę rei usurpatio qua læditur proximus. Vbi autem non læditur proximus videtur furtum esse permissum, ut Augus. dicit, vt verbi gratia: Si quis furetur gladium alicuius uolentis alium interficere, ut nō gladium sibi appropriet: sed ut malum impediatur. Nota etiam q. est triplex furtum: primum est rei possessę de quo pater sup. secundum est famę: unde biliguus cum fure iungitur: Eccl. 5. super fure confusio: tertiū est uerborum de quo Hierem. 23. Ecce ego ad Prophetas qui furantur uerba mea unusquisq. à proximo suo, & quodlibet istorum trium est peccatum mortale: secundò est furtum peccatū mortale ratione charitatis sic: Qui facit contra charitatem secundū quam est spiritalis uita animę mortaliter peccat, sed furtum, uel fur est huiusmodi: quod pater, quia per furtum homo infert nocumentum proximo in rebus suis: & ideo maximè facit contra charitatē Dei, & proximi ad quam pertinet, ut proximo bonū uelimus, & operemur, ergo &c. tertiò est peccatū mortale ratione penalitatis sic: Nullus secundum diuinum iudiciū ater-
Furtum triplex.
 nali, sed aliquis eternaliter damnatur p. furto, secundū illud Zacharię 5. Hęc est maledictio quę egredietur super faciē omnis terrę, quia omnis fur iudicabit, ergo &c. secunda secundę q. 56. art. 6. in cor. q. per totum & argu. contra. Ad maiorem tamē euidentiā prædictorum nota hic quatuor. Primum est, q. secundū iudiciū humanū dicij dist. non pro quolibet peccato mortali infligi ferētia, tur pœna mortis: sed secundū diuinum

iudicium sic, & sic est de furto, ibidem in fo. 2. arg. Secundum est, q. furtum cum sit peccatum mortale dicitur tamen nō esse grandis culpę: ita dicitur Prouer. 6. Non grādis culpę est cum quis furatus fuerit qui autem adulteratus est perdet animā suam. Nam furtum dicitur esse nō grādis culpę in comparatione ad adulterium: & hoc propter sex causas. Prima est, quia p. adulterium uiolatur thorus alterius: non autem per furtū. Secūda est, quia ex adulterio sæpe prouenit exhæredatio propriorum hæredum. Tertia est, quia ex adulterio magis offenditur proximus. Quarta est, quia furtū potest restitui adulterium uero non. Quinta est, quia adulterium fit ex sola libidine: furtū uerò sæpe fit ex necessitate: unde sequitur in auctoritate præmissa. Furatur enim ut esuriētem repleat animam suam, uel suorum. Sexta est, quia adulterium dicitur grauius peccatū furto in comparatione ad reatum: nam furtum non ubique, & semper punitur morte: adulterium uerò semper punitur morte: unde sequit. Qui furatus fuerit deprehensus quoq. reddet septuplum, qui autē adulter est perdet aīam suam. i. uitam corporalem, ubi sup. art. 6. in solu. primi arg. per totum. Tertium est, q. furari minima quandoq. non est peccatū mortale quandoq. uero sic. Nam si quis furtiue res minimas alterius accipiat, putā unū acum, & unam pennam potest excusari duobus modis: primo quia ille à quo accipiūtur talia minima non reputat sibi nocumentū inferri, (eo q. minimū accipitur quasi nihil: secundò ille qui accipit potest præsumere hoc non esse contra uoluntatem eius cuius est res. Si. n. talis minima accipiens habeat animū sumendi, & inferendi nocumentū proximo, etiam in talibus minimis potest esse peccatū mortale: sicut in solo cogitatu per consensum, ibidem art. 6. in solu. 3. argu. per totum.

Quartum est, q. furtum interpretatiuum potest fieri quatuor modis, & quolibet modo est peccatum mortale, scilicet detinendo, expendendo, appropriando, emendo, uel uendendo.

Primo furtum committitur detinēdo. Nam diuites qui bona superflue, & ultra sumptus necessarias attinent cum sciant, & uideant pauperes, nec eis,

Furtum interpretatiuum

in extrema necessitate subueniunt rapinā committunt: vnde Ambrosius. Nemo dicat proprium quod cōmune est plus quā sufficit ad sumptus violēter obtētum est, tamen salua semper necessitate secūdum statum personæ: plura enim sunt necessaria regi quā comiti, & comiti quā militi. Secundo modo furtū committitur expendendo: Sicut clerici, qui patrimoniū crucifixi pauperibus debitum, in illicitos vsus, scilicet pompis secularibus comestationibus, & huiusmodi expendunt, fures sunt, & raptores: vnde Bern. Clama nt nudi, clamant famelici, & conquærantur, & dicunt. Dicite pētīfices, nunquid aurum in freno expellit frigus aut famem? in freno quid facit aurum: nostrū est quicquid expenditis a nobis extrahitur crudeliter quod consumitis inaniter. Et iterū Bern. scribens ad quendam canonicum sic ait: Sic conceditur tibi si altario deseruias, ut de altario viuas: non tamē q̄ emas frena de argētata, grisea, variaque pellicea. Et subdit: Quicquid præter necessariū victū, & vestitum ecclesiæ ornatū de altario tenes, tuum non est, rapina est, sacrilegium est. Si autem bona in necessarijs expendunt, & tamen ecclesiæ non deseruiūt, ēt fures sunt, & raptores. Quod patet tali exemplo. Si enim agricolæ daretur pecunia, vt in agro laboraret, & ipse acciperet pecuniam non tamen laboraret: nonne esset fur, & raptor. Simile est de istis. Ad hoc enim clericis beneficia impendūtur vt laborent in ecclesia Dei, si igitur nō laborant non debent habere. Qui enim nō laborat non manducet: vnde qui non feruiunt ecclesiæ, & accipiūt bona ecclesiæ, sunt sacrilegi, raptores, & fures. Clerici vero qui bona ecclesia dant consanguineis suis, aut dant eis, quia sunt indigentes, & tales benè faciunt: nā ordo charitatis exigit præcipuè bene facere pauperibus consanguineis: vnde Apost. prima ad Thi. 5. Siquis suorum, & maximè domesticorū curam nō habet, fidem negauit, & est infidelis deterior &c. Qui autē dant suis consanguineis, ut ditentur, & ut datores per eos ingenui videantur de rebus pauperū rapina est, & ad restitutionem ecclesiæ tenentur, & obligantur, quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Tertiō modo furtum committitur appro-

priando. Qui enim sibi appropriat quod est ecclesiæ alienam rem contrectat, & furtum committit. Vnde Hiero. ad Damasum Papam dicit sic: Quicquid habent clerici pauperum est, & domus illorum omnibus debent esse communes susceptio ni peregrinorum. Quarto modo committitur furtum uendendo, & emēdo, ut in simonia: ubi sunt duo, scilicet vendere, & emere. Primò enim quantum ad uenditionem rei spiritualis, quæ est diuina cōmittitur iniuria contra Deum, & est peccatum contra diuinum cultum. Secundò quātum ad receptionem pecuniæ, vel rei temporalis, quæ non potest possideri iustè committitur iniuria contra proximū, & ad restitutionem tenetur, non tamen ei à quo accepit: & sic simonia est furtum: unde August. ad Macedonium: Omne quod malè possidetur alienum est. Req. infra simonia.

Bona clericorum bona pauperum.

Furtum peccatū communiū at rapina grauius

C A P. III.

Tertio principaliter circa furtum consideranda est ratio aggrauans, licet enim furtum sit peccatum mortale, ut patet cap. præcedenti tamen rapina est grauius peccatū quā sit furtum. Hoc autē probo triplici ratione. scilicet ratione inuoluntarij dāni, supplicij. Primò ratione inuoluntarij sic: Tantò aliquod peccatum est grauius quantò est magis inuoluntarium ex parte eius cui aliquid aufertur, sed magis est aliquid inuoluntarium per uolentiā quam per ignorantiam, eò q̄ uolētia directius opponitur uoluntario quā ignorantia. Cū ergo magis sit de inuoluntario in rapina, quā in furto, ut patet primo cap. ergo &c. Scdò est grauius peccatum rapina quā furtum rōne damni sic: Quātò maius damnū seu maius nocumentū infertur alicui tātò peccatū est grauius, sed per rapinā infertur maius damnū alteri: Cuius rō est, quia per furtū infertur nocumentum alteri in re possessa: per rapinā aut non solū infertur nocumentum in rebus, sed et in personis, eò q̄ rapina vergit in personę ignominiam uel iniuriā. Vbi nota, q̄ licet plurib. possit noceri per furtū quā per rapinā, tamen grauiora nocu-

menta possunt inferre per rapinam quā per furtum. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 66. art. 9. in cor. q. per totū, in sol. 3. arg. Tertio ratione supplicij sic: Illud est grauius peccatum quod grauius punitur, sed secundum leges grauius punitur rapina quam furtum, ergo &c. Si autem aliter vis formare rationem dicas sic: Illud est grauius peccatum ꝑ quo maior, uel grauior pœna infligitur, sed rapinæ maior infligitur pœna. s. pœna mortis: pro furto autem non semper infertur pœna mortis nisi fortiè aggrauetur per aliquam deformitatē sicut patet de quattuor speciebus, uel modis furti. s. in sacrilegio, peculatu, abigatu, plagio, primò in sacrilegio qd' est furtum rei sacræ: secundo in peculatu quod est furtum rei publicæ, uel communis, tertio in abigatu quod est furtū gregis, quartò in plagio quod est furtū hominis pro quo quis morte punitur, ut patet Exod. 21. vbi sup. q. 66. art. 6. in sol. 2. arg. per totū. Quod autē maior pœna infertur rapinæ quam furto temporaliter, & æternaliter ostendit B. Augu. in sermone dominicæ quartæ quadragesimæ: Si pœnale est clanculo auferre, multo maioris pœnæ est uiolenter eripere. Et iterum Augu. de uerbis domini. c. secundo ita dicit: Si in ignem mittitur qui non dederit rē propriam: vbi putas mittendus est qui inuasit aliena. Si cum diabolo ardere habet qui nudum uestiuit, ubi putas arsurus est, qui uestitum spoliauit. Et subdit. Nemo desperet: non nocent mala præterita si non placent. Et iterum Rabanus super illud Matth. 25. Esuriui &c. Quid recipiet qui aliena tulerit, si semper ardebit, qui sua non dedit. Et iterū fulgentius tractās illud Matth. 3. Omnis arbor &c. Si sterilitas in ignē mittitur rapacitas quid mereatur, aut quid recipiet, qui alienū tulerit, si semper ardebit qui de suo non dedit. Et si iudiciū sine misericordia fiet, & qui nō fecerit misericordiam, quale iudiciū erit illi, qui fecerit, & rapinā. Vnde Cassio. li. 5. epistolarū sic dicit: Pro pauperib. non dare tulisse est. Vnde & meritò, & magis punitur esurientib. subuenire, & benè pascit pudeat illis in quib. iubemur auferre: ultra omnes credulitates est diuitē uelle fieri de exiguitate mendici. Amentur honesta lucra horreantur damnosa compē-

dia, nullus audeat idem tollere, quòd debet collecta despergere: reddendo perdit: qui retinendo colligit, & paupertatē potius ad se trahit si exigentium pecunias non repellit.

C A P. IIIL.

Quarto principaliter circa furtum cōsiderāda est ratio excusans. Nam acceptor rei alienæ siue occultæ siue manifestæ excusatur à peccato furti, uel rapinæ in quattuor casibus. s. in casu necessitatis, pietatis, prædationis, inuentionis. Primò in casu necessitatis. Sicut cum quis furatur cibum, aut potum, uel uestitum cōpulsus necessitate famis, uel sitis, uel frigoris, talis non peccat nec furtum, uel rapinam cōmittit. Vbi nota, quòd necessitas aut est læuis, & alio modo releuabilis quā furando, & tunc talis non excusatur à furto. Si vero necessitas sit vehemēs, & adeo urgens, quòd talis credat nō posse euadere mortem, & talis necessitas non sit alio modo reuelabilis, tunc excusatur à furto, & talis acceptio secundum rei ueritatem non est furtum.

Hoc autem tripliciter probō. s. auctoritate, similitudine, & ratione. Primo auctoritate Matth. 12. ubi dicitur, quòd discipuli necessitate famis spicas colligentes excusabantur à Domino. Secundo probō idem similitudine, uel exemplo. Dauid qui necessitate famis comedit panes propositionis.

Tertio ratione quæ est, quòd in tali necessitate omnia sunt communia.

Ad maiorem tamen euidētiam prædictorum nota hic quattuor. Primum est, quòd ille, qui alteri in extrema necessitate non subuenit, non tenet proprium, sed rapit alienū, & moraliter peccat tāquam raptor, & homicida: vnde Ambro. dicit, & habetur in decre. dist. 47. sicut hi. Esuriētū panis est quem tu detines, nudorum indumentum est quod tu recludis, miserorū redemptio, & absolutio est pecunia quā tu in terram fodis. Hæc B. Tho. sc. cunda secundæ: q. 66. art. 7. in corp. q. Secundum est, quòd quia multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex ea-

Qu fur
& raptor ex
causatur.

dem re omnibus subueniri, committitur arbitrio uniuscuiusque dispensatio rerū propriarum, ut ex eis subueniat maiorem necessitatem facientibus, ibidem. Tertiū est, quod illud quod est secundum se malum non potest propter aliquem bonum finem bonum vel benè fieri: uti autem re aliena occultè, vel manifestè accepta in casu necessitatis non est secundum se malum nec habet rationem furti, vel rapinę proprię loquendo, quia per talem necessitatem efficitur suum illud quod aliquis accepit ad sustentandum propriam vitam ne pœnitentialiter periculum mortis incurrat, ibidem in sol. 2. argum. per totum. Quartum est, quod li cēt decretalis lib. 5. de furtis ex pœnitentiali Isidori imponat pœnitentiam trium ebdomadarum: si quis furatus fuerit cibaria, vestem uel pecus, hæc decretalis non facit, quod in tali necessitate accipere occultè vel manifestè sit peccatum furti, uel rapinæ, sed imponit pœnitentiam decretalis propter ambiguum, & ne aliquis sit pronus ad furtum. Vel dicendum, quod decretalis illa loquitur in casu in quo non est vrgens necessitas, ibidem art. 7. in solu. primi argum.

CAP. V.

Secundo accipere alienum occultè, vel manifestè est licitum in casu pietatis, ut cum mulier furatur viro sue pecuniam, uel aliquid aliud ut inde faciat eleemosynam existēti in extrema necessitate, non peccat nec est rapina, uel furtum, immo est necessarium ad salutē. Req. sup. Eleemosyna in quibus casibus potest mulier facere eleemosinā sine consensu uel scitu viro. Sed fortè argues in contrarium sic: Homo debet diligere proximum sicut seipsum: sed non licet alicui ad subueniendum proprię necessitati furari: ergo non licet furari, ut per eleemosinam proximo subueniat, ut dicit Augu. libro contra mendacium. Respondeo, & dico, quod in casu extremę necessitatis sicut est illicitum occultè, uel manifestè accipere alienum ad subueniendum proprię necessitati ut patet, c. præced. ita etiā

potest quilibet quocunque modo re alienam accipere, ut subueniat proximo sic indigenti. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 66. art. 7. in sol. 3. argu. Si autem quis quæreretur, si aliquis possit licitè furari rem usurari, uel auari, ut inde faciat eleemosynam, & non peccet? Respondeo, & dico, qd furari alicui ut de furto subueniat alteri non existenti in extrema necessitate peccatum est, quia secundum, quod dicit Apostol. ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, ut ueniant bona Req. sup. Eleemosyna: de quibus non possit fieri eleemosyna.

An aua-
ro seu
usurario
liceat fu-
rar.

CAP. VI.

Tertio accipere alienum quocunque modo. I. occultè, uel manifestè est licitum in casu prædationis: ita dicit Ambro. in libro de Patriarchis: Prædam in bello accipere ab hostibus licitum est. Ad cuius euidentiam nota duas distinctiones de bello, & de animo uel motiuo. Prima distinctio est de bello, quia aut bellum est iustum, aut iniustum. Si bellum est iniustum, ita quod illi, qui rapinam accipiunt habent iniustum bellum, tunc quicquid per uolentiam acquirunt totū de rapina est, & ad restitutionem tenentur. Si uero bellum est iustum tunc in bello iusto transfertur dominium rerum illarum, qui iustè debellantur: unde omnia q̄ per uolentiam acquiruntur in iusto bello eorum efficiuntur, & hoc non habet rationem rapinæ: unde nec ad restitutionē tenentur. Secunda distinctio est de bellantis animo, uel motiuo, quia bellum iustum aut fit bona intentione, puta propter conservationem iustitiæ, & tunc est licitum, aut fit praua intentione. S. intentione cupiditatis, ita qd habentes iustum bellum non propter iustitiam, sed propter prædā principaliter bellant, tunc est rapina quicquid ibi intentione corrupta acquiruntur: unde Augu. in libro de uerbis domini tractatu 19. sic dicit: Militare non est delictum, sed propter prædam militare est peccatum. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 66. art. 8. in sol. 1. arg. Req. supra Bellum &c.

C A P. VII.

C A P. VIII.

Quarto accipere, & tenere alienum est licitum in casu inuentionis.

7 Ad cuius euidentiam pono hic sex distinctiones. Prima est, si aliquis inuenit rem habitam pro derelicto, licet habuerit animum furandi non tamen furtum committit, quia non erat cui furtum fieret. Secunda est, quia si credidit, quod res inuenta haberetur pro derelicto non committit furtum, quamuis tamen non habeatur pro derelicto. Tertia est, quod si res inuenta non habeatur pro derelicto, eo tamen animo accipit ut restituatur non committit furtum. Quarta est, quod sunt quædam res quæ nunquam fuerunt in bonis alicuius nec unquam fuerunt possesse, sicut lapilli, & gemmæ, quæ inueniuntur in littore maris, & talia de iure naturali sunt inuentoris, & occupanti conceduntur. Et eadem ratio est de thesauris aliquo tempore sub terra occultatis quorum non est aliquis possessor nisi, quod secundum leges civiles tenetur inuentor medietatem dare domino agri. Quinta distinctio est, quod sunt quædam res quæ aliquando fuerunt possesse, sed modo sunt derelictæ: & tales res inuenire, & tenere non est rapere. Sexta est, quod sunt quædam res quæ in alicuius bonis sunt, & tales si pro derelictis habeantur, & hoc credat inuentor, licet sibi retineat non est furtum: alias autem committitur furtum, & est peccatum: unde August. in quadam Homelia (& habetur. 14. q. 5.) sic dicit: Si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Hæc B Thom. 2. 2. q. 66. art. 5. in sol. 2. arg. per totum. Si autem in materia ista uis procedere aliter diuidendo dicas, quod circa furtum considerantur quatuor: primo constitutiuæ integritas, primo cap. secundo inculpatiuæ deformitas. 3. cap. tertio excessiuæ iniquitas. 3. ca. quarto excusatiua causalitas, in quattuor. cap. immediatè præallegatis.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorum considerata sunt hic aliqua quæ spectant ad furtum, ad rapinam, & ad reatum, uel supplicium utriusque. Primo enim sciendum est, quod furtum committitur specialiter in quinque casibus. Primus casus est, quod si aliquis accipit æquum usque ad certum terminum, & ipse ultra locum illum procedat contra uoluntatem domini furtum committit. Sic dicit Ray. & habetur etiam in summa confes. li. 2. titu. 6. de furtis. q. 4. Secundus casus est, quod si creditor pignore sibi obligato utatur furtum committit: & breuiter ubicumque inuenies contractionem rei alienæ factam contra uoluntatem domini intellige furtum, ut dicit Ray. In quo casu cum furtum committitur in usu rei: tenetur fur ad æstimationem usus rei etiam ipsa re domino restituta, ut dicit Ray. & Host. ubi supra. q. 6. Tertius casus est, quod si aliquis rem sibi ad utendum concessam alteri accomodat furtum committit, ut dicit Ray. Cuius ratio est, quia talis res non erat sibi concessa ad usum istum. scilicet ad comodandum, sed ad utendum ut dicunt Ray. & Host. Quartus casus est, quicumque res raptā, uel furto sublatā sciēter emit, uel ēt ex dono accipit furtū cōmittit nisi eā restituat. 14. q. 5. Qui habetis: & c. sequenti. Quintus casus est, quod furto participat aliquis sex modis. scilicet cooperando, consentiendo, defendendo, recipiendo, laudando, dolosè tacendo. Et omnibus his modis ad restitutionem tenetur. Req. infra Restitutio. Secundo principaliter circa raptorem, rapinam, uel raptū quinque considerare debemus. Primum est, quod raptor dicitur duobus modis. scilicet rerum, & hominū, & præcipuè mulierum. Secundum est, quod rapina propriæ dicitur rerum, raptus uero mulierum, & maximè uirginum, ut dicit gl. Tertium est, quod rapina aliquando fit sine armis, aliquando cum armis, quorum diuersa est pœna, ut patebit inf. & c. Quartum est, quod oīs raptor est fur, sed non cōuertit. Quintum est, quod idē est p̄do, & raptor: quod dupliciter patet. scilicet ex significato, & ex supplicio: primo ex significato,

Furto
participatur
sex modis.

Pœna flagitiosorum.

ficato. Nam prædo est quæ alios iniuste prædatur sicut est qui violenter uiatoribus aufert sua: & talis est prædo: secundo hoc idem patet ex supplicio: nam eadem est pœna quæ prædictioni, & raptori infligitur, & ubi est eadem pœna ibi est eadem culpa. Hæc in summa confess. lib. 2. titu. 5. de raptoribus, & prædonibus. q. 7. & 8. Tertio principaliter circa furtum, & rapinam consideranda est quæ sit pœna utriusque furis, & raptoris. Vbi nota, quod alia est pœna furis, & alia raptoris rerum, & alia raptoris mulierum. Primo. n. dico quod pœna furti uariatur secundum, quod varie de ipso agitur. Nam quandoque contra furem agitur criminaliter. I. ad pœnam corporis infligendam: aliquando agitur ciuiler idest ad pœnam pecuniariam: primo. n. quando agitur criminaliter. s. ad pœnam corporis infligendam, non est fur suspendendus, aut demembrandus, aut exoculandus, sed aliter arbitrio iudicis puniendus uidelicet ut fustigetur uel exuletur uel alio modo prout iudici congruum videbitur; & hoc obseruari debet in simplici: Si. n. plus sit quam fur, puta quia armis aggreditur in domibus. vel sepibus vel itinere uel in mari ut piratæ faciunt, tunc artius proceditur contra eum gl. aut ibidem dicit, quod licet fur secundum iura scripta non sit suspendendus, tamen in multis locis contrarium obseruatur propter consuetudinem, quam consuetudinem rationabilem facit duplex causa, prima est necessitas pacis communis: secunda est incorrigibilitas hominum: secundo modo cum agitur de pœna furti ciuiler tunc distinguendum est, quia aut furtum est manifestum, & tunc pœna talis furti in foro contentioso est in quadruplum. Aut est furtum non manifestum sed occultum, & tunc pœna furti non manifestati est in duplum: in foro autem conscientie sufficit restituere simplum, ut dicunt B. Tho. & Albertus: Hæc in summa confess. lib. 2. tit. 6. de furtis. q. 3. per totum. Secundo dico, quod alia est pœna raptoris rerum. Vbi sciendum, quod aut agitur contra raptorem rerum ciuiler, aut criminaliter: primo. n. cum agitur contra eum ciuiler idest ad pœnam pecuniariam. tunc secundum leges est quod infra annum punitur in quadruplum, post annum uero

in simplum: secundo modo cum agitur contra eum criminaliter, & sic etiam distinguo, quia aut rapuit sine armis, & tunc deponitur ab ordinatione rerum suarum quia amittit, factionem testamenti, aut rapuit cum armis, & tunc deportatur in insulam. Pœna autem canonica est multiplex. Prima est quia talis debet excommunicari non solum à suo Episcopo sed etiam ab alio in cuius Episcopatu rapinam fecit. Secunda est quia denegatur ei penitentia nisi reddat ablata uel plenam securitatem faciat de reddendo: si tamen habet unde reddere possit. Si uero cum posset satisfacere noluit sed contumaciter distulit accipere penitentiam usque ad mortis articulum cum iam non habeat unde satisfaciatur, tunc si petat penitentiam dabitur ei, & uiaticum, & sepultura si heredes vel alij propinqui uolunt satisfacere pro eo qui etiam secundum Glo. sunt compellendi satisfacere quatenus habent de bonis illorum quibus successerunt. Si uero decedant impenitentes priuantur utriusque. s. viatico, & sepultura, ut dicunt Ray. & Gafre. Si autem talis non habeat unde reddat nec hæres nec consanguinei nec propinqui uolunt satisfacere: quia non tenetur: ille tamen bene contritus fuit, & fecit quod potuit licet tamen tarde, In hoc casu uidetur decretalis super eo expressè dicere, quod priuabitur sepultura: & hoc ferè omnes doctores sentiunt: & hoc fit ad terrorem. s. si notorius est si uero occultus est non, Præbyteri autem qui contra prædicta faciunt scilicet qui talem absolunt, qui notorius est ab officio, & beneficio deponi debent, ut dicunt Ray. & Gafre. Hæc in summa confess. lib. 2. titu. 5. de raptoribus, & prædonibus, & incendiariis. q. 3. per totum. Tertio dico quod pœna raptoris mulierum est multiplex, una est secundum leges, alia secundum canones. Prima enim pœna secundum leges est, quia si ingenuam rapui, & sic capite debet priuari, & eius substantia debet rapte applicari. Si uero ancillam uel liberam rapuit tunc substantiam non amittit sed tantum decapitatur. Secunda uero pœna raptoris mulieris secundum canones est quod raptor efficit seruus rapte nisi velit se redimere: quæ pœna secundum glo. infligi in foro iudicali, non autem in fo-

Raptoris mulierum pœna.

ro pœnitentiali. Ganfre. autem dicit q̄ prædictæ pœnæ infliguntur si rapuit mulierem honestam non autem si rapuit meretricem, ubi sup. immediatè quæstio. 5. Tertia pœna est, q̄ si talis rapit, & deflorat uirginem solutam ipsam inuitam aut per dolum ad consensum inductam cum rapit eam à domo patris, & extrahit uirginem per uolentiam, tenetur eam ducere in uxorem, uel maritare. Si autem deflorat ipsam uoluntariam non, ubi supra quæst. 6.

Sequitur Littera G.

De Gaudio .

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit gaudium.
- 2 A quò gaudium fit.
- 3 Gaudium quod in hac uita de Deo habemus ex duplici amore causatur.
- 4 Gaudium viatoris de Deo nec purum, nec plenum.
- 5 Gaudium uel est nullum, uel paruum, uel uerum.

C A P. I.



GAUDIUM in generali, & in speciali. Circa gaudiū quod habetur in Deo quatuor sunt notāda primū est ex parte quidditatis sit gaudium: secūdū ex parte causalitatis, scilicet à quò sit: tertium ex parte puritatis, scilicet an gaudium quod habetur de Deo sit purum, uel mixtum: quartū est ex parte suæ plenitudinis, scilicet an gaudium quod habetur de Deo possit esse plenum, seu perfectum.

Primò circa gaudium considerandum est ex parte suæ quidditatis quid sit gaudiū. Nam gaudium est quædā species delectationis, ut dicit Auicen. in suo lib. de anima. Ad cuius euidenciam nota sex. In brutis propriè nō potest esse gaudium. Primum est q̄ gaudium nō habet locum nisi in delectatione quæ sequitur rōnem unde ibi non est rō sicut in brutis animalibus: ibi pōt esse delectatio non tamen gaudium. Secundum quod ex hoc sequitur est, q̄ ubicunq; est gaudiū ibi est delectatio, non autem econuerso, scilicet q̄ ubicunque est delectatio ibi est gaudium: sic patet in animalibus brutis in quibus est delectatio non tamen gaudium. Tertium est, q̄ in hominib. quandoq; aliquis sentit delectationem, secūdū carnem de qua tamē non gaudet secūdum rōnem ita q̄ delectatio est in plus quam gaudium. Quartū est, q̄ ista nomina, scilicet lætitia, exultatio, iocunditas ad gaudium spectāt: quod sic patet. Nam lætitia est mentis gaudium à dilatione cordis procedens: unde lætitia dicitur quasi laticia. Exultatio uero dicitur ab exterioribus signis, scilicet uerbis, & mēbris delectationis interioris quæ apparēt exterius. Iocunditas uero dicitur à quibusdam spiritualibus lætitiæ signis, uel effectibus, sic sunt alacritas, hilaritas, amenitas, quibus non nisi in naturis rationalibus utimur. Hæc Beatus Tho. prima secundæ q. 31. artic. 3. in cor. quæst. per totum, & in solut. 3. argumen.

Quintum est, q̄ spirituale gaudium nequaquam mentem, uel animum ad risum uel ad aliquod aliud inordinatè dissoluit. Gaudium uero, uel lætitia quæ à mundi, uel carnis blandimento concipitur mentem inordinatè dissoluit. Sextum est, q̄ signa gaudentis de Deo, idest habentis delectationem de Deo spiritualiter, & uera ceter sunt quattuor. Primum est, quando nullis exterioribus perturbatur: unde Actis 5. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij quoniam digni habiti sūt pro nomine Iesu contumelias pati. q. d. Apostoli cum tribularentur, & paterētur gaudebant: Tum quia eorum nomina in libro uitæ sunt scripta, tum quia eorum merces est magna in cœlo. Matt. 5. Tum eorum opera sunt Deo accepta: unde subdit, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. q. d. Non pro crimina.

Quatuor signa gaudiij spiritualis.

crimine, sed pro Christi nomine Gl. Vbi Christus in causa est, maledictio, & omnis tribulatio est optanda. Secundum signum spiritualis gaudij est, quando in interioribus dulcoratur: Eccle. 30. Non est oblectamentum super carnis gaudium q. d. Gaudium cordis quod ex puritate conscientiae nascitur excedit omnem delectamentum. Req. supra. Conscientia. Tertiū est, quod in omnibus bonis operibus occupatus & delectatur. Quartum est, quando nullis vanis, vel transitorijs delectatur: Iob 31. Si lætatus sum in diuitijs q. d. nō Gregorius ibidem: Sancti præsens vitæ copiam inopiam deputant, quia videlicet nihil extra Deum menti sufficit quæ veraciter Deum quærit, & plurimum ipsa sua abundantia fit vehementer onerosa, quia hoc ipsum grauitus tolerant, & festinantes in patriam in itinere multa portant.

C A P. II.

Secundo circa gaudium ex parte suæ causalitatis cōsiderare debemus à quō sit. Nam gaudium quod de Deo habetur est effectus spei felicitatis, & charitatis. Ratio autem huius est ista, quia aliquis tribus modis gaudet de Deo: primo modo gaudet quis de Deo in se cōsiderato: & istud gaudium efficit, vel producit felicitas qua Deus beatis est præsens per gloriam, nobis autem viatoribus est præsens per gratiam. secundo modo aliquis gaudet de Deo expectando, & in futurum habendo: & istud gaudium causat spes, quæ est certa expectatio boni æterni: tertio modo aliquis gaudet de Deo actualiter, uel præsentialiter cōtemplando, & istud gaudium facit charitas per quā Deus in nobis habitat, & nos in Deo, ut dicitur prima Iohan. 4. Qui manet in charitate in Deo manet &c. Hæc Beatus Thom. secunda secundæ quæstio. 28. arti. 1. in cor. quæstio. Ad maiorem tamen euidentiam prædictorum nota hic sex. Primum est, q. gaudium causatur ex sex, scilicet ex notitia, præsentia, amicitia, confidentia, cōuenientia, permanentia: primò gaudium causatur ex notitia: qui enim non co-

gnoscit bonum non gaudet de bono: secundò causatur ex præsentia: qui enim habet bonum præsens, uel in re, uel in spe gaudet: tertio causatur ex amicitia: qui enim nō diligit non gaudet, ergo per oppositum qui diligit bonum gaudet de bono, & quantum diligit tantum gaudet, & qualiter diligit taliter gaudet: quartò causatur ex fiducia: qui enim bonum quod diligit habere sperat, gaudet: quintò causatur ex cōuenientia: sicut enim dolor causatur ex aliquo repugnanti, ita gaudiū ex bono cōuenienti, nam bonū in quantum huiusmodi cōuenientiam dicitur diligitur: sextò causatur ex permanentia qui enim nō est securus de bono quod habet sed illud timet amittere dolet. Et oppositum qui non timet amittere bonū quod habet, gaudet: ubi sup. artic. primo in cor. quæst. & artic. 2. in cor. quæst. Secundum est, quod cum gaudium causetur ex notitia boni tantò maior est notitia boni, tantò maius est gaudium, vnde cū notitia quæ habetur de Deo facie ad faciem sit maior quam notitia quæ habetur de Deo per fidem ideò notitia causat de Deo per speciem maius gaudium quā notitia quæ habetur de Deo per fidem, ibidem arti. 1. in solu. primi argum. Tertium est, q. cum gaudium causetur ex amicitia boni: ubi est maior, & melior amor boni ibi est melius gaudium: vnde quia melior est amor beneuolentiæ quam amor concupiscentiæ ideò melius est gaudium quod habemus de Deo in se cōsiderato quod facit amor beneuolentiæ, quam illud quod habemus de Deo, uel de bono diuino à nobis participato: quod gaudium facit amor concupiscentiæ, ubi supra arti. primo in cor. quæstio. Quartum est, quod cum gaudium ex præsentia boni, seu ex bono præsenti causetur, tantò bonum magis est præsens tātò efficit maius gaudium: vnde cum Deus magis sit præsens per gloriam quam per gratiam: maius gaudium confert beatis quibus est præsens per gloriam quam viatoribus quibus est præsens per gratiam, ibidem articulo primo in solu. secundo argum. Quintum est, quod spes causat in nobis gaudium & dolorem. Nam spes in quantum importat certitudinem quandam, vel in quantum spes habet præsentem estimationem boni futuri

Spes
causat
gaudij,
& dolo-
rem, sed
differe-
ter.

Sex gau-
diū cau-
sant.

futuri causat dilectionem, & gaudium. Ita dicit Aposto. ad Ro. 22. Spe gaudentes. In quantum verò spes caret presentia boni, cò q̃ spes est respectu boni non haberi causat afflictionem, iuxta illud quod dicitur prouerb. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Hæc B. Thom. prima secunda. q. 32. art. 4. in sol. 2. & 3. arg. Req. infra Spes. Sextum est, quod tam gaudiū quàm tristitia sunt charitatis effectus: quod patet, quia sicut aliquis gaudet de bono amato, ita tristatur, & dolet de his quæ contrariantur bono amato. Hæc B. Thom. 2. 2. ubi sup. art. 1. in solu. 2. argum.

C A P. III.

Tertio circa gaudium ex parte suæ qualitatis considerare debemus an sit purum uel mixtum. Ad cuius euidentiā sciendum, q̃ gaudium quod in præsentī uita habemus de Deo ex duplici amore causatur: primo ex amore beneuolentiæ quo gaudemus de bono diuino in seipso considerato: secundo amore concupiscentiæ quo gaudemus de bono diuino a nobis participato, ita q̃ primum gaudiū est de Deo ratione sui, secundum verò ratione nostri ut patet. c. præced. Primum gaudium quod de Deo causatur ex amore beneuolentiæ quo scilicet gaudemus de Deo uel de bono diuino in se considerato, non ratione nostri sed sui non patitur tristitiæ admixtionē: ita dicitur Sap. 8. Intrans in domum meā conuiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conuersatio illius nec tædium conuictus illius sed gaudium, & lætitiā In quo uerbo tangit tria: primò tangit locū quieti aptum, ibi. Intrans in domum meam. i. in conscientiam meam, uel in secretum cōscientiæ meæ redundabo de cura exteriori ad interiorē, uel de uita actiua ad cōtemplatiuam cōquiescam cum illa scilicet considerando conscientiæ puritatem, & cōtemplando animæ felicitatem, in psal. In pace in idipsum dormiam, & requiescam: secundo excludit malū quieti oppositū cum subdit, nō. n. habet amaritudinem conuersatio illius &c. Nam duo sunt mala quæ mentis

quieti, & felicitati repugnant. s. perturbatio exterior, & inquietudo interior, & iō Duo repugnāt felicitati interiori. hæc duo remouet: primo remouet exteriorem afflictionem dicens, idē intrans in domum. i. in conscientiam uel in gloriam conuiescam cum illa. Quare? quia certē non habet amaritudinem exteriorisurbationis conuersatio illius: secundo remouet interiorem afflictionem dicens nec tædium. s. interioris afflictionis conuictus illius: tertio tangit uel subiungit quietis. s. mentis, & felicitatis p̃miū dicens. Sed gaudium, & lætitiā, lætitiā interius gaudium exterius, gaudium intellectus, lætitiā affectus: ubi dicit Rabanus, & habetur in glo. Corporales deliciæ corpus grauant spirituales uero mentem releuant, & tanto amplius esuriuntur, quanto amplius comeduntur. In corporalibus delectationibus appetitus placet experientia displicet. Augent uerò spirituales deliciæ d. fiderium, quæ quod magis summuntur auidius amantur: unde David Gustate, & uidete quoniam suauis est dominus. Secundum gaudiū quod causatur in nobis de Deo ex amore cōcupiscentiæ quo quis gaudet de bono diuino, secundum q̃ a nobis participatur aliquatiter in p̃senti, tristitiæ admixtionem habet, secundum q̃ diuini boni a nobis participatio, & adeptio impeditur. Et hoc quattuor rationibus. s. ratione offensionis, dilationis, afflictionis, amissionis: primò gaudium quod de Deo in præsentī uita habemus habet admixtionem tristitiæ ratione offensionis, in quantum peccata quæ nos a Deo separant, ut dicitur Isa. 59. Peccato uestra diuiserunt inter uos, & Deum, sunt ratio tristitiæ, & doloris. Quod autē peccata nostra, uel aliena propria uel pximo rū sint ratio tristitiæ, & doloris probo duplici ratione. Prima est, quia p̃ peccata nostra uel aliena Deus offenditur: de offensa autem diuina quilibet magis quàm de propria debet dolere. Secūda ratio est, quia per peccata quilibet a participatione diuini boni impeditur. Hæc Beatus Thomas secunda secunda quæstione 28. articu. 2. in corp. quæst. & in solu. 2. argumenti.

Secundò gaudium quod de Deo, in præsentī uita habetur prout a nobis participatur habet admixtionem tristitiæ

Gaudiū
huiusvi
te tristi
tia mix
tum.

tristitia ratione dilationis. Sicut enim ex charitate qua aliquis Deo coniungitur, vel qua aliquis habet præsentem Deū sequitur gaudium, sic per oppositum de dilatione domini uel Dei gloriam participandi, & cōsequendi causatur dolor, vel tristitia qua quis luget prædictam dilationem. Sicut faciebat Dauid dicens: Huius mihi quia incolatus meus prolongatus est, ibidem in sol. 3. arg. Tertio gaudium quod de Deo à nobis in præsentī uita hī prout à nobis participatur habet admixtionem tristitiæ ratione imperfectæ fruitionis. Licet. n. in uita præsentī aliquo modo participemus diuinum bonum per cognitionē. s. & amorem: tamē multiplex miseria præsentis uitæ impedit à perfectā participatione diuini boni qualis erit in patria, ubi clarē uidebimus, perfectē amabimus: summē fruemur, ibidem in solu. 3. arg. Quarto gaudium quod in præsentī uita de Deo habemus habet admixtionem tristitiæ ratione amissionis. Sicut enim amissio mali appræhenditur sub ratione boni, & est ratio, causa, & materia gaudij, ita amissio boni appræhenditur sub ratione mali; & est ratio causa, & materia tristitiæ: ut dicit B. Thom. 1. secundæ. q. 36. art. 1. in solu. 1. argum. Vnde nō solū aliquis tristatur de certitudine amittendi Deum qui est summū bonum, sed etiam affligitur, & contristatur de incertitudine retinendi, & timore amittendi: sed nullus in præsentī uita est infallibiliter, & totaliter certus Deum consequi, vel Deum non amittere propter arbitrij libertatem quæ semper est flexibilis in hac uita contra statum beatorum, & damnatorum, qui ppter immobilitatem uoluntatis in bono, uel in malo sunt certi Deum nūquam amittere ut beati: & Deū nūquam habere ut damnati: ergo gaudiū quod uiatores habent de Deo, contrarij, s. tristitiæ, & doloris admixtionem habet. Et hoc patet per quattuor rationes prædictas. s. rōne, culpæ, moræ, notitiæ, carentiæ. Quod autē gaudium quod uirtuosus habet de Deo possit pati admixtionē tristitiæ: pbo etiam per quattuor rationes: Prima est, quia cum uirtuosus ex anima, & corpore sit compositus in uirtuoso potest esse aliquod malum, uitæ suæ contrarium: quod quidem malum moderatam

Præstan
tia libe
ri arbi
trij.

tristitiam potest inducere. Secunda ratio est, quia licet uirtuosus possit esse sine graui peccato, nullus tamen inueniatur qui absque leuibus peccatis uitam ducat, secundum dicitur prima Ioh. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus nos ipsos seducimus. Tertia ratio est, quia, & si uirtuosus actualiter peccatum non habet fortē quandoque habuit, & de hoc laudabiliter dolet, ut dicitur 2. ad Corinthi. 7. Quæ secundum Deum est tristitia poenitentiam in salutem stabilem operatur. Quarta ratio est, quia, & si aliquis nō doleat de peccato proprio, potest tamen, & debet laudabiliter dolere de peccato alterius. Hæc B. Tho. prima secundæ. q. 59. art. 3. in cor. quæst.

CAP.

IIII.

Quarto circa gaudium quod de Deo habetur ex parte suæ quantitatis considerare debemus quantum sit scilicet an plenum uel non perfectum uel imperfectum.

Ad cuius euidentiā est sciendū, quod triplex est gaudiū quod habetur de Deo primum gaudium est quod Deus habet de seipso: secundum gaudium est quod uiator per fidem habet de Deo: tertium gaudium est quod compræhensor per speciem habet de Deo.

Primum gaudium est quod Deus habet de seipso, & istud gaudium est plenum. Cuius ratio est, quia ille habet gaudium plenum qui tantum gaudet de bono quantum dignum est gauderi de ipso, sed gaudium Dei de seipso est huiusmodi, quia tantum de seipso gaudet quod ei nullū gaudium addi potest, ergo gaudium dei de seipso est plenum, & per consequens infinitum. Secundum gaudium est quod uiator habet de Deo per fidem, & sic gaudium in hac uita de Deo plenum, & perfectū nō habetur. Hoc autem probo triplici ratione. s. ratione suæ infinitatis, nostræ capacitatis: imperfectæ quietis. Primo ratione suæ infinitatis sic: Bonum est materia gaudij, ergo infinitum bonum est materia infiniti gaudij cum ergo Deus sit infinitum bonum, omnis autem creatura sit

De Deo
habetur
triplex
gaudiū.

fit infinita ergo nulla creatura potest de Deo tantum gaudere quantum suę infinitæ cōuenit bonitati. Secundo ratione humanæ capacitatis sic: Nullus potest plenè gaudere cuius mentis capacitas perfectò gaudio non impletur: sed nullius viatoris capacitas de diuino gaudio perfectè impletur, eo q̃ intellectus uiatoris nō plene idest facie ad faciē cognoscit Deum, sed per fidem ergo &c. Tertio ratione imperfectę quietis sic: sicut ille non plene quiescit quādo sibi aliquid restat de motu: sic ille nō perfectè gaudet cuius desiderium non est perfectè impletū, sed in hoc mundo capacitas nostri desiderij nō quiescit, quia adhuc restat q̃ magis nostrum desiderium impleatur, sc̃cum eum facie ad faciem contemplabimur, ergo &c. Tertiū gaudium est quod compræhensor habet de Deo per speciem, & sic dico q̃ gaudiū beati de Deo ex patre gaudētis est plenū. Hoc aut̃ probo triplici ratione, sc̃ratione quietationis, fruitionis, peruentionis: primo rōne quietationis sic: Ille cuius mens perfectè quiescit in bono, nec amplius ultra illud bonum, vel extra illud bonum aliquid quærit plenè, & perfectè gaudet de bono: sed mens beati plenè quiescit in Deo, nec ultra, vel extra Deum amplius quærit nec affectare potest, ergo &c. secūdo ratione fruitionis sic: Vbi est plena fruitio ibi est plenum gaudium, sed in patria est plena Dei fruitio, quia in fruitione Dei hō obtinet quicquid circa Deū, & circa alia bona desiderare potest, ergo, &c. Tertio ratione peruentionis sic: Ille qui appropinquat ad summum bonum, nunquam plene gaudet, nisi postquam iā peruenerit ad ipsum: sed in hoc mundo solum appropinquamus non tamen attingimus, & ideo semper desideramus. Postquam autem ad beatitudinem peruenerimus nihil desideratum restabit: ut tōc quiescit desiderium nostrum, non solum quo ad Deum desideramus, sed ipse etiā erit finis & quies omnium desideriorū: unde gaudium beatorum tunc erit nō solum plenum, sed etiā superplenum, quia plus obtinebunt quā desiderare suffecerunt: iuxta illud quod dicitur 1. ad Cor. 2. In cor hominis non ascendit. Hęc Beat. Tho. secunda secundæ. q. 28. art. 3. in cor. q. per totum. Ad maiorem tamen euiden-

tiam prædictorum, propter solutiones argumentorum nota hic tria. Primum est, q̃ quia nulla creatura potest tantum gaudere de Deo, quantum suę bonitati conuenit, idest quantum dignum est de diuina bonitate gaudere. Inde est, quod illud gaudium omnino plenum, & superplenum non capitur in homine, sed potius homo intrat in ipsum, ita dicitur Matth. 25. Intra in gaudium domini tui, ibidem in cor. quæstio. in fine. Secundum est quod in patria gaudium alterius propter pleniorē participationem diuinæ bonitatis, & tamen sex parte gaudentis uniuscuiusque gaudium erit plenum, quia uniuscuiusque desiderium plenè quietabitur, ibidem in solu. 2. argum. Tertium est quod ex parte rei cognitæ sicut nullus cōpræhendit Deum, ita nullus plenè gaudebit de Deo. Ex parte autem cognoscentis sicut quilibet plenè habet de Deo plenam cognitionem, ut dicitur ad Colo. 1. Impleamini agnitione uoluntatis eius &c. ita quilibet habebit gaudium plenum de Deo: Ibidem in solutione tertij argumenti, per totum.

CAP. V.

AD maiorem tamen euidentiā oīum prædictorum nota q̃ gaudium, uel debet esse nullum, uel paruum, uel verum uel summum. Primo gaudium nullum debet esse, sc̃. de peccato proprio, uel alieno. Ita dicitur 1. ad Cor. 13. Caritas nō gaudet super iniquitate, i. qui Deum diligit non gaudet de iniquitate quam possit, incurrere, uel non gaudet quando videt aliquem in peccatum ruere. & iniquum aliquid facere, sed congauet veritati, idest operibus iustitiæ, uel uerbis veritatis, ut dicit Gl. Nam signum uirtutis est bonum delectabiliter operari cuius contrarium iniqui agunt, de quibus dicitur Prou. 2. Qui latantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: quorum uia peruersa & infames gressus eorum: In quo uerbo tanguntur quattuor circumstantiæ aggrauantes omne peccatum, scilicet impenitentia, malitia, duritia, impudentia: primo tangitur impenitentia cum dicitur

Exponit Pro uerbiū lætatur cum male fecerint.

Læ-

Gaudiū
beatorū
pleniſſi
mom.

Lætantur cum malefecerint, nam pœnitentis est dolere de peccatis commissis, & per oppositum impœnitentis est lœtari de his. Grauiſſimum autē peccatum est nolle pœnitere: vt dicit Clo. super illo verbo Eccle. 12. Altissimus odio habet peccatores & misertus est pœnitentibus: secundō tangitur malitia, ibi. Et exultant in rebus pessimis quod puræ malitiæ est. Si enim in malum inducere debet dolorē, gaudere de pessimis est summæ malignitatis. Et dicit lætantur, & exultant, eo q̃ tales lætantur intus: scilicet in corde sibi applaudendo, & exultant foris de rebus pessimis scilicet iactando. Super quo uerbo Gl. sic dicit: Si enim ad quas tendunt pœnas aspiocerent gressus cohiberent, noxiamq; lœtitiā salubri fletu castigarent: tertiō tangitur mentis obstinatio, vel duritia, ibi, Quorum viæ peruersæ, idest quorum cogitationes, affectiones, operationes peruersæ, idest à Deo auersæ, uel peruersæ, idest perfectē euersæ, vt sensualitas dominetur rationi: quarto tangitur impudentia, ibi, Et infames gressus eorum, idest operationes exteriores talium quo ad proximum sunt infames, idest sine erubescencia. Cuius contrarium dicitur. Eccl. 41. Curā habe de bono nomine. Chryso. de compunctione sic dicit: Contingit nobis, q̃ quibusdam qui frenesim patiuntur: qui cum multa turpia, & dixerint, & fecerint tanquam mente capti, nihil inde pudoris habent nihil pœnitentis. Req. supra fama, & infra uerecundia. Secundō gaudium de quolibet mundano bono est paruum. Ita dicitur Iob 20. Gaudium hypocritæ ad instar pūcti. Quod uerbum exponitur quinq; modis: primō sic: Gaudium hypocritæ, scilicet peccatoris de quolibet bono mundano, uel trāsitorio est ad instar pūcti, idest ad similitudinem circumferētiæ pūcti, quia vndiq; circundatur malis, eō q̃ eius ortus est in dolore, uita in labore, finis, scilicet mors est in dolore, & timore: secundo modo exponitur sic: Gaudium hypocritæ de bono mundano est ad instar pūcti, scilicet temporis quod incipiendo desinit esse, & desinendo incipit. Iob 21. Ducunt in bonos dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Req. expositionem huius infra Tempus: tertio modo exponitur sic: Gaudium hypocritæ est

ad similitudinem pūctis, scilicet lineæ, quia sicut ad modicum tactus pūctus fit, & ad modicum stylus leuatur, & punctus extinguitur, sic hypocrita honore tangitur qui statim subtrahitur, quarto modo exponitur sic: Gaudium hypocritæ, idest peccatoris: est ad instar pūcti in comparatione ad lineam, quia sicut pūcti ad lineam non est comparatio, uel commensuratio, uel adæquatio, sic nec transitorie gloriæ ad æternam: quinto modo exponitur sic: Gaudium hypocritæ, idest peccatoris est ad instar pūcti, idest ad similitudinem rei pūgitiuæ. Sicut enim punctus fit pūgendo, ita honores & bona temporalia acquiruntur pūgendo mentem. Tertiō gaudium debet esse uerum, iustū, & rectum isto modo. Si enim quis de bono temporali excessiue gaudeat, tunc tale gaudium in dolorem, uel tristitiam uertitur. Ita dicitur Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur, idest lœtitia inordinata alicuius boni temporalis in dolorem cōuertetur, & extrema gaudij mundani luctus pœnitentiæ, uel gehennæ occupat, hoc patet exemplo ad oculum. Videmus enim q̃ quando unus liquor miscebitur alteri, vt uinum aquæ, si aqua cōuertatur in uinum, uel ecōuerso, tunc in sua natura nō manet, sed totum aqua est, uel totū uinū. Sic gaudium inordinatum nū manet, sed totum conuertitur in dolorē, & fletum. Si enim quis doleat de peccato hoc procedit ex gaudio quod habet de bono. Ita dicitur prouerb. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ in gaudio eius non miscebitur extraneus. Quod uerbum exponitur quattuor modis: primō sic: Cor quod nouit amaritudinē animæ suæ idest præsentiæ uitæ tribulationē, quā bona, quā fructuosa, quā preciosa, sit ī gaudio illius de tribulatione habito, non miscebitur extraneus scilicet ille qui tribulationem non est expertus. Req. infra Patientia: & infra Tribulatio: secundo modo exponitur sic: Cor quod nouit amaritudinē animæ suæ idest qui nouit amarē conteri de peccatis suis: sicut ille qui ait. Isa. 38. Recogitabo tibi omnes anos meos in amaritudine animæ meæ, in gaudio illius quod in præsenti miscetur illi amaritudini & dolori de quo dicit August. Pœnitens semper doleat, & de dolore gaudeat:

Exponit illud gaudium hypocritæ ad instar pūcti.

Non miscebitur extraneus, id est illi qui huiusmodi amaritudinē, & dolorem nō est expertus. Nam inexpertis uidetur incredibile esse s. q. simul, & semel possit in anima pænitentis esse tantus dolor, & tantum gaudium, quæ duo non possunt simul esse in anima respectu unius, & eiusdem, sed respectu diuersorum: unde dolor est q̄a peccauit, gaudiū est de spe veniæ, de gustu gratiæ, de prægustatione gloriæ. Req. sup. Contritio: tertio exponitur sic. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, i. quanta amaritudo pœnæ de beatur pro peccato, in gaudio eius quod sequatur talem amaritudinem doloris, & pænitiæ de peccato. Non miserabitur extraneus ab huiusmodi cognitione. Vnde latro dexter nouit amaritudinem suam dicens. Nos quidem dignas factis recepimus, in gaudio fuit, a quo exclusus fuit latro sinister qui noluit cognoscere amaritudinem suam: quarto exponitur sic. Cor, scilicet iusti qđ nouit amaritudinem animæ suæ de dilatione futuræ gloriæ, uel de incolatu præsentis miseræ: in gaudio eius æterno quod expectat nō miscebitur extraneus, id est reprobis qui propria sponte cæcatur, non uidet quod in præsentī patitur, & quid in futuro sit passurus non præuidet.

Quarto gaudium debet esse summum quod in solo Deo haberi potest. Et ideo dicit Bern. in sermone quodam. Reuera illud est bonum, & summum gaudium qđ non de creatura, sed de creatore concipitur, cui comparata omnis alia iocunditas meror est, omnis suauitas dolor est, est omne dulce amarum, omne decorum foedum, omne postremò quodcunque delectare potest molestum. Hoc est gaudiū superfluens, & intro impellens. Lucæ 6. Mensuram bonam & confertam: & coagitatam, & supereffluentem dabunt in synum uestrum. Matth. 25. Intra in gaudiū domini tui. Quia supereffluens est, ideo non intrat, sed in intratur in ipsum, implet tamen intus mensura bona ad naturæ capacitatem: confertā ad meriti exigētiā, & coagitatam ad spei expectationē, & supereffluens ad diuinæ largitatis immensitatem: hoc est plenum, & purissimum gaudium: unde Fulgentius in sermone. Summa gaudia purissima sunt

& lucidissima, quia de fonte purissimo, & lucidissimo hauriuntur. Et huiusmodi gaudium in præsentī uita in qua uinum nostrum mixtum est aqua propter humanas misérias a nobis haberi non potest. Vide de hoc sup. c. 3.

De Gratia.

SUMMARIVM.

- 1 *Causa efficiēs gratiæ est solus Deus.*
- 2 *Receptio gratiæ in subiecto debitā requirit preparationem.*
- 3 *Ad gratiæ receptionem in homine aliquid requiritur ex parte ipsius.*
- 4 *Non omnes æqualiter recipiunt gratiam.*
- 5 *Liberum arbitrium sine Dei gratia non sufficit ad bene operandū.*
- 6 *Liberum arbitrium non potest uitare peccatum sine gratia Dei.*
- 7 *Non sufficit liberum arbitrium ad resurgendum a peccato sine gratia faciente.*
- 8 *Liberum arbitrium non sufficit ad perseuerādum in bono sine gratia Dei.*
- 9 *Sine Dei gratia, non sat est liberum arbitrium ad merendum, & consequendum uitam æternam.*
- 10 *Aliqui diuersimodè se habent ad cognoscendum, an sint gratia Dei.*
- 11 *Quomodo sciat aliquis esse in gratia.*
- 12 *Hominis existentis in gratia, iustū & conueniens præmium est uita æterna.*

CAP. I.



Gratia. Primò agetur de gratia in cōmuni, secūdò de ea in speciali. s. de gratia gratum faciente. Circa gratiam in cōmuni notanda sunt tria. s. causa efficiens, præparatio conueniēs, & receptio ipsius differens. Circa primum nota, q̄ causa gratiæ efficiens est solus Deus, & aliud nihil. Hoc probò sex rationib. s. conditionis, & operationis uirtutis, finis, dignitatis, similitudinis. Primo ratione suæ conditionis Gratia perfectio est eleuans animam ad esse quodam supernaturale quo digna efficitur sine ultimo, & supernaturali, sed solus ille habet rē ultra statum suum p̄mouere qui eam habet in esse instituere, & limitare qui est Deus, igitur. Secūdò probò ratione operationis suæ, quia gratia uoluntatem creaturæ rationalis immutat. dicit. n. Aug. Gratia est quæ præparat uoluntatem hominis, ut bonum uelit, sed nemo uoluntatem habet immutare effectiue, nisi qui eam creauit, ergo &c. Tertio probò ratione uirtutis eius, Gratia uirtutem habet quandam infinitam, eo q̄ nos bono infinito, scilicet Deo coniūgit per actus meritorios ex ea elicitos, nullum autem infinitum potest esse a potentia finita reperibili in creatura duntaxat. Quarto p̄bo rōne finis, Ultimus finis, & uniuersalis respicit causam primā simpliciter: unde principium, & finis uniuersus est unum, sed gratia mentem rationalem ultimo fini cōiūgit: ergo &c. Quinto probò ratione dignitatis ipsius gratiæ impossibile est eleuatum super quamcūque potentiam materiæ produci ab aliqua creatura: cum omnis operatio creaturæ præsupponat materiæ potētiā, scđum nāles, & inde ē q̄ aīa rōnalis a solo Deo creatur, sed gratia eleuata est super omnē potētiā materiæ, eò q̄ ipsa elicit actū, & ordinat in finē quem natura per sua principia attingere non potest: ergo &c. Sexto probò ratione similitudinis. Perfectio acquisita in aliquo coniungit, & assimilat agenti secundum, qđ dicitur, q̄ unū quodq. agit sibi simile, sed per grām

similes efficimur, & coniungimur Deo immediatē ergo. Hæc B. Th. primò sent. dist. 11. q. 3, De ueritate, q. 27. arti. 3.

Vbi nota, q̄ aliter nā aliter creatura rationalis intēdit assimilationem, nam natura agendo intendit aliquid assimilare sibi in specie, ut ignis ex uirtute sua intendit sibi assimilare passum in calore, luce, & igneitate. unde natura sua pōt in finē suum intentum ex uirtute, & potētia sua actiua, idēd non indiget ad consecutionē finis sui dispositionē noua adueniente. Intētio autem creaturæ rationalis in agēdo non est assimilare, sed assimilari alteri, scilicet speciei diuinæ. Ideò dicitur 1. Iohan. 3. Cum apparuerit similes ei erimus. quæ assimilatio ad Deum deiformē facit, & plena est per cognitionem, & amorē summæ ueritatis, & bonitatis. Vnde huiusmodi assimilatio solum est in potestate passiuā, & receptiuā ipsius creaturæ rationalis. Ideo dicitur Gen. Formauit Deus hominē ad imaginem, & similitudinem suam: quare ipsa solum potentior dicitur creatura irrationali, & habet dominium sui actus tantum quō ad substantiam, & non quō ad ordinem ipsius actus in finem, qui non est in potentia eius actiua sed passiuā, & receptiuā tantum, qui tamē ordo in finem est in creatura irrationali in potentia actiua, ratione cuius potentior est creatura rationali, iō ipsa creatura rōnalis ad sui finis cōsecutionē indiget noua dispositionē adueniente, scilicet gratia diuinitus infusa. Hæc Alex. parte tertia de gratia. q. 1. arti. primo. in sol. 2. arg.

Sed est dubium cum gratia a solo Deo producat, an aliqua creatura ad hoc cooperari possit, instrumentum. Respondeo, q̄ quattuor modis alicui agenti cooperari aliquid potest: primò sicut adiuuās cooperatur ei cui auxilium præbet: secūdò sicut consiliāns cooperatur recipiēti consilium: tertio sicut instrumentū mediante quo principale agens effectum inducit: quartò, ut disponens materiam ad effectum principalis agentis suscipiēdū. Duob. modis primis nihil in aliqua operatione Deo cooperatur, quia in eo est perfecta potentia quæ non indiget auxilio, & perfecta scientia quæ non eget consilio: unde Isa. 40. Quis adiuuit spiritum domi-

quattuor
modis
aliquis
coopera
tur.

Gratiæ
excellē
tia.

ni, aut quis consiliarius eius fuit? Tertiò autem modo aliqua creatura cooperatur Deo in aliqua actione: non tamen in omnibus. Ipse enim est primum agens actionum naturalium, ideo quicquid natura agit hoc efficit, ut agens instrumentale primo agenti quod est Deus cooperans, sed quædam sunt quæ Deus sibi retinuit immediatè ea operans, sed huiusmodi creatura Deo non cooperatur hoc tertio modo. Quarto tamen modo potest ei cooperari, ut est creatio animæ rationalis, quæ immediatè a Deo producitur, natura tamen materiam disponit ad animæ rationalis receptionem: recreatio uero animæ creationi ipsius correspondet, ideo emundationem ipsius Deus immediatè sine cooperante operatur tertio modo, licet modo quarto aliquando aliquid ei cooperari possit. Et hoc dupliciter, aut ex opere operante siue docendo siue merendo, & sic homines cooperantur in remissione peccatorum, ideo dicitur. 1. ad Corinth. 3. Dei adiutores sumus: aut ex opere operato conferendo, scilicet sacramenta quæ disponunt ad gratiam per quam fit remissio peccatorum. Et huiusmodi cooperatio ministerij est quæ ministris ecclesiæ competit: unde dicitur prima ad Corint. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi, Hæc Beat. Thom. 4. sentent. dist. quarta, quæst. prima art. 2. in cor. artic.

C A P. II.

2. **S**ecundò circa receptionem gratiæ & eius susceptibilis præparationem, nota quod gratia dupliciter accipitur.

Vno modo dicitur gratia habituale donum Dei quo humana uoluntas præparatur ad bene operandum, & Deo fruendum: & hoc modo oportet esse aliquam præparationem ad eius receptionem, quod probo dupliciter: primò auctoritate: dicitur enim prouerb. 16. Hominis est præparare animam: secundo probo ratione. Nulla forma recipitur in materia sine debita dispositione eius, sicut ignis non recipitur in ligno nisi sicco, & arido, nec scientia in homine recipitur nisi a volente, & per debita media, sed gratia animæ quædam forma est, eo quod esse ali-

quid spirituale, scilicet est Deiforme dat animæ, ergo &c. Sed mouetur dubium, an ad præparationem talem requiratur donum aliquod habituale. Respondeo, quod non, quia si sic procederetur in infinitum, eo quod eadem ratio esset de illo dono requisito, & de alio ad ipsum requisito, & sic in infinitum, ergo gratia recipitur in creatura rationali sine medio habituali. Alio modo gratia dicitur auxilium diuinum mouens, & disponens ad bonum quod dupliciter contingit, aut enim per exteriores occasiones, & incitationes ad salutem, ut putà prædicationes, exempla, & gratitudines, flagella, terrores & huiusmodi, aut interiorum instinctum, & motum, scilicet cor hominis interius mouendo ad bonum, secundum illud prouerb. 21. Cor regis in manu Dei, & quocumque uoluerit uertet illud, & sic nulla præparatio præuia homini est necessaria, sed potius e contra quæcunque præparatio in homine est, ex Dei auxilio est præueniente, & mouente animum ad bonum. Et hoc probo dupliciter: primo auctoritate Ioh. 6. Nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum, quod uero trahitur trahente indiget: secundo ratione probo. Conuersio in ultimum finem fit per motionem primi agentis, sicut illa quæ est ad finem proximum per motionem fit alicuius inferiorum mouentium: ut potè animus militis conuertitur ad querendum uictoriam ex motione ducis exercitus, ad sequendum autem uexillum alicuius aciei ex motione tribuni, sed diuinum auxilium creaturæ rationali communicatum in Deum conuertit, sicut, & quilibet actio nititur conuertere siue assimilare passum agenti, ita quod primum agens in agendo omnia agentia alia præueniat, perficiat, & conseruet: eo quod ipsum omnibus dat esse: unde dabit perfectiones præcedentes concomitantes, & sequentes ipsum esse.

Vbi nota, quod aliter Deus in cæteris a creatura rationali operatur conuertendo ea ad se, & aliter in creatura rationali. Alia enim conuertit in se secundum rationem, & intentionem boni communem qua unumquodque assimilari intendit Deo secundum suum modum, ex eo, quod certum esse, & perfectionem participat quæ simi-

similitudo est Dei, ut potest. Ignis in eo, quod forma sua suscepit, & in eam absentem tendit actionesque quas indefinenter si non impeditur, operatur ad Deum secundum modum suum conuertitur, eo quod ab ipso est omnis perfectio. Similiter de aliis dicendum est creaturis. Ideo dicit Dionysius de diuinis nominibus, quod Deus omnia conuertit ad seipsum. Creaturas uero rationales, & precipue homines iustos conuertit ad se sicut ad specialem finem in quem per alios electione libera tendunt, & cui suo desiderio adherere cupiunt: unde in psalmo. Mihi adherere Deo bonum est. Vbi nota, quod huiusmodi conuersio siue motio ad bonum fieri potest dupliciter. Vno modo imperfecte, quando Deus mouet cor alicuius ad displicentiam aliqualem delictorum suorum, & incendit in eo desiderium imperfectum boni, sicut fit in attritis, & tunc homo non statim consequitur bonum quod est gratia gratum faciens. Alio modo perfecte, & sic homo quod in se est faciendo subito, & statim bonum gratia consequitur. Sicut contingit in Paulo prostrato qui faciendo quod in se est statim dixit. Domine quid me uis facere? & sic statim audiuit, & didicit a Deo, ideo statim ad ipsum uenit. Sciendum tamen, quod in huiusmodi motione Dei non perit libertas arbitrii. Deus enim unumquodque mouet secundum conditionem, & modum suum, quia libera mouet liberè, & determinata ad unum, ut sunt creature alie rationali, mouet ex necessitate, eo quod eis magis conuenit agi quam agere: unde rationalis creatura cum ex parte potentie rationalis potentis ad oppositum libera in sua actione sit: ideo a Deo mouetur liberè, ut scilicet ex electione libera in bonum tendat, & si ab illo deficiat, hoc fit in eo, quod erit diuinum instinctum siue motum. Ideo dicitur Osee. 13. Perditio tua ex Israel, ex me tantum auxilium tuum. Hec Beatus Thomas secunda secundae, quaestio. 109. artic. 6. Et quaestio. 112. artic. 2. Et in quodlibet. 1. quaestio. quarta, artic. 2. in cor. quaestio. & sol. arg. Et sic accipiendo gratiam, ut dictum est secundo modo, & in his quae sequuntur ipsa est praeparatio actiua

Dei in hominem, quae
requiritur ad receptionem

gratiae primo modo.

CIRCA praedicta sciendum, quod quamuis homo non potest gratiam qua facit opera meritoria ex libero arbitrio acquirere, potest tamen se ad gratiam habendam praeparare, quae ei a Deo non negabitur, si quod in se est fecerit, ideo in potestate liberi arbitrii est opera meritoria facere, quamuis potestas ipsa liberi arbitrii ad hoc per se non sufficiat, eo quod modus ad meritum requisitus naturae facultatem excedat. Hec Beatus Thomas de ueri. q. 24. art. 1. in sol. 2. argu. Vnde ad habendum gratiam necesse habet homo facere quod in se est, & ad Deum conuertere, quod si fecerit recipit gratiam sicut habens oculum capacem luminis si lumen recipere debet necesse habet se conuertere ad lumen si ipse oculus auersus est ab eodem, nec plus requiritur ad gratiae receptionem. Ideo si aliquis in barbaris nationibus quod in se est faciat, Deus necessaria sibi ad salutem inspirando, vel docentem mittendo exhibebit: unde nec habitus fidei habet praecedere gratiam, sed homo si mul se praeparare potest ad habendam fidem alias uirtutes, & gratiam. Hec Beatus Thomas 2. sententiarum. dist. 28. art. 4. in cor. q. & in solu. 4. argument. Ad cuius euidentiam sciendum quod ad actum conuersionis eliciendum sufficit liberum arbitrium. quod ad gratiam habendam per proprium actum se praeparat, & disponit: sed efficacia conuersionis ad meritum esse non potest nisi per gratiam, unde unus, & idem est motus in quo liberum arbitrium disponitur, & gratia infunditur, quae est dispositio ad gratiam secundum, quod a libero arbitrio exit, & meritorius secundum, quod gratia informatur. Et simile contingit in motu contritionis quo primo iustificatur impius. E hoc patet per exemplum. Eodem nam instanti in generatione naturali dispositio necessitatis materiae alterationem terminat, & forma substantialis inducitur. Cum enim generatio sit terminus alterationis, oportet in eodem instanti dispositionem quae est necessitas, & generationem ad formam substantialem terminari, sed quia alteratio est motus corporis, id est alterationis principium, & medium quo disponitur materia ad formam substantialem tunc praedit formae substantialis intro

Lumen
ad gratiam
comparatur

Natura
lis, & su
pernatu
ralis g
neratio
nis co
paratio

Homo
liberè
Deum
mouet.

introductionem. Motus autē voluntatis qui ad gratiā disponit simplex est, & non cōis, & ideo unus tantū sufficiens dispō est ad gratiam, uel ultimus inter plures qui agit in uirtute omnium præcedentium, ideo cum illa gratia infunditur. Hæc b. Th. 2. sent. dist. 5. art. 1. in cor. art. Dubium est quomodo homo quod in se est faciat. Resp. q̄ notio principij primi in lumine ē rationis in rectitudine creature: unde ps. dicit. Scitote quoniā dñs ipse est Deus ipse fecit nos, & non ipsi nos, qua intentiones homo quilibet naturaliter scit se non semper fuisse, & esse factum, & ita scit se habere principium: & ab illo totum bonum, & quicquid habet, & non a se habere & scit, q̄ ab illo debet petere bonum, & q̄ per illud dicūt reple re omnes sui defectus. Et si secundum illam notionem operetur homo suo arbitrio recurrendo ad illum quem scit esse suum principium, & quem scit sibi esse orandum, & petit ab eo cognitionē fidei, & boni lumen dabitur ei. Ideo dicit. 1. ad Corinth. 14. Ignorans ignorabitur. Et hoc quilibet homo facere potest siue fidelis siue infidelis sit, magis tamen fidelis etiā existens in peccato mortali quā infidelis, quia ipse plus habet de lumine cognitionis. Habet enim fidem sine charitate quæ informis dicitur ad duo, scilicet ad diuinam iustitiam damnantē reprobos, & ad diuinā misericordiā saluantem electos radiantem, quæ duo benè cognoscit per fidem suā: si ergo auertat suū arbitriū ab actu peccati & ex lumine fidei dirigat ipsum in iustitiam dānantem reprobos, creabitur in eo timor. Si autē dirigat in diuinam misericordiā saluantem iustos causabitur in eo spes. Et hoc est facere, q̄ in se est. Hæc Alex. de Ales parte 3. q. 6. art. 6. in materia de gratia.

Quæritur Vbi nota, q̄ non qualiscūq; motus uoluntatis præparatio sufficiens est ad gratiā, sicut nec quilibet dolor indifferēter ad infusionē gratiæ sufficit ad remissionem peccati, sed oportet esse determinatū motū aliquem qui homini notus esse non pōt, cum ipsum donum gratiæ cognitionem hominis excedat. nō pōt. n. sciri modus præparationis ad formā nisi cognoscatur forma ipsa. Quādo autem ad faciendum aliquid, requiratur modus aliquis operationis certus ope-

ranti ignotus, indiget operās gubernāte & dirigente, & sic liberum arbitrium necesse habet dirigi ad hoc quod ad gratiam se præparet, ideo petimus. Dirige me in veritate tua. Hæc beat. Tho. de verita. q. 24. artic. 15. in cor. arti.

CAP. IIII.

TERTIO circa gratiæ differentem receptionem qua eius quantitas attenditur, sciendum, quod in gratia sicut in aliis habitibus dupliciter attendi potest magnitudo.

Vno modo ex parte finis siue obiecti, prout dicitur una uirtus nobilior altera: eo quod ad maius bonum quā alio ordinatur, & sic gratia gratum faciens non potest esse maior, & minor, quia ipsa secundum sui rationem coniungit hominem summo bono, scilicet Deo. Alio modo ex parte recipientium in quibus inæqualitas quædam reperitur, hoc modo gratia magis, & minus recipit, eo quod non æqualiter eam participant. Quod probo quattuor modis: primò auctoritate Apostoli ad Ephes. 4. dicentis. Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi, sed quod mensuratè datur pluribus non datur omnibus æqualiter: secundò probo ratione ex parte dantis gratiam. Quodcunque datur aliquibus ex uoluntate libera dantis potest plus, & minus dari, sicut lutum æquale in massa materiæ magis, & minus formam perfectam in diuersis partibus pro uoluntate artificis participat, sed gratia ex uoluntate Dei libera datur, unde dicitur Sap. 11. Quomodo posset aliquid permanere nisi tu uoluisses, & inde assignat prima ratio diuersæ participationis gratiæ, eo quod eam Deus donat, & liberum arbitrium præparat pro uoluntate sua: unde malè ratio illa ab aliquibus ex parte recipientis assignatur. Tertiò probo ex parte recipientis. Quia subiecta quæ gratiam recipiunt non sunt eodem modo disposita: eo quod maior conatus in uno reperitur quā in alio, sed ubi sunt recipientia diuersimodè disposita, ibi nō potest esse æqualis receptio, quod patet per exemplum in luce. Cum enim lux per suum radiū attingit materiā liquefactibilem

Gratia non datur omnibus æqualiter

bile sicut certam, & materiā indurabile si-
cut lutū quantū est de se in utroq; .s. in lu-
to, & cera æqualiter operatur, sed ex par-
te recipientis, quia non est eadē dispō in
utroq; non æqualiter recipiūt. sic a simi-
li licet Deus quantum est ex se æqualiter
omnibus gratiam largiatur, tamē qui se
magis disponunt magis recipiunt. Quar-
tō patet hoc idem ratione perfectionis.
Sicut. n. uniuersum est perfectius ex di-
uersis gradibus rerum, putā q. una crea-
tura est altior, pulchrior, perfectior alia,
ita ex diuersis gradibus gratiarum, meri-
torum, & præmiorum, ecclesiæ militan-
tis, & triumphantis pulchritudo consur-
git. Hæc Beatus Thomas, prima secun-
dæ q. 112. artic. 4. in cor. q. per totum.

Si autem in diuidendo aliter uis pro-
cedere dicas, q. circa gratiam considerā-
dam sunt tria. s. emanatio principalis. 1.
cap. dispositio mentalis, secundo cap. par-
ticipatio inæqualis, tertio.

C A P. V.

CIRCA gratiam gratum facientem
consideranda sunt tria. s. insufficiē-
tia liberi arbit. ineuidencia infusi bene-
ficij, excellentia præmij eximij.

Primò consideranda est insufficiētia
liberi arbit. Ad cuius euidenciam nota, q.
circa liberum arbitrium quidam dupli-
citer errauerunt. Quidam enim negaue-
runt ipsum esse: quidam uero nimis ip-
sum ampliauerunt: quidam enim hæreti-
ci, ut Manichæi, & Iouiniani naturam li-
beri arb. destruebant dicentes, quòd ho-
mo, uel de necessitate peccat, uel de ne-
cessitate benè operatur, quorum ratio est
talis. Manichæi enim dicentes, q. sensibi-
lis natura est mala, ut pote a malo Deo
hoc est dæmone facta, ponunt, quòd ho-
mo de necessitate peccat, nec bonum fa-
cere potest, sicut lapis tendit de necessita-
te deorsum. Iouiniani autem attendētes,
quòd natura intellectualis est bona, ut
potē a Deo bono facta, dicunt, q. homo
de necessitate benè operatur, & nunquā
potest peccare, sicut leue ex se semper fer-
rit sursum, & nunquam deorsum. Qui-
dam uero alii uolentes naturam liberi ar-
bit. saluare nimis eius naturam amplia-
uerunt dicentes, q. hō pōt quodcūq; bo-

nū ē meritorium facere ex seipso sine ali-
qua gratia superaddita. Nos aut secundū
fidem catholicā profitemur liberum
arbitriū bona, & mala posse facere, non
tamen in actum meritorium pōt exire si-
ne gratia gratum faciente. Hæc B. Tho.
2. scri. sent. dist. 28. art. 1. in cor. q. Vnde
liberum arbit. sine Dei gratia non suffi-
cit quantum ad quinque contra Pelagiū,
primò ad benè operandum, secundò ad
vitium vitandum, tertio ad a peccato re-
surgendum, quartò ad perseuerandum,
quintò ad præmiandum. Primò liberum
arbit. non sufficit sine gratia gratum fa-
ciente ad bonum, uel ad benè operandū.
Vbi sciendum, quòd duplex est bonum.
Quoddā est naturale quod non excedit
facultatem naturæ, & tale quodcūque sit
illud pōt hō facere sine gratia Dei. Aliud
est bonum quod facultatē naturæ exce-
dit, & tale non pōt hō suo libero arbi. fa-
cere sine gratia Dei. Hoc aut multiplici-
ter pbo: primò auctoritate B. Aug. in lib.
de correctione, & gratia dicentis, quòd si-
ne gratia nullum prorsus siue cogitando
siue volendo, & amando, siue agendo fa-
ciunt homines bonū. s. meritorium sine
gratia Dei: secundò probo hoc idem rōne
sic. Sicut se habet esse, & non esse, ita be-
nè esse, & malè esse, uel benè operare, uel
malè, sed esse non habet homo, uel quæ-
libet creatura nisi a Deo: non esse uero
quælibet creatura habet a seipsa, quia
quælibet creatura in se est nihil: ita benè
esse, & benè operari habet homo a Deo,
deficere autem, & malè operari habet a
seipso: Tertiò probo hoc idem similitu-
dine, uel exemplis: & primò exemplo in-
firmi respectu motus. Sicut enim homo
infirmus potest per seipsum aliquē mo-
tum habere, non tamen perfectē potest
moueri motu hominis sani nisi sanetur
auxilio medicinæ, sic uirtus gratuita supe-
raddita uirtuti naturæ requiritur ad opus
meritorium operandum. Hæc B. Thom.
prima secundæ q. 109. artic. 2. in cor. q. p
totum: quartò probo hoc idem auctori-
tate Anselmi dicentis: in primo libro de
gratia, & libero arbitrio. Quod sicut ter-
ra spinas, & tribulos, & qualdam herbas
non necessarias per se germinat: vitæ ue-
ro necessarias nō sine semine, sic homo
per se pōt in cogitata uana, & noxia, in

Viñ cō.
Tridēt.
sessi. 6.
can. 20.

Confu-
tat fal-
sas opi-
niones
liberi a-
bitrij.

ea vero quæ sunt salutis non potest sine semine uerbi Dei. i. sine gratia. Item Anselm. ibid. sic dicit. Gratia, & liberum arbitrium, ita se habent ad ea quæ sunt salutis, sicut pater, & mater ad prolem: unde sicut sine patre, & matre proles non potest nasci, ita sine gratia, & libero arbitrio homo non potest saluari.

CAP. VI.

Secundo liberum arbit. non sufficit sine gratia ad peccatum uitandum. Ad cuius euentum nota sex. Primum est; quod homo aut est sine peccato mortali, aut cum peccato mortali.

Primo ergo si homo est sine peccato mortali adhuc indiget auxilio gratiæ diuinæ ad uitandum peccatum ita dicit Aug. in lib. de natura, & gratia. Sicut enim oculus corporis plenissime sanus non potest cernere nisi candore lucis adiutus, sic etiam homo perfectissime iustificatus recte non potest uiuere: nisi æterna luce iustitiæ adiuuetur, sed iustificatio fit per gratiam, ut dicit Apostolus ad Ro. 9. Iustificati gratis per gratiam ipsius: ergo existens sine peccato mortali adhuc indiget auxilio gratiæ, ut recte uiuat.

Hæc b. Thomas, prima secundæ, q. 109. q. 9. Secundum est, quod si homo est in peccato mortali non potest sine gratia uitare peccatum commissum. Cuius ratio, est, quia existens in peccato mortali non potest se absolvere a peccato, & a reatu peccati nisi per gratiam liberetur. Contra pelagium qui dicebat hominem proprijs operibus sine gratia posse a peccatis præteritis se absolvere satisfaciendo. Hæc b. Th. 2. scrip. sen. dist. 28. artic. 3. in cor. q. Tertium est, quod existens in peccato mortali non potest diu manere: quin in aliquod peccatum sequens cadat, quia sicut Beatus Greg. dicit super Ezech. Peccatum quod per penitentiam non deletur mox suo pondere ad aliud trahit. Hæc B. Th. prima 2. q. 109. art. 8. Quartum est quod existens in peccato mortali licet per vehementes passionem, & tentationes, & corruptionem naturæ inclinatur ad peccatum simile, uel aliud perpetrandum, non tamen ad hoc cogitur seu necessitatur: quod

patet, quia sicut habens uirtutem potest non uti uirtute, sed etiam in contrarium usum exire, ita habens habitum vitiosum potest non uti illo habitu. Hæc b. Th. secundo scr. sen. dist. 28. art. 2. in sol. 4. arg. Quintum est, quod antequam homo mortaliter peccet potest de facili uitare peccata mortalia: postquam autem peccauit mortaliter non potest sine difficultate, & pugna ea uitare. Venialia autem omnia uitare non potest propter rebellionem carnis ad spiritum ibidem in sol. 2. arg. Sextum est, quod aliud est resistere peccato, & aliud habere uictoriam de peccato. Quicumque. n. uitare peccatum resistit peccato: quod potest fieri sine gratia: sed ille proprie uincit peccatum qui facit illud contra quod est pugna peccati, id est qui opus meritorium operatur, quæ uictoria, id est meritorie operari meretur uitam æternam, & sine gratia non fit, ibid. in sol. 6. arg. per totum.

CAP. VII.

Tertio liberum arbitrium non sufficit sine auxilio diuinæ gratiæ ad reuertendum a peccato. Hoc autem tripliciter probatur, scilicet ratione, similitudine, & auctoritate. Primo ratione sic. Nam per peccatum homo tria mala incurrit: primo. n. amittit decorem, nam per peccatum mortale anima maculatur: secundo amittit ordinem, eo quod per peccatum mortale anima a Deo separatur: tertio incurrit pænæ horrorem, quia per peccatum mortale anima æternaliter damnatur, uel cruciatur. Hæc autem tria reparari non possunt nisi per lumen diuinæ gratiæ. Quod sic patet: primo. n. decor, & nitor mentis non reparatur nisi per auxilium diuinæ gratiæ: secundo ordo: scilicet mentis ad Deum non est nisi per Dei gratiam trahentem mentem, & ordinantem: tertio horror pænæ æternæ, non potest remitti nisi a Deo qui sui gratia peccatum contra se commissum, & pænā peccati remittere potest. Secundo probatur hoc idem similitudine. scilicet luminis, sanitatis, & mortis: primo similitudine luminis. Sicut. n. lumen corporale non potest naturaliter recuperari, uel reuocari a cæco, sic a simili lumen spirituale puritatis, uel innocentie sine diuinæ gra

Gratia
tria in
anima
reparat

gratia recuperari non potest secundo probo hoc idem exemplo sanitatis. Licet. n. sanitas corporis manere principio intrinsicè sanitatis. s. uitæ naturaliter possit recuperari uel rehaberi, tamen sanitas spiritualis recuperari non potest nisi denuo diuina gratia infunditur: tertio pbo hoc idem similitudine mortis. Sicut enim aliquis potest naturaliter ab habitu in priuatione incidere, ut puta de uita ad mortem, non autem è conuerso: sic quilibet potest a gratia cadere in peccatum non autem a statu culpæ ad statum gratiæ naturaliter, & per seipsum potest redire.

Tertio hoc idem probo auctoritate Apostoli ad Gal. 2. dicentis. Si data est lux quæ potest iustificare Christus gratis mortuus est. idest sine causa mortuus est. q. d. Si lex Moysei potest iustificare Christus gratis mortuus est. i. sine cā mortuus est. Pari ergo rōne si homo habet naturam per quā potest iustificari Christus gratis, idest sine causa mortuus est, sed hoc est inconueniens dicere: ergo non potest homo p seipsum iustificari, idest redire de statu culpæ ad statum gratiæ. Hæc B. Tho. prima. 2. q. 109. art. 7. in cor. q. & arg. cōtra.

C A P. XIII.

Quarto liberum arbitrium non sufficit sine gratia ad perseverandū in bono. Vbi nota, q̄ perseverantia accipitur tribus modis, scilicet pro fortitudine, pro intentione, pro continuatione: primo modo accipitur perseverantia pro fortitudine, quia aliquis firmiter stat ne remoueatur ad eo, q̄ est, secundum uirtutem, & talis perseverantia quæ idē est, q̄ cōstantia, uel fortitudo mētis est ex gratia dei. Cuius rō, est quia sicut continentia se habet ad delectationes uel concupiscētiās, ita p̄seuerantia ad tristitias, sed continentia, & ceterę uirtutes simul cū gratia infundunt, ergo & perseverantia: secundo mō p̄seuerantia accipitur p̄ intentione qua aliquis intendit, uel proponit p̄seuerare usq. in finē, & sic ē talis intentio perseverandi usq. in finē simul cū grā Dei infunditur: tertio p̄seuerantia accipitur p̄ continuatione, in qua p̄seuerantia est quādā cōtinuatio boni usq. in finē, & sic quilibet ē in gratia cō-

stitutus indiget diuino auxilio quo dirigatur, & protegetur cōtra tentationū impulsus: vñ postquā aliquis est in gratia cōstitutus, & p̄ gratiā iustificatus necesse habet a Deo petere p̄dictū p̄seuerantię donū, ut. s. custodiat a malo usq. in finem uitę suę. Nā multis datur gratia quib. nō datur p̄seuerari in gratia. Hæc b. Th. prima secundę. q. 109. art. 10. in cor. q. per totum. Ad cuius euidētiā nota quattuor. Primum est, q̄ maius donū conceditur mō per gratiam Christi quā in statu innocentie habuit primus homo: Nam in statu innocentie homo accepit donū per quod posset perseverare, non aut accipit ut perseveraret. Nūc aut per gratiā Christi nō solū datur donū quo homines possunt perseverare, sed ē t, q̄ perseverēt, ibidē in sol. tertii arg. Secundum est, quod in statu innocentie homo facilius poterat p̄seuerare in bono per donū diuinę gratiæ quam nunc possumus, eō q̄ tunc nulla erat rebellio carnis ad spiritū sicut modo: ibidē in sol. 3. arg. Tertium est, quod perseverare in bono perfectiori, & nobiliori mō erit in patria quā modo sit in uia: nā in patria hō poterit nō solū perseverare in bono, sed ē non poterit peccare, eō quod tunc erit reparatio Xpi cōsummata: & qm̄ ad mentē, & qm̄ ad carnem. Nūc aut. s. in via est reparatio Xpi inchoata qm̄ ad mētē, nondum tamē cōsummata quantum ad carnē, ibidē in sol. 3. arg. in fi. Quartū est, q̄ perseverantia est exclusiua laboris, cōseruatiua muneris, uel valoris, donatiua, uel effectiua mercedis: primo est exclusiua laboris: nam perseverantia aspera facit dulcia: unde Bern. in epistolis. Subito procedenti de umbra ad solē: de ocio ad laborem graue sibi uidetur esse quod incipit: sed postquam ab his dissuescere, & ad alia paulisper assuecere cepit: usus tollit difficultatem, inuenitque facile esse quod impossibile ante putauit. Secundo est cōseruatiua ualoris. August. Perseuerantia magnū donū Dei est quo cūcta bona cōseruantur. Et Bernard in quoddam sermone. Bonam uitam ego puto mala pati, & bona facere, & sic perseverare in his usque ad mortem: tertio est affectiua mercedis. Nullum enim opus quod agimus est sine perseverantia meritorium: unde Gregor. in moral. In cassum

bonum agit ut si ante uitæ terminum deferatur quia, & frustra uelociter currit quæ priusquam ad metas uenit deficit. Et Bernar. in quadam epistola. Absq. perseverantia nec qui pugnat uictoriam nec palmam uictor consequitur, nutrix est ad meritum mediatrix ad præmium, toro patientia constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimiatis uinculum, sanctitatis propugnaculum. tolle perseverantiam, nec obsequium habet mercedem, nec beneficium gratiam, nec fortitudo laudem. Sola perseverantia est, cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati rationem reddit, dicente domino. Qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit: unde Remigius sic dicit. Qui perseverauerit usque in finem idest qui præcepta fidei non deseruerit: & in persecutionibus non defecerit saluus erit, quia pro persecutionibus terrenis recipiet præmia regni celestis. Et notandum, quod finis non semper signat consumptionem, sed aliquando perfectionem, iuxta illud. Finis legis Christus: unde etiam potest esse sensus. Qui perseverauerit usque in finem, idest in Christo, saluus erit. Aug. ibidem. In Christo namque perseverare est permanere in fide.

CAP. IX.

Quinto liberum arbitrium non sufficit sine gratia gratum faciente ad sequendum præmium. Nullus enim sine gratia gratum faciente potest mereri uitam æternam. Hoc autem probo triplici ratione, scilicet ratione status, reatus, excessus: Primò ratione status sic. Nullus in statu peccati existens potest mereri uitam æternam: nisi prius Deo reconcilietur, & peccatum indulgeatur, sed reconciliatio, & peccati, uel offense remissio fit per gratiam: ergo &c. Secundò ratione reatus sic: Esse dignum uita æterna, & esse dignum pœna æterna ex opposito diuiduntur: sed peccator in quantum huiusmodi est dignus pœna, & morte æterna secundum, quod dicitur ad Ro. 6. Stipendia peccati mors: ergo homo in quantum talis. scilicet in quantum peccator non meretur uitam æternam. ter-

tiò ratione excessus sic. Homo non meretur uirtute sua illud quod eius uirtutem excedit, sed uita æterna excedit omnem naturalem cognitionem, & desiderium eius, iuxta illud prima ad Corinth. 2. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se: unde nulla creatura est ex se sufficiens ad productionem actus meritorij nisi superaddatur aliquod supernaturale diuinum quod gratia dicitur: ita dicit Apostolus ad Rom. 6. Gratia Dei uita æterna. Hæc B. Th. prima secundæ. q. 114 ar. 1. in cor. q. per totum. Nota tamen hic quattuor per solutiones argu. Primum est, quod Deus ordinauit humanam naturam ad consequendum finem uitæ æternæ, non propria uirtute, sed per auxilium gratiæ, ubi supra immediatè, in sol. 1. arg. Secundum est, quod homo non potest tale, idest uita perfectum opus gratiæ operari, quale ex gratia operatur, quia ubi principium operationis est perfectius, ibi operatio est perfectior, ibi. in sol. 2. ar. Tertiū est, quod licet unus modo apud alium possit mereri etiam si nunquam ante gratiam suam habuerit, tamen apud Deum nullus potest mereri nisi Dei gratiam habeat. in sol. 3. arg. Quartum est, quod simile est de homine respectu hominis, & de homine respectu Dei quantum ad hoc, quod sicut homo ab alio homine quem prius offendit mereri non potest nisi ei satisfaciens reconcilietur, ita homo apud Deum nihil potest mereri nisi satisfaciens reconcilietur Deo quem prius peccando offendit, in sol. 3. arg. in fine: unde Isidor. in lib. de summo bono sic ait. In omni opere tuo Deum posce, omnia diuinæ gratiæ bona adscribe, nihil meritis tuis attribuas, de uirtute tua nihil præsumas.

CAP. X.

Secundo principaliter circa gratiam gratum faciendū consideranda est euidētia impēsi, uel infusi beneficii. Posset enim quis querere, an aliquis homo in hac uita possit scire se habere gratiam gratum faciendū. Hoc est se esse acceptum Deo. Ad quod respondeo, & dico, quod de hoc est duplex modus loquendi: quidam enim dicunt quod sex genera personarum diuersimodè se habent circa gratiam diuinam notitiā.

Circa **notitiā** **gratiæ** **multi-** **plex ge-** **nus per** **sonarū.**
 Primo. n. sunt quidam qui cognoscunt p
 certam scientiā se non esse in gratia, sicut
 sunt omnes illi qui sunt sibi conscij de
 peccato mortali, & tales bene habēt sciē-
 tiā certam: q̄ non sunt in gratia Dei, cum
 sciunt se in esse in peccato mortali. Secū-
 do quidā dubitant se esse in gratia, sicut
 illi qui ex una parte vident se tepidos a-
 mando Deum, & nō habere affectum ad
 bonum. Ex alia uero parte vident, q̄ nul-
 lam habent uoluntatem peccandi, & nul-
 lo modo peccarent tales dubitāt se esse in
 gratia cum habeant rationes æquē for-
 tes ad utranq. partem. Tertio quidam o-
 pinantur se esse in gratia: sicut illi qui ha-
 bent rationes ad hoc, & ad suum opposi-
 tum: tamen fortiores rationes habent ad
 hoc quam ad suum oppositum: sicut, quā-
 do ex parte vident se feruentes in amo-
 re Dei, & lugentes pro peccatis suis. Ex a-
 lia uero parte opposita isti sentiunt rebel-
 lionē carnis, & fragilitatē, ita q̄ propter
 istas rationes sibi oppositas opinantur
 se esse in gratia, & dubitant se esse in
 gratia. Nam opinio est acceptio unius
 partis cum formidine alterius partis op-
 positæ. Quartō aliqui sciūt se esse in gra-
 tia experimentaliter: sicut illi qui sentiūt
 dulcedinē diuinæ bonitatis & in oratio-
 ne gustant quam suavis est dominus.
 Quinto aliqui sciūt se esse in gratia Dei
 supernaturaliter, sicut sunt illi qui ita do-
 tati sunt a Deo, & perfecti, quod iam
 non habent rebellionem fomitis, sed ha-
 bent plenam pacem spiritus, & sentiunt
 concupiscentiam carnis intus cōsopitā,
 & sentiunt se eleuatos in contemplatio-
 ne diuina, sicut fuerunt B. Paulus, & Mag-
 dalena. Sexto aliqui sciunt se esse in gra-
 tia Dei experimentaliter: sicut illi qui di-
 uinæ gratiæ habent experimenta: qualia
 sunt iocunditas conscientiæ: bonum desi-
 derium, & seruator ad bona opera.

CAP. XI.

ii.

Secundo modo quando quæritur utrū
 aliquis possit scire se esse in gratia,
 uel se esse acceptum Deo. Respondet
 Th. breuius, & clarius dicens, q̄ aliquid
 cognoscit trib. modis. s. certitudinaliter,
 supernaturaliter, experimētaliter. Primō
 cognoscit aliquid certitudinaliter. s. qn̄

eius principii p̄ certo cognoscit, & isto
 mō nullius pōt certitudinaliter scire Dei vide cō.
 gratiam in se habere eō q̄ principii gra Triden.
 tiæ. s. Deus pp̄ sui excellentiam est nobis sessio. 6.
 ignotus, qd̄ triplici ratione ostēdo: primō c. 9.
 auctoritate Ioh. 36. dicentis. Ecce Deus
 magnus vincens scientiam nostram: se-
 cundo auctoritate Eccles. 9. Nemo scit
 vtrum sit dignus odio, uel amore: tertio
 Iob. 9. Si uenerit ad me uidebo eum, si a-
 bierit non intelligam. Ex quibus auctori-
 tatibus patet, q̄ præsētia Dei in nobis,
 uel absentia eius a nobis per certitudinē
 a nobis cognosci nō pōt. Hæc b. Th. pri-
 ma secundæ. q. 112. art. 5. in cor. q. Vbi no-
 ta, q̄ aliter se habet de notitia culpæ, & a-
 liter de notitia gratiæ Licet, n. aliquis pos-
 sit pro certo scire, q̄ sit in peccato morta-
 li, non aut pōt p̄ certo scire, q̄ sit in gra-
 tia siue q̄ sit acceptus Deo. Cuius ratio ē,
 quia peccatum habet principio, & obie-
 cto bonū commutabile quod est nobis
 notum. Obiectum autem, uel finis gratiæ
 est nobis ignotū propter sui luminis im-
 mēsitatē, scdm̄ quod dī prima ad Thim.
 ult. Lucem habitat inaccessibilē, ubi supra
 immediatē, in sol. 3. arg. Scd̄ o mō cogno-
 scitur aliquid supernaturaliter. s. per reue-
 lationem diuinā: & hoc mō pōt hō scire se
 esse in gratia Dei, sicut reuelauit Paulo
 dicens ei, secunda ad Cor. 12. Sufficit tibi
 gratia mea. Ad cuius euidentiam nota-
 tria. Primum est, q̄ deus Paulo, & quibus-
 dam alijs reuelauit, & nūc reuelat, q̄ sunt Tribus
 in gratia Dei propter tres causas: prima decausis
 est, ut securitatis gaudia hic inchoentur: reuela-
 secunda est, ut uirtutis magnifica opera tur sta-
 prosequantur: tertia est, ut præsētis uitę tus gra-
 mala imminētia tollerentur: ubi supra tia,
 immediatē. Secundū est, q̄ licet aliquib.
 ex priuilegio speciali sua saluatio reuele-
 tur propter tres causas assignatas, supra
 immediatē. Nulli tamen nunquam reue-
 lauit Deus, nec reuelabit summam dam-
 nationē, eō quod dānatio sup ordinatur
 ad malum, scilicet ad desperationem,
 Deus autem nunquam est causa alicui de-
 sperandi. Tertiū est, quod Deus licet qn̄q.
 reuelat alicui suam saluationem, non ta-
 men semper reuelat, tum ad remouendū
 ab ipsis præsumptionem: tum ad excitā-
 dum eos ad Dei timorem. Tertio modo
 cognoscitur aliquid coniecturaliter sine
 expe-

Signa
gratiae.

experimentaliter, & p aliqua signa. Et hoc modo aliquis pōt cognoscere gratiā Dei in se habere. Hæc aut signa sūt quattuor inter alia: primū est, quando quis nō pūgitur mortali crimine: secundū est: qñ nō afficitur mundi culmine: tertium est, qñ nō præmit alieno ære, quartū est, quādo quis delectatur Dei dulcedine: vel in Dei opere. Hęc b. Th. prima scđe. q. 112. art. 5. in cor. q. per totum. Et Bern. in li. de lib. arbit. sic ait. Gratiā Dei in trib. cōsistere arbitror: scilicet in odio pręteritorū malorum: contēptu honorū præsensium, & in desiderio futurorū. Si aut aliter uis procedere dicas, quōd tria sunt signa pp quę colligit, quōd aliqui sciunt, quōd habeāt gratiā, & quōd sint accepti Deo, q signa tangit David in ps. Primum est lumen apud vim rōnalē: unde dicit David. Signatum est sup nos lumē vultus tui domine. Secūdū est letitia apud vim concupiscibilem, unde subdit. Dedisti lætitiā i corde meo. Tertium signum est pax apud vim irascibilem, unde subiungit. In pace in idipsum dormiam, & requiescā. Quæ tria habet ille qui non hēt conscientiam pēti mortalis. Qui aut hēt peccatum mortale, vel conscientiā pēti mortalis, hæc tria in se nō hēt. Primō. n. existens in pēto mortali non hēt lumē uerū in rōnali. quod patet per exēplū de luce, & cæco. Lux. n. est præsens cæco, & illuminato, aliter tamē, & aliter, quia lux sic est præsens illuminato, uel vidēti, quōd eā uidet, licet aut lux sit pns cæco, non tamen cæcus ē præsens luci, quia lucē nō uidet. Scđo. habens cōscientiā de pēto mortali nō hēt uerā lætitiā in cōcupiscibili. Cuius rō est, quia sicut gustus benē dispositus non pōt non sentire dulcedinē sibi coniunctam, ita & malē dispositus non pōt sentire. Simile ē de anima benē. & malē disposita respectu dulcedinis bonitatis diuinæ tertio habens conscientiā peccati mortalis nō habet pacē in irascibili Isa. 56. Non est pax impiis, unde sicut contingit de paralytico, & de infirmo, & de sano, ita cōtingit de infideli, & de peccatore fideli, & de iusto, videmus. n. quōd in paralytico est infirmitas, & materia doloris, non tamē in ipso est sensus doloris. In infirmo aut nō paralytico est materia doloris, sensus doloris. In sano aut non est materia dolo-

ris nec sensus doloris. Similiter infidelis, habet materiam doloris, nec tamen sentit dolorem. Fidelis autem qui est languidus per peccatū habet materiā doloris, & sensum doloris. Fidelis aut sanus per gratiam, nec materiam doloris nec sensum doloris habet: & sic in tali, & similib. est vera iocunditas. Bern. sup illo verbo Ioh. 3. Sed nescis unde ueniat aut quo vadat, sic dicit. Verbū inuisibile per oculos non intrabit, quia non est coloratum, neque per aures, quia non sonuit, neq; p nares, quia non aeri immiscetur, sed menti, neque per fauces, quia non est māsūm, vel haustum, neque per tactum, quia non est palpabile. Quæres ergo cū inuestigabiles sint uix eius unde adesse cognoscit. Dico, quōd ex motu cordis intellexi præsentiā eius: ex fuga vitiorū aduerti potentiam uirtutis eius, ex discussione siue radargutione occultorum admiratus sum profunditatem sapientiæ eius ex quātulacūq; emendatione meorū morū expertus sum bonitatem mansuetudinis eius: ex reformatione, & renouatione spiritus mentis meæ percepi utcūq; speciē decoris, ex contuitu omniū horū simul expaui multitudinē magnitudinis eius. Si uenerit ad me nō uidebo eū, & si abierit nō intelligā, si repētē interroget quis respōdebit ei? Iob. 9. In quo verbo ostendit propriam ignorantiā, & insufficientiā. Primō tangit proprii status ignorantia: ibi. Si uenerit ad me: quod exponitur tribus modis: primō sic. Si uenerit ad me. scilicet visitando per gratiam, & consolando. Io. 14. Ad eū uenimus, & mansionem apud eū faciemus &c. Secundo sic. Si uenerit ad me. scilicet dando beneficia, & maximē spiritualia: tertio sic. Si uenerit ad me. scilicet impendendo misericordiam, uel exercendo iustitiam. Non uidebo eum. i. aduentum eius pro certo non cognoscam. Vel non uidebo eum. i. non pro certo sciam utrū ad malū sit, uel ad bonum aduentus eius. Nam aliquando uenit ex secreto misericordiæ suę, ut peccatorem, vel compungat, vel consoletur, aliquando ex tribunali iustitiæ, ut operantem remuneret, aliquando ex abyssu iudiciorum, ut inspire ingratos, aliquando ex thesauris scientiæ: ut mentem ad amāda secreta illumnet. Et subditur. Si abierit, uel gratiam suam

Exponit
illd Iob.
si uenerit
ad
me &c.

suam a me subtrahendo, uel aduersa dando, uel tentationib. exponendo. Vel abierit in breui post modum reuersus, uel longius post multum temporis reuersurus, uel ad me offensus nunquam reuersurus: non intelligam. i. non pro certo sciam utrum ad bonum, uel ad malum meum sit recessus eius. Greg. ibid. Accessus Dei ad nos, & recessus Dei a nobis ignoratur dum finis rerum prauideri nequit, quia aliquando, & uirtutibus elatus corrumpit, & quod putabatur gratia fit ira, & infirmatus humiliter surgit, eo quod non possit domare, & subiicere carnem suam.

CAP. XII.

CIRCA tertium nota, quod quamuis nulla creatura rationalis in bonis naturæ quantumcunque nobilis siue excellens ex se ipsa æternam beatitudinem consequi possit, cuilibet tamen existenti in gratia eadem conuenienter debetur in præmium. Et hoc probo quinque modis: primo auctoritate Apostoli secunda Thimo. 4. dicentis. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dominus in illa Die iustus iudex. Quod autem redditur secundum iustum iudicium merces esse debita uidetur: secundo probo ratione congrui. Homini operanti secundum suam uirtutem recompensare Deum secundum excellentiam suæ uirtutis congruum est, cum utrobique sit æqualitas quædam proportionis, sed sicut exhibere actum uirtutis congruit homini secundum suam uirtutem: ita retribuere uitam æternam congruit Deo secundum suam uirtutem. Non enim maius est Deo retribuere uitam æternam quam homini exhibere actum uirtutis.

Vbi nota, quod æqualitas proportionis est quando æqualiter habet se hoc ad illud sicut aliud ad alterum, ut potest sicut se habet homo secundum suam uirtutem ad faciendum actum bonum, ita se habet Deus secundum suam uirtutem ad dandum æternam uitam, quod tamen intelligendum est quando actus uirtutis, & præmium ipsius sunt eiusdem generis ita, ut si præmium omnem facultatem humanæ naturæ excedit sicut con-

tingit in uita æterna, ita & actus uirtutis sit talis in quo bonum fulgeat habitus infusi diuinitus a Deo, nos consignantis. Tertiò probo ratione iustitiæ. Quod redditur aliquibus secundum opus eorum redditur eis iuste, eo quod ad iustitiam distributiua pertineat reddere unicuique secundum suam dignitatem quæ multum attenditur in operibus, sed uita æterna redditur Beatis secundum opera eorum, nam Deus unicuique reddit secundum opera sua. Matth. 16. ergo.

Vbi nota, quod secundum Arist. 5. Ethic. duplex est species iustitiæ, scilicet distributiua, & commutatiua quæ in contractibus, ut in emptione, & uenditione uertitur, & respicit æqualitatem arithmetica quæ tendit in æqualitatem quantitatis: & est quando medium aliquod in eadem quantitate excedit minus. quæ exceditur a maiori, ut sex est medium arithmeticum inter quattuor, & octo, & sic exceditur ab octo in duobus, ita excedit quattuor similiter in duobus. Iustitia uero distributiua æqualitatem respicit geometricam, quæ est æqualis proportionis, ut sicut se habent sex ad tria, ita octo ad quattuor. In redditione autem præmij ad merita, magis seruatur forma distributionis cum Deus unicuique secundum opera sua reddit, quam commutationis, cum Deus nihil recipiat a nobis: bonorum enim nostrorum non eget, quamuis a sanctis quoadquod inueniatur methaphoricè dictum, quod bonis operibus regnum cælorum emittitur, in quantum Deus accipit opera nostra, & acceptat ea. Hæc Beatus Thomas secundo scripto sententiarum distinctio. 27. quæstio. prima, articulo tertio. Quarto probo ratione condigni. Opus bonum a spiritu sancto mouente, & dirigente procedens dignum est uita æterna. Valor enim meriti attenditur secundum uirtutem mouentis, & dirigentis, ut patet in opere facto ex charitate quod in substantia non differt ab eodem quod fit sine charitate: sed opus factum in gratia a spiritu sancto mouente, & dirigente procedit. Ipse enim est primum donum ratione cuius alia donantur mouens, & dirigens in uitam æternam, secundum illud Iohan. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, quod de spiritu sancto intelligitur,

Duplex
species
Iustitiæ

ligitur, sicut eiusdē. 7. pater. Flumina fluēt de ventre eius, &c. Et sequitur. Hoc autē dicebat de spiritu sancto quem accepturi erant &c. Quinto probo ratione iuris hæreditarij. Diuinæ naturæ consors factus, & in filium Dei adoptatus iure adoptionis recipit hæreditatem: secundum illud ad Rom. 8. Si filij, & hæredes: sed homo per gratiam consors efficitur diuinæ naturæ, quia Dei formis & filius adoptionis, secundum illud Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vbi nota, q̄ gratia spiritus sancti habita in præsentī, & si in æqualis sit gloriæ, æternæ in actu: non tamen in uirtute. Sicut succus arboris in actu dissimilis est toti arbori, cui tamen similis est in uirtute, eò q̄ eam uirtualiter continet: sic similis modo est de gratia, quia per eam nos spiritus sanctus inhabitat, qui est sufficiens causam uitæ æternæ, ideo dicitur. Pignus hæreditatis nostræ. 2. ad Cor. 1. unde prima causa perducendi ad uitam æternam est miseratio Dei qua nos adiuuat, meritum autem causa est subsequens. Hæc b. Tho. prima. 2. q. 14. art. 3.

De Gula.

S V M M A R I V M.

- 1 Gula consistit in appetitu inordinato, & peccatum est.
- 2 Gula est peccatum mortale non tamen maximum
- 3 Quinque sunt species peccati gulæ.
- 4 Prædictæ species aliquando sunt peccatū mortale, aliquando nō.
- 5 Peccatum gulæ facit animæ quatuor mala.
- 6 Peccatū gulæ aufert corpori quatuor nocumēta.

C A P. I.



Vla. Circa gulā tria sunt notāda, peccati deformitas, specierum diuersitas, & nocumēti multiplicitas. Penēs ipsius de-

formitatem considerata sunt duo: qualitas uidelicet ipsius, & grauitas. Quantum ad primum uidelicet eius qualitatem nota, quòd ipsa gula peccatum est, & hoc probo dupliciter: primò auctoritate Gregor. 2. mortali dicentis. Ad conflictum spiritualis agonis non assurgitur, si nō prius intra nosmetipsos hostis positus gulæ uidelicet appetitus edomatur: interior autem hostis peccatum est.

Secundo probo ratione. Quod recedit a debito ordine rationis est peccatū: bonum enim uirtutis consistit in ordine rationis 2. Ethicorum, sed gula recedit a debito ordine rationis, ipsa namque nominat inordinatum appetitum siue non regulatam rationem, concupiscentiam edendi unde uirtuti contrariatur. Virtus enim consistit in appetitu ordinato; ipsa uero gula in inordinato. Hæc b. Th. secunda secundæ. q. 148. art. 1. in arg. contra, & in cor. art. Ad quorum intellectum nota, q̄ secundum Dion. 4. c. de diu. no. malū animæ est præter rationem esse: unde tā in actib. exteriorib. quam in animæ passionib. interioribus quæ regula rationis debent ordinari si ab eo fit recessus peccatum contingit. Tanto autem magis in aliquibus passionib. a regula rationis fit recessus, & peccatum contingit, quanto difficilius rationi subditur, sed inter oēs passionēs ipsæ delectationes, & maxime naturales quæ sunt temporanæ uitæ nostræ quales sunt in cibis, & potibus necessariis ad uitam humanā difficilius & minus subiiciuntur regulæ rōnis, iō in ipsis plerūq. peccatū cōtingit. De talib. autē est peccatū gulæ q̄ inordinatus appetitus ē edendi: unde Aug. 10. confess. Nō ego in munditiam absolutè timeo, sed immoderantiam cupiditatis. Vbi nota, q̄ si aliquis sumat cibum superfluum credens eum sibi esse necessarium: talis non habet concupiscentiam inordinatam, nec recedit a regula rationis, & sic nō peccat uitio gulæ, ipsum enim non respicit primò, & p̄ se, ut patuit immoderatā sumptionem, sed immoderatam concupiscentiam ipsius sumptionis: unde gula principaliter est circa passionēs, & opponitur temperantiæ prout ipsa temperantia circa concupiscentias, & delectationes quæ sunt in cibis & potibus ponendo in eis regulā secundum

Tempe
rantie
regula.

dum debitam rationem. Circa quod nota, q̄ regula rationis quam obseruat temperantia & qua recedit gula est, ut homo sumat cibum secundum quod conuenit sustentationi naturæ, & bonæ habitudini hominis, & conuersationi eorū cum quibus ipse uiuit, ut dicitur. 3. eth. Et q̄n secū dum hanc regulam sumitur aut appetitur, cib. ipse desideratur siue sumitur ex necessitate, & secundum uirtutem. Quando uerò ab illo ordine sit recessus, transgreditur regula rationis: & a medio uirtutis disceditur, & satisfit voluptati. Talis autem moderata sumptio siue mensura cibi respicit regulam naturæ corporis, iō magis potest esse cognita secundum artē medicinæ quam secū dum rationem prudentiæ, secundum quā tamen potest diiudicari utrum concupiscentia sit moderata, vel immoderata: quamuis de facili tale iudicium haberi non possit, quādo nō multum a ratione disceditur sine auxilio Dei, unde Aug. 10. confess. Quisquis est qui non sumit cibum extra metas necessitatis, magnus est & magnificet nomen tuum domine nota tamen, q̄ medium a quo recedit gula non accipitur secundū quantitatem absolutam, sicut medium dicitur per æquē distantiam ab extremis: sed secundum proportionem ad rectam rationem secundum quam medium uirtutis determinatur. 2. Ethic. Ideò contingit, q̄ aliquando uirtus tenet extremum secundum quantitatem absolutam, quæ tamen est medium secundum proportionem ad rectam rationem in quantum agit secundum debitas circumstantias sicut in quarto ethic. Philos. dicit de magnanimo, q̄ magnitudine quidem est extremius, quia. s. ad maximum tendit, eo autem, q̄ ut oportet medius, sic etiam uirginitas, paupertas: & ieiunium extremū tenent secundum quantitatem absolutā, tenent tamen medium secundum quandam proportionem ad rectam rationem quæ consistit in debitis circumstantijs, a qua si quis deficiat peccatum incurrit. Et hoc fieri potest dupliciter. Nam secundū philosophum. 2. ethico. a medio uirtutis quandoq. multum receditur, & illud est perceptibile. quandoq. uero parū, & hoc non est facili ter perceptibile, & ideò parum habet de ratione peccati, quod tamē

uitari potest per auxilium Dei, ut patuit. Sed est dubium, an primus motus nutritiua siue appetitiua in nutrimento sicut est esuries quandoq. inordinata sit peccatum. Respondeo, q̄ duplex est appetitus cibi: unus quidem naturalis secundum, q̄ uis appetitiua, retentiua, digestiua, & expulsiua deseruiuit nutritiue quæ est potentia animæ uegetibilis in quam non cadit peccatum neq. uirtus, eò q̄ ipsa cū suis potentijs non subiiciatur rationi. Et huiusmodi appetitus est esuries, quæ non sequitur aliquam apprehensionem, sed naturæ indigentiam, ideò excessus esuriei non est peccatum, sed magis peccatū diminuit uel totalis excusat. Alius est appetitus, sensitiuus apprehensionem consequens, in quo sunt animæ passionēs: & talis appetitus immoderata concupiscentia habet rationē gulæ, & sic primus motus gulæ importat inordinationē in appetitu sensitiuo quæ non est sine peccato. Hæc b. Th. de malo. q. 14. art. j. in cor. art. & in sol. arg. Sed fortē diceret cum in omni peccato sit aliquod appetibile q̄ inordinatē concupiscitur, sicut in superbia excellentia, in ira uindicta, in auaritia sufficientia, quid tale est in gula. Respondeo, q̄ apparens sufficientia alimentī mouet in gula, nec obstat, q̄ multi iugurgitantes se accipiunt ultra sufficientiam ad superfluitatem. Nam sicut superfluum diminutū, & sufficiens circa alimentum determinatur diuersimodē secundum diuersas personas, Arist. ut dicit, quod parum est uni alteri est multum. Sic dicimus eodem modo, q̄ in multis est ita, q̄ illud quod primo uidebatur eis esse superfluum postmodum ex praua consuetudine uix uidebitur eis esse sufficiens. In multis. n. appetitus absorbet iudicium rationis: unde si primo moueat eos sufficientia: postmodum autem ad ingurgitationem ex mala consuetudine inclinatur eorum rō. Hæc Alex. de Ales parte. 2. q. 159. arti. 2.

C A P. II.

VT magis innotescat gulæ uitium consideranda est eius grauitas. Circa quam nota, q̄ gula dupliciter accipitur. Vno modo pro concupiscentia inordinata eorum quæ sunt ad finem non contrariante ipsi fini, impediēte tamen aliquo aliter eius consecutionem

Duplex
appeti-
tus cibi.

ordinatā, sicut cū aliquis concupiscit ni-
mū cibū, ita tamen, ut nō pp hoc uellet
transgredi diuina pręcepta, & talis inor-
dinatio nō repugnat charitati: unde nō
erit pētīn mortale, & sic loquitur Augu.
in sermo, de purgatorio. Quotiens aliqis
in cibo, & potu plus accipit quā necesse
ē & ad minuta pētā nouerit ptinere. Alio
modo accipitur gula pro concupiscentia
inordinata ciborū auertente hominem a
fine debito, & ultimo, & hoc contingit
qñ hō hēt talem delectationem, & cōcu-
piscentiā ad cibū sicut ad ultimū finem:
quod contingit qñ ipse paratus est agere
cōtra Dei pręcepta, & huiusmodi delecta-
tiones assequat, & hoc remouet ultimū
finē: eo q non est possibile esse multos fi-
nes ultimos unius hominis: unde repu-
gnat charitati Dei huiusmodi deordina-
tio concupiscentiæ, ideo est peccatū mor-
tale. Et hoc pbo duab. rationib. Prima.

Vnius Virtutes non tolluntur nisi per peccatū
homi- mortale, non. n. aliud contrariū habent,
nis non sed p gulam tolluntur uirtutes. Dicit si
possunt quidē Greg. 30. moraliū. Dominante gu-
esse plu- lę uitio omne quod homines forriter ege-
res vlti- runt perdunt, & dum uenter non restrin-
mi fines gitur, simul cūctę uirtutes obruunt. Scđā
rō, quod auertit hominem a Deo morta-
le peccatum est, ut dicunt sancti, sed gula
auertit hominem a Deo Ipsa. n. eligit bo-
num cōmutabile, ut finem ultimū ut iam
patuit. Hęc B. Tho. secunda scđā. q. 148.
art. 2. in arg. contra, & in cor. art. Notan-
dū tamē, q qñ fit quęstio de aliquo pētō
in generali an sit mortale, uel ueniale,
debet intelligi an sit tale ex suo genere si-
ue specie quod idē est, & non sī in omnē
euentum. In quolibet nāq; genere morta-
lis pētī, puta homicidij, uel adulterij pōt
inueniri aliquis motus qui peccatum ue-
niale est. Et similiter in quolibet genere
pētī uenialis pōt inueniri aliquis actus
qui est peccatū mortale, ut putā in gene-
re uerbi ociosi si feratur ad finē pētī mor-
talis aliquid, ipsum erit mortale. Ideo sci-
endū, q peccatū mortale siue ex genere
siue ex specie dī ex parte obiecti. Species
.n. actus mortalis de cuius numero ē pec-
catū sumit ex obiecto: vnde si obiectum
alicuius peccati cōtrariatur charitati in
qua consistit uita spiritualis, necesse est,
q illud peccatū sit mortale ex suo gene-

re, uel specie, sicut blasphemia ex suo ob-
iecto contrariatur charitati Dei, & he-
micidium charitati proximi contrariat,
ideo utrunq; est peccatum mortale. Vbi
nota, q gula ex suo genere non est pecca-
tum mortale. Et hoc probo tali ratione.
Peccatum mortale dicitur ex eo, q respi-
cit obiectum contrarium charitati, ut pa-
ruit, sed obiectum gulę non contrariatur
secundum se charitati, neque Dei, neque
proximi. Non enim de ratione gulę est
inordinatio concupiscentiæ tollens fi-
nem ultimū, sed inordinatio concupi-
scentiæ absolutē quę indifferens est ad
prędictos duos modos gulę in ratione
gulę continetur. Circa quod nota, q gu-
la non est maximū peccatorū, cum ipsa
non sit peccatum mortale ex genere, &
ideo secundum se non contrariatur cha-
ritati Dei, aut proximi, nec alicui pręce-
ptorum decalogi nisi adiungatur inordi-
natio concupiscentiæ tollens ultimum
finem, quod ex accidente fit, sic enim cō-
trariatur charitati Dei, & per quandam
reductionem opponitur pręcepto de san-
ctificatione sablati, in quo pręcipitur
quies in fine ultimo, nec oportet quod
omnia pētā mortalia directē contrarien-
tur pręceptis decalogi, sed solū illa quę
iniustitiam continent. Sunt enim pręce-
pta data ad hoc ut ordinetur homo ad al-
terum, scilicet ad Deum, uel proximum:
nam in ipsis prohibetur manifesta iniu-
ria Dei, uel proximi qualis de gula secun-
dum se non reperitur. Hęc B. Th. de ma-
lo. q. 14. art. 2. in cor. art. & sol. 2. argum.

Vbi tamē nota, q grauitas alicuius pētī
pōt cōsiderari tripliciter: primò quidem
& principaliter ex parte materię circa
quā peccatū fit, sic pētā circa res diui-
nas maxima sunt, sed quia gula est circa
delectationes ciborum ad sustentationē
corporis necessariorum, ideo non est de
maximis pētīs: secundo ex parte peccātis
inquantum ipse faciliter pōt uitare pec-
catum, & sic gula alleviationem habet, tū
propter necessitatem ciborum, tū ppter
difficultatem discernendi, & moderandi
id quod in talibus cōtingit: tertio ex par-
te affectus consequentis, & ex hoc gula
habet quandā grauitatem inquantum ex
ea plura peccata occasionaliter sequunt.
Hęc Beat. Thom. 2. 2. q. 148. ar. 3. in cor.
artic.

Nō oīa
pētā sūt
cōtra d-
cē pręce-
pta.

art. Sed est dubium an gula est vitium capitale. Resp. q. sic, & hoc probo dupliciter, primò auctoritate B. Grego. Papæ. 3. r. moralium ponentis ipsum inter vitia capitalia: secundò probo rōne. Hoc est vitium capitale ex quo plura alia oriuntur fm rōnem causæ finalis. Sed ex vitio gulæ plura alia oriuntur quæ enumerantur infra duobus ultimis capitulis secundū rationem causæ finalis. Vbi nota, q. ex illo vitio oriuntur alia vitia secundum rationem causæ finalis, quod habet obiectum multum appetibile: unde suo appetitu prouocat homines ad multipliciter peccandum. Redditur aut aliquis finis siue obiectum aliquod multum appetibile ex eo, q. habet aliquam de conditionib. felicitatis naturaliter appetibilis: sed ad rōnem felicitatis: ut patet 4. Ethic. p. tinet delectatio: ideo illa vitia quæ sunt circa præcipuas delectationes capitalia sunt. Hæc b. Th. secunda secundæ. q. 148. ar. 5. in cor. q. Circa quod notandū, q. sensus tactus, & gustus sunt per se circa præcipuas delectationes: ex eo q. respiciunt eē rei ppter quod esse, natura apposit maximas delectationes: ut dicūt sapientes. Tactus siquidem est propter esse acquirendū: ut patet in generatione. Gustus vero est ppter esse conseruationem: ideo circa delectabilia, & maximè appetibilia illorum duorum sensuum sumuntur duo vitia capitalia, uidelicet luxuria, & gula. Alij aut sensus magis sunt ad discernendū quid conueniens, & quid disconueniens sit. Si uero sint ad delectandū hoc non est in re conuenienti siue obiecto essentialiter, sed secundū accidens: ideo si in eis delectatio inordinata cōtingat reducetur ad aliquod vitium qd' p se est circa delectationes: & sic talis delectatio nō erit vitium capitale. Verbi gratia. Sicut contingit in conuiuijs, q. homines ad maiorem delectationē cū diuersis cibis & potib. solent quærere pulchros sonos in quo peccant: sed tale peccatū reducitur ad vitium gulæ. Isa. 5. Cithara, & lira, & tympanum in conuiuijs uestris: hoc est, vt magis delectemini. Pōt iterum esse, q. sint inordinati motus circa alios tres sensus ppter curiositatem: & sic possunt reduci ad inanem gloriam, uel cōcupiscentiā oculorum: unde patet, q. ad cōstituen-

dum vitium capitale nihil faciunt actus præmissorum trium sensuum hoc est uisus, auditus, & olfactus, eo q. ipsi nō sunt circa delectabilia per se: sed sola inordinatio appetitus circa delectabile: circa quam sunt sensus tactus, & gustus: per se vitium capitale constituit. Hæc Alex. de Ales. parte. 2. quæst. 149. articulo quarto, in solut. unius argument.

C A P. III.

SECUNDO principaliter notanda est specierum gulæ diuersitas. Circa quod sciendum, quod quinque sunt species gulæ, scilicet tempus debitum in comedendo præuenire, cibos præciosos in substantia quærere, nimis multum de alimento sumere: nimis auidè, & ardentè cibum uorare, nimis accuratè diuersis laboribus, condimentis, & coloribus cibum sumendum præparare. Et hæ species continentur in hoc uersu. Præprope lautè, nimis ardentè, studiosè. Et quod quinque sunt species gulæ, probo dupliciter.

Primò auctoritate Gregor. Papæ trigesimo morali: dicentis. Quinque modis nos gulæ vitium tentat. Aliquando nanque indigentia tempora præuenit, aliquando cibos lautiores quærit, aliquando quæ sumenda sunt præparari accuratius appetit, aliquando in ipsa quantitate sumendi mensuram refectio- nis excedit, aliquando ipso estu immensi desiderii aliquis peccat.

Secundò probo ratione. Tot vitium aliquod sub se habet species quot habet diuersa motiua ad peccandum, species. n. moralium actuum constituuntur, & diuersificantur secundum diuersa obiecta, & motiua, sed vitium gulæ quinque habet motiua ad peccandum.

Vbi nota, q. gula importat inordinatā concupiscentiā edendi. In esu autem duo considerantur. sc. cibus ipse qui comedit, & comestio eius. Potest ergo inordinatio concupiscentiæ attendi uno modo quo ad cibum ipsum qui sumitur: sic quātum ad substantiā, uel speciem cibi quær- rit quis cibos lautos: quod est lautè. Et illo mō filii Israel carnes desiderabant in deserto, & puniti sunt. Nu. 11. Quantum

vero

Quo p-
petrat
peccatū
lx.

Gustus
& tactus
circa de-
lectabi-
lia.

Delecta-
tio alio-
rum sen-
suum.

verò ad qualitatem quærit aliquis cibos nimis accuratè procuratos : quod est studiosè: sic fecerunt filij Hely. 1. Reg. 2. qui ut dicitur in histo. scola. antequam adolerent adipem tollebant ab offerentibus carnem crudam vt accuratius præpararent.

Quantum autem ad quantitatem excedit aliquis in nimis edendo quod est nimis. Illo modo peccauerunt sodomitæ: Ezech. 16. Ecce hæc fuit iniquitas sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia. Alio modo ostenditur inordinatio concupiscentiæ quantum ad ipsam sumptionem cibi, vel quia quis præuenit tempus debitum comedendi impatientia moræ deordinatus : quod est præproperè: sic Ionatas filius Saul sententiam mortis meruit, quia in gustu mellis edendi tempus præuenit. 1. Reg. 14. Vel quia non seruat modum debitum in edendo, nimis auide sumendo cibum: quod est ardentè, sic fecit esau: Gen. 25. Vendens præ nimio desiderio cibi, primogenita sua. Et sic patet, quod sunt quinque diuersa motiua in præmissis speciebus igitur. Quòd autem Isido. ponit tantum quattuor scilicet quid, quantum quando, & quomodo: hoc idè est, quia ipse comprehendit vltimas duas secundum Alex. scilicet ardentè, & studiosè sub quomodo. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 148. art. 4. in cor. art.

Vbi nota, q̄ indistinguendis speciebus actuum moralium oportet præcipue attendere aliquis motiua, quæ sunt propria obiecta actuum voluntariorum, eò quod obiectum mouens voluntatem est sicut forma ipsius: vnde actus morales siue voluntarij distinguuntur secundum diuersa motiua: sicut actus rerum naturalium. Sed contingit quandoq. quod idem motiuum est causa, quod homo transgrediat medium virtutis secundum diuersas circumstantias. Et tunc non sumuntur diuersæ species peccati quamquam circumstantiæ inordinatæ sint diuersæ. Sicut in auaritia mouetur homo ad rapiendum aliena, & in tempore quo non debet, & in loco quo non debet & à personis à quibus non debet propter vnum, & idem motiuum: vt. scilicet congreget pecuniam: & ideo secundum hoc species

auaritiæ nõ diuersificantur. Si verò essent diuersa motiua ad peccandum, sic essent diuersæ species auaritiæ: putà si ad transgressionem quarundam circumstantiarum aliquis inclinaretur propter defectum dationis: ad alias autem propter superabundantiã acceptionis, sicut diuersa motiua apparent in gula, vt patuit. Hæc Beat. Thom. de malo. quæst. 14. art. 3. in corp. arti. Circa quæ tamen nota, q̄ prædictæ species siue cõditiones generales sunt, & non secundum statum personæ, & comprehendunt omnes conditiones generales, quæ sunt istius peccati: vnde si religiosus contra prohibitionem comedat carnes. Et si aliquis prælatus, qui tenetur ad maiorem perfectionem abstinentiæ quam subditus peccet in aliquo quantum ad gulam in quo non peccat subditus, tales non delinquunt secundum aliquam prædictarum specierum quamuis peccent secundum gulam, eò q̄ huiusmodi peccata sunt quo ad statum personæ, & cõditionem status, & non secundum aliquam generalem cõditionem siue speciem gulæ: ideo non cõtinentur sub aliqua prædictarum specierum siue conditionum, eò q̄ ipsi sunt generales non respicientes status personæ, vt patuit: & sic sunt benè assignatæ gulæ species secundum modum suum. Hæc Alex. de Ales parte 2. quæst. 159. artic. 6. in sol. argu. vlti.

Sed dubitatur vbi gula in se, & suis speciebus fuit à Deo prohibita in lege. Respondeo, quod peccatum gulæ in se, & speciebus suis fuit prohibitum, quando adæ prohibitus fuit esus pomi. Est ergo notandum, quod præceptum prædictum adæ fuit præceptum disciplinæ sibi datum in quantum erat principium omnium hominum, & ideo quando in illo fuit expressum, vt non comederet de pomo, innuebatur, quod si facta esset prohibitio rei licitæ, & quasi minimæ sicuti pomi, quod multo magis prohiberentur maiora illicita: vnde Greg. Tantò longius à secundo parente receditur, quantò per immoderatum esum dum manus ad cibum tenditur, parentis primi lapsus iteratur: & dicitur Adam primus parens: secundus verò Christus. Hæc Alex. de Ales parte. 2. q. 159.

Præceptum primi hominis disciplina fuit.

CA P. IIII.

4. **A**D maiorem tamen intellectum prædictorum notandum, quod species gulæ prius enumeratæ non semper sunt peccatum mortale, sed quandoq; veniale. Nam prima scilicet præpropere non est gula nisi voluntas cibi huius sit causa. Nā si fit ex aliqua necessitate infirmitatis, vel itineris, vel alicuius huiusmodi nullum est peccatum, & etiam quando voluptas est in causa adhuc non est peccatum mortale, nisi ille cibi appetitus sit adeo immoderatus, quod homo ipsum sequeretur etiam si esset contra præceptum diuinum: vel si induceret ad soluendum ieiunium sub præcepto ab ecclesia institutum: vel si homo aliquis propter hoc faceret aliquam fraudem præcepto sicut faciunt illi, qui mane incipientes prorrahunt mensam vsq; ad vesperam tempore ieiunij. Lautæ etiam procuratio si fit ex necessitate infirmitatis, vel pristinæ consuetudinis nō est peccatū, cum hoc etiam ī monasterio fieri regula Augustini admittat, aliās peccatum esset propter excessum cupiditatis, sed nō est mortale peccatum, nisi vel nimis sit effrenata cupiditas, quæ subuertat rationis iudiciū, vel nisi q̄s vescatur tempore ieiunij cibis illicitis sine necessitate, & dispensatione; sicut q̄ comederet carnes in qua dragesima. Nimietas autem cibi, & potus sumitur secundū proportionem sumentis cibum, quia quod vni esset parum, alteri esset multum, vt dicit philosophus in Ethi. vnde temperantia nō habet mediū rei, sed medium proportionis. Tunc ergo est nimis, quando quis excedit mensurā suę valitudini proportionatā. Et sic ebrietas quę præcedit ex tali electione qua quis delectationem potus præponit bono rationis, & bono diuino est peccatū mortale: ita dicendum est de excessu tanto in cibo, q̄ ipse similis est ebrietati: & ab apostolo vocatur commessatio, cum dicit: Rom. 14 Non in cōmessationibus, & ebrietatibus. Ardor autem nō significat quamlibet auiditatem, & delectationem in cibo: quæ vel nullum peccatū est si est ex sola natura: vel est veniale peccatū si tali delectationi ratio plus quàm oportet inhæret, sed

Proportio est mediū temperantia.

significat igneam auiditatē qua quis omnibus præponit huiusmodi delectationē: vt Esau qui propter vnā escam vendidit primogenita: vnde & à benedictionibus reprobatus est: Hæbre. 12. patet ergo hoc esse peccatum mortale. Studiositas autē quæ est mortale peccatum est studiositas diuitis epulonis, qui epulabatur quotidie splendide, qñ. s. animus totus implicatur circa apparatus ciborum, & potuum, quia studium ē vehemens applicatio animi ad aliquid, vt dicit: Tullius in rhetorica. Circa hoc verò est veniale peccatum vel etiam nullum peccatum, scilicet cum hoc requirit infirmitas, vel consuetudo, vel honestas alicuius. Potest enim rex in apparatu ciborum sicut, & in alijs excellere rusticum sine peccato. Hæc in sum. confess. lib. 3. tit. 4. de sobrietate ordinandorum. quæst. 8. per totum. Circa defectum verò cibi oppositum prædictis, in quo etiam contingit peccatum nota, q̄ si aliquis declinat à medio sumendo minus quàm necesse sit propter laudē hominū peccat: & hoc peccatum reducitur ad inanem gloriam sicut peccatum quo hypocritæ exterminant facies suas. Math. 6. Potest etiā aliquis declinare à medio bona intentione, decipi in suo iudicio perversè iudicando circa cibum necessariū: & secundum hoc inacerat carnem suam ultra quàm deberet, nescit enim quid sit necessarium aut quid sit diminutū. Talis quidem peccat, tamen hoc nō est peccatū capitale, nec propriè ad aliquod capitale reducibile quomodo tale peccatū non habet motū malum, & peccata distinguuntur secundū motiua peruersæ voluntatis, & non secundum peruersum rationis iudiciū. Sed dato, q̄ quis dubitet, timeat. n. q̄ si nimis abstinenceat non poterit vacare operibus debitis, timeat iterū accipere: eò q̄ nō possit subire aut domare carnem. Quæro igitur an talis peccat accipiendo minus quàm oportet, & quod istorum illi expedit facere. Respondeo, & dico, q̄ talis debet securiori parti insistere. Securior enim pars videtur esse in abstinentia, eò q̄ per hoc citatur periculum scilicet vt non dominantur vitia. Secundo quæritur sic. Est vnus qui ignorat quid sit necessarium, & quid sit superfluum ex quo accipit plus quàm sibi sit necessarium.

rium: si enim sciret quid sibi esset necessarium: ultra non acciperet: sed quia ignorat plus accipit. An iste peccet accipiendo plus quā sibi sit necessarium ignoranter. Respondeo, & dico, quod si talis gaudet: quia ignorat peccat. Si autem tristatur, & dolet quia ignorat, non potest scire nisi per gratiam sibi datam, quā tamen est sibi diuinitus data non peccat: quamuis securius sit semper minus sumere quā plus, ut patet supra: Hæc Alexan. de Hales parte. 2. q. 159. art. 5. in corp. art.

C A P. V.

Tertio principaliter circa gulam considerare debemus nocuenti multiplicitatem. Nam peccatum gulæ infert homini multa mala ex parte mentis, & ex parte corporis.

Primo gula obnubilat intellectum.

Primo quidem ex parte mentis uel rationis gula quattuor mala facit scilicet primò intellectum obnubilat. Secundò affectum deordinat. Tertiò verbum deformat. Quarto actum dehonestat. Primo. n. gula intellectum obnubilat. Nam ex inordinata & immoderata sumptione, & delectatione in cibis, & potib. causatur inordinatio rationis, eo quod perturbatis inferioribus viribus corporalibus propter fumositates ciborum ad cerebrum ascendentes, & ipsum cerebrum perturbantes ipsa ratio impeditur, & sic ponitur filia gulæ hebetudo sensus circa spiritualia. Sic e conuerso abstinencia confert sapientiæ præceptionem secundum illud Eccl. 2. Cogitavi in corde meo abstrahere a uino carnem meam: ut animum meum transferrem ad sapientiam: unde Isid. in 1. lib. de sem. bo sic dicit Gulæ faturitas nimia aciem mentis obtundit: ingeniumque euertere facit. Secundò gula affectum deordinat. Sopito enim gubernaculo rationis per immoderantiam cibi, & potus affectus deordinatur, & inepta lætitia sequitur: unde. . . Esdræ. 3. dicitur: Vinum omnem mentem conuertit in securitatem, & iocunditatem. Et Greg. 1. lib. Morum, sic dicit: Pænæ semper voluptas epulas comitatur; nam dum corpus in refectionis delectatione resolvitur: cor ad inane gaudium relaxatur: &

Secundo effectum deordinat.

sic ex gula secundò sequitur inepta lætitia. Tertiò gula deformat uerbum. Dum enim ratio consopita uerba non ponderat: consequens est ut homo ad uerba sui perflua dilabatur, & sic tertia filia gulæ ponitur multiloquium: unde Greg. dicit in pastora. Nisi gulæ deditos immoderate loquacitas raperet: diues ille, qui epulatus quotidie dicitur: in lingua grauius non arderet: & idem in Homelia. Quid autem est quod tormentis positus linguam suam refrigerari postulat, nisi quod is qui conuiuando de loquacitate peccauerat: per retributionis iustitiam in lingua atrocius ardebat: abundare n. in conuiujs loquacitas solet. Chrys. ibidem. Multa enim lingua eius superba locuta est: ubi peccatum, ibi & pænā, & quia plurimum lingua peccauit, amplius torquetur. Quarto gula exteriorem actum dehonestat. Nam ex defectu rationis sequitur scurrilitas, id est iocularitas quædam in exterioribus gestibus quæ ad risum mouere solet: proueniens ex defectu rationis cuius est membra componere. Quæ quidem iocularitas ex defectu rationis proueniens sicut non potest cohibere uerba, ita non potest cohibere exteriores gestus. Ita quod ex gula causatur deordinatio rationis, affectionis, locutionis, & operationis propter dictas causas, & supradictas rationes. Hæc bea. Th. secunda secundæ. q. 148. art. 6. in corp. q. per totum.

Tertio deformat uerbum.

Quarto exteriorē actum dehonestat.

Ad maiorem tamen euidenciam prædictorum propter solutiones argumentorum nota hic sex.

Primum est, quod læticia quæ de opere uel de fide peccari procedit est peccatum, sed læticia uaga, & in composita, quæ hic dicitur inepta oritur præcipuè ex inordinata sumptione, & delectatione cibi, & potus. Hæc b. Tho. secunda secundæ, ubi supra in sol. 1. arg.

Secundum est, quod hebetudo sensus quantum ad eligibilia inuenitur in omni peccato, sed hebetudo sensus circa speculabilia maxime procedit ex gula: eo quod ipsa impedit iudicium rationis ut supra patet secunda secundæ, ubi supra in sol. 1. argument.

Tertium est, quod iocularitas aliter procedit ex gula: & aliter ex luxuria. Nam iocularitas procedit ex actu gulæ, non autem

ex actu luxurię, sed ex eius affectu, vel voluntate, ibidem in sol. 3. arg.

Quartum est, quod delectationes aliorum trium sensuum consequuntur conjunctionem rei delectabilis: secundum solam similitudinem, sed delectationes tactus, & gustus consequuntur conjunctionem corporalem rei delectabilis: & ideo tales sunt principales, & maiores alijs: unde tactus, & gustus in quantum est quidam tactus ponuntur esse vitia capitalia: non autem peccata aliorum trium sensuum: in quęstionib. de malo: vbi supra, artic. 4.

Quintum est, quod superbix est appetere læta: sed gulę est ut ex ea lætitia inepta sequatur: ibidem in sol. 4. argu.

Sextum est, quod ex gula, & ebrietate sequuntur omnia peccata, non secundum originem causę finalis, secundum remotionem prohibētis in quantum hæc duo præcipue remouent prohibens. s. iudiciū rationis per quod homo a peccato reuocatur: unde gula, & luxuria non sunt causa omnium peccatorum sicut superbia: sed quorundam, quę directē ex gula, & luxuria oriuntur sicut proprii effectus earum, ibidem in sol. 2. arg.

C A P. VI.

Secundo gula ex parte corporis quatuor mala, uel nocumenta facit. s. immundiciam, indigentiam, immiseri cordiam, uitę carentiam.

Primò gula ex parte corporis immundiciam causat, & hoc quatuor modis, uel quantum ad concupiscentię ardorē, uel quantum ad tentationem, uel illusionē, uel quantum ad seminis emissionem, vel quātum ad cibi superflui emissionē. Licet n. uomitus sit utilis post superfluam comestione: & potest procurari uomitus absq. culpa de consilio medici in remedium alicuius languoris: tamen uitiosum est, quod aliquis huic necessitati se subdet per immoderantiam cibi, & potus. Hęc b. Th. 2. 2. q. 147 art. 6. in cor. q. in fine: & ibidem in sol. 2. arg.

Secundò gula ex parte corporis causat indigentiam, ita dicitur Prouer. 2. Qui diligit epulas in egestate erit. In quo uerbo

facit tria. Primò condemnat auaritatem ibi: Qui diligit. Non. n. cibus est in vitio, sed appetitus, ut patet supra. Secundo cōdemnat superfluitatē, ibi Epulas. i. epulari quotidie splendide, & maximē de alieno. Tertiò ponit pænalitatem: ibi In egestate erit, & in præsenti, & in futuro. In præsenti quidem: unde August. Vbi cunq. quærit caro refectiōem inuenit defectiōem. Si. n. habeat, quę, & qualia, & quantum vult, non habet tantum uentrem quātum uellet, aut deest ei annona, aut saccus non potest esse absq. fame. Ille cui ex defectu famis nascitur, oportet eum ire spaciatum, ut sic esuriant, & sic famem venatur. In futuro etiam erit in egestate quod expertus est diues epulo, & similiter filius prodigus, qui dixit Lucę. 19. Multi mercenarij abundant in domo patris mei, ego autem hic fame pereor. i. penuria omnis bono carendo tribus.

Primò ueritatis cognitione quo ad rationalem. Secundo bonitatis dilectione quo ad concupiscibilem. Tertiò maiestatis ueneratione quo ad irascibilem.

Tertiò gula causat immiseri cordiā de qua habemus exemplum de diuite epulone: Lucę. 16. Homo quidam erat diues, & epulabatur quotidie splendide. Super quo uerbo sic dicitur. Ita. n. sunt humanę conditiones immemores, ut de miseris pauperum incentiua suarum capiant voluptatum, rideant inopis, insultent egenti, & quorū misereri deceat his auferant: & super illo uerbo ibidem ut refrigeret linguā meam, quia crucior in hac flamma. Chrysost. ita dicit: Non autem quia diues erat torquebatur: sed quia misertus non fuit. Et Greg. Nicenus: Quia diues non fuit misertus pauperis iacentis ad ianuam cum misericordia egeat non exauditur.

Quartò gula, uel abbreviat, uel tollit uitam: unde Eccl. 27. Propter crapulam multi obierunt. q. d. Propter crapulam. i. nimiam cibi, & potus repletionem, multi perierunt corpore, & anima. Econtra qui abstinens est uirtuose adiciat uitam naturę gratia, & glorię. Req. supra. Abstinencia: & infra leiunium.

Et Chrysost. de nocumētis gulę sic ait. Ne que enim animę soli, sed etiam ipsi corpori delitię sunt nociuę, eo q. corpus ex forti sit debile, ex agili graue, ex for-

mofo deforme, ex sano ægrotum ex iuue
ne antiquum, & veteranum, ex viuo mor
tuum.

Sequitur Littera H.

De Habitu.

SVMMARIVM.

- 1 *Aliquis bene vtitur vestibus pro
pter rationes.*
- 2 *In vsu vestium, est peccatum pro
pter quattuor rationes.*
- 3 *Mulier ornat se ipsam triplici ra
tione.*
- 4 *Mulieres in ornatu peccant quat
tuor modis.*

C A P. I.



HABITVS vel ornatus.

Circa habitum, vel orna
tum nota, q̃ in habitu,
vel vestitu, & in alijs re
bus exterioribus quibus
homo utitur non est ali

quod peccatum, sed solum ex parte uten
tis, uel abutentis eis. Potest. n. aliquis be
nè uel malè vti vestibus, & alijs rebus ex
terioribus, & secundum hoc meretur, uel
demeretur. Primò enim bene quis vtitur
vestibus sex rationibus, s. necessitatis, cõ
suetudinis, honestatis, humilitatis, digni
tatis, nobilitatis. Primò ratione necessita
tis quæ excludit superfluitatis peccatum,
& immoderantiæ: vnde Apostolus 1. ad
Thi. vltimò sic dicit: Habentes alimen
ta, & quibus regimur hoc est habentes ci
bum, & vestimenta ad sufficientiam his
contèti sumus: & non pluribus: quia qui
vltra necessitatem cupit, & quærit malū
inuenit. Hæc Beatus Thom. 2. 2. q. 169.

art. 1. in corp. quæst. Vbi sciendum, q̃ su
perfluitas attenditur, quo ad duo, scilicet
quo ad magnitudinem, & quo ad multi
tudinem: primò quo ad magnitudinem
scilicet cum uestes caudas trahunt: terrā
induunt, pulueres, & pulices colligunt, &

Diabolum fuerunt: secundò attenditur su
perfluitas quo ad multitudinem. Habent
enim multi multa paria vestitum, & po
tius volunt vestimenta sua à tinea come
di, quàm inde Christum in suis pauperi
bus indui. Bern. Ciamant nudi, clamant
famelici nobis famæ, & frigore miserabi
liter laborantibus, quid conferunt tor mu
tatoria, vel extensa in partibus, vel plicata
in manticis.

Secundò vtitur quis bene vestibus rō
ne consuetudinis. Qui. n. secundum con
suetudinem terre vtitur preciosis vestib.
non peccat. Vbi nota, q̃ preciositas, uili
tas est secundum varietatem locorū, quod
enim alicubi est vile, alicubi est precio
sum. De ista cōsuetudine loquitur Aug. 3.
confes. dicens: Quæ contra mores hoīum
sunt flagitia pro morum diuersitate vitā
da sunt, vt pactum inter se ciuitatis, vel
gentis cōsuetudine, vel lege firmatum nul
la ciuis, vel peregrini libidine violetur:
turpis est. n. omnis pars vniuerso suo nō
cōueniens, vbi sup. ar. 1. in cor. q. in prin.
Tertiò vtitur quis benè vestibus ratione
honestatis. Nam in vestitu, vel ornatu ex
teriori cōsideratur, & iudicatur honestas
vel inhonestas mentis. Hæc autem hone
stas vestimenti, vel ornatus exterioris ex
cludit tria. s. preciositatem, colorum varie
tatem, & formæ curiositatem: vnde Amb.
primo de offi. sic dicit: Decor corporis nō
sit affectatus, sed naturalis, simplex negle
ctus magis, quàm expetitus: non precio
sis, & albescentibus adiutus vestimentis; sed
communibus, ut honestati, uel necessita
ti nihil desit: nihil accedit nitori, ubi su
pra, art. 1. arg. contra. Et Bern. in apologit
tico. Vanum cor uanitatis notam ingerit
corpori, & exterior superfluitas interio
ris uanitatis indicium est, mollia indumen
ta corporis animi molliciem indicant, &
ostendunt. Quartò utitur quis benè uesti
bus ratione humilitatis quæ excludit ia
ctantiam, superbiam, & inanem gloriam.
Qui enim uestibus uilibus utitur isto fi
ne, ut se cæteris, præferat peccat propter
suam iactantiam, & superbiam. Si autem
pp macerationē carnis, & humiliationē
mentis uilib. utitur, meretur, & ad uirtu
tē tēperantiæ pertinet. Aug. 3. lib. de do
ctrina christiana sic dicit. Quisquis restri
ctius rebus utitur qua se habeant mores

Supflui
tas uesti
mētorū
attendi
tur in
duob.

Quæsi-
tū iactā
tię in ui
libus, &
pręcio-
sis uesti-
mētis.

eorum cum quibus viuit, aut temperatus aut superstitiosus est, vbi sup. art. 1. in sol. 2. arg. Sed fortē quæres, quis plus peccat, an ille, qui propter superbiam, vel iactantiam, vel inanē gloriam vitur vilibus vestibus, an qui præciosus. Respondet B. August. & dicit, q̄ ille qui vilibus: vnde in li. de sermone domini in monte sic ait. Nō in solo rerū corporearum nitore, atq; pōpa, sed etiā in ipsis sordibus, & luctuosis esse posse iactantia, & tantō periculosior quantō quis sub nomine seruitutis Dei decipit. Et Philoso. 4. lib. Ethic. dicit: q̄ superabundantia, & inordinatus defectus ad iactantiam pertinent. Hęc B. Th. ubi supra art. 1. in cor. q. in fine. Præcipuē autem competit vilibus vestibus vti his qui alios verbo, & exemplo hortantur ad pœnitentiam: vnde Glos. Matth. 3. sic dicit: Qui pœnitentiam prædicat, habitum pœnitentię prætendat, ibidem in sol. 2. argu. per totum. Quintō vitur quis benē vestibus ratione dignitatis officij. Nam illi, qui in dignitatibus constituuntur, ut sūt ministri altaris præciosioribus vestibus induuntur quā cæteri, non propter sui gloriam, sed ad significandum excellentiam sui ministerij, vel cultus diuini: & ideo non est in eis vitiosum, sed meritorium, ubi sup. artic. 1. in solu. 2. argumen. Sextō vitur quis benē vestibus præciosis ratione nobilitatis personę: quōd dupliciter probo. Primō ratione per locum à simili sic: Sicut enim præciositas ciborum quibusdam personis conceditur ita præciositas vestium &c. Secundō probatur hoc idem auctoritate Matt. 11. Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Ex qua auctoritate inferuntur duo. Primum est, quōd ornatus præciosarum vestium principibus, & nobilibus, & illis, qui sunt à latere principum competit. Secundum est, q̄ illi, qui rigidam, & austeram prædicationem exercent vitare debent aulas regum, & mollium hominum palatia, ut Hier. dicit super allegato verbo: Ecce qui mollibus &c. Patet ergo ex supradictis, q̄ vestitus est licitus vel meritorius propter sex rationes. scilicet propter necessitatem, consuetudinem, honestatē, humilitatem, officij dignitatem, & propter personę nobilitatem.

Secundō peccat homo in vsu vestium 2
propter quattuor rōnes. scilicet ratione conuictus, affectus, excessus, defectus. Primō peccat quis in vsu vestium ratione conuictus. Si quis. n. in vestitu, vel ornatu exteriori non conseruat consuetudinem patrię, uel terrę peccat, eō q̄ contra cōsuetudinem bonorum cum quibus uiuit, facit. quia turpis est oīs pars, quę vniuerso suo nō est conueniens, vt dicit Aug. & vt patet cap. præced. Si verō consuetudo patrię esset mala, & libidinosa tunc, qui eā seruaret à peccato excusari non potest. Secundo in vsu uestitus, & ornatus est peccatum ratione affectus: putā cum quis nimis libidinosē vestibus vteretur. Hęc autem affectus inordinatio, vel libido cōtingit propter tres causas. scilicet propter inanem gloriam, concupiscentiam, diligentiam. Prima ratio est propter inanem gloriam, inquantum ex superfluo vestitu, uel ornatu hominum gloriam quærit: vnde Greg. in Homel. super Io. sic dicit: Sunt nonnulli, qui cultum subtilium præciosarumq; uestiū nō putant esse peccatum: quod uidelicet si culpa nō esset; nequaquam sermo Dei tam uigilanter exprimeret q̄ diues, qui torquebatur apud inferos bysso, & purpura fuit indutus, & subdit: Nemo quippe præciosa uestimenta præcipuē excedētia statum proprium, nisi ad inanem gloriā quærit, uidelicet, ut honorabilior cæteris uideatur. Nemo ibi uult præciosis uestib. indui, ubi à nemine potest uideri. Secundō inordinat o affectus in usu uestitus, uel ornatus cōtingit propter cōcupiscentiam inquantum homo per suum cultū, uel ornatū uestium quærit delicias secundum q̄ uestis ad fomentum corporis ordinatur. Tertia rō inordinati appetitus uestium est propter nimiam diligentiam, inquantum aliquis sollicitudinem nimiam apponit ad exteriorem cultum, uel ornatum uestium etiam si non sit aliqua inordinatio ex parte finis. Hęc Beat. Tho. 2. secundæ. quæst. 149. art. 1. in cor. q. Tertiō in usu uestium est peccatū ratione excessus: putā cum quis superfluis uestibus utitur, ita q̄ metas consuetudinis bonorum excedit inter quos conuersatur. Quartō in usu uestium est peccatū ratione de-

Quo sit
peccatū
in vsu
vestiū.

lectus. Vbi nota, q̄ in uestitu ex parte ho-
minis potest esse peccatum triplici ratio-
ne. s. negligentia, inanis gloriæ, iactantiæ.
Primo in uestib. pōt esse defectus ex par-
te hominis, & per consequens peccatum
negligentiæ: putā cum quis propter suā
negligentiam non adhibet studium, uel
laborem ad hoc quod exteriori uestitu, &
ornatu utatur, secundum quod oportet vñ
de Phil. 7. Etī. dicit, quod ad molliciē per-
tinet, quod aliquis trahat vestimentum
per terram, vt non laborat in eleuando
ipsum. Secundo in uestibus ex parte ho-
minis est uitium, uel peccatum rōne ina-
nis gloriæ. Nam si quis propter inanē glo-
riam deferat utiles uestes peccat: quē qui-
dem inanis gloriā grauius peccatum est
in uilibus pannis quā in p̄ciosis. Ter-
tio in uestibus ex parte hominis est defe-
ctus, & peccatum ratione superbiæ, uel ia-
ctantiæ. Nam si quis uilibus uestibus
uteretur, vt se p̄ferat ceteris, peccat pec-
cato superstitionis per superbiam, & ia-
ctantiam, ubi sup. in sol. 2. arg.

C A P. III.

Tertio circa ornatum mulierum in
speciali nota hic tria. Primum est,
quod ornatus mulieris supra communē
ornatum uirorum habet hoc speciale, q̄
viros ad lasciuiam prouocat, sicut dicitur
Prouerb. 7. Ecce mulier occurrit illi in or-
natu meretricio, ad capiendum animas.
Hæc B. Tho. 2. 2. q. 169. art. 2. in corpo. q.
in princip. Secundum est, quod uestitus
uel ornatus mulieris potest esse licitus,
uel illicitus, meritorius, uel demeritorius
propter rationes supradictas in duob. ca.
p̄ced.

Tertium est, quod mulier triplici ratio-
ne uel intentione se ornat; prima est pro-
pter uiri sui complacentiam: secunda est
propter status sui decentiam: tertia est p̄-
pter alterius uiri concupiscentiam. Pri-
mo. n. mulier se ornat propter uiri sui cō-
placentiam, & tunc licitē potest se orna-
re, quia ad hoc tenetur: ita dicit Apostol.
1. Corinth. 7. Mulier, quæ nupta est cogi-
tat, quæ sunt mundi quomodo placeat vi-
ro suo. s. proprio. Si. n. mulier coniugata
hac intētiōe se ornat vt marito suo pla-
ccat, ne ex incultu, & despecto ornato p̄-

beat marito suo occasionem peccandi cū
alia, sine peccato se potest ornare. Et iterū
Apostolus ad Colos. 3. Mulieres uiris sub-
dite estote, non omnimodo, ideo subdit:
Sed sicut oportet & hoc in domino: ubi
Augusti. Clara iustitia: vt. s. qui excellant
ratione excellant dominatione: & subdit
modum: Sicut oportet in domino. q. d.
Complacere, & subiectæ estote non omni-
modo: sed in domino. i. sicut mandauit
Deus non contra dominum, aliās. n. com-
placere uiro proprio, non in domino: pōt
esse damnabile. Secūdo mulier coniuga-
ta se ornat propter uiri sui status decen-
tiam: & hoc modo vt mulier cōseruet sta-
tus sui uiri decentiam sine peccato se po-
test ornare: & secundum nobilitatem, &
decetiam sui uiri aliqua superadere. Ter-
tio aliquando se ornat propter cōcupiscē-
tiā. Nam illa mulier coniugata, quæ hac
intentione se ornat, ut alios ad cōcupiscē-
tiam prouocet semper peccat mortaliter.
Similiter illa mulier quæ uirū nō habet,
nec uult habere, nec est in statu habendi,
si ornat se corrupta intentione, puta ut al-
ios ad cōcupiscentiam prouocet peccat
mortaliter, eo q̄ alijs quātū in se est p̄-
bet incentiuum peccandi. Hier. in Epist.
sic ait: Si uir uel mulier se ornauerit, &
uultum hoīs ad se prouocauerit, etsi nul-
lum inde sequatur damnum, iudicium ta-
men patietur æternum, quia uenenum az-
tulit si fuisset qui bibisset. Si uerō mulie-
res se ornāt ex quadam animi laxitate,
uel uanitate propter quādam iactantiam
non semper est p̄ctm mortale, sed quādo-
que ueniale, ubi supra artic. 2. in cor. q. Si
uero sit uirgo nubilis aliquātulū plus po-
test, & debet habere ornatus, qui tamen
non prouocent ad libidinem, sed in se ha-
beant licentiam muliebre: hæc Alex.

C A P. IIIL.

Ad maiorem tamen euidentiā p̄-
dictorū, & propter solutiones argu-
mentorum nota, q̄ quattuor sunt specia-
lia inter alia propter quæ mulier cōiuga-
ta se uidetur ornare ad malum finem, &
mortaliter peccare: primum est nudatio
capitis: secundū est fictio pulchritudinis:
tertium est transformatio uestis: quartū
est sollicitatio curiositatis. Primū ē nuda-

Non de-
bet mu-
lier nu-
dare ca-
put.

no capitis: nam Apost. 1. ad Corinth. 11. prohibet feminas capillos nudare, & iubet caput velare, quod facit propter signum verecundiae, quae decetissima est in muliere: & ideo capillos nudare nec maritatus decet &c. etsi capillos nudant causa ducendi homines ad concupiscentiam mortaliter peccant. Si verò hoc faciunt non ex aliqua animi uanitate, sed propter terrae consuetudinem possunt à peccato excusari, quamuis talis consuetudo. scilicet mulieres capita denudare, non sit laudabilis. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 169. art. 2. in cor. q. iuxta finem. Qualiter autem debeant mulieres incedere ostendit Apost. 1. ad Thim. 2. dicens: Quod mulieres debent incendere in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se: non intortis crinibus aut auro: aut margaritis, uel ueste præciosa: propter quod datur intelligi, quod ornatus mulieris debet esse sobrius, moderatus, honestus, & uerecundus, & non superfluus, & inuerecundus, & impudicus: ibidem in sol. 1. arg. Secundum in quo mulieres peccant est fingere pulcritudinem. Vbi sciendum, quod aliud est occultare turpitudinem, & aliud est fingere non habitam pulcritudinem. Primum, scilicet occultare turpitudinem ex aliqua causa proueniente: puta egritudine, uel huiusmodi modi est licitum: unde Apost. 1. ad Corinth. 12. sic ait: Quæ putamus ignobiliora esse membra corporis his honorem abundantiores circundamus. quod dicitur. Illa membra quæ non sunt honesta, nec habent eam speciem quam habent ea, quæ in promptu sunt cooperimus: membra autem honesta, & pulchra nullius egent. Secundum uero, scilicet fingere non habitam pulcritudinem non semper est cum peccato mortali: sed solum in duobus casibus est peccatum mortale. Nam illa mulier, quæ pulcritudinem quam non habet varijs coloribus fingit, uel propter lasciuiam, uel in Dei contemptum mortaliter peccat. In quibus casibus loquitur Augustinus & Ciprianus. Primum, nam Augustinus in epistola ad possidium sic dicit: Fucari figmentis quod rubicundior, uel candidior appareat adulteria fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se, uelle decipi, quibus solis. scilicet maritis permittenda sunt feminae ornari. Secundum Cyprianus in li. de habitu uirginum sic ait: Non uirgines tantum & uiduas, sed etiam nuptas: puta etiam omnino feminas

admonendas, quod opus Dei facturam eius, & plasma nullo modo adulterare debeant adhibito flauo colore, & nigro puluere, & rubore, aut quolibet liniamenta natia corrumpente medicamine. Et post idem subdit: Manus Deo inferunt, quando illud quod ille formauit reformare contendunt. Impugnatio ista est diuini operis præuaticatio, & ueritatis, Deum uidere non poteris quando oculi tui non sunt oculi quos fecit Deus: sed quos diabolus infecit de inimico tuo teptata cum illo pariter arsura, ubi supra. art. 2. in sol. 2. arg. per totum. Tertium quo peccant personæ est transformatio uestis. Nam uestis, & ornatus exterior debet competere conditioni personæ secundum consuetudinem communem: & ideo sicut est distinctus sexus, ita dicitur esse distinctus habitus uirilis ab habitu muliebri: unde uiciosum est, quod mulier utatur ueste uirili aut è conuerso.

Vbi nota quod transformatio habitus potest esse cum peccato, & sine peccato. Primum, nam est cum peccato, si uir utitur ueste muliebri, & è conuerso propter lasciuiam propter quod in lege ueteri prohibebatur Deuter. 22. ubi dicitur: Non induetur mulier ueste uirili, nec uir utatur ueste feminea, quod quidem præceptum ad litteram factum fuit iudæis, tum in detestationem idolatriæ, tum in detestationem concupiscentiæ: nam iudæi assumebant habitum mulierum, & è conuerso, & sub tali habitu idolatriam, & abominabiles luxurias committebant. Spiritualiter autem mulier est anima infirma, quæ non potest dare exemplum fortis operis: quod signatur per uestem uirilem. Vir autem est anima puerctæ, quæ non debet dare exemplum debile, sed forte. Secundo transformatio habitus potest fieri quæque sine peccato propter aliquam necessitatē, uel causam se occultandi ab hostibus. uel propter defectum alterius uestimenti, uel propter aliquod huiusmodi: ibidem in sol. 3. arg. per totum. Quartum in quo peccant mulieres est sollicitatio curiositatis: nam si mulier aliqua roget, uel sollicitet sutores calceorum uel sartores uestimentorum, uel artifices, ut aliqua superflua, & curiosa faciant, quæ personas ad luxuriam incitant, & inducunt: & sic huiusmodi artifices facientes, & consentientes: & omnes homines

Nec trās formare uestes.

Nec fingere pulcritudinem.

Nec curiosè sollicitare.

mines uel mulieres fieri facientes mortaliter peccant: unde Chryso. super Matth. dicit, quod etiam ab arte calceorum, & textorum multum abscidere oportet. Et reddit causam dicens: Etenim ad luxuriā deduxerunt necessitatem eius corrumpētes artem malè arti commiscētes, ibidē in solu. 4. arg. in fin.

De Hæresi.

S V M M A R I V M.

- 1 Circa hæresim tria consideranda sunt.
- 2 De fidelitate sex documenta.
- 3 Circa hæresim gradus considerandus est.
- 4 Hæreticus punitur quattuor modis.
- 5 Quattuor consideranda circa punitionem hæreticorum.

CAP. I.



HAERESIS. Circa hæresim considerare debemus tria. scilicet proprietatem diffinitionis, grauitatem offensionis, qualitatem punitionis, vel aliter significatum uocabuli, gradum uitij, reatum supplicij.

Primo circa hæresim considerare debemus proprietatem diffinitionis seu significatum uocabuli, nam hæresis dicitur peruersitatem fidei: quod probo ex proprietate nominis, quia nomen hæresis græcum est, & secundum Isido. importat diuisionem.

Secundum uero quod est latinum dicitur ab hærendo, uel à firma, & pertinaci adhæsiōe. Primo dico, quod nomen hæresis importat diuisionem, quæ opponitur unioni. Prima ante unio, uel congregatio fidelium est per fidem, & ideo diuissio à communi fide constituit hæresim, vel hæresis appellatur: sed quia nullus de

nominatur ab eo quod inest sibi imperfectè sicut à dispositione, sed à perfecto habitu, qui solum firmatur in illo, uerbi gratia: Sicut non dicitur iracundus cui inest passio iræ, sed qui ab ira defacili est passibilis, neque qui habet dispositionem sanitatis dicitur sanus: sed qui habet habitum sanitatis, ita nec quicumque discedit, vel deuiat a communi fide: sed qui pertinaciter deuiat à cōfide quæ catholica dicitur, hæreticus nominatur. Unde ad rationem hæresis, uel hæretici concurrunt duo: unum est error in ratione quod est hæresis initium: aliud est pertinacia in voluntate, quod est hæresis complementum: unde hæresis importat falsam opinionem in his, quæ sunt fidei, & pertinacem inhæsiōem, & confirmationem: unde super illo uerbo Apostoli. 1. ad Corinth. 11. Audio scissuras. glo. idest discordias esse inter uos. B. Augu. in lib. de ciui. Dei contra Manicheos, ut habetur in gl. ibidem sic ait: Qui. n. in ecclesia Christi morbidum aliquod idest periculosum prauumque sapiunt, si corrupti, ut sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter, suaque pestifera dogmata emendare nolūt, sed defensare persistunt, hæretici sunt, & habentur in exercitiis inimicis. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 13. de hæresi. art. 1. Quid faciat hæreticum, in corp. q. & iterum. 2. 2. q. 11. de hæresi. art. 2. utrum hæresis sit propriè circa ea, quæ sunt fidei. art. 4. ubi B. Tho. allegat, & adducit auctoritatem Bea. Augusti. prædictam: & iterum Pet. de Tharan. 4. scrip. sent. distin. 13. artic. 3. q. 1. utrum hæreticus possit cōficere, in corp. q. & ibidem. q. 2. Quid faciat hæreticum, in corpo. q. ubi breuiter dicit, quod duo sunt, quæ faciunt hæreticum: unum est falsas opiniones gignere contra fidem catholicam: aliud est eas pertinaciter defendere: ut ex præmissis patet. Si quis uero dissentiat circa ea, quæ ad fidem non pertinent uel in his, quæ per ecclesiam nō sunt determinata hæresim non incurrit: unde August. dicit, & habet in decretis 15. causa. q. 3. sic: Si quis sententiam suam quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt, quærunť aut tanta sollicitudine ueritatē, corrigi parati cū inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi, quia

Hæresis interpretatio.

Dissen. tiens in his q̄ ecclēsia n̄ determinauit n̄ est hæreticus.

quia. s. non habent electionem contra dicentē ecclesiæ doctrinæ: & ideò aliqui doctores sicut Hiero. & Aug. circa cessationem legalium dissentire videntur, & tamen hæresim non incurrunt, quia nōdū erant per ecclesiam determinata. Si quis verò tali ordinationi uel determinationi pertinaciter repugnaret hæreticus censeretur, quæ quidem auctoritas principaliter residet in Summo Pontifice. Dicitur enim in decretis 24. causa. q. 1. quòd ad romanam referatur ecclesiam quotiens ratio fidei uentilatur: vnde ibidem sic dicitur. Quotiens fidei ratio uentilatur arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros non nisi ad Petrum idest sui nominis, & honoris auctoritatem referre debere. Contra cuius auctoritatem nec Hier. nec Aug. nec aliquis Sacrorū Doctorum suam sententiam defendit: vnde sicut dicit B. Hiero. Hæc est fides Papa beatissime quam in catholica didicimus ecclesia, in qua si minus peritè aut parum caute fortè aliquid positum est emendari cupimus à te qui Petri fidem, & sedē tenes.

Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpæ uoluerit se imperitum uel maleuolum uel etiam non Catholicum sed hæreticum comprobabit: Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 11. de hæresi artic. 2. utrum hæresis sit propriè contra ea sunt fidei, in solu. 3. arg. per totum.

C A P. II.

AD maiorem tamen euidentiā præce. cap. pono hic sex conclusiones.

Duplici ter decli natur à rectitu dine fi dei. **Prima** est, quòd sicut qui rectè fidem habet sua uoluntate assentit Christo in his quæ verè ad eius doctrinam pertinet, sic infidelis est qui deuiat à rectitudine fidei Christianæ. Potest autem aliquis deuiare à rectitudine fidei Christianæ dupliciter. Vno modo, quia Christo non uult assentire, & hoc habet quasi malam uoluntatem circa ipsum finem: & hoc pertinet ad speciem infidelitatis iudæorum, & paganorum, ut patet infra. Infidelitas: & quamuis iudæi, & pagani habeant peruersam fidem non tamen hæretici reputantur.

Cuius ratio est, quia hæresis à commu-

ni fide quæ catholica dicitur cum pertinacia diuisionem uel deuiationē importat.

Diuidi autem non conuenit nisi parti, & ideò illi qui nunquam fuerunt pars, huius totius quod est catholica ecclesia ut iudæi, & pagani qui nunquam fuerunt de fide ecclesiæ non reputantur hæretici si fidem peruersam habent. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 13. de hæresi. art. 1. quomodo hæresis importat peruersitatem fidei, uel quòd faciat hæreticum, in solu. 7. argu. Alio modo deuiat aliquis à rectitudine fidei Christianæ per hoc quòd intendit quidem Christo assentire sed deficit in eligendo ea quibus Christo assentiat, quia non eligit ea quæ sunt verè à Christo tradita, sed ea quæ sibi propria mens suggerit, & ideo hæresis est infidelitatis species pertinens ad eos qui fidem Christi profitentur, sed eius dogmata corrumpunt. Hæc B. Tho. 2. 2. quæst. 11. de hæresi, art. 1. utrum hæresis sit species infidelitatis, in cor. q. iuxta finem.

Secunda conclusio est, quòd sicut fides Fides principaliter in corde. principaliter consistit in corde idest in assensu cordis uel uoluntatis, & secundariò in ore scilicet in confessione oris, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem, ut dicitur ad Rom. 10. sic hæresis consistit principaliter in corde idest in dissensu mentis uel uoluntatis, secundum quòd dicit Hylarius: sed secundariò consistit in ore: unde Hiero. dicit, quòd ex uerbis inordinatè prolatis incurritur hæresis, non quia in his per se hæresis consistat sed qui uerba inordinatè prolata sunt occasio, & causa erroris. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 13. de hæresi. art. 1. quid faciat hæreticum, in solu. 5. argu. Tertia conclusio est, quòd in fine sunt uel continetur aliqua ad quæ explicitè cognoscēda omnis homo tenetur unde si in his aliquis erret infidelis, & hæreticus reputatur si pertinaciam adiungat.

Si autem sunt aliqua ad quæ explicitè credenda homo non tenetur non efficitur hæreticus in his errans quousque hoc sibi innotescat uerbi gratia: Ut si aliquis simplex credat Iacob Patrem fuisse Abrahæ quod est contra uoluntatem scripturæ quam fides profitetur quousque hoc sibi innotescat, quòd fides ecclesiæ contra-

rium

Descri-
bit hæ-
reticus
ab Aug.

rium habet non est hæreticus, quia non discedit per se loquendo à fide ecclesiæ, nisi ille qui scit hoc à quo recedit, esse de fide ecclesiæ: & quia quædam sunt quæ in fide ecclesiæ implicitè continentur, ut conclusiones in principijs, ideò in his diuersarum opiniones sustinentur quousq; per ecclesiam determinentur, q̃ aliquid eorum contra fidem ecclesiæ est, quia ex eo sequitur aliquod contrarium fidei directè. Hæc B. Tho. ubi supra immediate, in solu. 6. argum. Quarta conclusio est q̃ B. Aug. in lib. de utilitate credendi diffiniens, uel describens hæreticum ita dicit: Hæreticus est qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatusq; sui gratia falsas ac nouas opiniones, uel gignit, uel pertinaciter defendit, uel sequitur: in qua descriptione B. Aug. ostendit q̃ quædam sunt essentialia hæresi quædam uerò accidentalia: nam essentialia hæresi sunt duo scilicet falsas, nouas opiniones gignere, & pertinaciter defendere quò ad hæresiarchas maiores, uel eas sequitur quò ad hæreticos minores. Accidentalia uerò hæresi sunt duo, secundum q̃ duplex est modus labendi in hæresim, ut frequenter, s. uel occasione superbiæ quò ad maiores, uel occasione auaritiæ quò ad minores: unde si quæritur, unde uel ex qua causa hæresis oriatur. Respondeo, & dico, q̃ hæresis oriatur, uel ex superbia, uel ex auaritia, uel ex fantasia: primò ex superbia, quantum ad maiores: nā illi qui confingunt hæresim de nouo aliquod commodum expectant saltem principatum, uolunt. n. habere sequaces, & hoc in omnibus procedit ex superbia quæ est amor propriæ excellentiæ per quam à communi uia descendunt animi leuitate aut peruersitate: secundò oriatur ex auaritia, & hoc quò ad minores qui de nouo confingunt hæreses expectantes aliquod cōmodum temporale. Tertio oriatur ex illusione fantastica quæ principium est errandi. Hæc B. Tho. ubi supra in solu. 9. ar. & iterum 2. 2. q. 11. art. 1. in solu. 3. arg. Quinta conclusio est, q̃ omnis operatio quæ non habet ortum, uel initium a doctrina Christi, quæ est fundamentum, noua reputatur, quantumcumq; secundum tempus sit antiqua: & talis fuit opinio Arrii, & Sabellij, & aliorum, ut dicit B. Tho. 4. scrip. sent. ubi supra. in solu. 8.

arg. Sexta conclusio est, q̃ hæreticus, ut dicit Ray. in sum. lib. 1. cap. 5. de hæreticis: dicitur quattuor modis: primò hæreticus dicitur errans in fide, ut patet per definitionem Aug. supra quarta conclusione: secundò hæreticus potest appellari: licet ab ecclesia non recessit qui aliter intelligit, uel exponit scripturas quàm sensus spiritus sancti flagitat à quo scripta est: tertio hæreticus est qui à Sacramētis ecclesiæ uel à communione fidelium est diuisus, & excommunicatus: quarto hæreticus est peruersor sacramentorum, ut symoniacus. Dicitur autem omnis symoniacus per similitudinē hæreticus, quia sicut hæreticus contra fidem sentit, ita symoniacus operatur ac si contra fidē sentiret dum precio sacra uult adipisci, uel dare, ac si æstimaret donum spiritus sancti pecunia possideri, ut exponit B. Tho. ubi sup. in solu. 3. argum. Hos quattuor modos ponit Gaufr. lib. 5. & addit duos modos dicens: Quinto hæreticus est dubius in fide. Nam firmiter debemus credere & ideo leui argumento à fide deuians hæreticus censetur. Sexto modo hæreticus dicitur qui Romanæ Ecclesiæ priuilegiū ab ipso summo ecclesiarum capite traditum auferre conatur. Omnes hos modos ponit Hostien. libro quinto Rubr. 7. de hæreticis.

CAP. III.

Secundo principaliter circa hæresim 3
Scōsiderare debemus gradum uitij, seu grauitatem offensionis. Quamuis. n. aliquod aliud peccatum possit esse grauius hæresi, sicut si multum accresceret contemptus Dei in aliquo quod etiam ex suo genere esset ueniale: tamen quia de eo quod est secundum accidēs non est curandum in arte, ut dicit Philoso. 5. Ethic. Ideò peccatum hæresis ex suo genere est maximum peccatorū: quod probo quattuor rationibus, scilicet ratione ignorantia, efficientiæ, pertinaciæ, poenæ. Primo ratione ignorantia sic Ambro. dicit: Grauius peccas si ignoras: sed hæretici habent ignorantiam Dei ergo &c. Re-
quis. infra Ignorantia affectata. Secundo

Hæresis
maxi-
mū pec-
catorū.

dò hoc probo ratione sue efficientiæ, uel malitiæ sic: Vnumquodq; dicitur malum quia nocet: vnde cum hæresis plus noceat quàm aliquod aliud peccatum, quia subuertit fundamentum omnium bonorum scilicet fidem sine quò fundamento nihil boni remanet: ergo &c. Tertiò hoc idem probo ratione pertinaciæ sic: Nullum peccatum est grauius duritia cordis, & peccato in spiritum sanctum: sed hæresis habet duritiam in affectu ad non obediendum primæ veritati, & pertinaciã mentis, quia est impugnatio veritatis agnitæ, & sic est species peccati in spm sanctum, ergo &c.

Quartò hoc idem probo ratione pœnæ sic: In epistola Clementis dicitur q̄ primum locum in pœnis hñt qui oberrant à Deo: sed tales sunt hæretici, ergo &c. Vbi nota q̄ vnum peccatum dicitur esse maius altero dupliciter. Vno modo ex suo genere, & sic hæresis, uel idolatria est maius peccatum quàm scisma. Cuius ratio est, quia cōtemptus Dei est maius peccatum quàm contemptus proximi: sed idolatria vel hæresis est apostasia, & contemptus Dei: vnde idolatria. 23. milia hominum gladio interierunt. ut patet. Exo. 32. Scisma verò est cōtemptus proximi, ergo &c. Alio modo vnum peccatum est grauius altero, quia maiori libidine sine uoluntatis peruersione est commissum, & sic maius peccatum fuit scisma Dathã, & choræ contra Moysen quàm idolatria populi, & ideò dirupta est terra sub pedibus eorū, & deglutiunt eos cum tabernaculis suis, & uniuersa substãtia, & descenderunt in infernum, ut dicitur Num. 16. vt dicit dominus Hugo in postilla ibidem. Vel dicas peccatum unum esse maius punitum alio duobus modis potest intelligi. Vno modo quantum ad nouitatē pœnæ, & si secundum Hieron. peccatum scismatis est magis punitum, quia absorpti sunt à terra quàm aliqd aliud peccatum, vt patet Num. 16. quod expediebat, vt prælari ecclesiæ non contemnerentur à subditis. Alio modo quantum ad multitudinē punitorū, & sic infidelitas cuius species est hæresis est magis punita, vt patet Exo. 32. Hæc Beat. Tho. 4. scrip. sent. distin. 13. de hæresi, artic. 2. Vtrum hæresis sit maximum peccatum, in argum. contra, & in cor. quæst. & in solut. argum.

CAP. IIII.

Circa hæresim, tertiò principaliter cōsecrare debemus reatum simplicij, seu qualitatem punitionis, scilicet qualiter hæreticus puniatur. Nam hæreticus punitur quattuor modis, scilicet excommunicatione, depositione, rerum ablatione, militari persecutione. Primò punitur excommunicatione: quia hodie omnis hæreticus, siue occultus, siue manifestus est ipso iure excommunicatus. Vnde decretis 14. causa quæst. 1. ca. 1. sic dicitur. Qui cunque in hæresim semel damnatum labitur eius dñatione seipsum inuoluit.

Ois hæreticus excoicatus est.

Secundò depositione, quia indistinctè siue clericus siue laicus Papa, vel Imperator, vel quilibet alius inferior debet deponi ab oī dignitate: unde in decretis 14. causa q. 1. Et est talis titulus. Spolientur omni honore qui contra pacem ecclesiæ nituntur.

Tertiò rerum ablatione, quia bona eorum omnia ipso iure sunt confiscata, sed tamen executio ipsius confiscationis, vel bonorum confiscatio non debet fieri per principes seculares antequam per iudicium ecclesiæ super eodem crimine sententia sit promulgata.

Quartò militari persecutione, quia si aliter non potest fieri, manu armata sunt ab eis omnia bona auferenda. Hæc Ray. in summa: lib. 1. cap. 5. de hæreticis.

CAP. V.

VT autem qualitatem pœnam, & ordinem hæreticos puniendi clarius scire possumus considerare debemus quattuor. Primum est, q̄ hæretici ex peccato eorum merentur à consortio fidelium separari, & expelli, & incarcerari, & iudicio temporali, seu seculari occidi. Cuius ratio est quia cō hæresis sit uinū infectiuum, & maximè simplicium, ut dicit Apost. 2. ad Thim. 2. Sermo eorum serpit ut cancer. Vbi haymo in Glo. sic ait: Sermo hæreticorum serpit, ut cancer, id est qui est à paruo ad maius paulatim tendit, tolerans qui sana ut venenosus serpens corrumpit di.

Hæreticorum qui sūt occiden

& ad impietatem. i. ad errorem trahit a fide. Et ideo ecclesia hæreticos qui alios corrumpunt, & præcipuè simplices qui defacili corrumpi possunt, de consortio eorum excludit, & expellit. & etiam incarcerat, si autem non corrumpat possent et tolerari, sed illi qui sunt firmi in fide possunt cum eis corpore conuersari, ut eos conuertant, non tamen in diuinis, quia excommunicati sunt.

Secundū est, quod ex parte ecclesiæ est misericordia ad errantiū conuersionē. Et ideo ecclesia non statim condemnat, sed post primam & secundam correctionem, ut Apostolus docet ad Titum. 3. Hæreticum hominem deuiat post primam, & secundam correctionem. Et subdit duplicem rationem huius dicens: Quia subuersus est qui huiusmodi est; glo. talis uitandus est, quia frequenter est exhortator aliorū ad malum uel incorrigibilis est. Tertium est quia ecclesia primò reuertentes ab hæresi non solum recipit ad misericordiam, sed etiā conseruat eos in uita, & interdum restituit eos dispensatiuè ad ecclesiasticas dignitates quas prius habebant si uideantur uerè conuersi, & hoc pro bono pacis frequenter legitur esse factum. Quartum est, quod quando hæretici recepti ab ecclesia in hæresim relabuntur, uidetur esse maximū signum inconstantiæ eorum circa fidem. Et ideo ulterius redeūtes non recipiuntur ad pœnitentiā ut a mortis sententia liberentur. Si. n. hæretici semper reciperentur, ut conseruarentur in uita, & in confiscatis temporalib. bonis, posset in præiudicium salutis aliorum hoc esse, & hoc dupliciter, primo quia si relabarantur alios inficerent, secundo quia sine pœna euaderent alii securius in hæresi relaberentur, & ideo tunc iudicio seculari relictī sunt a iudice exterminandi, & per mortē occidendi, quod probo tripliciter. scilicet ratione, similitudine, & auctoritate. primò ratione sic, Omnes illi extirpantur, & occiduntur qui auferunt uitā corporalem, sed homicidæ extirpantur, & occiduntur, ergo multo magis qui auferunt hominib. uitam spiritualem. Secunda ratio ad idem est talis. Multo grauius est corrumpere fidem per quam uitæ animæ, quam falsare pecuniam per quam uitæ temporali subuenitur: sed falsarij pecuniar. i. illi qui falsam monetam

cutūt, & dant, & homicide seculares principes iustè traduntur morti, ergo multo magis hæretici qui de hæresi conuincunt, & qui relabuntur iustè occiduntur: secundo hoc idē probo per similitudinē sic: Lupi sunt pastorum officio ab ouib. non separandi, sed occidendi, ut patet Io. 10. sed hæretici sunt lupi rapaces, ut patet actus. 22. Sic n. Paulus. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in nos nō parcentes gregi, ergo &c. lupi. i. hæretici, tum qui sunt blasphemī in Deum, tum quia sunt fidei, & fidelium peruersores, debent extirpari, & occidi, tum, quia magis debent hæretici puniri: & occidi quam illi qui sunt rei læsæ maiestatis qui secundum leges debent occidi, tertio hoc idem probo auctoritate Hier. & habetur in decretis. 24. causa q. 3. ubi sic dicitur. Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressa est totum orbē eis gamma populata est. Hæc b. Th. 2. 2. q. 11 de hæresi, utrum hæretici sint tolerandi, in cor. q. Et ibidem art. 4. utrum reuertētis ab hæresi sint omnino ab ecclesia recipiendi, in cor. q. Et iterum 4. script. sent. dist. 3. de hæresi, ar. 3. utrum hæretici sunt sustinendi, in arg. contra. & in cor. q.

De Homicidio.

SUMMARIVM.

- 1 Homicidium spirituale committitur quattuor modis.
- 2 Occidere malefactorem non licet personæ priuatae.
- 3 Personæ ecclesiasticæ homicidiū prohibetur.
- 4 Homicidium interdicitur personæ propriæ.
- 5 Cui actus occisionis concedatur.
- 6 Occidere alium te inuadentem, aliquando licet, aliquando non.
- 7 Non occidere malefactorem est peccatum.

CAP. I.

HOMICIDIUM. Circa homicidium quattuor sunt notanda: primo modus qui committitur: secundò actus qui inter dicitur: tertio effectus cui conceditur: quarto reatus qui intenditur.

Primò circa homicidium considerandus est modus quo committitur. Est. n. duplex homicidium scilicet corporale, spirituale. Homicidium spirituale inferitur alicui personæ occasione culpæ mortalis: quæ fieri uel committi non potest nisi nobis volentibus, & consentientibus.

homici diu duplex.] Homicidium autem corporale consistit in diuisione animæ a corpore per mortem corporalem, quæ inferitur alicui aliquando per causam aliquando per violentiam. Primo Homicidium spirituale committitur quattuor modis scilicet odiendo, detrahendo, persuadendo, scandalizando: primò committitur odiendo: unde prima Ioh. 3. Ille cui odit fratrem suum homicida est. Ratio autem quare ille qui occidit in sua mente est; quia ille qui odit vellet aut non esse, aut non bene esse illū quē odit: secundò homicidium spirituale committitur detrahendo: unde in Epistola Clementis habetur, quòd B. Petrus dicebat omnes detractores esse homicidas. unde in psal. de talibus dicitur. Lingua eorum gladius acutus Ratio autem quare detractor ē homicida est ista, quia ille qui detrahit proximo occidit eum in conscientia aliena, in qua viuebat per bonam opinionem. tertio modo homicidium spirituale committitur malum persuadendo: unde Aug. super Iohannem sic ait: Noli putare te non esse homicidam quando fratri tuo malum persuades: si fratri tuo malum persuades: occidis. Ratio autem quare malus persuasor occidit est, quia talis scilicet persuasor mali occidit eum cui malum persuadet in conscientia sua in qua viuebat ille per bonam intentionem, & uoluntatem: quarto modo homicidium spirituale committitur scandalizando: unde Greg. de malis prælatis sic dicit: Tot mortibus digni sunt quot ad posteros exempla perditionis transmittunt. Ratio autem quare tales occidunt est

quia tales, scandalizantes alios per malū exemplum quantum est in eis præbent eis occasionem mortis spiritualis. Secundo homicidium corporale principaliter committitur tribus modis scilicet omitendo, consulendo faciendo. Primò committitur homicidium corporale omitendo scilicet cum quis non subuenit cum uideret proximum in extrema necessitate: unde Aug. contra Faustum lib. 9. sic dicit.

Istud præceptum quod dicit: Non occides, non seruas: non enim das esurienti panem: uerum si incurras in eum famelicum, qui mori possit nisi porrigendo cibū subuenias, iam tu homicida teneberis. Et Ambro. Pasce fame esurgentem, quòd si non pauisti, occidisti.

homici diu corporale fit trib. modis.

Secundò homicidium corporale committitur consulendo. Vbi sciendum, quod duplex est consilium: scilicet simplicis opinionis, & persuasionis, uel approbationis. Primo enim qui dat consilium simplicis opinionis de aliquo occidendo non est homicida: uerbi gratia: Si alicui quærenti in genere an liceret Christiano iudeum uel paganum occidere? Responderet quis non animo persuadendi sed exponendi uel declarandi quid in hoc casu sentiret, hoc esset licitum respondere. Nequa sic consulens esset irregularis, licet ille cui si tale consilium declarando non dedisset, iudeum, uel paganum postea interfecisset: secundo dico, quod est consilium persuasionis uel approbationis, & secundum hoc qui consuluit uel persuasit uel rogauit uel mandauit quod alius occideretur ostendentes utilitatem quæ ex homicidio sequeretur talis intelligitur, & dicitur esse homicida consilio, ut Innocentius dicit in Glo. Tertio homicidium corporale committitur faciendo, & hoc quattuor modis scilicet iustitia, necessitate, casu, uoluntate: primo committitur homicidium iustitia scilicet cum iudex uel minister reum condemnat: secundo necessitate euitabili uel inuitabili, tertio committitur casu scilicet dando operam rei licite uel illicitæ: & si licite aut adhibita diligentia debita aut indebita: quarto committitur uoluntate; & hoc aut iuste aut iniuste. Iuste quidem quando est iusta causa, iustus ordo, iustus animus.

Nam secundū legē ad interficientē uel occiden-

Requisi- mo iusta causa scilicet quando occidetur
ta ad iu- reus non bonus. Exo. 23. In fontem, & iu-
stam oc- stum non occides. Secundò requiritur iu-
stus ordo scilicet vt occidens habeat po-
tatem. Tertiò requiritur iustus animus scilicet
vt solum fiat amoris iustitiæ, & odio cul-
pæ non libidine uindictæ vel appetitu pe-
catoris. Vbi sciendum, quòd aliquis occidit
alium quattuor modis: primò liuore no-
cendi, sicut inimicus occidit inimicum
suum. secundo modo cupiditate auferen-
di, sicut latro occidit mercatorem: & his
duob. modis homicidium est peccatum:
tertio modo ordine obediendi sicut iu-
dex occidit reum: quarto modo necessi-
tate subueniendi sicut miles occidit
hostem, & his duobus modis homi-
cidium non est peccatum, ut plenius
infra declarabitur. Hæc Alex. in 3. parte
sum. & in sum. confes. lib. 2. titu. 1. q. 2. &
6. per totum.

CAP. II.

Secundo principaliter circa homici-
dium considerandus est actus cui in-
terdicatur. Vbi sciendum, quòd actus ho-
mici- dii qui est occidere non licet trib. ge-
neribus personarum scilicet personæ pri-
uatæ scilicet non habenti auctoritatem,
& contrarium faciens est homicidium.
Hoc autem quadrupliciter probo. 1. ratio-
ne similitudine, auctoritate, sacro cano-
ne: primò ratione sic: Ad illum pertinet
malefactorem occidere cui committitur
cura, & auctoritas conseruandæ commu-
nitatis: sed personæ priuatæ ut priuatæ
non committitur, sed publicæ ergo &c. se-
cundò probo hoc idem similitudine sic.
Sicut enim abscissio putridi membri vel
corrupti, & ipsius curatio non ad quæli-
bet, sed ad solum medicum spectat quādo
eis fuerit cōmissa cura salutis totius cor-
poris. Ita punitio vel occisio malefactoris
tanquam fermenti totam communitatē
corruptentis non licet priuatæ personæ,
sed illi soli cui est cura communis cō-
missa. tertio hoc idem probatur auctori-
tate Beati Aug. in primo de ciui. Dei sic di-
cens: Qui sine aliqua publica admini-

nistracione maleficum interfecerit, ue-
lut homicida iudicabit, & tantò amplius
quantò sibi potestatem a Deo non con-
cessam sibi usurpare non timuit. Hæc b.
Tho. secunda secundæ q. 64. art. 3. in cor-
q. & arg. contra: quarto probo hoc idem
sacro canone. Dicitur enim in decreto.
23. quæst. 4. & est canon Aug. 2. li. contra
Faustum: Omnis qui præter auctoritatē
eius qui legitima potestate utitur gladiū
acceperit gladio peribit.

Vel sic: Ille qui malè utitur gladio: peri-
bit gladio: sed qui nulla superiore ac le-
gitima potestate uel iubente uel concedē-
te in sanguinem alicuius malefactoris ar-
matur, gladio malè utitur, ergo gladio pe-
ribit. Nam dominus iussit ut eius Disci-
puli ferrum ferrent, sed non ut ferirent.
Qui ergo absq. iussu superioris ferit, pe-
rit. Hæc Alex. in tertia parte summæ. No-
ta hic tria ad euidentiam prædictorum.
Primum est, quòd persona particularis uel
priuata occidens alium iussu superioris
homicidium non committit, quia nō oc-
cidit ipse, sed potius ille cuius auctori-
tate occidit. Sicut miles occidit hostem au-
toritate principis, & minister occidit la-
tronem auctoritate iudicis. Hæc b. Tho.
ubi supra immediatè art. 3. in sol. 1. arg.
Secundum est quòd persona priuata pro-
prio iudicio Bestiam ferocem, vel nocen-
tem potest licitè occidere, non autem pec-
catorem: Cuius ratio est, quia cum be-
stia siluestris ferox & nocens sit naturali-
ter distincta ab homine homo potest eā
licitè sine iudicio superioris occidere:
non tamen persona priuata potest pro-
prio iudicio peccatorem occidere Cuius
ratio est, quia peccator non est naturali-
ter distinctus ab hominibus iustis, & ideo
indiget publico iudicio ut discernatur
an peccator occidendus propter salutem
communem, ibidem in sol. 2. argu. per to-
tum.

Tertium est, qd aliud est facere bonū
quod nulli de cōmunitate nocet, & aliud
est facere bonum quod alicui de cōmuni-
tate nocet. Primiū enim. i. facere aliquod
bonū ad utilitatem cōmunem quod nulli
nocet, cuilibet personæ priuatæ est lici-
tum. Sed si illud bonum sit cum nocumē-
to alterius quale est occisio malefactoris
non debet fieri sine iudicio eius ad quē
per

Occisio
bruti &
hoīs.

pertinet iudicare quid sit subtrahendum partibus pro utilitate communi, ibidem in sol. 3. arg. per totum.

C A P. III.

Secundo dico, quod occidere malefactorem non licet personæ consecratæ uel ordinatæ. Et primò quod non licet personæ consecratæ: puta papæ, episcopo vel sacerdoti tripliciter probò. scilicet auctoritate, canone, & ratione, & primò auctoritate Apostoli prima ad Thimo. 3. sic dicentis: Oporteret episcopum sine crimine esse, non percussorem &c. de quo repræhenditur Petrus qui cum quæsiuisset a Christo. Luc. 22. Domine si percutimus in gladio, ante responsionem persuasionem commissionem sibi factam a Christo percussit, tanquam impatiens non sequens magistrum suum: secundò probò hoc idem auctoritate Bern. Nam Beatus Bern. ad Eugenium Papam quarto de consideratione sic dicit: Aggredere subditos sed verbo non ferro, qui denuo usurpare gladium tentas, quoniā semel iussus es ponere in vaginam scilicet in Petro cui dictum est. Mitte gladium tuum in uaginam. Secundò quod non liceat sacerdoti occidere, probò canone. Et primo canone Nicolai Papæ dist. 50. sic dicentis: Cū discreti sint milites seculi a militibus ecclesiæ, non conuenit militib. ecclesiæ militare seculo per quod ad effusionem sanguinis necesse est peruenire. secundò probò hoc idem canone concilij Tholetani, & habetur in canone. Sacerdotes 23. q. 8. ubi dicitur: Sacerdotes qui ad ministerium salutis electi sunt ibi consentiant rebus fieri iudices, ubi iureiurando supplicij indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia præparatur. Si quis contra hoc fecerit breuis effusionis sanguinis, & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

Tertiò hoc idem probò quattuor rationibus scilicet ratione contemplationis, administrationis, dilectionis, unionis. primò ratione contemplationis sic: Illi qui ad contemplationem, & laudem Dei sunt deputati ut sacerdos, non debent se

ca, & maximè homicidia propter maximam mentis inquietudinem, quam efficiunt prædicta. impediunt ergo &c. secundò probò hoc idem ratione administrationis sic: Illi qui maiori ministerio sunt deputati de minori non debent se intrinsece, sicut patet de militibus qui cum sint ad bellica negocia deputati secundum leges, negociationes, & mercationes exercere non possunt, sed clerici ad ministerium altaris ordinantur, in quo repræsentatur passio, effusio sanguinis Christi, quod est quid maximum, ergo non competit eis occidere uel sanguinem effundere, sed magis paratos esse ad proprii sanguinis effusionem pro Christo, ut quod ministerio gerunt, opere imitentur. Hæc b. Tho. secunda secundæ q. 64. art. 4. in cor. q. tertiò probò hoc idem ratione dilectionis sic. Illis qui sunt ministri mansuetudinis, & amoris non licet occidere uel bellari, sed sacerdotes, & ministri nouæ legis sunt huiusmodi, ergo eis non licet huiusmodi scilicet occidere uel bellare, sed potius non resistere malo indulgere, & inimicos diligere, ut dicitur Matth. 5. Quarto probò hoc idem ratione unionis sic: Illis qui sunt ministri unionis non licet aliam quam diuisionem facere: sed sacerdotes sunt ministri sacræ unionis corporis Christi, quod repræsentat unionem Christi, ecclesiæ, quam unionem repræsentat unio animæ ad corpus: unde qui dissoluit unionem animæ ad corpus per homicidium unionem illius sacramenti repræsentare, & demonstrare non potest, ergo &c. Sed fortè dices, quod papa uel sacerdos malefactorem potest occidere tali ratione: Ille interfecit, cuius auctoritate sit, sed auctoritas imperatoris est maleficum interficere, & hanc auctoritatem imperator a papa accipit, ergo &c. Respondeo & dico duobus modis. Primo enim quia aliud est accipere auctoritatem uel potestatem, & aliud est recipere executionem potestatis, modo ergo imperator recipit potestatem a papa ad puniendum maleficos. Executionem autem potestatis accipit a lege, ita quod a Deo per papam recipit auctoritatem, ut sit minister legis diuinæ, sed ab ipsa lege accipit auctoritatem usus ministri: unde Aug. in quæstionibus Leuitici: Cum homo iuste occidit, lex

Auctori-
tas a Pa-
pa execu-
tio a le-
ge.

occi-

exerci-
tia cleri-
corum.

occidit, non tu: dicis iudici seculari. Secundo modo respōdeo, & dico, q̄ duplex est auctoritas, scilicet iubendi, & innuendi. In auctoritate iubendi benè sequitur: Ille facit cuius auctoritate fit. In auctoritate innuendi verò non sequitur. Est autem auctoritas iubendi occidere maleficos penès imperatorem. Auctoritas verò innuendi est penès Papam, & sacerdotes: vnde Bea. Ber. 4. de consideratione ad Eugenium Papam ostendit qualiter uerq; gladius est ecclesiæ, scilicet materialis, & spiritalis dicens: Quòd gladius materialis est apud Papam non quantum ad vsum, uel iussum, sed quantum ad nutū: vnde subdit B. Bern. ad Eugenium Papā: qui gladium tuum materiale negat nō satis uidetur mihi attendere uerbum domini dicentis Matthæi 26. Conuerte gladium tuum in uaginam: tuus ergo & ipse tuo forsitan nutu, & si non tuo manu euaginandus, aliquid si in nullo ad te pertineret dicentibus apostolis: Ecce duo gladij hic non respondisset dominus satis est, sed nimis est, uterque ergo gladius ecclesiæ est, scilicet spiritalis, & materialis. Spiritalis ad iussum sacerdotis, corporalis uerò ad nutum sacerdotis, & iussum Imperatoris. Hæc Alexand. 3. parte sum. quæstio. 20.

CAP. IIII.

⁴ Tertiò dico, quòd interficere interdicitur propriæ personæ. Nam nulli licitum est seipsum occidere. Quod dupliciter ostendo, scilicet in generali, & in speciali.

Primo, quòd nulli liceat seipsum occidere probo in generali auctoritate, & rationibus. Primò auctoritate Augustini in primo libro de ciuitate Dei, sic dicens: Restat ut de homine intelligamus quod dictum est, non occides, nec alterum, nec te nec enim aliud quàm hominem occidit, qui seipsum occidit. Secundo occidere seipsum nulli licitū est, quia est peccatum mortale probo triplici ratione, scilicet, quia occidens seipsum facit contra charitatem, contra communitatem, contra diuinam potestatem: pri-

mo qui occidit seipsum mortaliter peccat tali ratione: Qui facit contra naturalem legem, & contra charitatem mortaliter peccat, sed occidens seipsum contra hoc facit, quod patet. Nam quilibet ad sui ipsius dilectionem naturaliter inclinatur, quod uidemus ad sensum, quia quilibet ex dilectione sui ipsius, & seipsum in esse conseruat, & quantum potest corrumpentibus obuiat, sed occidens seipsum contra hoc facit ergo &c. Secunda ratio est talis: Qui facit contra communitatem cuius est membrum peccat, sed quilibet homo id quod est, communitatis, sicut pars est totius, ergo qui seipsum occidit non solum uni particulari homini, sed toti communitati cuius erat iniuriam facit, ut dicit philosophus 5. ethic. Tertia ratio est talis, qui facit contra diuinam potestatem mortaliter peccat, sed ille, qui seipsum occidit hoc facit, quod probo per locum a simili, quia sicut alienum seruum interficiens peccat in dominum cuius est seruus, ita cum uita sit quoddam donum diuinitus homini attributum, & eius potestati subiectum, qui seipsum occidit dominum offendit, & cōtra eum peccat, eo quòd iudicium Dei sibi usurpat: nam ad solum Deum pertinet iudicium mortis, & uitæ, sicut dicitur Deuteronom. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciam. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ quæstion. 64. articu. 5. argumen. contra, & in corp. quæstio. per totum.

Secundo, q̄ non licet alicui seipsum occidere probo in speciali. Nam quidam propter quinque rationes seipsum occidit. Primo enim quidam occiderunt seipsum propter feliciorē uitam consequendā. Secundo quidam alij propter huius uitæ miseriam repellendam. Tercio quidam alij propter culpam commissam, uel perpetratam. Quarto quidam alij propter uolentiam repellendam. Quinto alij propter culpam uitandam.

Sed q̄ nulli aliqua ratione supradicta liceat seipsum occidere probo in singula ri de omnibus. Primo enim nulli licet seipsum occidere propter feliciorē uitam consequendam, uel obtinendam. Cuius ratio est duplex.

Prima est cōmunis, & est talis Apost. ad

Occide re seipsum eue nit quæ que rō nibus

Duogla
dijeccle
sic.

ad Rom. 3. dicit: Faciemus mala, ut veniant bona: Absit, sed occidere seipsum est malum, ut patet rationibus supradictis, ergo non potest malum fieri. scilicet seipsum occidere propter bonum adipiscendum. Secunda ratio ad idem est specialis, & est talis: Quia licet ea, quæ sunt presentis vitæ arbitrio hominis regantur, & subdantur, tamen transitus de hac vita non subiaceret arbitrio hominis, sed potestati, & voluntati diuinæ. Secundò nulli licet seipsum occidere propter huius vitæ miseriam repellendam. Cuius ratio est, quia cum mors inter omnia mala maximè sit terribilis: immo omnium terribilium ipsa est finis: inferre sibi mortem non est vitare miseriam, sed est assumere maius malum, ergo &c. Tertiò nulli licet seipsum occidere propter culpam commissam. Cuius ratio est, quia talis. scilicet seipsum occidens aufert sibi tempus poenitentiae quod est magnū bonum, ergo &c. Quartò nulli licet seipsum occidere propter violentiam repellendam. Cuius ratio est, quia etsi corpus cogi possit: voluntas tamen in qua principaliter consistit meritum, & demeritum cogi non potest. Quintò nulla licet seipsum occidere propter culpam non committendam. Cuius ratio est, quia aliena libido non polluit dummodo non adsit consensus mentis. Non enim violentia obest nec inquinatur corpus nisi de consensu mentis. ut dixit beata Lucia: unde Aug. primo de ciui. Dei dicit, quod si non est impudicitia qua inuita virgo polluitur: non est iustitia qua casta punitur. Si ergo interficiendo se virgo ne defloretur, contra iustitiam se occidit manifestè mortaliter peccat. Hæc B. Tho. ubi sup. art. 5. in sol. 3. arg. per totum. Excusatur tamen Sanson, & quædam sanctæ feminae, quæ occiderunt seipsas: unde de Sansone B. Aug. primo de ci. Dei sic dicit: Nec Sanson aliter excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia latente spiritus sanctus hæc iusserat, qui per illum miracula faciebat: & hanc eandem rationem. August. ibidem assignat de quibusdā sanctis feminis quæ tempore persecutionis occiderunt seipsas quarum memoria in ecclesia celebratur, ibidem in solu. 4. arg. per totum.

Tertiò principaliter circa homicidium considerandum est cui actus occisionis conceditur. Nam occidere alium conuenit, uel licet alicui triplici ratione. scilicet iurisdictionis commissionis, defensionis.

Primò enim licet alicui occidere alium ratione iurisdictionis sic: Illi licet malefactorem occidere qui habet auctoritatē, sed persona publica. scilicet Imperator rex, uel potestas est huiusmodi: quod sic probo. Minister Dei in quantum minister Dei habet auctoritatem à Deo occidendi malefactores, ita dicitur: Exod. 22. Maleficos non patiaris viuere, sed ille, qui publicam auctoritatem, uel potestatem habet est minister Dei, ita dicitur ad Rom. 13. Non sine causa gladium portat: Dei enim minister est iudex ei, qui malè agit, ergo &c.

Secundò licet alicui occidere malefactorem ratione commissionis: & hoc modo iudici malefactorem sententianti: & militi eum ad mortem ducēti, & speculatori decollanti, vel suspendenti auctoritate, & commissione illius, qui publica fungitur potestate licet malefactorem conuictum ad mortem sententiare: ducere, & decollare, uel suspendere. Vbi nota, quod princeps, uel eius minister si malefactorem occidunt liuoræ: vindictæ uel libidine fundēdi huiusmodi manum sanguinem mortaliter peccant: propter intentionem corruptam quamuis ille iuste occidatur. Si verò occidunt eum amore iustitiæ: ordine iuris seruato non peccant immo merentur. Hæc B. Th. 2. 2. q. 64. art. 3. in sol. 1. arg.

Sed fortè argues in oppositum, & dices, quòd iudici non licet malefactorem occidere duplici ratione, tum quia occidere ex parte iudicis est impium, tum quia occidere ex parte peccatoris est damnosum. Prima est talis. Illud non licet iudici quod est impium, & crudele, sed occidere aliquem hominem est huiusmodi, ergo &c. Respondeo & dico, quòd maleficus potest considerari dupliciter, scilicet in quantum homo, & sic occidere hominē, ut hominem est impium, & crudele, propter quod prohibetur in lege occisio hominis in quantum homo est. Alio modo potest considerari in quantum maleficus,

Quia Iudex, uel iustitiæ minister peccat occidendo.

Quidā se ipsos occidentes excusantur.

& sic præcipitur, quia nō crudele, nec impium. Vnde Hiero. ad Riparium sic dicit: Non est crudelitas, sed pietas crimina ꝑ Deo punire. Et iterum Hiero. super Isaia. Non est crudelis, qui crudeles iugulabit. Secunda ratio est talis, quia potestas, vel iudex non potest illud licitè facere quod alicui est damnosum, sed qui malefactorem occidit sibi damnum infert, quia ei spacium pœnitendi aufert contra Deum, qui peccatori dat locum, & spacium pœnitendi; ergo &c. Respondeo ad hoc tribus modis. Primo modo, quia mors peccatoris non est sibi damnosa, sed fructuosa si mortem sibi iustè illatam patienter sustinet, & conteratur, ualebit sibi ad expiationem peccati: iuxta illud. Naum primo. Non consurget duplex tribulatio, nec iudicabit Deus bis in idipsum. Quod verbum intelligitur secundum Hiero. cum peccatum in præsentī uita sufficienter est punitum. Secundo respondeo, & dico, q̄ occisio malefactoris est utilis ei, quia subtrahitur ei facultas peccandi in futurum. Tertio dico, quod occisio peccatoris est utilis, quia ex morte eius alij coercentur, vel emendantur. Hæc Alex. in 3. par. sum.

Qñ malefactor est occidendus. q. 20. Est autem sciendum, quod potestas vel iudex non debet occidere malefactores triplici ratione. Prima est, quādo eius vel eorum malitia non est nota: & ꝑpter hoc dominus Matth. 13. prohibuit extirpare zizaniā ne simul eradicarēt, & triticum Non lolium quamdiu est in herba parum distat à tritico, ita quod nō disceritur ab ipso. Secunda causa est, quādo occisio malorum est ruina bonorum, quia non possunt occidi mali quin simul occidantur, & boni. Tertia causa est propter malorum sequelam, quia mali habēt multos sequaces, quando uero aliquod istorū non accidit, ministris dicitur: Alligate fasciculos ad comburendum. Nunquam. n. uult dominus seruari zizaniā propter se, sed propter triticum ne simul euellatur: ubi ergo occasione malorum non imminet bonis periculum, sed magis tutela, & salus, tunc licitè possunt, & debent zizania à tritico separari idest mali licitè possunt occidi. Hæc B. Tho. 2. 2 q. 64. arti. 3. in sol. 2. arg. per totum.

C A P. VI.

Tertio licet alicui occidere alium ratione suæ defensionis. Vbi nota, q̄ aliquis mouetur occidere alium se defendendo mala intentione, & tunc peccat, aliquando bona intentione, & tunc non peccat. Nam mala intentione aliquis se inuadentem quattuor modis occidit. scilicet ex elatione, ex liuore, uel libidine, ex sui inordinata dilectione. Primo. n. mouetur quis ex mala intentione ad occidendum se inuadentem ex cordis elatione in quantum ex superbia uerecundatur in ualorem effugere, uel uitare etiam si posset ut latrones faciunt: & tunc est illicitum. Secundo mouetur quis mala intentione ex cordis odio, uel liuore in quantum odio habet illum qui eum inuadit, ex quo odio taliter cōcitur, q̄ si posset eum sine occisione euadere potius se uellet uindicare, & eum occidere.

Tertio mouetur quis ex mala intentione. scilicet ex libidine uindictæ: in quantum quis priuata uindictæ libidine se inuadentem occidit. Quarto mouetur quis mala intentione ex sui inordinata dilectione: in quantum sic diligit uitam propriā, quod non attendit an defendere se sic. scilicet. **Qñ liceat occidere alium.** Secundo mouetur aliquis ad occidendum se inuadentem bona intentione. scilicet ex conseruatione uitæ propriæ: & sic cuilibet licet occidere alium ne occidatur ratione suæ defensionis. Hoc autem tripliciter probos scilicet rōne similitudine, & iure. Primo ratione sic: Cuilibet licet propriam uitā conseruare, eo q̄ conseruatio sui in esse quantum potest, est quid naturale qd̄ cui libet licet, ergo qui se inuadentem occidit hac sola intentione. scilicet ut seipsum defendat, & in esse cōseruet non peccat. Vbi nota: q̄ ex actu alicuius se defendētis sequitur duplex effectus. Vnus qui est in intentione se defendētis. scilicet uitæ propriæ cōseruatio. & præter intentionem occidēdi, & tunc cōseruare seipsum in esse præter intentionē occisionis alterius se inuadētis cuilibet licet, quia hoc est de iure, & inclinatione naturæ. Secundus effectus, qui sequitur ex actu se defendētis est occisio se inuadentis: & sic defendere seipsum cū

intentione occidendi inuadentem se nō licet, nisi habenti publicam auctoritatē, qui intendens occidere hominem ad sui defensionem refert id ad bonum publicum, vt patet in milite pugnante contra hostes: & in ministro iudicis pugnante contra latrones quamuis isti peccant si priuata libidine mouerentur.

Secundō probo hoc idem similitudine sic. Cui licet conseruare, & defendere minus bonum multō magis licet defendere maius bonum, sed cuilibet licet defendere domum propriam, ergo multo magis cuilibet licet defendere propriā vitam, quæ est maius bonum quam domus propria.

Quod autem cuilibet licet defendere domum propriam si inuadatur: habetur Exod. 22. vbi sic dicitur. Si effringens fur domum siue effodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere fuerit mortuus percussor non erit reus sanguinis, quod si orto sole hoc fecerit homicidium perpetravit. Super quo verbo August. reddit rationem quare inuasor de nocte non reputatur homicida: sed de die, scilicet orto sole sic dicens, quod inuasor de nocte homicida nō reputatur, quia creditur, quod ad occidendum uenit. Sed de die inuadens domum homicida non iudicatur, quia poterat ille cuius est domus discernere, quod inuadens domum ad furādum venisset non ad occidendum.

Tertiō probo hoc idem ex iure.

Nam secundum iura vim repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec est necessarium ad salutem vt homo actum moderatæ tutelæ prætermittat ad euadendum, & uitandum occisionem alterius, quia plus tenetur homo providere uitæ propriæ quàm uitæ alienæ. Hæc Beatus Thomas secunda secundæ quæst. 64. artic. 7. argumen. contra: & in corpo. quæstionis per totum: & in summ.

confess. libro 2. titul. 1. quæ-

stione duodecima. Et

Alexander in tertia

parte sum. quæ-

stione 20.

C A P.

VII.

Quarto, & ultimō circa homicidium considerandus est gradus vel reatus quo peccatum intenditur. Ad cuius euidenciam nota tria. Primum est, quod nō occidere malefactorem accusatum, & conuictum est peccatum. Secundum est, quod occidere malefactorem non accusatum nec conuictum est etiam peccatum. Tertium est, quod occidere innocentem accusatum per falsos testes, & conuictum non est peccatum. Primo dico, quod non occidere malefactorem accusatum, & conuictum est peccatum, quod tali ostēdo ratione. Sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito, sed occidere peccatorem accusatum, & conuictum est bonum, & meritorium, ergo per oppositum non occidere eum est peccatum. Quod autem occidere peccatorem conuictum est bonum probo triplici ratione. scilicet ratione præcepti, nocuementi, & exempli. Primo ratione præcepti sic: Sicut Deus non prohibet nisi malum, ita non præcipit nisi bonum, sed Deus præcipit habenti auctoritatem malefactores occidere, ita dicitur Exo. 22. Maleficos non partiaris viuere: unde Dauit dicebat: In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, ergo &c. Secundō probo hoc idem ratione nocuementi sic: Illud quod nocet communitati bonum est occidere, sed peccator est periculosus, & cōmunitati corruptiuus, ergo eū à cōmunitate abscindere, vel excludere est bonum. Tertiō probo hoc idē ratione exempli. Ostendo .n. p. duo exēpla quod sit bonum peccatorem occidere. Primum exemplum est de bestia nociua sic: Peior ē malus homo quàm bestia siluestris, & ferox & plus nocet: sed bestiam talem occidere est bonum, ergo à simili bonum est occidere peccatorem, qui plus nocet quàm bestia, vt dicitur primo politicorū, & 7. Ethic. Secundū exemplum est de membro putrido. Videmus .n. quod membrum putridum, & aliorum corruptiuum laudabiliter à medico abscinditur, vt totum corpus conseruetur: sed peccator est huiusmodi: nā ipse tanquā membrum corruptiuum, & tanquam fermentum totam massam, id est totā ciuitatem inficit, & corrumpit: vt dicit Aposto. prima ad Corinth. 5. ergo salu-

briter peccatur occiditur ut bonum commune conseruetur. Hæc b. Th. secunda secundæ. q. 64. art. 2. arg. contra, & in cor. q. per totum.

Occidere reū non conuictum peccatū est. Secundò dico, quòd occidere malefactorem non accusatum, nec conuictum est peccatum: unde Amb. super Psal. Beati immaculati, sic dicit, Bonus Iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed iuxta leges, & iura pronunciat. Et Aug. in Homel. de Pœnitentia, Multi corriguntur ut Petrus, multi tolerantur ut Iudas, multi nesciuntur donec dominus ueniat, qui illuminat abscondita tenebrarum. Nos uero a communione quemquam nō possumus prohibere nisi aut spōtè confessum, aut in aliquo seculari, uel ecclesiastico iudicio nominatum vel conuictum. Et causa, q. 1. dicit canon Eleuterij Papæ. Nihil contra quemlibet accusatum absq. idoneo, & legitimo accusatore fiat. Nam & ipse dominus Iesus Christus Iudam esse furem sciebat, sed quia non est accusatus non est eiectus. Re. su. Aduocatus, uel Iudex. Tertio dico, quòd occidere innocentem per falsos testes accusatum, & condemnatum non est peccatum. Cuius ratio est duplex. Prima est, quia talis non condēnat eum qui est iustus in quantum iustus, sed quia iniustus & conuictus probatus est, & dignus morte, unde conuictum innocentem, non innocentem condemnat. Secunda ratio, quare talis non peccat, est, quia talis potestas uel iudex secundum allegata sententiam ferens, non occidit ipse innocentem, sed illi qui eum accusant & falso asserunt nocentem. Debet tamē iudex quattuor facere. Primò dēt testes diligenter examinare ut eos de falso testimonio possit convincere & expellere, & innoxium liberare. Et si hoc nō potest facere, secunda sententiam debet quantum pōt differre. Quod si non potest facere, tertio debet eum ad superiorem iudicandum remittere. Si autem non potest trāsire uel subterfugere quin eū iudicet, quarto, & ultimo innocentē cōuictum dēt iudicare, nō tamen peccat propter duas rationes immediatē positas uel dictas. Hæc b. Th. secunda secundæ ubi sup. art. 6. in sol. 3. arg. Sed fortè argues, & dices, quòd occidere peccatōrē est maius peccatū quā Innocentem tali ratione: Quanto maius

nocumentū infertur ei in quē peccatur, tanto peccatum est maius: sed occisio peccatoris plus nocet peccatori, quia ad statum miserabiliōrē iste transit. Sed infernū, quam noceat innocenti qui de miseria huius uitæ ad cælestem gloriam per mortem transit, ergo &c. Respondeo, & dico, quòd grauitas peccati magis est cōsideranda quantum ad id quod per se intenditur quam quo ad id quod p accidēs intenditur, unde illi qui occidit iustum grauius peccat quā ille q occidit peccatorem: & hoc quadruplici ratione. Nam talis magis facit contra charitatem, equitatem, communitatem, diuinam bonitatē. Primò qui occidit innocentem magis peccat, quia magis facit contra charitatē, q probo sic: Ille qui plus nocet quē plus debet diligere magis peccat: sed plus debet quilibet diligere bonum uirū quam malū, innocentē quā peccatōrē, ergo si nocet bono magis peccat. Secunda ratio est quā talis magis facit cōtra equitatē, & formam sic: Iustitia exigit ut ei qui est melior magis seruiatur, ergo qui iniuriam infert ei qui minus est dignus magis facit cōtra iustitiā, & sic magis peccat. Tertia rō est talis: Qui facit contra communitatē priuādo eam maiori bono magis offendit ciuitatē, & per consequens magis peccat, sed q occidit innocentē priuat ciuitatem maiori bono, ergo &c. Quarta ratio est, quia talis magis facit contra diuinā bonitatē, & formo sic rationem: Qui magis diuinā bonitatē offendit magis peccat, sed qui occidit vel defendit bonū magis Deū cōtēnit, ut dicitur Lucæ. 10. Qui uos spernit me spernit. Quod autem iustus occisus ad gloriam transferatur hoc est per accidens scilicet rōne occisionis, & præter intentionē occidētis. Hæc b. Th. ubi sup. art. 6. in sol. 2. arg. per totum.

De honestate.

SUMMARIUM.

- 1 Quō honestas diffinit, & quid sit.
- 2 Tria sunt signa honestatis internæ.
- 3 Bonum honestum differt a delectabili, & utili.

Occidere innocentem cōuictū falso nō est peccatum.

Colatio occisionis iusti & peccatoris.

C A P. I.



Honestas. Circa honestatem consideranda sunt tria. scilicet conuenientia, euidētia, differentia. Primo consideranda est conuenientia. Nam honestum idem, quod uirtuosum, decorum, temperatum, honore dignum. Primò dico, quod honestum idem est quod uirtuosum, ita quod esse honestum est esse uirtuosum, & e conuerso, quod tali ratione probò. Nam secundum Isid. lib. 1. Eth. Honestas dicitur quasi honoris status, sed status honoris est secundum uirtutem cui debetur honor, ergo honestum esse idem est quod uirtuosum esse. Hæc beat. Th. 2. 2. q. 165. art. 1. in cor. q. Requ. infra honor.

Secundò dico, quod honestum idem est quod esse decorum, uel pulchrum: quod dupliciter probò, scilicet similitudine uel auctoritate, & ratione. Primò similitudine uel auctoritate. Nam Apostolus 1. ad Corinth. 12. vocat membra turpia inhonestum, & pulchra honesta, ergo sicut inhonestum, & turpe sunt idem, ut patet in membris, ita honestum, & decorum, uel pulchrum, sunt idē. Secūdo probò hoc idē ratione sic: Quia sicut pulchritudo corporalis consistit in debita proportionem membrorum cum claritate, ita pulchritudo spiritalis consistit in debita proportionem operum cum claritate rationis. Itaq. sicut illud corpus est pulchrum quod habet debitam proportionem membrorum cum claritate, uel uenustate coloris, ita illa operatio hominis est pulchra, quæ est proportionata secundum spiritualem claritatem rationis. Hæc b. Th. ubi sup. art. 2. in cor. q. & arg. contra; unde Ambro. lib. 2. de offic. sic ait. Tantus est honestatis splendor, ut uitam beatam efficiat tranquillitas conscientia, & securitas innocentia.

Tertio honestum est idem quod temperatum: quod dupliciter probò. scilicet auctoritate Ambro. qui in primo lib. de officio honestatem specialiter attribuit temperantia. Secundo hoc idem ratione sic: Quia sicut temperantia illud quod homini est turpissimum & indecentissimum

repellit scilicet uoluptates brutales, ita honestas secundum rationem repellit uel moderatur concupiscentias prauas: unde Ambro. in synodo Temperantia est modus siue in uerbo siue in opere. Hæc verecundia comes est, humilitatis regulam custodit: tranquillitatem animi seruat continentiam, & castitatem amplectitur, fouet decus, & honestatem, restringit cum ratione appetitum: Hæc beat. Thom. ubi sup. art. 4. in cor. q. & arg. contra.

Quarto honestum est idem quod honorificum, uel honore dignum quod patet per Isid. qui dicit in lib. Eth. Quod honestas dicitur quasi honoris status. Vbi nota, quod esse dignam honore quamuis in generali conueniat omni uirtuti: specialiter tamen quattuor uirtutibus conuenit, iustitia, fortitudini, temperantie, & honestati. Primò. n. iustitia debetur honor, & hoc propter excellens bonum quod facit. Req. infra Iustitia. Secundò temperantia debetur honor, & hoc quia mala magis exprobabilia. scilicet bestiales concupiscentias comprimit. Requ. infra Temperantia. Tertio fortitudini debetur honor propter terribilia mala, quæ uincit. Req. sup. Fortitudo. Quarto honestati debetur honor, quia remouet, & excludit quod est inhonestum.

Sed fortè quæres cui uirtuti maior honor debetur. Dico quod iustitia, & fortitudini debetur honor maior quam temperantia, & honestati propter excellentiam maioris boni. Nam hæc duæ uirtutes scilicet iustitia, & fortitudo bonum excellentius operantur temperantia, & honestate. Ex alia uero parte temperantia, & honestati debetur maior honor propter cohibitionem malorum magis exprobabilium. Hæc b. Th. ubi sup. ar. 4. i sol. 3. ar. p totū.

C A P. II.

Secundo principaliter circa honestatem consideranda est euidētia. Nam interior electio voluntatis, uel dispositio mentis in qua principaliter, & radicaliter consistit honestas alijs non potest innotescere nisi per signa exteriora: unde Hugo. in li. de disciplina monachorum sic ait: Per illud quod foris est putā per ornatū, per aspectum,

Funda-
mentū
corpora-
lis pul-
chritu-
dinis.

Virtu-
tesq̃ red-
dunt ho-
minem
honora-
bilem.

CAP. III.

Etum, per incestum, per cōuictū p uerbū
 siue malè agatur siue benè interior aī
 qualitas demonstratur. Hæc b. Th. 2. 2. q.
 145. art. 1. in sol. 3. arg. Sunt autem tria si-
 gna per quæ possumus præsumere, uel c-
 gnoscere aliquem esse honestum. scilicet con-
 uersatio extrinseca, uerecundia, & pud-
 icitia. Primū signū extrinsecū honestatis
 est cōuersatio extrinseca, quæ si sit bona
 est ostensiuā honestatis interioris. scilicet men-
 tis, ibidem in sol. 3. arg. Et Ambr. lib. 1. de
 offic. sic ait. Quid aliud est honestum ni-
 si, ut fugibilia fugiantur. Et Hugo in lib.
 de disciplina monachorum. Honesta cō-
 uersatio hominis patet ex quattuor. scilicet ex
 motu, ex gestu, ex affectu, ex conuictu. Re-
 qu. infra Luxuria de incitantibus, uel re-
 trahentibus ab ea. Secundum signum ex-
 trinsecum ostensiuum honestatis est uere-
 cundia, quæ quidem honestatem fouet; &
 nutrit remouendo ea, quæ sunt contraria
 honestati: uñ Amb. in lib. de off. dicit sic:
 uerecundia socia est, & familiaris mētis
 placidæ proteruiam fugiens ab omni lu-
 xuria aliena, sobrietatem diligit, honesta-
 tem fouet, & decorē requirit. Vbi nota, qd
 licet uerecundia foueat honestatem re-
 mouendo ea, quæ sunt contraria honesta-
 ti, ut patet, non tamen ipsa uerecundia
 ad perfectam rōnē honestatis pertingit.
 Hæc b. Th. ubi sup. q. 144 art. 1. in sol. 3. ar-
 gu. Tertiū signū extrinsecū honestatis i-
 terioris ostēsiuū est pudicitia. Cuius rō ē,
 quia nomen pudicitie sumitur a pudore
 in quo uerecundia signatur, & iō oportet
 qd uerecundia sit circa illa de quibus ho-
 mines maximè uerecundantur. Vbi nota,
 qd homines non solū uerecundantur de
 ipsa mixtione ueneria, tum propter mē-
 brorum turpitudinem, tum propter mē-
 brorum rebellionē. tū pp rōnis absorptio-
 nem, sed etia m' uerecundantur de quibus
 dā signis uenerie mixtionis: unde sicut
 castitas repellit, uel reprimat, & refrenat
 ipsam mixtionē ueneriam, sic pudicitia
 est uerecundia circa signa ueneriorum,
 qualia sunt inspectus impudici, oscula, &
 tactus, quæ signa pudicitie erubescit, ca-
 uet, & detestatur, ubi sup. q. 151. art. 4. in
 cor. q. per totum. Sunt etiā alia tria signa
 honestatis ostēsiua, & affectiua. scilicet rēperan-
 tia, continentia, abstinētia, de quibus re-
 quire in litteris suis.

Venere
 is dediti
 uerecū-
 dantur:

Ira honestatem, tertio principali-
 ter consideranda est differentia: i-
 cet. n. bonum honestum cōueniat
 subiecto cum bono utili, & cum bono de-
 lectabili, tamen differt ratione ab eis in
 quantum alia est ratio honesti, & alia bo-
 ni utilitis, & alia boni delectabilis, qd sic
 patet. Primò. n. de ratione boni utilitis est;
 qd appetatur, & quærat, & referatur ad
 aliud, & nō propter se. Secundo de ratio-
 ne boni delectabilis est, quies vel quieta-
 tio appetitus in re desiderata. Tertio de
 ratione boni honesti est qd propter se ap-
 petatur, & propter se quærat, & propter
 aliud, ita dicit Aug. in lib. 83. q. Honestū
 dicitur quod propter se petendum est, uti-
 le autem quod ad aliud est referendum,
 delectabile autem est in quo appetitus
 quiescit. Ex qua differentia potest conclu-
 di quod bonum honestum est nobilibus,
 & pfectius bono utili, & delectabili quat-
 tuor rationibus. scilicet continentie, conueniē-
 tie, reuerentie, efficacie. Primo ratione
 continentie sic: Illum bonum quo i con-
 tinet alia, & non continetur ab alijs, est p-
 fectius illis, sed bonum honestum conti-
 net illa duo quia est delectabile, & utile,
 non autem ē conuerso, quod patet: Pri-
 mō de delectabili, & probatur sic: Quia
 oē bonū honestū est delectabile, non tñ
 omne bonum delectabile est honestū, qd
 bonum delectabile secundū sensum nō
 est bonum secundum rationem, nec per
 cōsequēs honestū. Nā delectabile præter
 rationem, vel contra rationem nō est ho-
 nestum. Secundo patet hoc idem de bo-
 no utili, bonum honestum semper est
 utile, nō tñ couertitur, quia non omne bo-
 nū utile est honestum semper, & iō &c.
 Secundo bonum honestum est nobilius
 alijs rōne cōuenientie, quod sic patet. p-
 fectius est illud bonū qd semper est con-
 ueniens rōni, quā illud qd qñq. repugnat
 rōni, sed bonū honestū semper conue-
 nit rōni: delectabile aut, uel utile nō sem-
 per est conueniens rationi quāuis sit cō-
 ueniens sensui, ergo &c. Tertio bonū ho-
 nestū est pfectius alijs ratione reuerē-
 tie probo sic: Illud bonū quod est semp
 dignū honore est nobilius, & pfectius il-

Excellē-
 tia boni
 honesti:

lo. s. bono quod non semper est dignum honore, sed bonum honestum semper dignum honore, tum propter excellentiam virtutis, tum propter pulchritudinem, & ordinem rationis, non autem bonum delectabile, & bonum utile, eò q̄ non omne utile, & delectabile est secundum ordinem rationis, ergo &c. Quarto bonum honestum est nobilius, & perfectius alijs bonis ratione efficaciac sic: Quanto bonum magis quietat, satiat vel perficit appetitum, tanto est nobilius, & perfectius: sed bonum honestum magis quietat, & satiat appetitum quam bonum utile, & delectabile: & sic per consequens nobilius ratione efficaciac. Quod autem bonum honestum magis satiat appetitum. Probo primò respectum boni utilis sic: Illud bonum magis quietat, & satiat appetitum quod queritur propter se, quam quod queritur p̄ aliud: sed bonum honestum appetitur, & queritur propter se tantum: bonum autem utile refertur ad aliud, & queritur propter aliud, & non propter se, ut patere potest per multa exempla, ergo &c. Secundo q̄ bonum honestum magis satiet appetitum quam bonum delectabile probo tali ratione: Magis quietat, & satiat appetitum finis adeptus quam adeptio finis: uerbi gratia: Finis auari est duplex. s. pecunia, & adeptio pecuniae: modo igitur ita est, q̄ ultimus finis auari est pecunia adeptus, & non adeptio pecuniae, quod patet, quia possessio, uel adeptio non est bona nisi propter pecuniam, ergo propter quod unum quodq. tale, & illud magis. Si ergo adeptio, uel acquisitio uel usus pecuniae est bonus propter pecuniam, sequitur q̄ ipsa pecunia sit melior ipsa adeptione, vel ipso usu pecuniae. A simili appetitus tendit in bonum honestum ut in rem, quae appetitur delectatio rei est: quietatio appetitus in re quae appetitur modo, ergo magis quietat, & satiat appetitum ipsa res, quae est finis ultimus appetitus, quam quietatio in rem quae est delectatio sicut propter ultimum finem, Hæc b. Th. 1. parte sum. q. 5. art. 6. in cor. q. Et prima secundæ. q. 16. de usu. art. 3. in corp. q. Et secundæ secundæ. q. 145. art. 3. in cor. q. & in solut. argum.

Duplex
finis a-
uari.

De honore dei.

SUMMARIVM.

- 1 Diffinitur honor.
- 2 Honor, laus, & gloria differunt inter se.
- 3 Secundum excellentiam beneficii honor est impendendus.
- 4 Soli Deo quattuor actus honoris habentur.
- 5 Post Deum, parentes tenemur honorare.
- 6 Post parentes, praelatis debetur honor.

CAP. I.



Onor. Circa honorem debemus considerare tria. Primò descriptionem propriam. Secundo distinctionem uariam: tertio exhibitionem debitam. Ita qd̄ honor primò conuenienter describitur: scd̄o laude distinguitur, tertio differenter impeditur. Primò circa honorem considerare debemus descriptionem propriam: Nā honor sic diffinitur a philosopho primo lib. Ethicor. Honor est exhibitio reuerentiae in testimonium uirtutis. In qua diffinitione philosophus tangit tria: primo honoris principium effectiuum, secundo signum expressiuum, tertio obiectum receptiuum. Primò honoris principium effectiuum cum dicit: Honor est exhibitio reuerentiae: nam reuerentia ex una parte est honoris principium, ex alia uerò parte est finis honoris. Primo. n. reuerentia quā homo exhibet alteri est principium effectiuum motuum honoris: in quantum aliquis ex reuerentiae quam habet ad alium honorat eum. Secundo exhibitio reuerentiae ex parte alia est finis honoris inquantū aliquis honoratur ad istum finem ut ab alijs in reuerentia habeatur.

Hæc

Hæc b. Th. 2. 2. q. 103. de Dulia, arti. 1. in sol. 1. arg. Secundò in diffinitione honoris tangitur honoris signum expressiuum cum subdit : in testimonium. Nam honoris exhibitio testificationem quãdam importat de excellentia alicuius : unde homines , qui uolunt honorari testimonium suæ excellentiæ quærunt, ut dicit philosophus. 1. & 8. ethicorum. Vbi nota, quòd testimonium redditur quattuor modis. Primò redditur de excellentia alicuius corde : & sic redditur Deo eo, quòd Deus est inspector cordium : unde coram Deo sufficit testimonium conscientiæ, & ideo honor coram Deo potest consistere in solo motu interiori cordis : dum scilicet aliquis recognoscit Dei excellentiam, vel etiam alterius hominis quo ad Deum. Secundo quo ad homines non potest ferre testimonium aliquis de excellentia alicuius nisi per signa exteriora : & hoc tribus modis. primo modo ore, cum aliquis ore pronunciat excellentiam alicuius : secundo corpore, scilicet cum aliquis pronunciat excellentiam alicuius inclinationibus, obuiationibus, & huiusmodi : tertio munere, scilicet cum aliquis pronunciat excellentiam alicuius oblatione muneris aut institutione imaginis vel huiusmodi : ubi supra art. 1. in cor. q. per totum. Tertio in diffinitione honoris tangit subiectum condignum cum subiungit uirtutis. Nam uirtuti principaliter, & per se debetur honor : ut dicit philosophus. 4. ethicorum. Licet enim honor non sit sufficiens præmium uirtutis, ut philosophus ibidem dicit, tamẽ quia in rebus humanis, & corporalibus nihil potest esse maius honore, pro tanto dicitur honor est uirtutis præmium, ibidem in solut. 2. argument.

C A P. II.

SECUNDO principaliter circa honorem considerare debemus distinctionem uariam. Nam laus distinguitur ab honore duobus modis. Vno modo, quia laus consistit in solis signis uerborum, honor autem in quibuscunque exterioribus signis : & secundum hoc laus includitur in honore. Alio modo laus distinguitur ab honore, quia per

exhibitionem honoris testimonium reddimus de excellentia bonitatis alicuius absolutè, sed per laudem testificamur de bonitate alicuius in ordine ad finem, sicut laudamus benè operantem propter finem. Honor etiam est optimorum, quæ non ordinantur ad finem, sed iam sunt in fine, ut patet. 1. ethicorum. Gloria autem est effectus honoris, & laudis, quia ex hoc quòd testificamur de bonitate alicuius clarescit eius bonitas in notitia plurimorum, & hoc importat nomen gloriæ. Nam gloria dicitur quasi clara, eo quòd gloria est clara cum laude notiti, aut Ambro. dicit : & sic patet quomodo differunt hæc tria inter se, scilicet honor, laus, & gloria. Hæc Beat. Thom. 2. 2. quæst. 103. de Dulia, artic. primo, in solut. tertio argument. per totum.

C A P. III.

TERTIO principaliter circa honorem considerare debemus exhibitionem debitam : Nam honor debetur alicui ratione alicuius excellentiæ : & ideo ubi est alia, & alia ratio excellentiæ, ibi debet esse alius & alius honor, ita quòd secundum diuersas excellentias impenditur diuersus honor : & secundum diuersam rationem beneficii est attendenda diuersa ratio debita. Vbi sciendum, quòd alia excellentia beneficii conuenit Deo, alia patri, alia præsidenti, uel principi, alia benefactori. Prima. n. excellentia beneficii, & principis conuenit Deo principaliter, & generaliter, eo quod ipse est principium omnium per recreationem. Secunda excellentia beneficii impensum inuenitur in patre carnali particulariter, eo quòd pater carnalis est proximum principium generationis, educationis, & disciplinæ filij. Tertia excellentia beneficii, & principii inuenitur in præsidente : Nam persona in dignitate aliqua constituta est principium gubernationis aliquarum rerum, sicut princeps est principium ciuitatis in rebus ciuilibus, & dux est principium exercitus in reb. bellicis, & magister est principium in disciplinis. Quarta excellentia principii est in benefactore particulariter a quo particularia, & priuata recipimus beneficia. Et ideo sunt diuersæ uirtutes qui-

Gloria
effectus
honoris

Quibus
virtuti-
bus exi-
beat ho-
nor.

quibus honorem, cultū uel debitū diuer-
simodè impendimus supradictis. Prima
enim est virtus religionis per quam coli-
tur, & honoratur Deus. Secunda post uir-
tutem religionis est virtus pietatis per
quam coluntur uel honorantur paren-
tes. Tertia sub religione, & pietate est vir-
tus obseruantix per quam exhibetur cul-
tus, uel honor personis constitutis in di-
gnitate. Quarta post omnes est uirtus
gratię, uel gratitudinis quę benefactori-
bus gratiam recompensat, de quibus in
capitulis sequentibus agetur complete.
Hęc B. Th. secunda secundę. q. 102. art.
1. in cor. quęst. iuxta finem. Et ibidem
quęst. 106. artic. primo, in cor. q.

C A P. IIII.

HONOR DEI. Quia excellen-
tia beneficii, & principii generali-

ter, & singulariter Deo conuenit, & hoc
quattuor rationibus, scilicet ratione crea-
tionis, gubernationis, dominationis,
beatificationis. Nam solus Deus sua po-
tentia infinita creat, sua sapientia guber-
nat, sua excellentia uel pręsidentia, uel
misericordia beatificat, ideo est virtus re-
ligionis per quam cultum, & specialem
honorem exhibemus Deo. Sunt autem
quattuor actus religionis, uel honoris
qui ratione suę excellentię supradictę
qua ipse est creator gubernator domina-
tor beatificator soli Deo debentur, & dā-
tur, scilicet deuotio, oratio, adoratio, sacri-
ficatio. Primò dico, quòd deuotio est spe-
cialis, & principalis actus religionis con-
ueniens soli Deo, quod tali ratione ostē-
do. Actus religionis est promptè se offer-
re ad honorem, & seruitium Dei, sed de-
uotio est huiusmodi, quod ex sua inter-
pretatione patet. Nam deuotio dicitur a
deuouendo: unde deuoti dicuntur qui
seipsos quodammodo Deo deuouent, ut
ei se totaliter subdant, propter quod olim
apud gentiles deuoti dicebantur, qui seip-
sos deuoluebant pro salute sui exercitus:
vnde apud nos deuotio uocatur quę-
dam uoluntas promptè se tradens, &
offerens ad seruiendum Deo: sed talis est
actus religionis, ergo &c. Sed fortè di-
ces, quòd deuotio non est actus religio-
nis tali ratione, scilicet per religionem

homo ordinatur solum ad Deum, sed de-
uotio etiam habetur ad sanctos, & ad spi-
rituales personas, ergo uidetur, qđ deuo-
tio non sit actus religionis. Respondeo,
& dico, quòd deuotio quę habet ad san-
ctos Dei mortuos uel uiuos non termina-
tur ad ipsos, sed transit in Deum: inquan-
tum scilicet in ministris Dei ueneramur
Deum. Hęc beat. Thom. secunda secun-
dę q. 82. artic. 1. in cor. q. ibidem artic. 2.
in solut. 3. argument. Req. infra Religio.
Secundo dico, quòd oratio est actus reli-
gionis. Cuius ratio est, quia ad religio-
nem propriè pertinet exhibere Deo spe-
cialem reuerentiam, & honorem sed per
orationem homo Deo specialem reue-
rentiam, & honorem, exhibet inquan-
tum homo orans se Deo subiicit, & confi-
tetur se indigere Deo, sicut actore bono-
rum suorum, & pręmiatore operum, er-
go omnino conueniens soli Deo est a-
ctus religionis: ubi supra quęst. 83. artic.
primo, in cor. quęst. Requi. infra Oratio
cui debeat fieri. Tertiò dico, quòd ado-
ratio est proprius actus religionis: Cuius
ratio est, quia adoratio ordinatur in re-
uerentiam eius qui adoratur, sed pro-
prium religionis est Deo reuerentiam
exhibere, ut patet supra: ergo adoratio
conueniens soli Deo est actus religionis:
ubi supra quęst. 84. arti. primo, in corp.
quęst. Req. supra Adoratio. Quartò sacri-
ficium, uel sacrificij impensio conueni-
ens soli Deo est actus religionis. Cuius
ratio est, quia actus religionis est Deo re-
uerentiam exhibere, ut sepè dictum est
supra, sed sacrificia fiunt propter reue-
rentiam Dei, ergo iste actus qui est offer-
re sacrificium soli Deo pertinet ad virtu-
tem religionis, ubi supra q. 85. artic. 3. in
cor. q. Req. infra sacrificium.

C A P. V.

HONOR Parentum. Post uirtu-
tem religionis qua honorem de-
bitum impendimus soli Deo, &
post quattuor actus religionis prędictos.
Secundò est uirtus pietatis qua homo est
debitor parentibus ratione excellentię
quę in eis est. Et ideo sicut in primo gra-
du ad religionem pertinet cultum, uel
honorem debitum exhibere Deo, ita in
secundo

Qui a-
ctus Re-
ligionis
debetur
sanctis.

Quat-
tuor a-
ctus ho-
noris qđ
Deo de-
bentur.

5.

Secundo gradu ad uirtutem pietatis pertinet cultus, & honorem parentibus exhibere: in cultu autem, vel parentum honore includitur cultus, uel honor consanguineorum. Hæc bea. Thom. secunda secundæ q. 101. de pietate artic. primo, in cor. q. in fine. Etiam in prædicto honore, vel cultu includitur honor ciuium, & omnium patriæ, & amicorum.

Obseruanda circa honorem parentum

Ad maiorem tamen euidentiam prædictorum nota hic circa honorem parentum, quattuor per ordinem, scilicet honoris distinctionem, patris conditionem, operis continuationem, prolis obligationem. Primò circa honorem parentum considerare debemus honoris distinctionem. Nam honor est actus reuerentiæ, obedienciæ, beneficentiæ. Primò est actus reuerentiæ, & sic honorare parentem est idem quod reuereri patrē. Et hoc præcipitur Leuit. 19. Vnusquisq; patrē, & matrem timeat, idest reueretur: secundo honor est actus obedienciæ, & sic honorare idem est quod obedire patri, Apostol. ad Ephes. 6. Filij obedite parentibus vestris: tertio honor est actus beneficentiæ, & sic honorare patrem idē est quod benefacere patri si necesse est. Eccl. 3. Honora patrem tuum, & matrem: Et Gloss. Hiero. ibidem, victus necessaria ministrando. Vbi nota, quòd honor reuerentiæ quem filius erga patrem habet consistit in tribus, scilicet in affectu, in effectu, in signo: primò consistit in affectu, scilicet timendo & cauendo offensam patris: unde Hiero. de honorandis parentibus sic ait. Præbeatur patribus honoris mixta formido; secundo consistit in effectu. scilicet obediendo, ut patet supra per Apostol. ad Ephes. 6. tertio consistit in signo. scilicet assurgendo. Rom. 13. Cui honorem Glo. Reddite honorem, ut assurgere, & huiusmodi quæ sunt signa honoris. Hæc Alexā. in tertia parte sum. quæst. Secundò circa honorem nota, patris conditionem. Nā pater tribus modis potest considerari: primò per se, scilicet in quantum est pater: tunc cum pater sit maior filio, vel superior quasi principium filij existens debetur sibi a filio honor reuerentiæ, & obsequij, ut patet supra auctoritate: Leu. 19. secundo modo pater potest considerari per accidens, scilicet in quantum sibi ac-

cidit aliquid putā, quòd est infirmus, & tunc debetur sibi a filio, quòd uisitetur, & seruiatur, uel si pauper est conuenit sibi, quòd a filio sustentetur: Eccl. 3. Honora patrem, & matrem Glo. Hiero. ibidem: Victus necessaria ministrando. Hæc Beatus Thom. secunda secundæ quæst. 101. de pietate artic. secundo, in corp. q. tertio aliquid per se conuenit patri, & aliquid per accidens conuenit filio. primo enim, quia pater habet rationem principij, filius uero habet rationem principia ti a patre uelut procedentis a patre, ideo per se conuenit patri, ut subueniat filio. Et propter hoc non solum ad horam pater debet filio subuenire, sed etiam per totam uitam suam quod est thesaurizare: ita dicit Apostolus 2. ad Corinth 12. Patres debent thesaurizare filiis, & non è conuerso. Sed quòd filius aliquid conferat patri hoc est per accidens, scilicet ratione alicuius necessitatis instantis in qua tenetur ei subuenire, non autem thesaurizare quasi in longum, quia naturaliter sunt filij successores parentum, & non è conuerso, ibidem in sol. 2. argum. per totum. Tertio nota prolis obligationem. Nam honor parentum aut non abstrahit a cultu Dei filium, aut sic: In primo enim casu si honor parentum nō abstrahit filium a cultu Dei, tunc non debet filius deferere pietatem idest honorem parentum propter religionem, uel honorem Dei, ut scilicet propter honorem exhibendum Deo deferat parentes. Cuius ratio est, quia unus actus cū modo debito, & debitis circumstantiis alium nō excludit: unde honor parentibus debito modo impensus includit honorem Dei, aliter iam non esset opus pietatis parentum cultui, uel honori insistere contra dominum: unde Hiero. in epist. ad Eleodorum. Per calcatam perge matrem, & ad uexillum crucis euola; summum genus pietatis est in hac re fuisse crudelem, ibidē art. 4. in cor. q. per totū. Quarto nota temporis obligationem. Nam aliter tenetur, & obligatur patri filius quando est in seculo constitutus, & aliter postquam est in religione aliqua professus. Primò enim filius qui est in seculo constitutus si parentes habeat, qui sine eo sustentari nō possunt, non debet relictis parentibus religionem

In quibus cedat honor parentum.

ligionem intrare, quia transgreditur præceptum de honore parentum quâuis quidam dicunt, quòd etiam in hoc casu licet posset eos deferere eorum curam in Deum committens. Sed si quis rectè consideret, cognoscat quòd hoc esset tentare Deum, cum habens ex humano consilio quid ageret periculo parentes exponeret sub spe diuini auxilii. Si uero sine eo parentes possunt vitam transigere, licitum est ei relictis parentibus religionem intrare, quia filii non tenentur ad sustentationem parentum nisi causa necessitatis, ut patet supra: secundo uero si filius est iam in religione professus non debet causa sustentationis parètur exire claustrum in quo cum Christo sepultus est, & iterum se secularibus negociis implicare, & hoc propter tres causas. Prima est propter uotum, nam religiosi ex uoto tenentur suæ religionis obseruantias adimplere, propter quas impediuntur suis parentibus subuenire. Secunda ratio est propter statum, sunt enim in statu paupertatis: unde quia proprio carent: parentibus subuenire non possunt. Tertia ratio est, propter uinculum, quia sunt ex uoto prælati suis ligati, quòd sine licentia prælatorum suorum eis non licet exire claustrum. Tenetur tamen religiosus salua obedientia prælati sui, & suæ religionis statu piū studium adhibere qualiter parentibus suis subueniatur, ibidem artic. quarto, in solut. 4. argument. per totum.

C A P. VI.

6. **H**ONOR prælatorum, & dominorum secularium. Post uirtutem religionis qua Deum ueneramur ac cultum, & honorem Deo exhibemus debitum, & post uirtutem pietatis qua parentibus debitum honorem impendimus: ut patet duobus cap. præced. Sequitur tertio uirtus obseruantis qua hominibus constitutis in dignitate cultum uel honorem debitum exhibemus: unde Tullius diffiniens obseruantiam sic ait: Obseruantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes, uel præcellentes quodam cultu, honore dignantur. Vbi nota, quòd personis in dignitate constitutis debentur quattuor, scilicet honor, timor, obedi-

tia, tributa uel stipendia: primo ratione dignitatis debetur eis honor, quia sunt in gradu uel statu dignitatis: unde prima Pet. 2. Regem honorificate: secundo ratione potestatis, uel auctoritatis quàm habent ad coercendum eis debetur timor: unde Malach. 1. Si ego dominus ubi est timor meus? Req. infra Timor. super illo uerbo, sed potius eum timere &c. Tercio ratione gubernationis eis debetur obedientia per quàm subditi mouentur ad imperium præsentium. Req. infra Obedientia. Quarto ratione laboris eis debentur tributa, quæ sunt quædam stipendia laborum suorum. Hæc b. Tho. secunda secundæ. q. 102. de obseruantia art. 2. in cor. q. & in sol. 3. argument. per totum.

Ad euidentiã tamen prædictorum nota hic quattuor. Primū est, quod aliquis potest honorari propter uirtutem duobus modis. Vno modo propter uirtutem propriam, sicut honoratur prælatus, & princeps qui est uirtuosus: nam uirtuti propriæ debetur honor, ut patet cap. 1. Alio modo potest honorari aliquis propter uirtutem alterius, sicut prælati, & principes honorantur etiam si sint mali in quantum gerunt personam Dei, & communi aīis cui præficiuntur: unde sicut mercator in rationcinio ponit unum denarium, uel lapillum loco centum marcharum, ita etiam honoratur insipiens, & malus, quia ponitur loco Dei, & loco comunitatis, ubi supra. quæst. 63. art. 3. in cor. q. In tertio autem scrip. sent. di. qua dicitur, quod honor non debetur nisi rebus diuinis: unde quia gratia, & uirtus diuinos nos faciunt, ideo honor propriè non debetur nisi homini uirtuoso. Vnde sciendum, quod ad uirtutem aliquis potest se habere quattuor modis. scilicet actualiter, potentialiter, causaliter, ordinaliter. Primo modo aliquis ad uirtutem se habet actualiter. scilicet quia actualiter est uirtuosus: & tali propriè & directè debetur honor: secundo modo aliquis ad uirtutem se habet potentialiter, sicut homo existens ad imaginem Dei: & sic omni habenti imaginem Dei honor est exhibendus nisi in malo sit obstinatus, quia in tali est ordo ad uirtutem ligatus: tertio modo ad uirtutem aliquis se habet realiter, & causaliter, & sic prælato bono duplex honor est exhibendus: unus quia

Prælati debentur quattuor

in se est realiter bonus, alius quia ordinatus est ad inducendum aliquos ad uirtutem: unde Apostolus prima ad Thimo. 5. Qui bene præsunt præsbyteri duplici honore habentur digni. glo. ut spiritualiter eis obediantur, & exteriora ministrentur: quarto modo aliquis se habet ad uirtutem ordinaliter: & sic prælatus in quantum est ordinatus ad inducendum alios ad uirtutem est honorandus: unde licet bono subdito ratione uirtutis maior reuerentia debeatur quam malo prælato, tamen prælato malo ratione prælationis maior honor debetur quam bono subdito. Et hoc triplici ratione: primo ratione præsidentiae: cum. n. prælatus geret uicem Dei in ipso etiam honoratur Deus: secundo ratione eminentiae: nam bonum publicum melius est bono particularis personae: unde quia prælatus est persona publica in ipso etiam bonum publicum honoratur: tertio ratione influentiae: nam nobilius est quod aliquis sit in alijs causa uirtutis quam sit uirtuosus in se solum, sed prælatus se habet ad uirtutem sicut causa faciens in alijs uirtutem, ergo &c. Hec B. Thom. tertio script. sen. dist. 9. art. ult. q. utrum prælatus malus minus sit honorandus quam bonus subditus, in cor. q. in sol. 3. arg. per totum. Vel dicas, quod honor debetur alicui propter tres rationes scilicet propter initium, propter habitum, propter statum: primo propter initium. Nam principium, & causa honoris est ratio, & ideo quicumque habet rationem est honorandus: secundo propter habitum. Nam honor proprie debetur uirtuti, & ideo ille in quo est uirtus est dignus honore: tertio propter gradum uel statum, & sic: Quicquid sit in gradu dignitatis, & in statu prælationis est honorandum, ita quod primo, homo est honorandus propter rationem: secundo bonus homo est honorandus propter uirtutem: tertio bonus prælatus est honorandus propter uirtutem, & propter dignitatem: quarto malus prælatus est honorandus, uel uice Dei cuius personam gerit, uel propter uirtutem communitatis cui praeficitur. Hec Alber. 4. scri. ethicorum quod recol legit beatus Thomas audiens ab eo.

Secundo principaliter nota, quod timor principum secularium est contemnendus, & timor Dei est in omnibus pra-

ferendus. Req. infra timor. Tertio nota, quod filius tenetur obedire patri solum in his quae pertinent ad disciplinam uitae. Et miles duci exercitus in his quae spectant ad bellum, & seruus domino in his quae spectant ad seruilia opera exequenda, ita quod subditus non tenetur obedire suo prælato, uel suo superiori in duobus casibus: primus est si ei non subijcitur: secundus est si ei malum praecipitur: Deo autem tenemur in omnibus obedire. Hec B. Tho. 2. 2. q. 104. art. 3. in corp. q. per totum. Req. infra Obedientia, & infra praeceptum. Quarto, quod Principes, uel Praelati possunt accipere tributa quae sunt stipendia laboris. Cuius ratio est, quia secundum Apost. nullus tenetur suis stipendijs militari, & ideo iustum est quod si Principes uel Praelati non habent sufficientes redditus, uel si demergat de nouo aliquis casus in quo oporteat multum expendere pro utilitate communi uel pro honesto statu principis conservando ad quem redditus proprii non sufficiunt, uel si hostes terram inuadunt, tunc in his casibus possunt tallias imponere, & collectas facere. Sunt. n. in tali statu, ut non propria lucra quaerant, sed ut a spolijs cessent, & communem utilitatem procurent. Hec B. Thom. in quadam Epistola, quam mittit ad quandam Ducissam Lothoringiae, & Brabantiae. Si autem Principes uel Praelati, ultra consueta, uel statuta inter eos, & populum exigant directe uiolentiam faciendo, & rapiendo. Vel indirecte, ut quando eis iustitiam negant, uel non defendunt eos ut debent, ut sic aliquid extorqueant praedam uel uluram, expresse faciunt, quod uolunt aliquid habere ab eis, tunc tenentur restituere, ut dicunt Raim. Gulliel. glo. & Hostien.

Tributa principis, & praelati.

Serui autem qui huiusmodi collectas, uel tallias, uel exactiones iniustas imponunt uel faciunt, & colligunt de mandato dominorum suorum, restituere non tenentur.

Cuius ratio est, quia cum illa sint dominorum suorum non tenentur serui ad restitutionem, licet peccent domini si nimis grauant seruos suos, ut dicunt praedicti Doctores. Hec in summ. confess. libr. 2. tit. 5. de quaestus, & tallijs. q. 34.

De Hostia.

S V M M A R I V M.

I Cap. vnicum quomodo hostia interpretatur.

C A P. I.



HOSTIA. Circa hostiam corporis Christi considerare debemus tria scilicet interpretationem, perfectionem, nostram ad Deum petitionem.

Primò considerare debemus hostiæ interpretationem. Nam hostia interpretatur, & dicitur quattuor modis: primo mō dicitur quasi ostendens aliquid interius. Req. sup. Eucharistia quæ subsunt accidētibus hostiæ consecratæ: secundo modo hostia dicitur sacrificia uel uictimæ quæ fiebant antequam pergeretur ad hostes pro hostibus vincendis: & ita uirtute hostiæ consecratæ causatur victoria contra dæmones, cōtra uenialia, & mortalia. Req. sup. efficaciam Eucharistiæ: tertio modo dicitur hostia sacrificia quæ fiebant quando redibant deuictis hostibus: Req. infra Sacrificiū: quarto modo hostia dicitur introitus domus. Hæc Papias. Et sic uirtute eucharistiæ fit introitus ad uitam æternam. Req. ibidem de effectib. eucharistiæ.

Canon
tres ho-
stiæ ex-
cellen-
tias ex-
plicat.

Secundo principaliter circa hostiam consecratam considerare debemus perfectionem. Nam in canone missæ tanguntur tres perfectiones hostiæ consecratæ, ibi cum dicitur: Hostiam puram, hostiā sanctam, hostiam immaculatam quod uerbum exponitur duobus modis primò sic: O Deus pater tibi offerimus Hostiā idest eucharistiam, puram idest immunē ab omni peccato originali: sanctam idest immunem ab omni peccato mortali, immaculatam, id est immunem ab omni peccato ueniali: secundo modo exponitur sic. O Deus pater tibi offerimus hostiam puram quantum ad cognitionem sanctam quantum ad locutionem, imma-

culatam quantum ad operationem, quia peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius prima Pe. 2. tertio modo potest exponi sic ut derur intelligi: quod sicut perfectio hostiæ est triplex. scilicet quia est pura immaculata, & sancta, quod talis debet esse perfectio animæ, nostræ, eo quod inter contentum, & continens conformitas debet esse.

Tertio principaliter circa hostiā considerare debemus nostram ad Deum petitionem. Oramus. n. ad Deum, & petimus quod hæc hostia à sacerdote Deo oblata sit benedicta, ascripta, rata, rationabilis, & acceptabilis. Quæ uerba exponuntur quattuor, modis. Primo enim modo possunt exponi per respectum ad contētum. Nam res cōtenta in hoc sacramento uel in hostia consecrata est Christus, & sic Innocentius tertius exponit dicens: Quam oblationem tu Deus facias trāsmutare in eam hostiam quæ est omnino benedicta quasi ab omni culpa originali, mortali, ueniali, immunis. Ascripta. i. figuris, & scripturis ueteribus de signata. Req. sup. Eucharistia de figuris. Rata idest firma non transitoria sicut uetus quæ cessauit ubi noua successit.

Exponit
canonē.

Rationabilis idest habens effectū cōgruum, non pœnalis sicut legalis erat quæ sanguine hircorum aut thaurorum non poterat à peccato mundare sed quæ sanguine proprio conscientias mundat ab operibus mortuis. Acceptabilis ad differentiam legalis hostiæ de qua propheta in spiritu dixit: Sacrificium, & oblationem noluiisti: & iterum: Non accipiam de domo tua uitulos &c. Sed illa est hostia acceptabilis Deo, de qua dicitur Eccle. 35. Sacrificium iusti acceptum est. Et ibidem 45. Ipsum eligit ab omni uiuente offerre sacrificium Deo incensum, & bonū odorem. Secundo modo possunt prædicta uerba exponi per respectum ad sacramētum idest ad ipsam hostiam quæ est sacramentum: & sic etiam Innocentius tertius exponit dicens: Rogamus, & petimus ut Deus hanc hostiam consecret: cōfirmet, & acceptet. Consecret per benedictionem: unde dicit benedictam.

Confirmet scilicet in memoriam per ascriptionem: unde subdit: Ascriptam. Acceptet per approbationem: unde subiungit:

iungit: Ratam rationabilem quantum ad iudicium rationis: acceptabilem quantum ad beneplacitum voluntatis q.d. Rogamus & petimus, ut hanc oblatam hostiam consecratam approbatam, & à te confirmatam tu Deus digneris facere hostiam rationabilem quæ diuinæ rationi cõueniat: & acceptabilem quæ beneplacito diuino complaceat. Tertio modo prædicta verba posunt exponi per respectum ad effectum, & sic exponit Aug. & habetur de conse. dist. 2. vtrum sub figura, dicens sic: Tu Deus digneris facere istam oblatam hostiam benedictam, id est per quã benedicimur. Ascriptam, id est per quam in cœlo ascribimus. Ratam, id est per quam in membris Christi censeamur. Rationabilem, id est per quam à bestiali sensu eruamur. Acceptabilem, ut qui nobis ipsis displicemus per hanc ideo accepti sumus. Hæc B. Th. 4. scrip. sent. dist. 9. arti. 40. in expositione missæ.

Quartò modo exponuntur verba prædicta per oppositum à uenditione Iudæ. Nam Iudas vendidit dominum quæ uenditio fuit maledicta, proscripta, irrita, iniqua, & detestabilis. Sed tu Deus hanc hostiam oblatam digneris facere benedictam ascriptam, ratam, rationabilem, acceptabilem: Primò enim Iudas dilexit maledictionem, & uenit ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo, sed tu Deus hanc oblationem hostiæ digneris facere benedictam per quam nos in celestibus benedicas: secundò Iudas deletus est de lib. uiuentium, & cum iustis non scribetur, sed tu Deus hanc hostiam oblatam digneris facere ascriptam per quam nos inter electos scribas: tertio Iudas se suspendit, & episcopatum eius accepit alter, sed tu Deus hanc hostiam oblatam digneris facere ratam per quam rarum, s. firmum sit nostre salutis promissum: quartò Iudas exiuit condemnatus, & oratio eius facta est ei in peccatum, sed tu Deus hanc hostiam oblatam digneris facere rationalem per quam rationale fiat nostre seruitutis officium, uel obsequium: quintò Iudas reddidit malum pro bonis, odium pro dilectione retribuuit: sed tu Deus hanc hostiam oblatam digneris facere acceptabilem per quam tibi nos reddat acceptos. Vbi nota, qd sacerdos super hostiam consecratam

oblatam facit tres cruces duplici ratione. Prima est quia Christus tria fecit communiter circa panem, & uinum, scilicet accepit, benedixit, & dedit. Secunda ratio est, quia Iudas uendidit Christum sacerdotibus, scribis, & pharisæis ad crucifigendum, & ideo ad notandum tres uenditiones sacerdos facit tres cruces. Hæc Alex. ubi supra.

Signu
crucis
sup ho-
stiam.

De Humilitate.

SUMMARIVM.

- 1 Interpretatio humilitatis.
- 2 Per quattuor peruenit aliquis ad uirtutem humilitatis.
- 3 Verè humilis hominibus debet se subijcere.
- 4 Humilitas causatur ex tribus, & duodecim eius gradus.
- 5 Oritur humilitas ex sui, & proximi consideratione.

CAP. I.



HUMILITAS. Circa uirtutem humilitatis, quattuor sunt notanda: primò interpretatio nominis, secundò adeptio muneris, tertio subiectio humilis, quartò ostensio culminis.

Primò consideranda est interpretatio nominis. Sic enim dicit Isid. in li. Ethim. Humilis dicitur quasi humi accliuus, id est imis adhærens, quod contingit fieri quattuor modis, scilicet inuitè, fictè, stolidè, perfectè, uel meritoriè. Primò aliquis inhæret imis inuitæ, scilicet à principio extrinseco cum quis ab alio deijcitur, sed talis humilitas non est uirtus, sed pœna, de qua dicitur in psal. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: secundo modo aliquis inhæret imis ficto modo, scilicet, secundum signa exteriora solum, & non mente, & talis est humilitas hypocritæ: de quo Ecclesiast. decimonono dicitur: Est qui nequiter se humiliat, scilicet

et exterius solum non interius ubi principaliter consistit humilitas, quod patet per illud quod subdit: & interiora eius. scilicet intentio eius, & desiderium: plena sunt dolo scilicet nequitia simulata, & hypocrisi.

Nam hæc est falsa humilitas de qua Augustinus dicit in quadam epistola quod est magna superbia, quia scilicet uidetur tendere ad magnam excellentiam gloriæ propriæ, ideo nimis est uitanda, & cauenda: Eccl. 12. Si humiliatus uadat curuus abijce animum tuum, & custodi te ab eo, ideo quia sub pelle ouina latet superbia leoni na: tertio modo aliquis in hæret imis stolidè putat cum homo honorem suum non intelligens comparat se iumentis insipientibus, & similis factus est illis. ut dicitur in psal. quarto modo aliquis in hæret imis meritoriè. scilicet cum aliquis considerans defectum suum tenet se in infimis secundum modum suum, sicut dixit Abraham ad dominum Genes. 18. Loquar ad dominum cum sim cinis, & puluis. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 111. art. 1. in cor. q. & in solu. 1. & 2. argumen.

CAP. II.

Cognitio humilitatis hominem.

² **S**ecundo principaliter circa uirtutem humilitatis consideranda est adeptio muneris. Nam quattuor sunt per quæ aliquis peruenit ad uirtutem humilitatis: primum est notitia proprii defectus: secundum uero est displicentia uitij: tertium est moderantia animi: quartum enim est reuerentia Dei. Primum per quod homo uenit ad humilitatem est notitia proprii defectus. Ex eo enim quod aliquis cognoscit, & considerat defectum suum non præsumit, sed tenet se in infimis. Hæc Beatus Tho. 2. 2. q. 161. art. 1. in sol. 1. argum. Et Beatus Augustinus ostendens a quo causatur humilitas sic dicit: Humilitas est ex intuitu conditionis propriæ, & suæ conditoris voluntaria mentis inclinatio. Et Ber. de quindecim gradibus sic ait: Humilitas est uirtus qua homo uerissima sui cognitione sibimetipsi vilescit. Secundum propter quod homo ad humi-

litem uenit est displicentia uitij. Nam uituperabile, & detestabile esset si quis defectum proprium cognoscens amaret, & ideo ad ueram humilitatem oportet, quod ex eo quod quis defectum proprium intuetur doleat, vel sibi displiceat, ubi super. artic. 6. in sol. 4. argum. unde dicebat Iob ultimo. Nunc oculus meus uidet te: idcirco me repræhendo, & ago poenitentiam. Vbi Glo. sic ait: Quanto se quisque minus uidet, tanto minus sibi displicet, & quanto magis lumen gratiæ respicit, tanto amplius se esse repræhensibilem recognoscit: propter hoc subdit: Idcirco me repræhendo. Augustinus. O homo si te uideres tibi displiceres, & mihi placeres, sed quia non te uides tibi places, & mihi displices. Venient autem dies in quibus, & mihi, & tibi displicebis, mihi quia damnaberis, & tibi quia ardebis, sed quia nulla est criminis cognitio, & compunctio nisi etiam extremis penitudinis lamenta sequantur, ideo subiungit: Et ago poenitentiam in humilitate, & utilitate: unde dicit: In fauilla, & cinere per compunctionem, & satisfactionem puniens in meipso quod deliqui. Req. supra. Contritio.

Tertium per quod homo ad humilitatem uenit est moderantia sui animi. Nam postquam homo defectum proprium recognouit, & de eo doluit ad ueram humilitatem oportet quod refrenet, & reprimat imperum sui animi, scilicet ne aliquis existimet se esse supra id quod est, & ne feratur per præsumptionem in ea quæ sunt supra se. Hæc Beatus Tho. ubi super. arti. 2. in cor. quæst. Et ibidem articulo 6. in cor. quæst. in principio. Req. supra. Præsumptio.

Quartum quod est in nobis causa humilitatis est reuerentia Dei. Nam radix & principium omnium prædictorum, & perfectæ humilitatis est reuerentia quam quis habet interius ad Deum, ibidem articulo sexto in cor. quæst. Nam humilitas secundum quod est specialis uirtus præcipue respicit subiectionem hominis ad Deum propter quem etiam humiliando alij se subiicit ibidem art. 1. in sol. 5. argum.

CAP. III.

Tertio principaliter circa uirtutem humilitatis consideranda est subiectio humilis. debet. n. omnib. per humilitatem se subijcere, & hoc tripliciter: primo respectu dei: secundo respectu mali proprii: tertio respectu boni proximi. Primo debet humilis se subijcere Deo considerando duo. scilicet excellentiam Dei: & insufficienciam sui nam, omnis iustitia, & perfectio hominis in comparatione ad Deum deficiens inuenitur: secundum illud Isa. 41. Omnes gentes quasi non sint coram eo, & si cuilibet quantumcunq. perfecto potest conuenire humilitas respectu perfectionis diuinæ. Hæc b. Th. 2. 2. q. 161. art. 1. in sol. 4. arg. Ex his duobus. scilicet excellentia Dei, & insufficiencia sui sequuntur alia duo. scilicet reuerentia ad Deum, & confidentia in maiora non propriarum virium, quia talis confidentia est humilitati contraria sicut presumptio: sed confidentia diuini auxilij in maiora &c. unde Aug. in li. de penitentia sic ait. Aliud est proijcere se ante Deum, & aliud erigere se contra Deum. Qui ante Deum se proijcit, ab illo erigitur, & exaltatur: qui aduersus Deum se erigit: ab illo proijcitur ubi supra ar. 2. in sol. 2. arg. in fi. Secundo humilis debet se subijcere proximo respectu mali proprii: potest. n. aliquis reputare aliquid mali in se esse quod in alio non est, vel apparet in alio ex quo alteri humiliare debet se. Tertio humilis debet se subijcere proximo respectu boni proximi. scilicet considerando bonum quod est in alio, quod ipse non habet in seipso. Potest. n. aliquid boni esse in alio quod ipse non habet: & hoc dupliciter, quia in occulto uel in manifesto. In manifesto quidem si bonum, quod est in alio est manifestum, & bonum quod a Deo in nobis est sit in occulto. In occulto etiam quia possumus aliquid boni cogitare in proximo esse quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur esse superiores non sit occultum, sed manifestum. Ratione autem istorum duorum est, quia cum duo sint in homine, unum ex parte sui pertinet ad defectum, aliud ex parte Dei pertinet ad profectum. sicut dicitur Ozeæ. 13. ex te perditio tua Israel, ex me tamen modo auxilium tuum. Illud quod est hominis ex parte sua. scilicet vitium, uel peccatum debet

subijcere ei quod inest alteri ex parte Dei, & illud, quod inest proximo a Deo debet preferre ei quod inest sibi a seipso: unde Greg. in mor. Humilitas est qua quis de se praua existimat, & bona alterius sine inuidia, uel liuore commendat. Et Basilius in exameron sic ait. Tria sunt quæ radicata nutriunt humilitatem. scilicet assiduitas subiectionis, consideratio propriæ fragilitatis: consideratio melioris. Vbi nota, quod sunt alia tria quæ non requirit humilitas. Primum est, ne aliquis id quod est a Deo in se subijciat ei quod est proximo a seipso. Cuius ratio est, quia hoc facere esset contra reuerentiam Dei, eo quod id quod est Dei in nobis pertinet ad salutem, id autem quod est proximo a seipso pertinet ad defectum. Esset autem contra reuerentiam Dei, ut bonum Dei, quod est in nobis submitteremus malo proximi quod est ex ipso, esset etiam in detrimentum illius cui se subijcit, qui ex hoc uel superbiret, vel contemneret: unde Aug. in regula. Ne dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur auctoritas. Secundum quod non requirit humilitas est ne id quod est Dei in se subijciat ei quod apparet esse Dei in alio, quia absque præiudicio humilitatis possunt dona Dei quæ ipsi acceperunt a Deo preferre donis Dei quæ alijs apparent collata. Tertiū quod non requirit humilitas est, ut id quod est hominis in se subijciat ei quod est proximo in se: alias oporteret, ut quilibet reputaret se magis peccatorem, cum tamē Apo. absque præiudicio humilitatis dicat ad Gala. 2. Nos natura iudæi sumus, & non ex gentibus peccatores, ubi supra, art. 3. in cor. q. in sol. argum.

CAP. II II.

Quarto, & ultimo principaliter circa uirtutem humilitatis consideranda est ostensio culminis. Ad cuius euidentiam nota quatuor. Primum est, quod humilitas sicut, & ceteræ uirtutes principaliter, & precipue consistit in anima. scilicet in uoluntaria electione moral. iuxta illud quod in psal. dicitur. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quæ &c. Super quo verbo Aug. dicit sic. Humilis est qui eligit abiecti in domo domini magis quæ habitare &c. Hæc b. Th. secunda secundum dæ. q. 161. art. 2. arg. contra. Secundum est quod

fomētū
humili-
latis.

aliquādo interior dispositio humilitatis mentis manifestat exterius humilitatē p signa exteriora. Aliquando humilitas signorum exteriorum manifestat humilitatem interiorem, vbi supra art. 6. in cor. 60. Tertium est, q̄ reuerentia quam quis habet ad Deum est radix, principiū seu causa duodecim graduum humilitatis, quos Beatus Benedictus in regula super ponit. Quartū est, q̄ humilitas causatur in aliquo ex cognitione Dei, sui, & p̄ximi: primò causat̄ ex cognitione excellentiæ Dei: secūdo ex cognitione deficientiæ sui: tertio causatur ex cognitione eminentiæ p̄ximi. Primò. n. humilitas causatur in aliquo ex cognitione excellentiæ Dei. Nam ex cognitione diuinæ excellentiæ causatur in aliquo triplex humilitatis gradus. Primus est exhibitio diuini honoris, & hoc est duodecimus gradus Beati Benedicti, scilicet vt Deum timeat, & memor sit omnium quæ percipit propter reuerentiam quam quis habet ad Deū. Secundus gradus humilitatis est abnegatio propriæ voluntatis, vt. s. homo non sequat̄ p̄priā voluntatem, nec delectetur implere eā, & hic est gradus. 11. secundū Beatū Benedictū. Tertius est adimpletio diuinæ voluntatis, vt. s. sic sit memor omnium p̄ceptorum Dei, & operet̄ ipsa: & hic gradus a B. Benedicto cū duodecimo numeratur. Secūdo humilitas causatur in aliquo ex cognitione insufficientiæ sui, ex qua cognitione causatur quadruplex gradus humilitatis. Primus est recognitio propriorum defectuum. vnde Greg. 26. moral. Tantò fit vilior Deo quāto p̄ciosior sibi, & tāto fit p̄ciosior Deo quāto vilior sibi propter eum. Et iterum Grego. ibidem. Qui vult esse perfectè humilis necesse est vt bona sua a proprijs oculis abscondat. Secundus gradus est confessio peccatorū, nam celare peccatum ex superbia uenit, sed cōfiteri est signum humilitatis. Ecclesiastici 4. Primò humilia animam tuam. Req. supra confessio. 1. cap. prima diuisione. Tertius gradus humilitatis est insufficientiæ honorum, ut. s. quis credat, & confiteatur se ad omnia bona insufficientē, indignū & inutile, & hic ē septimus gradus humilitatis, quē B. Benedictus assignat de quo dī Luc. 17. Cum feceritis omnia quæ p̄cepta vobis sunt dicite, serui

inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Quæ verba exponunt Amb. Beda; primo Amb. sic dicens. Non ergo te iactes si benè seruisti q̄; facere debuisti: obsequit̄ sol; obtemporat luna; seruiunt angeli, & nos ergo nō a nobis exigamus laudem: exponit Beda sic. Serui quidem, q̄a p̄cō redempti & empti, & inutiles, q̄a bonorū nostrorū nō indiget, vel quia non sunt cōdignæ passionēs huius tēporis ad futuram gloriā. Et subdit cōcludens. Hęc igitur est hominibus fidei perfectio si in omnib. quæ sunt p̄cepta implētes imperfectos esse se nouerūt. Quartus gradus humilitatis est patiētia aduersariorū, ut. s. exteriorē tribulationem æquanimiter patiat̄ siue in dictis siue in factis, siue in verbis siue in verberibus, quia sicut dicit Gre. in registro. Non grandē his nos esse humiles a quib. honoramur, quia & hoc seculares quādoq. faciunt, sed his, vel illis maximē humiles esse debemus a quib. aliquid patimur, ubi supra art. 6. in cor. q. & in sol. 3. arg. Nota etiam q̄ p̄ter p̄dicta ex trib. manifestatur humilitas quæ interiorius latet. s. humilitas cordis, s. in factis, uerbis, signis, primò humilitas cordis manifestatur in lucris, ut homo. s. in suis operib. non recedat a cōiuita contra singularitatem per quam superb. vult sanctior alijs apparere. Vult. n. ieiunare cum alij comedunt. Et iste modus uiuendi, nel operandi, quæ ad communitatē spectant, pertinet ad quintum gradū humilitatis B. Benedicti qui est tenere quod habet cōis monasterij regula: secūdo humilitas cordis respectu suiipsius manifestatur in verbis: & hoc duob. modis: primò, ut hō non p̄ueniat tempus loquendi. s. ut si alius loquatur, uel ab alia non interrogatur ipse taceat. quod pertinet ad octauum gradū qui est scdm Beatū Benedictū taciturnitas, quæ est vsq. ad interrogationem: secūdo ut homo non excedat modum in loquēdo. s. per iactantiā, quod pertinet ad secundū gradū humilitatis qui est secundū B. Benedictū, ut homo pauca uerba, & rōnabilia loquatur nō clamorosa voce: tertio humilitas interior hōis respectu suiipsius manifestat̄ in signis, & hoc duobus modis: primo in cohibēdo risum, vel tactū. & alia ineptæ lætitiæ signa: secūdo reprimendo aspectū vanū. Nā extollētia oculo.

humilitas manifestat ex trib.

Cognitio Dei causatur humilitatis.

oculorum est quoddam signum superbię, in quantum excludit reuerentiā, uerecundiam, & timorem. Consueuerunt enim timentes, & uerecundati maximē oculos deprimere quasi non audentes se alijs comparare, quod pertinet ad primum gradū humilitatis, qui est secundum B. Benedictum corde, & corpore semper humilitatē ostendere deflexis in terram aspectibus. Hęc B. Th. 2. 2. q. 161. art. 6. in cor. q. per totum, & ibi. art. 2. in sol. primi argum.

CAP. V.

Tertio causatur humilitas in nobis ex cognitione duorum, scilicet ex consideratione eminentiæ, uel excedentię, proximi, & insufficientiæ sui. Primo causatur in aliquo humilitas cordis ex cōsideratione excedentię proximi, ita dicit Gre. Non quib. iam superiores, sed quib. ad huc estis inferiores aspiciate. Et subdit causam. Quia sicut incentiuū elationis, ē respectus deterioris, ita cautela humilitatis est cōsideratio melioris. Secundo causatur in aliquo humilitas cordis ex cognitione insufficientiæ sui, & hoc pertinet ad sextum gradum humilitatis secundū Beatum Benedictū in regula quę est procedere, & pronūciare se omnib. uiliorem.

Quę de se ipso hō possit uere pronūciare.

Vbi sciendum, q̄ absq. aliqua falsitate potest homo de se credere, & pronūciare duo, scilicet de omnib. uiliorem, & se ad omnia inutilem: primo absque falsitate potest homo credere, & pronūciare se omnib. uiliorē secundum defectus occultos, quos in se recognoscit, & dona Dei quę in alijs latent, unde Aug. in li. de uirginitate sic dicit. Existimate aliquos in occulto superiores quibus estis in manifesto: secundo absque aliqua falsitate potest homo credere, & pronūciare se ad omnia inutilem, & indignum secundum proprias uires, ut sufficientiam suam totam in Deum referat, sicut dicit Apost. 1. Corin. 3. Non quod sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi a nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Hęc B. Th. secunda secundę. q. 146. art. 6. in sol. 1. arg.

Sed fortē quęres cum inter homines sit triplex gradus, eo q̄ quidam sunt maiores, quidam æquales, quidam minores,

quibus nos humiliare debeamus.

Respondeo secundum glo. super Mat. 3. qui dicit, quod perfecta humilitas habet tres gradus, qui gradus non accipiuntur secundum naturam humilitatis, sed per comparisonem ad gradus hominū, qui sunt, uel maiores, uel æquales, uel minores, unde dicit, quod primus gradus humilitatis per respectum ad homines est subducere se maior, & nō p̄ferre se æquali, quę ē humilitas sufficiens: secundus gradus humilitatis est subdere se æquali, & non p̄ferre se minori: & talis humilitas est superabundans: tertius gradus humilitatis est subesse minori in quo est omnis iustitia, ibi. art. 6. in sol. 4. arg. per totum, unde Luc. 14. dicitur. Cum inuitatus fueris ad nuptias recūbe in nouissimo loco, ut cum uenerint &c.

Qui locus nouissimus.

Vbi nota, q̄ nouissimum tripliciter distinguitur, scilicet statuum, graduum, locorum: primō enim inter status nouissimus locus est incipientium, medius perficientium, supremus perfectorum. ergo recumbe in nouissimo loco, scilicet in statu incipientium per humilitatem minorem te alijs reputando, sicut Apost. faciebat. 1. ad Cor. 14. Ego sum minimus Apostolorū: secundo inter gradus nouissimus gradus est subditorum, medius p̄latorū minorū, supremus p̄latorum maiorum, ergo recumbe in nouissimo gradu. scilicet subditorum per Dei timorē, & humilitatem te minorem subditis reputando: tertio inter loca, nouissimus locus est inferni, medius est locus mundi, supremus est locus celi, ergo recumbe in nouissimo loco. scilicet in inferno per iugem meditationem. Aug. Descendant in infernū uiuentes, ne descendant morientes. De ista perfecta humilitate dicitur Ecclesiastic. 3. Quanto maiores humilia te in omnib. & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna est potētia Dei, & ab humilib. honoratur. In quo uerbo tang. t. tria de perfecta humilitate, uidelicet primo salutarem exhortationē, ibi. Quanto magnus es humilia te in omnib. Secūdo exhortationis rationem, ibi. Etc. coram Deo inuenies gratiā. Tertio rationis manifestationē, ibi quoniam magna est potentia Dei. Primo tangit salutarem exhortationē, ibi. Quanto magnus es &c. Vbi nota uerba, signa mysteria. Pri-

mò enim dicit. *Quantò magnus es, quia secundum gradum magnitudinis debet esse gradus humilitatis: Secundo non dicit quantò maior, sed quantò magnus. Cuius ratio est, quia omnis cōparatio maioritatis scrupulum habet suspicionis, & contentionis. Luc. 22. Facta est contentio inter eos quis eorū uideretur esse maior. Ideo ergo dicit quanto magnus es, uel generis nobilitate, uel scientiæ subtilitate, uel honoris dignitate. Secundo subdit.*

Humilia te, non ab alio, quia nō uidetur hoc esse uirtutis, sed pænalitatis. Req. supra. 1. cap. supra, prima diuisione. Tertio addit. In omnib. quod exponitur trib. modis: Primo sic. In omnib. idest pro omnib. quæ habes, quia nihil habes boni quod non acceperis a Deo secundo. In omnib. i. coram omnib. saluo iure gradus exemplo David qui dixit. 2. Regum. 6. Ero humilis in oculis meis: tertio. In omnib. i. in parentum obsequijs, ita q̃ humilitas debet esse generalis in omnib. & maior in maioribus. Secundo ponit exhortationis rationē, ibi. Et corā Deo inuenies gratiam. Iacob. 4. Humilib. autem dat gratiā. Quam gratiam? Certè quia humilis exaltabitur testante domino; unde Aug. in li. de pænitentia sic ait. Ne putes eum qui se humiliat semper iacere, cum dictum sit exaltabitur, & ne opineris eius exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corporales, promittitur autem humilitati exaltatio spiritualis, non quia ipsa sola eam mereatur, sed quia humilitatis est proprium contemnere sublimitatē terrenam, quia impedimentū præstat ne homo ad ecclesiā tendat. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 151. art. 5. in sol. 3. argu. Tertio ponit rationis manifestationem, ibi, Quoniam magna est potentia Dei, & ab humilibus honoratur. Consueuerunt enim se aliqui trib. rationibus inclinare: prima est: quia super se habent gladiū: secunda est, quia homo honoraturus est aliquē dominum: tertia est, quia transiturus est humile ostium. Sic ergo diuinæ maiestati quilibet se debet humiliare trib. de causis. Prima est propter Dei omnipotentiā: prima Pe. v. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet &c. Nam si se erigat per superbiam contra Deū gladius omnipotentis Dei est super eius caput euagina-

tus. Secunda causa est propter Dei reuerentiam. Nam reuerentia bonitatis diuinæ est causa quare omnes debent humiliari, ut patet, supra c. 1. & 2. Tertia causa est propter eius ianuam. Qui enim per paruum ianuam uult transire ad mensuram ostij se inclinat. alias ostendit. Ista ianua Christi est, Io. 10. Ego sum ostium, ergo ab eo debemus discere, ut ipse dicit Mat. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Super quo uerbo Aug. in lib. de uerbis domini sic dicit. Discite a me: nō mundum fabricare, non cuncta uisibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, non mortuos suscitare, sed quoniam mitis, & humilis corde. Cōsistit autem uera humilitas in quattuor. Primum est spernere mundum: exemplo Christi qui fugit uolentes eum facere regem. Secundum est nullum spernere, quia omnes debet meliores se putare. Tertium est spernere se. Greg. Qui uult esse perfectæ humilitatis sectator, necesse est ut bona sua a proprijs abscondat oculis. Quartum est spernere se sperni, ubi uerus humilis uilis uult reputari non humilis prædicari.

De Iactantia.

SUMMARIVM.

- 2 *Omnis iactantia est mendacium, & ideo ut peccatum uitanda.*
- 2 *Iactantia ex quattuor naturaliter causatur.*
- 3 *Iactantia aliquando peccatum mortale, aliquando ueniale.*

C A P. I.



IACTANTIA. Circa iactantiam tria cōsiderare debemus, scilicet speciem, uel qualitatem uitij, radicem, uel causalitatem peccati, magnitudinem, uel

vel gravitatem periculi, ita q̄ iactantia est vitanda triplici rōne, primò rōne specialis criminis tanquam mendacium: secundò ratione originis, quia supponit vitium: tertio rōne grauedinis, qui non est solum veniale, sed quandoq; est mortale. Primò circa iactantia considerare debemus speciem, vel qualitatem vitij: nam iactantia tanquam mendacium est vitanda. Quod autē iactantia sit mendacium probo triplici ratione, scilicet ratione simulationis, intentionis, oppositionis. Primò dico, q̄ omnis iactantia est mendacium ratione simulationis sic. Ille qui simulat se habere aliquid quod nō hēt: uel simulat sibi inesse aliqua maiora quā insint, mentitur, sed iactor simulat sibi inesse aliqua quæ sibi non insunt, uel simulat illi bona quæ insunt esse maiora quā insint: ergo his duobus modis iactor mentitur. Req̄. infra Simulatio. Secundò hoc idē probo rōne intentionis sic illud quod aliquis loquitur contra id, vel supra id quod in se existit, & sentit est mendacium, sed iactantia est huiusmodi quod patet ex significatione vocabuli, quia iactantia propriè importare vī, q̄ homo se verbis extollat: unde sicut hō corporaliter ea quæ vult iactare lōgè in altū eleuat ita tunc propriè aliquis se extollit, cū aliquid contra se, vel supra se dicit. Quod quidē cōtingit dupliciter scilicet quādo aliquid dicit contra cōem opinionē, uel cōtra, & supra rei veritatē.

Primò. n. aliquis de se aliqua loquitur, non contra rei veritatem, uel supra, uel contra id quod in se est, sed cōtra, uel supra cōem opinionem, scilicet supra id quod de Deo hoīes opinantur, & hoc est peccatū iactantiæ: quod Apost. refugiens dicit 2. Corin. 12. Parco ne quis existimet me supra id quod videt ī me, aut audit aliquid ex me. In quo verbo Apost. duo tangit. Primò humilitatem iactantiæ exclusiuā, ibi, Parco: quod duobus modis exponit. Primo modo sic. Parco. . . parcē volo in me ipsum laudando: secundo modo sic secundum gl. Parco, id est parcē glorior, vel parcē refero laudes meas. Secundò tangit rationem sniē ostensiuam: vnde subdit Ne quis me existimet &c. Quod verbum etiā exponitur duobus modis: primo sic, rō quare parco in me laudādo est, ne. scilicet quis in sumus existimet esse supra id quod videt

me esse, uel audit ab alijs ex me: secundo modo exponitur sic secundum gl. Ratio autē quare parco est: ne quis existimet me tendere, uel iactare elationis tumore supra, uel ultra id quod limites meritorū meorum admittunt. Secundo modo aliquis per verba se extollit de se loquens supra id quod in se est secundum rei veritatem, & hoc magis propriè dicitur esse iactantia. Cuius ratio est, quia magis est aliquid iudicandum secundum q̄ in se est, quā secundum q̄ in opinione aliorum est. Tertio q̄ iactantia sit mendacium probo rōne oppositionis sic. Illud quod opponitur veritati est mendacium. sed iactantia opponitur veritati, secundum, q̄ dicit philosoph. 2. & 4. ethi. ergo iactantia est mendacium. Vbi nota, q̄ aliquid opponit veritati duobus modis: primo modo secundum excessum sicut facit iactantia, ut patet supra secundo modo secundum defectum sicut facit ironia, putā cum aliquis dicit de se minora bona, quā insint. Qd̄ duobus modis potest cōtingere. Vno modo salua veritate, scilicet dū maiora bona quæ esse in se recognoscunt tacent, & alia bona minora quæ in se esse cognoscunt dicunt, & hoc non est peccatum, immo hoc ad uirtutem prudentiæ, & humilitatis spectat. Alio modo dicit aliquis de se minora declinans à veritate, putā cum asserit in se aliquid vile quod in se non recognoscit, aut cum negat de se aliquid magnum quod tamen esse percipit in seipso: & hoc pertinet ad ironiam, & est semper peccatum. Hæc Beat. Tho. in scri. quod fecit super librum ethic. lib. 4. cap. 14. Circa eadem autem est ferè, & iterum secunda secundæ q. 112. art. 1. argu. contra, & in cor. q. & ibidem quæst. 113. art. 1. in cor. q.

CAP. II.

Secundo principaliter circa iactantiā considerare debemus radicem, vel causalitatem peccati, & sic secundò iactantia est vitanda ratione originis, quia supponit vitium. Nam iactantia ex quattuor principaliter oritur. ex superbia, uana gloria, auaritia, opulencia. Primò quidē causat ex superbia sicut ex causa interius mouēte, & impellente: vnde Greg. 22. mo

Veritatis duplex oppositio.

Inanis
gloriæ
malum.

ralium ponit iactantiã unam de quattuor speciebus superbiæ. s. cū quis iactat se habere quod nō hēt. Ex eo enim, q̄ aliquis interius per arrogantiam supra se eleuatur: sequitur plerunq; q̄ exterius maiora quædā de seipso iactet. Secundò iactantia oritur ex inani gloria, & hoc finaliter, tēdit autem iactator plerunq; ad hoc q̄ per suam iactantiam gloriã consequatur humanã, Et ideo secundum. Beat. Greg. 22. moral. iactantia ex inani gloria oritur secundum rationem finis. Qui. n. se iactat, ad istum finem plerūque se iactat, ut per suam iactantiã humanam gloriam consequatur. Tertiò iactantia oritur ex auaritia. Nam aliqui non solū propter superbiam impellentē, nec solum propter inanem gloriam allicientem, sed etiã ppter auaritiam inducētē se iactant, sicut sunt illi qui propter lucrum se iactant qui præcipuē de seipsis fingūt ea ex quique lucrari possunt, putā, q̄ sint medici, astrologi, sapientes, & diuini. Quartò iactantia oritur occasionaliter ex opulencia. Nā abundantia temporalium rerum occasio est iactantię, inquātum de diuitijs se iactant, & per superbiam se extollūt, & hoc infructuosum in fine, ut dicitur Sap. 5. Quid nobis profuit superbia aut quid diuitiarū iactantia, contulit. q. d. nihil. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 112. art. 1. in sol. 2 & 3. argu. Ita q̄ omnis iactator est mendosus: uel superbus, uel auarus, uel vanus, uel opulentus: primo dico q̄ omnis iactator est mēdosus, ut patet cap. præced. secundò est superbus, & ideo non iactat se indifferēter de quibuscūque, sed talia de se fingit quę esse laudabilia videntur: sicut sunt opera virtuosa, uel quę pertinent ad felicitatē sicut nobilitas, diuitiæ, & alia huiusmodi: tertiò iactator aliquando est vanus, putā cum aliquis quandoq; iactat de se quę non sunt, uel maiora quam sint, non propter aliquem alium finem, sed quia in sola iactantia delectatur, & talis, ut dicit philosophus 3. Ethic. nō est malus, quia malitiam aliquam nō intendit, sed est vanus qui delectatur in re quę secundū se nec est bona nec utilis: quartò iactator aliquñ est auarus, puta qui causa lucri de se aliquid iactat, & tales aliqua fingunt & obseruant, ut possint lucrari: primò enim tales causa lucrandi fingūt aliqua in quib.

alij delectātur alioquin nihil lucrarent: secundò obseruant, q̄ illa de quibus se iactant sint talia, quę si non sint vera alios possint latere, ita q̄ eorū mendacium nō deprehēdatur. Et ponit exemplū de duobus, scilicet de his, quę pertinet ad medicinam, quia oēs desiderant sanitatē nec petunt à quibus deprehendi possent utrū aliquis in medicando erret. Alia aut sunt quę pertinent ad diuinationem futurorum de quib. naturaliter hoīes sollicitant & circa quę mendacium de facili nō deprehenditur, & ideo qui iactāt se propter lucrum præcipuē fingunt se, uel medicos esse, uel astrologos, uel diuinos. Hęc Bea. Tho. in scri. super librum ethicorum libro 4. ca. 14. Circa eadem est ferē: in medio cap. Quintò iactator aliquando est opulentus. Vbi nota, q̄ iactantia aliquando oritur non solū ex bonorū tēporaliū abundantia, ut patet, sup. sed et ex inopia unde Aug. in sermone domini in monte sic ait. Animaduertendum est non solum rerum corporearū nitore ac pompa, sed etiam ex ipsis sordibus lutosus esse posse iactantiam, & eo periculosiorem quo sub specie seruitutis Dei decipit. De iactantia autem quę occasione bonorum temporalium oritur dicitur Apoc. 3. dicis quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo. Quod verbum duobus modis exponitur: primo modo sic. Iactās se dicit, diues sū, scilicet bonis temporalibus, & locupletatus, s. bonis spiritualibus, & nullius egeo, scilicet consilij, auxiliij, vel alterius rei: secundo modo exponitur sic. Iactans se dicit. Diues sum, s. scientia, & locupletatus sum, scilicet virtutibus: & nullius egeo quò ad corpus. Talis arguitur per tria vera contraria supradictis: unde subdit. Nescis, quia tu es miser, & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus. In quo verbo ostēdit tria, primò ignorantiam, ibi, Nescis. psal. Nescierūt nec intellexerunt &c. secundò malitiam, ibi miser: tertiò impotentiam, ibi. Et miserabilis. Vel sic. Nescis quia tu es miser, s. miseria culpæ. prouer. 14. Miseros facit populos peccatum. Et miserabilis, s. in miseria pœnæ. psal. In miseria non subsistent. Pauper, scilicet uirtutib. psalm. Infirmata est in paupertate uirtus mea. Cæcus ignorantia. Isaia 56. Speculatores tui cæci sunt. Nudus, scilicet

et bonis operibus. Apocali. 16. Beatus qui vigilauerit, & custodierit vestimenta sua.

C A P. III.

Tertio principaliter circa iactantiam considerare debemus quantitatem siue grauitatem periculi: & sic tertio iactantia est uitanda ratione grauedinis, eo quod non est solum ueniale, sed mortale peccatum.

Primo enim dico, quod iactantia est peccatum ueniale tribus modis: primo quandoque per iactantiam mendacium iocosum fingitur, uel exprimitur, secundo si bonum aeternum. scilicet Deus non contemnitur: tertio quando malum, uel damnū proximi non intēditur: quarto hoc idem probo alia ratione sic. iactantia oritur ex inani gloria, ut patet, supra sed inanis gloria non semper est peccatum mortale, sed quandoque ueniale quod uitare est ualde perfectorum: unde Gregor. 31. moral. sic ait: Valde perfectorum est sic ostenso opere actoris gloriam quarere, ut de illata laude priuata nesciant exultatione gaudere. Secundo dico, quod iactantia est peccatum mortale duplici ratione. Prima est propter Dei iniuriam quando. n. aliquis iactanter de se proferit quod est contra gloriam Dei: tunc talis iactantia est peccatum mortale, sicut ex persona regis Tyri dicitur Ezech. 28. Eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum. Secunda ratio est propter proximi contumeliā. Cum. n. aliquis iactando seipsum prorumpit in contumelias aliorum talis mortaliter peccat, sicut habetur Luc. 18. de Pharisaeo qui iactando seipsum prorumpit in contumelias aliorum dicens. Non sum sicut ceteri hominum raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus.

Tertia ratio est propter proximi calūniam. Quando enim aliquis se iactat cā honoris, uel lucri ad proximi damnum, deceptionem, uel fraudem tunc talis iactantia est peccatum mortale: unde Philo sophus dicit quarto ethicorum.

Quod turpius est qui se iactat causa lucri quā qui se iactat causa gloriæ, uel honoris: non tamen iactantia, quæ fit propter lucrum semper est peccatum morta-

le, quia potest esse tale lucrum ex quo alius non damnificatur. Hæc beatus Thomas. secunda secundæ, quæstione 112. articul. 2. argumen. contra, & in corpo. quæst. & in solu. 3. argumen. ibidem.

De iactantia autem prout est peccatū mortale loquitur Augustinus libro 12. de ciuitate Dei sic dicens. Iactantia non est vitium laudis humanæ, sed initium animæ peruersæ amantis humanam gloriā, uel laudem, spreto testimonio conscientie. Et Isidorus de summo hono. libro 3. sic ait. Dum causa iactantiæ pauper pascitur, & ipsum opus misericordiæ in peccatum conuertitur.

Sed fortè quæres an ironia sit maius peccatum quam iactantia, uel econuerso? Respondeo, & dico, quod ironia qua aliquis fingit in se aliquod bonum non esse quod inest, uel minus esse quā inest est minus peccatum iactantia, qua aliquis fingit in se habere bonum quod non habet, uel iactat se habere aliquod bonum maius quam habet.

Hoc autem ostendo duplici ratione. Prima sumitur ex cōditione humanæ naturæ quæ multis defectibus est subiecta, & propter quod multipliciter est ancilla, ut dicitur primo Metaph. unde qui declinat in mendacium confitendo de se parua magis consonat naturæ humanæ.

Secunda ratio sumitur ex sua radice, quia actus ironis, uel ironiæ est similis actui humilitatis quæ amabilissima uirtus est, sed iactantia annexam habet superbiam quæ est odibilissima omnium peccatorum. Et ideo iactator est onerosus, & iron graciosus: unde Arist. quarto ethicorum dicit, quod irones, & minus dicētes gratiores uidentur.

Contingit quandoque tamen quod aliquis minora de se fingit ex aliquo alio motiuo, putā ad dolosē decipiendum, & tunc ironia est grauius peccatum. Hæc Albertus magnus in commento supra 4. librum ethicorum: quod recollegit. Beatus Thomas audiens ab eo. Et beatus Thomas. secunda secundæ. quæstio. 113. articul. 2. argumen. contra, & in corpo. quæst. in fine.

Ironia
compa.
ratur iactantia.

Exēplū
Farisei
superbi.

De Ieiunio.

S V M M A R I V M.

- 1 Ieiunium est actus uirtuosus, necessitatis satisfactorius.
- 2 Ieiunium de se omni tempore laudabile est, aliquando uero non.
- 3 Aliqui non tenentur ieiunare propter ætatem, & necessitatem.
- 4 Iudæi ieiunabant usque ad noctem sed nos ad Nonam uel meridiem.
- 5 Alius cibus est sumendus in quadragesima quàm in alijs ieiunijs.
- 6 Tria sunt quæ soluunt ieiunium.
- 7 Aliqui tribus de causis ieiunant per quas laudantur, uel uituperantur.
- 8 Quattuor de ieiunio utiles conditiones.
- 9 Ieiunium quadragesimale habet quinque conditiones singulares ab alijs ieiunijs.
- 10 Tres de ieiunio distinctiones.

C A P. I.



DE I E I U N I V M. Circa ieiunium considerata sunt quinque, scilicet actus, tempus, cibus, modus, fructus.

Primo circa ieiunium considerandus est actus. Nam ieiunare est actus uirtuosus, necessarius, satisfactorius. Primo dico, quod ieiunare est actus uirtuosus: quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, diffinitione ratione.

Diffini-
tio iei-
nij.

Primo auctoritate Hieronymi qui dicit, quod ieiunium est perfecta uirtus, & ceterarum uirtutum fundamentum: secundo hoc idem probo ex ieiunij diffinitione. Nam Isido. diffiniens ieiunium sic ait. Ieiunium est parsimonia uictus, abstinentiaque ciborum: sed abstinentia est uirtus: ergo &c. In qua diffinitione Isido. tangit duo: primo dicit quod ieiunium est par-

simonia uictus: comprehendens, & intelligens ieiunium esse abstinentiam ab illis quæ uirtutem corrumpunt: secundo dicit, quod ieiunium est parsimonia uictus ab illis quibus salua uirtute alias uti licet: unde dicit, abstinentiaque ciborum: tertio hoc idem probo ratione sic. Ille actus est uirtuosus qui ratione regulatur, & ad bonum aliquod honestum ordinatur, sed ieiunium est huiusmodi: quod patet, quia si abstinentia non esset moderata, & rationis regula ordinata, nec ad bonum aliquod ordinata: puta, quod abstinentia esset tanta, quod per eam mortem incurreretur, uel ab alijs operib. ad quæ homo obligatur impediretur, tunc abstinentia talis non esset actus uirtutis, sed uitij: unde Hieronymus. Non refert inquit utrum magno, uel paruo tempore te interimas. Et iterum Hieronymus: de rapina holocaustum offert qui, uel ciborum nimia egestate, uel somni pœnuria corpus immoderate affligit. Requi. supra abstinentia: unde Apoſto. 2. ad Colloſſen. 6. In ieiunijs, in ſcientia, in abſtinentia, in caſtitate.

Vbi sciendum, quod ieiunium est duplex, scilicet ieiunii, & ieiunantis. Primum. n. ieiunium, scilicet ieiunij est ieiunium naturæ quo quis dicitur ieiunus antequam comedat: & istud non est actus uirtutis, eo quod in pura negatione consistit. Secundum ieiunium, est ieiunium ieiunantis quasi ex proposito aliquod agentis, uel abstinentis à cibis prout recta ratio dicitur, & ecclesia mandat. Et tale ieiunium est actus uirtutis. scilicet abstinentiæ, & temperantiæ. Hæc B. Thom. 4. scrip. senten. dist. 15. arti. 1. q. 1. de ieiunio, utrum ieiunium conuenienter diffiniatur: arg. contra, & in cor. q. & in sol. 3. argum. Et ibidem. q. 2. in corpo. q. Et iterum secunda secundæ. q. 147. articu. 1. & 2.

Ieiunium
duplex

Secundo dico, quod ieiunium est actus necessarius, quod tali ratione ostendo. Illud est necessarium ad quod præcepto iuris naturalis, & iuris positiui obligamur, sed ad ieiunandum obligamur utroque præcepto quod sic patet: primo n. in ieiunio est aliquid quod ad præceptum iuris naturalis pertinet. scilicet in abstinentiam carni exhibere ne spiritui rebellet, sed potius ut spiritus corpori dominetur, & salus corpo-

corporis conseruetur. Et multò magis conseruatio salutis spiritualis. Nam si tempe-
rantia mensuram accipit ex conseruatione salutis corporalis, multò magis ex cõ-
seruatione salutis spiritualis: secundò in
ieiunio est aliquid quod ad ius positiuũ
pertinet. scilicet determinatio talis abstinentiæ,
secundum determinatũ tps, & secundum
determinata cibaria: & hoc nõ ieiunium
cadit sub præcepto ecclesiæ. Et iõ licet nõ
obligent ieiunia quæ nec sanctarum scri-
pturarum auctoritatibus continentur,
nec in consilijs episcoporũ statuta inue-
niuntur, nec consuetudine uniuersalis ec-
clesiæ roborata sunt. Ieiunia verò q̃ sunt
in præcepto, sunt in consilijs episcoporũ
statuta, & consuetudine uniuersalis ec-
lesiæ roborata, & hoc non contra libertatẽ,
sed propter multiplicem utilitatem: vnde
Hierony. ad Lucinum de ieiunio loquẽs
sic ait. Vnaqueque prouincia abundat in
suo sensu, sed præcepta maiorũ leges Apo-
stolicas arbitretur. Hęc B. Tho. 4. scr. sen-
ubi sup. artic. 1. q. 4. in cor. q. & 2. 2. q. 147.
art. 3. arg. contra, & in corp. q. & in sol. 3.
arg. Tertio ieiunium est actus satisfacto-
rius, quod tripliciter probò. scilicet ratione, ope-
ratione, auctoritate. Primo probò hoc ra-
tione sic. Satisfactio oportet, quòd fiat p
opera pœnalia, sed ieiunium magis est
pœnale quam elemosyna: ergo cum ele-
mosyna, sit satisfactoria, vt patet vt supra.
Elemosyna ergò multo magis ieiunium
est satisfactorium. Secundo hoc idem p-
bo ieiunij operatione, uel recompensatio-
ne. Nam ieiunium trib. modis præcipuè
recompensat, & satisfacit: primo. n. pro
peccati libidine subtrahit delectationem
cibi: secundo addit afflictionem per ma-
cerationem carnis: tertio impedit pecca-
ta futura concupiscentiam debilitas. Ter-
tio hoc idem probò auctoritate Aug. qui
in quodam sermone sic dicit. Ieiunium
purgat mētem, subleuat sensum, carnem
spiritui subiicit, cor facit contritum, & hu-
miliatum, cõcupiscentiæ nebulas disper-
git, libidinum ardores extinguit, castita-
tis verò lumen accendit. Req. infra de fru-
ctib. ieiunij. Sed fortè argues in oppositũ.
scilicet qd ieiuniũ nõ satisfacit pro peccatis sic.
Satisfactio debet fieri ab eo qui peccauit
sed anima est quæ peccauit: ieiunium au-
tem non est animæ sed corporis, ergo ie-

iuuium non est satisfactorium pro pec-
catis. Respõdeo, quòd nec corpus peccat
nec anima propriè loquendo: sed homo:
& ideo homo qui peccat punitur siue sit
pœna corporalis siue spiritualis. Secũdo
modo respondeo, & dico, quòd sicut de
lectatio corporalis redundat in animam
quæ ipsam sentit ita pœna corporalis re-
dundat in animam quæ ipsam sentit. Si-
cut enim anima per corpus delectatione
illicita fruebatur in peccato: ita pœna cor-
poralis anima puniatur in quantum pœ-
na corporis redundat in animam quæ
ipsam sentit. Hęc B. Tho. 4. scr. sent. ubi
supra, art. 1. q. 5. arg. contra in corpo. q. &
in sol. 3. arg.

Homo
peccat
non ani-
ma nec
corpus.

C A P. II.

Secundo principaliter circa ieiunium
considerandum est tempus. Vbi sciẽ-
dum, quòd ieiunium secundum se consi-
deratum omni tempore est laudabile, &
ideo ex se nullo tempore est interdictũ:
quod duabus rationibus probò. Primò
auctoritate Honorij Papæ tertij qui in
quodam constitutione dicit, quòd die Na-
talis in sextam feriam uenientis nõ sunt
prohibendi qui propter deuotionem uo-
luerint ieiunare. Secundo probò hoc au-
toritate Hiero. qui ad Lucinum sic di-
cit. Vtinam omni tempore ieiunare pos-
semus. Et Isido. etiam sic dicit, quòd san-
cti patres in deserto pascale tempore iei-
nabant, excepto dominicę resurrectionis
die. Per accidens aut̃ non est licitum ali-
quo tempore ieiunare, & hoc triplici rō-
ne. scilicet rōne consuetudinis, exultationis, vel
solemnitatis, & erroris: primo ratione cõ-
suetudinis. Nam cõsuetudo populi Chri-
stiani est non ieiunare die dominica, &
ideo si quis die dominica ieiunaret cõtra
cõsuetudinem populi Christiani, quæ (vt
August. dicit in lib. de cõsensu euāgelista-
rum) est pro lege habẽda peccaret: scd̃ o
rōne exultationis, uel solēnitatis. Nā ex
præcepto ecclesiæ instituũtur ieiunia af-
flictionis, quæ in dieb. lætitię non conue-
niũt, & ideo in dieb. dñicis, & toto tpe pa-
scali sunt ab ecclesia interdicta: tertio rō-
ne erroris. Nam si quis p̃tinaciter ieiuna-
ret in die festi, qd nõ crederet per deuotio-
nẽ festi posse utilitatem ieiunij compen-
sari,

Ieiuniũ
est actus
satisfac-
torius.

fari, sicut Manichei ieiunant quasi necessarium tale ieiunium arbitantes, non esset à peccato immunis. Hæc B. Tho. 2. 2. q. 177. art. 5. in solu. 3. arg. Et 4. script. sen. dist. 15. de ieiunio. art. 3. q. 2. in corpo. q. 2. Est autem sciendum, quod tempus ieiunij potest quod ad tria considerari: primo quod ad ecclesiam statuentem: secundo quod ad personam ieiunantem, tertio quod ad horam conuenientem. Primo possumus considerare tempus ieiunij quo ad ecclesiam statuentem, & sic alio tempore ieiunabant Iudæi, & alio tempore ieiunauit Christus, & alio tempore ieiunant Christiani: & hoc propter diuersas causas. Nam Iudæi in lege ueteri, Christus post baptismum, Christiani uero alio tempore ieiunant: primo. n. Iudæi ieiunabant in Iulio qui est quartus mensis ab Aprili quem ipsi Iudæi primum menssem habebant, eo quod mense Iulij septimo die mensis Moyses descendens de monte, duas tabulas legis ueteris fregit propter peccatum uituli conflatilis: secundo Iudæi ieiunabant in quinto mense, scilicet Augusti, & hoc propter peccatum murmuris illo mense orti ex uerbis exploratorum: tertio Iudæi ieiunabant septimo mense, & hoc propter interfectionem godolye sub quo reliquæ populi conseruabantur, ut Hierem. 36. quarto ieiunabant Iudæi decimo mense in memoriam mortuorum quos dominus percusserat in deserto. Secundo Christus ieiunabat post baptismum in deserto, ut legitur Matthæ. 4. non quod ipso ieiunio indigeret, sed, ut ad suscipiendam eius gratiam exemplo sui nos ad ieiunium præpararet. Tertio nobis comperit, ut tempore ueris quadragesimali tempore ieiunemus, & hoc propter plures causas: quas Req. infra Ieiunium. 4. c. Hæc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 15. de ieiunio. art. 3. q. 1. in solu. 3. arg. & 4. Vel dicas, quod alia fuerunt tempora quibus ieiunabant Iudæi, & alia quibus ecclesia ieiunium instituit. Primo enim tempora quibus ieiunabant Iudæi describuntur. Zach. 8. ubi dicitur. Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi. Iudæi. n. ieiunabant in Iulio qui est quartus mensis Aprili quem Iudæi primum habebant, & hoc tempore ieiunabant propter duas causas. Prima est, quia tunc in mense Iulij Moyses

descendens de monte Syna propter peccatum uituli conflatilis duas tabulas fregit. Secunda est, quia iuxta Hieremiam muri ciuitatis erupti sunt. In quinto autem mense qui apud nos uocatur Augustus ieiunabant Iudæi, eo quod cum propter exploratores seditio esset orta in populo, iussi sunt in monte non ascendere, & in hoc mense a Nabuchodonosor templum Hierosolymis est incensum. In septimo uero mense qui uocatur October Godolyas occisus est, & reliquæ populi dissipatæ. In decimo uero mense qui apud nos Ianuarius dicitur, populus cum Ezechiele in captiuitate positus audiuit templum esse subuersum. Secundo tempora quibus ecclesia statuit esse ieiunandum sunt quattuor, scilicet immediatè ante solemnitatem pascalem &c. In uigilijs præcipuarum festiuitatum: in singulis anni quartis temporibus, & in quadragesima. Ratio autem huius est, quia ieiunium specialiter ordinatur ad duo. scilicet ad deletionem criminis, & ad eleuationem mentis in Deum, unde quia in solemnitate paschali culpæ per baptismum relaxantur quando consepelimur Christo in mortem oportet mentem hominis ad æternitatis gloriam eleuari, ideo ante solemnitatem pascalem immediatè ecclesia statuit esse ieiunandum. Et eadem ratione in uigilijs præcipuarum festiuitatum in quibus præparari nos oportet ad festa futura celebranda. Similiter etiam consuetudo ecclesiastica habet, ut in singulis quartis anni sacri ordines conferuntur, ad quorum susceptionem oportet per ieiunium præparari, & eos qui ordinant, & illos qui sunt ordinandi, & totum populum, pro cuius utilitate ordinatur. De ieiunio autem quadragesimæ rationes patebunt infra. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 147. art. 5. in corpo. q. 2. & in solu. 2. arg.

CAP. III.

Secundo possumus ieiunij tempus considerare quo ad personam ieiunantem. Vbi sciendum, quod ad ieiunia ecclesiastica, uel ab ecclesia instituta non obligantur omnes. Cuius ratio est, quia præceptum legis naturalis non potest per statutum aliquod immutari, sed præceptum legis naturalis est, ut ho-

Conside
ratur tē
pus Ieiunij.

Ratio
ieiunij
reddit.

ut homo ad suā necessitatē sumat, ergo imminente necessitate pōt quilibet ieiunia ecclesiæ nō seruare. Ita q̄ inter alia sunt duo quæ à ieiunio absoluunt. scilicet ætas, & necessitas. Primò a ieiunio absoluit, & excusat ætas, ppter quam pueri à ieiunio absoluitur, & hoc propter duas causas. Prima est propter naturæ debilitatē ex qua prouenit, ut frequenti cibo, & non multo simul utantur. Secunda ratio est propter status augmentum. Nam vsque ad finē tertij septennij semper sunt in statu augmenti, propter qd̄ frequenti indigent alimento. Conueniens tamen est, ut quandoq; pueri specialiter tpe quadagesimæ ieiunēt, & hoc duplici ratione. Primò rōne assuefactionis: nam conueniens est secundum modum ætatis suæ, ut pueri plus, uel minus ad ieiunia se exerceat, & assuescant. Secunda ratio est rōne tribulationis. Nam imminente aliqua tribulatione magna bonum est, ut pueris ieiunia indicantur in signum pniæ artioris ad placandum Deū: unde dī Iohelis 2. Sanctificate ieiunium, & postea sequitur. Congregate paruulos, & sugentes vbera: sicut ēt de Niniuitis legitur Ione. 2. Homines, & iumenta non gustent quicquā, nec aquam bibant. Secundò a ieiunio excusat, & absoluit necessitas, propter quā absoluuntur a ieiunio infirmi, & debiles, pauperes, mendicantes, peregrinantes, operarij, pręgnantes, lactantes, cursores, & seruitores. Primò enim excusantur à ieiunio infirmi, & debiles, & hoc propter impotentiam ieiunandi. Et dicit hic glo. pro quanta autem infirmitate, uel debilitate solui possit ieiunium ab infirmis, & debilibus arbitrio boni viri potius est limitandum quā per aliquam doctrinā generalem. Innocentius in gl. huius tituli sic ait. Idē dicimus de senibus sicut de infirmis, & debilibus. Hęc in summa confes. lib. 1. tit. 12. de ieiunio, q. 25.

Secundò à ieiunio absoluuntur pauperes mendicantes, & hoc in duob. casibus. Primus est quando simul tantum habere non possunt hora comestionis quod eius ad victū unius diei sufficiat, sicut frequēter egenis cōtingit, qui frustratim elemosynas quærunt. Secundus casus est quando ex præcedenti inedia tantū debilitati sunt, quod ieiunium sufferre nō possunt.

Si autē pauperes qui mendicant possunt tm̄ victū habere simul, q̄ eis sufficiat ad vnā comestionē, tūc propter paupertatem à ieiunijs ecclesiæ nō excusantur. Hęc B. Tho. 4. sen. dist. 15. de ieiunio. art. 2. q. 4. in sol. 2. arg. Et iterum 2. 2. q. 147. art. 4. in sol. 4. arg.

Tertiò peregrinantes aliquoties a ieiunio absoluuntur propter incommoditatem peregrinationis, & aliquando non & ideò circa peregrinationem est distinguendum, quia si est talis peregrinatio q̄ sine incōmodo differri possit, debet peregrinationem dimittere si simul cū peregrinatione ieiunare non pōt. Si autem peregrinatio commodè differri nō pōt, uel quia tēpus ieiunij à uia præoccupat, uel dies festus alicubi imminet ad quem ex deuotione hō peregre cupit, uel quia mora in patria periculū habet, uel corporale, uel spūale, potest secundum dispensationem sui superioris oībus prædictis pensatis peregrinari, & ieiunium soluere, hoc tamē intelligitur de his qui labore itineris adeo affliguntur, q̄ simul cū ieiunio itinerare non possunt. Hęc Beat. Tho. 4. scri. sent. ubi supra artic. 2. quæst. 4. in sol. 1. arg. Et iterum secunda secundæ. ubi supra, art. 4. in sol. 3. argum.

Quartò operarij siue laboratores agrorum, & uinearum, & hm̄i, si ieiunando possunt competenter pro persona sua, & familia cuius cura eis incumbit victū habere, siue alijs diuites sunt, siue cū minore labore qui secū ieiunium patitur lucrari sufficientia possunt, à ieiunio nō excusantur. Si autē victum sufficientem pro se, & sua familia habere nō possunt, nisi frāgendo ieiunium, possunt secūdū dispensationem sui sacerdotis ieiuniū soluere, & laborare. Ex quo patet, q̄ intentio maioris lucri non necessarij eos à peccato non excusat si propter laborem ieiuniū frangant: nec iterum illi à peccato immunes sunt qui operarius conducere nolūt nisi tali pacto, ut ieiuniū soluant, nisi forte sit causa necessaria quæ festinationē operis pro quo operatur, & laboratur exposcat. Hęc B. Tho. 4. scri. sen. ubi supra, in sol. 2. arg. & iterum secunda secundæ q. ubi sup. in sol. 3. arg. Quintò mulieres pręgnantes, & nutrices si p̄babiliter timeatur de periculo earū si ieiunauerint uel

Et peregrinantes.

Et operarij.

vel de fœtu in utero, uel de puero ad uera non solum possunt, sed etiam tenentur ieiunium soluere, ut dicit glo. Hæc in summa confes. lib. primo tit. 13. quæst. 24.

Sed tunc quæres utrum petenda sit dispensatio super solutione ieiunii quando persona habet aliquod impedimentum, Respōdeo, & dico, q̄ in his ad quæ ex statuto ecclesiæ obligatur si causa sit euidēs per seipsum licitè potest homo statuti obseruantiam præterire præsertim consuetudine interueniente, uel si non potest de facili recursus ad superiorem haberi. Si uerò causa sit dubia debet aliquis ad superiorem recurrere, s. qui habet potestatem in talibus dispēdendi: & hoc e obseruandum in ieiunijs ab ecclesia institutis ad quæ omnes obligantur nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum. Hæc B. Thom. secunda secunda ubi supra, artic. 4. in cor. quæst.

C A P. IIII.

Tertio possumus considerare tempus ieiunii quantum ad horam conuenientem. Vbi sciendum, q̄ alia hora erat conueniens ad ieiunandum in ueteri testamento, & alia hora in nouo. Nam in ueteri testamento ieiunabant Iudæi usque ad noctem: ita dicitur Leuit. 23. Sabbatū est, affigētis animas uestras: & postea sequitur. A uespera usque ad uesperam celebrabitis sabbata uestra. Ratio autē quare tunc hora uespertina erat conueniens commestioni ieiunantium est duplex.

Rō ieiunij Iudæorum. Prima est ad signandum, q̄ per cibum ueteris hoīs in tenebras peccati, & mortis deiecti erāt. Secunda est ad significandū, q̄ homo per peccatū descendebat ad limbum qui erat locus tenebrosus: & ideo comedebant pro ieiunio tempore tenebrarum. Vnde quia status ueteris testamenti comparatur nocti, ut dicit Aposto. ad Rom. 13. Ideo in ueteri testamento Iudæi ieiunabant usque ad noctem, ut patet per rationes. Status uerò noui testamēti comparatur diei: unde postquam Apostolus ad Rom. 13. dixit. Nox præcessit: addidit, dies autem appropinquauit. Et ideo in nouo testamento hora nonæ est tempus determinatum ieiunantibus ad manducandum. Ratio huius est duplex, s. natu-

ralis, & moralis: Prima ratio quare hora nonæ comedimus pro ieiunio est naturalis. Nam hora sexta naturaliter est tempus sumendi cibum. Sed quia ieiunium debet esse pœnale, ut sit satisfactorium: ideo super hanc horam aliquid additur, nō quidem notabiliter nimis ne humor naturalis exicceretur, & uigor vitalis debilitetur. Et ideo ieiunans aliquam afflictionem sentiat pro culpæ satisfactione conueniens hora comedēdi taxatur ab ecclesia ieiunantibus circa horam nonæ. Ieiunij euange-
lici ratio.

Secunda ratio est spiritualis, s. propter conformitatem ad passionem Christi. Ieiunantes enim dum suam carnem ieiunando affligunt, conformantur passioni Christi secundum illud ad Galat. 5. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs. Vnde quia passio Christi hora nonæ quando inclinato capite tradidit spiritum fuit cōsummata, ideo conuenienter hora nonæ ieiunium soluimus: nec est intentio ecclesiæ ieiunantes artare ad subtilem temporum inspectionē. Nec oportet accipere astrolabium ad cognoscendum horam commestionis: unde sufficit, uel circa horam nonæ comedere, uel propter aliquā necessitatem horam illam aliquando præuenire aliquantulum. Qui autem horam nonæ notabiliter nimis præueniunt ieiunium soluunt: unde dicitur in concilio Cabilonēsi sic. In quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare qui ante manducauerint quā uespertinum celebretur officium quod quadragesimali tempore post nonam dicitur. Hæc Beat. Thom. 4. scri. sen. dist. 15. de ieiunio, art. 3. q. 3. in sol. 2. & 3. argum. & ibidem artic. 2. q. 5. in solu. 3. argum. & iterum secunda secunda q. 147. artic. 7. argum. contra, & in cor. q. & in sol. trium argumentorum.

C A P. IIII.

Tertio principaliter circa ieiunium considerandus est cibus. Nam aliter est obseruandum circa cibos in ieiunio quadragesimali, & aliter in alijs ieiunijs ab ecclesia institutis.

Primò. n. in ieiunio quadragesimali qđ ceteris ieiunijs artius obseruat, carnes, & auo,

oua, & lacticia quo ad 'esum interdicuntur, & prohibentur. Ratio autem huius est, quia ieiunium est ab ecclesia institutum præcipue ad repressionem carnalis concupiscentiæ. Et ideo ecclesia illos cibos ieiunantibus interdicat qui communiter in comedendo maximam delectationem habent, & maxime prouocant ad libidinē, huiusmodi autē sunt carnes animalium in terra quiescentiū, & respirantium, & quæ ex grossioribus animalibus procedunt sicut lacticia, & quæ ex auiibus sicut oua. Principaliter autem inter hæc tria interdicuntur ieiunantibus carnes quàm oua, vel lacticia, eo, quod magis prouocant ad libidinē à qua statutum ecclesiæ per abstinētiā à carnibus intendit abstrahere. Oua verò vel lacticia interdicuntur ieiunantibus in quantum sunt orta ex animalibus carnes habentibus. Sunt alia tria quæ non soluunt ieiunium, scilicet vinum, aqua, & electuaria. Primò. n. potus vini non soluit ieiunium. Cuius ratio est, quia licet vinum aliquo modo nutriat, nō tamē de se ordinatur ad nutriendum, sed potius ad ciborum per membra deductionem, & bonā digestionem, vnde potus vini principaliter ad hunc finem sumitur, ne cibi in stomacho comburantur sed per membra deducantur, possunt tamen immoderate bibentes peccare & meritum ieiunij perdere. Sicut etiam si in vna comestione immoderate cibumumat. Albertus autē dicit de quattuor coeuis in tractatu de quattuor virtutib. cardinalib. dicens dist. 63. quod ante prandium potus soluit ieiunium, sed post prandium non nisi fiat immoderate præter necessitatem. Innocentius autē dicit, quod non credit solui ieiunium propter potum, vel ante cibū, vel post, & hoc propter consuetudinem. Secundò potus aquæ non frangit ieiunium ecclesiæ licet frangat ieiunium naturæ, quia non assumitur principaliter ad nutriendum. Tertiò electuaria non soluunt ieiunium. Cuius ratio est, quia electuaria nō accipiuntur per modum cibi, sed per modum medicinæ, vnde talis assumptio ieiunium ecclesiæ non soluit: potest tamen assumens electuaria, vel meritum ieiunij perdere: vel mortaliter peccare si sit immoderata libido, non tamen talis est transgressor ec-

clesiæ statuti, eo quod statutū legis positum non intendit ad intentionem absteruantia, sed ipsum actum, vnde modus præcepti non cadit sub præcepto, sed est finis præcepti. Sed ex intentione potest aliquis mereri, vel demereri, & ideo electuaria, & si aliquo modo nutrant, non tamen hæc est principalis vsus eorum, & ideo ecclesiæ ieiunium, non soluunt, nisi quis in fraudem sumeret, vt si eis quasi alijs cibis in magna quantitate vteretur ad famē extinguendam. In alijs ieiunijs a ieiunio quædragesimali de ouis, & lacticijs diuersæ. Consuetudo loquens. Consuetudines sunt apud diuersos, quisque. ci attendere debet secundum morem eorum dēda in inter quos conseruatur: unde Hieron. de ieiunijs loquens dicit. Vnaquæque prouincia abundet in suo sensu, & præcepta maiorum leges apostolicas arbitretur. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 15. de ieiunio: ar. 4. q. 1. arg. contra. & in cor. q. & in sol. arg. & iterum secunda secundæ q. 147. art. 8. in cor. q. & in sol. triū arg. ibidem, & in sum. confess. lib. primo tit. 13. q. 3 1. & q. 3 2. & quæst. 33.

CAP. VI.

AD maiorem tamen euidentiam præcedentis cap. nota, quod tria sunt quæ soluunt ieiunium, scilicet pluralis comestio, carnalis (ut sic loquar) refectio, notabilis præuentio. Primo enim pluralis comestio, scilicet bina comestio soluit ieiunium, quod dupliciter probō, scilicet distinctione, transgressionem. primo distinctione, quia in hoc distinguuntur ieiunantes a non ieiunantibus, quia ieiunantes semel manducant, non ieiunantes autem pluries. Secundò hoc idem probō transgressionem: quia ex bina comestione sine dispensatione, vel causā legitima efficitur homo transgressor præcepti de ieiunio seruando. Si autem aliqua sumantur quæ non sunt de se ordinata ad manducandum, sed ad alium vsū, qui vsus manducatio, non vocatur, talis cibi, vel potus sumptio siue ante siue post non facit esse binam manducationem, & ideo non soluit ieiunium. verbi gratia. Ille qui putat vinum extra horam unicæ comestionis, non dicitur bis manducasse, & propter hoc

tria sūt
quæ si
sumantur
ieiuniū
non sol
uunt.

Electua
riū non
soluitie
iunium

hoc nec ecclesiæ statutum frangit nisi in fraudem faciat, quia legem violat qui in fraudem legis aliquid facit. Similiter ille qui aquam bibit, & si soluit ieiunium naturæ, non tñ ieiunium ecclesiæ, quia non sumitur principaliter ad nutriendum, unde potatio aquæ ante uel post uincam comestione non dicitur bina māducatio. Similiter licet electuaria aliquo mō enutriāt, non tñ hoc est principalis usus ipsorum, unde cū electuaria principaliter per modum medicine sumantur, ipsorum assumptio non dicitur manducatio. Et ideo qui talia sumit ieiunia non soluit, nisi quis in fraudemsumeret, ut patet cā. præcedēti. Similiter odor licet aliquo modo confortet, non tamen nutrit, ut patet per philosophū in li. de sensu, & sensato, & ideo odor nec ieiunium naturæ, nec ieiunium ecclesiæ frangit, uel soluit. Hæc b. Tho. quarto scrip. sent. dist. 15. de ieiunio arti. 4. q. prima, argu. contra, & in corp. q. & in sol. quattuor arg. ibidem. Secundo, ut ita dicam. Carnalis refectio, idest comestio carniū soluit ieiunium: quod tali ratione ostendo. Ille qui transgreditur statutum ecclesiæ peccat, sed sicut ecclesia determinauit abstinētiā quantum ad numerum ut, scilicet ieiunans tantum semel comederet ad afflictionē carnis propter satisfactionem, ita taxauit abstinētiā quo ad cibum, scilicet ut a carnibus abstineret, quia hoc genere cibi præcipuē concupiscētia fouetur, & roboratur: unde comestio carniū soluit ieiunium. Vinum autem licet ad concupiscentiam incitet, ut dicitur proverb. 2. Luxuriosa res est uinū: incitat tamen uinum corpus ad luxuriā alterando. Alteratio autem corporis a calore uini cito transit, & ideo potus uini nō adeo operatur efficaciter ad concupiscentiam sicut elus carniū, eo q̄ alteratio caloris, & multiplicatio spirituum causata ex uino cito transit. Sed substantia humoris a carnibus generata diu manet, & ideo magis interdicitur ieiunantibus elus carniū quam potus uini. Ex alia uero parte subtractio uini nimis naturā debilitaret propter digestionis impedimentum. Similiter licet legumina aliquo mō ad concupiscentiam incitent. s. influando, calefaciendo, & alterando corpus, tamen q̄a inflatio leguminū est causa accidenta-

lis concupiscentiam prouocans, & cito transit, ideo comestio leguminum non interdicitur ieiunantibus. sic ut elus carniū. Similiter quia ecclesia intendit per ieiunium reprimere concupiscentiam carnis & elus piscium cum nō sit communiter, ita delectabilis, ut elus carniū in quibusdam quis aliter se habet. Similiter quia pisces sunt frigidiores quā carnes, nec ita conueniens alimentum corpori præstant sicut aliæ carnes, ideo ecclesia magis ieiunantibus prohibuit elum carniū, quam elum piscium. Similiter licet elus carniū, & lacticiniorum, & ouorum in ieiunio quadragesimali sit generaliter interdictus. In alijs ieiunijs ab ecclesia institutis quo ad elum ouorum, & caseorum apud diuersos est diuersus modus abstinendi, ut patet c. præcedenti in fine. Hæc b. Tho. 4. scrip. sen. dist. 15. arti. 9. in corp. q. & in sol. argumentorum ibidem: & iterum secunda secundæ. q. 147. arti. 9. in corp. q. in in sol. 4. argument.

Tertiō notabilis præuentio soluit ieiunium quod tali ratione ostendo. Ille nō seruat ieiunium qui ecclesiæ determinationem non seruat, unde ecclesia instituerit certum tempus comedendi ieiunantibus, qui notabiliter nimis tempus anticipant soluant ieiunium.

Vbi nota, quod aliud est nimis notabiliter tempus comedendi in ieiunio præuenire: aliud est tardare. Primum. nimis notabiliter tempus comedendi præuenire non licet, quia talis ecclesiæ præceptum omittit: omittere autem præceptū ecclesiæ non licet. Secundum, s. tardare ieiunio horam comestionis bene licet, cū ad pænalitatem ieiunij faciat, unde quia omittere ieiunij præceptum non licet, sed supererogare licet: non licet tardare horam cænæ tpe ieiunij, & non nimis anticipare qd̄ ē determinatū est per cōcilium Cabilonense, ut patet in decretis de consecra. dist. 1. Solent plures, ut patet supra. 3. cap. de hora comestionis tempore ieiunij ordinata. Hæc B. Thom. quarto scripto sen. dist. 15. arti. 4. q. 3. argumen. cōtra in cor. q. & in sol. 1. argum. ibidem.

CAP.

Variis
modus
abstinē-
di a la-
cticinijs

CAP. VII.

7
Genera
hōiū
abstinē-
tium.

QUARTO principaliter circa ieiunium considerandus est modus. Nam quidam sex modis seu intentionibus ieiunant, ex quibus eorum ieiunium deprauatur, vel commendatur, & demeritorium, & meritorium seu Deo acceptum efficitur. Et hi sunt sex genera hominū quę continentur sub isto versu, scilicet Abstinēt eger, egens, cupidus, gula, simia, idest hypocrita virtus. primò eger abstinēt, vel quia comedere non potest, vel propter medicinam idest sanitatem recuperandam: secundò egens abstinēt, quia non habet quid comedat: tertio cupidus abstinēt ne expendat: quartò gula, idest gulosus abstinēt, ut postea auidius comedat: quintò simia, idest hypocrita abstinēt, ut ab hominibus laudetur, & eis ieiunus appareat: sextò virtus, idest virtuosus abstinēt, ut Deo placeat, de peccato satisficiat, & sic mereatur, ut cap. immediatè sequenti apparebit, & patebit. Ad cuius evidentiā quæro hic tres quæstiones. Prima est, an ieiunans in peccato mortali sit transgressor statuti ecclesię? Respondeo, & dico, qđ licet talis transgrediatur præceptū Dei, qui vult, qđ bonum absque peccato mortali fiat: non tamen transgreditur statutum ecclesię, eo qđ statutū ecclesię vel legis positivę nō tendit intentionem obsequantis, sed ipsū actum: unde modus præcepti non cadit sub præcepto, sed est finis præcepti, sed ex intentione potest aliquis mereri, vel demereri. Hęc. B. Tho. 4. scrip. sen. ut patet, supra cap. principali iuxta finem. Secunda quæstio est. utrum ieiuniū factū in peccato mortali prodest? Respondeo, & dico, qđ non prodest ad merendum vitam eternā, sed prodest ad alia, & precipuè ad tria ad quę valet. Primum est obsequatio, vel impletio mandati ad quod tenebat siue obligante ecclesia siue obligante confessore, qui penitentiam iniūxit: unde licet ieiunās in peccato mortali non faciat, ut vult Deus facit tamē quod instituit ecclesia, vel quod iniūxit confessor. Secundum bonum est dispositio quam relinquit: nam ieiunium quocunque modo factū dispositionem bonam ad castitatē in corpore relinquit. Tertium bonū est,

qđ magis confinem facit gratiæ Dei. Hęc Albertus in li. de. 4. co. eius in tractatu de quattuor virtutibus cardinalibus. dist. 64.

Tertia quæstio est, utrum illud quod per abstinentiam reservatur, teneat ieiunās dare in elemosynam? Respondeo secūdu Albertum ibidem, & dico, qđ nō. Sancti autem qui videntur contrarium dicere, ut Grego. qui dicit in Homel. hoc quod tibi per ieiunium subtrahis, alteri largire: & unde caro tua afficitur, inde indigentis proximi caro recreetur, & similia, intelligunt hoc de ieiunio quod non per se accipitur, sed cum alijs partibus penitentię. In pauperibus autem locū nō habet, sed in diuitibus, quia in veritate, in charitate nō ieiunant: qui viderit fratrem suū necessitatem habere, & claudit viscera sua ab eo, ut dicit prima Io. 3. Re. de trib. partibus penitentię infra Penitentia. Hęc in sum. confess. lib. 1. tit. 13. de ieiunio. q. 35.

CAP. VIII.

QUINTO principaliter circa ieiunium considerandus est ieiunii fructus. Nam ieiuniū specialiter ordinatur ad quattuor bona, vcz primò ad prolongationem vitę corporalis, secundò ad satisfactionem pro peccatis: tertio ad refrenationē libidinis: quartò ad elevationē mētis. Primò ieiuniū valet ad prolongationem vitę corporalis. Sicut n. corpus humanum inuenitur frequentius magis ex superfluitate quā ex parcitate cibi egritudines mortales incurere, ita et inueniuntur ad sensum abstinētes diutius vivere, ut frequenter conspicitur: unde et Galienus dicit qđ summa medicinarum est abstinentia, & quò ad sanitatem, & quò ad vitę diuturnitatem. Secundò ieiuniū valet, & ordinatur ad satisfactionem pro peccatis, unde Iohel. 2. dicitur. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu.

Sed fortè ex hoc verbo sic argues. Si ieiuniū instituitur ad satisfactionem pro peccatis, iusti qui non peccauerunt satisfacere nō tenentur, ergo nec similiter ad ieiunium obligantur? Respondeo, & dico, qđ non solū peccatores, sed et iusti ieiunare tenentur, quod dupliciter probo, scilicet ratione, & similitudine: primo rōne maioris

Ieiunās
ad elec-
mosinā
obliga-
tur.

Quo iu-
sti ad ie-
iunium
obligan-
tur,

ioris meriti, quia ieiunium non solum purgat commissum vitium, & impedit futurum, sed tollerando pœnam ieiunij etiam auget meritum, eò quod opus exterius scilicet ieiunium magis efficitur meritorium, quia nullus adeo est iustus, & sanctus, qui iustior, & sanctior esse nō possit: secundò hoc idem probò similitudine exempli apostolici. Nam Paulus Apostolus fuit perfectus, & sanctus: sed ipse corpus suum per ieiunia, & alia corporalia exercitia castigauit, vt ipse dicit. 1. Corinth. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo &c. ergo & alij iusti ieiunare tenentur. Quando ergo dicitur, quod non, eò quod satisfactio est solum pro peccatis, ergo vbi non est peccatum: ibi satisfactio esse non debet? Respondeo duobus modis: primò quia ieiunium non tantum indicitur ad satisfaciendum pro peccatis præteritis: sed etiā ad præseruandum à futuris, ita quod ieiunium est medicina purgans peccata: & sic non competit iustis, qui non peccauerunt. Et est medicina à peccatis præseruans, & sic conuenit iustis. secundo modo respondeo, & dico, q̃ quamuis aliquis abstineat ab aliquibus peccatis, tamē q̃a vita præsens sine peccato agi, vel duci nō potest, vr Aug. dicit in lib. de pœnitentia: ideo sicut existētibus ī hac vita competit pœnitentia, ita etiam, & ieiunium: tertio ieiuniū ordinat, & valet ad refrenationē libidinis: & per cōsequens ad conseruationem castitatis. Nam per ieiunium libido refrenatur, & castitas conseruatur: vnde Hieronym. sic ait: Sine Cerere, & Baccho friget Venus. id est p̃ abstinentiam cibi, & potus tepescit luxuria. Et apostolus secunda ad Corinth. 6. In ieiunijs, in scientia, & in castitate, quia per ieiunia castitas cōseruatur. Quartò ieiunium ordinatur, & valet ad eleuationē mentis, & contemplationem diuinæ veritatis. Assumit. n. ieiunium ad hoc, vt mens liberius eleuetur ad sublimia. s. cœlestia cōtemplanda: vnde dicitur Daniel, 10. q̃ post ieiunium trium ebdomadarū reuelationem accepit. Hæc omnia supradicta bona Augustinus tangit in quodam sermone dicens: Ieiuniū purgat mentē, subleuat sensū, & carnē spiritui subiicit, cor cōtritum, & humiliatū facit, concupiscentiæ nebulas spargit, libi-

dinū ardores extinguit, castitatis verò lumen accendit. Hęc B. Thom. 4. scrip. sent. dist. 15. de ieiunio, art. 2. q. 2. in sol. 3. arg. Et iterum. 2. 2. q. 147. artic. 1. in corp. q. per totum.

CAP. IX.



IEIVNIVM quadragesimale. Circa ieiunium quadragesimale quinque singularia describuntur: primò. n. rationabiliter inchoatur: secundò nobilius reputat: tertio conuenientius assumitur: quarto arctius, vel strictius obseruatur: quinto pi- culosius omittitur. Primò ieiunium quadragesimale cœteris rationabilius inchoatur. Et hoc triplici rōne secundū beatum Gregorium. Prima est, s. quia virtus decalogi p̃ libros quattuor euangelistarū implet: denarius autem quater ductus in quadragesimum surgit. Secunda ratio est, quia in mortali corpore ex quattuor elementis subsistimus: per cuius voluptatem præceptis dominicis cōtraimus, quæ per decalogum sunt accepta: vnde dignum est vt eandē carnē quaterdecies affligamus. Tertia ratio ē, quia sicut offerre decimas iubemur rerum, ita etiā decimas dierum: vnde cum triginta sex diebus quæ sunt decima pars anni ieiunamus, & carnem nostrā affligimus: anni nostri decimas Deo damus. Quarta ratio secundū Aug. quæ additur est talis: Nam creator est trinitas s. pater, & filius, & spiritus sanctus. Creaturæ verò inuisibili. s. animæ debet ternarius numerus. Diligere. n. debemus Deū ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mēte. Creaturæ verò visibili. s. corpori debetur quaternarius numerus p̃pter calidū, frigidum, humidum, & siccum. Sic ergo per denarium significantur omnes res. s. creator, beata trinitas, vnus Deus, & creatura spiritualis, vel inuisibilis, vt anima, cui debet ternarius numerus, & creatura corporalis visibilis cui debetur quaternarius numerus sicut patet. Denarius autem numerus si ducatur p̃ quaternariū qui competit corpori per q̃ administratio geritur: quadragenarum numerum cōficat. Singula verò ieiunia quattuor temporū tribus diebus cōtinentur vel continuantur: hoc duplici ratione. Prima est p̃pter

Rōnes
quadra-
genariz
abstinen-
tiæ,

numerum mensū, qui competit cuilibet tempori. Secunda est propter numerum sanctorum ordinum qui in sacris his temporib. cōferuntur. Hęc b. Th. 2. 2. q. 147. art. 5. in cor. q. Secundum ieiunium quadragesimale ceteris aliis ieiuniis solemnius, & nobilius reputatur: & hoc duplici ratione. Prima est, quia obseruatur ad imitationem Christi. Secunda est, quia p ipsum disponimur ad redemptionis nostrę mysteria deuotius celebranda. Hęc b. Th. secunda secundę ubi supra art. 7. in sol. 3. argu. Tertiō ieiunium quadragesimale tempore ueris conuenientius sumitur: & hoc ppter tres rationes. Prima est propter repressionem cōcupiscentiæ: Nam cum tempus ueris quod in quadragesima incipit maximē sit cōcupiscentiæ aptum, ideo ad concupiscentiam refrenandam tali tempore ieiunamus. Secūda ratio est propter susceptionem diuinę gratiæ, quia nobis ieiunium inter alia competit, ut ad suscipiendam gratiam præparemur: & quia sacramenta diuinę gratiæ circa festum paschæ specialiter proponuntur, ideo immediatē ante solennitatem paschalem ieiunium quadragesimale cōplectitur, uel impletur. Tertia ratio est ppter adeptionem æternę gloriæ. Sicut. n. Christus per passionē suam ad gloriam resurrectionis puenit, sic nos p ieiunia, & per alias pænitentias, & tribulationes præsentis uitæ perueniemus ad gloriam æternę beatitudinis. Hęc b. Th. 4. script. sent. dist. 15. de ieiunio, arti. 3. q. 1. in sol. 3. argum.

Quarto ieiunium quadragesimale alijs ieiunijs strictius obseruatur, quia eo Christi ieiunium secūdam modum nostrum imitatur: unde esus casei, & ouorum in quadragesima est generaliter interdictus. In alijs uerō ieiunijs apud diuersos in his scilicet in esu ouorum, & caseorum est diuersus abstinendi modus. Hęc B. Th. 4. scri. sent. dist. 15. art. 4. q. 2. in sol. 4. arg.

Ieiuniū quadragesimale cadit sub præcepto. Quinto ieiunium quadragesimale periculosius omittitur eō, q cadit sub præcepto, quod dupliciter probo scilicet ratione, & cōparatione: primō ratione sic: Statutum ecclesię obligat per modū præcepti sicut præceptum Dei, quia dominus dixit discipulis, qui uos audit me audit:

sed ad ieiunandum ex statuto ecclesię obligamur: ergo ieiunium quadragesimale cadit sub præcepto: secūdo hoc idē probo cōparatione sic: Maiori perfectionis est lex noua quam uetus, & magis a carnalibus desiderijs abstrahens: sed in lege ueteri erat ieiunium in præcepto, ergo multo magis in noua.

Sed fortē argues in oppositum, & dices q ieiunium sub præcepto non cadit tali ratione. Quicumque transgreditur præceptū ecclesię peccat mortaliter: si ergo ieiuniū institutum ab ecclesiā cadit sub præcepto: tunc si aliquis unam diem tantum frangeret quadragesimę peccaret mortaliter: quod uidet grane dicere. Respondeo, & dico, q præcepta iuris positiui magis obligant ex intentione legislatoris, quam ex ipsis uerbis. Et ideo transgressor præcepti magis est reputandus qui obuiat intentioni legislatoris, quam qui deniat in aliquo a legis ordinatione. Intentioni autem legislatoris obuiat, q ex contemptu uel sine aliqua causa rationali ordinationem non seruat. Si autem in casu aliquo ordinationem non seruet in quo probabiliter credi potest: si legislator adesset eum obligare non uellet: talis non est reputandus transgressor præcepti. Et ideo non est necessarium, quod quicumq. aliquam diem ab ecclesiā institutam ieiunare dimittit, quod mortaliter peccet: potest enim hoc aliquando sine peccato contingere, omnino aliquando sine peccato mortali cum ueniali, aliquando etiam cum mortali. Et hoc secūdam diuersas occasiones quibus homo inducitur ad ieiunium frāgendum. Hęc b. Th. 4. scrip. sent. dist. 15. artic. 1. q. 4. in duob. arg. contra, & in sol. 3. arg.

CAP. X.

AD maiorem tamen euidentiam prædictorum nota de ieiunio tres distinctiones. Prima est. qā aliud ē ieiuniū uolūtatis, & aliud ē ieiuniū necessitatis. Ieiunium enim uoluntatis est quod homo libenter obseruat, uel sponte, & tale si ne peccato omittitur. Ieiunium uero necessitatis est ad quod homo, uel ex præcepto, uel ex uoto tenetur: & præcipue quadragesimale.

distinctionio prima.

XX dra-

gesimale, quod nulla necessitate, uel rōna bili causa obstante est obseruandum, & adeo strictē obseruandum, ut qui unam diem fregerit bis comedendo, totam quadragesimam uidetur uiolasse uel inhonerasse: unde Ambros. in sermone de quadragesima sic dicit: Qui constitutum numerum una die manducandū praterijt: non ut unius diei uiolator accusat, sed ut potius quadragesimæ trāsgressor arguit.

Secūda.

Secunda distinctio est, q̄ aliud est ieiunium ecclesiæ: & aliud ieiunium naturæ: Nam ieiunium naturæ dicitur ieiunium ieiunii, quod ad eucharistiæ sumptionē requiritur: unde per unicam comestionē vel potationem soluitur. Ieiunium autē ecclesiæ. i. quod ab ecclesia est institutum dicitur ieiunium ieiunantis: & illud nō soluitur per cibaria licita, & horam ordinatam: sed solum per ea, quæ ecclesia interdicit. Hæc b. Th. secunda secundæ, ubi supra art. 6. in sol. 2. arg. Et 4. scrip. sent. ubi supra art. 4. q. 1. in corp. q. & in sol. 2. arg. ubi dicitur, licet aqua soluat ieiunium naturæ, non tamen soluit ieiunium ecclesiæ, quia licet aliquo modo nutriat, non tamen sumitur ad hunc finē.

Tertia.

Tertia distinctio est, quod aliud est ieiunium meroris, & aliud ieiunium exultationis. Ieiunium autem meroris, uel luctus dicitur illud quod agitur cum amaritudine peccatorum uel præsentis miserie. Ieiunium autem exultationis dicitur illud quod ex spiritali iocunditate abstrahit a carnalibus, quia gustato spiritu desipit omnis caro. Et hoc ieiunio ieiunant filii sponsi. Hæc b. Th. 4. scrip. sent. dist. 15. art. 2. q. 2. in sol. 2. arg.

De igne inferni.

S V M M A R I V M.

- 1 Ignis inferni est uerus corporeus & eiusdem naturæ cum elementali.
- 2 Inter ignem inferni, & istum est quadruplex differentia accidentalis.

- 3 Ignis inferni in æternum durabit.
- 4 Ignis inferni creatus est a principio mundi cum aliis creaturis.
- 5 Ignis purgatorii in tribus differt ab igne inferni.
- 6 Ignis inferni infert pœnam animabus damnatorum quattuor modis.

C A P.

I.



Ignis inferni. Circa ignē inferni cōsiderāda sunt tria. scilicet. contine-
ntia seu specifica
idētitas, differentia
seu trifaria uarietas,
permanētia seu per-
petua durabilitas.

Primò circa ignē inferni cōsiderāda est conuenientia seu specifica identitas. Nā ignis inferni nō est metaphoricus nec imaginarius, sed uerus, & corporeus, & eiusdē speciei cū isto. Primò dico, quod ignis inferni nō est metaphoricus, similitudinariē dictus, ut ponit Auicēna qui resurrectionē corporū nō credēs dicebat, q̄ aīa cū sit incorporea igne corporeo puniri nō pōt: & ideo negauit ignē inferni quo malæ aīæ puniūtur esse ignē corporeū: vñ dicebat q̄ sicut iocūditas animarū. scilicet. q̄ reficiātur uel rideant, & huiusmodi non erit in aliqua re corporali, sed spiritali tantum, ita pœna, & afflictio malarum animarum, scilicet. q̄ igne ardeant, vel fatoribus affligantur, & huiusmodi similitudinariē debent intelligi: quod tali rōne mouebatur asserere: Quia cū spiritalis delectatio, uel tristitia multū sit ignota per delectationes, & tristitias corporales figuraliter demonstratur siue manifestatur, ut homines magis moueantur ad desiderium uel amorem, uel timorē. Sed eius opinio falsa est, & erronea. Cuius rē est, quia in Pœna damnatorum non solū erit pœna damni quæ respondet auersioni, quæ fuit in peccato mortali, sed etiam erit pœna sensus, quæ respondet con-

Error
Auicēne
explodi-
tur.

Ignis in
ferni e-
iusdem
speciei
cum ele-
mentali

uersioni ad commutabile bonum. Secū-
dò ignis inferni non est imaginarius, ut
etiam posuit Auicenna dicens, quòd ani-
mæ malorum post mortem non puniun-
tur per corpora, sed per similitudines
corporum, sicut dormientes somniant, &
imaginantur, quòd torqueantur diuersis
pœnis. Sed hoc est falsum, & erroneum,
& ideo inconuenienter dictum. Cuius ra-
tio est, quia imaginatio est potētia quæ-
dam utens organo corporali: unde nō po-
test esse, quòd tales imaginationes fiant
in anima a corpore separata sicut in ani-
ma somniantis, ideo &c. Tertiò dico, q̃
ignis inferni est verus ignis corporeus,
& eiusdem speciei cum isto quem uide-
mus: quod tripliciter probō: primò ratio-
ne, quia corpori non potest conuenien-
ter aptari pœna nisi corporea: secundò
probo auctoritate philosophi. 1. Topico-
rum dicentis, quòd omnis aqua omni a-
quæ est eadem specie, ergo eadem ratio-
ne omnis ignis est omni igni idem spe-
cie: tertio probō hoc idem auctoritate
Grego. 4. Dialo. & August. ut manifestè
habetur in littera dicentium, quòd ani-
mæ damnatorum igne corporeo affligū-
tur. Hæc Bear. Thom. quarto scrip. sent.
distinēt. 44. artic. secundo, quæst. 2. arg. 1.
contra, & in cor. q. per totum.

C A P. II.

2. **S**ECVNDÒ circa ignem inferni
consideranda est differentia seu tri-
faria varietas: licet enim ignis infer-
ni sit idem specie cum isto quem uide-
mus, tamen inter ignem inferni, & ignē
qui est apud nos, & quem uidemus est
quadruplex differentia accidentalis, sci-
licet subsistendi, detinendi, delectandi,
permanendi. Primò differentia subsistē-
di. Nam ignis qui est apud nos succēsi-
one indiget, & lignis nutritur, eo quòd in
alienam naturam est introductus per vio-
lentiam: sed ignis inferni, quia succensio-
ne non indiget nec lignis nutritur, quia
vel est in propria materia uel in materia
aliena non per uiolentiam, sed per natu-
ram a principio intrinseco: unde ab ho-
mine non est accensus, sed a Deo, qui na-
turam illam instituit: & hoc est quod di-
citur Isaia. 30. Flatus domini sicut tor-

rens sulphuris: succēdēs eam. Vbi nota,
q̃ ignis dupliciter inuenitur. Vno modo
in propria materia prout est in sphaera sua. Ignis in-
uenitur
duplici-
ter.
Alio modo prout est in materia aliena
siue sit in materia terrestri, ut patet in
carbone, siue sit in materia aerea, ut pa-
tet in flamma, siue sit in materia ignita
per uiolētiā, ut patet, & apparet in fer-
ro, siue sit in materia ignita ex princi-
pio intrinseco naturali, ut in sulphure.
Vtrum autem ignis inferni sit in p̃pria
materia uel aliena, & in qua materia sit
est nobis ignotum. Quocunq; aut modo
sit, & in quacunq; materia ignis inuenia-
tur semper est idem specie quantū ad na-
turam ignis pertinet, ut patet supra c. p̃c.
Hæc b. Tho. 4. scr. sent. dist. 44. art. 2. q. 2.
in solut. 2. argum. Secundò inter ignem
inferni, & ignem qui apud nos est, est dif-
ferentia delectandi, quia ignis inferni
non delectat ut iste quod sic p̃bo: Quod
non lucet non delectat: sed ignis infer-
ni, uel non lucet, uel parum lucet, & hoc
ad pœnam damnatorum, ergo &c. Ignis
autem qui apud nos est sua luce delectat.
Vbi nota duo. Primū est, q̃ est ignis lux,
& ignis flāma, & ignis carbo. Ignis lux,
& ignis flamma satis habent de luce, &
sunt simpliciter in genere luminosi. Sed
ignis carbo qui terrestri materiæ est ad-
mixtus parum habet de luce: unde non
est simpliciter in genere luminosi. Ignis
autem inferni, qui est ad modū carbonis
parum habet de luce, & illud parum qđ
habet de luce ad nullam delectationem
est ibi. s. sed ad pœnam solum: unde Isid.
dicit. Apta sit comparatio trium puerorū
ad exemplum ignis gehennæ. Nam sicut
ignis ille non arsit ad puerorum suppli-
cium, & arsit ad comburendum ligami-
na uinculorum, ita ignis gehennæ luce-
bit miseris ad augmentū pœnarū, ut ui-
deant, unde doleant, & non lucebit ad
consolationē ne uideant, unde gaudeāt.
& istud idem habet Iob. 10. Terra mise-
rix, & tenebrarum: ubi glo. sic dicit: Ignis
qui nunc lucet ad consolationem, aliquñ
lucet ad pœnam, quia eo illustrante ui-
debunt in pœna, ut magis doleant sequa-
ces suos, quorum deliquerunt, uel pecca-
uerunt amore. Secundum est, q̃ lucere,
uel non lucere non conuenit igni secun-
dum quemlibet modum essendi, quia ut

philosophi dicunt ignis In propria materia non lucet : Similiter ignis existens in materia aliqua non lucet, scilicet ut in materia terrestri, & opaca, similiter quando ex aliquo fumo grosso ignis claritas obfuscat non lucet : unde lucere, uel non lucere non est satisfaciens argumentum, quod ignis inferni, & ignis qui est apud nos non sit eiusdem speciei, ut probatum est cap. præceden. Quare autem ignis inferni luceat, & non luceat pater immediatè, supra. Hæc b. Tho. quarto scrip. senten. ubi supra articul. 2. quæst. secunda, in solut. quarto argum. Tertio inter ignem inferni, & ignem qui est apud nos est differentia detinendi. Nam ignis qui est apud nos non agit nisi naturaliter, & ideo non potest detinere, vel ligare animam siue spiritum. Quod tali ratione ostendo: Illud quod est minoris uirtutis non potest sua uirtute detinere, vel ligare id quod est maioris uirtutis. Sed omne corpus est minoris uirtutis quam spiritus : ergo nullum corpus sua uirtute potest detinere, vel ligare spiritum. Ignis autem inferni est instrumentum diuinæ iustitiæ indicantis: & ideo ex hoc habet uirtutem ligandi, & detinendi spiritum in inferno. Hæc b. Th. 2. quodlibeto. q. 13. in cor. q. Req. infra. 4. c. Quartò inter ignem inferni, & ignem qui est apud nos est differentia permanendi, uel durandi, quia ignis iste est corruptibilis: ignis autem inferni est incorruptibilis, & æternus; ut patebit infra cap. sequen. immediatè.

Sed fortè ex hoc argues, quod ignis inferni non sit eiusdem speciei cum isto tali ratione: Æternum, & corruptibile non sunt eiusdem speciei uel rationis, cum et nec conueniant in materia: sicut philosoph. 11. Metaph. sed ignis iste est corruptibilis: ille autem est æternus, ut patebit, ergo &c. Respondeo, & dico, quod sicut corpora damnatorum erunt eiusdem speciei cuius sunt modo, quam res nunc corruptibilia, tunc autem incorruptibilia, tum ex diuinæ iustitiæ ordine, tum ex motus cœli quiete, ita etiam est de igne inferni quo damnatorum corpora cruciabuntur. Hæc Beat Thom. 4. scrip.

sentent. dist. quadragesima-

quarta, art. 2. q. 2. in

solut. 3. argument. per totum,

TERTIO principaliter circa ignem inferni consideranda est permanētia seu perpetua stabilitas, uel durabilitas. Nam ignis inferni nunquam deficiet, sed in æternum durabit: hoc autem dupliciter probo, scilicet rationibus, auctoritatibus, similitudinibus siue exemplis. Primò enim, quod ignis inferni sit æternus probo triplici ratione. Prima est talis: Ignis qui est apud nos nunquam deficit quamdiu inuenit materiam præparatam, & unitam sibi, ergo similiter ignis inferni in materia immortali, scilicet in anima, & in corpore incorruptibili nunquam deficiet nec exstinguetur. Secunda ratio est talis: Similis conditio videtur esse criminis, & corporis culpe, & animæ, & pœnæ: sed in inferno culpa nunquam poterit expiari, uel remitti ergo nec pœna animæ, & corporis ex parte ignis nunquam poterit terminari, uel finire, ita quod sicut culpa nunquam terminabitur, ita ignis pœnæ nunquam exstinguetur, uel terminabitur. Tertia ratio est talis: Quod est æternum semper durabit: sed ignis inferni est æternus: ergo &c. Quod secundo probo quattuor auctoritatibus. Prima est Matthæ. vigesimo quinto, Ite maledicti in ignem æternum &c. Secunda est Isaïæ ultim. Ignis eorum non exstinguetur. Tertia est Greg. super illo uerbo Iob. vigesimo Lucet, qui fecit omnia cruciabitur, & non exstinguetur, non orietur, & semper uiuet, finiet, & sine fine manebit. Et ponit rationem huius dicens ibidem: Cuius uita mortua fuit in culpa, necesse est, ut mors uiuat semper in pœna. Quarta est Origenis super illo uerbo Matt. 25. Discedite a me &c. sic dicentis: Qui autem recedunt a Iesu decedunt in ignem æternum, qui alterius conditionis, & durationis est ab hoc igne quem in usu hic habemus: nullus. n. ignis inter homines est æternus, sed nec multi temporis. Et subdit Origenes ibid. dicens: Considera, quod regnum quidem non ab angelis præparatum dicit, sed a Deo. Ignem autem æternum a diabolo, & eius Angelis præparatum, quia quantum est de se Deus non ad perditionem, sed ad saluationem creauit,

peccan

De æternitate illius ignis
Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Auctoritates.

Corporis ignis non agit in spiritum.

Exempla. peccantes autem coniungunt se diabolo ut sicut qui saluatur sanctis Angelis coequatur, sic & qui pereunt diaboli Angelis coequantur. Tertiò q̄ ignis inferni sit æternus probo similitudinibus, & exēplis. Et primo eius æternitatem probat Aug. in lib. de ciu. Dei. Per montes Siciliæ qui vsq; hodie flammis æstuant, & integri perseverant: secundò per exēplum Salamandrae qui vivit in igne: tertiò per exemplū archadię qui semel succensus nunquam extinguitur: vnde dicitur q̄ erat sanū veneris in quo erant lucernæ de dicto lapide quæ nunquā aliqua intemperie extinguiebantur: quartò probatur per exemplum quod habes in legenda sancti Nicolai de illo igne cui si manū apponas sentis ardoris afflictionem, sed manus non patitur combustionis destructionē, siue corruptionem. Per hæc autē, & his similia probatur q̄ corpora damnatorū Dei voluntate, & eius iustitia mediante semper durabunt: & in igne semper ardebūt. Nota tamen hic ad euidentiā prædictorum q̄ nullū corpus est quod tandē non consumatur ab igne, quāvis quēdā opera sint quæ ad horam in igne permancant sine lēione, ut patebit de ebano. Salamandra autem licet aliquo tempore sine corruptione possit esse in igne: non tamen finaliter potest perseverare in igne sine corruptione, sicut corpora damnatorum quæ licet nunquā corrumpantur ab igne, tamen semper affliguntur ab igne, ut dicit Bea. Tho. 4. scri. sen. dist. 44. art. 2. q. 1. in solu. 3. argu.

C A P. IIII.

AD maiorem tamen euidentiā prædictorum circa ignem inferni cōsideranda sunt tria. scilicet hora productionis: forma distinctionis, pœna detentionis. Vel aliter, creationis, tempus, distinctionis actus, afflictionis modus.

Primò consideranda est hora vel tempus suæ creationis. Si aut quis quæreret quando creatus est ignis inferni. Rñdeo & dico q̄ ignis inferni creatus est à principio mūdi cū alijs creaturis: vnde super illo verbo Iob: o. non remansit &c. dicit Glo. Ignis gehennæ qui humano Audio nōn accenditur, vel succēditur, sed datus

est à Deo ab origine mundi. Vbi sciendū, q̄ sicut animalia rapacia, & uenenoſa ante peccatum erant homini mansuetata nec nociua, imo vtilia, & subiecta, nec erant parata ad nocendum, & puniendū, nisi post peccatū, vnde licet a principio animalia rapacia potestatem habuerint deuorandi, nunquam tamē exiissent in actum nisi homo per peccatum se fecisset materiam deuorabilē. Sica simili ignis inferni qui ita est à principio ordinatus potestatem habuit puniendi, sed q̄ actu puniret non habebat nisi dispositionem inuenisset in homine per peccatum. Si autem quæratur ad quem vsum ignis inferni a principio fuit creatus, & præparatus. Respondeo & dico q̄ finis ad quem fuit creatus fuit ut Deus timeretur ī eo: licet enim homo nondum peccasset, habebat tamen prātem peccandi, & Deum offendendi ex quo habebat, vnde Deum timeret: & hoc timore innixi aliqui habent duos oculos, unum ad gloriam, & aliud ad pœnam. Et sic ille ignis inferni ante peccatū hominis ad hoc ordinatus a Deo fuit, ut ipse Deus timeretur in re quæ posset punire, & nocere, ac per hoc hō retraheret se a peccato, & ab offensa diuina: unde a principio mundi ignis habuit istum usum istud uel officiū, ut scilicet in eo timeretur diuinæ potestatis magnitudo, & ad hoc principaliter, & per se est ordinatus. Ad puniendum autē accidentaliter est ordinatus iam existēte peccato, non autem ante peccatum, eo q̄ ante peccatum rem punibilem non inuenit, sed commisso peccato solum.

C A P. V.

Secundo principaliter circa ignem inferni consideranda est forma distinctionis. Nam pœna ignis inferni differt à pœna ignis purgatorij in tribus, scilicet in operatione in fine uel intentione, in multiplicatione.

Primò differt in operatione. Nā licet ignis purgatorij sit æternus quod ad substantiā sicut ignis inferni, tamen est temporalis quod ad effectum purgationis. Vnde ignis purgatorij est purgatiuus, ignis autem inferni est exterminatiuus. Et ponit Beat. Grego. exemplum dicens,

Exēplū, q̄ sicut sub eodem igne aurum rutilat, & palea fumat: ita sub eodem igne in sub-
de igne stātia. s. purgatorij, & inferni electus pur-
gatur, & damnatus exterminatur. Secun-
& pur- dō differunt in finis intentione. Quia
gatorij. ignis purgatorij ad istum finem siue ad
istam intētiōē principaliter est ordina-
tus. s. ad purgādum reliquias peccatorū.
Ignis autem inferni nō est ordinatus ad
purgandum, sed ad affligendū solum, &
ideo illis nominibus notatur, quæ apud
nos consueuerunt affligere vehemēter:
sicut sunt ignis, sulphur, & spiritus pro-
cellarum, ut in psal. dicitur. Tertiō diffe-
runt in multiplicatione eo q̄ in purgato-
rio nō est nisi unica pœna. s. pœna ignis.
In inferno autē non est solum vnica pœna
ignis, sed multæ alię. Cuius ratio est, quia
cum pœna inferni sit ordinata, & inuen-
ta solum ad affligendum, ut patet: ideo in
inferno non est solum pœna ignis, ut in
purgatorio, sed multæ alię, ut ex pœnarū
multitudine damnati multipliciter affli-
gantur. Req. infra Pœnas mundi, purga-
torij, & inferni. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent.
dist. 50. art. 3. q. 1. in corp. q. & in solu. 2.
arg. per totum.

C A P. VI.

Tertio principaliter circa ignem in-
ferni cōsideranda est pœna siue mo-
dus punitionis, uel afflictionis. Cum. n.
ignis inferni non sit metaphoricus, vel
similitudinarius, vel imaginarius, sed ve-
rus, & corporeus, & eiusdem specie: cum
isto quem cernimus, ideo oportet dicere
secūdam fidem catholicam, q̄ anima ab
igne corporeo patitur. Qualiter autem
anima ab igne corporeo pati possit, ostē-
dit Bea. Tho. in quattuor locis, vel libris
suis dupliciter. s. reprobando falsitatē, &
ponendo, & concludendo veritatem.

Reprobat erro- Primō enim aliorū errorem reprobatur,
res circa actio- & excludit dicens, q̄ anima non patitur
nē illius ignis. ab igne solum videndo ignem: nec imagi-
nando ignem, ut nocivum sibi, nec aite-
rando ab igne: primō enim anima non
patitur ab igne inferni solum videndo
ignem, ut quidam dixerunt. Cuius ratio
est, quia quodlibet visum, ut visum est p-
fectio vidētis: & ideo ignis inquantum
visus non potest cedere in pœnam animę.

Secundo mō anima non patitur ab igne
inferni imaginando ipsum, ut sibi noci-
uum, ut quidam alij dixerunt. Cuius ra-
tio est, quia tunc pœna inferni ignis non
esset secundum veritatem realis, sed appa-
rens, vel imaginaria tantum quod dicere
est hæreticum. Tertio modo anima non
patitur ab igne inferni alterādo, putā ca-
lorem, ardorem, siccitatem, uel adustionē
ab igne recipiendo. Cuius ratio est, quia
tales passiones sunt passiones corporis
non spiritus. Secundo Beat. Thom. erro-
ribus extirpatis ponit veritatē ostenden-
do qualiter anima pati possit ab igne: un-
de dicit, q̄ ignis inferni infert pœnā ani-
mæ quattuor modis, videlicet detinēdo,
impediendo, subiungendo, inimicando.
Primō enim ignis inferni corporeus in-
fert pœnam animæ, animam alligando, &
detinendo. Vbi nota, quod ignis virtute
propria, & naturali non potest ligare, vel
detinere animā. Cuius ratio est, quia id
quod est minoris virtutis non potest sua
virtute ligare, uel tenere id quod est ma-
ioris virtutis: sed omne corpus est mino-
ris virtutis quā spiritus, ergo nullū cor-
pus potest sua virtute ligare spiritum: sed
hoc facit aliqua superiori virtute. s. Dei
inquantum ignis inferni est instrumen-
tum diuinæ iustitiæ vindicantis nullum
autem instrumentum agit in virtute su-
perioris agentis, nisi exercendo aliquam
actionem sibi cōnaturalem, aliās frustra
adhiberetur ad hunc effectum: verbi gra-
tia: Sera inquantum est instrumentum
artis facit archā ferrando: & aqua baptis-
malis inquantū est instrumentum diuinæ
misericordiæ abluit animā corporaliter
lauando carnem. Si ergo ignis corporeus
agit in animam, ut est instrumentū diui-
næ iustitiæ puniētis, necesse est q̄ hoc fa-
ciat per aliquam actionē corporeo igni
cōnaturalem: non autem potest dici, q̄
ignis alterat aīam calefaciēdo, uel igniē-
do, uel desiccādo ipsam, ut supra patet, er-
gō relinquatur, q̄ inferat pœnam aīæ deti-
nendo: quod probatur per locum a mino-
ri sic: Quia si uirtute quorundam uerbo-
rum dæmones quibusdam corporibus al-
ligantur, & detruduntur, multō magis pa-
titur aīa ab igne corporeo per modū allig-
ationis, uel detētionis uirtute diuinę iu-
stitiæ punientis cuius ignis est instrumē-
tum,

Quat-
tuor mo-
dis ani-
mæ ille
ignis pœ-
nam in-
fert.

eam: vt Aug. dicit 21. lib. de ciuita. Dei.

Secundo modo ignis corporeus infert poenam animę retardando eam, vel impediendo ab executione proprię uoluntatis. Sicut. n. dicimus lapidem descendentem pati cum impeditur ne deorsum tendat, & sicut dicimus hoīem pati cū detinetur, uel iigatur ne uadat quo uult, ita ignis inferni, vt instrumentum diuinę iustitię punientis animam detinēs efficitur animę, vel spiritui pœnalis retardans, uel impediens animam ab executione proprię uoluntatis. s. ne possit operari ubi uult, & secundum quod uult. Et ponit B. Tho. exemplum B. Augusti. 21. de ciui. Dei: dicentis: Quod sicut anima in sui creatione corpori coniungitur, vt dans ei vitam quamuis illa anima sit spiritualis, & hoc corporale, ex qua coniunctione anima uehementer concipit amorem ad corpus, sic aīa ligatur igni, & detinetur ab eo, vt accipiēs ab igne pœnam, & ex illa coniunctione concipit horrorem, & dolorem. Tertio ignis inferni infert animę pœnam subiungendo: cum. n. anima cōsiderat se infimis rebus subdit, quę nata est Deo frui habet maximam pœnam: quod tali rōne ostendo: Illud dolorē, uel afflictionem infert qđ est contrariū uoluntati: non est aut contrariū uolūtati creaturę rōnalis, qđ spūali substantiā, & Deo pręcipuē coniungatur, quinimmo hoc est delectabile ei, & ad eius perfectionē pertinet. Cuius ratio est, quia cōiunctio similis ad simile, & creaturę intellectualis ad intellectū est delectabilis. Est autem contrarium uolūtati substantię spiritualis, vt corpori, & pręcipuē tam uili, vt igni subdatur a quo debet esse libera: unde sicut anima, uel spiritus per hoc quod superiori coniūgitur. uidēdo Deū essentialiter premiatur, ita per hoc, qđ cum inferioribus deputatur, affligitur, patitur, & damnatur. Erit ergo pœna animarum specialiter duplex. Prima erit pœna maxima. s. separari, & priuari uisione diuina, q̄ nata aliās creata fuit Deo per fruitionem uniri. Secūda pœna animarū erit ex eo qđ in loco infimo, & abiectissimo rei corporali scilicet igni subdentur ligatę, & detentę ab eo. Quarto ignis inferni infert pœnā animę inimicādo. Nam cum anima uidet, & apprehendit illum ignem, ut instrumentum

diuinę iustitię uindicantis esse sibi nocium, & per consequens inimicum, interiori tristitia affligitur, & anxietur. Vbi nota quod aliter potest esse tristitia, uel pœna in uisione corporali, & aliter in uisione intellectuali. Nam in uisione corporali potest esse tristitia inquantū obiectum uisum agens in uisum, potest esse corruptiuum uisus inquantum corrūpit armoniam organi. In uisione autem intellectuali non potest esse tristitia, uel pœna ex hoc ipso, quod aliquid uisione intellectuali uidetur, eo qđ illud quod ab intellectu uidetur, nullo modo intellectui potest esse contrarium. Sed tamen uisio intellectualis potest esse contristans, uel pœnalis inquantum illud quod uisione intellectuali uidetur, apprehenditur ut nocium, non quasi noceat eo ipso quo uidetur, sed alio quocunq; modo vt uoluntati repugnans uidetur, & sic anima uidendo ignem ut inimicum, & ut sibi nociuū patitur, & affligitur. Ad quorum euidentiā nota hic quattuor. Primum est, qđ licet alia elementa, uel corpora in inferno animas puniant uel affligant, tamē principale punitiuū est ignis, & hoc triplici rōne. Prima quia pœna gehennę non solum est animarum, sed corporum; & propter hoc ponitur ignis maximē pœna gehennalis. Secunda est, quia ignis est maximē corporū afflictiuus, cū inter omnia elementa sit principale, & maximē actiuum. Tertia est, quia pœna ignis cōpetit amorī inordinato, qui est peccandi principiu: unde sicut cœlū empyreū respōdet igni charitatis, ita ignis inferni respōdet amorī inordinatę cupiditatis: nihilominus tamē etiam in inferno erūt alia afflictiua, secundum illud psal. Ignis grando. nix sulphur &c. Secundum est, qđ licet in inferno sint multę pœnę, ut patet, cōmutatio tamē uisus pœnę commutando eam in aliam, ut dicit Iob. 24. Transibunt ab aquis niuium ad calorem niuium pœnā non diminuit damnatorum, sed utriusq; actio, & punitio est perfecta & completa.

Cuius ratio est, quia unum non agit in aliud nec ē conuerso: sed utrumque scilicet ignis, & aqua, agit in spiritum. Vbi autem ageret unum in aliud uerum esset, quod per mutuam actionem, & passionē uirtutes eorum diminuerentur: sed ubi

Damna
ti igne
p̄cipuē
punium
tur.

Alarum
pœna du
plex.

utrumque eorum agit in tertium, ut patet in igne, & aqua inferni non est verum: sed utrumque actionem completam seu perfectam habet. Tertium est, quod ignis inferni secundum virtutem propriam non habet, quod aliquos cruciet magis, vel secundum modum peccati: sed hoc habet in quantum est instrumentum diuinæ iustitiæ, sicut patet per exemplum de igne fornacis, qui in sua actione modificatur ex industria fabri, secundum quod comperit ad effectum artis. Sic ignis inferni, qui est instrumentum diuinæ iustitiæ ex ordine diuinæ iustitiæ modificatur. Quartum est, quod cum visio ignis ut nocui sit immediatè affligens animas, vel spiritus damnatorum: ubicumque animæ damnatorum sunt ab igne inferni affliguntur, sicut patet per exemplum captiuorum, qui extra carcerem exeuntes à carcere quodammodo affliguntur dum vident se carceri damnatos, deputatos seu adiudicatos. Et ideo sicut gloria electorum in nullo diminuitur, nec quantum ad præmium essentialiale, nec quantum ad præmium accidentale, si aliquando sunt extra cælum empyreum quod aliquando in eorum gloriā cedit, ita in nullo damnatorum poena diminuitur si aliquando extra infernum ad tempus ex diuina dispensatione ponatur, & hoc est, quod dicit glo. super illud Iaco. 3. Inflammat rotam natiuitatis &c. Diabolus ubi sit siue sub aere siue sub terra secum fert tormenta flammarum suarum: unde damnati nunquam sunt extra infernum nisi ex dispensatione diuina, vel ad instructionem, vel ad exercitationem electorum ubicumque enim damnati sunt semper vident ignem, & alias poenas inferni. Hæc beatus Thomas in quatuor lib. suis scilicet 4 scriptu. sententia distinctio. 44. articulo. 3. questione 3. in corp. q. & in solu. argum.

Et iterum in sum. contra gent. libro 4. ca. 90. in medio, & iuxta finem: & 2 quod libe. questio. 13. in corp. questio. & 3. quod libe. questio. 23. in corp. q. & iterum in questionibus disputatis de anima questio. 21. in corp. q. &c.

De ignorantia.

S V M M A R I V M.

- 1 Triplex est ignorantia.
- 2 Quid sit ignorantia iuris, & facti.

C A P. I.



IGNORANTIA. Circa 1 ignorantiam consideranda sunt quattuor. scilicet causa, differentia, materia, culpa. Primò consideranda est ignorantie causa vel ratio. Nam ignorantia contingit triplici ratione. scilicet infirmitatis ætatis, & fraudis.

Primo ratione infirmitatis contingit, sicut accidit in furiosis, vel perturbatis alienatis, & ebrijs. Secundò contingit ratione ætatis, sicut patet in infante, qui non est capax doli. Tertio contingit ratione doli, vel fraudis, sicut cum per fraudem, & dolum alterius aliquis deceptus ignorat. Secundo principaliter consideranda est circa ignorantiam differentia vel distinctio. Nam triplex est ignorantia. scilicet simplex vel negationis, crassa, & priuationis affectata, vel dispositiōis. Prima est ignorantia simplex vel negationis, quæ negat, vel non ponit scientiam, nec ponit debitum sciendi, nec contemptum sciendi, nec affectum nesciendi, quæ est in paruulis quamdiu usum rationis non habent, & in omnino alienatis sicut fatui &c. Secunda est ignorantia crassa, & priuationis, quæ priuat scientiam, & ponit debitum sciendi, & contemptum. Tertia est ignorantia affectata, vel dispositiōis, quæ priuat scientiam, & ponit debitum sciendi, & affectum siue desiderium nesciendi: de qua in psal. dicitur: Noluit intelligere, ut benè ageret: unde Ambro. super illud ad Roma. 2. An ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit sic ait: Grauius est peccas si ignorans. Quod uerbum potest intelligi, & exponi quinque modis. Primo sic. Grauius est

Ignorantia triplex.

uissimè i. periculosissimè peccas si ignoras, quia dum nescis te peccati remediū non quarris. Secundo sic q̄ Ambro. loquitur de ignorantia affectata, qua quis vult ignorare peccatum ne à peccato retrahatur. Tertio sic q̄ Ambrosius loquitur de ignorantia beneficiorum, receptorum, quia q̄ aliquis nec reddit nec etiam cognoscere studeat percepta beneficia est summus ingratitudinis gradus. Quarto modo potest intelligi, & exponi sic q̄ Ambrosius loquitur de ignorantia infidelitatis, quæ quidem in se est grauissimū peccatum, licet etiam peccatum ex ignorantia commissum ex causa ignorantie minuatur, secundum illud Aposto. 1. ad Thimo. 1. Misericordiam cōsecutus sum quoniam ignorans feci. Hæc B. Tho. in quæstionibus disputatis de malo, de ignorantia. art. 8. utrum ignorantia excuset peccatum, uel diminuatur, in sol. 1. arg. ad expositionem auctoritatis beati Ambro. Quinto modo potest exponi de perseverantia, vel de mora in ignorantia: ignorantia. n. si diu duret in malitiam per obstinationem commutatur, ut dicit B. Tho. 4. scri. sent. dist. 38. art. 4. q. 2. utrum consilia ppter scandalum sint dimittenda, in corp. q. iuxta finem. Tertio principaliter circa ignorantiam consideranda est ignorantie materia uel respectio. Nam ignorantia contingit esse trium: primo iuris inditi. s. naturalis: secundo iuris diuini, & euangelicæ legis: tertio iuris politici, uel positiui ut canonici uel ciuilis. Quarto principaliter cōsideranda est ignorantie culpa uel offensa, uel offensio. Nam prima ignorantia, quæ cōtingit ratione infirmitatis aliquando excusat aliquando nō. Si. n. q̄s incidit in illam ignorantiam ex culpa sua, puta quia dedit causam tali ignorantie. s. ebrietatem, talis ignorantia non excusat. Si uero nullam causam tali ignorantie scilicet ebrietatem, talis ignorantia excusat a toto. Secunda ignorantia q̄ contingit rōne ætatis aliquando excusat: nam in paruulis ante usum rōnis omnino excusat: post usum uero rōnis ante adolescentiam a tanto excusat, sed non a toto in his quæ pertinent ad salutē. Tertia aut ignorantia, quæ cōtingit rōne deceptionis, uel fraudis quandoque excusat quandoq; non. Vbi sciendum, quod igno-

rantia aut est uincibilis, aut inuincibilis. Dicitur autem tunc ignorantia inuincibilis cum ignorans facit quicquid in se est, ad hoc q̄ sciat quod scire debet ut nō fallatur: sed tamen nō pōt scire factū qd̄ est necessarium, & utile scire: secundo illa ignorantia est uincibilis, quæ homine faciente quod est in eo potest remoueri, & hæc ignorantia non excusat in facto qd̄ oportuit eum scire. Quarta uero ignorantia, quæ est naturalis iuris nullum adultū excusat, eo quod nulli adulto licet ignorare legem naturalem quæ naturaliter scribitur in corde humano. Quinta ignorantia. s. iuris diuini uidelicet legis euangelicæ, & doctrinæ Apostolicæ non excusat p̄latos, eo quod ipsi de fide, quæ est in ueteri testamento, & nouo tenentur reddere rationem, & ideo non licet eis ignorare. Excusat autem talis ignorantia aliquando laicos, qui non tenentur in speciali hoc scire, sed in generali prout ea, quæ sunt fidei cōtinentur in simbolo Apostolorum. Sexta ignorantia. s. iuriscanonicalis quod continet constitutiones canonicas siue ecclesiasticas ad intelligenda peccata non excusat sacerdotes curas animarū habentes, & etiam cōfessores licet alios q̄ ad illa nō tenentur excuset. Vbi nota quod ignorantia triū est multum periculosa, & damnosa. s. ignorantia boni, & mali, ignorantia sui, ignorantia Dei: primo dico, q̄ ignorantia boni, & mali est multum periculosa &c. de qua dicitur Deutero. 1. Ignorat distantiam boni, & mali: præcipue ignorantiam boni. Hiero. 4. Sapientes sunt ut faciant mala, benè autem facere nesciunt. Secundo ignorantia sui est multum periculosa, & nociua. cap. 1. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres Bern. in medita. Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt. Tertio ignorantia Dei est nimis damnosa, & periculosa: Sap. 5. Viam autē domini ignorauerunt. Hiero. 4. Stultus populus meus me non cognouit Gl. Quæ est maior stultitia quam boue cognoscere dominum suum, & asino præsepe domini sui, Israel dominum suum non cognoscere, & præsentem contemnere quæ semper cupiebat uidere? Grego. in moralibus: Qui enim lucem uidet, scit quid de tenebris æstimet, qui uero candorem lucis ignorat et obscura p̄ lucidis approbat.

Ignorantia
triū
mate
ria.

Ignorantia triū
pericu
losa.

bat. Bern. super Cant. vtraque cognitio. scilicet boni, & mali, tui, & Dei est tibi necessaria ad salutem ut neutra carere valeas cum salute, quia ex noticia tui venit in te timor Dei, atque ex noticia Dei venit in te amor Dei. Sic econtra de ignorantia tui venit superbia de ignorantia Dei venit desperatio: unde August. Felix qui se cognoscit &c.

C A P.

II.

AD maiorem tamen euentiam prædictorum nota quattuor diuisiones siue distinctiones de ignorantia. Prima diuisio est quod est ignorantia iuris de qua dictum est sup. immediatè: & ignorantia facti: & hoc duobus modis: primo quia est factum in differens ad salutem, & ad officium, & ignorantia talis facti excusat: secundo est factum necessarium ad salutem ut quod Christus est passus, & hæc ignorantia si potest vitari sicut in iudeis, & paganis non excusat. Si verò non potest vitari sicut in illo qui vsu rationis caret à sua natiuitate excusat. Secunda diuisio ignorantie est, quia vel ignorantia est simplex vel est crassa vel affectata. Prima igitur ignorantia scilicet simplex est quando aliquis nescit quod tenetur scire: facit tamen aliquid sed non quicquid potest, & hæc ignorantia excusat à tanto sed non à toto. Secundo ignorantia scilicet ignorantia crassa est quando aliquis negligit scire quod tenetur, nec tamen vult se nescire, & hæc minus excusat quam supradicta. Tertia ignorantia scilicet affectata est quando aliquis negligit scire ea quæ tenetur scire, & placet ei nescire: & talis ignorantia non excusat sed potius accusat, & aggrauat. Tertia diuisio ignorantie est, quod quædam ignorantia est inuincibilis, quædam uero uincibilis. Prima ignorantia scilicet inuincibilis est duplex. Alia enim est inuincibilis per naturam ut in puero qui ratione non potest uti, & in decrepito qui non potest discernere, & in eo qui nascitur amens: & hæc excusat à toto. Alia verò ignorantia inuincibilis est ex casu, & contingit dupliciter: primo quia incidit à sua culpa,

talis ignorantia secundum aliquos non excusat à toto: secundo quando incidit sine sua culpa, & tunc excusat à toto.

Quarta diuisio de ignorantia datur ex parte efficientis, quia alia ignorantia est voluntaria, alia verò inuoluntaria. Ignorantia vero voluntaria siue affectata dicitur duobus modis: primo modo directè, & principaliter, sicut cum aliquis studiosè aliqua vult nescire ut de peccato excusetur, uel ut à peccato non retrahatur, sed ut habeat maiorem libertatem peccandi: de qua ignorantia in persona peccatorum loquitur. Iob. 21. dicens Dixerunt domino Deo, recede à nobis uiam scientiarum tuarum volumus: secundo modo ignorantia est affectata, & voluntaria secundario, & indirectè scilicet cum aliquis propter uerecundiam uel laborem, & alias occupationes negligit scire ea, propter quæ retrahitur à peccato, unde Bern. in quadam epistola sic dicit: Multa scienda nesciuntur, aut sciendi insuria, aut discendi desidia, aut inquirendi uerecundia. Hæc B. Thomas 1. 2. quæst. 76. art. 3. in corpore quæst per totum. Ignorantia vero inuoluntaria dicitur duobus modis: primo quia aut fuit à principio inuoluntaria, & hæc est poena non peccatum simpliciter, & hæc excusat à toto: Secundo modo aut fuit à principio voluntaria, & postea facta est inuoluntaria: & hæc excusat à tanto, & non à toto.

De Incarnatione.

S V M M A R I V M.

- 1 Quattuor consideranda circa incarnationem Christi.
- 2 Incarnatio debuit uirgini annūciari per Angelum.
- 3 Debuit annuntiari per Angelum uisione corporali.
- 4 Angelus Annuntiando, omnia debite obseruauit.
- 5 Beata uirgo fuit, sanctificata ante

- quàm ex utero nasceretur.
- 6 Ex duabus sanctificationib. quatuor priuilegia habuit.
 - 7 Beata virgo habuit sex priuilegia.
 - 8 Maria fuit virgo ante conceptum, & in conceptu.
 - 9 Cōueniens fuit vt Maria esset virgo in partu.
 - 10 Maria fuit etiam virgo post partum.
 - 11 Maria virginitatem vouit Deo, et quando.
 - 12 Beata virgo præ alijs habuit priuilegium maternitatis.
 - 13 Christus rationabiliter, de virgine nasci uoluit.
 - 14 Christus quare uoluit nasci de virgine desponsata.
 - 15 Christus uoluit nasci de matre perfecta qua nulla post Deum creatura perfectior.
 - 16 Tria concurrunt ad conceptionem Christi.
 - 17 Conceptio Christi fuit in instanti nostra autem in tempore.
 - 18 Christus habuit plenitudinem gratiæ secundum tres rationes causarum.
 - 19 Christus in instanti conceptionis tria priuilegia habuit.
 - 20 Unio naturæ diuinæ, & humanæ in Christo, ratione naturarum est minima unionum.
 - 21 Quot modis unio naturarum est incompræhensibilis à ratione.
 - 22 Incarnatio Filij Dei est vigore inseparabilis.
 - 23 Ex incarnatione quattuor bona secuta sunt.
 - 24 Causa incarnationis filij Dei fuit redemptio hominis à peccato.
 - 25 Conueniens fuit Deum incarnari.
 - 26 Conueniens fuit quòd sola persona filij Dei incarnaretur.
 - 27 De potentia Dei absoluta Deus potuit quamcunq; naturam assumere.
 - 28 Tempus fuit conueniens ad incarnationem filij Dei.
 - 29 Cur Christus tempore gratiæ uoluit incarnari.
 - 30 De loco Natiuitatis Christi.
 - 31 Dei filius conuenienti tempore uoluit incarnari.
 - 32 Per quem modum Natura humana, & Diuina fuerunt unitæ in persona Christi.
 - 33 Incarnatio exprimitur verbo substantiuo cum dicitur Deus est homo.
 - 34 Hæc ineffabilis unio exprimitur participio, factus.
 - 35 Idem abundantius explicatur.
 - 36 Quare Beatus Iohannis in expressione incarnationis posuit carnem.
 - 37 Filius Dei uoluit incarnari, ut hominem sex modis ad bona promoueret.
 - 38 Christus uoluit incarnari quinque rationibus quibus remoueret à malo.
 - 39 Deum incarnari possibile est quatuor rationibus.
 - 40 Aliter de nobis aliter de Deo quòd ad tempus natiuitatis.
 - 41 Filius Dei assumpsit ueram carnem, & ueram animam sicut ceteri homines.
 - 42 In conceptione, Christi quattuor mirabilia fuerunt.
 - 43 Filius Dei naturam humanam assumpsit sapienter.

- 44 *Christus voluit incarnari ab ostendam humilitatem.*
 45 *Tria sunt de ratione mediij qua cōueniunt Christo mediatori.*
 46 *Cōueniens fuit quòd filius Dei incarnaretur, ut natura lapsa repararetur.*
 47 *Non Angelus non purus homo, sed solus Christus satisfecit pro peccato.*
 48 *Solus Christus redemptor dici debet.*

C A P. I.



INCARNATIO.

De incarnationis misterio quo Deus pro salute humani generis factus est homo consideranda sunt quattuor, scilicet an nuntiatio dominica, seu angelica, sanctificatio virginea, conceptio mirifica, incarnatio dominica.

Primò circa incarnationis mysteriū consideranda est annuntiatio angelica. Congruum. n. fuit annunciare Beatæ virginis q̄ ipsa esset conceptura Christū: & hoc triplici ratione, scilicet, ut eius intellectus erudiretur, affectus approbaretur, consensus exprimeretur. Prima ratio est vt virginis intellectus erudiretur, & illustraretur. Cum. n. mens Deo vicinior, & intimior sit quàm corpus non decebat, vt Dei sapiētia eius vterum inhabitaret sine hoc q̄ mēs eius prius cognitione summe sapientiæ resplenderet. Et ideò prius debuit mēs eius intelligere, & cognoscere quod in ea fiendum erat quod per annunciationem factū est antequam carnē conciperet: vnde Aug. in lib. de verbis domini sic ait. Beatior est Maria percipiendo fidem Christi quàm concipiendo carnem Christi. Et subdit ibidem Materna propinquitas nihil Marię profuisset, nisi felicius Christū corde quàm corpore gestasset. Secunda ratio est, vt virginis affectus, uel actus acceptaretur, & approbaretur. Nam Deus non diligit coacta serui-

tia, sed spontanea, & voluntaria, ut qui ei obsequunt ex ipso ministerio mereantur: vnde cum beata virgo singulariter, & excellenter in Dei ministeriū eligeretur quem utero portauit lacte aluit, brachiis baiulauit, decuit ut eius obsequiū voluntarium Angelo nunciante requireretur: ad quod se promptam, & paratam obtulit dicens: Ecce Ancilla &c. Tertia rō est, vt virginis consensus exprimeretur. Si enim in matrimonio corporali requiritur expressus consensus per verba de presenti, multo magis in matrimonio spiritali cum sit maior coniunctio mentis, quàm carnis. Et ideò vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter Dei filium, & humanā naturam, ideò per annunciationem Angeli expectabatur consensus virginis loco totius humanæ naturæ.

Sed fortè argues in oppositum, scilicet ex parte virginis non exigebatur consensus tali ratione: Annuntiatio ad hoc solum necessaria videbatur, vt consensus virginis haberetur, sed consensus virginis nō videtur necessarius fuisse, eò q̄ eius conceptus fuit prænunciatus prophetia prædestinationis, cuiusmodi Hieronymus in Gl. Matt. 1. hanc dicit esse prophetiā: Ecce virgo concipiet: Isaia 7. Quæ sine nostro completur arbitrio: ergo non requiritur aliquis consensus ex parte virginis ratione cuius oportet annunciationē fieri. Respondeo & dico, q̄ prophetia prædestinationis completur sine nostro arbitrio causante, non tamē sine nostro arbitrio consciente. Hæc Beatus Thom. 3. scrip. senten. distinc. 3. de annunciatione facta per Angelum, artic. primo quæst. 1. in cor. q. & in solut. 3. argumē. ibidem, & iterum 3. parte sum. q. 30. de annunciatione Beatæ Virginis, arti. 1. in cor. q. & in sol. 1. arg.

C A P. II.

Ad maiorem euidentiam capituli præcedentis circa Annunciationē Beatæ Virginis consideranda sunt tria, scilicet Gabrielis annuntiatio, corporalis apparitio, ordinis observatio vel perfectio. Primò circa

Tertia ratio.

Oppositio.

Nuntiatio virginis congrua.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Diuina p Ange los pue niūt ho minib.

circa annunciationē beatæ virginis cōsideranda est Gabrielis annuntiatio. Debuit. n. Dei matri annunciari per Angelū diuinę incarnationis mysteriū: & hoc triplici rōne. s. restorationis angelicę, ordinationis diuinę, virginalis mūdicię: primò ratione diuinę ordinationis, Nā diuina ordinatio dignē debuit obseruari: sed ex diuina ordinatione procedit, q̄p mediantrib. angelis ad homines diuina perueniant: unde Diony. 4. c. cēl. Hierar. dicit, q̄p per diuinū Iesū benignitatis mysterium angeli primum edocti sunt, postea per ipsos ad nos gratia cognitionis tranſiuit: secundo rōne restorationis angelicę. Sicut. n. perditio humana initiū ſumpſit ex hoc, q̄p diabolus allocutus est mulierem. ita (ut dicit Beda) congruū appareret humanę reparationis exordiū, ut angelus virginem alloquatur: unde Beda in Homel. sic ait. Aptum humanę restorationis principiū, ut angelus a Deo mitteretur ad virginem partui cōsecrandam diuino: quia prima perditionis humanę naturę causa fuit cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem spiritu supbię, decipiendā. Tertio rōne virginalis mūdicię, vel rōne cōmendationis virginę: conueniebat. n. virginitati matris Dei vt angelus ad virginem mitteretur: unde Hiero. in sermone assumptionis beatæ virginis sic ait: Benē Angelus ad virginē mittitur, quia semper est angelis cognata virginitas, profectō in carne præter carnē uiuere non terrena vita est, sed cōlestis: quartō hoc idem probō, rōne utilitatis futurę: nā ille annūciabatur qui est rex oīum hominū, & Angelorum, cuius natiuitas sicut in salutem hominū fuit, ita, & in reparationē ruinę angelicę, & ideo decuit ut tam homines quā angeli in annunciationis mysterio ministeriū exhiberent: quinto hoc idē patet rōne pfectionis præcipuę, quia maioris sapien tię ostensum est miraculum factū in cōceptione Christi ex virgine quā in cōceptione Ioh. ex sterili. Sed conceptio Ioh. annunciata fuit p angelū matri, ne fortuitu, sed ex Dei providentia accidere putaretur, ergo multo amplius cōceptionē Christi annuntiatio præcedere debuit: propter quod Lucē 1. dī. Missus est Angelus Gabriel. Hæc b. Tho. 3. scri. sent. dist.

3. de annunciatione facta per angelum: art. 2. q. 1. in cor. q. & ī 3. parte sum. q. 30. art. 2. in cor. q. per totū. Sed fortē argues in oppositū sic: Superior non instruitur per inferiorē, sed biā virgo superior fuit angelis, quia Deo acceptior, ergo nō debuit sibi per angelum Christi conceptio annunciari. Resp. & dico, q̄ quāuis beata virgo superior angelis fuerit secundum acceptionē diuinę pdestinationis: erat tamen eis inferior quantū ad statum, quia ipsa in statu uię erat, angeli uero in statu patrię. vnde non est inconueniens, ut angelus in hoc superior virgine eā instrueret. Vel aliter: Licet. n. mater Dei superior esset angelis quantū ad dignitatē ad quam diuinitus eligebatur: quantū ad statum præsentis uitę inferior erat angelis: nec mirum, quia etiam ipse Christus rōne passibilitatis uitę modicum est ab angelis minoratus. Sed tamē, quia Christus fuit viator, & cōprehensor quantū ad cognitionem diuinorū non indigebat instrui, sed mater Dei nondum erat in statu cōprehensorum, & ideo de diuino conceptu erat per angelos instruenda. Hæc b. Th. 3. scri. sent. dist. 3. de annunciatione facta per angelum. art. 2. q. 1. in cor. quæst. & iterum. 3. parte sum. quæst. 30. arti. secundo in cor. quæst. per totum.

Maria angelis superior & inferior.

CAP. III.

SECUNDO circa annunciationē beatæ virginis consideranda est cor. 3. poralis apparitio. Nam conceptio, & incarnatio verbi Dei non debuit uirgini nunciari a uiro aliquo, quia uirgo Maria sub viri potestate non fuit sicut alię mulieres: nec debuit instrui a Ioseph, quia de semine viri non debuit concipere: nec debuit nunciari ab angelo visione intellectuali, sed corporali: quod probō triplici ratione, scilicet maioris similitudinis, celsitudinis, certitudinis. Primo. n. angelus visione corporali virgini debuit apparere ratione maioris similitudinis. Nam sicut Deus qui est inuisibilis carnem visibilē debebat assumere, sic Angelus qui est inuisibilis in carne visibili debuit apparere. Secundō ratione virginalis celsitudinis. Fuit enim conueniens virginis dignitati, vt sicut ipsa non solum mente,

sed

sed etiam carne debebat Christum concipere, sic, & Angelus debebat ei apparere non solum mentali, sed etiam visione corporali, ut non solum eius intellectus, sed etiam sensus delectaretur. Tertio ratione maioris certitudinis. Nam corpora seu sensibilia manifestiora, & certiora sunt nobis quam ea quæ uisione imaginaria apprehendimus: unde ut illud quod annunciabatur manifestius esset Beatæ Virgini Angelus visione corporea debuit apparere. Vel dicas, quod ideo Angelus visione corporali debuit apparere triplici ratione: primo ut annunciatio esset certior: in his enim quæ visibiliter cernimus minus decipimur: secundo ut annunciatio esset plenior, vel completior: nam secundum Dionysium in epistola ad Titum: hæc est causa quare diuina per figuras corporales nobis proponuntur, ut utraq; hominis uita, scilicet sensitua, & intellectiua secundum suam proprietatem diuina cognitione illuminetur: tertio ut annunciatio esset similior, uel cōuenientior. Nam annunciatio debebat proportionari ei qui annunciabatur: annunciabatur autem missio uisibilis filij Dei in mundum: unde decenter Angelus annunciās corporali uisione apparuit: quarto ut annunciatio esset melior, & perfectior: quauis enim intellectualis visio ex se sit melior corporali: tamen utraque simul efficacior inuenitur quam altera propter connaturalitatem humanæ cognitionis ad sensum: propter quod beatus Augustinus in quodam sermone inducit beatam virginem sic dicentem: Venit ad me Gabriel Archangelus, facie rutilans, ueste coruscans, incessu mirabilis. Hæc autem non possunt pertinere nisi ad corpoream uisionem, ergo tali uisione Angelus nunciāns beatæ virginis apparuit.

Sed fortè argues in oppositum sic, visio intellectualis uidentem non stupefacit, sed corporalis: unde etiam de ipsa uirgine cantatur: Expauescit uirgo de lumine, sed melius fuisset, quod a tali perturbatione mens eius fuisset seruata, ergo &c. Respondeo & dico secundum Origenem super Lucam, qui dicit: Quod Angelus apparens sciens humanam naturam & præcipue virginem esse fragilem, quia virginum est trepidare, & ad omnem in-

gressum viri patere, ut dicit Ambrosius super illo verbo Lucæ primo: Quæ cum audisset turbata est &c. Ideo perturbationi humanæ naturæ, & fragilitati medetur. Unde tam Zachariæ quam Mariæ post perturbationem dicit: Ne timeas &c. Et per hoc dicitur uel legitur in uita Antonij. Non difficilis est bonorum spirituum malorumque discretio. Si enim post timorem successerit gaudium, a domino sciamus uenisse auxilium, quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est. Si autem incussa formido permanferit, hostis est qui uidetur. Hæc beatus Thomas 3. parte sum. q. 30. de annunciatione beatæ virginis artic. 2. utrum Angelus nunciāns beatæ virginis corporali uisione debuit apparere, in cor. quæst. & in sol. tert. argum. ibidem. Et iterum tertio scrip. senten. distinct. 3. de annunciatione facta per Angelum, artic. primo, quæstio. secunda, in corp. quæstion. & in sol. secund. ar. ment.

CAP. IIII.

Tertio circa annunciationem angelicam factam beatæ virginis consideranda est ordinis obseruatio & cōpletio. Nam annunciatio facta beatæ virginis congruo modo, & ordine per Angelum est completa. Quod ostendo per tria quæ Angelus circa virginem facere intendebat, scilicet primo virginis animum attentum facere, secundo virginis intellectum instruere, tertio virginis consensum exigere. Primo enim Angelus uoluit, & intendit virginis animum attentum facere: & hoc tribus modis: primo ostendendo virginis meritum cum dixit: Gratia plena: secundo ostendendo prolis consortium: unde dixit: Dominus tecum: tertio ostendendo honoris singularis priuilegium, cum dixit: Benedicta tu &c. Secundo Angelus intendebat virginis intellectum de incarnatione instruere: & hoc tribus modis: primo ostendendo, uel prænunciando conceptum mirificum: unde dixit: Concipies &c. scdo ostendendo donum eximium: unde dixit: Hic erit magnus &c. tertio ostendendo modum congruum, & insolitum: unde subiungit: Spiritus sanctus superueniet in te &c.

Tertio

4.

Tria angelus intendebat.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Cur Angelus visibiliter apparuit.

Species Angeli.

Oppositio.

Tertio angelus intendebat uirginis affectum ad consensum inducere; & hoc tribus modis: primò ex conceptione senis, & sterilis: unde dixit: vt ecce Elisabet cognata tua. idest affinis scilicet de eadem stirpe nata, & ipsa concepit filium in senectute sua: secundo ex determinatione mensis, & temporis: unde dixit: Et hic mēsis est sextus illi quæ uocatur sterilis: q. d. Illa quæ uocatur & est sterilis iam habet sex menses ut eius conceptus sit certus, ita q̃ occultare non possit: tertio eam ad consensum inducit ex mirificatione infinitæ uirtutis diuinæ, unde audita omnipotentia Dei cui maximè fides innititur cū dixit: Nihil est impossibile apud Deū. Respondit & assensit, & dixit: Ecce ancilla &c. Hęc b. Tho. tertia parte sum. q. 30. de annunciatione beatæ uirginis, articu. 4. in corp. q. per totum. Vbi circa annunciantem Angelum nota tria scilicet qualis nominis, cuius ordinis, quanti culminis.

Nomen
Angeli
officio
cōgruit.

Primò nota circa angelum qualis nominis: non. n. quilibet angelus annunciauit uirgini Christum nasciturum ex ea sed Gabriel: ita dicitur Lucæ. 1. Missus est Angelus Gabriel &c. quod quidē nomē officio suo congruit: quod patet, quia secundum Gregoriū Gabriel fortitudo Dei interpretatur, ad ostendendum q̃ incarnationis opus erat per Dei fortitudinem nunciandum. Et similiter ad ostendendum q̃ dominus uirtutum, dominus fortis, & potens ueniebat ad debellandum aereas potestates, ita q̃ Gabriel qui interpretatur fortitudo Dei annunciauit uirgini: primo quia fortis missus est ad fortem uirginem super omnes mulieres, prouerb. ultimo. Mulierem fortem quis inueniet? secundo forti est missus propter fortem. s. propter Christum. Psal. Dominus fortis, & potens &c. tertio fortis missus est contra fortem. s. contra diabolū: Hier. 46. Fortis impegit in fortem. Secundo circa Angelum nota cuius ordinis. Nā angelus nunciāns non fuit de suprema nec de media Ierarchia, sed de medio ordine infimæ Ierarchiæ, q̃ est ordo Archangelorum: & hoc triplici ratione scilicet utilitatis, communitalis, proprietatis: primò enim archangelus qui est de medio ordine infimæ Ierarchiæ est missus ad

maiores uirginem ratione utilitatis. Cū enim Christus nasceretur ut inordinationē quæ in angelis acciderat repararet: decuit ut in sua conceptione ordo ille celestis Ierarchiæ maximè seruaretur, ut. s. supremi angeli mediantibus infimis homines illuminarent: secundo ratione communitalis: ut enim tantum ministerium esset communius, decuit ut inferior angelus scilicet Gabriel nunciaret. Cum. n. inferiores angeli agant id quod a superioribus recipiunt, & non econuerso, dum inferiores angeli nunciant, annuntiatio per superiores, & inferiores expletur, qd̃ non esset si superiores immediatè annuntiarent: tertio ratione proprietatis, quia sic saluatur proprietas ordinum, ut patet supra. Angelus, de proprietatibus tertiæ Ierarchiæ. Req. ibi. Nam ad Angelos pertinet dirigere actus alicuius hominis qui ad ipsum tātum pertinent: unde dicuntur minima nunciare: Ad Archangelos uerò pertinet dirigere actus hominis, qui in totam multitudinem reducant: unde, & medij scilicet archangeli dicuntur quasi principes angeli. Quia ergo consensus beatæ uirginis qui per angelū requirebatur erat actus singularis personæ, in multitudinis salutem, redundans, immo totius humani generis Angelus Gabriel esse debuit de ordine archangelorum.

Tertio circa angelum annunciantem nota quāti culminis fuit. Si autem queritur, an angelus annuncians beatæ uirgini concepturam se Christum inter omnes angelos supremus uel summus fuerit. Respondeo, & dico q̃ non fuit summus simpliciter, quia nec de suprema Ierarchia: nec etiam de media fuit. Potest autē dici supremus uel summus duobus modis: primò quia credibile est q̃ fuerit summus in ordine archangelorum: secundo dicitur fuisse summus, quia summa idest incarnationem saluatoris, & salutem humani generi uirgini nunciavit. Et sic exponit Beatus Greg. in homel. de centum ouibus. Hęc b. Th. 3. script. sent. dist. 3. de annunciatione facta per Angelum, artic. 2. q. 2. in corp. q. & in sol. 1. arg. ibid. & iterum tertia parte sum. q. 30. de annunciatione beatæ uirginis: artic. 2. in sol. 4. arg.

De sum
mitate
Gab.

CAP. V.

Secundo principaliter circa incarnationis mysterium considerata est sanctificatio uirginis. Nam beata uirgo præ alijs tres excellentias habuit scilicet sanctitatis, uirginitatis, maternitatis: primo, n. fuit beata uirgo in utero sanctificata secundo perpetua uirgo immaculata, tertio ab æterno mater uerbi electa. Primò, n. fuit beata uirgo in utero sanctificata non, n. beata uirgo fuit sanctificata antequam eius caro in utero matris suæ conciperetur. Quod probō duplici ratione. Prima est talis: Quod non est non potest sanctificari: sed beata uirgo antequam in utero matris suæ conciperetur non fuit, ergo sanctificari non potuit. Secunda ratio est talis: Sanctificatio fit per gratiam, ergo quod non est susceptiuum gratiæ, sanctificari, non potest: sed antequam caro conciperetur est sine anima quæ est susceptiuum gratiæ, ergo &c. Similiter caro beatæ uirginis ante infusionem animæ sanctificata non fuit. Quod probō duplici ratione scilicet ordinis, & contrarietatis: primo ratione ordinis sic: In partib. hominis est talis ordo, quod anima est Deo propinquior quàm corpus. Cum ergo uirtus agentis prius perueniat ad id quod est propinquum quam ad id quod est remotum, gratia sanctificationis uenit ad corpus per animam, & non è conuerso. Et ideo antequam caro uirginis animaretur sanctificari non potuit: secundo hoc idem probō ratione contrarietatis sic: Contraria habent fieri circa idem: sed gratia sanctificationis præcipue opponitur peccato originali, cum ergo in carne ante infusionem animæ peccatum originale esse non possit, quia proprium animæ rationalis est quod sit subiectum culpæ: ergo ante animationem caro beatæ uirginis sanctificata non fuit, quia nondum gratiæ capax erat. Similiter beata uirgo in ipso instanti infusionis animæ sanctificata non fuit, ut scilicet per gratiam tunc super infusam conseruaretur, ne culpam originalem incurreret. Cuius ratio est, quia tunc redemptione non eguisset. sed hoc singulare scilicet redemptione non indigere in

toto humano genere conuenit solo Christo, quia ipse est caput nostrum; ergo nec beatæ uirgini nec alicui præter Christo concessum est, non est infectum originali macula, & per consequens non indigere redemptione: & ideo beata uirgo fuit sanctificata ante natiuitatem suam ex utero matris eius: quod tripliciter probō. scilicet ratione, comparatione, celebratione: primo probō hoc ratione sic: Anselmus de conceptu uirginali loquens de uirginis puritate sic dicit: Dicebat quod conceptio Christi de matre purissima fieret, quod illa puritate uigeret qua maior sub Deo nequit intelligi: sed si non fuisset sanctificata in utero matris suæ, iam intelligeretur maior puritas, & sanctitas scilicet in Iohanne, & in Hieremia, quàm in beata uirgine, eò quod tales in utero sanctificati fuerunt: ergo relinquitur quod beata uirgo prius fuit sanctificata quam ex utero matris suæ nata: secundo probō hoc idem comparatione sic: Maius est Christum generare quam Christum prænunciare: & ideo si Iohannes, & Hieremias qui Christum prænunciauerunt, sanctificati sunt in utero antequam nati, multo magis beata uirgo quæ Christum genuit sanctificari debuit in utero matris suæ: tertio hoc idem probō celebratione sic: Ecclesia non solemnitizat nisi pro aliquo sancto, celebrat autem, & solennizat natiuitatem beatæ uirginis. ergo beata uirgo antequam ex utero nasceretur sanctificata fuit, & sic sanctificata fuit antequam nata fuit.

Sed fortè argues in oppositum sic: Beatus Hieronymus dicit: Non mihi credas si aliquid tibi dixerò quod tibi non tradidero ex nouo uel ueteri testamento: sed de sanctificatione beatæ uirginis in utero nihil dicitur in ueteri uel nouo testamento, ergo non est credendum eam in utero sanctificatam fuisse. Respondeo, & dico, quod sicut in scripturis sacris ueteris uel noui testamenti non traditur de assumptione uel natiuitate beatæ uirginis, ita nec de eius sanctificatione scilicet quod fuerit sanctificata. Tamen sicut de eius assumptione in cælum cum corpore Aug. in sermone de assumptione beatæ uirginis ratione argumentatur, ita etiā rationabiliter de eius sanctifica-

his omnibus egregie satisfice potest

Vide Scot. 3. sententiarum dist. 3. q. 1.

ficatione argumentari possumus, q̄ fuit sanctificata i vtero, ita q̄ sanctificatio beatæ virginis in scriptura habetur, & probatur tripliciter: primò i significatione: unde in psal. Sanctificauit tabernaculū altissimus: secundò ex fide, quia quod alijs est concessum tantæ virgini nō est negatum, sed secundum fidem creditur q̄ Hieremias, & Iohannes Baptista sint sanctificati, ergo multò magis, & fortius beata virgo: tertio habetur ex sacræ scripturæ serie. scilicet ex his, quæ in scriptura veteris, & noui testamenti leguntur. Si enim Iohannes, & Hieremias, qui Christum pronunciauerunt in vtero sanctificati sunt, multò magis beata virgo, quæ Christum genuit in utero matris suæ fuit sanctificata. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 3. de sanctificatione beatæ virginis, art. 1. quæst. 1. 2. & 3. in argumentis contra, & in cor. q. & in sol. argumentorum ibidem: & iterū tertia parte sum. q. 23. ar. 1. & 2. & in cor. q. & in sol. argumentorum.

CAP. VI.

EST autem sciendū ad maiorem euidentiam capituli præcedentis, q̄ duplex sanctificatio beatæ virginis esse cognoscitur: prima ante eius ex utero natiuitatem, secunda in saluatoris cōceptione ex qua facta est idonea ad hoc, ut esset mater Dei. Ex his aut duabus sanctificationibus habuit beata virgo excellenter quattuor priuilegia: primò. n. fuit emundata à peccato originali: secundò fuit præseruata à peccato actuali: tertio fuit impleta, uel pfecta dono spūali: quarto fuit confirmata in bono super naturali.

Primò beata virgo per illam sanctificationem in utero fuit emundata à peccato originali: quod tali ratione ostendo. Sanctificatio beatæ virginis fuit excellentior sanctificationibus aliorum, sed in sanctificatione, quæ fit per legem communem in sacramentis tollitur culpa originalis, ergo multo magis in sanctificatione beatæ virginis, quæ facta est in utero per gratiam spiritus sancti specialem.

Sed fortè argues in oppositū. scilicet q̄ beata virgo per illam sanctificationem non fuit emundata à peccato originali tali ratione. Remoto peccato originali reatus

peccati remanere non pōt: sed postquam beata virgo sanctificata fuit, adhuc reatus peccati originalis mansit in ea: quod patet, quia si ante mortem Christi beata virgo defuncta fuisset caruisset visione diuina, quæ est pēna peccati originalis: ergo per sanctificationē in utero à peccato originali liberata nō fuit. Respondeo, & dico, q̄ beata virgo fuit sanctificata in vtero à peccato originali quantū ad maculā personalem, non tamen quantū ad maculam naturæ, & ideo remansit in ea tunc reatus naturæ, qui per hostiā, & passionē Christi est sublati, sicut ēt de sanctis patribus dicitur, qui fuerunt ante Christū, qui non iurauerunt paradisi, nisi per hostiā Christi. Secundò beata virgo per primā sanctificationē. scilicet in utero fuit præseruata a peccato actuali. scilicet mortali, & ueniali: quod tripliciter probo. scilicet rōne, operatione, & auctoritate: primò probo rōne sic: Vbi Deus plenè habitat ibi nullū pōt esse peccatum: unde Sap. 1. dicitur: In maliuolam animā non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sed Dei sapientia non solū aīam virginis intrauit sicut ēt dicitur de cæteris. Sap. 7. In animas sanctas se transfert, sed etiam corpus eius inhabitauit, carnē de ipsa assumens, ergo in beata virgine ex tunc nullum peccatum fuit. Secundò probo hoc idem operatione sic. Nā duplex est in generali sanctificationis effectus, scilicet emundare, & confirmare: unde sicut in prima sanctificatione fuit in beata virgine emundatio à peccato originali, ita per gratiam sanctificationis, cōseruationem fuit consecuta ab omni peccato actuali. Quæ quidem immunitas ab omni actuali peccato i beata virgine causabatur ex tribus: primò ex ligatione fomitis, scilicet ex ligatione concupiscentiæ quæ ad malum non incitabat. Requ. infra cap. sequenti de fomite: secundò ex operatione gratiæ quæ in bonum eam ordinabat, quamuis nondum per eam liberum arbitrium esset in fine ultimo stabilitum sicut est in beatis qui iam perueniunt ad finem viæ: tertio ex cōseruatione diuinæ prouidentię quæ eam intactam, & immaculatā custodiuit ab omni peccato, sicut etiam in primo statu hominem custodiuit ab omni nociuo. Tertio

In originali duplex macula.

Sanctificationis duplex effectus

hoc idem probo auctoritate Beati Ber. ad canonicos Lugdunenses sic dicentis: Puto quod copiosior gratia sanctificationis in ipsam descendit, quæ non solum ipsius ortum sanctificauit, sed et eam ab omni peccato deinceps immunem custodiuit: ergo beata virgo per primam sanctificationem. scilicet in utero cōsecuta est præseruationem ab omni peccato. Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod post primam sanctificationem beata virgo non solum uenialiter, sed etiam mortaliter peccauit, & hoc auctoritate Aug. in li. de quæstionib. noui, & veteris testamenti sic dicentis: Maria per quam gestū est incarnationis mysteriū Saluatoris in morte domini dubitauit, non tamen in dubitatione permāsit: sed dubitatio de fide est peccatū, ergo beata virgo nō fuit immunis omnino à peccato Respondeo & dico, quod dubitatio quæ sonat in infirmitatē fidei sine peccato esse non potest, nec talis dubitatio in beata virgine fuit tēpore passionis, sed in ea remāsit fides firmissima, et apostolis dubitātib: sed fuit in ea dubitatio quædam, uel naturalis pietatis, uel admirationis dum considerabat eum quē tā dignē genuerat sic ignominiosē tractari, ex qua admiratione cōmode possit cogitare, & dicere: Est ne filius meus quē sic pati video? Tertiò beata virgo per primā sanctificationē scilicet in utero fuit impleta, & perfecta dono spūali, & hoc non solum respū sui, sed et respectu aliorum. quod sic patet: Licet. n. post primam sanctificationem. scilicet in utero fomes in beata virgine secundū suam essentiā subtractus nō fuerit, remanet tamen ligatus, & impeditus, non quidē per actum rōnis suæ sicut in uiris perfectis, & sanctis, quia non statim habuit vsum liberi arbitrii adhuc in ventre mris existēs, sed impeditus fuit fomes in beata virgine per gratiā sanctificantē quantum ad duo: primò ne fomes in peccatū inclinaret, aut à bono retraheret: secūdò quod adhuc amplius est, quia gratia sanctificationis non tū in beata virgine illicitos motus repressit, sed et in alijs efficaciā habuit. Dicunt et infideles, quod cū beata uirgo corpore pulcherrima fuerit, a nullo tamen unquam potuit concupisci, & has duas speciales prærogatiuas habuit sanctitas, uel sanctificatio B. Virginis præ-

oibus sanctificatis, uel in utero, uel in baptismo: tum quia eorū sanctitas, uel sanctificatio non cōprimebat in eis oēs motus illicitos: tū quia eorum sanctitas, seu sanctificatio non exinguebat oēm motū corporalem in alijs aspicientib. eos, sicut hæc in beata virgine faciebat. Quartò per secundam sanctificationē beatæ virginis in saluatoris cōceptione beata virgo Dei genitrix fuit cōfirmata in bono supernaturali, siue perenni: tū enim ex præsentia filij Dei in eius mente, uel ventre tāta grā fuit beatæ virgini superaddita, quæ potentiam liberi arbitrii eius nō solum impleuit, sed etiam confirmauit in bonū, ut in cōtrarium. scilicet mortale, uel veniale peccatū nunquā de cetero flecti posset. Hoc autē tripliciter probo. scilicet similitudine, rōne, & distinctione: primò probo similitudine sic: Vbi est plenitudo lucis, ibi habilitas ad tenebrā non manet: sed in conceptione Christi beata virgo tota diuino lumine fuit plena concipiens illum, qui est splendor paternæ gloriæ, ergo &c. unde Ezech. 43. Ecce gloria Dei Israel ingredietur per portā orientalem, idest per beatam virginem. Et terra, idest caro beatæ virginis splendebat à maiestate eius, scilicet Christi: secūdò hoc idem probo ratione sic: Sicut. n. materia celi ex eo quod substat formæ quæ oēm priuationē ab ea excludit: non est in potentia ad corruptionē, ita ex præsentia filij Dei mentali, & corporali tanta plenitudo gratiæ in beata virgine abundauit, ut potentia liberi arbitrii beatæ virginis sic esset confirmata in bonū, quod ad nullum peccatum mortale, uel ueniale de cetero vnquam deflecti posset: ut impleatur de ea quod dicitur canti. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: tertiò hoc idem probo sufficienti diuisione.

Vbi nota, quod potētia liberi arbitrii quinque modis considerari potest: primo modo prout se hēt ad peccandū, uel non peccandum indifferenter: & hoc modo fuit in Adā in statu innocentie: unde Eccles. 15. Reliquit eum in manu cōsiliij sui: per manum ibi itelligit libertatē liberi arbitrii: secundo modo consideratur potentia liberi arbitrii cum necessitate ad peccandū, ut est in non regeneratis per sacramentū baptismi in quibus fomes est, non solum

Confirmatio virginis in grā.

Infideles testantur pulchritudinē virginis.

ut dispositio ad peccandum, sed ut quædam necessitas: tertio modo consideratur potentia liberi arbitrii cum dispositione ad peccandum non tamen cum necessitate, ut est in regeneratis per baptismum in quibus est potentia liberi arbitrii cum dispositione ad peccandum, quia ab ipsis non auferitur fomes qui est dispositio ad peccandum inclinans non tamen necessitans: quarto modo consideratur potentia liberi arbitrii cum necessitate ad non peccandum mortaliter, sed non uenialiter sicut est in sanctificatis in utero in quibus non manet fomes secundum, quod est disponens, & inclinans ad mortale, sed tantum remanet inclinatio fomitibus ad uenialia, uidelicet in Hieremia, & Iohanne Baptista: quinto modo consideratur potentia liberi arbitrii cum necessitate ad nullo modo peccandum. scilicet nec mortaliter nec uenialiter: & hoc fuit precipue in beata uirgine per gratiam sanctificationis ultimæ, quæ ex diuinæ gratiæ plenitudine superabundauit omnibus alijs sanctificationibus. unde in beata uirgine tantum sanctificationis gratia abundauit, quod inclinatio fomitibus ab ea omnino ablata fuit, & quantum ad mortale, & quantum ad ueniale: & quod plus est, gratia sanctificationis tantum in uirgine abundauit, quod non solum in ipsa omnes illicitos motus repressit: sed et in alijs efficaciam habuit, ut supra patet hoc eodem c. unde Aug. dicit. Cum de peccatis agitur, de Maria nullam volo fieri mentionem. Sed forte argues in oppositum. scilicet quod per secundam sanctificationem ex presentia filij Dei Beata uirgo non fuit totaliter confirmata in bono talirone. Status hominis est triplex. scilicet innocentia: naturæ lapsæ, & gloriæ. In statu innocentia est potentia liberi arbitrii ad peccandum, & ad non peccandum. In statu uero culpæ est necessitas ad peccandum. In statu autem gloriæ est necessitas ad non peccandum, ita quod in duplici statu est potentia peccandi. Constat autem, quod beata uirgo post primam, & secundam sanctificationem non erat in statu gloriæ, sed uiæ. Ex quo arguo sic. In nullo qui est purus uiator, est liberum arbitrium confirmatum in bono. Cuius ratio est, quia potentia peccandi, & potentia moriendi eodem passu uir currere, ut non prius tollatur potentia peccandi quam potentia mo-

riendi. Sed B. uirgo etiam postquam saluatorem concepit ante mortem suam puratrix fuit, mori potuit sicut, & fecit, ergo ipsa non sic fuit per secundam sanctificationem confirmata in bono quin postea peccare potuit. Rñdeo, & dico, quod potentia peccandi duobus modis auferitur. Uno modo per hoc quod lib. arbi. coniungitur perfecte ultimo fini qui ipsum ita super, & semper implet, ut nullus defectus in eo remaneat: & hoc fit per gloriam: unde in nullo puro uiatore potentia peccandi sic soluitur, & cum hac ablatione potentia peccandi tollitur potentia moriendi nisi in Christo: in quo potentia moriendi dispensatiue remansit ad opus nostræ redemptionis complendum. Alio modo potentia peccandi auferitur per hoc, quod tanta infunditur græ abundantia quæ omnem defectum tollat, & sic in beata uirgine quando concepit filium Dei ablata est omnis potentia peccandi: quamuis ipsa B. Virgo remaneret in statu uiæ, ita quod B. uirgo in prima sanctificatione. scilicet in utero fuit liberata à culpa originali. In secunda sanctificatione. scilicet conceptione filij Dei fuit totaliter mundata à fomite. In sui assumptione, & glorificatione fuit totaliter liberata ab omni miseria tam mentis quam corporis.

Vnde B. uirgo triplicem gratiam præalijs est adepta: primo. n. in prima sui sanctificatione adepta est gratiam purgantem eam à peccato, & eam inclinantem ad bonum, secundo in secunda sanctificatione, in filij sui cōceptione adepta est gratiam cōfirmantem eam in bono: tertio in sui assumptione, & glorificatione adepta est gratiam perficientem eam in fruitione perfecta omnis boni.

Ad cuius euidentiam nota, quod puritas B. Virginis omnem puritatem tam hominum quam etiam Angelorum excessit, quod sic probo. B. uirgo habuit quadruplicem puritatem. scilicet sanctificationis in utero, innocentia, castitatis uirginis, & superuentionis spiritus sancti. Primo. n. in puritate sanctificationis in uentre excellebat puritatem Adæ quam habuit ante peccatum per cōfirmationem, quia beatissima uirgo cōfirmata erat in bono Adæ uero non. Similiter excellebat puritatem Angelorum, quia illi nec crescere possunt in primo substantiali nec decrescere: sed

Puritas virginis excedit homines, & Angelos.

beata virgo proficere potuit in merito, & nō deficere. Secundo in puritate innocentiae excessit omnem puritatem rationalis naturae, quia beata virgo uixit sine omni peccato. Tertio in puritate castitatis virginiae excessit homines, & Angelos: Angelos quidem, quia secundum Hieronymum hæc retinuit per uirtutem castitatis, quod in Angelis est necessitatis naturae. Item excessit homines, quia primū exemplar fuit huius integritatis. Quarto in puritate sanctificationis ex superuentione spiritus sancti, & præsencia Dei omnem creaturam excessit, ex quo esse meruit mater Dei. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 3. de annunciatione beatæ virginis, art. 2. q. 1. & 2. & 3. per totum. Et 3. parte sum. q. 27. art. 3. 4. & 5. per omnes. Et Alexand. 3. par. sum. q. 5. art. 16. in corp. q. & ibidem art. 19. in corp. q.

CAP. VII.

SI vero aliter uis præcedere, dicas quod beata virgo per primam, & secundam sanctificationem; & per suam in cælum assumptionem præ alijs sex priuilegia habuit. Primo. n. per primam sui sanctificationem. s. in utero, habuit peccati originalis emundationem fuit. n. tunc Dei genitrix totaliter à peccato originali munda, & hoc quantum ad maculam personæ non autem quantum ad maculam naturæ, propter quod si beata uirgo ante passionem Christi defuncta fuisset, nō admitteretur ad uisionem Dei sicut alij antiqui patres. Cuius ratio est quia quauis in eis remotus esset reatus pertinet ad personam, remanebat tamen reatus naturæ, qui per passionem Christi sublatus est. Hæc B. Tho. 3. scrip. sen. dist. 3. de annunciatione beatæ virginis, art. 2. q. 1. in solu. 1. arg. Et iterum tertia parte sum. q. 22. art. 1. in solu. 3. argu. ibidem. Secundo beata uirgo post primam sanctificationem scilicet in utero habuit fomitis ligationem. Vbi nota, q. fomes nihil aliud est quā inordinata concupiscentia sensibilis appetitus habitualis tantum, quia actualis concupiscentia est motus peccati. Dicit autē concupiscentia sensualitatis esse inordinata in quantum repugnat rationi: quod

quidem tripliciter facit. s. in quantum inclinatur ad malum, & difficultatem facit ad bonum: unde fomes prout personam respicit duplicem effectum habet, quorū primus est pñitas uel inclinabilitas ad malum: secundus est difficultas ad bonum, de quibus duobus dicit Aposto. ad Rom. 7. Non. n. quod nolo bonū hoc ago, hoc dicit propter difficultatem ad bonū. Sed quod uolo bonum hoc facio: illud dicit propter pronitatem ad malum. Per sanctificationem autē in utero nō fuit sublatus uirgini fomes secundū essentiam, sed fuit ligatus uel impeditus per gratiam sanctificantē, ne fomes in peccatū inclinaret aut à bono retraheret. Vbi nota, q. cōtingit aliquñ habitū ligari ne in actū exeat duplici de causa, uel per defectū, uel per uitiū, sicut sciētia per ebrietatē ligatur, ut dicit Phil. 7. Eth. uel per Dei donum sicut fomes in beata uirgine ligatus fuit per diuinam grām eius sensualitatem ab omni motu inordinato prohibentem. Hæc B. Tho. 3. scrip. sen. ubi sup. art. 2. q. 1. in corp. q. in fi. & iterum. 3. par. sum. ubi supra art. 3. in cor. q. iuxta principium, & iuxta finē. Tertio beata uirgo per secundam sanctificationem consecuta est fomitis subtractionem, & totalem extinctionem: nam in secunda sanctificatione, q. fuit in ipsa carnis Christi conceptione fomes ille secundū essentiam est subtractus, & extinctus. Cuius rō est, quia ex pñentia Dei quam beata uirgo mente, & carne habuit ex Christi conceptione debuit subtrahi id qd inclinatur ad malū, & retrahit à bono ut fomes facit. Sed fortē argues q. talis fomes nō fuit in beata uirgine extinguendus tali rōne. Nihil pertinet ad perfectionem uirtutis fuit beatæ uirgini subtrahendū, sed fomes est hmoi: unde & Paulo petenti à se carnis stimulum amoueri dictū est. Virtus in infirmitate perficit. 2. ad Corinth. 12. ergo cū matrem Dei deceret summa uirtutis perfectio, per sanctificationem in utero fomes ab ea remotus non fuit. Rñdeo, & dico, q. à beata uirgine in sanctificatione in utero fuit remotum omne illud quod per se inclinatur ad malum, & collatum illud quod per se promouet ad bonum, fomes autem non per se promouet in bonum, sed per accidens in quantum est in natura corrupta. Ex hoc. n. quod

Impeditur habitus ne rumpat in actū.

Quid sit fomes.

Cōme-
stio ser-
pētis sa-
nat le-
prā p ac-
cidents.

fomes inclinatur in malū, quæ quidē inclinatio paruum malum est occasiōē præbet vitandi maximū malum. scilicet superbiā. Si tamen hoc malum aliter vitaret simpliciter esset melius fomitem non esse: v. g. Sicut comestio serpentis per accidens iuuat in quantum aliquem a lepra liberat, cuius tamen comestio simpliciter sano homini est vitanda: & ideo beata virgini quæ simpliciter a peccato fuit sanata fomes ad perfectionem uirtutis non contulisset, si eam inclinasset ad malum: infirmitas autem carnis ad fomitem pertinens fuit in Paulo, & in alijs sanctis uiris perfectæ uirtutis occasio, non tamen causa sine qua perfectio haberi non possit: sufficit autem in beata uirgine ponere perfectam uirtutem, & abundantiam gratiæ, nec in ea oportet ponere occasionem perfectionis. Hæc b. Th. 3. scrip. sen. ubi sup. art. 2. q. 1. in cor. q. in fine, & in sol. 2. arg. ibid. & iterum 3. parte sum. ubi sup. art. 1. in sol. 2. arg. Quarto beata uirgo per sanctificationem in utero consecuta est ab omni peccato præseruationem. Nam beata uirgo qua fuit a Deo electa in matrem, ampliorem gratiam sanctificationis obtinuit quā Ioh. Bapt. uel Hierem. qui sunt electi, ut speciales præfiguratores sanctificationis Christi, cuius signum est, quod beatæ uirgini prælitum est ut decetero non peccaret nec mortaliter nec uenialiter. Alijs autem in utero sanctificationis creditur præstitum esse ut decetero non peccarent mortaliter diuina eos gratia protegente. Hæc autem gratia sanctificationis in beata uirgine inclinationem fomitis, & quantum ad mortale, & quantum ad ueniale omnino abstulit, ita quando solum in ipsa illicitos motus repressit, sed etiam in alijs efficaciam habuit, ut patet c. præc. Hæc b. Th. 3. scrip. sent. ubi sup. art. 2. q. 2. in sol. 4. arg. in fine: & iterum in 3. parte sum. ubi sup. artic. 6. in solu. 1. argu. Quinto beata uirgo per secundam sanctificationem consecuta est mentis in bono confirmationem. Nam ex præsentia filij Dei non solum in eius mentem, sed etiam carne habitantis in Christi conceptione tanta fuit plenitudo gratiæ beatæ uirgini superaddita, quæ arbitriū uirginis sic impleuit ut nunquam in contrariū flecti possit liberū eius arbitriū non tol-

lendo, sed eius defectum qui est posse in malum flecti: unde beata uirgo in secunda sanctificatione per superabundantem gratiam in tantum fuit in bono firmata, quod postea nunquam potuit, uel mortaliter, uel uenialiter peccare, quod nemini creditur esse donatum, sicut materia cæli, ex eo, quod substantia formæ quæ omnem priuationem ab ea excludit non est in potentia ad corruptionem, ita ex præsentia filij Dei in Christi conceptione mens uirginis intantum Dei gratia impleta fuit, quod nunquam de cætero mortaliter uel uenialiter peccare potuit, quod probatur quatuor rationibus. Primo ratione diuinæ electionis sic. Quando. n. Deus eligit aliquid ad aliquem finem disponit & perficit illud, ut sit idoneū, uel conueniens fini ad quod eligit illud, sed Deus eligit beatam uirginem ad finem istum. scilicet ut esset mater Dei, propter quod angelus dixit ei. Inuenisti gratiam apud Deum, Ecce concipies &c. Non autem fuisset conueniens matri Dei, si de cætero aliquo modo peccasset, uel peccare potuisset, ergo &c. Secundo, hoc idem probatur ratione redundantie honoris, uel confusionis sic. Quia sicut honor parentum redundat in filios, ut dicitur prou. 17. Gloria filiorum patres eorum, ita per oppositum ignominia uel confusio matris redundat in filium. Si ergo mater Dei unquam peccasset uel peccare potuisset, ignominia uel confusio fuisset filij sui quod est absurdum &c. tertio hoc idem probatur ratione mutue coniunctionis sic. Contraria nunquam conueniunt simul nec conuenire possunt sicut lux, & tenebra, bonum, & malum dulce, & amarum. Sed Christus est lux, & in eo tenebræ non sunt ullæ: peccator autem est tenebra, & tenebras querit. Ioh. 3. Omnis qui male agit odit lucem, ergo si beata uirgo unquam peccasset uel peccare potuisset, Christus de ea carnem non assumpsisset, quia non est conuentio Christi ad belial, ut dicit Apost. 2. ad Corint. 6. quarto probatur hoc idem ratione inauditiæ, & perfectæ habitationis sic: Christus singulari, & perfecto modo habitauit in uirgine, scilicet non tantum in mente, sed etiam in carne uel uentre. Si ergo mater Dei unquam peccasset uel peccare potuisset Deus in uentre eius non habitasset, quia sicut di-

Probat
quod Maria
non potuit pec-
care.

citur Sap. 1. In maliuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: propter quod dicitur Cāt. 4. Tota pulchra es amica mea &c. & Aug. in li. de natura, & gratia sic dicit: Cū peccaris agitur &c. & Hier. exponēs illud uerbum Lucæ. 1. Ave gratia plena: sic ait: Benè gratia plena, quia cæteris p partes præstatur: in Maria uero se totam infudit, uel diffudit gratiæ plenitudo. s. gratia emundationis ab omni peccato in prima sanctificatione, & gratia confirmationis in bono in secunda sanctificatione. Sicut enim in prima sanctificatione fuit emundata a peccato, ita in secunda sanctificatione mens virginis fuit confirmata in bono. Sextò beata uirgo in sui assumptione, & glorificatione consecuta est omnis boni fruitionem. Tunc enim omnis pœna, uel mentis, uel corporis a beata uirgine est subtracta, & per gratiam perfectam in gloriam transeuntem fini ultimo est coniuncta, ex quo immobilitas causatur. Hæc beat. Thom. 3. scr. senten. ubi supra, artic. 2. quæst. tertia, in cor. quæst. in fine: & tertia parte sum. q. 27. art. 3. in cor. q. & in sol. 2. arg. in fine.

C A P. VIII.

8. **S**ECUNDO principaliter Dei genitrix præ alijs habuit excellētiā uirginitatis: fuit enim perpetuò uirgo immaculata. Et hoc quinque modis. Fuit enim uirgo ante conceptum, in cōceptu, in partu, post partum, in uoto siue per uotum. Primò Dei genitrix fuit uirgo ante conceptum: quod probo quattuor rationibus quas require supra in fine capituli præcedentis immediatè. Secundò bñ Maria Dei genitrix fuit uirgo in conceptu: quod probo dupliciter. Primò auctoritate Isa. 7. dicentis: Ecce uirgo cōcipiet. Secundò idem probo quattuor rationib. ex quibus fuit cōueniens, q̃ Dei genitrix uirgo Christum conciperet. Primò p mittentis dignitatem, nascentis puritatem: primo enim Dei genitrix fuit uirgo in conceptu filij propter mittentis dignitatem conseruandam: filius enim alienius nobilissimi patris non debet attri bui alteri patri ignobili, & indigno; sed

Christus est æterni patris, scilicet Dei uerus, & naturalis filius, & consubstantialis: ergo non fuit sibi conueniens, ut alium patrem haberet quàm Deum, ne Dei patris dignitas ad patrē aliū trāsferretur. Secundò fuit cōueniens, ut Dei genitrix esset uirgo in conceptu filij ppter nascentis puritatem ostendendam. Videmus enim, q̃ flos a radice oritur sine radicis corruptione: & splendor a luce vel sole oritur sine solis, uel lucis corruptione uel læsione: & similiter uerbum a corde uel mente oritur absq; mentis corruptione. Cum ergo Christus sit flos a radice paterna procedens, & splendor lucis æternæ, & Dei patris uerbum, conueniēs fuit q̃ sine matris corruptione cōciperetur. Nam si conceptio nostri uerbi quod est imperfectum, corruptionem non patitur, multo magis conceptio perfecti uerbi, ut diuini corruptionem nō patietur. Quia igitur caro sic fuit a uerbo Dei assumpta ut esset caro uerbi Dei, cōueniēs fuit, ut ipsa caro sine corruptione matris conciperet: tertio conueniens fuit, ut Dei genitrix esset uirgo in conceptu filij propter humanitatis Christi nobilitatem exprimendam. Qui enim alios uult corrigere uel mundare, conueniens est immo necessarium, ut a culpa sit ipse immunis: Christus autem in hunc mundum uenit peccatores saluos facere, ut dicitur Matth. 1. Ipse. n. saluum fecit populū suū a peccatis eorum, ergo fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in quā pētū locū habere non debuit per quam peccatum mundi tollebatur, secundum illud Ioh. 1. Ecce Agnus Dei. s. Christus innocens, qui tollit pētā mundi, q̃ de matre uirgine, & incorrupta conciperet. Nō poterat autē esse, q̃ in natura iā corrupta ex concubitu caro nasceretur sine intentione originalis peccati: unde Aug. in li. de nuptijs, & concupiscentia dicit: Solus nuptialis cōcubitus ibi non fuit. s. in matrimonio Mariæ, & Ioseph, quia in carne peccati fieri non poterat sine ulla carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato, sine qua concipi uoluit, qui futurus erat sine peccato: quārtò fuit conueniens ut Dei genitrix esset uirgo in conceptu filij propter finis utilitatem assequendam: nā finis incarnationis Christi fuit

Finis in ut homines in filios Dei nascerentur. Re
carna nascuntur autem filij Dei non ex uolun-
tionis tate carnis, neq. ex uoluntate uiri, sed ex
princi- Deo idest ex Dei uirtute. Cuius rei signū
prio re- apparere debuit in ipsa cōceptione Chri-
sponde- sti ex matre uirgine immaculata, & incor-
 rupta, ut Aug. dicit in lib. de sancta uirgi-
 nitate; Oportebat caput nostrum scilicet
 Christum propter insigne miraculum se-
 cū dum corpus de uirgine nasci, ut signi-
 ficaret membra sua de uirgine ecclesia se-
 cū dum spiritum nascitura.

Sed, fortè argues in oppositum scilicet
 quòd mater Dei non fuit uirgo in conci-
 piendo tali ratione: Christus fuit eiusdē
 speciei cum alijs hominibus, secundum
 illud a Phil. 1. In similitudine hominum
 factus est; & habitu inuentus est, ut ho-
 mo, Cum ergo alij homines generentur
 ex commixtione maris, & feminæ, ui-
 detur quòd etiam Christus simili modo
 fuerit genitus, & ita nō conceptus ex uir-
 gine. Respondeo, & dico, quòd illa ratio
 locum habet in his, quæ procedunt in es-
 se per uiam naturæ, eò quòd natura sicut
 est determinata ad unum effectum, ita et
 est determinata ad unum modo produ-
 cendi illum. Sed cum uirtus spiritualis,
 scilicet diuina sit infinita, sicut non est de-
 terminata ad unum effectum ita etiam
 est determinata ad unum producendi
 modum quemcunque effectum. Et ideo
 quamuis uirtus naturalis non possit trās-
 mutare ad certam formam nisi determi-
 natam materiam, uirtus tamen diuina,
 quæ est infinita potest trāsmutare omnē
 materiam in quamcunque formam: un-
 de simul trāsmutauit limum terræ in
 corpus adæ ita in corpus Christi trāsmu-
 tauit materiam a matre ministratam,
 etiam si non esset sufficiens materia ad
 naturalem conceptum. Hæc bea-

tus Thomas. 3. parte summ.

quæstione 28. articulo 1.

in corpor. quæstio-

ne & in solu-

tione 4. &

quin

ta, argument. ibi-

dem.

CAP. IX.

Tertio mater Dei fuit uirgo in partu: s
 quod tripliciter probo scilicet au-
 thoritate, qualitate congruitate: primò
 auctoritate Isa. prophetæ, qui non solum
 dixit: Ecce uirgo concipiet, sed addidit: **Partus**
 Et pariet filium: secundò hoc idem pro- **gratiz**
 bo ex modi nascendi qualitate, quia si- **& natu-**
 cut conceptus saluatoris ex uirgine non **re.**
 fuit ex natura, sed ex gratia, sic etiam par-
 tus: unde in quodā sermone cōcilij Ephe-
 sini dicitur. Natura post partum nescit
 uirginitatem, gratia uerò, & parientem
 ostendit, & matrem fecit, & uirginitati
 non nocuit. Fuit igitur mater Christi
 uirgo in partu: tertio hoc idem probo
 ex congruitate. Nam conueniens fuit ut
 mater Christi esset uirgo triplici ratione
 .s. proprietate prolis quæ nascebatur;
 secundò ex dignitate patris uel matris a
 quib. nascebat: tertio ex utilitate finis p
 quo nascebat. Primò. n. fuit cōueniēs ut
 mater Christi esset uirgo in partu ex par-
 te prolis scilicet saluatoris qui nascebat
 sic: Filius. n. Dei nascebatur ut uerbum.
 Ioh. 1. sed uerbum non solum in corde ab-
 sq. cordis corruptione cōcipit, sed et ex
 corde absq. cordis corruptione pducit,
 & absq. carnis corruptione orit, & pfer-
 tur. Sic Christus non solum absq. mētis,
 & carnis uirginis corruptione cōcipitur,
 sed intacto uirginis utero nascitur, & iō
 ut ostēderetur, q̄ illud corpus esset ipsius
 uerbi Dei, conueniens fuit ut de incorru-
 pto uirginis utero nasceret: unde in quo-
 dam sermone ephesini concilij legitur, &
 est August. Quia parit carnem puram à
 uirginitate cessat, sed quia natum est in
 carne uerbum Deus custodiuit uirgini-
 tatem, seipsum ostendens per uerbum no-
 strum, neq. nostrum uerbum cum parit
 corrumpit mentem, neq. Deus uerbum
 substantiale parrum eligens peremit uir-
 ginitatem. Secundo fuit conueniens ut
 mater Christi esset uirgo in partu ex di-
 gnitate matris a qua uel ex qua nasceba-
 tur sii: Quando. n. aliquis legislator om-
 nib. modis legem ordinat bonā, tūc repre-
 hensibilis est si eā reuocat, uel si eam non
 seruat contra legem agendo: sed Deus præ-
 cepit ut filij honorēt parentes: ergo sicut

CAP. X.

Dei filius ab æterno nascēs a patre sine patris corruptione est ortus, sic Christus in mundo ex patre oriens honorem matris non debuit uiolare, uel diminuerē, ut eius mater in partu corrūperetur. Tercio fuit conueniēs ut Christi mater esset uirgo in partu ex utilitate finis pro quo nascebatur. Nam Christus ad hoc uenit in mundum, ut nostram corruptionem tollerēt: unde non fuit conueniens, ut uirginitatem matris nascendo corrūperetur: unde Aug. in quodam sermone de natiuitate domini loquens sic ait. Fas non erat ut per eius aduentum uiolaretur uirginitas, qui uenerat sanare corrupta.

4. *In partu uirginis cū hūanitate il lutescit diuinitas.*
 Sed fortē argues in oppositum scilicet quod mater Christi non debuit esse uirgo in partu tali ratione: Christus non debuit aliquid facere per quod corpus eius fantasticum appareret, sed uerum: sicut ergo uidetur fantasticū corpus Christi ad Discipulos ostio clauso transire, eod quod duo corpora simul esse non possūt, ita uidetur fantasticum ex matris utero clauso corpus Christi prodire, & ita non decuit, q mater Christi esset uirgo in partu. Respondeo, & dico, q Christus ita uoluit ueritatem sui corporis demonstrare, q etiam eius diuinitas declararetur, & ideo permisit mira humilibus: unde ut corpus suum uerum ostenderet nascit ex foemina. Req. inferius de hoc alias rationes. Sed ut ostenderetur diuinitas nascit ex uirgine: talis. n. partus decet Deū, ut dicit Ambr. in hymno natiuitatis: unde omnia ista sunt facta miraculosē per uirtutem diuinam. s. q corpus Christi ad discipulos ostio clauso transiuit & q super aquam ambulauit, & q clauso uirginis utero corpus Christi prodijt: unde Dionysius in quadam epistola dicit, q Christus super hominem operabatur ea, quæ sunt hominis: & hoc monstrauit uirgo supernaturaliter concipiēs, & aqua in stabilis terrenorum pedum sustinens grauitatem. Hæc b. Th. 3. parte sum. q. 28. artic. 2. arg. contra, & in corp. q. & in solut. a. argum. in fine ibidem.

Quarto mater Dei permāsit semper uirgo post partum: quod dupliciter probō scilicet auctoritatibus, & rationib. Primō auctoritate Ezech. 44. ubi dicitur sub figura sic; Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir non trāsibit per eā, quia dominus Deus Israel ingressus est per eam: Quod exponens Aug. in quodā sermone sic dicit: Quid est porta in domo domini clausa nisi q Maria erit semper intacta? Et quid est, q uir non transibit per eam, nisi quod Ioseph non cognosceret eā? Et quid est quod dominus solus intrauit, & ingreditur per eam nisi quod spiritus sanctus impregnauit eam, & Angelorum dominus nasceretur per eam? Et quid est clausa erit in æternum? nisi quod Maria uirgo est ante partum, uirgo in partu, & uirgo post partum. Secundo probō hoc idem quattuor rationibus scilicet ratione perfectionis filij; habitationis spiritus sancti gratitudinis; matris Dei honoris, uel honestatis Ioseph uiri sui. Vel aliter: Est error Heluidij, quē præsumpsit dicere matrem Christi a Ioseph esse cognitam, & alios filios genuisse. Hic. n. error primo derogat perfectioni filij, qui sicut secundum diuinam naturam est unigenitus patris, tanquam perfectus per omnia filius eius, ita etiam decuit, ut esset unigenitus matris tanquam perfectissimum germen eius: secundo hic error derogat, & iniuriam facit habitationi spiritus sancti, cuius sacrarium fuit uterus uirginalis in quo carnem Christi formauit, unde non decebat, ut de cetero uiolaretur per commixtionem uirilem: tertio hic error derogat, & iniuriam facit dignitati, gratitudini, & sanctitati matris Dei, quæ ingratiissime uideretur si tanto filio contenta non esset. & si uirginitatem, quæ in ea conseruata fuerat sponte perdere uellet per carnis concubitum: quarto hic error derogat, & iniuriam facit honestati Ioseph uiri sui. Esset. n. ei imputandum ad præsumptionem maximam si eā quæ reuelante Angelo de spiritu sancto Deum concepisse cognouerat pollucere attentasset: &

set; & ideo semper uirgo post partum mā sit. Si autem rationes beati Th. predictas ad hoc q̄ rudis populus possit facilius capere, diffusius uis deducere dicas, quod mater Dei post partum semper uirgo permansit, quod conueniens fuit propter rationes. Prima est propter remouendam imperfectionem orientis filij. Sicut. n. Christus secundum diuinam naturam est unigenitus, & perfectus filius patris, nec possunt esse plures filij in diuinis: tū quia pater de tota sua substantia, & non de parte generat filium, tum quia nō successiue, sed instantaneē generat filium, sic Christus secundum humanam naturam est unigenitus, & pfectus filius uirginis, & ideo non derogaret perfectioni Christi, si ab alio mater Christi carnaliter cognita: alios filios genuisset contra errorem Heluidij. Secunda ratio est propter remouendam dehonorationē spiritus sancti habitātis. Quando. n. aliquis uas nobile ad seruandum aliquem humorem, uel thesaurum nobilem deputatur, tunc si talis liquor seu thesaurus transferatur de uase, & loco eius, & ibi alius liquor uilissimus reponatur iniuria fit maxima tam thesauro quam uasi. Cum ergo uterus uirginis fuerit spiritus sancti sacrarium singulare, non decebat ut eius uterus de cætero per uirilem commixtionem macularetur. Tertia ratio est, ppter ingratitudinem matris Dei parturientis. Quando. n. persona aliqua non solum unum, sed dona plura, & maxima recepit, ingrata est si ea non recognoscit, & diligenter obseruat. Modo autem ita est, qd̄ beata uirgo non solum unum, sed plura, & maxima dona a Deo recepit. qualia nūquā recepit aliqua creatura: quod patet quadrupliciter: primò. n. spiritum sanctū ipsa in se recepit, & habuit: secundo ipsa filiū Dei ex sua carne produxit: tertio ipsa sola Dei mater extitit: quarto uirginitatem in se post, & ante habuit. ergo si spiritu sancto, si Dei filio, si matris dono, si uirginitatis priuilegio non fuisset contenta, & uirginitatem sibi a Deo datam in perpetuum non conseruasset, sed cōmixtionem aliquam de cætero uoluisset tantis donis extitisset ingrata, quod maximum ē derogat eius sanctitati. Quarta ratio est propter remouendam præsumptionē

Ioseph obsequentis, quicunq. n. rem sibi a superiori ad conseruandum traditam, vel commissam fideliter, uel diligenter, vel sollicitē non custodit, sed ea abutitur uiolando, & maculando. tunc talis est presumptuosus, malus, & stultus. Cum ergo Ioseph sciret sibi Angelo reuelante Mariam de spiritu sancto Deum debere cōcipere, & cōcepisse, & peperisse psumptuosus fuisset, & malus si eam pollueret attentasset: & ideo simpliciter esse asserendū, q̄ mater Dei sicut uirgo peperit, ita etiā uirgo post partum in sempiternum uirgo permansit. Hæc b. Th. 3. parte sum. q. 28. art. 3. arg. & in cor. q. ibid.

CAP. XI.

Quinto & ultimo mater Dei fuit uirgo per totum. Nam ipsa uirginitatem Deo uouit: quod dupliciter probō scilicet auctoritate & ratione Primo auctoritate B. Aug. in lib. in lib. de sancta uirginitate ubi sic dicit: Annunciante Angelo Maria respondit. Quomodo fiet istud quoniam uirum nō cognosco: quod profecto non diceret nisi se uirginem ante uoluisset. Secundo hoc idem probō ratione sic: Virginitas in matre Dei præcipuē pollere debuit: sed magis est laudabilis uirginitas sancta, uel cōseruata ex uoto, sicut, & cætera perfectio. nis opera magis sunt laudabilia si celebrantur ex uoto quam sine uoto, ut patet infra Votum: ergo conueniens fuit, ut uirginitas beatæ Mariæ esset conseruata Deo ex uoto.

Vbi sciendum, q̄ mater Christi uirginitatem habuit tribus modis. scilicet in desiderio, in facto, in cōmuni beneplacito. Primò. n. antequā incarnatio filij Dei ab Angelo sibi annuntiaretur, uirginitatē simpliciter, & absolutē nō uouit, eò quod nō licebat. Cuius ratio est, quia tempore legis oportebat tã uiros quā mulieres generationi insistere, eo quod ex illo populo Christus expectabatur sē carnalis originē nasciturus, habuit tñ tūc temporis uirginitatem in desiderio, ut eam sub conditione uouit, scilicet si Deo placeret uoluntatem suam, & desiderium diuino committens arbitrio. Secundo beata Maria uouit uirginitatem in facto. Nam postquam sibi innotuit hoc: Deo esse ac-

Maria
uirgo tri
pliciter.

Maria
ppetua
virgo.

maxima
dona a
Deo uir
gini col
lata.

ceptum scilicet uirginitatem uoueret antequam ab angelo sibi denunciaretur, & antequam a Ioseph desponsaretur, & eadem in domo uniretur absolute uirginitatem uouit: unde Matth. 1. dicitur Antequam conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Tertio beata Maria uouit uirginitatem ex communi beneplacito. Nam postquam beata uirgo fuit desponsata, ipsa simul cum sponso suo ex communi consensu, & uoluntate uirginitatis votum emisit. Hæc b. Thom. 3. parte summ. quæstio. 28. articul. 4. argument. contra, & in corp. q. & in solut. 1. 2. & 3. trgu.

CAP. XIII.

Tertio beata uirgo præ alijs habuit priuilegium maternitatis. Fuit. n. sola mater Xpi ab æterno prædestinata, & præelecta. Quod autem ipsa fuerit mater Christi tali ratione ostendo. Ex hoc dicitur aliqua mulier esse alicuius mater q. eum concepit, genuit: & sed beata uirgo Christum concepit, & genuit, ergo &c. unde Matth. 1. dicitur: Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph &c.

Quatuor ad Ad cuius euentiam est sciendum q. ad hoc q. aliquis sit pater, uel aliqua sit mater, uel aliquis sit filius quatuor requiruntur scilicet uitæ generatio, substantiæ collatio, materiæ præparata administratio, naturæ specificæ assimilatio. Primò. n. requiritur uitæ generatio. Non enim in quacunq. uel ex quacunq. generatione sequitur paternitas uel maternitas uel filiatio, sed ex generatione uiuentium, & iō si aliqua artificialia ex aliqua materia fiant, non propter hoc in eis consequitur ratio paternitatis, maternitatis, uel filiationis ut uerbi gratia. Si ex ligno fiat scānum, nō propter hoc lignum dicitur mater scanni. Similiter nō dicimus, q. ignis generatus ex igne sit filius ignis generantis. Secundò requiritur substantiæ collatio. Illud enim quod facit aliquid, & non confert aliquid de substantia sua, non potest dici pater uel mater, ut uerbi gratia. Artifex qui facit scamnum non potest dici pater scamni, neq. scamnum filius ar-

tificis, eo q. artifex nihil confert scamno de sua substantia. Tertio requiritur materiæ præparatæ administratio: nō enim simpliciter præbere materiam ad generationem alicuius facit patrem uel matrē uel filium, sed probere materiaam sic præparatam, ut uerbi gratia: Non. n. terra propriè dicitur mater hominis quamuis limus unde formatur homo de terra sit sumptus. Quarto requiritur naturæ specificæ assimilatio. Si enim genitum non assimilatur generanti in genere non dicitur esse filius eius, ut uerbi gratia. Nō enim dicimus, quod capillus qui generatur ex homine sit filius hominis, nec dicimus quod homo qui generatur ex semine sit filius seminis, quia nec capillus habet similitudinem hominis, nec homo qui ex semine nascitur habet similitudinem seminis, sed hominis generantis. Et si quidem sit perfecta similitudo, erit perfecta filiatio, tam in diuinis quam in humanis. Si autem similitudo sit imperfecta, erit, & filiatio imperfecta, sicut in homine est quedam similitudo Dei imperfecta, & in quantum recreatus est secundum similitudinem gratiæ. Hæc beatus Thom. 3. parte summ. q. 31. articu. 3. in corp. q. & 1. parte summ. quæst. 27. articu. 2. in corp. quæst. Ex istis quatuor rationibus probò, q. beata uirgo fuit uera mater Christi. Prima est, quia uiuum genuit: qd sic probò, quia Damascenus in libr. 3. sic dicit: Filius Dei contraxit sibi ipsi ex castis, & purissimis sanguinibus uirginis carnem animatam anima rationali: ergo non solum beata uirgo genuit uiuum immo uitam, quia genuit Christum qui est uia, ueritas & uita: ita quod generatio Christi non solum fuit generatio uiuentis uel uiui, sed etiam uitæ: & idè iurè fuit mater Christi. Secūda ratio est, quia beata uirgo Christo de sua substantia præbuit quod tali ratione ostendo. Beata uirgo in generatione Christi contulit quicquid alia mater conferre debet ad generationem filij. Si ergo aliæ mulieres quia dant filio de sua substantia uerè dicuntur matres, etiam beata uirgo uerè potest dici mater Christi. Hæc b. Tho. 3. script. sent. dist. 4. de conceptione Christi in cōparatione ad matrem, articul. 1. argument. cōtra 2. Ex quo sequitur, quod quia spiritus

Maria
vera Ma
ter Chri
sti.

ius sanctus non facit aliquid Christo quod ad patrem pertineat: puta quia non administrat semen, sed quasi artifex operando in exteriorē materiam, ideo spiritus sanctus non dicitur pater Christi: sed b. virgo suam substantiam uel materiam administravit, ut patet, ideo dicitur mater Christi: unde Amb. in lib. de spiritu sancto sic dicit: Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est: ex substantia sicut filius qui a patre est, ex potestate sicut ex Deo omnia, & quomodo in utero b. Maria habuit de spiritu sancto. Hæc b. Tho. 3. parte sum. q. 32. artic. 2. in solu. 1. arg. Tertia ratio est, quia beata virgo non solum materiam præstitit ad conceptionem Christi: sed materiam præparatam, & convenientem Christo, scilicet purissimum sanguinem suum, & alia quæ sufficiunt ad hoc, quod sit mater, verbi gratia: Terra enim non dicitur mater hominis quamvis limus, unde homo formatur, sit sumptus de terra. Similiter lignum non potest dici mater scamni, quamvis scamnum fiat de eo. Cuius ratio est, quia nec in terra nec in ligno est potentia naturalis, cum materia sit omnino impræparata, ut ex eis. scilicet ex terra fiat homo, & ex ligno scamnum cum per agens naturale in actum non compleatur: beata autem uirgo non solum præbuit materiam, sed materiam præparatam quæ requiruntur ad rationem matris; & ideo non est similitudo conueniens de terra respectu hominis, & de ligno respectu scamni, & de beata virgine respectu conceptionis Christi. Hæc beatus Tho. tertio scrip. sent. dist. 3. de potentia generatiua beatæ virginis, 1. in sol. 4. argument. & ibidem dist. 4. de conceptione Christi in comparatione ad matrem concipientem, artic. 1. in solut. 3. & 4. argum.

Quarto beata virgo fuit mater Christi, quia sibi similem in specie produxit, quod requiritur ad esse patrem uel matrem, ut patet sup.

Sed forte argues in oppositum, quod b. virgo Maria non est mater Christi tali ratione: Christus est uerus Deus, & uerus homo sed beata virgo non debet dici mater Dei: ergo nec Christi: quod autem non debeat dici mater Dei probabo duplici ratione. Prima est talis, beata virgo non est

mater Christi, nisi secundum id quod accepit Christus ab ea: sed non accepit ab ea diuinitatem sed humanitatem: ergo non debet dici mater Dei, sed mater hominis. Resp. & dico, quod quia una persona est quæ subsistit in diuinitate, & humanitate, ideo naturæ concilians sibi suas proprietates, ut dicit Damasc. unde sicut dicunt iudæi crucifixisse Deum gloriæ quamuis non secundum, quod est dominus gloriæ, ita debet dici virgo mater Dei, quamuis non secundum diuinitatem genuerit Deum. Secunda ratio est talis: In Deo non differt Deus, & deitas, immo sunt idem realiter: sed b. virgo non potest dici mater deitatis, quia deitatem non genuit, ergo non potest dici mater Dei. Resp. & dico, quod quauis Deus, & deitas non differant re, tamen differunt secundum modum significandi, quia deitas significat diuinam naturam in abstracto: unde non potest supponere pro persona: Deus autem qui significat diuinam naturam in concreto, id est per modum habentis diuinitatem, & ideo potest reddere locutionem ueram pro persona: unde quia b. virgo est mater filij Dei, potest dici mater Dei, non autem deitatis, uel aliter, & breuius: Deus ut concretum supponit, dicitur de persona deitatis: deitas autem abstractum supponit, uel dicitur de natura: beata ergo uirgo mater Dei dicitur, non quia sit mater deitatis, sed quia personæ habentis deitatem, & humanitatem est mater secundum humanitatem. Hæc b. Thom. 3. scrip. sen. distinct. 4. ubi supra immediatè artic. 2. An beata uirgo debeat dici mater Dei, in solut. 1. & 2. argument. ibidem & tertia parte sum. q. 35. art. 4. in solut. 2. argum. in fine.

Est autem sciendum, quod res uiua in quantum ab alio producitur, uel generatur habet quattuor nomina sibi propria: dicitur. n. concipi, gigni, oriri, & nasci: primo enim dicitur concipi in quantum præcedit in esse distinctum a generante, clausum tamen infra terminos generantis: ut v. g. Fætus quamdiu est & in utero matris clausus dicitur conceptus: & similiter uerbum secundum, quod distinguitur in intellectu dicitur concipi: secundo res uiua dicitur gigni secundum quod principia sufficientia suæ generationi ei ministrantur a generante, siue a principio actiuo

Maria
cōgrue
dicitur ma-
ter Dei
videsco.
3 sent. 4.
dist. 4.

actiuo ut a patre, siue a principio passiuo, ut a matre. Si autem non sit res uiua dicitur generari, non tamen propriè dicitur gigni, uel genita uel nata, sicut cum generatur ignis ab igne: tertio res uiua dicitur oriri in quantum de occulto egreditur in manifestum, sicut sol, & aqua p similitudinē dicuntur oriri in quantum exeunt de occulto in manifestum.

Quartò res uiua dicitur nasci prout egreditur a generante coniunctum prius ei, habens ab ipso principia sufficientia generationi. Tamen quia ad filiationem requiritur plus quàm ad natiuitatem vel ad ortum, scilicet ut id quod exit per generationem a generante sit completum in specie generanti: ideo fructus arborū, & oua auium, & capilli, & huiusmodi non habent rationem filiationis quamuis dicantur nasci. Hæc beatus Thom. tertio scrip. senten. distinct. 8. arti. secundo, vtrum solummodo in uiuentibus sit natiuitas: in corp. quæst. & in solut. argu. Ex quibus uerbis colligitur, quòd Christus a beata uirgine sicut a matre est cōceptus, genitus, ortus, & natus: primo est conceptus distinctus a matre, clausus tamen in utero uirginali: secundo est genitus a beata uirgine, prout ipsa materiam præparatam ministravit, scilicet purissimum sanguinem suum: tertio est ortus ex Maria uirgine, quando ex occulto scilicet ex utero uirginali in manifestum, scilicet in mundum egrediebatur: quartò Christus est natus ex beata uirgine, ut qui beatæ uirgini prius, scilicet in utero erat coniunctus, postea scilicet ex utero in specie sibi similis, & perfectus temporaliter est productus ad similitudinem uerbi quod potest dici concipi, & nasci: secundum enim, q̄ uerbum distinguitur in intellectu dī concipi: fm̄ autem, q̄ extra pronunciat̄ potest dici per similitudinem nasci. Hæc b. Thom. 3. scrip. sent. ibidem in solut. 6. arg. in fine.

CAP. XIII.

13 **E**ST autem sciendum ad euidentiam capituli præcedentis, quòd si beata uirgo est uerè mater Christi, ut ibidem patet: quòd Christus est natus de fœmina, de uirgine desponsata, de

matre perfecta. Primo. n. dico, q̄ licet filius Dei carnē humanā assumere potuerit de quacunq; materia uoluisset, conuenientissimū tamē fuit, ut de fœmina carnē acciperet. Et hoc triplici ratione. sc̄a nobilitas conditionis naturæ efficitur, ueritas incarnationis diuinæ ostenditur, diuersitas generationis humanæ perficitur. Prima rō quare Dei filius de fœmina carnem assumpsit est, quia per hoc nobilitas conditionis naturæ efficitur, unde Aug. in lib. 83. q. Hominis liberatio in utroq; sexu debuit apparere. Nam quia sexus masculinus est nobilior quā fœmininus, ideo humanam naturam in masculino sexu assumpsit. Quia uero sexus fœmineus liberandus erat hinc apparet, q̄ uir ille de fœmina natus est. Item, ne sexus fœmineus tanquā uiliior contēneret, congruū fuit ut de fœmina carnem assumeret: unde Aug. in li. de Agone Christiano sic dicit. Nolite uos ipsos contēnere uiri filius Dei uirū suscepit. Nolite uos ipsas cōtemnere fœminæ filius Dei natus est de fœmina. Secunda rō est, quia per hoc, q̄ Christus de fœmina carnem assumpsit, ueritas incarnationis diuinæ ostenditur: unde Amb. in lib. de incarnatione sic ait: Multa secundū naturam inuenies ultra naturam: secundum conditionē etenim naturæ Christus in utero fœminei corporis fuit: sed contra conditionem naturæ uirgo concepit, & generauit ut crederes, quia Deus erat qui innouabatur humanam naturam, & homo erat qui secundū naturam nascebatur ex homine. Et Aug. in epistola ad Volusianum: Si omnipotens Deus hominem utcunq; formatum non ex materno utero crearet: sed repentinum inferret aspectibus, nōne opinio nē confirmaret erroris ut hominē uerū suscepisse nullo modo crederetur, & dū omnia mirabiliter facit, auferret qd̄ misericorditer fecit? Nunc uero inter Deū, & hominē mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utranque naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Tertia ratio est quare Dei filius de fœmina carnem assumpsit, quia per hoc omnis humanæ generationis diuersitas perficitur: quòd sic patet: nam primus homo productus est ex limo terræ sine uiro, & fœmina. Eua uero pro

Natura humana in sexu masculino assumpta.

producta est ex uiro sine femina. Alij uero homines nascuntur ex uiro, & femina: unde hoc quattum Christo quasi propriū relinquitur ut produceretur ex femina sine uiro. Sed fortè argues in oppositum tali rōne. Quicumque concipitur ex femina quandam immundiciam patitur: unde dī Iob. 25. Nunquid iustificari pōt homo comparatus Deo aut apparere mundus natus de muliere: sed in Christo nulla immundicia esse debuit: ipse. n. est sapientia, de qui dicitur Sapientia 7. q. nihil inquinatum in illam incurrit ergo uidetur q. Dei filius non debuit assumere carnem ex femina. Respondeo, & dico, q. in conceptione uiri ex femina nō est aliqua immūdicia inquantū est opus Dei, sed prout est ex peccato proueniens prout aliquis concipitur ex libidine cum commixtione maris, & feminae quod tamen in Christo non fuit. Si autem in femina esset aliqua immundicia, uerbum per quod omnino est immutabile nullo modo inquinaretur ex ea: unde Aug. in li. br. contra quinque hēreses sic ait: Deus creator hominis quid est quod te mouet in mea natiuitate, non solum libidinis cōceptus cupiditate, ego matrem de qua nascerer feci. Sed si solis radius cloacarū sordes siccare uoluerit eis inquinari non nouit, multo magis splendor lucis æternæ quicumque irradiauerit mundare potest ipse pollui non potest: & Apost. ad Gal. 4. dicit. Misit Deus filium suum factū ex muliere. Hæc B. Tho. 3. part. summa. q. 3 i. art. 4. in cor. q. & in so. 4. arg.

C A P. XIII.

14 **S**ecundo Christus nasci uoluit de matre uirgine desponsata: unde Lucæ. 1. Missus est Angelus Gabriel ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat Ioseph. Fuit autem conueniens Christum de matre uirgine desponsata nasci triplici ratione scilicet ex parte prolis, matris, & humani generis: Primo enim fuit conueniens ex parte prolis scilicet saluatoris triplici ratione.

Prima est ne filius ab infidelibus tanquam illegitimè natus abijceretur: unde Ambr. dicit super Lucam: Quid iudæis, quid hærodi posset ascribi si natū viderē-

tur ex adulterio prosequi. Secunda rō est ad tutelam pueri nati ne diabolus contra eum nocumēta uehemētius ptocurasset, & ideo Origenes dicit ipsam fuisse desponsatam ut partus eius diabolo celaretur: licet. n. diabolus uirtute suæ naturæ posset cognoscere matrem Dei non fuisse corruptam sed uirginem, prohibebatur tamē à Deo cognoscere modum partus diuini, ne contra eum ut dixi nocumēta uehemētius procurasset. Tertia ratio est ut paruulus à Ioseph nutrireretur unde, & pater eius est dictus idest nutricius. Secundo fuit conueniens Christum de uirgine desponsata nasci ex parte uirginis, & hoc triplici rōne. Prima est quia per desponsationem beata uirgo redditur immunis à pœna: ne scilicet tanquam adultera à iudæis lapidaretur, ut dicit Hiero. Secunda est ut ab infamia liberaretur, ut dicit Ambr. super Lucam, q. idco desponsata est, ne intemeratæ uirginitatis abuteretur infamia: cui grauis alius corruptelæ uidetur insigne præferre. Tertia ratio est ut ei à Ioseph ministerium exhiberetur ut dicit Hiero. Tertio fuit ex parte humani generis conueniens Christum de uirgine matre nasci, & desponsata: & hoc quatuor rationibus. Prima est propter ueritatis certificationem. Nam secundum legē in ore duorum uel trium stabit omne uerbum unde ex Ioseph testimonio probatū est Christum ex uirgine esse natum propter quod Ambr. sup. Lucam dicit. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur qui possit, & delere iniuriā, & mundare oprobrium si nō agnosceret sacrm. Et similiter uerba B. Mariæ magis redduntur credibilia asserentes suam uirginitatem ex Ioseph testimonio, ut etiam dicit Ambr. Secunda rō est propter mentis ad Deum vnionem nā per hoc uniuersa ecclesia designatur quæ cū sit uirgo, desponsata tñ est uni uiro Christo, ut Aug. dicit in lib. de sancta uirginitate. Tertia ratio est propter famā, & honestatis conuersationē, ut tolleretur excusatio uirginibus quæ ppter suam in cautelam non uitant infamiā. unde Ambr. dicit: Non decuit uirginib. sinistra opinione uiuentib. uelamen excusationis relinqui, quia infamata mē quoq. dñi uideretur. Quarta ratio est propter uirginitatis, & matrimonij commēdationem

Decuit
Christū
nasci ex
despon-
sata.

dationem, nam per hoc q̄ mater domini fuit despōsata, & virgo, in persona ipsius & virginitas, & matrimonium honoratur, cōtra h̄reticos horum alteri detrahētes, unde Matth. 1. dicitur, Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph &c. H̄c B. Tho. 3. par. summa. q. 29. artic. 1. in cor. q.

Matri-
moniū
Mariæ,
& Io-
seph.

Copula
matri-
monij
duplex.

Ad cuius euidētiā est sciendum, q̄ inter mariam, & Ioseph aliquo modo fuit verum matrimonium, aliquo uero modo non: quod sic patet: Matrimonium importat tria, unum formaliter, aliud finaliter, aliud antecedenter: primo. n. matrimonium formaliter importat copulam conjugalem. Nam forma matrimonij cōsistit in quadam indiuisibili coniūctione animarum, per quam unus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur secundo matrimonium aliquid importat finaliter. Nam finis matrimonij est p̄les generanda, & educanda, & instruēda: tertio matrimonium importat aliquid antecedenter scilicet concubitum conjugale: quod patet quia ad generationem prolis non peruenitur naturaliter nisi per cōcubitum carnalem. Modo ergo matrimonium ipsorum fuit verum quantum ad primum, quia uterque consensit in copulam conjugalem: vnde, & angelus uocat mariam coniugem Ioseph dicens: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod exponens Aug. in lib. de nuptijs, & concupiscentia dicit. Coniux uocatur ex prima desponsationis fide quam concubitu nec cognouerat nec erat cogniturus: secundo quantū ad hoc q̄ matrimonium antecedenter importat. s. quantū ad carnalem copulam per quā sequitur generatio prolis, non fuit illud matrimonium consummatum: uterque. n. expresse consensit in copulam conjugalem, ut patet nō autem expresse in copulam carnalem nisi sub conditione: tertio quantum ad illud quod matrimonium finaliter importat. s. quantum ad generationem prolis sine concubitu, & eius nutritione fuit verum matrimonium inter eos: unde Aug. dicit in lib. de nuptijs, & concupiscentia: Omne nuptiarum bonum completū est in parentib. Christi. s. proles, fides, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dominum Iesum, fidem quia nullum adulte-

rium, sacramentum quia nullum diuortium. Solus ibi concubitus nuptialis nō fuit. Et Origenes super illud Matth. 1. Cum esset desponsata mater &c. sic ait. Desponsata fuit Ioseph, non tamen in cōcupiscentia iuncta Et Chryso. ibidem dicit, q̄ beata virgo sic fuit desponsata à Ioseph, q̄ etiam esset domi habitās. Nam sicut in ea quæ in domo concipit, intelligitur conceptio maritalis, sic in ea quæ extra domum concipit est suspecta coniunctio. Et ideo non esset sufficienter prouisum famæ B. Virginis, per hoc quod fuit desponsata nisi etiā fuisset habitans domi. Et ideo Euangelista subdit, q̄ uoluit occultē dimittere eam, quamuis tamen domi esset habitans propter primam desponsationis fidem, nondum tamē interuenerat sollemnis celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondum conuenerant: vnde sicut Chrysost. ait. Non dicit Euangelista. Ante quā duceretur in domum sponsi, etenim iam intus erat in domo. Consuetudo. n. iam erat in ueteribus multotiens despōsatas in domo habere, & iō angelus dixit ad Ioseph, Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam. i. ne timeas nuptias eius sollemniter celebrare. Chryso. autem reddit causam quare beata virgo desponsata est Ioseph dicens: Ideo Ioseph Fabro lignario Maria despōsata fuit, quoniam sponsus ecclesiæ scilicet Christus omnium salutem hominum operaturus erat per lignum crucis. H̄c B. Tho. 3. par. sum. q. 29. art. 2. in cor. q. & in sol. 3. arg. Req. infra matrimoniū Mariæ, & Ioseph.

C A P. XV.

Tertio Christus carnem assumpsit de matre perfecta: quod tali ratione ostendo: Perfectum est cui nihil addi potest de bonitate, sed beata uirgo in quantum mater est talis: quod probō.

Licet enim Deus omnem creaturam in perfectione accidentali possit in infinitū facere meliorem, in perfectionem tamē essentiali non potest facere meliorem: uerbi gratia.

Non pōt facere quaternariū maiore, quā si fieret maior iam nō esset quaternarius sed

sed alius numerus. Sicut enim se habet additio, uel subtractio unitatis in numeris sic se habet additio doctrinae substantialis in definitionibus. A simili licet Deus potuerit beatam virginem, ut Dei creaturam, uel ut mulierem facere meliorem in perfectione accidentali, tamen non potuit facere, ut esset melior mater, & melioris mater, & ordinata ad maius bonum, ita quod his tribus non potest aliquid fieri melius scilicet humanitate Christi beatitudine creata, & beata uirgine, quod pater, quia haec tria habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito quod Deus est. Nam humanitas Christi habet dignitatem infinitam ex bono infinito quod Deus est ex hoc, quod est iuncta Deo, & beatitudo creata habet dignitatem infinitam ex hoc, quod est Dei fruitio, & beata uirgo ex hoc, quod est mater Dei: & ex hac parte non potest eis aliquid melius fieri, sicut non potest aliquid melius esse Deo. Haec Beatus Th. 1. scrip. sen. dist. 4. art. 3. in corp. q. & iterum prima parte summae quaest. 25. de potentia Dei, art. 6. utrum Deus possit facere meliora quam ea quae fecit, in cor. quaest. & in solu. 4. argum.

Sed forte ex hoc sic argues: Si beata uirgo inquam mater Dei sic purissima, & perfectissima fuit, ergo merito uideatur quod Christus incarnaretur ab ea. Respondeo & dico, quod nec antiqui patres, nec nos, nec omnes simul, nec beata uirgo filij Dei incarnationem meruerunt. Cuius ratio talis est: Incarnatio Christi est beneficium toti humanae naturae impensum, sed meritum nullius hominis praeter meritum Christi extendit se ad totam naturam, ergo sancti patres non meruerunt incarnationem Christi. Sed contra: Qui meretur aliquid etiam meretur hoc sine quo illud haberi non potest: sed sancti patres merebantur uitam aeternam ad quam peruenire non poterant, nisi filio Dei ueniente in carnem, ergo merebantur eius incarnationem. Respondeo & dico quod aliqua sunt concomitantia uitae aeternae, & aliqua sunt praecedentia, & ducentia ad uitam aeternam. Concomitantia ad uitam aeternam sunt, sicut uisio Dei, & impassibilitas, & huiusmodi & de istis uerum est, quod meretur ea qui meretur uitam aeternam praecedentia autem siue inducentia ad uitam aeternam

sunt principia merendi, sicut gratia, & huiusmodi, & inter ista potest computari incarnatio filij Dei, & talia non cadunt sub merito. Et potest ratio haec sic formari: Illud quod est principium merendi non cadit sub merito: sed incarnatio quodammodo est principium omnium meritorum humanorum, quia omnia merita nostra efficaciam habent a Christo per quem gratia, & ueritas facta est ergo &c. Secundum dico quod non meremur nos incarnationem filij Dei. Cuius ratio est: quia meritum humanum non se extendit ultra conditionem humanam. Humana autem conditio in hoc consistit, ut quis in creatura aliquam diuinitatis, & beatitudinis participationem, sed quod tota plenitudo diuinitatis habiter in homine hoc excedit, & conditionem, & meritum humanum: unde nullo modo cadit sub merito. Sed contra, nos per fidem operantem per dilectionem quam habemus de uita aeterna quam expectamus meremur uitam aeternam: ergo & per fidem incarnationis meremur eam. Respondeo & dico, quod quamuis mereamur uitam aeternam per fidem operantem per dilectionem, non tamen meremur incarnationem. Cuius ratio est, quia uita aeterna est beneficium praestitum personae tantum merenti: incarnatio autem est beneficium praestitum toti humanae naturae. Tercio dico quod beata uirgo non meruit incarnationem. Cuius ratio est, quia meritum puri uiatoris non extendit se ad naturam, sed incarnatio est quoddam medicamentum totius naturae: ergo nec sub merito uirginis, nec sub merito alicuius potest cadere. Sed contra. De beata Virgine capiamus. Quae dominum omnium meruisti portare. Respondeo & dico, quod beata uirgo incarnationem non meruit sicut patet per rationes praedictas, sed supposita incarnatione meruit quod per eam fieret, non quidem merito condigni, sed merito congrui in quantum decebat, ut mater Dei esset purissima, & perfectissima qualis fuit beata Virgo, ut ex superioribus patet. Haec Beatus Thom. 3. scrip. sen. dist. 4. de conceptione Christi in comparatione ad gratiam Christi, artic. 1. in corp. quaest. & in solu. argum. Si autem breuius uis procedere dicas, quod neque merita sanctorum patrum qui praecesserunt incarnationem

Nemo meruit incarnationem uerbi.

Supposita incarnatione Maria meruit ut per eam fieret de congruo.

nationem verbi Dei, neq; opera cuiuscūque alterius potuerunt esse meritoria huius ineffabilis vnionis de condigno: qđ triplici ratione ostendo. Prima rō est talis: Opera meritoria hominis propriè ordinantur ad beatitudinem quæ est virtutis prēmium, & cōsistit in plena Dei fruitione: vnio autem incarnationis cum sit in esse personali transcendit vnionē mētis ad Deum, ergo non pōt cadere sub merito. Secunda ratio est talis: Gratia nō cadit sub merito, eo qđ est principiū merendi, sed incarnatio est principium merendi, secundum illud Ioan. 1. Gratia, & ueritas per Iesum Christū facta est, ergo multo magis incarnatio verbi cadit sub merito. Tertia ratio talis est. Bonum vel meritum alicuius hominis singularis non potest esse causa totius boni naturæ, sed incarnatio Christi ē reformatiua totius humanæ naturæ, ergo non cadit sub merito alicuius hominis singularis de cōdigno, propter quod dicebat Apostolus ad Titum 3. Nō ex operibus iustitiæ quę fecimus nos &c. Ex congruo tamen meruerūt sancti patres incarnationem Christi desiderando, & expectando. Congruum enim erat, ut Deus exaudiret eos qui ei obediebant: beata autē virgo legitur meruisse portare dominum Iesum Christū: nō quia meruit Deū incarnari, sed quia merit ex gratia sibi data illum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congrue posset esse mater Dei. Hæc Bea. Thom. 3. parte summæ q. 2. artic. 11. in cor. q. & in solu. 3. argum. ibidem.

CAP. XVI.

16 Tercio principaliter circa incarnationis mysterium consideranda est cōceptio mirifica. Nam ad conceptionem Christi concurrerunt tria. s. virgo concipiens, spiritus sanctus efficiens, & Christus oriens.

Primò. n. ad conceptionem Christi cōcurrit virgo concipiens. Nā beata virgo in cōceptione Christi nihil actiuè est operata. Cuius ratio est, quia principium actiuū in generatione dicitur ratio seminalis sicut Augus. dicit 10. super Genesim ad litteram. Corpus autē Christi nō secundum aliquam rōnem seminalem, sed per

diuinā conceptionis formationisq; rationem de virgine assumptum est: Et ideo beata virgo in cōceptione corporis Xpi nihil actiuè egit, sed solam materiā ministravit, operata tamen est ante conceptionem aliquid actiuè præparando materiam, ut esset apta cōceptui. Vbi nota, qđ illa beata conceptio Christi præ alijs tria priuilegia habuit: primum est, ut esset sine peccato originali secundum qđ esset non puri hominis, sed Dei: tertiu est, qđ esset conceptio virginis. Hæc tria habuit beata virgo à spiritu sancto: unde Damasc. 3. lib. dicit, quod spiritus sanctus superuenit virgini purgans eam, & virtutem susceptiuam tribuēs verbi simul autem, & generatiuam. In quibus verbis Damasc. tangit tria: primò uirtutem effectiuam cum dicit: Spiritus sanctus superuenit virgini purgans ipsam. i. præseruans ne cum peccato originali conciperet: secundò tangit uirtutem verbi susceptiuā: unde subdit: Et uirtutem uerbi tribuens id est, ut cōciperet uerbum Dei: tertio tangit uirtutem generatiuam. s. vt manens virgo posset generare, non quidem actiuè, ut aliæ mulieres hoc sequuntur ex semine uiri, sed passiuè solū materiā purissimam. s. suum purissimum sanguinē ministrando Hæc B. Thom. 3. parte summæ. q. 32. arti. 4. in cor. quæst. & in solu. primi argum.

Secundò ad cōceptionem Christi concurrat spiritus sanctus efficiens. Vbi nota qđ opus cōceptionis attribuitur trinitati, quia ut dicit Augus. 1. de Trin. Indiuisa sunt opera trinitatis, ipsa tamen conceptio Christi secundum modum aliquem singulis personis attribuitur: uerbi grā: Nā patri attribuitur auctoritas respectu personę filij, qui auctoritate patris carnē assumpsit. filio attribuitur ipsa carnis assumptio, & spiritui sancto attribuitur corporis Christi formatio. Similiter, ut Dionysius dicit. 2. capit. de diui. nom. Omne nomen Dei operationem in creatura designans communiter conuenit toti trinitati, attribuitur tamen alicui personæ ex singulari causa. uerbi grā: In ope incarnationis secundū Damasc. 1. c. 3. lib. manifestantur tria, scilicet potētia patris, sapientia filij, bonitas spiritus sancti: primò manifestatur potentia patris in quantum maximè

Opus
incarna
tionis
adscri
bit Tr
nitati.

Conce
ptionis
dñi pri
uilegia.

maximè distantia. s. naturā diuinā, & humanam coniunxit: secundò manifestat sapientia filij in quantum cōuenientē modum inuenit eius quod impossibile uidebatur. Iustitia etiam in eo, quòd p modū satisfactionis salutem humanam reparauit. tertio bonitas spiritus sancti manifestatur in quantum proprii plasmatis nō despexit salutē, unaquæq. tamē operatio diuina magis est appropriabilis uni per sonæ quā aliæ, secundum quòd in ea magis manifestat attributū, qd illi personæ appropriatur. Sed bonitas diuina in ope Dei magis manifestatur duplici ratione. Prima ratio est, quòd sine sui indigētia ea quæ suæ sunt creaturæ communicat. Secūda est quanto ea quæ creaturæ cōmunicat minus debita tātō magis Deo ppria quæ oīa gratis nāx superaddunt, & ppter hoc gratiæ spiritus sancti attribuuntur, & quæ spūi sancto bonitas appropriatur. iō conceptio & incarnatio Xpi ex uirgine p̄cipuè spūi sancto appropriatur: unde Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te &c. quod uerbum exponitur septem modis: primò sic. Spiritus sanctus superueniet &c. i. super possibilitatem, & cursum naturæ ueniet in te dando fecunditatem, & seruando uirginitatem: secundo modo sic; Spiritus sanctus superueniet in te. i. super id quod habes de plenitudine eius in te, quia sicut olim impleuit mentem, nūc præsencia sui filij implebit uentrem operando filii Dei conceptionem: tertio modo exponitur sic: Spiritus sanctus superueniet in te. 1. de super cælis ueniet in te Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descēdens a patre luminū &c. quarto modo exponitur sic. Spiritus sanctus superueniet in te, idest supra merita tua ueniet. Apostolus ad titum. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suā misericordiā saluos nos fecit &c. quinto modo exponitur sic. Spiritus sanctus superueniet in te, idest supra id quod iam in te est ueniet, quia primò plena gratia. s. in mentem modo super plena. s. in uentre, & mēte, sexto modo exponit sic: Spiritus sanctus superueniet in te. i. super oēs qui ante te fuerunt, & erūt, ueniet, ut sis eius tabernaculum templum, & sacramentum: septimò exponit sic: Spiritus sanctus superueniet in te, idest perficiens animam

si quid deest mundās omnino carnem a sordibus vitiorum quæ sunt quædam reliquæ originalis peccati, sicut recedēte habitu adhuc reliquæ dissones manent, uel subtrahendo omnia quæ possent esse occasio sordium futurarum: ut exponit. b. Th. 3. scri. sent. dist. 3. de sanctificatione B. uirginis, art. 2. q. 2. in sol. 2. arg. Attribuitur autem conceptio Christi specialiter spiritui sancto triplici ratione. s. rōne charitatis, liberalitatis, sanctitatis: primò rōne charitatis, spiritus. n. sanctus ē charitas, uel amor patris, & filij. Ex maximo autem amore Dei prouenit, ut filius Dei carnem sibi assumeret in utero uirginis: unde dicitur Iohannis. 3. sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: secundo ratione liberalitatis, ut. n. ostendatur, qd non ex aliquibus meritis, sed ex sola liberalitate, & gratia Dei, filius Dei carnem assumpsit, ideo spiritui sancto qui est ipsa gratia conceptio Christi attribuitur, ut Aug. dicit in encheridiom: tertio rōne sanctitatis. Nam spiritu sanctus est spūs sanctificationis, ut dicitur ad Ro. 1. Et ideo sicut alii per spiritui sanctum cōtificātur spiritualiter, ut sint filii Dei adoptiui, ita Christus per spiritum sanctū est in sanctitate conceptus, ut esset filius Dei nālis & propter hoc angelus postquā p̄miserat, spiritus sanctus superueniet in te: concludit. Ideoq. & quod nascetur ex te sanctū vocabitur filius Dei. Hec b. Th. 3. scr. sen. dist. 4. de conceptione Xpi in comparatione ad efficaciam spiritus sancti, art. 1. q. 1. utrum alicui personæ certæ debeat attribui conceptio Xpi, in cor. q. & 3. part. sum. quæst. 3. arti. 1. in corp. q. ubi ponit tres rōnes p̄dictas. Licet. n. Xps secundum corpus est conceptus de spiritu sancto. ut patet, nō tamē spiritus sanctus debet dici pater Christi secundum humanitatem, quod dupliciter probo. s. auctoritate, & rōne: primo auctoritate Aug. in encheridiō, ubi sic dicit. Natus ē Christus de spiritu sancto non sicut filius, & de Maria uirgine sicut filius secūdo hoc idem probo ratione sic, Christus est conceptus ex Maria Virgine materiam administrante in similitudine speciei, & iō Christus secundum humanitatem dicitur filius eius, Christus autem secundum, quod homo conceptus est de spiritu sancto, sicut de principio actiui, & non sicut

cur Xpi
conce-
ptio. s. s.
tribua-
tur.

vel substantiā administrante neq; secun-
dū similitudinē speciei, ergo nō dēt dici
spiritus sanctus pater Christi scdm huma-
nitatē. Hæc b. Th. 3. ser. sent. ubi sup. im-
mediatē, art. 2. q. 1. in so. 2. arg. & 3. parte
sum. q. 32. art. 3. arg. cōtra, & in sol. 1. arg.
Tertiō ad cōceptionē Xpi concurrir pſo

Privile-
gia cor-
poris
Christi,
ab instā
ti suę cō
cept.

na-Christi oriens secundū humanitatē.
Vbi nota, q; corpus Christi in primo
instanti suę conceptionis habuit tria pri-
uilegia singularia. fuit enim formatum
animatum, a uerbo assumptum.

Primō. n. corpus Christi in primo instā-
ti suę cōceptionis fuit formatū, qđ tali
rōne ostēdo. Agens infinitę uirtutis pōt
in instāti materiā disponere ad debitam
formā, sed corpus Christi est formatū uir-
tute spūs sancti quę est infinita, ergo &c.

Primū.

Vbi nota, q; differentia est inter aug-
mentationē corporis Christi, & formatio-
nē ipsius. Nā corpus Christi fuit certo tē-
pore augmentatū sicut, & corpora alio-
rum hominū. Cuius rō est, quia augmē-
tum corporis Christi fuit factū secundū
potentiā augmentatiuā animę Christi
quę cum sit specie conformis animę no-
strę, Eodē mō illud corpus debuit aug-
mentari sicut, & alia corpora hominum
augmentantur, ut ex hoc ueritas huma-
nę naturę ostenderet. Sed formatio cor-
poris fit in alijs per potentiā generatiuā,
nō eius. f. geniti, sed patris generantis ex
semine in quo operat̃ uis formatiua ab
aīa patris deriuata. Corpus autē Christi
non fuit formatū ex semine, ut supra co-
dem c. immediatē patet, sed ex operatio-
ne spiritus sancti cuius uirtus cum sit in-
finita in primo instanti suę conceptionis
ipsum corpus formauit. Hæc b. Tho.

Secundū

tertia, parte q. 33. art. 1. in cor. q. & in so.
tertio arg. ibidem. Secundō corpus Chri-
sti in primo instanti suę conceptionis
fuit animatum, quod tali ratione osten-
do. Differentia est inter animationem
corporum aliorum hominum, & anima-
tionem corporis Christi, in hoc, quod
corpora aliorum hominum non animā-
tur in primo instanti conceptionis ipso-
rum. Cuius ratio est, quia anima requirit
debitam quantitatem in materia cui in-
funditur: unde quia in primo instanti
suę conceptionis materia corporis in
alijs hominibus debitam quantitatem, &

proportionatam formę non habet ideo
in principio aīa nō infundit̃. Corpus autē
Christi in suā cōceptione talē quantitātē
habuit, q; in ea poterat rō animati cor-
poris conseruari: unde corpus Christi p-
pter infinitā uirtutē agentis. f. spūs sancti
fuit perfectē dispositum in instāti, & iō
statim in primo instāti animā pfectā. i.
animam rōnalem recepit. Hæc b. Tho.
tertia parte sum. ubi sup. immediatē art.
2. in sol. 2. arg. per totum. Tertiō corpus
Christi in eodem instanti suę conceptio-
nis fuit a uerbo assumptum: quod dupli-
citer ostendo. Primō ratione sic. Si cōce-
ptio carnis Christi, unionem præcederet
filius Dei de uirgine conceptus nō esset:
sed hoc est contra symbolum, & contra
dicta superius, ergo cōceptio carnis Chri-
sti unionem non præcessit: secundo pbo
hoc idem alia ratione sic. Si caro Christi
fuiſſet concepta antequam susciperetur
a uerbo Dei, habuissent aliquādo aliquā
hypostasim, uel suppositum aliquod præ-
ter suppositum uerbi Dei quod est cōtra
rationē incarnationis, secundū quā poni-
mus uerbum Dei esse unitū humanę na-
turę, & omnibus partibus eius in unita-
te hypostasis, uel suppositi, ergo &c. Ter-
tiō hoc idem probo auctoritate Aug. in
lib. de fide ad Petrum sic dicētis. Firmissi-
mē tene, & nullatenus dubites carnem
Christi non fuisse conceptā in utero uir-
ginis priusquam susciperetur a uerbo, un-
de hæc quattuor necesse est simul. f. con-
ceptionem carnis, creationē aīę, coniu-
ctionem utriusq; & unionem ad diuini-
tatē: vnde Greg. 18. libro moral. sic dicit.
Angelo annunciante, & spiritu ueniēte,
mox uerbum in utero, & mox intra ute-
rum uerbum caro. Et Damascenus dicit
tertio lib. Simul caro, simul uerbi Dei ca-
ro, simul caro animata anima rationali,
& intellectuali. Hæc b. Thom. tertio, ser.
sent. dist. 2. de ordine assumptionis, arti.
2. q. 1. argum. contra, & in cor. q. in fine.
Et iterum tertia, parte sum. quęst. 34. ar.
3. argum. contra, & in cor. q. ibidem.

Sed fortē qres an filius Dei assumpsit
carnē humanā mediante anima. Resp.
distinguendo de ordine, & medio. Sicut
enim principium, & finis important or-
dinem, ita & medium. Est autem duplex
ordo, scilicet temporis, & naturę: se-
cundum

Tertiū.

Ordo
duplex.

CAP. XVII.

enndū ordinem temporis nō dicitur in mysterio incarnationis aliquod mediū, quia tota humana natura simul sibi verbum Dei uniuir. Ordo autē naturę inter aliqua potest attendi dupliciter, uel secundum dignitatem, sicut dicimus Angelos esse medios inter homines, & Deum: uel secundum causalitatem sicut dicimus causam mediam existere inter primam causam, & ultimum effectū. Si ergo attendimus gradum dignitatis anima est media inter Deum, & carnem, & secundum hoc dicimus, q̄ filius Dei uniuir sibi carnē mediante anima. Si uero attendimus ordinem causalitatis anima est aliquali ter causa carnis uniendę filio Dei. nō. n. esset assumptibilis nisi per ordinē quē habet ad animā rōnalem, secundū quam habet, q̄ sit caro humana. Secundō distinguo de medio. Est enim medium. s. congruitatis, & necessitatis: primo enim est medium congruitatis quod facit ad decentem coniunctionem extremorū, quę tamen sine tali medio esse possent sicut pulchritudo facit ad decentem coniūctiōnē matrimonij, qua tamen amissa non soluitur matrimonim, hoc modo. Si anima cōparetur ad unionem in actu est medium congruitatis tantū. non. n. decet, ut diuinitas corpori uniat nisi habeat animā, tū quia anima est Deo propinquior: tum quia pluribus modis est Deo unibilis quam corpus, quia etiam per gratiā, & gloriam, tum etiam, quia corpori unitur propter reparationem animę: secundō dico, q̄ est medium necessitatis sine quo coniunctio extremorum esse nō potest, sicut lumen coniungitur aeri mediante Diaphano, uel sicut sunt aqua, & aer in visu, quia per aerem, & aquam species uisibilis redditur ipsi uisui hoc modo si cōparetur ad unibilitatem, sic anima est medium necessitatis sicut causans formaliter unibilitatem in corpore. Non enim corpus est unibile seruato ordine ad finē unionis secundum quem creatura rationalis assumptibilis prę alijs dicta est, nisi per hoc, q̄ particeps est imaginis Dei mediante anima: unde corpora inanimata unibilia non sunt. Hęc b. Thom. 3. scri. sent. dist. 2. de ordine assumptionis, art. 1. q. 1. in cor. q. in fine, & iterū. 3. parte sum. q. 6. art. 1. in corp. q. ibidem.

SECUNDO circa conceptionem 17.
Xpi nota, q̄ conceptio corporis Xpi fuit subitanea. miraculosa, gratiosa.

Primō fuit subitanea, & in instanti, nostra autem conceptio est successiua, & in tempore, quod tali ratione ostendo. Conceptio Christi facta est uirtute diuina, uirtus autem diuina cum sit infinita effectum suum subitō, & in instanti potest producere: unde hęc quattuor in conceptione corporis Christi in eodem instanti fuerunt. s. cōuersi sanguinis purissimi b. virginis Marię in carnem, & alias partes corporis Christi, & formatio mēbrorum organicorum, & animatio corporis organici, & assumptio corporis animati in unitatem diuinę personę. In nobis autem propter uirtutem factam, & defectiuam agentis, & propter indispositionem patientis, hęc successiue contingūt, ita q̄ maris conceptio non pficitur nisi usq; ad quadragesimum diem, ut philosophus in nono de animalibus dicit. femina autem conceptio usq; ad nonagesimum, sed in cōpletionem corporis masculi: uidetur Aug. superaddere sex dies, qui sic distinguuntur secundum eum in epistola ad Hiero. Semen primis sex diebus quasi lactis hēt similitudinē, nouem diebus cōuertit in sanguinē: deinde duodecim dieb. solidatur: octodecim dieb. format usq; ad perfectā membrorū lineationem. Et hinc iam reliquo tempore usque ad tempus partus magnitudine augetur: unde uertus. Sex in lacte dies, ter sunt in sanguine Trini. Bis senis carnem ter seni membra figurant. In Christi autem conceptione materia quam uirgo ministravit statim formam, & figuram humani corporis accepit, & anima etiam in unitatē diuinę psonę assumpta est. Hęc b. Tho. tertio, scri. sent. dist. tertia, de propagatione carnis Christi ex matre eius, art. c. 2. utrū conceptio corporis Christi fuerit subitō, arg. contra. & in cor. q. ibid. & iterū tertia, parte sum. q. 33. ubi dicit, quod hęc duo, scilicet motus localis sanguinis ad locum generationis, & augmentum quo corpus producit ad quantitatem perfectam non potuerunt esse in instanti, quia hoc est contra

In incarnatione quatuor sunt facta i eodem instanti.

Et duplex mediū circa incarnationē

rationem motus localis corporis, cuius partes successione subintrant locum. Similiter augmentum quo corpus produci-
tur ad quantitatem perfectam non potest in instanti, sed oportet esse successivum, tum quia augmentum naturæ est sine motu locali, tum etiam quia procedit ex virtute animæ in corpore formato existentis, quæ non operatur nisi in tempore, sed omnia alia quattuor supradicta sunt in instanti, & hoc ratione agentis, scilicet spiritus sancti qui est infinite virtutis ut supra patet, bide[m], artic. 1. 2. & 3. in conclusum.

miracu-
um duo
bus mo-
dis.

Secundò conceptio corporis Christi ex uirgine fuit miraculosa. Vbi nota, quod miraculum contingit esse duobus modis. Vno modo quando neque agens est naturale, neque materia est naturaliter proportionata ad talem formam, ut verbi gratia, sicut formatio hominis de limo terræ est miraculosa tam ex parte agentis quam ex parte materiæ patientis. Alio modo quando materia est naturalis, sed agens supernaturale, verbi gratia, ut sicut quando aliquis miraculosus de febribus sanatur, corpus enim hominis est naturalis materia sanitatis quæ per agens supernaturale ei confertur. Et similiter fuit in conceptione corporis Christi. materia enim quæ uirgo ministravit, fuit materia eius naturalis ex qua corpus hominis naturaliter formari potest, & per hanc materiæ naturalem quæ uirgo præparavit ad conceptum corporis Christi, Christus dicitur naturalis filius uirginis. sed formans uirtus fuit diuina, scilicet uirtus spiritus sancti: unde Ambrosius in libro de incarnatione Christi sic dicit. Multa in hoc misterio & secundum naturam inuenies, & ultra naturam. Si enim consideremus id quod est ex parte materiæ. scilicet conceptum quæ mater ministravit, totum est naturale. Si autem considerare mus id quod est ex parte uirtutis actiue, scilicet spiritus sancti, totum est miraculosum. Et quia unumquodque magis iudicatur secundum formam, quam secundum materiam, & similiter secundum agens quam secundum patientem, inde est, quod conceptio corporis Christi debet dici simpliciter miraculosa, & supernaturalis, & secundum aliquid naturalis. Ex parte materiæ quæ uirgo præparavit, ut patet. Sed forte argues, quod etiam ex parte uirtutis actiue conceptio corporis Christi

si sit naturalis tali ratione. In illuminatione cæci quamuis potentia uisiva miraculose detur, tamen post acceptam potentiam uisivam naturaliter uidet, sed spiritus sanctus uirgini potentiam generatiuam dedit, ergo postea naturaliter generauit. Respondeo duobus modis: primò quod non est simile exemplum, eod quod cæco illuminato datur potentia uisiva sine omni dispositione contraria uisioni, & ideo operatio seu visio sequens est naturalis, sed potentia generandi data est uirgini manente uirginitate quæ est dispositio contraria ad conceptum: secundò modo respondeo, & dico, quod exemplum non est simile eod, quod cæco illuminatio datur potentia passiva, cuius operatio est per hoc quod mouetur ab agente naturali, scilicet colore, & ideo illa visio est naturalis, sed uirgini dicitur data potentia generatiua per hoc, quod mota est potentia eius passiva ad generandum ab agente supernaturali & ideo operatio sequens, scilicet conceptio corporis Christi est miraculosa. Quod etiam per hoc auctoritate, & ratione. primò ratione sic. Quia sicut est contra naturam ordinem, ut cæcus videat, ita etiam, ut uirgo manens uirgo pariat, sed illuminationem cæcorum dicimus miraculosam esse, ergo etiam conceptio corporis Christi ex uirgine miraculosa est: secundò hoc idem probabo auctoritate Anselmi in libro de conceptu uirginali ubi sic dicit, spiritus sanctus uirtus altissimi de uirgine muliere uirum uirginem mirabiliter propagauit, ergo &c. Hæc Beatus Thomas tertio scripto sententiarum distinct. 3. de potentia generatiua Beatæ uirginis articulo secundo utrum generatio Christi ex uirgine sit naturalis, in duobus argumentis contra, & in cor. q. & in sol. 2. argumentis ibidem, & iterum tertia parte sum. q. 33. artic. 4. in cor. q. Tertiò conceptio corporis Christi ex uirgine gratiosa.

Vbi nota, quod res aliqua dicitur gratiosa istis quattuor modis seu rationibus, prima est, quia uoluntas dei illam gratis impedit, secunda est, quia Deus illam re acceptauit: tertia est, quia Deo acceptum efficit: quarta est, quia gratum ex toto perficit. Istis quattuor rationibus conceptio seu incarnatio Christi est gratiosa. Prima ratio est, quia ipsa Dei bonitas conceptionem, vel incarnationem gratis uoluit, & fecit, & ideo nullis præcedenti-

Gratia
Christi
non po-
tuit au-
geri.

dentibus meritis, ut patet sup. 3. cap. præcedenti immediatè. Req. ibi. Secunda rō est, quia Deus conceptionem, & incarnationē verbi pro reparatione, & saluatione humani generis acceptauit. Tertia ratio est, quia ipsa cōceptio, uel incarnatio uerbi quantum est ex se gratum, seu acceptū Deo, efficit. Hæc Beatus Thom. 3. par. sum. q. 2. art. 10. in cor. quæst. Quarta ratio est, quia ipsa conceptio, uel incarnatio uerbi gratum ex toto perficit: & sic Christus ab instanti suæ cōceptionis fuit ita plenus, immo perfectus gratia, q̄ eius gratia augeri non potuit, quod tali rōne ostendo. Augumētum non competit rei secundū, q̄ res est in termino, sed secundum, q̄ est in uia ad terminum. Cuius rō est, quia secundum, q̄ res est in termino tota potentialitas capacitatis est impletā ex fine implete, & idē nō habet ulterius quo crescat. Et quia anima Christi ab initio conceptionis finī ultimo est vnita, non solū per fruitionem, ut perfectus comprehensor, sed etiam per uerbi vnionem, idē gratia eius crescere non potuit. Hæc B. Tho. tertio scrip. senten. distin. 13. artic. 2. q. 3. vtrum gratia Christi potuit augmentari in cor. quæst.

CAP. XVIII.

AD maiorem tamen euidentiā eorū quæ dicta sunt in fine capituli præcedētis de plenitudine gratiæ Christi est sciendū q̄ illud plenē haberi dī quod secundum oēs differentias, & modos, & effectus suos habetur. Hæc autē plenitudo gratiæ pōt attendi secundū rōne triplicis causæ, s. secundū rōnem causæ finalis efficientis, & formalis: & secundum has tres rōnes causarum Christi habuit plenitudinē gratiæ: primò. n. gratia finis est, ut coniungat nos Deo, Christus autē secundū, q̄ hō coniunctus fuit diuinitati, non solum per cognitionem, amorem, & fruitionē, sed etiam per unionem in persona, ideo gratia Christi plenissimē est consecuta finem summum: secundò plenitudo, uel perfectio gratiæ secundum rationem causæ formalis est, q̄ gratia perficiat ipsum quantū ad omnes differentias modos, & effectus suos, & sic Christo data est gratia excellenter perficiens ipsum, non solum

quantū ad omnes uirtutes, sed et quantū ad omnes vsus virtutum: & quantum ad omnes effectus gr̃æ gratis datæ, & iterum ad oīs peccati remotionem non solum actualis, sed etiam originalis, & potentia peccandi: tertio plenitudo, uel perfectio gratiæ secundū rōnem causæ efficientis est, q̄ nō solum Christus est perfectus, sed etiā q̄ ipse est causa perfectionis oīum aliorum quod probatur per exemplum de luce corporali. Videmus. n. quod aliqua lucem habet quattuor modis: aliquid. n. est quod lucem habet corporalem tm̃, ut luceat, aliquid autem, ut alia illuminet, aliquid autē, ut aliqua illuminātia faciat, aliquid autem, ut oīs illuminatio ab eo sit. Sicut. n. est de sole, ita etiam de gratia Christi quæ quattuor in se habet: primò enim Christus habet gratiam per quam in se perfectus est: secundò gratia quam Christus habet redundat in alios: tertio gratia Christi eorum in quos redundat quosdam facit cooperatores Dei, ut etiā ipsi alios per ministerium ad gratiam reducant, ut dicitur 1. ad Corint. 3. quartò gratia Christi ex ipso in omnes redūdat, quia de plenitudine eius omnes accipimus gratiam per gratia, & hæc est plenitudo causæ efficientis.

Secundum autem prædicta concludi potest, quod plenitudo gratiæ dicitur quinque modis. Prima enim est plenitudo sufficientiæ per quam aliqui in se formaliter sunt perfecti, quantum ad omnes uirtutes, & quantum ad expulsionem oīum peccatorum mortalium, & hæc plenitudo fuit in Beato Stephano, & in alijs sanctis, secundū quam aliquis impletur Deo, ut nihil in eo Deo aduersum remaneat. Secunda plenitudo gratiæ est plenitudo copiae: & hæc est in tota ecclesia Dei, quia nulla gratiarum ei deest quin sit in aliquo membrorum suorum. Tertia est plenitudo specialis prærogatiuæ, quæ non solum omnia mortalia, sed etiam omnia uenialia repellit, & hæc plenitudo gratiæ fuit in Beata Virgine: secundum quam gratiam plena Deo fuit, ut nihil esset in ea quod non ordinaretur ad Deū. Quarta plenitudo gratiæ est plenitudo efficientiæ, qua aliquis non solum est plenus in se, & perfectus, sed etiam est causa plenitudinis gratiæ in alijs. Quinta plenitudo

Exemplū de perfectione gr̃æ Christi.

Plenitudo gr̃æ quinque modis.

gratiæ est plenitudo redundantia, & talis plenitudo est in Christo, vt patet supra, hoc eodem cap. Et ideo merito dicitur Iohannis 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis. Hæc Bea. Tho. tertio scrip. sent. dist. 13. art. 2. q. 1. argu. contra, & in cor. q. per totum.

Sed fortè argues in oppositū. scilicet qd Christus non sit plenus diuina gratia tali ratione. Subiectum gratiæ est anima: sed diuinitas nō dicitur esse in anima, sed in corpore: ita dicitur ad Colo. 2. In Christo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: ergo sequitur, vel qd gratia diuinitatis non sit in anima, vel qd unio incarnationis non sit ex gratia, cuius cōtrarium est probatum cap. præceden. immediatè. Respondeo & dico, quod plenitudo diuinitatis dicitur corporaliter habitare in Christo tripliciter: primo modo quia diuinitas non tantum animæ, sed etiam carni est unita: secundo modo per similitudinem ad tres dimensiones corporis, quia diuinitas est trib. modis in Christo: uno modo in generali sicut est in oībus creaturis, scilicet per essentiam, præsentiam, potentiam, & in hoc consistit quasi longitudo: alio modo in speciali prout est in sanctis per gratiam gratum facientem, per quam est latitudo generalis charitatis: tertio per unionem personalem, scilicet in proprio filio, in quo est sublimitas, & profunditas: tertio modo dicitur diuinitas in Christo corporaliter habitare ad similitudinē corporis secundū, qd diuiditur contra vmbra. In sacramentis enim veteris legis fuit quasi in vmbra, & signis, ad Heb. 10. Vmbra habens lex futurorum bonorū, &c. In Christo autem secundum rem, & veritatem propter quod diuinitas dicitur habitare in Christo corporaliter, i. non vmbrales sicut habitauit in sacramētis veteris legis: vnde Christus se habet ad illas figuras sicut corpus ad vmbra. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 4. arti. 6. q. 2. utrū Christus gratia diuina, vel diuinitate repletus fuerit corporaliter, in cor. q. Et tertia parte summæ quæst. secunda artic. 10. in sol. 2. argumen. ad expositionem huius auctoritatis Apostoli ad Colo. 2. In Christo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter,

CAP. XIX.

Tertio circa conceptionem est notandum, qd Christus in instanti suæ conceptionis tria priuilegia principalia præ omnibus alijs habuit, scilicet priuilegium sanctitatis, felicitatis, impeccabilitatis. Primo habuit in instanti suæ conceptionis priuilegiū sanctitatis. Vbi nota, qd aliud est sanctitas, & aliud est sanctificatio. Sicut. n. Dionysius dicit. 4. cap. de di. nomi. Sanctitas est ab omni immunditia libera, & perfecta, & immaculata munditia. Sanctificari autem cū sit sanctum fieri, emundationem à culpa dicit, & quia nulla culpa ī Christo fuit nec esse potuit, ideo sanctitas conuenit Christo: propter quod dixit Angelus Beatæ Virgini Lucæ 1. Qd enim ex te nasceretur sanctū vocabitur filius Dei, non autem propriè sanctificatio sicut patet. Hæc Bea. Thom. tertio scrip. senten. dist. 3. de sanctificatione Beatæ virginis. art. 1. q. 1. in cor. q.

Ad cuius euidentiam est sciendum, qd aliquid sit sanctum duobus modis, vel ex sancto, vel ex non sancto, Primo aliquid sit sanctum ex sancto duobus modis. Vno modo sit aliquid sanctū ex sancto, in quantum ex minus sancto sit maius sanctum, & sic nō est sanctificatus Christus, sed p Apostolis orauit, ut hoc modo sanctificaretur, cum primò etiā essent sancti: vnde dicit Ioh. 17. Pater sanctifica eos in veritate. Apo. enim tūc erāt, sancti sed Christus orauit, ut magis sanctificarent. Alio modo aliquid sit sanctum ex sancto secundū continuationem sanctitatis, eadē sanctitatis quantitate seruata, & hoc modo Chrs. potest dici sanctificatus. Iohan. 17. Ego pro eis sanctifico meipsum. Secundo aliquid sit sanctum ex non sancto, & hoc duobus modis, primò ex non sancto accepto contrariè, vel priuatiuè, sicut peccator p gratiam sanctificari dicitur, & hoc modo Christus non potest dici sanctificatus, quia non potest concipi cum consistētia subiecti aliquis defectus sanctitatis in eo fuisse: simul enim fuit homo, & sanctus homo: secundo modo sit sanctum ex non sancto accepto negatiuè, & hoc duobus modis, scilicet uel ratione sancti

tatis

Quo
plenitudo diuinitatis ī
Christo

Sanctitas
differt à
sanctifica-
tione.

Quomodo
Xps dicitur
sanctifi-
catus.

tatis creaturæ quæ hominis est, & sic Christus dicitur factus sanctus sicut factus homo, & ita dicitur Iohan. 10. Quem pater sanctificauit, & misit in mundum. Nam missio filij est incarnatio eius: uel ratione sanctitatis increate, & sic dicitur, Christus factus sanctus per modum quo dicitur. Homo factus est Deus, quæ uel est falsa, uel minus propria quam ista, Deus factus est homo: ut patebit infra de locutionibus. exprimentibus unionem. Hæc B. Thom. tertio scri. sen. dist. 3. de sanctificatione Christi concepti. art. 3. in cor. quæst. Et iterum 3. parte summæ. quæst. 34. art. 1. in solut. 2. argum.

Xps comprehen-
sor fuit
ab instanti
conceptionis.

Secundo Christus præ omnibus alijs habuit priuilegium felicitatis, eo quod ipse solus in primo instanti suæ conceptionis perfectus comprehensor fuit, quod dupliciter probatur. scilicet auctoritate, ratione, & perfectione: primo probatur auctoritate patrum. sic dicentis. Beatus quem elegisti, & assumpsisti &c. quod secundum glossam refertur ad humanitatem Christi quæ assumpta est à uerbo Dei in unitate suppositi, sed in primo instanti suæ conceptionis fuit assumpta natura humana a uerbo Dei, ut patet, supra ergo in primo instanti suæ conceptionis fuit Christus secundum, quod homo Beatus ergo, & comprehensor: secundo hoc idem probatur ratione sic. Christus in primo instanti suæ conceptionis non accepit gratiam ad mensuram. Gratia autem ad mensuram dicitur duobus modis, uel quia est gratia uiatoris, uel quia est habitualis gratia sine actu, ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis accepit, uel habuit non solum tantam gratiam quantum uiatores habent, & comprehensores sed omnibus comprehensoribus maiorem. Similiter quia gratia illa sine actu in illo non fuit, consequens est quod actu fuerit comprehensor uidendo Deum per essentiam clarius præ cæteris creaturis: tertio probatur hoc idem perfectione sic. Christus fuit simul Deus, & homo, ex quo in sua humanitate habuit aliquid præcæteris. scilicet creaturis ut statim a principio esset Beatus. Hæc B. Tho. tertia parte sum. q. 34. artic. 4. contra. & in cor. q. & in sol. 3. arg. ibidem.

Tertio Christus ab instanti suæ conceptionis, & deinceps præ omnibus alijs ipse solus habuit priuilegium impeccabilitatis.

Nam Christus nullo modo peccare potuit. Quod tripliciter probatur. scilicet auctoritate, ratione distinctionis: primo auctoritate Damasceni in tertio libro sic dicentis. Impeccabilis est dominus Iesus Christus, secundo probatur hoc idem ratione sic. Hæc est perfectio naturæ glorificatæ, ut iam peccare non posset, sed Christus a primo instanti suæ conceptionis uerus, & perfectus comprehensor fuit, ut patet supra immediate, ergo nunquam peccare potuit: tertio hoc idem probatur distinctione sic. Christus potest considerari tribus modis. scilicet ut uiator, ut comprehensor: ut Deus. Primo modo si Christus consideretur, ut uiator, peccare non potuit, & hoc triplici ratione. Prima est ex parte regulæ dirigentis. Nam Christus in quantum uiator, est dux noster dirigens nos secundum uiam rectam: In quolibet autem genere oportet primum regulas torqueri non posse, quia alias esset error in omnibus quæ ad ipsum, uel ab ipso regulantur. Secunda ratio est ex parte gratiæ perficientis. Nam Christus ex hoc, quod dux noster est, & regula, tantam gratiæ plenitudinem habuit, ut etiam in quantum uiator peccare non posset: unde etiam, & illi qui proximi sibi fuerunt, confirmati sunt, ut Apostoli etiam uiatores existentes qui peccare mortaliter non potuerunt, quamuis potuerunt peccare uenialiter. Secundo modo si Christus consideratur, ut comprehensor, tunc etiam peccare non potuit. Cuius ratio est, quia mens comprehensoris fini ultimo totaliter est adiuncta, uel coniuncta, ut agere non possit nisi secundum ordinem ad finem, ut patet. 2. lib. sen. distinct. 7. de Angelis confirmatis.

Tertio modo si Christus consideretur in quantum Deus peccare non poterat, & hoc duplici ratione. Prima est, quia anima, & corpus Christi fuerunt quasi organa diuinitatis, ut Damascenus dicit, diuinitas autem ita animam, & corpus regebat, quod non poterat peccatum attingere ad animam eius. Secunda ratio est, quia Deus, qui animam, & corpus regebat peccare non poterat.

Sed forte argues in oppositum duplici ratione. Prima est talis. Sicut peccatum requirit uoluntarium, ita, & meritum. Sed secundum Augustinum nullus peccat in eo quod vitare non potest, ergo etiam nullus meretur

Christus etiam
ut uiator
peccare
non potuit.

vel laudatur de hoc quod dimittere, uel facere non potest. Si ergo Christus non potuit peccare, nō est laudandus de hoc q̄ nō peccauit. Respondeo, & dico, q̄ impotentia coactionis quæ opponitur uoluntario tollit rationem meriti, & demeriti: non autem impotentia quæ ex perfectione in bonitate, uel malitia, quia hæc impotentia uoluntarium non tollit, sed ponit uoluntatem confirmatam ad unum. Secunda, ratio ad idem est talis. Qui habet potentiam peccandi potest peccare, sed Christus habuit potentiam peccandi, eo quod Christus habuit liberum arbitrium ergo &c. Respondeo, & dico, quod liberum arbitrium non ordinatur ad peccandum, immo peccatum accidit ex defectu eius: unde peccare non specificat potentiam liberi arbitrij. Et ideo cum dicitur, quod aliquis habeat potentiam peccandi non intelligitur, quod habeat liberum arbitrium, sed quod habeat ipsum ordinatum ad peccandum, ut peccare possit. Et ideo sicut de Christo non dicitur, quod possit peccare, ut patet supra immediatē, ita ēt non dicitur, quod potentiam peccandi habeat. Hæc B. Tho. 3. scrip. sen. dist. 12. de potentia peccandi. art. 1. in argu. duobus contra, & in cor. q. & in sol. 3. argu. & iterum ibidem. art. 2. in cor. q.

CAP. XX.

20 **Q**uarto circa conceptionem Christi nota, quod conceptio, uel incarnatio uerbi præ omnibus alijs quattuor præuilegia habuit: primo. n. fuit unione incomparabilis, secundo ratione incomprehensibilis, tertio uigore inseparabilis, quarto ualore inestimabilis.

Primo. n. conceptio uerbi Dei, uel incarnatio eius fuit unione incomparabilis. Nam unio quæ facta est in conceptione, uel incarnatione uerbi Dei aliquo modo est minima unionum, aliquo modo est maxima unionum, quod sic patet. Nam unio ista dupliciter potest considerari, uno modo ex parte naturarum quæ coniunguntur, alio modo ex parte personæ in qua coniunguntur. Primo. n. modo si cōsideratur unio ex parte naturarum quæ coniunguntur, uel uniuntur, tunc talis unio est minima unionum, quod duplici

ter probo, scilicet auctoritate, & ratione: primo ratione sic. Quanto ea quæ uniuntur magis distant, tanto ipsorum minor est unio, sed natura diuina, & humana maxime distant, eo quod distant in infinitum, ergo earum minima est unio, secundò probo hoc idem auctoritate Leonis Papæ in sermone de natiuitate Christi sic dicentis. Salua proprietate utriusq; substantiæ suscipitur à maiestate humilitas, à uirtute infirmitas, ab eternitate mortalitas, ergo nunquam est facta in natura unio, ita quod una in aliam sic conuersa. Quod etiam quattuor rationibus probo. Prima est talis. Aliquid enim est quod constat est duabus naturis: nō tamen in duabus naturis, uerbi gratia. Sicut mixtum ex elementis, & in talibus oportet, quod sit media natura constituta ex duab. naturis non manentibus: Christus autē constat ex duabus naturis, ita quod in duabus subsistit. Est enim Christus naturæ diuinæ, & humanæ: unde non est simile de mixto, & de Christo. Secunda ratio est talis. Quando sunt aliqua duo quorum naturas oportet saluari intransmutatis, unū nō transmutatur in aliud: nec duo in tertium. Sed in incarnatione oportet utramque naturam seruari intransmutatam, ergo &c. unde licet aīa, & corpus constituāt humanam naturam, & habeant esse intransmutatum, tamen anima, & corpus non sunt duæ species naturæ, prout in pposito de natura loquimur, sed utraque est pars humanæ naturæ, altera sicut forma: altera sicut materia, & ideo nō est simile anima, & de corpore in homine, & natura diuina, & humana in Christo.

Tertia ratio est talis. Illæ naturæ semper sunt distinctæ quarum proprietates sunt distinctæ, ita quod proprietates unius naturæ nunquam dicuntur de alia, sed proprietates humanæ naturæ nunquam dicuntur de diuina: nec e conuerso, sed utreque dicuntur de habente naturā, uel diuinam, uel humanam, quod significatur hoc nomine Deus, & hoc nomine homo. Idem enim est qui utramque naturam habet. Et propter hoc dicitur, quod ille homo. s. Christus qui est Deus creauit stellas, & e conuerso dicitur, q̄ filius Dei passus est. Quarta ratio ad idem est talis. Licet natura diuina superet in infinitum huma-

huma-

Liberū
arbitriū
non or-
dinatur
ad peccā-
dum.

humanam naturam tamē quando adin-
uicem coniunguntur humana natura nō
conuertitur in diuinam, sicut vt gutta ui-
ni in mille amphoras aquæ proijciatur,
uinum transit, & conuertitur totaliter in
naturam aquæ. Cuius ratio est, quia hæc,
& his similia communicant in materia,
& agunt, & patiuntur adinuicem: natura
autē diuina, & humana nō sic, & ideo sem-
per distinctæ remanent postea sicut ante
unionem. Sed fortē argues in oppositum,
eō q̄ à sanctis dicitur, ut Damascenus nar-
rat, q̄ caro Christi dī deificata, ergo hu-
mana natura coniuncta diuinæ tota cō-
uertitur in diuinam. Respondeo, & dico,
q̄ caro Christi dī deificata, non quia sit
facta ipsa diuinitas, sed quia facta est Dei
caro, & etiam quia abundantius dona diui-
nitatis participat ex hoc quod est unita
diuinitati. Et quia est quasi instrumentū
per quod diuina virtus nostram salutem
operatur quod patet, tangendo. n. lepro-
sum carne sanauit eum per diuinitatis
virtutem, & moriendo carne mortem ui-
cit per uirtutem diuinitatis: uirtus autē
agentis aliquo mō est in instrumēto quo
mediante agit. Hæc B. Thom. tertio scri-
senten. dist. 5. arti. 2. utrum unio facta sit
in natura, in sol. 6. arg. Secundo unio di-
uinæ naturæ, & humanæ potest conside-
rari ex parte personæ diuinæ in qua uni-
tur: & sic unio diuinæ naturæ, & humanæ
in persona Christi post unionem diuinæ
essentiæ in tribus personis est maxima
unio, & inter omnes alias uniones præ-
minentiam habet: quod dupliciter p̄bo,
scilicet ratione, & auctoritate. Primo ra-
tione sic. Maior unitas quæ sit in rebus
creatis est unitas numeralis quæ est prin-
cipium numeri, sed unitas diuinæ natu-
ræ, & humanæ in persona Christi est ma-
ior quam unitas numeralis: quod dupli-
citer probo, primò quia unio diuinæ per-
sonæ est unitas per se existens non rece-
pta in aliquo per participationem: secun-
do quia est in se unitas personæ comple-
ta habens in se quicquid pertinet ad ra-
tionem unitatis, & ideo non competit si-
bi ratio partis, unitas autē numeralis: non
est per se subsistens, eo q̄ participatur à re-
bus numeratis: nec etiam est completa,
quia pars est, & sic unio incarnationis
quātū ad hoc est maior unitate numera-

li. Secundo probo hoc idem auctoritate.
Nam Bern. in libro de consideratione ad
Eugenium Papam ponit octo modis vni-
tatis dicens, q̄ prima est unitas collecti-
ua cū multi lapides faciunt vnum aceruū
qua unitate maior est unio incarnatio-
nis, eo q̄ maior est unitas personæ, & per
se subsistens quā unitas siue unio acci-
dentalis. Secunda unitas est constitutiua
cum multa membra, vel partes constituūt
vnum totum, qua unione maior est unio
incarnationis, tum quia est unitas per se
subsistens tum quia est unitas personæ cō-
pleta, vt patet supra, immediatē. Tertia
unitas est coniugatiua quando duo non
sunt duo, sed una caro, & hac est maior v-
nio incarnationis: quod multipliciter p̄-
bari potest. Quarta unitas est natua q̄ ex
anima, & caro unus nascit homo: & hac
unitate, uel unione maior est unio incar-
nationis. Cuius rō est, quia unitas diuinæ
personæ est maior unitas quā unitas,
& personæ, & naturæ in nobis, quæ est v-
nio in nobis animæ, & corporis. Quinta
unitas est potestatiua qua homo uirtutis
non instabilis non dissimilis. sed unus si-
bimet semper nititur inueniri, & hac vni-
tate maior est unitas diuinæ personæ: in
qua uirtutes, dona, & gratiæ eminentius
ceteris alijs extiterunt, & præfulserunt.
Sexta unitas est unitas consentanea qua
per charitatem multorum hominum est
cor unum, & anima una, & hac unitate
uel unione unio incarnationis est ma-
ior, eo q̄ maior unio est personæ diuinæ,
& increatæ quā humanæ, & creatæ. Se-
ptima unitas est uotiua qua anima uotis
omnibus adherens Deo unus spiritus est
cum Deo. Et hac unione maior est unio
incarnationis, eo quod maior est coniū-
ctio animæ ad Deū p̄ coniunctionem in
persona, quā per cōiunctionē, & dilectio-
nē in uia, & quā per fruitionē in p̄ria.
Octaua unitas ē unitas diuina, & increa-
ta. s. unitas trinitatis, & hæc est maior
quā unitas incarnationis. Cuius rō est,
quia quamuis persona sit ita simplex, &
unum sicut essentia, tamen quælibet triū
personarum est idē re cum ipsa essentia
in qua unitur. Non autem utraque natu-
ra in Christo est idem in re cum ipsa per-
sona diuina in qua sit unio, quod patet,
quia humana natura non est idem in re
cum

Octo
modi v-
nitatis.

collatio
unitatis
ad intra
& incar-
nationis.

Caro
Christi
instru-
mētum
verbi.

cum persona diuina quamuis altera natura. scilicet diuina sit omnino idem re cum ipsa persona diuina. Nona est unitas dignitativa qualimus noster à Deo assumptus est in unitate personarum, & hæc unio est minor unitate trium personarum in una essentia, sicut patet ratione prædicta. Et confirmo hoc idem alia ratione sic, quia maior est unio personarum in vna essentia quam unio naturarum in una persona, ut patet: tum post unitatem trium personarum in vna essentia arcem tenet unitas dignitativa quæ est in Christo. Hæc B. Tho. 3. script. sent. dist. 5. art. 1. q. 2. arg. contra, & in cor. q. Et iterum. 3. par. sum. q. 2. art. 9. in corp. q. & in sol. arg. ibidem.

CAP. XXI.

Secundo conceptio, vel incarnatio uerbi est ratione incomprehensibilis. Nam ad ea quæ sunt fidei ratio demonstratiua haberi non potest cum fides de non apparentibus esse dicatur, ut dicit Apostolus. ad hæbreos. 11. & præcipue in illis quæ ex mera Dei uoluntate proueniunt cuiusmodi est incarnatio. Et ideo ad incarnationem probandam, ratio demonstratiua haberi non potest, nec etiam in contrarium, quia cum demonstratio scire faciat, scientia autem non sit nisi uerorum oportet omne quod demonstratur uerum esse, quod eius contrarium falsum, & ideo sufficit defendere, quod non est impossibile incarnationem esse. Hæc B. Thom. tertio scripto sentent. dist. 1. art. secundo, in cor. quæst. in principio, ubi ostenditur fuisse congruum Deum incarnari. Req. de hoc in locis suis: unde Hieronymus in sermone de assumptione sic ait. Quod natura habuit, usus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cælum, stupet terra, creatura omnis etiam cælestis miratur, hoc totum est quod per Gabrielē Mariæ diuinitus nunciatur, & per Christum adimpletur, Et Chrysostomus in Homel. de natiuitate Domini sic ait. Scio quod uerbum caro factum est, & quomodo factum nescio. Miramini quia ego nescio omnis creatura ignorat. Requi. supra. Fides quomodo ad ea quæ sunt fidei omnis ratio humana deficit. Et quomodo ratio

aliquando excludit, uel tollit meritum, aliquando uero attulit, uel accrescit meritum.

CAP. XXII.

Tertio conceptio, uel incarnatio uerbi Dei est uigore inseparabilis. Nam tanta fuit unio diuinitatis ad carnem, & animam in persona Christi, quod et in morte Christi diuinitas non fuit à carne, & ab anima separata. Primo dico, quod in morte Christi diuinitas non fuit separata à carne, quod tripliciter probabo. scilicet auctoritate, ratione, & sufficiency diuisione: primo probabo auctoritate Leonis Papæ qui sic dicit. Tanta fuit unio Dei, & hominis, ut nec supplicio possit dirimi: nec morte distingui, sed supplicium pati, & mori est corporis, ergo corpus Christi in morte à diuinitate non est separatum, secundo probabo hoc idem ratione sic. Maior est gratia unionis per quam diuinitas est unita carni in persona Christi, & magis permanens ex sui ratione quam gratia adoptionis qua alij sanctificantur. Cuius ratio est, quia gratia unionis, uel incarnationis Christi ordinatur ad unionem personalem: gratia autem adoptionis ordinatur ad quandam unionem affectualem, sed gratia adoptionis nunquam perditur sine culpa: unde dicitur ad Rom. 11. q. sine penitentia sunt dona dei, & uocatio: ergo multo minus perditur, uel tollitur gratia unionis sine culpa. Cum ergo in Christo nullum peccatum fuerit nec potuit esse possibile, quod diuinitas solueretur, uel separaretur à carne Christi: tertio hoc idem probabo sufficienti diuisione, quia si diuinitas fuit separata à carne in morte Christi, aut fuit ex parte Dei, aut ex parte assumpti, aut ex parte nostri, primo. n. ex parte Dei non. Cuius ratio est, quia cum Deus sit immutabilis ei quod sibi perfectè coniunctum est immutabilitatem præstat, ut si immutabiliter ei adhereat: secundo ex parte assumpti non. Cuius ratio est, quia Christus per mortem quam ex obedientia patris sustinuit non debuit suam dignitatē amittere, scilicet ut diuinitas à carne separaretur, sed magis debuit clarificari: tertio non debuit diuinitas à carne separari ex parte nostri. Cuius ratio est, quia ea quæ post mortem ipsius circa ipsum

12
In tri-
duo uer-
bum nõ
dereliquit
carnem.

Incarnatio nec demonstrari nec reprobari potest.

sum facta sūt nobis salutaria nō fuissent nisi diuinitas carni adiūcta, & vnita eēt.

Oppo. Sed fortè argues in oppositum, s. q. in morte Christi diuinitas à carne fuerit separata eò, q. dominus in cruce pēdens clamauit. Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me. *Mart. 27.* Quod exponens *Ambr.* dicit. Clamat homo separatione diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas morte libera sit, vtiq; ibi mors esse nō poterat nisi uita discederet, quia vita diuinitas est: & sic vī, q. in morte Christi diuinitas fuerit separata a carne. Respondeo duobus modis: primò q. derelictio illa nō est referenda ad solutionem unionis personalis, sed ad hoc, quòd Deus pater eum exposuit passioni: vnde relinquere ibi nō est aliud quàm nō protegere a persequentibus: secundo modo respondeo & dico, quòd Christus dicit se derelictum quantum ad illam orationem quam fecerat dicens. Pater si fieri potest transeat à me calix ille, ut *Augus.* exponit in lib. de gratia noui testamenti.

Secundò dico, q. diuinitas ī morte Christi non fuerit ab aīa separata, quod pbo triplici ratione, s. descensus, aspectus, excessus, uel connexus: primò rōne descēsus sic. Filius Dei dicitur descendisse ad inferos: unde tanquam articulus fidei negari non potest nec debet, sed descendere ad inferos non competit filio Dei, nisi rōne animæ: ergo filius Dei post mortē habuit animam sibi unitam: secundò hoc idem probō ratione aspectus sic. Maior est coniunctio ad Deum per vñionem in persona, quàm cōiunctio animæ ad Deum per fruitionem in patria, sed anima coniuncta Deo per fruitionē in patria nunquā separatur ab ipso, ergo multo minus anima coniuncta ei per unionē in persona: tertio hoc idem probō ratione excessus, uel cōnexus sic. Amplius, idest immediatius, & prius, & plurib. modis anima vnitur Deo quam corpus, sed diuinitas nunquā fuit à corpore separata, ergo minus ab anima: vnde *Damas.* in 3. lib. sic dicit. Et si Christus mortuus, mortuus est, ut homo, sancta eius anima ab omni contaminato diuisa est corpore, sed diuinitas inseparabilis ab utriusque permanet: ab anima dico, & corpore.

Oppo. Sed fortè argues in oppositum, s. q. di-

uinitas in morte Christi fuerit separata ab anima tali ratione. Quicumque deponit aliquid, illud à se separata, sed filius Dei, de seipso dicit *Ioh. 10.* Ego pono animam meam, ergo a se separat. Respondeo, & dico, q. filius Dei dicitur animā ponere, non quidem à se, sed a carne a qua in morte fuit anima separata.

Sed fortè quæres cuius virtute. Respondeo & dico, quòd ipsa caro animam suā ponit, & iterum eam sumit, non potestate sua, sed potestate verbi inhabitātis carnem, quia per mortem diuinitas non est separata à carne uerbi, licet anima sit separata à corpore: & propter hoc ille homo, scilicet Christus nerē potest dici mortuus: crucifixus, & sepultus. Hæc *Beatus Thomas*, tertio scrip. sen. dist. 21. art. 1. q. 1. & 2. & 2. in argumētis contra, & in corpore, & in solu. 2. arg. 2. q. & iterum tertia parte sum. q. 50. de morte Christi, arti. 2. in cor. & in sol. 1. argu. Et ibidem artic. 3. argum. contra, & in cor. q. & in sol. 1. arg. ibidem.

CAP. XXIII.

Quarto cōceptio, uel incarnatio uerbi Dei est ualore inæstimabilis. Nā ex conceptione, uel incarnatione uerbi Dei plurimæ utilitates supra cōprehensionem humani sensus, & intellectus sunt consecutæ. Spāliter tamen quadruplex utilitas est consecuta, s. quia humana natura est exaltata, infinita distantia est coniuncta, diabolica potētia est refrenata, uita æterna est collata. Primò em̃ ex cōceptione, unionē, uel incarnatione uerbi infinita distantia est coniūcta qualis fuit summū, & imum, Deus, & limus, uerbum, & caro: diuinitas, & humanitas quæ sunt in Christi conceptione coniuncta: unde *Bern.* ibi, scilicet in cōceptione Christi. Stella portauit solem, palmes uitem, riuulus fontem, filia patrem, creatura creatorem. *Requ. sup. 3. cap.* quomodo unio duarū naturarū in persona Christi fuit maxima, & quō non. Secundò ex cōceptione uerbi, & incarnatione humana natura est exaltata: unde per hoc instrui-

Ex icar
natione
distātia
coniun
cta est.

Natura
huma-
na exal-
tata,
peccan-

peccando: vnde Aug. dicit in li. de vera religione. Demōstrauit nobis Deus quam excelsum locū inter creaturas habeat humana natura, in hoc, q̄ non solum visibiliter aut ī aliquo ætherico corpore ad moderantiam hoīum tēperato hoīb̄us in vero hoīe apparuit. Et Leo Papa dicit in sermone de natiuitate domini. Agnosce d̄ Christiane dignitatē tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterē utilitatem degeneri conuersatione redire, memento cuius capitis, & cuius corporis sis membrū. Reminiscere quia erutus de potestate tenebrarum trāslatus es in Dei lumen, & regnum, noli diaboli te iterū seruituti subijcere, quia precīū tuum sanguinis Christi est qui veritate te iudicabit, qui minima te redemit. Tertiō ex conceptione, vel incarnatione verbi, diabolica potentia, & refrenata, limitata, uel ligata. Nam per hoc, q̄ Christus est conceptus, & incarnatus instruit homo ne sibi diabolū præferat, & eum veneretur qui est actor peccati, vnde dicit Aug. 13. de Trinita. Quanto sic Deo coniungi potuit humana natura, vt fieret una persona, superbi illi maligni spūs nō ideo se audeāt homini præponere, quia nō habēt carnē.

Quartō vita æterna est collata. Nā per conceptionem, & incarnationem Christi collata est homini plena participatio diuinitatis quæ verē est hominis beatitudo, & finis humanæ naturæ: vnde Aug. in quoddā sermone de Natiuitate Domini sic ait. Factus est Deus homo ut fieret Deus. Hæc Beat. Thom. 3. par. summæ q. 1. art. 2. vtrum fuerit necessarium ad reparationem humani generis verbum incarnari, in cor. quæst.

CAP. XXIIII.

24 **Q**uarto & ultimō principaliter circa incarnationis mysterium consideranda est incarnatio dominica. Circa quam in speciali per ordinem consideranda sunt quattuor, scilicet causa inducens, & rationalis, persona assumens, & specialis, natura conueniens, & assumptibilis, hora expediens, & acceptabilis.

Primō circa incarnationem dominicam consideranda est causa inducens, &

rationalis, nam causa incarnationis dominicæ, & veritatem huius solus ille scire potest, qui natus, & oblatus est quia uoluit: vnde ea quæ ex sola Dei uoluntate proueniunt, uel procedunt nobis ignota sunt, nisi in quantum innotescunt per auctoritates sanctorum, quibus Deus suā uoluntatem reuelauit, & manifestauit. Et quia in canone scripturæ, & in dictis sanctorum expositorum hæc sola causa incarnationis assignatur, scilicet redemptio hominis a seruitute peccati: ideo quidam probabiliter dicunt, quod si homo non peccasset filius Dei homo non fuisset. Quod octo auctoritatibus probat, primō auctoritate Matt. 18. Venit filius hominis querere, & saluū facere, quod perierat. Quod exponens Aug. in lib. de verbis Apostoli sic dicit. Si homo non peccasset, filius Dei filius hominis non fuisset aliās uenisset. Et loquitur ibi Aug. de aduentu filij Dei in carnem: secundō probo hoc idem auctoritate Apostoli. 1. ad Thim. 1. sic dicentis. Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. vbi gl. Aug. sic dicit. Nulla causa fuit ueniendi Christo domino nisi peccatores saluos facere, tolle uulnera, tolle morbos, & nulla erit causa medicinæ. Sed remota causa remouetur effectus, ergo si peccatum non fuisset: filius Dei incarnatus non fuisset: tertiō probo hoc idem auctoritate Grego. qui dicit. Nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset, sed redemptio non fuisset si seruitus peccati non esset: ergo si peccatum non fuisset, filius Dei temporaliter natus non esset: quartō probo hoc idem auctoritate Aug. in quadam oratione ad beatam Virginē sic dicentis. Quid enim nescia peccati pro peccatoribus pareres si deesset qui peccasset? Aut quid mater fieres Saluatoris si nulla esset indigentia salutis? quinto probo hoc idem auctoritate Matthæ. primo. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Super quo uerbo Aug. sic dicit. Si homo non peccasset, uirgo non peperisset: sextō probo hoc idem auctoritate Leonis Papæ in sermone de Trinitate ubi expresse sic dicit. Si enim inquit homo ad imaginē, & similitudinem Dei factus in suo honore mansisset, creator mundi creatura non fieret

Auctori-
tates p-
bantes
cām in-
carna-
tionis,

Potētia
diaboli
ligata.

Collata
est uita
æterna.

sciret, neque aut sempiternus temporalitatem subiret, aut æqualis Deo patri Dei filius formam serui assumeret: septimò hoc idem probò auctoritate Ambro. super Lucam sic dicentis. Ille iustus venit ad peccatores, vt ex peccatoribus faceret iustos: pius venit ad impios, vt nos faceret pios: humilis venit ad superbos, vt ex superbis faceret humiles: octauò probò hoc idem auctoritate Bern. in sermone ad milites templi sic dicentis. Venit medicus ad ægrotos, redemptor ad veditos, ad errantes via, ad mortuos vita.

Secundò quòd Deus propter peccatū hominis sit incarnatus probò triplici ratione. Prima est ex parte diuinæ sapientie. Nam diuina sapientia in omnibus modum cōgruum, & ordinem adinuenit, vnde quia homo deserto Deo ad corporalia lapsus erat, ideò conueniens fuit vt Deus carne assumpta etiam per corporalia homini salutis remedium adhiberet. Vnde Augustinus, super illo verbo Iohannis. 1. Verbum caro factum est, sic ait. Caro obsecrauerat te, caro te sanat, quoniam sic venit Christus, vt de carne vitia carnis, extingueret. Secunda ratio est ex parte diuinæ misericordie. Deus ex sua misericordia pmittit peccata fieri, vt ex eis aliciat maius bonum. Nā sibi abundauit iniquitas supabundauit, & gratia vt dicit Apostolus ad Roma. 5. Et quia esse potuit aliquid maius humanæ naturæ, & præcipuè vnio diuinæ naturæ, & humanæ in persona Christi, ideò Dei misericordia culpam in homine permisit esse propter istud magnum bonum eligendum, scilicet propter vnionem diuinæ naturæ, & humanæ in Christo: propter quod Grego. in Benedictione cerei paschalis dicit. O felix culpa que talem actantum meruit habere redemptorem. Tertia ratio est ex parte prouidentie diuinæ. Nam prædestinatio, & prouidentia diuina, & quantum ad effectum, & quantum ad modum falli non potest, sicut nec præscientia Dei quæ futurorum est. Et ideo sicut Deus prædestinauit salutē alicuius hominis per orationes aliquorum implendam, ita etiā prædestinauit opus incarnationis in remedium humani peccati. Quidam verò alij dicunt oppositum scilicet quòd etiā si homo nō peccasset,

Dei filius incarnatus fuisset, eo quòd per incarnationem filij Dei non solū liberatio à peccato, sed humanæ naturæ exēplatio, & totius vniuersi consummatio facta est, ita quòd etiam si homo non peccasset propter has causas incarnatio verbi fuisset. Et præter has rationes confirmant hoc idem triplici ratione scilicet ex perfectibilitate, ex capacitate, ex dignitate humanæ naturæ. Prima ratio ex virtute, vel ex perfectione humanæ naturæ sic. Tunc creatura est perfecta quando coniungitur suo principio, vt patet in circulo vbi vltimum coniungitur principio, & ideò additèo vltèrius non potest fieri. Cū ergo Deus sit primum principium, & homo sit vltima creaturarum, ad perfectionem, & hominis, & vniuersi conueniens fuit, vt etiam si homo non peccasset: Deus homo fieret.

Secūda ratio ex capacitate humanæ naturæ sic. Capacitas humanæ nature per peccatum nō est in aliquo ampliata, sed post peccatū humana natura inuenta est capax tati boni, vt Deo vniretur, & à Deo assumeretur in vnitatem diuinæ psonæ: ergo multo magis etiā ante peccatū istius boni fuit capax, sed Deus p infinito amore diligit ea quæ sunt, & ideo præcipuè naturam humanam, nulli denegat illud bonum cuius est capax ergo Deus humanā naturam assumpsisset etiam si non peccasset.

Tertia ratio est ex dignitate humanæ naturæ sic. Non est credendum qd homo ex peccato aliquod commodū reportauerit, sed maxima dignitas humanæ naturæ ē in hoc, quòd assumpta est in unitate diuini suppositi, ergo per peccatum homo hoc bonum consecutus non est, & ideò si homo etiam non peccasset Deus incarnatus fuisset. Vt aut sciamus radicem, & intentionem prædictarum opinionum, nota quòd aduentus filij Dei in carnem duobus modis considerari potest, scilicet aduentus in carnem simpliciter, & quātū ad hunc aduentū pōt dici, & si homo nō peccasset filius Dei incarnatus fuisset. ut probant tres rationes prædictæ immediate. Vel pōt considerari aduentus filij Dei in carnem passibilem ad redimendū. Nā redemptio non fuisset si seruitus pcti, nō pcessisset, & huic assertioni magis nō assequendum.

Rōnes
idem p
bantes.

Decla-
rat op-
niones
aducr-
sas.

ciendū, eo q̄ magis est cōsona sacræ scri-
pturæ. s. Bibliæ, & dictis sanctorum, ut pa-
ret supra. Hæc Beat. Tho. 3. scrip. senten.
dist. 1. ar. 3. utrum si homo non peccasset
Dei filius incarnatus fuisset, in cor. q. &
in solu. argu. Et iterum. 3. parte sum. q. 1.
artic. 3. in cor. q. & in sol. argum.

C A P. XXV.

25. **S**Vpposito humanæ naturæ lapsu cō-
ueniens fuit Deum incarnari, & hoc
præcipuè triplici ratione: prima est ex
immobilitate diuinæ iustitiæ, secūda est
ex plenitudine diuinæ misericordiæ: ter-
tia est ex ordine diuinæ sapientiæ. Prima
ratio quare fuit conueniens Deū incar-
nari est ex plenitudine diuinæ misericor-
diæ. Ex eo. n. q. Deus summè bonus, & mi-
sericors est: decuit, ut nulli naturæ nega-
ret hoc bonū cuius capax erat unde cum
humana natura lapsa esset, & nihilomi-
nus reparabilis foret, decuit, ut eam re-
pararet. Scda rō est ex immobilitate di-
uinæ iustitiæ. Cū. n. iustitia Dei sit immu-
tabilis, eius lege sancitū est, ut nunquam
sine satisfactione dimittatur p̄ctm̄, quia
purus hō, per se satisfacere nō poterat,
ideo decuit ut esset simu! Deus: & hō: un-
de Leo Papa in sermone natiuitatis dñi
sic dicit. Salua igitur utriusq; p̄prietate
substantiæ, & in unā coeuntē p̄sonā susci-
pit a maiestate humilitas, a virtute infir-
mitas, ab eternitate mortalitas, ut quod
nostris remedijs congruebat unus atque
idem Dei, & hominū mediator, & mori
posset ex vno, & resurgere ex altero: nisi
enim esset uerus Deus non afferret reme-
dium, nisi esset uerus homo non præbe-
ret exemplum. Tertia ratio est ex decen-
ti ordine diuinæ sapientiæ. Ex eo. n. q.
Deus est summè sapiens conuenientissi-
mum modum reparationis adinuenire
debuit: modus autem cōuenientissimus
est, ut integraliter natura reperaret, & fa-
ciliter ad id, q̄ amiserat homo perueni-
ret. Et quia purus homo per se hoc face-
re non poterat, ideo decuit, ut Deus per
seipsum in carne uisibilis apparens repa-
raret naturā lapsam. Quod sic patet quā
ad ista duo: primò enim si Deus non
per se ipsum, sed per angulum repararet
naturam corruptam non esset integra re-

paratio, tum quia semper hō angelo salu-
tis suæ debitor esset, tum quia ex hoc se-
queret, q̄ in beatitudine angelo æquari
non posset, quod est contra illud quod
dī Matth. 22. Erunt sicut angeli Dei in
cēlo, & ideo decuit, ut nō angelus, sed ip-
se Deus hominē repararet: scdō decuit:
ut Deus factus hō hominē repararet, ut
facilius hō in Deū quantum ad intelle-
ctum, & quantum ad affectū cōsurgeret.
Et quia homini cōnaturale est secundū
statum præsentis miseræ, ut a uisibilib.
cognitionē accipiat, & circa ea afficiat,
ideo Deus conuenienter uisibilis factus
est huiusmodi naturam assumendo, ut
ex uisibilib. in cognitionem, & amorem
inuisibilium rapiamur. Hæc beat. Tho.
tertio, scri. sent. dist. 1. artic. 2. utrum fuit
congruum Deum incarnari, in cor. q.

C A P. XXVI.

Secundo principaliter circa incarna-
tionem dominicam considerata est 26.
persona assumens, & specialis, licet. n. p-
sona patris, & persona spiritus sancti ita
potuerunt humanam naturam assume-
re, & incarnari sicut p̄sona filij, eo q̄ quic-
qd pōt filius, pōt pater, spiritus sanctus,
cum sit una potentia in tribus, conueniē-
tissimum tamen fuit personā filij incar-
nari, quæ conuenientia ex duobus atten-
di pōt. s. ex proprijs, & appropriatis. Pri-
mò. n. decentia incarnationis filij Dei
potest attendi ex proprijs. Nā quattuor
sunt propria ipsius. s. q̄ imago est, q̄ ver-
bum est, & q̄ media in Trinitate perso-
na est: primò enim eo, q̄ imago est con-
uenientiam habet cum eo qui reparan-
dus erat. s. cum homine qui est ad imagi-
nē Dei factus Gen. 1. unde decuit, q̄ ima-
go imaginē assumeret, increata. s. creatā:
scdō ex eo, q̄ filius est cōuenit ad modū
reparationis tripliciter: primò. n. ex eo, q̄
filius est conuenit sibi & deprecatio ad
patrē, & ex obedientia patris satisfactio
pro p̄ctōre: secundò ex eo, q̄ filius natu-
ralis est, cōueniens fuit, ut homines par-
ticiparent similitudinē huius filiationis
scdm adoptionē: unde Apo. ad Ro. 8. Si fi-
lij, & hæredes. Et ibidē Apo. Quos præsci-
uit, & prædestinavit cōformes fieri ima-
gini filij Dei, tertio ex eo, q̄ filius ē cōue-
nit

Propria
filij Dei

Purus
hō non
potuit
hominē
redime-
re.

nit sibi determinatus modus originis. scilicet nasci, ut qui indiuitate est Dei filius, in humanitate sit filius uirginis, & non sint plures filij in Trinitate: tertio inquam tū est verbū conueniunt sibi quattuor. scilicet efficere, exprimere, restaurare, & perficere, primò. n. in quantum est verbum conuenit sibi efficere. Sicut. n. artifex per verbum. i. per formam artis conceptam artificiatū producit, ita Deus pater per uerbum suū quod est æternus conceptus eius creaturas condidit. Et sicut per participationē similitudinis uerbi, creaturæ in proprijs spēbus sunt institutæ mobiliter, ita per unionē uerbi ad creaturam non participatiuam, sed personalem cōueniens fuit reparari creaturā in ordine ad æternam, & immobilem perfectionē: scdò in quantum est verbū conuenit sibi exprimere seu manifestare, quod patet, quia sicut verbū manifestat dicentē, ita & ipse manifestauit patre Io. 17. Pater manifestauit nomen tuū hoīb. tertio in quantum est verbum conuenit sibi restaurare, quod patet, quia sicut artifex per uerbum, uel per formā artis conceptā qua artificiatū condidit, ipsum si collapsum fuerit restaurat, sic & Deus pater per uerbum suū reparauit naturam lapsam: quartò in quantum est verbū cōuenit sibi p̄ficere, qđ patet, quia sicut discipulus instruitur, & p̄ficit per hoc, qđ recipit uerbum magistri, sic humana natura perficitur ex hoc, qđ unitur uerbo Dei a quo omnis sapientia & p̄fectio hoī deriuat: unde Eccl. 1. dī. Fons sapiētiæ uerbum Dei in excelsis. Quartò inquam tū est media persona in Trinitate congruit ad ultimū incarnationis esse cū qđ est reconciliatio hominis ad Deū decet. n. ut qui est medius sit etiam mediator.

Quæ sunt de ratione medij.

Vbi nota, qđ de rōne medij sunt tria. scilicet unire, distare, innotescere. Primò. n. de rōne medij est unire, qđ Christus fecit. Assumpsit n. humanam naturā in unitatē diuinæ p̄sonæ: unde scđm Apost. Ipse est pax n̄ra qui fecit utraq; unū, & iterū prima ad Cor. 1. Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi a Deo. Et hoc inquam tū dedit semetipsum in redēptionē pro oībus: unde Greg lib. 2. moral. sic ait: uenit mediator Dei, & hominū Christus Iesus: ut quia p̄ ima n̄ra distabamus a summis, iungeret ima summis, atq; ex eo, no-

bis uia redeundi fieret qui summis suis ima nostra copularet. Scdò de rōne medij est distare ab utroq; scilicet extremorū: sic Christus scđm humanā naturā distat a Deo, & ab hoīb scđm naturā diuinā. Tertio de rōne medij ē innotescere aliquā clarē, aliquā cōfusē: primò. n. mediū clarius cognoscit quā extrema, eo qđ extrema in sui excellentia, uel lædunt, uel soluūt sensum, medium autē est magis adequatū potētiæ, & ideo clarius apprehenditur: sic Christus secundū unū extremū. scilicet secundū naturam diuinā potētiā nostram intellectiuam in tñ excedit: ut eū cognoscere non possimus, sed scđm naturā humanā melius cognosci potuit: scdò sicut mediū nō perfectē cognoscit, eo qđ neutrum ē extremorū præcisē, sic Christus p̄fectē non fuit cognitus: unde Io. 1. Medius uestrū stetit quē uos nescitis. Sup̄ quo uerbo dicit sic Gre. Dei filius in carne apparens, & uisibilis stetit corpore, & inuisibilis maiestate. Origenes autē dicit qđ istud uerbum. scilicet medius uestrum stetit &c. & de nobis, & de Christo est intelligendū, unde sic ait. Cū. n. sumus rationales, in medio nostrum existit quod nescimus, quia medio nostrorū. scilicet in medio totius corporis est cor insitū, & tamen nescimus ipsum, quia nec ipsum uidemus, nec cordis nostri naturā scimus. Similiter nec illius medij. scilicet Christi naturā scimus, nec si eū habemus scimus, nec quō in nobis cōsistat scimus: nec a quo fonte, nec qualiter emanet scimus. Secundo ē inueniuntur quattuor appropriata filio Dei. scilicet sapientia, & uirtus, ab Apost. prima ad Corin. 1. Nos autē prædicamus Christū Dei uirtutē, & Dei sapientiā: æqualitas ab Augustino, species & pulchritudo ab Hilario.

Quattuor filio Dei appropriata.

Primò in quantum Dei filius est sapiētia patris cōgruit & restorationi, & seruituti: & appetitui: primò congruit restorationi, quia decet, ut qđ in sapiētia facta sunt per sapiētiā restaurent: scdò cōgruit seruituti, Sicut. n. per diaboli astutiā hō ē seductus & in seruitutē deductus, ideo decebat, ut per sapiētiā a seductore liberaretur, & in pristinam libertatem duceretur: tertio congruit appetitui, ut sicut hō peccauit per appetitum sciētiæ, ita per sapiētiā liberaret. Secundò in quantum Dei filius est uirtus, & brachiū patris congruit ad uictoriam

riam ab hoste capiendam, uel habendam.
Lucæ.1. Fecit potentiam in brachio suo.

Tertio in quantum est æqualitas Dei filius congruit morbo qui sanandus erat: uterq. enim hō, scilicet, & diabolus peccauerant appetendo æqualitatem Dei. Ille potētia, iste scientia. Re. infra Superbia. Quarto in quantum Dei filius est spēs, & pulchritudo dei patris congruit reparationi, ut per ipsum deturbatio imaginis peccatum inducta amoueat. Patri uero non conuenit incarnatio, præcipue propter proprietatem innascibilitatis, n. n. decet, ut qui in deitate est pater, in humanitate sit filius, sic enim filius Dei patris esset nepos uirginis, si ipsa uirgo esset mater Dei patris. Similiter nec etiam spiritui sancto conuenit ne nomen filij in plures personas transferatur. Hæc b. Th. tertio scripto sen. dist. 1. de assumente carnem. art. 2. utrum magis fuerit cōueniēs filium incarnati quam patrem, uel spiritum sanctum, in corp. q. per totum, & iterum. 3. parte sum. q. 3. art. 8. in corpor. q.

C A P. XXVIII.

Tertio principaliter circa incarnationem dominicam consideranda est natura conueniens præalijs assumptibilis. Nam natura humana a uerbo magis est assumptibilis quam natura irrationalis, & etiam quam Angeli. Ad cuius euidenciam cum assumptibile dicitur quod potest assumi, distinguo hic de potentia ex parte Dei, & ex parte creaturæ. Primo ex parte Dei distinguo de potentia, & dico, q. in Deo est duplex potētia, sc. potentia absoluta, & potētia ordinata. Potētia ordinata in Deo dicitur per respectū ad uolūtatem, & rationem, puta cum Deo attribuitur aliquid quod uult facere, & sapientia sua habet ut faciat, tunc dicitur posse illud secundum potentiam ordinatam. Quando autem potentia se extendit ad illud quod sibi attribuitur quamuis non habeat eius sapientia, & uoluntas, ut fiat, tunc dicitur posse illud tantū de potentia absoluta. Hæc b. Th. 3. scripto sent. dist. 1. art. 3. utrum pater carnem assumere possit, in cor. q. Modo ergo loquendo de potentia absoluta Deus potest assumere quamcunq. creaturam quā uult:

unde secundum hanc potentiam una nō est magis assumptibilis quam alia. Loquendo autem de potentia ordinata una creatura est magis assumptibilis quam altera, ut patebit.

Secundo ex parte creaturæ distinguo etiam de potentia, & dico quod in creatura duplex potentia considerari potest. sc. naturalis, & obediēcialis. Prima est naturalis actiua, & passiua. Loquendo igitur de potentia creaturæ naturali, & actiua cum dico, hæc creatura potest assumi non significatur aliqua potētia a sua creatura, quia sola potentia infinita hoc facere potest ut in infinitum distantia coniungerentur in unitatem personæ. Similiter non significat potētia passiua naturalis creaturæ, quia nulla potētia passiua nālis est in nā cui nō respōdeat potētia actiua alicuius nālis agentis, vñ relinquitur q. dicatur esse in creatura sola potētia obediēcialis, s. m. quā de creatura pōt fieri quicquid Deus uult, sicut ex ligno potest fieri uitululus Deo operante. Hæc aut potētia obediēcia rñdet diuinæ potētia scdm q. dicitur, q. ex creatura potest fieri quod Deus ex ea facere potest. His præmissis loquendo ea potentia ordinata, dico, qd' ex ordine diuinę sapientiæ natura rōnalis. sc. humana fuit magis assumptibilis quā natura irrationalis, & etiā quā angelica, qd' tali rōne ostēdo. In natura q. debet assumi debent considerari duo, sc. dignitas, & necessitas, primo dignitas, ut possit eū attingere, & sic natura humana magis est a uerbo assumptibilis quā irrationalis. Cuius rō est, quia natura humana inquantū est rōnalis, & intellectualis nata ē cōtingere aliquāliter ipsum uerbū p. suā opationē. sc. cognoscēdo, & amando ipsū scdo in natura q. dēt assumi cōsideranda ē necessitas. sc. q. indiget reparatione cū pctō subiaceat, & hoc modo ē natura humana reparatione indigebat cū subiaceret originali peccato, naturæ aut irrationali deest congruitas dignitatis, naturæ aut angelicæ deest cōgruitas necessitatis. Et ideo relinquitur, q. sola natura humana sit assumptibilis. Hoc autem specialiter probō triplici ratione. sc. rōne assimilationis, terminationis, finis. Primò rōne similitudinis, uel assimilationis sic. Illa q. sunt unibilia debēt adinuicē similari, sed

Duplex
etiā po-
tentia

Paternō
debit
incarna-
ti.

Potētia
Dei du-
plex.

Similitudo Dei
magis
in homi
ne quā
in Ange
lo.

sed in natura humana inuenitur expressior similitudo Dei quā in aliqua creatura: quod patet, quia in natura irrationali non inuenitur similitudo Dei nisi similitudo vestigij. In nomine autem est similitudo imaginis Dei respectu Dei, quia homo secundum, quod habet mentem est factus ad imaginem Dei. Similiter in homine est magis similitudo diuina, quā in natura angelica: tum quia sicut Deus est in personis per relationes originis distinctis, sic in hominibus sunt distinctæ personæ secundum relationes originis. scilicet esse ab alio, & à quo alius: in Angelis verò est quidem persona, sed non secundum originem distincta, cum unus Angelus ab altero non trahat originem, tum quia sicut Deus est exemplar totius creaturæ, sic est maior similitudo Dei in homine, quā in Angelis, eò quod in homine inuenitur similitudo cum qualibet creatura, non autem in Angelo: tum quia sicut Deus gubernat mundum, & est in toto universo per essentiam, præsentiam, potestiam, sic etiam anima est in qualibet parte corporis, & totius corporis gubernatrix, non autem Angelus. Et ideo ratione maioris similitudinis conueniens fuit, ut Deus magis naturam humanam assumeret, quā angelicam. Secundò probò hoc idem ratione terminationis sic: Assumptio enim terminatur ad unitatem personæ: persona autem non inuenitur in naturis irrationalibus. eò, quod persona est rationalis naturæ indiuidua substantia, ut dicit Boetius. In Angelis verò est persona, sed non secundum originem distincta, ut patet supra. ergo &c. Tertiò probò hoc idem ratione finis, sic: Duplex est finis incarnationis verbi, secundum Doctores. Vnus est vniuersi perfectio: & quantum ad istum finem nulla creatura assumi potuit, per quam uniuersum ita perfici posset, sicut per assumptionem humanæ naturæ. Et hoc duplici ratione. Prima est, quia homo est ultimus creaturarum quasi vltimò creatus, cuius natura assupta, vltimū cōiūctū est, quia principio per motum circuit, quæ figura perfecta est ex eò, quod additionem non recepit. Secunda ratio est, quia in homine quodāmodo omnes naturæ cōueniunt, quia cum omnibus creaturis aliquid cōe habet, ut dicit Greg. vnde homine vincto quodāmodo omnis creatura unita est Deo. Alius verò finis incarnationis est à peccato liberatio: & quantum ad istum finem sola natura huma-

na congrue assumi debuit. Non autem creatura irrationalis, in qua peccatum non erat, neque creatura Angelica, in qua, & si fuit peccatum, tamen non fuit remediabile, ut patebit infra. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 2. art. 1. utrum natura humana sit præ alijs assumptibilis, in cor. q. & in sol. 2. arg. ibidem. Et iterum tertia parte sum. q. 3. in cor. q. & in sol. 2. & 3. argu. ibidem. Sed fortè argues in oppositum, & dices. scilicet quod Deus non debuit naturam humanam assumere tali ratione. Peccatum hominis, & peccatum Angeli fuerunt unius generis, quia vterque per superbiam peccauit: sed Deus Angelorum peccato non subuenit per alicuius naturæ assumptionem, ergo nec peccato hominis subuenire debuit per incarnationem. Respōdeo, & dico, quod peccatum hominis fuit remediabile, non autem peccatum Angeli. Cuius assignantur quinque rationes. Sex parte potentie, naturæ, culpæ, iustitiæ, & misericordie diuinæ. Prima ratio est ex parte potentie, vel virtutis utriusque, scilicet Angeli, & hominis. scilicet ex parte cognitiue, & affectiue: primò ex parte potentie cognitiue differunt, quia Angelus cognoscit in luce plena per intellectum deiformem, ut possit totum cōsiderare sine inquisitione, quod ad electionem alicuius rei pertinet, ut sic per ignorantiam non excusetur, sicut homo qui cognoscit quod agenda sunt deliberando per rationem, quæ est quasi quædam obumbratio intellectus, ut Isaac dicit in libro de definitionibus: secundò ex parte effectiue differunt, quia voluntas angeli inuertibilis est post electionem, cum sit infra voluntatem diuinam, quæ est inuertibilis ante, & post: & ideo Angelus malo quod peccando peius immobiliter inhæret. Secundā ratio principalis assignatur ex parte naturæ utriusque, quia Angelorum natura non propagatur ex uno, ex quo vitiū contrahat, sicut humana: & ideo nec per unum reparari congruit sicut humana, & hoc est quod videtur Apostolus dicere ad Ro. 5. Sicut per unum hominem &c. Tertia ratio principalis assignatur ex parte culpæ utriusque, & quantum ad hoc peccatum Angeli non fuit remediabile, sicut peccatum hominis, propter quattuor rationes. Prima est: quia homo superbiuit ex appetitu sciencie, cuius natura creata est capax. Angelus verò peccauit ex appetitu potestie, quā natura creata non ita perfecte potest recipere, sicut scientiā: vñ et aīa Christi cōicata est omnis sciencia, sed non omnis potestia.

Factum
hoīs, &
Angeli.

Secunda ratio est quantum ad peccati circumstantiam, quia homo peccans, & de venia cogitavit, & in aliquo deceptus est, ut habetur li. 2. sent. distin. 22 non aut Angelus peccat. Tertia ratio est quantum ad occasionem peccati, quia homo peccauit alio suggerente, non autem Angelus. Quarta ratio, & precipua est ex parte status utriusque, quia homo non peccauit in termino viæ suæ, sicut Angelus, cui ad primam electionem status viæ finitus est, & hoc consonat verbo Damasceni qui dicit: quod hoc est hominibus mortis, quod Angelis casus. Quarta ratio principalis assignatur ex parte diuinæ iustitiæ, quia omnes illi, ad quos corruptio peccati primi hominis deuenire debebat, nondum erant in actu, sed in virtute tantum: & ideo non decebat, ut priusquam essent: ultimam damnationem reciperent, sicut omnes Angeli actu existentes proprio arbitrio peccauerunt. Quinta ratio principalis assignatur ex parte diuinæ misericordiæ, quia tota natura humana lapsa erat in vno peccante: non autem tota natura Angelica: & ideo magis indecens erat, ut natura humana tota relinqueretur sub damnatione, quam natura Angelica, quæ non tota corruerat. Hæc B. Tho. 3. scrip. sent. dist. 1. art. 2. vtrum fuit conueniens Deum incarnari, in sol. 3. argum.

CAP. XXVIII.



QUARTO principaliter circa incarnationem dominicam consideranda est hora expediens, & acceptabilis, vel utilis.

Ad cuius euidentiam est sciendum, quod ipse est quadruplex. scilicet innocentie, vel puritatis, culpæ, vel priuationis, gratiæ vel reformationis, iustitiæ, vel retributionis. Primo ergo dico, quod non fuit conueniens, ut tempore innocentie à principio mundi ante peccatum, Dei filius incarnaretur. Cuius ratio est, quia medicina non datur nisi infirmis: vnde & dominus dicit Matth. 9. Non est opus valentibus medico, sed male habentibus: non enim veni vocare iustos ad penitentiam, sed peccatores. Tunc autem erant innocentes, ideo iusti. Incarnatio autem est medicina contra peccatum, scilicet peccato

liberans: ergo &c. Sed contra: Videtur quod tunc debuerit incarnari tali ratione: Opus incarnationis ex immensitate diuinæ charitatis processit, secundum illud Eph. 2. Deus qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis viuificauit nos in Christo: sed amor vel charitas sicut causat donum, ita etiam celeritatem doni: ergo Christus non debuit tardare subuenire amico. Respondeo, & dico, quod amor discretioni adiunctus non facit accelerari donum antequam expediat ei cui datur. Non autem expediebat humano generi hoc donum accipere antequam experimento disceret, quantum eo indigebat, ut sic acceptum carius haberet. Secundo dico, quod non fuit conueniens, ut tempore culpæ immediate commissæ Dei filius incarnaretur. Quod fecit Deus propter quattuor rationes. scilicet ut peccatum innotesceret, imperfectum præcederet, verbum claresceret, bonum feruesceret. Prima ratio quare Dei filius commissio peccato non statim uoluit incarnari est, ut peccatum innotesceret: nam peccatum hominis ex superbia ortum habuit, & ideo Deus hominem post peccatum dimisit in libertate arbitrii triplici ratione: prima ut cognosceret suam infirmitatem: secunda ut uideret, & cognosceret oblationem Aaron sibi non prodesse. tertia, ut probaret, & sic cognosceret legem Moysi non posse seruire, quibus cognitis cognosceret se liberatore indigere, & dum medicum quæreret, & ad eum clamaret, auxilium gratiæ, & misericordiæ inueniret. Secunda ratio quare Dei filius commissio peccato non statim uoluit incarnari est, ut imperfectum præcederet, licet enim ordine nature perfectum imperfectum præcedat, ordine tamen generationis uel temporis imperfectum præcedit: vnde Apostolus dicit. 1. ad Corint. 15. Non prius quod spirituale est, sed animale: deinde quod spirituale. Et subdit ibi: Primus homo de terra terrenus: secundus de cælo celestis. Tertia ratio est: ut uerbum claresceret: quia dominus rex aliquis nobilissimus, & potentissimus ad ciuitatem aliquam de longinquis partibus est uenturus, non unus præco, sed multi prænunciant aduentum eius, ut nobilitas, & potentia tanti regis clarius omnibus innotescat. A simili tanta est dignitas uerbi incarnati scilicet saluatoris mundi qui est rex regum, & dominus dominorum

Cur statim post lapsum uerbum non assumpsit naturam humanam.

Tempus quadruplex.

tum, quod non subito nec vnus præco, sed multi præcones eius aduentum de cælis in mundum debuerunt prænunciare, vt dicit glo. ad Gal. 4. Quāto maior iudex veniebat, tanto præconum series maior uel longior debebat præcedere. Quarta ratio est, vt donum non tepesceret, sed in cordibus nostris feruesceret. Cōtingit enim frequenter, vt etiā magni doni, & impensū seruitij propter prolixitatem temporis homines efficiantur immemores, ex quo illud recognoscunt, immo pānitus sunt ingrati: ut ergo lumen fidei, & feruor dilectionis, & desiderij de tanto beneficio, quale est diuini uerbi incarnatio, non tepescat, noluit peccato commissio statim in principio incarnari: vnde Lucæ 18. Cum ueniet filius hominis, putāne inueniet fidem super terram? Sed forte argues in oppositum scilicet, quod peccato commissio statim suam incarnationem debuit accelerare tali ratione: Quāto medicina differitur, tanto morbus periculosior inualefcit, sed est sapientis medici, ut periculum morbi euitet: ergo videtur, quod incarnationem suam Dei filius accelerare debuit. Respondeo, & dico, quod aliter est in morbo spiritali, quā corporali, quia ad sanationem morbi corporalis nō exigitur, vt infirmus uim medicinæ, & periculū morbi cognoscat: quod tamen est necessarium maximē in sanatione morbi spiritalis, qui per humilitatem, & contritionem spiritus sanatur. Et ideo quamuis medicina corporalis non differatur, medicina tamen spiritalis differri potest, nec tamen dilata est itā, vt a principio penitus decederet, quia quā diu fuit morbus, fuit medicina morbi, vt dicit Hugo de sancto Victore, quamuis illa medicina non esset omnino sufficiens: sicut enim medicus corporalis egroto quædā præparatoria medicamenta præbet, antequā dat medicinam perfectam: sic etiā fuit processus Dei in sanatione humani generis. Hęc B. Thom. 3. scrip. sent. distinct. 1. art. 4. vtrum filius Dei incarnationem suam tantum debuit differre, in corp. q. & in sol. 1. & 2. arg. ibidem. Et iterum 3. parte sum. q. 1. art. 5. in cor. q. & in sol. 1. arg. Tertiō dico, quod non fuit conueniens vt tempore iustitiæ quæ fiet in fine mundi, incarnatio Christi differeretur, & hoc propter tres rationes. Prima est propter nostræ salutis causam: uerbum enim incarnatum est princi-

pium seu causa omnis perfectionis humanæ: vnde Io. 1. De plenitudine eius nos omnes accipimus. Specialiter tamen duplex est perfectio, quæ a uerbo incarnato confertur nobis, scilicet perfectio gratiæ, & perfectio gloriæ. Et quia ordine temporis imperfectum præcedit perfectum, & in gratia est bonum imperfectum respectu gloriæ, ideo uerbum Dei hoc modo idest suo tempore carnem assumpsit, scilicet tempore quo nobis gratiam est largitus. Et merito, quia ipse erat plenus gratiæ, & veritatis. Ioan. 1. Sed perfectio gloriæ ad quam natura humana per uerbum incarnatum est ultimō producenda erit in fine mundi. Secunda rō est quare Deus in fine mundi &c. propter immensē bonitatis reuerentiam. Si enim beneficium non conceditur quādo regi dare conuenit, vt quando quis instanter petit, & quando infirmitas uel necessitas exposcit, & quando beneficium collatum proficit, tunc deficit reuerentia, deuotio, vel amor subditorum ad dominos, qui sic faciunt. Sic a simili si Dei filius non uenisset, & carnem non assumpsisset, quando posset subuenire sciuit, quando beneficium frequenter petatum, & esse gratum, & acceptū cognouit, sed distulisset venire vsque in finem mundi, tunc Dei notitia, & reuerentia, & morum honestas abolita, & extincta fuissent in terris. Tertia ratio quare in fine mundi noluit incarnari, est propter diuinę virtutis ampliorem notitiam: nam diuina virtus cum sit infinita, non solum vno modo, sed pluribus salutem humani generis operatur: & ideo ad manifestationem ampliorem diuinę virtutis non solum per fidem futuri, sed per præsentis, & præteriti homines pluribus modis saluauit: & ideo non in principio mundi, nec in fine mundi Dei filius uoluit incarnari, sed in medio: vnde dicitur Abacuc. 3. In medio annorum notum facies &c. Hęc Beat. Tho. 3.

parte sum. q. 1. artic. 6. vtrum incarnationis mysterium differri debuit vsque in finem mūdi, arg. contra, & in corp. q.

Duplex perfectio confertur nobis ex incarnatione uerbi.

CAP. XXIX.

29.



VARTO dico, quod Christus voluit incarnari tempore gratiæ: quod quidem tempus apostolus assimilât plenitudini: Aug. verò iuuentuti, & senectuti. Primò enim apostolus tempus incarnationis comparat vel assimilât plenitudini, dicens ad Gal. 4. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum &c. missio autem filij eius est incarnatio. Vbi nota, quod tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis, quinque de causis. Prima est propter perfectionem vniuersi, quia tunc ad maximam completionem vniuersum venit, quâdo creaturæ omnes in homine ad suum principium redirent humana natura à Deo assumpta, ad Eph. 1. In dispensatione plenitudinis &c. Secunda est propter abundantiam gratiæ, quæ tunc propalata est: Io. 1. De plenitudine eius nos omnes accipimus &c. Tertia est propter adimplentionem legis &c. Matth. 5. Non veni legem soluere, sed implere. Quarta est propter magnitudinem eius, quod in tempore illo accidit, quia in tempore illo natus est dominus temporis: & ita factum est aliquod maius tempore, quod tempus impleuit. Quinta est, quia in tempore illo impletum est quod Deus ab æterno prævidit, & quod ante per prophetas suos prædixerat, ad Roman. 1. Hæc B. Th. 3. scrip. sent. dist. 1. ult. parte in expositione litteræ, quæ incipit. Plenitudo temporis. Secundò B. Aug. in libro retractationum, tempus incarnationis assimilât iuuentuti, & senectuti humani generis. Iuuentuti, quidem propter vigorem fervoremque Dei, quæ per dilectionem operatur. Senectuti autem, quæ est sexta ætas, propter numerum temporis, quia Christus venit in sextæ ætate. Et quamvis hæc duo, scilicet iuuentus, & senectus in corpore simul esse nō possint, possunt tamen in anima simul esse. Iuuentus propter alacritatem, & senectus propter gravitatem. Hæc B. Thom. 3. parte sum. q. 1. art. 6. in sol. 1. argu. Ad cuius evidentiā circa natiuitatem Christi consideranda sunt tria scilicet secunditas matris parturientis, humilitas saluatoris nascentis, virilitas temporis conuenientis. Primò circa natiuitatem Christi consideranda est iocunditas virginis matris parturientis. Nā

Dei filius natus est tripliciter secundum carnem, non solum omnino sine dolore matris, immo etiam cum magna, & maxima iocunditate ipsius matris. Quod probō triplici ratione scilicet naturali, legali, & spiritali: primò probō ratione naturali, sic. Dolor parientis causatur ex aperture meatuum, per quos proles egreditur. Sed Christus egressus est ex clauso vtero matris, ergo nulla aperture meatuum, & per consequens nullus dolor; secundò probō hoc idē ratione legali, sic: Ex statuto legis post peccatum inflictus est dolor mulieri in poenā peccati: unde Gen. 3. dictum est mulieri: In dolore paries, & sub viri potestate eris. Sed virgo sine peccato concepit, ergo ab ista legis sententia excepta fuit. tertio probō hoc idem ratione supernaturali, sic: Dolor partus in muliere cōsequitur commixtionem virilem, eò quod est cū libidine, & cū peccati pollutione. Sed beata virgo non virtute naturali scilicet ex virili semine, sed mystico spiramine supernaturali virtute. s. spiritus sanctis cōcepit, ergo sine dolore genuit. Sed fortè quæres quare Christus in fine vitæ. s. in morte dolorem habuit: non autem in principio. s. in sua natiuitate fuit dolor partus. Respondeo, & dico, quod differentia est inter mortem Christi, & natiuitatē eius in hoc, quia mors Christi fuit cum dolore maximo, non autē natiuitas eius. Cuius rō est, quia sicut Christus morte sua mortem nostram destruxit, ita suo dolore, quem in morte habuit, nos a doloribus liberauit: unde dicitur Isaia 53. Vere dolores nostros ipse tulit. Et propter hoc Xps cum dolore maximo voluit mori: sed dolor matris parientis non pertinebat ad Christum, quia pro peccatis nostris satisfacere ueniebat, & iō non oportuit vt mater eius pareret cum dolore. Vbi sciendum, quod aliæ mulieres cū pariunt, necesse habēt, quod obstetrices eis assistant, & iuuent: & hoc præcipuē pp vehementes dolores, quos habent in partu: beata autē uirgo obstetrices assistētes, & seruientes ei non habuit, vt fingitur in lib. de ortu saluatoris: unde Lucæ. 2. dicitur, quod beata virgo ipsa met puerum quem peperit pannis inuoluit, & posuit in præsepio. & ex hoc ostenditur esse falsa narratio libri de ortu, & infantia saluatoris, quia est apocriphus: unde Hier. dicit contra Heluidiū: Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum

scd.

Liber de
infantia
saluatoris
apocriphus

Tēpus
incarna
tionis q
bus assi
miletur.

Confide
randam
natiuita
te Chri
sti.

sedulitas, intercessit: virgo beata, & mater, & obstetrix fuit: pannis inquit Lucas euangelista, inuoluit infantem, & posuit in præsepio, quæ sententia hypocriphorum deliramenta conuincit: vnde Aug. in sermone de natiuitate Christi alloquens uirginem sic ait: Nec in conceptione inquit inuenta est sine pudore, nec in partu inuenta est cū dolore. Sed fuit in uirgine maxima iocunditas ex hoc quòd homo Deus natus est in mundum, secundum illud Isaie 35. Germinans germinabit sicut lilium, & exultabit letabunda, & gaudens. Hec B. Thom. 3. parte summæ quæst. 35. artic. 6. utrum Christus natus fuerit cum dolore matris argum. contra in cor. q. & in solu. argum.

C A P. XXX.

30. **S**ECUNDO principaliter circa natiuitatem Christi considerata est humilitas saluatoris orientis. Nam Christus principaliter, & specialiter quatuor ciuitates elegit scilicet Nazaret, Bethleem, Hierusalem, & Romā. In alia enim ciuitate concipi voluit ut in Nazareth, in alia uoluit nasci sicut in Bethleem, in alia uoluit pati sicut in Hierusalem, in alia caput ecclesiæ statuit ut in Roma. Hæc autem Christus fecit propter quinque causas, scilicet propter exprimendam humiliationem, extirpandam ambitionem, adimplendam promissionem, uerificandam interpretationem, diffundendam sui cognitionem. Primò enim Christus in nazareth uoluit concipi, & nutriri, & in hierusalem pati propter exprimendam humiliationem, & extirpandam elationem. Nam superbi homines de hoc præcipue gloriantur, quòd de ciuitatibus nobilibus ducunt originem in quibus uolunt præcipue honorari, & uerecundantur maxime de honorari. Christus autem ut suam humilitatem ostenderet, & istorum superbiam, & inanem gloriam extirparet, & confutaret contrarium fecit, quia in ciuitate parua, & ignobili sicut nazareth uoluit concipi, & nutriri. Ioh. primo. A nazareth (quasi despectiue loquens) potest aliquid boni esse? In hierusalem autem noluit nasci, sed opprobrium pati, eò quòd hierusalem ciuitas erat nobilis scilicet, regalis & sacer-

dotalis. Similiter noluit nasci in Roma. Cuius ratio est, quia sicut dicitur in quodam sermone ephesini concilij. Si maximā Romam elegisset ciuitatem, propter potentiam ciuium mutationem orbis terrarum putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati uilitatem ad scriberent: sed humilitas Christi ostenderetur, & diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum, pauperculam elegit matrem, pauperiorem ciuitatem, & ignobiliorem patriam. Nam ut dicit apostolus 1. ad corinth. primo: Quæ infirma mundi sunt elegit Deus ut confundat fortia. Secundò Christus uoluit in bethleem nasci propter tres rationes. Prima est propter implendam promissionem, ut scilicet prophetia Micheæ 5. adimpleretur, qui prophetauit dicens: Et tu bethleem effrata ex te egreditur qui sit dominator in Israel. Et ut similiter promissio facta David ex loco natiuitatis Christi 2. Regum. 23. Dixit vir cui constitutum est de Christo Rei &c. impleta ostenderetur. Secunda ratio est propter uerificandam interpretationem, quia sicut dicit Grego. in moral. Bethleē domus panis interpretatur. Ipse autem Christus ait: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. Tertia ratio est propter mysticam significationem, quia ut Greg. dicit: Per humanitatem quam assumpsit quasi in alieno nascebatur, non secundum potestatem, sed secundum naturam. Et ut etiā dicit Beda, per hoc quòd in diuerso loco egeret, nobis multas mansiones in domo patris sui præpararet. Tertiò Christus elegit hierusalem ut ibi pateretur, & hoc duplici ratione. Prima est ut in ea propter sui nobilitatem sedem regni constitueret, & templum Dei ibi ædificaret: & sic hierusalem esset simul ciuitas regalis, & sacerdotalis. Sacerdotium autē Christi, & regni ipsius præcipue consummatū est in eius passionem. Et ideo secunda ratio quare Christus elegit hierusalem, est propter eius mortem. Nam in ciuitate tam nobili scilicet regali, & sacerdotali Christus uoluit, & elegit mortis pati opprobrium: tum propter regni, & sacerdotij eius completionem, tum propter sui humiliationem, & nostram eruditionē, ut patet sup.

Quartò Christus elegit romā, unde ipsa romani quæ caput orbis erat, statuit caput ecclesiæ suæ, tum in signū perfectæ uictoriæ,
par. 1. A A A 3 tum

tum ut extra inde fides deriuaretur, & diffunderetur ad uniuersum mūdum, tum vt sua potestas magis ostenderetur: & sic ipse Christus magis agnosceretur, secundum illud Isaia. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, idest Christi: & egressus egenorum. i. apostolorum Petri, & Pauli. Hæc B. Thom. 3. parte sum. q. 35. art. 7. arg. contra, & in corp. q. & in sol. argu. ibidem.

C A P. XXXI.

31.



ER T I O circa incarnationem Christi considerata est utilitas temporis conuenientis.

Ad cuius euidentiam nota duo.

Primum est quo ad tempus, quod hæc est differentia inter Christum, & alios homines, quia alij homines nascuntur sub necessitate temporis, ideo subiecti sunt temporis. Christus autem tanquam dominus, & conditor omnium temporum elegit sibi tempus, & locum in quo nasceretur, sicut etiam elegit sibi matrem a qua nasceretur. Secundum est, quod Christus non fuit natus nec noluit nasci in æstate, sed in profundo hyemis. 8. Kalen. Ianuarij, quando asperitas hyemis est maior. Cuius ratio est, quia Christus non delectabilitatem æstatis, sed asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem, ut exinde in carnis afflictionibus pateretur pro salute nostra. Et quia ea quæ à Deo sunt ordinata, sunt & conuenienter disposita, sequitur quod Christus tempore conuenientissimo nasceretur. Istud autem fuit tempus quo lucis claritas augmentum recepit, seruitutis anxietas oppressum afflixit, pacis vnitas diuisum vniuit, principis auctoritas mundum descripsit, salutis copiositas captiuum redemit: primo enim Dei filius nasci voluit tempore quo lucis claritas augmentum recepit. Nam quando lux dici scilicet lux solaris augeri incipit, Christus uoluit nasci, ut ostenderetur quod ipse qui est lux vera ueniebat ut omnes crederent in lucem diuinam, secundum illud Lucæ. 1. illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: & in hac luce proficerent usq; ad sanctum diem: secundò Dei filius nasci voluit eo tempore

quo seruitutis vel mentis anxietas oppressum afflixit. Nō eo tempore quo Cæsar Augustus per multos annos guerras habuit, Christus natus est: unde Hieronymus super Isaia sic ait, Veteres reuoluamus historias: & inueniemus tempore pacis formandæ usque ad 18. annū Cæsaris Augusti in toto orbe terrarum discordiam esse ortam: otto autem dominò bella omnia celsauerunt, secundum illud Isa. 2. Non leuabit gens contra gentem gladium, ad ostendendum, q̃ Christus ideo nasci voluit, ut filiis qui erant dispersi congregaret in unum ut esset unus pastor, & unum ouile, Ioh. 14. Tertiò Dei filius nasci voluit eo tempore quo pacis iocunditas diuisum vniuit. Nam ante natiuitatem Christi per 15. annos maxima fuit pax in toto orbe, ad ostendendū q̃ ille nascebatur qui est pax nostra faciens vtraque vnum ut dicit apostolus ad Eph. 2. Quarto Dei filius nasci noluit illo tempore quo principis auctoritas descripsit mundum tempore edicti: Eo enim tempore, ut dicit Beda, Christus dignatus est nasci, quo mox natus census Cæsari ascriberetur: & ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur. Gregorius vero exponens illud verbū Lucæ. 2. Exijt edictum à Cæsare Augusto ut describeretur vniuersus orbis sic ait. Quid est, q̃ nascituro domino mundus describitur, nisi hoc q̃ aperte monstratur, q̃ ille ueniebat in carne: q̃ electos suos ascriberet in æternitate? quod è contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro uiuentium &c. Quinto Dei filius nasci voluit eo tempore quo salutis copiositas captiuum redemit: venit enim Christus nos de statu seruitutis in statum libertatis reducere. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, ut nos ad uitam deduceret, ita ut dicit Beda: Seipsum nascens seruituti subdidit, ut a seruitute nos liberaret: & Chrys. super Matth. sic ait: Quando iudaica gens sub iudaicis regibus quamuis peccatoribus tenebatur prophetæ mittebantur ad remedium eius. Nunc autem quando lex Dei sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus, quia magna, & desperabilis infirmitas medicum artificiosorem requirebat. Secundo etiam Christus nasci voluit tempore regis alienigenæ ut impleretur prophetia Iacob dicentis Gen. 49. Non auferetur sceptrum de iuda,

& dux de semine eius donec ueniet qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Si verò aliter vis diuidere dicas, quòd Christus uoluit nasci eo tempore quo lucis radius augebatur: mentis animus coniungebatur: vnus uirtus dominabatur, orbis totus describebatur, census Casari afferebatur, & eius seruitio subdebatur. Et quare? Certe ad liberationem nostri. Hæc Bea. Tho. 3. parte summe q. 3. art. 8. in cor. q. & in sol. argu.

C A P. XXXII.

INCARNATIO. Circa incarnationis mysterium post prædicta considerare debemus tria scilicet modum unionis, uocabulum expressionis, motuum seu terminum assumptionis. Primò circa incarnationem considerare debemus modum unionis scilicet per quem modum istæ duæ naturæ scilicet diuina, & humana sunt unitæ in una persona Christi. Et licet ut dicit Hilarius, comparatio terrenorum ad Deum nulla sit, nec exemplum sufficiens ratio humana præstabit, ponam tamen exempla aliqua unionis aliquorum in aliquo, ut per illa aliquo modo manuduci possimus in aliqualem noticiam beatissimæ unionis scilicet diuinæ naturæ, & humanæ in verbo. Est ergo sciendum, quòd aliqua plura quatuor modis coniunguntur in unum, ita quòd aliquod unum ex duobus uel pluribus statuitur quatuor modis scilicet aggregatione, transmutatione, perfectione, insertione. Primò fit unum ex pluribus integris remanentibus, sicut ex multis lapidibus absque aliquo ordine ordinatis solum per compositionem fit aceruus: unio autem incarnationis non est talis. Quod tripliciter probo: primò quia cum compositio talis sit forma accidentis, sequitur quòd unio incarnationis non esset per se, sed per accidens quod est erroneum: secundò: quia sicut ex compositione talium partium non fit unum simpliciter, sed secundum quid, remanent enim plura actu, ita ex humana natura, & diuina non fieret unum simpliciter, sed secundum quid: remanerent enim plura actu: tertio quia forma talium non est natura, sed ars, ut patet in aceruo lapidum in forma do-

mus, & sic non constitueretur una natura in Christo. Secundo modo aliquid fit unum ex pluribus transmutatione, puta ex pluribus perfectis, sed transmutatis: uerbi gratia, sicut ex elementis fit unum mixtum: & sic aliqui dixerunt unionem incarnationis esse per modum complexionis, uel cōmixtionis. sed hoc non potest esse: quod tripliciter probo: primò, quia natura diuina est omnino immutabilis, ut nec ipsa possit cōueri in aliud cum sit incorruptibilis, nec aliud cōueri in ipsam cum sit ingenerabilis: secundò quia illud quod est cōmixtum nulli miscibilium est idem specie: differt enim caro à quolibet elementorum specie: & sic Christus non esset eiusdem naturæ cum patre, nec cum matre: tertio quia ex his, quæ plurimum distant non potest fieri mixtio. Soluitur. n. species unius eorum, puta si quis guttam aquæ amphoræ uini apponat: & secundum hoc cum natura diuina in infinitum excedat humanam non potest esse mixtio, sed remanebit sola natura diuina. Tertio fit aliquid unum perfectione siue informatione, puta quando ex aliquibus non permutatis, sed imperfectis fit vnū, ut uerbi gratia. Sicut ex anima, & corpore, & similiter ex diuersis membris fit vnū: & hoc non potest dici de unionem incarnationis: primò quidem quia utraq; natura est secundum rationem suam perfecta scilicet natura diuina, & humana, quod non potest dici de anima, & corpore prout sunt partes hominis: secundò quia natura diuina, & humana non possunt cōstituere aliquid per modum formæ, & materiæ, quia natura diuina non potest esse forma alicuius neque per modum partium quantitatarum sicut membra constituunt vnū corpus, quia natura diuina est incorporea. Quarto modo fit aliquid unum insertione, & sic incarnationis unio comparatur insertioni, uel incisioni. Cuius ratio est, quia sicut in incisione in eodem trunco in quo erat ramus vnus per naturam, fit ramus alius per incisionem, ita in eadem persona, in qua naturaliter erat diuina natura per unionem est natura humana: & sicut non sunt arbores plures: sed vna, ita non sunt ibi plures personæ, sed vna sola. scilicet persona diuina Christi. Et sicut in arbore insiti sunt plures fructus differētes specie, ita in unitate personæ Christi sunt aliæ proprietates conuenientes naturæ hu-

Vnio
verbi
gratiæ
mix-
tionis.

Quibus
modis
plura in
vnū cō-
iungan-
tur.

manæ, & aliæ proprietates conuenientes diuinæ naturæ. Hæc B. Tho. 3. parte sum. q. 2. art. 1. in cor. q. per totum : & 3. scrip. sen. distin 1. art. 1. in cor. q. in fine. Vel dicas ad euidenciam prædictorum, quod vnio diuinæ naturæ ; & humanæ in Christo est similis vnioni, quæ est per incisionem, ut dicit B. Tho. In vnione autem quæ est per incisionem vnum nō est alterum, neque vnum est in altero, sed vnum fit de hypostasi supposito alterius, & trahit secum naturam eius, & propter hoc essentialiter prædicatur de ipso, vt verbi gratia : Quando pirus inseritur pomo fit vnum suppositum commune scilicet vna arbor, & natura pomi non est natura piri nec econuerso. Similiter natura piri non est in natura pomi, neque in natura alterius, sed tamen vterque fructus est de esse arboris : & hoc propter vnionem, quod patet, quia hæc est vera : Ista arbor est pirus : & hæc est vera : Ista eadem arbor est pomus. Sic à simili coniunctio vel vnio diuinæ naturæ, & humanæ in Christo habet hæc tria insertionis vnioni similia, eo quod natura diuina non est humana nec econuerso : sed natura diuina, & humana sunt illud suppositum commune in vtraque natura subsistens. Sed quid facit illud suppositum esse vtramque naturam ? Cetera coniunctio siue vnio vtriusque naturæ in ipso. Nam vnio diuinæ naturæ, & humanæ in persona Christi facit Christum esse Deum, & hominem. Hæc Alexan. 3. parte sum. q. 5. art. 6. de vnione, in corp. q.

CAP. XXXIII.

33. **SECUNDO** circa incarnationis mysterium considerare debemus vocabulum expressionis. Nam vnio diuinæ naturæ, & humanæ in persona Christi præcipue duobus modis seu vocabulis exprimitur scilicet verbo substantiuo est, & participio factus. Primò enim exprimitur talis vnio verbo substantiuo est, vt dicamus sic : Deus est homo, & homo est Deus. Deus est humanatus, & homo est diuinus. Istæ locutiones sunt veræ : sed ista : Ille homo est dominicus, est locutio falsa. Primò enim dico, quod istæ locutiones scilicet Deus est homo, & econuerso, ab omnibus Christianis conceduntur esse veræ, non tamen ab omnibus

secundum eandem rationem. Quidam verò vt Manichei negant veritatem istius locutionis. Deus est homo ex parte prædicati scilicet hominis, quia manichei dicunt verbum Dei esse hominem, non quidem verum, sed similitudinarium in quantum dicunt filium Dei corpus fantasticum assumptisse, vt verbi gratia. Si cuprum figuratum dicitur aurum, quia habet similitudinem auri. Quidam verò alij heretici, vt Fotinus, & eius sequaces negant veritatem istius locutionis : Deus est homo ex parte subiecti scilicet Dei : dicunt enim Deum qui est homo esse Deum non naturaliter, sed participatiue vel per gratiam, sicut dicimus, sancti viri dicuntur dii in quantum participant, & habent aliquid de diuina gratia : excellentius tamen Christus præ alijs abundantior gratiam Dei habuit. Et secundum hoc cum dicitur, Deus est homo : hoc subiectum Deus non supponit pro Deo vero vel naturali, sed adoptiuo, vel participatiuo. Quidam vero alij heretici vt nestoriani consentunt veritatem vtriusque termini. scilicet prædicati, & subiecti, ponentes Christum esse verum Deum, & verum hominem, tamen veritatem prædicationis non soluant, quia dicunt, quod homo prædicatur de Deo per quandam coniunctionem, vel unionem accidentalem, vel dignitatis, vel auctoritatis, vel etiã affectionis aut inhabitationis, vt cum dicitur Deus est homo, nihil aliud significat quàm quod Deus homini est coniunctus tali coniunctione. scilicet quod homo inhabitetur a Deo, & vniatur ei secundum affectum, & secundum participationem auctoritatis, & honoris diuini. Quidam verò alij dicunt, quod in Christo sunt duo supposita. scilicet diuinum, & humanum : quod non potest esse, quia ex duobus suppositis non fit vnum simpliciter, sed solum secundum quid, vt si dicamus Petrum esse Iohannem, quia habent aliquam coniunctionem adinuicem, vel affectionis, vel hominū. Et quia opiniones hæc sunt hæreticæ, ideo secundum veritatem catholicæ fidei est tenendum, & dicendum, quod cum dicitur Deus est homo, & econuerso, est prædicatio non accidentalis, sed essentialis, non per inherentiã sed per essentiam : non quidem quod essentia, vel natura Dei sit idē, quod natura humana, vel quod diuinitas sit humanitas, quia sicut Damasc. dicit tertio li. Nullū increabile ē creabile, neque quod una natura sit de altera, sed quia suppositum diuinæ

Ex ploditur hereticorum error.

diuinæ naturæ est essentialiter suppositū humanæ naturæ. Et hoc significat hæc locutio: Deus est homo, & e converso homo est Deus. Quæ sic exponuntur: Ille. scilicet Christus, qui est Deus, & homo, & e converso, ille. scilicet Christus qui est homo est Deus: quæ quidē locutiones nō verificātur ex parte formæ siue naturæ, quia vna natura nō est alia, neque de alia sicut dixi. scilicet rōne suppositi qđ est idē in vtraq; natura. Et hoc est singulare in ista natura. scilicet qđ sit vnū suppositum essentialiter in duabus naturis subsistēs. In alijs autem ad diuersitatem naturarum sequitur diuersitas suppositorum: vnde in alijs si sunt diuersę naturæ supposita non possunt esse eadem. In Christo autē sunt duæ naturæ, & vnū suppositū, quod quidem suppositum est diuinæ naturæ, & humanæ in Christo: primò quidē fuit diuinæ naturæ. scilicet ab æterno, & hac rōne dicitur suppositum diuinū, postea autē ex tempore per incarnationem est factum suppositum humanæ naturæ: & hac rōne dicitur humanū, non quia assumpsit hominem, sed quia assumpsit humanā naturā: secundo dico, qđ istę locutiones sunt verę: Deus est humanatus, & natura humana dicitur esse deificata: primò. n. hæc locutio est vera, Deus est humanatus: in qua locutione prædicatum. scilicet humanatus nō sumitur in vi nominis denominatiui, sed in vi participij: vnde tantum valet humanatus, quantum homo factus. Et cū dicitur, Deus est humanatus, tantum valet sicut, Deus est factus homo: secūdò hæc locutio: Humana natura est deificata, est vera: non quidē per conuersionem ipsius in diuinam naturam, sed per coniūctionem humanæ naturæ ad diuinam naturā in vnā hypostasim. scilicet in vnā personam Christi, vt dicit Damas. 3. li. Quamuis autē natura humana dicatur deificata vt patet: nō tamē dī esse naturaliter dea, quia hoc nō posset esse nisi per conuersionem vnius naturæ in aliam quod est impossibile sicut patet: terriò dico, qđ ista locutio qua dicitur: Iste homo. scilicet Christus est homo diuinus, est vera: non autē ista: Hic homo. scilicet Christus est dñicus. Cuius rō est: quia diuinū pōt dici aliquid, quod nō participatiuē, sed plenē, & essentialiter habet rōnem diuinitatis: vnde de his dicimus diuinū de quib. hoc nomē Deus essentialiter prædicatur vt verbi grā. Dicimus n. qđ diuina essentia est Deus ratione idēitatis, eo qđ essen-

tia est Dei siue diuina ppter diuersum modum significandi: & verbum dicimus diuinum, cum tamen uerbū sit Deus. Et etiam dicimus diuinam essentiā, & diuinas personas: vnde quia hic homo. scilicet Christus est diuina psona, pōt ēt dici diuinus, sed nō dominicus non dicitur de illis quæ habet plenā rōnem dominij: qđ patet, quia nō dicimus dominicas personas: sed illud qđ habet aliquam participationem dominij dicitur dominicum, & non diuinum, sicut dī dominica uolūtas, uel dominica passio: & ideo hic homo. scilicet Christus qui est dominus non pōt dici dominicus: sed caro eius pōt dici dominica, & passio eius etiam pōt dici dominica passio. Hæc B. Thom. tertio scrip. sent. dist. 7. de locutionib. exprimentibus vnionē, art. 1. in cor. q. & in sol. atq. & iterum tertia parte summæ. q. 16. art. 5. & 6. in corp. q. & in sol. argu per totum.

CAP. XXXIIII.

SECUNDO vnio diuinæ naturæ, & humanæ in persona Christi exprimitur hoc participio factus, & sic ista locutio: Deus factus est homo, est uera: quod tripliciter probo. scilicet ratione, expositione, auctoritate: primò ratione sic: Omne qđ est, & non fuit prius dicitur esse factum: sed hæc est uera, deus est homo, vt patet. ca. præced. & non semper fuit uera, ergo Deus factus est homo: secūdò probo hoc idem expositione sic: Nam cum dico, Deus factus est homo, explicatiua istius est, humana natura incepit esse in supposito diuinæ naturæ ab æterno præexistente: uel humana natura est facta filius Dei. Sed istæ duæ sunt veræ ergo, & ista, Deus factus est homo: terriò hoc idem probo auctoritate Ioh. 1. Verbum caro factum est: verbum autem Deus est, ergo Deus factus est caro, idest homo. nam caro pro homine sumitur. Hæc Beat. Thom. tertio scrip. sent. dist. 7. de locutione exprimēte vnionem per participium factus, artic. 1. in duob. argum. contra: & tertia parte summæ. q. 16. artic. 6. argum. contra, & in sol. 1. argum. & ibidem articu. 7. in sol. 4. argumen. in fine. Ad maiorem tamen euentiam illius auctoritatis Ioh. 1. Verbum caro factum est, considerata sunt tria: vnum ex parte subiecti, scilicet

34.

Declarat uerbū caro factū est ver-

Modi dicendi ueri.

verbum, aliud ex parte participij scilicet factus est, aliud ex parte prædicti scilicet caro. Primò enim ex parte subiecti quæro hanc quæstionem scilicet quare Iohann. non posuit nomen commune scilicet nomen Dei, nec nomen filij quod est proprium, neq; nomen lucis quod est appropriatum idest quare non dixit: Deus factus est caro, vel filius factus est caro, vel lux facta est caro, sed solum posuit hoc nomen verbum dicens. Verbum caro factum est. Respondeo, & dico q̄ non posuit nomen commune scilicet Dei. Cuius ratio est, quia cum istud nomen Deus sit commune uomen tribus personis, nec magis conueniat vni personæ quàm alteri, si dixisset, Deus factus est caro, fuisset ignorata persona quæ assumpsisset humanam naturam. Similiter licet filius sit nomen proprium, non tamen posuit nomen filij. Cuius ratio est, quia hoc nomen filius dicit respectum solum ad patrem generatorem, & non ad aliquid aliud. Similiter non posuit nomen lucis. Cuius ratio est, quia lux naturæ opacæ adiuncta magis occultatur, & ideo solum posuit uomen verbi: tum quia hoc nomen verbum importat respectum ad patrem dicentem, & ad ea quæ per verbum fiunt: tum quia per idem debet aliquid reparari per quod factum est. unde sicut in factione rerum dicitur Ioh. primo: Omnia per ipsum facta sunt scilicet per verbum, ita in reparatione rerum scilicet in incarnatione per quam omnia reparata sunt dixit: Verbum caro factum est: tum quia verbum in carne veniens manifestatum est contra lucis proprietatem vt patet. Circa quod nota duo scilicet conuenientiam, & differentiam: Primò nota vocabuli conuenientiam: nam Beatus Iohannes conuenienter posuit, & expressit istud uocabulum verbum, & non aliud propter decem rationes. Quarum duas ponit Aug. 15. de trinitate exponens istud verbum: Verbum caro factum est. Prima ratio quare posuit verbum, vt ibidem dicit, est, quia sicut verbum nostrum vox quodammodo corporis fit assumendo eam scilicet vocem in qua manifestetur sensibus hominum, sic verbum Dei caro factum est, assumendo eam scilicet carnem, in qua, & ipsum verbum manifestaretur sensibus hominum. Secunda ratio est ad

idem, quia sicut verbum nostrum fit vox, & in uoce mutatur, ita uerbum Dei caro quidem factum est. Sed absit vt mutaretur in carnem, assumendo quippe illam non in eam se consumendo. Et hoc modo verbum nostrum vox fit, & illud caro fit. Tertia ratio sumitur ex gestis concilij ephesiani, quæ talis est, quia sicut sermo noster incorporeus est non aspectu subiectus, non tactu tractabilis. Sed dum sermo noster vel verbum nostrum induerit litteras, & elementa uisibilis fit, aspectu comprehenditur, & tactu tractatur. Sic, & verbum Dei quod naturaliter inuisibile est uisibile fit: & quod natura incorporeum est inuenitur tractabile esse, carnem nostram induendo uel assumendo. Quarta ratio est Alchimi sic dicentis: Cum etiam credamus animam incorpoream corpori coniungi, vt ex his duob. fiat unus homo, facilius possumus credere diuinam substantiam incorpoream animæ in corpore coniungi in unione personæ. Et sicut corpus non conuertitur in animam, nec anima in corpus, ita in tali unione nec verbum est in carnem conuersum, nec caro in verbum. Hæc allegat Beatus Thom. in Euangelio continuo beati Ioh. ca. primo super illo uerbo: Et verbum caro factum est. Vbi sciendum, quod in comparatione prædicta est duplex similitudo, & una dissimilitudo: uerbi gratia: Inter animam, & corpus, & naturam diuinam & humanam. Prima similitudo est, quia sicut anima, & corpus non prædicantur adinuicem, quia nec anima est corpus, nec econuerso: sic nec natura humana est natura diuina, nec econuerso. Secunda similitudo est, quia sicut anima, & caro vnus est homo, vt Athanasius dicit, ita Deus, & homo vnus est Christus. Vna autem est dissimilitudo, quia anima, & corpus conueniunt in natura, & persona. Et quod commixta adinuicem constituunt, & faciunt unam naturam, & vnā personam. Deus autem, & homo conueniunt in persona, & non in natura.

Sed forte argues in oppositum, quia ex hoc sequeretur, quod maior esset unio animæ & corporis in homine quàm diuinæ naturæ, & humanæ in Christo quod est falsū, quia unio diuinæ naturæ, & humanæ in Christo est maxima unionum, vt patet: sup. Respondeo, & dico q̄ magis vnum,

Euange
lista uti
tur ver-
bo plu-
ribus ra-
tionib.

Compa
ratio
verbivo
calis, &
æterni.

& minus vnum intelligitur duobus modis scilicet quantitative, & qualitative, uel extensive, & intensive: primo modo magis vnum dicitur aliquid quantitative vel extensive, & sic illud magis est vnum quod pluribus modis est vnū. Et hoc modo aliquis homo est magis unum, eo quod pluribus modis est unum scilicet in natura, & in persona quam sit unitas duarum naturarum scilicet diuinæ, & humanæ in Christo: ubi est unio vel unitas in persona non in natura: secundo modo aliquid dicitur magis vnum qualitate vel intensione, puta quod magis est indiuisum: & sic est magis indiuisa unio vel unitas humanitatis, & diuinitatis in Christo, quam unio corporis, & animæ in Christo homine, quia in separabilior. Hæc Alex. tertia parte summae q. 5. arti. 6. de unione diuinæ naturæ & humanæ in Christo. Quinta ratio principalis quare posuit uerbum est, quia sicut uerbum sensibile unum in se existens est in auribus singulorum, ita dominus licet in se sit vnus, & simplex, tamen totus est in cælo apud patrem, & totus in mundo apud matrem, & totus in mentibus singulorum. Sexta ratio est quia in receptione uerbi non est locus inuidiæ: quia si ego totum capio nullus inde recipit detrimentum. Sic autem est de bonis spiritualibus & maxime de Deo, non autem sic de bonis temporalibus, & maxime de mundo. Septima ratio est, quia sicut uerbum non afficit auditorem nisi auditor afficiatur in verbo, sicut cibus nisi in comedente vigeat appetitus, ita Deus non te delectat nisi tu delecteris in ipso. psal. Delectare in domino, & præcipue in incarnatione eius; quia tunc per totum mundum melliflui facti sunt cæli. Octaua ratio est, quia sicut uerbum nullum offendit nisi offendatur in ipso, ita Deus nullū punit nisi ipse seipsū puniat, & offendant. Nona ratio est, quia sicut uerbum tuum tecum est, & nunquam te deserit quamdiu illud tenueris, ita Deus inquit Aug. Nemo te amittit nisi qui te demittit. Decima ratio est, quia sicut uerbum est ætuum, & passuum commune, deponens, & neutrum ita uerbum incarnatum: primò fuit uerbum actuum, quia per ipsum facta sunt omnia: secundò fuit passuum, quia pro nobis turpissimam mortem sustinuit. tertio fuit commune,

quia Deus, & homo mediator Dei, & hominum factus est. quarto fuit deponens, quia iniquitates nostras ipse deposuit. quinto fuit uerbum neutrum, quia nec homo tantum nec Deus tantum.

Secundò principaliter nota differētia inter uerbum diuinum incarnatum, & uerbum nostrum. Nam uerbum diuinum in quattuor differt à uerbo nostro, primò quia uerbum diuinum est suppositum, & essenziale. non enim uerbum diuinum est accidens neque alia pars Dei qui est summe simplex neque aliquid aliud à diuina natura: sed est ipsa natura uel essentia Dei: Verbum autem nostrum siue conceptus intellectus nostri non est essentia nostræ mentis uel animæ, sed est quoddam accidens: secundo differunt, quia uerbum diuinum est æternum, & incorruptibile. Verbum autem nostrum posterius inuenitur quā homo, & quandoque desinit esse antequam homo: tertio differunt, quia uerbum diuinum est unicum, & singulare, sicut eius, essentia, & eius actus, & eius obiectum: unde omnia hæc in Deo sunt unum nec possunt multiplicari: uerbum autem nostrum multiplicatur, eo quod vno verbo uel conceptu non intelligimus omnia, sed pluribus. Quartò differunt, quia uerbum diuinum est infinitum, & Deo æquale: nam uerbum diuinum adequat, essentiam suam intelligit, & omnia alia: unde quantæ uirtutis est Dei essentia, tantæ uirtutis est eius uerbum: sed uerbum nostrum non adequat uirtutem intellectus nostri, immo quando aliquid mente concipimus multa alia adhuc concipere possumus, Hæc Beatus Thom. in postilla quam fecit super Ioh. super illo uerbo Ioh. 1. In principio erat uerbum &c.

Differē
tia inter
uerbum
diuinū,
& hu-
manum

CAP. XXXV.



ECVNDÒ unio diuinæ naturæ, & humanæ in Christo exprimitur hoc participio factus. Vbi nota quod istud participium factus in ista locutione: uerbum caro factum est, idest Deus factus est homo, potest referri ad tria, scilicet ad extremorum compositionem, ad extrema com

compositionis, ad unum extremum in cōparatione ad aliud. Primo enim si istud participium factum est, vel factus est, ad extremorum compositionem, scilicet prædicati, & subiecti coniunctionem, vel vnionem, tunc utraq; locutio est uera scilicet verbum caro factum est, & caro uerbum factum est, idest Deus factus est homo, & homo factus est Deus, ut sit sensus: Factum est q̄ verbum sit caro, & caro uerbum idest quod Deus sit homo, & homo Deus. Et si quærat quomodo hoc factum est? Respondeo, & dico, q̄ unio est. Nam secundum hoc dicimus, uerbum caro factū est, idest Deus factus est homo, & econuerso, quia natura humana, vnita est naturæ diuinæ in persona, & econuerso: unde Aug. Talis fuit illa unio quæ uerbum fecit carnem: & econuerso, idest hominem fecit Deum, & econuerso. Secundò si istud participium factum, uel factus feratur ad extrema compositionis, scilicet ad subiectū uel prædicatū: puta ad Deum, & ad hominem, utraq; locutio est falsa sicut ista: Deus factus: & similiter ista, Ille homo demonstrato Christo, est factus est falsa, quia supponit, suppositum æternum. Et iste quattuor locutiones, sunt falsæ scilicet: Deus factus: est persona filij, & iste homo demonstrato Christo incepit esse Deus, & ista homo sit Deus, & ista homo factus est Deus: omnes enim tales, & similes sunt falsæ. Cuius ratio est, quia cum idem sit suppositum diuinæ naturæ, & humanæ. Suppositum humanæ naturæ est idem q̄ persona filij Dei quæ semper fuit. Et ideo nec incipit esse Deus, nec fit Deus, nec factus est Deus, ut patet. Tertiò si istud participium factum uel factus referatur ad unum extremum in cōparatione ad aliud, puta ad subiectum in cōparatione ad prædicatū, tunc est locutio uera qualis est ista, uerbum factum est caro, & Deus factus est homo. In hac enim locutione factum uel factus non ponit mutationem aliquam ex parte diuinæ personæ, sed solum ex parte humanæ naturæ: Cuius ratio est, quia aliter se habet in his quæ absolute dicuntur de altero, & aliter in his quæ relative dicuntur de altero. In omnibus enim quæ absolute dicuntur de altero uel prædicantur non potest aliquid de nouo fieri uel de nouo aduenire sine eorum mu-

tatione, ut uerbi gratia Albedo seu magnitudo non potest de nouo aduenire alicui nisi per hoc q̄ de nouo mutatur ad albedinem uel magnitudinem. unde quando aliquis de non albo est factus albus uel de paruo magnus, iam est mutatus de non albo in album, uel de paruo in magnum. Quando uerò aliquid relative prædicatur de altero tunc illud de nouo potest prædicari de eo sine eius mutatione, ut uerbi gratia: Homo de nouo fit: dexter absq; sua mutatione per motum illius qui fit ei sinister. Modo igitur simile est in proposito, quia esse hominem conuenit Deo ratione vnionis quæ est relatio quædam. Et ideo esse hominem prædicatur de Deo de nouo absq; Dei mutatione per mutationem humanæ naturæ quæ assumitur in diuinā personam. Et ideo cum dicitur: Deus factus est homo non intelligitur aliqua mutatio ex parte diuinæ personæ, sed solum ex parte humanæ naturæ, sicut etiam in psal. dicitur. Domine refugium factus est nobis. quod quidem refugium de nouo dicitur uel prædicatur de Deo absque eius mutatione, sed solum per mutationem nostram quibus dicitur de nouo: Deus factus est refugium: licet enim Deus factus sit homo cum prius non esset per assumptionem uel vnionem humanæ naturæ, & diuinæ in persona Christi, non tamen potest dici Deus recens, quia iam mutatio facta esset ex parte Dei. Cuius contrarium dicitur in psal. Non erit in te Deus recens. Potest tamen dici, q̄ si Deus factus est homo, q̄ Deus recenter idest de nouo est factus homo propter nouam unionem diuinæ naturæ, & humanæ in persona Christi: unde dicere q̄ sit Deus recens, est ponere mutationem in Deo, quod est impossibile. Sed dicere q̄ Deus recenter idest de nouo est unitus humanæ naturæ, non est ponere mutationem ex parte diuinæ naturæ, sed solum ex parte naturæ humanæ; ut patet per exemplum. Similiter licet ista locutio sit uera: Deus est factus homo, non tamen ista, homo factus est Deus. Cuius ratio est, quia cum dicitur homo factus est Deus, ipsum fieri uel factum esse non attribuitur naturæ humanæ, sed supposito naturæ humanæ, quod quia non est ab æterno; ideo non conuenit ei fieri Deum. Similiter quāuis, hæc locutio est uera, Deus factus est homo

Reijcit
falsas
euange
lij expo
sitiones.

De Chri
sto con
cordan
tur scri
pturæ.

homo, non amen hæc, filius Dei factus est Deus, quia persona filij Dei cum sit æterna, non est facta: unde non sequitur: Deus est vnitus homini, & econuerso, ergo Deus vnitus est Deo. Similiter non sequitur: Deus factus est homo: ergo Deus factus est simpliciter: sicut non sequitur, Petrus factus est albus, ergo Petrus est factus, quia album diminuit de ratione facti simpliciter. Quod enim factum est, nunc est, & prius non fuit: unde bene non sequitur: Petrus est factus albus, ergo est factus, ita non sequitur, Deus est factus homo, ergo Deus est factus, quia quod factum est quod prius non fuit, est mutatum de non esse in esse. In Deo autem nulla potest esse mutatio. Hæc Beatus Thom. tercio scrip. sentent. distinct. 7. de locutione expriment e vnionem per participium factus, articu. 1. in corp. quæst. & in solut. argum. & ibidem artic. 2. in corp. quæst. & in solut. argum. & iterum tercia parte summæ quæst. 16. arti. 7. in solut. 2. & 3. argum. & ibidem articu. 7. in corpo. quæst. & in solut. argum.

Ad euidenciam autem qualiter Deus factus est homo, non per mutationem diuinæ naturæ, sed per mutationem naturæ humanæ, præter exempla superius posita, ponam exemplum aliud Beati August. Ad cuius euidenciam est sciendum, quod humana natura habet similitudinem cum accidente in Christo in quantum aduenit diuinæ naturæ post esse completum, ut dicit Beatus Thom. tercio scrip. sentent. ubi supra immediate artic. 1. in solut. 5. argum. in principio. Accidentium autem seu eorum quæ alicui accidunt vel adueniunt est quadruplex modus seu differentia. Quædam enim cum alicui accidunt vel adueniunt mutant & non mutantur, sicut sapientia accidens homini non mutatur, sed mutat hominem, quem de stulto sapientem facit. Quædam verò mutant, & mutantur, ut cibus qui cum assumitur, amittens speciem suam, in corpus conuertitur, & corpus mutat vel in sanitatem, vel in languorem, vel in robur atque valentiam. Quædam verò nec mutant ea quibus accidunt, nec ab eis mutantur, sicut annulus positus in digito. Quædam verò eorum quæ accidunt non mutantur à sua natura, sed quodammodo formantur, & aliam for-

mam vel speciem accipiunt, ut est uestis, quæ deposita non habet eandem formam, quam sumit vel habet induta: induta enim membris accipit formam, quam non habebat exuta. Quod quidem genus congruit huic comparationi scilicet incarnationi diuinæ, Deus enim semetipsum exinanivit, non formam suam mutans, neque conuersus aut transmutatus in hominem, sed formam serui accipiens sine eius mutatione, sed cum mutatione humanæ naturæ quam assumpsit, ut patet. Hæc Beatus Augustinus in glos. super illud Apostoli ad Philippen. 2. Qui cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus est ut homo.

Vbi nota ad euidenciam omnium prædictorum, quod aliud est mutari, & aliud est fieri. Nam mutari proprie dicitur per remotionem à termino a quo: fieri autem dicitur per accessum ad terminum ad quem. Quia ergo nihil remotum est à Deo, neque secundum rem, neque secundum rationem, aliquid autem aduenit ei secundum rationem, & si non secundum rem, ideo potest dici fieri, & factus, sed non mutari vel mutatus. Sicut etiam sciens quando considerat non mutatur proprie loquendo, sed perficitur, ut dicit philosophus in secundo de anima. Hæc Beatus Thom. tercio scrip. sent. distinct. ubi supra artic. 1. in solut. prim. argum. per totum: unde Chrysost. super illo uerbo Iohannis; Verbum caro factum est, sic ait: Cum audieris quoniam verbum caro factum est, non turberis, neque enim substantiam conuertit in carnem, sed manens quod est, formam serui assumpsit. Si uerò dixerint: Deus omnipotens est, quare, & in carnem transmutari non potuit? dicemus quod transmutari ab illa incommutabili natura omnino potuit quam auctoritatem Beatus Thomas allegat in Evangelio continuo Ioh. 1.

Incarnationis
mille-
riū ap-
eritur.

CAP. XXXVI



ER T I O in beata vnione diuinæ naturæ, & humanæ in verbo quæ exprimitur hoc participio factus vel factum, ut cū dicitur Verbum caro factum est, uel Deus factus est caro, considerare debemus rationem prædicati, scilicet quare dixit, & posuit carnem, & non hominem. Nam hic ponitur pars pro toto per synedochen, scilicet caro pro homine, ideo dixit carnem, & non hominem. Vbi sciendum quod Beatus Iohannes dixit carnem & non hominem, propter decem rationes.

Impie-
tas ma-
nichei
erronea
Prima est ne putetur carnem fantasti-
cam assumpsisse, & non ueram? ut mani-
chei fingunt: unde Chrysost. ibidem sic ait,
Dicentium hoc totum fantasiam esse bla-
sphemiam destruens posuit has dictiones
factum & carnem non transmutationem
substantiæ, sed carnis vere assumptionem
repræsentare volens. Secunda ratio est, ne
putetur verbum personam assumpsisse, quæ
videtur exprimi nomine hominis, non
nomine carnis. Nam filius Dei non assump-
sit personam hominis, quod probo dupli-
ci ratione. Prima est talis. Illud quod assu-
mitur aliquo modo, unitur ei à quo assu-
mitur: sed persona non unitur personæ,
quia sic essent duæ personæ, una allumens,
& alia assumpta, quod est erroneum: uel
vna persona composita ex duabus, quod
est impossibile, cum persona pars esse non
possit, ergo filius Dei non assumpsit perso-
nam. Secunda ratio ad idem est talis: Si
persona filij Dei personam hominis as-
sumpsisset, tunc persona Dei non esset per-
sona hominis: & sic essent duæ personæ, quæ
est hæreticum: ergo filius Dei assumpsit
naturam humanam, quæ nomine carnis
designatur, & non personam, quæ designa-
tur nomine hominis: ideo dixit carnem, &
non hominem.

Et si argues quod filius Dei non est ho-
mo, quem non assumpsit, quia sic esset Pe-
trus, & quilibet alius homo; ergo est ho-
mo, & quem assumpsit, sed filius Dei as-
sumpsit humanam naturam in illo, ergo
assumpsit hominem illum. Respondeo, &
dico, quod filius Dei non est homo, quem al-

sumpsit: sed cuius naturam assumpsit. As-
sumpsit autem naturam humanam in atho-
mo, id est in indiuiduo, ut Damasc. dicit, non
quod humana natura præexistat ante vnio-
nem, sed postquam vnita est in athomo
vel in persona verbi. Hæc Beatus Thom.
tertio script. sen. dist. 5. art. 9. vtrum perso-
na hominis sit assumpta, in argum. contra,
& in corp. quæst. & in solut. primi argum.
Et iterum tertia parte summæ. q. 4. arti. 2.
in cor. quæst. & in solu. 3. argum. Tertia
ratio principalis quare Beatus Iohannes
dixit carnem, & non hominem est, quia
difficilius videbatur quod natura simplicissi-
ma carni coniungeretur magisquam ani-
mæ, quæ maiorem affinitatem habet ad
Deum ratione suæ spiritualis quam caro:
vnde ponens carnem assumptam quasi per
lotum à maiori dat intelligere omnes alias
partes. Quarta ratio quare dicit caro est,
quia ex eo, quod omnis caro corruperat
uiam suam ut dicitur Geo. 10. ideo dicit ca-
ro, ut per vnionem deitatis ad carnem tan-
quam per conueniens instrumentum re-
pararet corruptam carnem. Quinta ratio
quare dicit caro est, quia Deus non pote-
rat nobis loqui quasi spiritualibus, sed qua-
si carnalibus, ideo dicit, Verbum caro fa-
ctum est.

Sexta ratio quare dicit: Caro est ut non
solum possimus audire, sed etiam videre
possit omnis caro, quod os domini nomi-
nauit.

Septima ratio est, ut ostendatur quod idē
est filius dei patris, & filius virginis secun-
dum carnem: unde Theophilus sic ait? Per
hoc quod dicitur verbum caro factum
est, addiscimus, quia ipsum verbum ho-
mo, & filius Dei existens factus est filius
mulieris, quæ principaliter Dei genetrix
nuncupatur, tamquam Deum in carnem
genuerit. Octaua ratio quare dixit caro est,
ut ostenderet suam charitatem erga nos:
nam ad hoc carnem assumpsit, ut pateretur
pro nobis. Caro enim est infirmior, & passi-
bilior, Nona ratio est, quare dixit caro, ut
ex una parte suam clementiam ostenderet,
ex eo quod rei tam uili ut carni unitur, ex
alia parte suam potentiam, quia ex tali vnio-
ne non læditur, neque inficitur: sed ca-
ro extollitur, & nobilitatur: vnde Chryso-
stomus super illo uerbo: Verbum caro factum est,
ponit exemplum in 11. Homelia. sic dicens
Excelsum

Simili-
tudo de
sole, &
Christo.

Excelsum, inquit, humili adherens nihil læditur à sua gloria: illud uerò à multa fuscitat humilitate: ut uerbigratia: Sicut rex qui cum paupere beniuole loquitur, in nullo se confundit, ipsum autem pauperem apud omnes spectabilem, & præclarum facit. Et, si hoc in hominum dignitate, multo magis in illa incomparabili assumptione. Christus autem naturam suam in nullo ab hac minorauit descensione, & nos qui semper in ignorantia se debamus, & tenebris, ad gloriam ineffabilem reduxit, sicut etiam per exemplum potest manifestare, de luce, quæ in nullo inficitur etiam utilissimas res contingens. Ratio autem quare sol non inficitur vel maculatur, ex hoc, quod radios suos per feces spargit, hæc est, quia non communicat cum illis corporibus in materia, ut simul agens patiatur sicut ea, quæ in materia communicant dum agunt, patiuntur, ut in primo de generatione dicitur: Anima autem communicat corpori in materia, non ex qua sit anima, sed in qua sit, & ideo ex coniunctione ad corpus inficitur: diuinitas autem non conuenit cum corpore, neque ex materia, in qua cum omnino immaterialis sit, neque in materia, in qua cum non uniatur corpori, sicut forma eius. Hæc Beatus Thom. tertio scrip. sent. in fine 2. distin. in expositione litteræ, quæ sic incipit. Et tamen prædicant istum visibilem & c. Decima ratio quare dicit, caro est, ut ostendatur quod filius venit non solum in deitate, sed etiam in carne ad saluandum carnem efficaciter, quantum ad illos qui perfectè crediderunt, vel sufficienter quantum ad omnes, & venit contra carnem ad maiorem damnationem infidelium. Ioh. 15. Si non venissem carnem assumendo, & locutus eis non fuisset tam verbis quam etiam signis, & beneficijs peccatum scilicet incredulitatis non haberent; nunc autem quia ueni & c. de peccato infidelitatis excusationem non habent: unde Augustinus sic ait: Aduentus Christi in carnem, quantum credentibus salutaris, tantum non credentibus expectabilis factus est. Et subdit Augustinus ibidem. Hoc est enim peccatum, scilicet infidelitatis peccatum, quo detecta peccata tenentur, & quod unusquisque si non habeat dimittuntur ei cuncta peccata.

CAP. XXXVII.

TERTIO principaliter circa incarnationem uerbi considerare debemus motuum seu terminum assumptionis scilicet quæ motus uel fine Dei filius uoluit incarnari, & quantum ad hoc dico, quod ratio in generali quare Dei filius uoluit incarnari est duplex, scilicet promotio boni & remotio mali.

Primo enim Dei filius uoluit incarnari ad promotionem hominis ad bonum. Nam Christus per suam incarnationem uoluit sex modis hominem promouere ad bonum scilicet ostendendo suam perfectionem, certificando nostram cognitionem, erigendo nostram expectationem, inflammando tepidam dilectionem, regulando indebitam uel incertam operationem. perducendo ad sui plenam fruitionem. Prima ratio quare Dei filius est incarnatus, est, ut ostenderet suam perfectionem. Sicut enim dicit Damasc. in principio tertij lib. Per incarnationis misterium monstratur simul bonitas, sapientia, iustitia, & potentia siue uirtus Dei: primo bonitas siue clementia Dei ostenditur, quoniam non despexit proprii plasmatis infirmitatem: secundo iustitia Dei ostenditur, quia inuenit rectam solutionem, eo quod homine victo non alium fecit vincere tyrannum, neque vi eripuit ex morte hominem: tertio sapientia Dei ostenditur, quoniam inuenit difficilium decentissimam solutionem: quarto ostenditur Dei uirtus uel potentia infinita, quia nihil est maius quam Deum fieri hominem. Secunda ratio quare Dei filius incarnatus est, ut certificaret nostræ fidei cognitionem, quæ magis certificatur ex hoc, quod non Angelo uel homini, sed ipsi loquenti Deo credit: unde August. 12. de ciui. Dei sic ait: Ut homo fidentius ambularet ad ueritatem ipsa ueritas Dei filius homine assumpto constituit, atque fundauit fidem. Tertia ratio quare Dei filius uoluit incarnari est, ut erigeret nostram expectationem: per hoc enim quod Dei filius est nobis vnitus nostram assumendo carnem, maxime spes nostra erigitur, quod diligamur ab eo, & uniamur ei: unde August. 13. de trinitate, sic ait: Nihil tam necessarium fuit ad erigendum spem nostram, quam ut demon-

37.

Cur fi-
lius Dei
incarna-
tus.

Prima
ratio.

Secunda.

Tertia
ratio.

straret

staret nobis quantum diligeret nos Deus
 Quid verò huius rei iusto iudicio manife-
 stius, quam ut Dei filius nostræ naturæ di-
 gnatus est inire consortium? Quarta ra-
 tio quare Dei filius voluit incarnari, est,
 ut inflammaret nostram erga eum dilectio-
 nem: nam charitas nostra ad Deum per
 incarnationem filij Dei maximè excita-
 tur, & inflammatur: unde Aug. in libro
 de catechizandis rudibus sic ait: Quæ
 maior est causa aduentus Dei, nisi ut Deus
 ostenderet dilectionem suam in nobis? &
 postea subdit: Si amare pigebat, saltem nō
 reamare pigeat. Quinta causa vel ratio
 quare Dei filius voluit incarnari, est, ut
 regularet nostram indebitam, & incertam
 operationem; nam per suam incarnationē
 nobis exemplum præbuit recte viuendi,
 & operandi: unde Augustinus in quodam
 sermone de natiuitate domini, sic ait: Ho-
 mo sequendus non erat, qui videri pote-
 rat: Deus sequendus erat, qui videri non
 poterat: ut ergo exhiberet homini, & qui
 ab homine videretur, & quem homo se-
 queretur Deus factus est, & homo. Sexta
 ratio vel causa quare Dei filius voluit in-
 carnari, est, ut perduceret nos ad sui plenā
 fruitionem. Nam per incarnationem, &
 humanitatem Christi collata est nobis ad
 plenum participatio diuinitatis, quæ ve-
 rē est beatitudo hominis, & finis humanæ
 vitæ: unde Augustinus in quodam sermone
 de natiuitate domini, sic ait: Factus est
 Deus homo, ut homo fieret Deus, ita quod
 incarnatio filij Dei ut homo promouere-
 tur ad bonum, & perficeretur, in ipso sex
 bona fecit. Fuit enim, & est primò ostensi-
 ua diuinæ perfectionis: secundò certificati-
 ua fidei cognitionis: tertio erectiua nostræ
 spei seu expectationis: quarto inflamma-
 tiua nostræ ad Deum dilectionis: quinto
 regulatiua incertæ operationis: sexto
 effectiua vel collatiua vltimæ, & ple-
 næ suæ fruitionis, quæ patent
 sup. a. Hæc Beatus Thom.
 tertia parte summ.
 q. 1. artic. 2. in
 cor. q.



ECVND O incarnatio fi-
 lij Dei fuit utilis ad remotionem
 mali. & ideo voluit Dei
 filius incarnari propter quin-
 que causas, quibus hominē
 remoueret a malo.

Prima causa est, propter hostis potesta-
 tem confutandam, & refrenandam: nam
 antequam uerbum carnem humanam assu-
 meret, diabolus propter peccatum homi-
 nis toti mundo dominabatur: sed post in-
 carnationem filij Dei, diaboli potentia est
 limitata: unde Aug. 13. de trinitate sic
 ait: Quando sic Deo coniungi potuit hu-
 mana natura, ut fieret vna persona. Super-
 bi illi spiritus non ideo audent se homini
 præponere, quia non habent carnem: un-
 de per hoc modo instruitur, ne sibi Diabo-
 lum præferat, & eum ueneretur, qui est
 actor peccati. Secunda causa quare Dei
 filius voluit incarnari, est propter dignita-
 tem hominis ostendendam, & conseruan-
 dam: res enim quāto nobilior, tanto de-
 bet diligentius custodiri, & conseruari.
 Humana autem natura ex vnione diuini-
 tatis in persona Christi est multum nobi-
 litata, in cuius signum Angelus ante unio-
 nem, & ante incarnationem multoties
 voluit, & permisit se ab homine uenerari,
 & adorari, post incarnationem vero filij
 Dei non: unde quando Iohannes Euange-
 lista Angelum uoluit adorare, prohibuit
 angelus, dicens: Vide ne feceris, conseruus
 enim tuus sum, & fratrum tuorum. Apoca-
 ult. unde Grego. in homel. Erant appropin-
 quantes ad Iesum, sic ait: Timeat Angelus
 ab homine adorari, quando humanam na-
 turam uidet in Deo sic sublimatam, ut
 fieret una persona, & ideo considerantes
 per incarnationem filij Dei humanam na-
 turam tantum nobilitatam, & exaltatam,
 instrui, ut eam diligenter conserue-
 mus, ne eam inquinemus, & maculemus
 peccando: unde Aug. in libro de uera re-
 ligione, sic ait. Demonstrauit nobis Deus,
 quā excelsū locum inter creaturas ha-
 beat humana natura, in hoc, quod hominibus
 in uero homine apparuit: & Leo Papa in ser-
 mone de natiuitate domini, sic ait: Agno-

Angeli
 honorant
 homines
 propter
 uerbum
 humana-
 tum.

See o Christianæ dignitatem tuam, & diuinę consors factus naturę, noli in veterem vtilitatem degeneri conuersatione redire &c. complet vt sup. c. 23. Tertia ratio quare Dei filius voluit incarnari est propter cordis pręsumptionem tollendam: nullum enim meritum alicuius puri hominis neq; totius etiã humanę naturę fuit dignũ vt Dei filius assumeret carnem humanam. Cuius ratio est, quia per incarnationem filij Dei sunt facta tria, quę omne meritum humanum excedunt scilicet vnio in persona, infusa diuina gratia, reformata tota natura humana.

Primò in incarnatione est facta vnio in persona. Ex quo sic arguo: Nostra opera meritoria ad beatitudinem ordinantur, quę est virtutis pręmium in Dei visione vel fruitione consistens: vnio autem incarnationis cum sit vnio in persona transcendit omnem vnionem mentis ad Deum. ergo nullus incarnationis unionem de condigno meret: secundò in incarnatione est infusa primaria gratia. Ex quo sic arguo: Principium meriti non cadit sub merito: sed gratia Dei est principium meriti, ergo ipsa gratia Dei non cadit sub merito, incarnatio autem filij Dei ex gratia eius processit: ideo dicitur Ioan: 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ergo &c. tertio per incarnationem filij est reformata tota humana natura vnde nullum particulare meritum hoc meretur, neque etiã meritum generale totius naturę humanę cum sit finitum. Req. supra. capitul. 15. vbi dicitur quòd Christus carnem assumpsit de matre perfecta: vnde August. tertio de ciui. Dei sic ait: Gratia Dei nullis meritis pręcedentibus in homine Christo commendatur. Quarta ratio quare Dei filius voluit incarnari est propter mentis elationem remouendam. Nam si Deus se tantum humiliauit, quòd absque meritis formam alicuius serui accepit, & nobis sic intimè, & inseparabiliter coniungi, & vniri voluit: multum humana superbia argui debet, quę magnum prębet impedimentum, ne homo possit vniri Deo: vnde August. in tertio lib. de Tri. sic ait: Per tantam Dei humilitatem quia dignatus est incarnari, redargui potest atque sanari superbia hominis, quę maximum impedimentum est: ne inhæreatur Deo. Quinta causa propter quam Dei

filius voluit incarnari, est propter criminis obligationem, & satisfactionem faciendam. Nam homo ex peccato in Deum bonum offenderat infinitum. Ex hoc duo necessaria sequebantur, vel quòd homo pateretur pœnam infinitam quam ex peccato infinito merebatur, vel satisfactio hominis infinita necessaria erat ad pœnæ infinitæ vitationem. & quia purus homo nõ pro se, & minus pro toto humano genere potest satisfacere: Deus etiã non debebat, ideo venit Christus, qui est Deus, & homo: vnde Leo Papa in sermone de Natiuitate sic ait: suscipitur a virtute infirmitas animarum, & aliarum rerum, vt quod nostris remedijs congruebat vnus atque idem Dei, & hominum mediator, & mori ex vno, & resurgere posset ex altero: nisi enim esset verus Deus non afferret remedium, nisi esset verus homo non pręberet exemplum.

Sed forte argues in oppositum scilicet, quòd pro satisfactione commissę culpę ab homine non fuit necessarium quòd filius Dei incarnaretur duplici ratione. Prima est talis: Nulla credulitas est Deo attribuenda, qui est summè misericors: sed exigere ab homine plus quàm potest est crudele, ergo Deus non exigit satisfactionem ab homine quam homo non potest implere: vel si exigit homo potest per satisfacere: & sic non fuit necessarium, quòd Deus incarnaretur. Respondeo, & dico, quòd quantitas peccati ex duobus pensari potest: primo ex parte Dei in quem peccatur: & sic peccatum infinitatem quandam habet prout est offensa Dei, quia quantò est maior, qui offenditur, tantò culpa est grauior: secundò quantitas culpę potest considerari siue pensari ex parte boni quod corrumpitur: & sic quantitas culpę finita est, scilicet in quantum est corruptio naturę: & ideo ad satisfactionem debitam requiritur actio hominis, quę proportionantur quantitati culpę in quantum corruptio quędam est: & gratia cuius virtus quodammodo infinita est, cum sufficiat ad merendum pręmium infinitum per quam satisfactio proportionatur quantitati culpę prout est offensa Dei: & ideo ex se non sufficit ad satisfactionem, quia ex se gratiam habere non potest: nec tamen Deus crudelis

Incarnatio verbi humilioris nature humane.

Satisfactio sufficiens duobus modis.

est hanc satisfactionem exigens, quia quāvis ex se gratiam habere non possit, & ita nec satisfacere, potest tamen satisfacere per id quod Deus paratus est dare scilicet per gratiam suam. Si autem aliter vis procedere, & ad argumentum respondere dicas, quod aliqua satisfactio potest dici sufficiens duobus modis. Vno modo quia est condigna per quandam adequationem ad recompensationem commissæ culpæ: & sic puri hominis satisfactio sufficiens esse non potuit, tum quia culpa in Deum commissæ erat infinita, ut patet supra, tum quia tota natura per peccatum erat corrupta, nec bonum alicuius personæ vel etiam plurimum poterat per æquiparationem detrimētum totius naturæ recompenfare: & ideo oportuit ad satisfactionem condignam, ut actio satisfaciens haberet efficaciam infinitam, quod esset actio vel satisfactio Dei, & hominis: Dei qui posset: hominis qui deberet. Alio modo potest dici satisfactio sufficiens imperfectè scilicet secundum acceptionem eius, qui est ea contentus quamvis non sit condigna: & hoc modo satisfactio puri hominis est sufficiens. Et quia omne imperfectum supponit aliquod perfectum a quo sustentetur, inde est, quod omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a possessione Christi. Secundò quod non fuit necessarium ad satisfaciendum Deo ex peccato commissio Deum, vel Dei filium incarnari, probo secunda ratione sic: Quicumque potest satisfacere pro peccato maiori, potest etiam pro minori, sed mortale peccatum actuale est maius quam originale quia habet plus de voluntario: ergo cum homo possit satisfacere pro mortali, potest multo fortius satisfacere pro originali. Et ita non fuit necessarium, quod Deus incarnaretur. Respondeo trib. modis: primò quod potest dici aliquid maius altero duob. modis. Vno modo intensivè sicut illa albedo est maior, quæ est intensior: & per hunc modum maius est peccatum actuale, quam originale, quia plus habet de ratione voluntarij. Alio modo dicitur aliquid esse maius altero extensivè sicut dicitur maior albedo, quæ est in maiori superficie: & hoc modo peccatum originale est maius actuali, eo quod per peccatum originale est totum genus humanum infectum. Vnde potest dici, quod actuale est magis culpa, & originale est ma-

ius malum: & quantum ad hoc Christus principaliter venit ad tollendum principale peccatum. Nam sicut malum multitudinis est peius malo unius, ita bonum gentis divinius est quam bonum unius, ut dicitur in principio Ethicorum: secundo modo respondeo, & dico, quod quia peccatum actuale est peccatum personæ, actus autem cum sint singularium, ideo ad satisfaciendum Deo pro peccato actuali mortali sufficit actus, vel satisfactio hominis cum gratia divina, ut patet supra. Non autem ad satisfaciendum pro originali peccato sufficit actio puri hominis: eo quod actio puri hominis non potest tantum valere quantum totum bonum naturæ humanæ. Et ideo oportuit esse Deum, & hominem, qui pro peccato originali satisfaceret: tertio modo respondeo, & dico, quod etiam pro actuali peccato secundum quosdam non sufficit purus homo satisfacere nisi supposita satisfactione Christi, ex cuius passione etiam antiquorum patrum satisfactio efficax fuit, qui in fide eius saluabantur. Hæc Beat. Thom. tertia parte summæ. quæstion. 1. artic. 2. in corp. quæstio. iuxta si. & in sol. 2. argum. & ibidem ar. 4. in corp. q. Et iterum tertio scripten. dist. 1. artic. 2. in sol. 5. & 6. argum. per totum.

Poterat homo d. mortali non de originali satisfacere.

CAP. XXXIX.

39.



IRCA incarnationis mysterium, adhuc præter ea quæ dicta sunt superius consideranda sunt quattuor scilicet, actus conveniens, tempus expediens, modus excellens, fructus perficiens. Primò enim circa incarnationem considerandus est actus conveniens, Vbi nota quod aliud est querere, an Deum incarnari sit possibile, an sit necesse, an sit rationabile. Primò enim si queratur an Deum incarnari sit possibile. Respondetur, quod sic: quod probo quattuor rationibus scilicet, ex parte omnipotentiae, excedentiae, convenientiae, sapientiae: primò ex parte omnipotentiae sic: Deus cum sit omnipotens est omne illud, quod nec contradictionem includit, nec aliquem defectum in Deo ponit: vnde Luc. primo. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Sed Deum naturam humanam assumere nec contradictionem implicat, nec

Proba possibile in carnat.

In Deo aliquem defectum ponit, ergo possibile est Deum incarnari: secundo proba hoc idem ratione excedentiae sic: Deus plus potest facere quam homo dicere: sed homo potest dicere Deum humanam naturam assumere, ergo Deus multo magis potest hoc facere: tertio proba hoc idem ex parte, vel ratione convenientiae sic: Eorum est facilis unio quae adinuicem similitudinem habet: sed homo creatus est ad imaginem Dei, ut dicitur Gen. primo: ergo humana natura diuinæ aliquo modo, est unibilis in persona. Et confirmo hoc idem sic: Vbi nota, quod aliter se habet in creaturis, aliter in diuinis. Nam in humanis secundum diuisionem suppositorum diuiditur natura: sed in diuinis possunt esse plures personae in vna natura: ergo etiam pari ratione possunt esse plures naturae in una persona, ut est in incarnatione uerbi: quarto hoc idem proba ratione ex parte diuinæ sapientiae sic: Sapientia uincit malitiam, ut dicitur Sap. 8. Sed per malitiam diaboli, & hominis humana natura quae est opus Dei deiecta fuit, & est quantum deijci potuit in culpam, & in miseriam: ergo decuit ut sapientia Dei ipsum exaltaret quantum exaltari potuit: sed Deus pater facere potest omne quod eius sapientiam decet, ergo &c.

Ad cuius euidentiam propter solutionem quorundam argumentorum, & dubiorum, quae in oppositum moueri possunt nota hic quattuor.

Primum est, quod illud quod non est perfectum in esse unitur alteri ut suam perfectionem ab eo acquirat, ut uerbi gratia: Ex actu, & potentia, vel ex materia, & forma sit unio essentialis: sed quod omnibus modis est perfectum: nullo modo potest alteri uniri, ut additionem, uel perfectionem ab altero recipiat cum nihil sibi desit: sed ad communicandum suam perfectionem, & sic Deus cum sit perfectissimus, quia in se omnem perfectionem praehabet, ut Dionysius dicit, homini uniri uoluit non propter se, quia non habet quo crescat eius perfectio cum sit infinita, sed propter hominem cui subueniendum erat, ut uerbi gratia: Sicut Deus etiam est in omnibus per essentiam, potentiam, praesentiam, suam bonitatem in omnibus diffiniendo, ex quo tamen nihil superaccreuit.

Secundum est, quod sicut duo contraria, quae

conueniunt in genere non possunt simul esse in eodem: multo minus Deus cum non contineatur, in aliquo genere, & humana natura possunt uniri simul, ita quod insint eidem secundum idem, quia secundum Damascen. quod erat increabile mansit increabile: & quod erat creabile mansit creabile: possunt tamen uniri in alio scilicet in persona, quod factum fuit in incarnatione.

Tertium est, quod sicut Deus cum sit increatus, immobilis, incorporeus propter suam bonitatem communicandam produxit creaturas mobiles, & corporales. Malum uero poenae à Dei iustitia, est introductum propter gloriam Dei: malum uero culpae est commissum propter recessum ab arte diuinæ sapientiae, & ordine diuinæ bonitatis, ita conueniens fuit Deum assumere naturam humanam creatam, mutabilem, corpoream, & penalitati subiectam, non autem fuit conueniens Deum assumere malum culpae.

Quartum est, quod si uerbum hominis transiens non angustatur in loco aliquo, sed simul auditur à multis, & à singulis totum multo magis uerbum Dei permanens simul ubicunque totum est, scilicet totum in caelo, & totum in uirginis utero, totum in sinu patris: & totum intra corpusculum uagientis. Cuius ratio est, quia Deus non mole, sed uirtute est magnus. Et ideo magnitudo uirtutis eius nullas in angusto sentit angustias scilicet, unde existens in utero uirginali, ut uerus Deus curam gerit totius mundi. Hæc Bea. Thom. tertio scrip. sent. distinct. 1. art. 1. in tribus argumentis contra, & in sol. 2. & 4. argum. Et iterum tertia parte summæ quaest. 1. articu. 1. in fol. 3. & 4. argum.

Secundo nota si quaeratur, an Deum incarnari fuerit necesse ad reparationem humanæ naturæ? Respondeo, & dico, quod aliquid ad finem aliquem dicitur esse necessarium duobus modis. Vno modo sine quo finis haberi non potest, sicut cibus est necessarius ad conseruationem humanæ uitæ: & hoc modo non fuit necessarium Deum incarnari ad reparationem humanæ naturæ. Cuius ratio est, quia Deus per suam omnipotentem uirtutem poterat humanam naturam multis alijs modis reparare. Secundo modo dicitur aliquid esse necessarium ad finem aliquem, sicut

Cur malum poenae sit introductum à iustitia Dei.

Necessarium duplex.

illud per quo l melius, & conuenientius puenitur ad finem sicut equus necessarius est ad iter: & hoc modo fuit necessarium Deum incarnati ad reparationem humanę naturę. Augustinus 13. de trinitate sic ait: Ostendamus nō alium modum possibilem Deo defuisse, cuius potestati omnia æqualiter subiacent, sed saluandę miserię nostrę conuenientioremodū alium non fuisse: & hoc propter bonum consequendum, & malum vitandum, vt patet supra. Hęc Beatus Thom. tertia parte summę. q. 1. artic. 2. in corp. q. in principio. Tertiō verō si quærratur, an Deum incarnati fuerit rationabile? Respondeo, & dico, quod sic, propter multas causas quas requirere supra vbi agitur de incarnationis conuenientia. cap. 25.

CAP. XL.



SECUNDO principaliter circa incarnationis mysterium cōsiderare debemus tempus expediens. Vbi sciendum, quod aliter est de nobis: & aliter de Deo. Nos enim qui non omnium temporum proportionem cognoscimus, congruitatem temporis scilicet, quare hoc tempore, & non alio Deus voluit incarnari plenē scire non possumus: Deus autem qui est omnium temporum dispensator perfectē ab æterno cognouit, & post tempus congruum ad incarnationem elegit: Possumus tamen nos aliquammodo scire quare legis scriptę, legis naturę, nec tempore legis scriptę, sed tempore gratię Dei filius uoluit incarnari. Cuius quidem temporis congruitas tripliciter probari potest scilicet ratione, similitudine, & auctoritate. Primō enim, quod conueniens fuerit Dei filium tempore gratię incarnari probō ratione sic: Homo enim per superbiam peccauerat, ideo oportebat, p per humilitatem repararetur, ad quam exigebatur, ut defectum suum cognosceret tam in cognitione quā in uirtute: defectus autem cognitionis innotuit homini tempore legis naturę, quo tempore multi lumine naturalis rationis non obstante in pessimos errores idolatrię sunt prolapsi, & in nephā-

dissima opera inciderunt. Defectus autem virtutis propriē innotuit homini tempore legis scriptę, quia tunc per legem eruditus nondum tamen peccati iugum excutere potuit. Et ideo oportuit, quod post ista duo tempora quasi pręparatoria Deus homo fieret, vt in Deo solo spes salutis haberetur. Secundō hoc idem probō similitudine infirmitatis. Vbi nota, quod aliter est in morbo spirituali, & aliter in corporali. Nam ad sanationem morbi corporalis non exigitur vt infirmus uim medicinę, & periculum morbi cognoscat: quod tamen maximē est necessarium in sanatione morbi spiritualis, qui per humilitatem, & spiritus contritionem sanatur. Et ideo quāuis medicina corporalis non differatur, medicina tamen spiritualis differri potest: vnde quia incarnatio filij Dei uera medicina spiritualis fuit defectus humanę naturę sanans, & reparans, ideo conueniens fuit, q differretur vsque ad tempus quo genus humanum habuit perfectā cognitionem sui. vnde postquam homo per humilitatem suam infirmitatem cognouit, Deus humano generi remedium incarnationis exhibuit, quod prius ex superbia contemnebat. Et ideo Deus non perfectā subueniebat, nec perfectē curabat, licet Deus omni tempore humanę naturę aliquammodo subuenisset, quia quādiu fuit morbus fuit aliqua medicina morbi, quamuis illa medicina non esset sufficiens sicut fuit incarnatio uerbi Dei, ut dicit Hugo de sancto Victore. Hęc Bea. Thom. 3. scrip. sent. dist. 1. ar. 4. in corp. q. iuxta principium, & in sol. 3. argumen. Et iterum tertia parte summę. quęstio. 1. artic. 5. in corp. quęstio. Tertiō hoc idem probō auctoritate Apostoli ad Gala. 4. sic dicentis: At ubi uenit plenitudo temporis misit Deus filium suum factū ex muliere factum sub lege, ut eos, qui &c. In quibus uerbis Apostolus de incarnatione filij Dei tangit tria: primō temporis congruitatem cum dicit: At ubi uenit plenitudo temporis: secundō admirabilem natiuitatem cum subdit: Misit Deus filium suum: tertiō desiderabilem utilitatem cum addit: Ut eos, qui sub lege erant redimeret. Primō temporis congruitatem cum dicit: At ubi uenit plenitudo temporis. Quod quidem uerbum exponitur a Doctoribus tribus modis

Differētia corporalis & spiritualis infirmitatis.

Cur uerbum tempore legis gratię alius sit car-nem.

modis: Primo enim Beatus Thom. dicit q̄ tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis quinque de causis, quas require: supra cap. 28. Secundò tempus incarnationis dicitur tempus plenitudinis propter quadruplicem plenitudinem scilicet pacis muneris, potestatis, æternitatis: primò propter plenitudinem pacis quæ tunc temporis erat, & significat Christum qui per suam incarnationem fuit pax nostra. psal. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: expone &c. secundò propter plenitudinem diuini muneris scilicet misericordie, & pietatis in psal. Misericordia domini plena est terra: tertio propter plenitudinem potestatis, nam tam plena, & perfecta tunc temporis erat potestas prædici ut uniuersus orbis ei subiceretur, & ab eo describeretur, & significat Christum, cuius potestati omnia sunt subiecta, & qui uenit in carnem ut electos suos ascriberet in æternitate, ut dicit Greg. quod contra de reprobis per prophetam dicitur: Deleantur de libro uiuentium &c. quarto propter plenitudinem æternitatis: nimirum, quia plenitudo, & abundantia temporalium obliuionem, & inopiam fecerant, æternorum oportune aduenit æternitas quomodo magis temporalitas abundabat uel præualebat. Tertio modo uerbum prædictum: At ubi uenit &c. exponitur sic.

Plenitudo triplex. Ad cuius euidenciam nota q̄ triplex est plenitudo scilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ. Plenitudo naturæ est duplex. Prima est quantum ad conditionem rerum completam secundum genus, & speciem, de qua dicitur Gen. 2. Compleuit Deus die septimo opus suum, & requieuit ab omni opere quod patrauerat. Secunda est quantum ad multiplicationem earum: de qua dicitur in psal. Domini est terra, & plenitudo eius. Plenitudo gratiæ dicitur tempus incarnationis, & redemptionis Christi, & hoc quattuor modis: primò per comparisonem ad Deum, quia in incarnatione facta est plena participatio deitatis: unde Colossien. 2. In Christo uel in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Re. expositionem huius. supra. 18 cap. secundo per comparisonem ad angelum, quia ruina angelorum reparatur per incarnationem, & redemptionem Christi psal. Iudicabit in nationibus implebit ruinas: ter

tiò per comparisonem ad hominem: & hoc dupliciter: primo in plena liberatione a culpa per misericordiam, Coloss. 1. Complacuit omnem plenitudinem inhabitare & per eam reconciliari: secundo in plena perceptione boni necessarij ad salutem quantum ad bonum ueritatis intellectum, & quantum ad bonum gratiæ in affectum: Ioh. 1. Plenum gratiæ ueritatis. Et subditur ibidem: De plenitudine eius nos omnes accipimus gratiam pro gratia: quarto per comparisonem ad totum uniuersum, quia omnis creatura ex incarnatione uerbi perficitur. Cuius ratio est, quia cum omnis creatura ordinetur ad hominem, & humana natura unitur diuinæ, completur uniuersa creatura siue spiritalis siue corporalis cum qua communicat homo: & hoc est quod dicitur ad Eph. 1. Secundum beneplacitum eius q̄ proposuit in dispositione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo quæ in cælo, & quæ in terra sunt: His quattuor rationibus tempus gratiæ, dicitur tempus plenitudinis. Tertio plenitudo est plenitudo gloriæ, quæ attenditur quantum ad duo. Primò quantum ad numerum electorum, de quo dicitur Apoca. 6. Sustinete adhuc modicum donec impleatur numerus fratrum uestrorum. Secundo quantum ad perceptionem æternorum bonorum, de qua dicitur Eccl. 24. In plenitudine sanctorum detentio mea. Hæc Alex. 3. part. summ. q. 5. de tempore incarnationis, art. 1. in cor. quæst. Est autem sciendum quod plenitudo perfectionem importat. Nam plenum idem est, quod perfectum, & ideo sicut triplex est plenitudo ut patet sup. immediata, ita triplex est perfectio. scilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ. Perfectio naturæ est quæ fuit in principio mundi die septimo, ut dicitur Genesis 2. Perfectio uero gloriæ erit in fine mundi. Perfectio autem gratiæ est media inter utraq;. Et ideo Christus, per quem gratia facta est circa medium mundi uenit, ut dicit Abacuch. 3. In medio annorum facies &c. Hæc beatus Th. tertio scrip. sen. dist. 1. art. 4. in so. 1. argu. Secundo principaliter apostolus tangit ad mirabilem natiuitatem, cum subdit: Misit Deus filium suum &c. Nam missio filij eius est incarnatio: secundum Beatum Grego. cuius quidem incarnatio

Perfici-
tur crea-
tura ex-
incarna-
tione
uerbi

rio vel natiuitas ex quattuor partib. fuit mirabilis. Primò ex parte patris à quo mittebatur: qui non necessitate, sed ex maxima charitate suum filium uoluit incarnari: loh. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret. Secūdò fuit mirabilis ex parte prolis, quæ nascebatur, quia filium suum, filium non seruum: suū non alienum. Ex quo ei debemus speciale reuerentiam, confidentiam, letitiam: primò specialem reuerentiam: Matth. 21. Forsitan verebuntur filium meū: secundò specialem confidentiam: Rom. 8. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: tertiò specialem letitiam, sicut boni fideles qui gaudent in aduentu hæredis. Luc. 1. Euangelizo uobis gaudium magnū, quia natus est uobis hodie Christus, qui est saluator mundi. Et meritò, quia solus Christus fuit mediator, redemptor, satisfactor. Req. infra ca. 45. Tertiò natiuitas Christi fuit mirabilis ex parte matris ex qua nascebatur: unde subditur, factum ex muliere. Sed contra in simbolo dicitur: Genitum non factum. Respondeo, & dico, qd filius Dei secundum diuinam naturam nullo modo est factus, sed genitus. Req. rationes de hoc suo loco. Sed secundum naturam humanam aliquo modo est factus, quia humanam naturam, quam assumpsit creatura quidē est, non tamē Christus potest dici propriè factus simpliciter loquendo, sed dicitur filius Dei factus homo. Req. sup. ca. illo ubi unio naturæ diuinæ, & humanæ exprimitur participio factus, unde Aug. ibidem in glosa sic ait: Non te offendat, quod ait factum cum cōfiteamur natum, factum. n. non confitemur nisi hominem: Deus autē semper faciens est, fieri nescit ut sit, sed sit ut aliquid alicui, sicut dicitur: Domine refugium factus es nobis. q. d. Christus secundum, qd homo factus est, ut qui creator semper erat creatura esset: manens. n. Deus factus est homo, ut fieret quod non erat, non ut periret: quod erat bene, ergo dicit factū ex muliere: ubi Augustinus in glos. sic ait: Non autem factum ex uirgine, sed ex muliere: sed hoc non moueat te, utrumq; enim in scriptura dicitur: Ex uirgine: ut Isa 7. Ecce uirgo concipiet. Et ex muliere, ut hic.

Ad cuius euidentiā nota tria. Primum est, qd si loquimur de potentia Dei absolu-

ta Dei filius potuit assumere quale corpus uoluit, ita sexum femineum, sicut masculinum: loquendo autem de congruitate conueniens fuit, quod Christus sexum masculinū assumeret, & non femininum. Cuius ratio est, quia Christus uenit, ut Doctor, & Rector, ut pugnator humani generis. Quæ tria quia mulieri non competūt: ideo Dei filius assumpsit corpus in sexu masculino; & non in feminino. Hæc B. Thom. 3. scri. sen. dist. 12. de congruitate quantum ad sexum, art. 1. q. 2. in corp. q. Secundum est, qd Dei filius conuenienter, & rationabiliter ex muliere uoluit carnē assumere. Et hoc specialiter triplici ratione fecit. Prima est ut uterq; sexus glorificaretur, uel saluaretur in Christi incarnatione: nam Christus uenit utrumq; sexum saluare: sed ipse fuit vir: ergo debuit de muliere carnem assumere. Secunda ratio, est ut omnis generationis gradus integraretur: & sic bonum uniuersum compleretur, quia generatio uiri de muliere sine uiro nunquā fuerat, sed mulieris de uiro fuerat scilicet in Eua. Et uiri de utroq; sicut in Abel, & in alijs. Et uiri de neutro sicut in Adam. Tertia ratio est ut defectus repararetur. Nam reparatio debet respondere ruinæ per oppositum: unde sicut principium perditionis fuit natura fragilior sicut mulier, ita principium reparationis debet esse natura fortior sicut uir scilicet Christus, sicut sanatio in corpore hominis est per cordis uirtutem, quod habet fortiorem sanitatem: & sicut per uirum intrauit in hunc mundum originale peccatum, ita per uirum habuit perfici opus nostræ salutis. Et sicut a muliere aliquo modo initium habuit peccatum, ita opus nostræ salutis aliquo modo initiatum est per mulierem, scilicet per beatam Virginem. Hæc B. Thom. tertio scrip. sent. ubi supra immediatē, art. 1. q. 2. in solu. 1. argu. Et ibidem art. 2. q. 2. in corp. q.

Sed fortē argues in oppositū scilicet, quod nō fuit cōueniens, quod Christus nasceret de muliere sic: Mulier corruptionem importat: sed Christus de incorruptissima uirgine natus est: ergo inconuenienter dicitur factus de muliere. Respondeo, & dico, quod mulier ponitur, hic ad significationē sexus, & non ad designandum corruptionem, sicut costa assumpta de Adam dicitur formata in mulierem: quamuis Eua tunc

De potē
tia Dei
absolu-
ta po-
tuit Chri-
stus assu-
mere se-
xū femi-
neum.

virgo facta sit. Hæc B. Thom. 3. scrip. seu. dist. 2. in fine scilicet in expositione litterę. At ubi venit plenitudo temporis super illo verbo: factum de muliere. Tertium est, quod licet Dei filius potuisset carnem aliunde, & non de genere, uel stirpe Adæ assumere, ut dicit Augustinus 14. de Trinita. Melius tamen Deus iudicauit de genere, uel de stirpe Adæ assumere carnem: & hoc triplici ratione. Prima est, quia hoc uidetur ad iustitiam pertinere scilicet ut ille satisfaciatur qui peccauit: & ideo de natura per Adam corrupta debuit assumi illud, per quod satisfactio erat implenda pro tota natura. Secunda ratio est, quia hoc pertinet ad maiorem hominis dignitatem, & excellentiam dum ex illo genere uictor diaboli nascitur, quod per diabolum fuerat uictum. Tertia ratio est, quia per hoc magis ostenditur Dei potentia dum de natura corrupta, & infirma assumpsit id quod in tantam uirtutem, & dignitatem est promotum. Hæc B. Thom. 3. parte sum. q. 4. artic. 6. in corp. q. Quarto natiuitas Christi fuit mirabilis ex parte legis cui subijciebatur: unde subiungit: Factum sub lege. Nam Christus fuit subiectus triplici legi scilicet naturę, scriptę, diuinę: primo fuit sub lege naturę qua fasciatus, lactatus, potatus, & huiusmodi fuit: secundo fuit sub lege scripta qua circumcissus, & oblatu, & huiusmodi fuit: tertio fuit sub lege diuina, uel paternę obedientię, qua innocenter natus, & passus fuit. Sed forte argues in oppositum sic: Apostolus prima ad Thim. primo dicit, quod iusto non est lex posita, sed Christus fuit iustissimus, ergo non est factus sub lege. Respondeo, & dico, quod aliquis dicitur esse sub lege tripliciter, uel quantum ad motuum, uel quantum ad nascendi modum, uel quantum ad obseruationis uinculum. Primo aliquis dicitur sub lege esse quantum ad motuum: & hoc modo sunt sub lege quasi compressi, & coacti illi, qui timore pœnę quam lex infligit præcepta legis custodiunt: & hoc modo iustus non est sub lege, quia amore iustitię iusta operatur, & si nulla lex sit ipse enim sibi est lex, ut dicitur ad Rom. 2. secundo modo aliquis dicitur sub lege quantum ad legis effectuum: & sic omnes in peccato nati sub lege sunt, quia propter peccatum tollendum sacramenta legis instituta sunt: tertio modo ali-

quis dicitur esse sub lege quantum ad obseruationis actum uel excessum, uel cumulum: & hoc modo Christus factus est sub lege, quia sacramenta legis, & præcepta impleuit, non necessitate, nec timore pœnę, ut alij, sed sola uoluntate, uel amore. Tertiò principaliter Apostolus tangit desiderabilem utilitatem cum subiungit: ut eos, qui sub lege erant redimeret. Sed contra Apostolus: prima ad Thimo 2. dicit, quod uult omnes homines saluos fieri: & ideo non solum ad redimendum iudeos, qui erant sub lege, sed etiam ad redimendum alios venit. Respondeo, & dico, quod quamuis Dei filius uenerit ad redemptionem totius humani generis, tamē quodam speciali modo operatus est ad redemptionem domus filiorum Israel, quia eis personaliter prædicauit: unde Matth. 15. Non sum missus, nisi ad oues, quę perierunt domus Israel: & per eos uerbum uitę in gentes diffusum est, ut dicitur Isa. 27. Qui egredientur impetu à Iacob replebunt faciem orbis semine. Hęc Bea. Thom. tertio scrip. sent. di. 2. in fine di. in expositione litterę super illo uerbo Apostoli: Factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ita quod Dei filius sua incarnatione liberauit nos à lege criminis operis, & finaliter mortis, &c.

CAP. XII.



IRCA incarnationis mysterium, tertiò considerandus est modus excellens. Nam Dei filius carnem idest naturam humanam assumpsit quinq; modis scilicet ueraciter, mirabiliter, sapienter, fortiter, & misericorditer. Primo enim Dei filius assumpsit carnem idest humanam naturam ueraciter, in quantum ueram carnem, & uera ossa, & ueram animam habuit, in quo excluduntur, & extirpantur duo errores, scilicet manicheorum, & marcianorum. Primo enim manichei dicebant, quod Christus uerum corpus non habuit, sed fantasticum. Et ratio huius probationis uidetur fuisse, quod ipsi omnium uisibiliũ actorem diabolum posuerunt. Et nihil hu-

Duplex.
perfectio
conferitur
nobis ex
incarnatione uerbi.

Rõ triplex natura assumptæ.

Manichei, Marciani error

iufmodi fecūdu ueritatem in Christo fuit, in quo princeps huius mūdi nihil habuit, ut dicitur Ioh. 14. Sed ista positio est falsa, & hæretica: tum quia est contra fidem quæ tenet Deum creatorem omnium uisibiliū, & inuisibiliū, tum quia est contra rationem, qua demonstratur, q̄ a primo ente oportet omnia entia esse, tum quia est contra humanæ naturæ proprietatem, ad quā pertinet uerum corpus habere, tum quia est contra incarnationis finem. Si, n. Dei filius non uerum, sed fantasticum corpus assumpsisset, nō ueram mortem sustinuisset, sed solum secundum apparentiam: & sic se queretur, q̄ nō esset uera salus homini subsecuta: oportet enim effectus suæ causæ proportionari: tamen quia hoc est contra ipsam ueritatem scilicet contra dignitatem personæ assumptis: esset enim aliquā falsitatem, uel simulationem inuenire in ipsa ueritate in eo qui de se dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita: Iohannis 14. unde & dominus hunc errorem per seipsum excludere dignatus est, cum discipuli conturbati, & conterriti putabant se spiritum uidere, & nō uerū corpus, & ideo seipsum palpandū præbuit dicens: Palpate, & uidete quoniā spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Lucæ ult.

Sed fortē argues in oppositum scilicet, q̄ Dei filius non assumpsit ueram carnem sic: Apostolus ad Gala 5. sic dicit: Caro concupiscit aduersus spiritum &c. sed in Christo talis pugna non fuit, ergo ipse ueram carnem non habuit. Respondeo, & dico, q̄ concupiscentia carnis contra spiritum nō causatur ex ipsa carnis natura: sed ex uitiosa corruptione eius, quæ ex peccato primi parentis prouenit, sine qua filius Dei ueram naturam carnis assumpsit. Hæc Bea. Tho. 3. scrip. sent. distin. 2. artic. 3. quæstio. 1. in corp. q. & in solu. 1. argum. ibidem. Et iterum tertia parte summ. quæst. 5. artic. 1. in corp. q.


Secundus error fuit Valentini, & Marcianorum, qui dicebant Christum corpus nō de uirgine assumpsisse, sed de cœlo portasse: qui quidem error ortum habuit ex opinione platoniorum, qui dicebant animæ corpus terrestre omnino fugiendum esse, ut beatitudinem consequatur. Non enim credebant posse fieri, ut anima corpori terrestri unita beata esset, ponebant ta-

men animas corporibus cœlestibus unitas ut soli, lunæ, & stellis beatas fore, ut Augustinus in libr. 10. de ciuitate Dei recitat.

Et ideo animam Christi, quæ summè beata fuit non terrestri, sed cœlesti corpori unitam putauerunt. Sed hæc positio falsa est, & hæretica. Tum quia humanitatis ueritatem tollit, quia quælibet forma naturalis materiam determinatam requirit: cum ergo forma hominis sit quædam res naturalis requirit determinatam materiam scilicet carnes, & ossa, quæ in hominis diffinitione oportet poni: & ideo anima humana non ex qualibet materia, quam perficiat hominem facit, sed in quantum est formalis corporis elementati, & debita complexionem proportionati: unde si Christus corpus terrestre non habuit, uerus homo non fuit. Tum quia hoc derogat fini assumptionis: cum enim corpus cœleste sit impassibile, & incorruptibile, ut patet in primo de cœlo, si filius Dei corpus cœleste assumpsisset, non uerè esurisset, nec sitisset, nec etiam passionem, & mortem sustinuisset.

Tum quia hoc derogat diuinæ ueritati: cum enim Dei filius ostenderet hominibus se corpus carneum, & terrenum habere, fuisset falsa demonstratio, si corpus cœleste habuisset, & sic ueritas mentita fuisset, quod est impossibile. Et ideo in libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur: Natus est filius Dei carnē de uirginis corpore trahens, & non de cœlo secum afferens. Hæc beatus Thom. tertio scripto senten. ubi supra immediate, artic. 3. quæst. 1. in corp. q. iuxta finem. Et iterum tertia parte summ. quæstione 5. artic. 2. in corp. quæst.

CAP. XLII.



SECUNDO Dei filius assumpsit carnem mirabiliter. Nam in sacra seu beata conceptione Christi quattuor mirabilia extiterunt supra omnem cursum conceptionis. Primum est, quod hæc quattuor in eodem instanti fuerunt scilicet conuersio sanguinis illius materialis in carnem, & alias partes

42.

Primum miraculū incarnationis.

Error Valentini.

partes corporis Christi, & formatio membrorum organicorum, & animatio corporis organici, & assumptio corporis animati in unitatem diuinæ personæ: In alijs autem hæc quattuor successiue contingunt, ut dicit Beatus Thom. 3. scrip. sent. distint. 3. de propagatione carnis Christi ex matre eius, art. 2. in corp. q. iuxta principium. Et propter hoc in communibus conceptionibus naturalibus aliorum non concipitur homo actu, sed in potentia. In hac autem sacra, & mirabili conceptione Christus concipitur actu perfectus homo: hoc est nouum super terram factum, quia mulier circumdabit virum: Hieremie. 31. Secundum mirabile est, quia virgo manens virgo concepit. In alijs autem conceptionibus naturalibus concipiens non manet uirgo, sed corrupta: hoc est signum Moyse ostensum se ignis in rubo non comburens eum. Tertium miraculum est, quia in hac sacra conceptione mater est posterior prole, hoc est verbum sapientis in ipsa impletum: Eccl. 24. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. In alijs autem conceptionibus naturalibus, mater non est posterior, sed prior prole. Quartum est, quod in alijs conceptionibus naturalibus proles non est alterius, sed tantum eiusdem nature cum matre. In hac autem sacra, & mirabili conceptione proles non est tantum eiusdem nature cum matre, sed etiam alterius nature scilicet diuinæ cum patre, Nam ipsa virgo non solum hominem, sed hominem Deum concepit: & propter hoc conceptio Christi est miraculum omnium miraculorum, ut dicat beatus Thom. 3. scrip. sent. distint. 3. de potentia generatiua beatæ virginis, art. 2. in corp. ques. iuxta principium. Req. sup. tertia parte principali huius materie de conceptione mitifica: capitulo. 7. ubi dicitur, quod conceptio Christi fuit miraculosa secunda diuisione, & infra Miraculum tertio ca. quod sit maius miraculum, unde in incarnatione verbi mirabiliter sunt coniunctæ diuinitas, & humanitas in Christo: nam sicut dicit Bernard. in eadem persona: Aeternum, antiquum, & nouum mirabiliter conueniunt. Aeternum idest diuinitas. Antiquum idest caro ab Adam traducta. Nouum idest anima de nouo creata. Item Bern. sic ait. Hodie tres miraturas idest tria opera fecit Deus, ita mirabiliter singu-

laria ut talia nec facta, nec amplius facienda sint. Coniuncta sunt adinuicem. Deus & homo, mater & virgo, fides, & cor humanum. Prima coniunctio est valde mirabilis, quia coniuncta sunt limus, & Deus, maiestas, & infirmitas, tanta utilitas, & tanta sublimitas, nihil est Deo sublimius, & nihil limo vilius. Secunda coniunctio nihilominus est valde mirabilis, a seculo non est auditum quod virgo esset quæ peperit, & quod mater esset quæ virgo permaneat. Tertia coniunctio est prima, & secunda inferior: sed non minus fortis: mirum est quomodo cor humanum fidem his duobus accommodat, quomodo credi potuit quod Deus homo esset, quod virgo manserit, quæ peperisset: ibi enim portauit stella solem, palmes vitem, riuulus fontem, filia patrem, creatura creatorem. Hæc Bern. Apparuerunt etiam in ortu saluatoris septem miracula. Primum fuit testimonium quod in ipsa nocte natiuitas obscuritas aeris in claritatem diei versa est, & significat quod Christus qui est lux vera venit illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Lucæ. 2. Secundum fuit quod super quendam montem magis orantibus in ipsa die natiuitatis, ut Chrysost. ait: apparuit iuxta eos quædam stella, quæ formam pueri pulcherrimi habebat, & in eius capite crux splendebat, quæ magos alloquens dixit, ut in iudeam pergerent, & ibi natum puerum inuenirent: & signat hæc stella beatam verginem, quæ Christum peperit, qui in cruce debebat mori pro salute humani generis. Tertium miraculum fuit quod etiam ipsa die natiuitatis dominicæ tres soles in oriente apparuerunt, qui paulatim in vnum corpus solare redacti sunt, per quod signatur, quod trini, & vnius Dei notitia toti orbi imminabat, vel quod natus erat in quo tria, scilicet anima, caro, & diuinitas in vna personam conuenerunt. Quartum miraculum fuit, quod in media die natiuitatis dominicæ apparuit circulus aureus iuxta solem, & in medio circuli virgo pulcherrima puerum gestans in gremio: per quod signatur, quod sol iustitiæ Christus autor suæ diuinitatis ecclesiam illustrare venit, & purpura suæ passionis in medio terre salutem operatus fuit, ut in psalm. dicitur. Quintum miraculum fuit, quod ipsa die natiuitatis domini Romæ, ut testatur Innocen. Papa tertius fons aque in liquorem

Secundū

Tertium.

Quartū

quorem olei conuersus est, & erūpens vsq; ad tiberim profluxit: prophetauerat enim Sibylla, quod quando erumperet fons olei nasceretur saluator. Oleum enim signat misericordiam. Fons olei de terra profluxit, quia fons misericordiæ Christus de vergine manauit. Sextum miraculum fuit, quia Romę vt testatur. Innocen. Papa tertius 12. annis pax fuit, quare Romani templum pacis pulcherrimum construxerunt, & ibi statuam Romuli posuerunt. Consu- lentes autem appollinem quantum dura- ret, acceperunt responsum quousque virgo pareret. Hoc audientes Romani dixerunt, ergo in æternum durabit: impossibile. n. credebant quod vnquam pareret virgo: vnde in foribus templi titulum hunc scripse- runt. Templum pacis æternum: sed in ipsa nocte qua virgo peperit, templum fun- ditus corruit: & ibi est modo ecclesia lau- dæ Mariæ nouæ per quæ signatur quod pax vera scilicet Christus qui fecit vtraque vnum in terra apparuit, & quod omne do- minium temporale in eius aduentu defe- cit: quod designatur Danielis 2. capit. vbi dicitur, quod de monte abscisus est lapis sine manibus, & comminuit ferrum, & te- stam, & es & argentum, & aurum. Expone de Christo. Septimum miraculum fuit sicut dicit Hieronymus super illud: Lux or- ta est, quia nocte natiuitatis domini in mū- do tanta lux fuit, quod omnes sodomix vi- tio laborantes extinxit quod Deus ideò fe- cit, vt omnes eradicaret vt in natura quam assumpsit tanta de cetero immundicia non inueniretur: nam vt dicit Augu. Videns Deus illud vitium in humana creatura contra naturam fieri fere desijt incarnari. Hæc & plura alia ponit Frater Iacobus de voragine ordinis fratrum prædicatorum in legenda, quam scribit de natiuitate do- mini.

CAP. XLIII.

43



Quin- que sta- tus vni- uersi.

QUINTO Dei filius naturam assumpsit sapienter, eo quod ip- se assumpsit bonum naturæ re- probando malum culpæ: Isa. 7. Buryrum, & mel comedet vt sciat re- probare malum, & eligere bonum. Nam

Christus de omni statu accepit bonum, & omi sit malum: quod probō sic: In vni- uerso sunt quinque status scilicet Innocen- tiæ, culpæ, penitentia, gratia, & gloria, primò enim de statu innocentia Christus accepit immunitatem peccati: secundò de statu culpæ accepit recompensationem penæ: tertio de statu penitentia accepit passionem doloris, tristitia, & mortis amaræ: quarto de statu gratia accepit ple- nitudinem gratia: quia de statu gloria Christus accepit plenam fruitionem. Re. infra de defectibus quos Christus in cor- pore, & anima assumpsit, & quos non assumpsit. Quarto Dei filius naturam assumpsit fortiter vel inseparabiliter. Vbi nota quod triplex unio fuit in Christo: scilicet deitatis ad animam, & econuerso, & deitatis ad carnem, & econuerso, & ani- mæ ad carnem, & econuerso. Primæ duæ uniones semper manserunt: nunquam enim nec ante mortem nec in morte nec post mortem sunt abinuicem separata, vt patet supra 22. cap. vbi dicitur, quod incar- natio verbi Dei est vigore inseparabilis, & propter istam inseparabilem unionem corpus Christi viuum, & mortuum fuit simpliciter vnum, & idem numero. Vbi nota quod aliquid dicitur esse simpliciter idem numero duobus modis, vel supposita- liter vel totaliter: primo modo scilicet sup- positaliter corpus Christi viuum, & mor- tuum fuit idem numero supposito, quia non habuit aliam hypostasim vel aliud sup- positum nisi verbo Dei: secundo modo sim- pliciter idem numero est, quod est idem to- taliter vel omnino. Et sic corpus Christi viuum, & mortuum non fuit totaliter idē numero, cum vita sit aliquid de esse viuen- tis corporis. Tertia unio scilicet animæ ad carnem & econuerso fuit separata in morte Christi, & propter hanc separatio- nem Christus verè fuit mortuus. Cuius ratio est, quia omnis homo verè dicitur mortuus ex hoc quod eius anima est à cor- pore separata: sed anima Christi in morte eius fuit hoc modo separata: ergo &c. Hec Beatus Thom. tertio scrip. sent. dist. Vigesima prima de morte Christi, art. 3. in cor. q. & tertia parte sum. quæst. 50. artic. 4. & 5. in cor. quæst. Quinto Dei filius hu- manam naturam: assumpsit misericorditer vel liberaliter: quod tripliciter probō, sci- licet

licet ratione, distinctione, & auctoritate.

Cristus natura humana assumptus libere. Primo ratione sic: Illud quod sola Dei voluntate, & gratia confertur homini non procedit ex aliquo opere uel merito precedenti. Nam si ex opere uel merito precedenti procederet gratia non esset gratia secundum apostolum. Sed istud maximum donum collatum homini scilicet ut uniretur diuinæ naturæ in persona humana naturam ad tantam dignitatem gratis eleuans non est secundum naturam hominis, immo supra eius naturam, ergo nullis precedentibus meritis sed ex sola Dei gratia idest uoluntate diuina unione gratis faciente. Secundo probo hoc idem distinctione sic: Gratia potest accipi duobus modis. Vno modo gratia Dei idem est quod ipsa uoluntas Dei gratis aliquid faciens uel acceptum aliquid habens, & tunc ipsa incarnatio uerbi in qua est facta unio humanæ naturæ, & diuinæ in persona est facta per gratiam sicut unio sanctorum ad Deum per cognitionem, & amorem. Alio modo gratia Dei dicitur ipsum gratuitum Dei donum, eleuans naturam humanam supra facultatem suæ naturæ, & sic humanam naturam esse unitam personæ diuinæ potest dici quædam gratia Dei in quantum nullis precedentibus meritis hoc factum est: tertio probo hoc idem auctoritate Apostoli ad Titum dicentis 3. ca. Apparuit benignitas, & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus &c. sed benignitatem nominat apostolus ostensam in Christi incarnatione, ergo non est secundum merita. Hæc Beatus Thom. 3. scri. sen. dist. 2. de ordine assumptionis 2. art. quæst. 1. in cor. q. & in solu. 2. argum. & ibidem. dist. 4. de conceptione in comparatione ad gratiam Christi per quam facta est conceptio arti. 1. ar. contra 1. & iterum 3. parte sum. quæst. 2. arti. 10. utrum unio incarnationis sit facta per gratiam in cor quæst. Re. superius 13. capitulo, ubi dicitur quod Christus carnem assumpsit de matre perfecta.

Et iterum supra 17. cap. ubi dicitur, quod conceptio corporis

Christi fuerit gratuita 3. dist.

CAP. XLIIII.



VAR TO principaliter circa incarnationis mysterium considerandus est fructus perficiens. sicut enim fructus est ultimum quod de arbore percipitur, sic salus uitæ eternæ est ultimus fructus, & ultimum bonum quod per incarnationem consequimur psal. Deus aeternus rex noster ante secula operatus est salutem, idest incarnationem in medio terræ idest in Hierusalem quæ dicitur esse in medio terræ quasi umbilicus mundi, ubi Deus factus est homo.

Ad cuius euidenciam est sciendum quod per incarnationem filij Dei quinque bona causatur. primo enim est manifesta humilitas: secundo est purgata iniquitas: tertio est consecuta utilitas: quarto est impleta capacitas: quinto est accumulata felicitas. Primo enim Dei filius uoluit incarnari propter ostensionem humilitatis: nam humilitas est perfecta uirtus: ut dicitur in Glo. super Matth. 3. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam, idest omnem humilitatem: Sed perfectus humilitatis gradus est, ut aliquis se inferiori, uel coniungat uel subijciat, ergo Deus uoluit humanæ naturæ coniungi in ostensionem perfectæ humilitatis: unde Apostolus ad Philipp. sic ait: Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens: quod uerbum exponitur quattuor modis: primo sic: Exinaniuit semetipsum. i. creaturæ quæ de se inanis est, quia de nihilo facta se coniunxit: secundo modo sic secundum Aug. in Glo. Manens utique quod erat: assumpsit quod non erat. Sed quomodo? non substantiam euacuans; non formam Dei mutans, forma serui accessit, non forma dei decessit: tertio modo sic etiam secundum Aug. in Glo. Exinaniuit ergo est ab inuisibilitatis suæ magnitudine se uisibilem demonstrasse: per formam enim serui acceptam quasi dignitate se exuit dum formam serui sibi uniuert quod d. forma Dei latuit, & formam serui accepit: quarto modo exponitur sic: Mira, & inaudita, & perfecta humilitas Dei, qui cum in forma Dei patris idest in plena essentia, & æqualitate

41

per incarnationem quinque bona causantur primum.

patris esse exinaniuit &c. idest existens Deus factus est homo, existens patris filius factus est tanquam seruus, non solum formam serui accepit ut subesset, sed etiam mali serui ut uapularet, & serui peccati ut pœnam subiret, solueret cum culpam non haberet.

Et autem sciendum q̄ si homo non peccasset, non erat conueniens ut Dei filius perfectionem humilitatis ostenderet assumendo naturam humanam, & uniendo se ei. Cuius ratio est, quia aliquid pertinet ad perfectionem hominis, quod omnino derogat perfectioni Dei: unde quamuis humilitas sit perfecta uirtus in homine, non tamen oportet ut in Deo ponatur si proprie sumatur humilitas, quod patet ex speciebus superbiæ quæ ei opponitur. Quarum prima est cum bonum quod homo habet attribuit sibi: hoc quidem in homine uitium est, quia nihil a se habet, sed in Deo summæ perfectionis est qui nihil ab extrinseco habet. Sed lapsu supposito decuit Dei filium incarnari, quia per hoc sua perfecta humilitas est manifestata: Secundo Dei filius uoluit incarnari propter purificationem iniquitatis uel satisfactionem originalis criminis, & reformationem suæ imaginis. Sicut enim ad sapientem artificem spectat opus suum quo melius potest facere, & deformatum reparare, sic omnium artifex Dei filius postquam naturam humanam secundum mentem ad sui imaginem fecerat factus est homo, ut pro peccato totius humanæ naturæ satisfaceret Deo patri.

Sed forte argues in oppositum, scilicet q̄ non fuit conueniens bonitati, potentiæ, & misericordiæ Dei, ut propter purificationem, & satisfactionem peccati Deus fieret homo.

Primo non fuit conueniens infinitæ bonitati qualis est Deus humanam infirmitatem assumere, & ei se unire ne macularetur ab ea. Respondeo, & dico, q̄ non decuit bonitatem Dei infirmitatem humanæ naturæ assumere deprimentem, & maculantem, & uiciantem, quodammodo eam inuoluerem, quia per incarnationem humana natura uel infirmitas eius non depreffæ in aliquo, nec diminuit potentiam maiestatis, nec inuoluit eam, quia duæ naturæ in una persona confusæ, & inalterabi-

liter sunt unitæ: nec uitiavit eam, quia Deus non assumpsit malitiam siue culpam naturæ, eo q̄ malitia dicitur secundum deordinationem a fine. Et ideo nō decuit diuinam bonitatem maliciam naturæ assumere, quia assumptionis finis scilicet satisfactioni contrariatur, infirmitas autem de sui ratione ordinem a fine priuat: & ideo propter satisfactionem decuit diuinam bonitatem infirmitatem naturæ humanæ assumere.

Secundo argues q̄ non fuit conueniens Deum incarnari ex parte suæ potentiæ, quia cum creatio recreationi debeat respondere, sicut in creatione potentia Dei quæ est infinita nullam creaturam assumpsit, ita ad recreationem hominis non debuit assumere humanam naturam. ergo nō fuit conueniens Dei filiū incarnari. Respondeo & dico, q̄ aliter est in creatione, & aliter in recreatione, quia in creatione se habet creatura sicut effectus productus in esse per creationem, & ideo non exigitur ut a creatura aliquo modo operatio creatoris exeat, sed q̄ ad eam determinetur. Sed in recreatione creaturæ se habet ut satisfaciens quod sine eius operatione fieri non potest. Et ideo quamuis creatio sit opus Dei non per aliquam creaturam, non oportet ut recreatio per modum redemptionis facta, sit opus Dei naturam creatam scilicet humanam assumentis.

Tertio argues ad idem sic: Nam in psal. dicitur. Miserationes super omnia opera eius: ergo plus decuit ut Deus ostenderet immensitatem suæ misericordiæ quā seueritatem iustitiæ: sed ad magnitudinem misericordiæ pertinet ut peccata sine satisfactione remittantur: unde etiam uobis a Deo præcepitur ut debitoribus nostris gratis dimittamus, ergo etiam Deus humanam naturam reparare debuit non expetendo satisfactionem, & ita non fuit conueniens uel oportunū ut Deus homo fieret ad satisfaciendum pro hominibus. Respondeo, & dico tribus modis: primo, quia misericordia quæ iustitiam tollit magis stulticia quam uirtus dici potest: & ideo cum Deus sit sapientissimus misericordiam suam infinitam sic manifestare uoluit, ut in nullo iustitiæ suæ derogaretur, quod fecit dum pro nobis homo factus est, ut pro nobis satisfaceret: secundo quia

Creatio
& recrea-
tio.

Differē-
tia hu-
manę &
diuinę
iustitię.

quia in hoc naturam nostram magis exaltauit dum satisfecit, & pro nobis mortem pertulit, quam si peccatum sine satisfactione dimisisset. tertio quia doctrina est de iustitia inter Deum, & hominem in duobus. primò quia ipse Deus est iudex omnium ad quem pertinet ordinem iustitię seruare: non autem homo quilibet: vnde & iudex non debet proprio arbitrio peccata impunita dimittere. Secundò quia cum Deus sit ipsa bonitas, decet vt ipse se vindicet puniendo quod contra ipsum commissum est, eo quod omne illud quod contra se commissum est, ex hoc ipso est malum. Secus autem est de homine: vnde homo non debet punire aliquem quasi se vindicans, sed quasi Deum vindicans si ex officio hoc habet vnde dicitur, Deutero. 22. secundum aliam litteram: Mihi vindicta, & ego retribuam. Tertiū principaliter Dei filius voluit incarnari propter consecutionem vel adeptionem maioris utilitatis: nam secundum apostolum ad Roman. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia: vnde Deus ex superabundanti gratia aliquod magnum bonum ex peccato elicit, quod sine peccato non fuisset: verbi gratia, sicut patet in patientia, & pœnitentia, nam patientiæ locus non esset nisi tribulatio non præcessisset, neque pœnitentia esset nisi prius fuisset culpa. Similiter ex peccato hominis Deus elegit hoc optimum vt filius Dei incarnaretur: propter quod dicit Gregor. O felix culpa quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem. Quartò Dei filius voluit incarnari propter adimpletionem capacitatis: nam post peccatum humana natura inuenta est capax tanti boni; vt a Deo assumeretur in vnitatē personæ. vnde ad Deū qui infinito amore diligit ea quæ sunt non pertinet vt vllum bonum cuius creatura est capax ei deneget, cum humana naturalis vnionis sit capax, ideò ipse eam assumpsit. Vel nota quod capacitas alicuius creature potest intelligi duobus modis. Vno modo secundum potentiam naturalem quæ pertinet ad rationem seminalem: & sic nullam capacitatem naturæ in genere Deus vacuam dimittit, quamuis capacitas alicuius creature particulariter non impleatur propter aliquod impedimentū. Alio modo capacitas creature potest in-

telligi secundum obedientialem potentiā, secundum quod quælibet creatura habet vt ex ea possit fieri quod Deus vult, & hoc modo in natura humana est capacitas huius dignitatis, vt assumatur, in vnitatem diuinę personæ, & tunc non oportet vt omnem talem capacitatem Deus impleat, sicut non oportet quod ipse faciat quicquid potest, sed secundum quod congruit ordini sapientiæ eius. Quintò, & ultimo Dei filius voluit incarnari propter accumulationem vel integrationem felicitatis. Cum enim homo ad beatitudinem sit creatus sicut beatitudo hominis quantum ad intellectum erit contuitu diuinitatis assumptis, ita etiam erit in aspectu humanitatis assumptæ: & ideo cum homo constet ex re intelligibili, sicut ex intellectu & ex re sensibili vel corporali vt ex sensu, necessarium fuit vt Deus fieret homo. Sic enim ingreditur homo, & egreditur, vt Aug. exponit, & in utroque pascha inueniet, ut dicitur Ioh. 10. Vbi nota, quod beatitudo totius hominis est ipsa diuinitas in quam intuitus: & intellectus immediatè fertur ex quo redundat gloria in inferiores partes animæ, & etiam in ipsum corpus. In visione autem humanitatis erit quoddam gaudium accidentale sicut etiam in victoria passionis eius. Nota etiam doctrinam inter incarnationem Christi, & passionem eius: nam si homo non peccasset, adhuc secundum quosdam Deus incarnatus fuisset, & hoc propter quattuor rationes superius allegatas, sed si homo non peccasset, apud omnes constat quod Christus passus, & mortuus non fuisset. Hæc Beatus Tho. 3. scripsit. dist. 1. art. 1. in solu. 1. 2. & 3. argum. & ibi. art. 3. in solu. 2. & 4. argum. & 5. 6. Req. supra de utilitate incarnationis filij Dei. cap. 23. ubi dicitur quod incarnatio filij Dei est valore inestimabilis. Et iterum supra cap. 37. de termino vel motiuo seu fine incarnationis filij Dei scilicet quo fine Dei filius voluit incarnari.

Quintū
bonum.

Tertiū
bonum.

Quartū

Capaci-
tas crea-
turæ du-
plex.

CAP. XLV.



45.

Christus ratione humanitatis est mediator.

AD maiorem tamen euidenciam prædictorum est sciendum, quod Christus secundum naturam humanam fuit mediator, reparator, satisfactor, & redemptor. Primò enim Christus ratione humanæ naturæ est mediator, quod tali ratione ostendo. Ille dicitur, & est mediator qui actum mediij uel mediatoris exercet: sed Christus secundum naturam humanam hoc fecit, quod sic ostendo, De ratione mediij uel mediatoris sunt tria scilicet coniungere extrema disiuncta, participare extrema, ordinate existere inter illa. Primò enim de ratione mediij est coniungere disiuncta uel distincta: nam extrema quæ adinuicem distinguuntur, & opponuntur in medio coniunguntur. Et hoc fecit Christus secundum naturam humanam, quod tali ratione ostendo: De ratione mediatoris sunt tria spectantia ad officium eius scilicet satisfacere, reconciliare, coniungere. Primum officium mediatoris est satisfacere: sed solus Christus satisfecit Deo patri pro peccato commissio pro tota natura humana, ut patebit in 47. cap. ergo solus Christus est mediator. Secundum mediatoris officium est reconciliare discordes, sed solus Christus inimicitias quæ erant inter nos, & Deum soluit per mortem suam, ut dicitur ad colossen. 1. ergo ipse solus est mediator. Tertium officium mediij uel mediatoris est extrema coniungere. Christus autem secundum humanam naturam Deo patri pro hominibus satisfaciens homines Deo coniunxit. ergo solus ipse est mediator. Secundò de ratione mediij est participare extrema. Non enim potest aliquis actum mediij exercere nisi natura mediij in ipso inueniatur quæ est modo aliquo participare extrema: Christus autem in quantum homo aliquid ab utroque extremorum participat, nam in quantum homo a Deo quidem participat beatitudinem, ab hominibus autem participat infirmitatem, ergo ipse solus est mediator. Tertiò de ratione mediij est inter extrema ordinate existere: nam medium dicitur per respectum ad primum, & ultimum quæ ordinem dicunt unde medium est aliquid in quantum

est sub primo, & supra ultimum. Ipse etiam Christus in quantum homo supra homines fuit, propter plenitudinem gratiarum, & propter unionem: & infra Deum in quantum homo fuit, propter naturam creatam assumptam. Et ideo proprie loquendo ratione humanæ naturæ solus Christus est mediator. Ratione uero compositæ personæ Christus etiam potest dici mediator quantum ad conditiones mediij scilicet in quantum coniunxit homines Deo, & in quantum utrique extremorum communicauit in natura plenarie non participatiue: sed tertia conditio defuit, quia secundum personam non fuit minor patre, sed quantum ad diuinam naturam nullo modo cõpetit Christo ratio mediatoris, quia secundum naturam diuinam neque est inter extrema participatiue: neque secundum ordinem, neque iterum coniungit ut causa proxima, sed ut causa prima. Solus ergo Christus secundum naturam humanam est mediator, eo quod in eo sunt prædictæ tres conditiones quæ requiruntur ad actum mediij, & officium mediatoris.

Ex his autem probari potest quod neque dæmones, neque Beati Angeli, neque homines sancti sunt inter nos, & Deum mediatores. Primò enim dæmones non sunt mediatores, cuius ratio est, quia quamuis dæmones communicent cum Deo in immortalitate, & nobiscum in miseria, ista intentione se medios interponunt, ut ab immortalitate abducant & ad miseriam eternam deducant, quæ faciunt nos separando a Deo, & coniungendo nos eis: & ideo non sunt mediatores, sed potius separatores. Secundò Angeli Beati non sunt mediatores. Cuius ratio est, quia de ratione mediij est naturam extremorum participare, ut patet supra. Angeli autem beati quamuis cõmunicent cum Deo in Beatitudine, & immortalitate, non tamen communicant nobiscum in natura quæ reparanda est, & in miseria, quæ remouenda est per actum seu officium mediatoris, & ideo angeli beati non sunt mediatores, sed administratores, seu ministri mediatoris. Tertiò nullus sanctus potest esse mediator, coniungens totam naturam Deo, quamuis vnā specialem personam Deo possit coniungere, non quidem merendo ei gratiam ex cõdi-

Quis possit esse mediator.

Quo sicut Christus fecit: sed ex cōgruo, & merum inducens ad bonum, vnde neque sacerdotes, neque sancti viri sunt mediatores inter totam naturam humanam, sed sunt Dei cooperatores, & aliquorum ex congruo inductores ad bonum, vt patet. Hæc beatus Thom. 3. scrip. sent. dist. 19 artic. 5. quæst. 2. in cor. quæst. Et ibidem q. 3. in cor. quæstion. & in solut. 2. 3. 4. & 5. argum.

CAP. XLVI.

SECUNDO Christus in natura vel secundum naturam humanam quam assumpsit de virgine solus fuit, & est reparator.

Ad cuius euidentiā nota tria scilicet reparationis congruitatem; necessitatem, vtilitatem. Primò nota incarnationis seu reparationis congruitatem, congruū enim fuit vt Dei filius efficeretur homo ad hoc quòd humanam naturam ex quo lapsa fuit, repararet. Hoc autem probo sex rationibus: primò, ex parte diuinę misericordię. fuit enim conueniens reparare humanam naturam lapsam, quia ex hoc Dei misericordia seu bonitas manifestatur, quæ proprii plasmati non despexit infirmitatem. Magna enim Dei misericordia, & bonitas fuit, quæ communicat se omnibus generaliter scilicet per essentiam, potentiam, presentiam. Maior, quia communicat se bonis per gratiam, Maxima vero, quia communicat se homini in vnitate personæ, qua communione, & vnione nulla communia siue vnio creata potuit esse maior: secundò fuit conueniens ex parte diuinę potentię, quæ quidem præcipuè ostenditur in quantum ipse Dei filius omnem defectum nostrum sua uirtute uincit. Et quid potentius quam coniungere extrema summè distantia? Hoc est creatorem, & creaturam: magna. n. fuit potentia in coniunctione disparium elementorum, maior in coniunctione illorum ad spiritum creatum, sed maxima in coniunctione omnium ad spiritum increatū, ubi etiam est maxima disparitas, & distantia infinita: tertio fuit conueniens Dei fi-

lium incarnari, & naturam humanam lapsam reparari ex parte diuinę sapientię. Nam diuinam sapientiam decet ut nulla creatura suo fine frustretur, quia si frustretur sine suo uanè facta esset: sed finis ad quem natura humana est facta, est ut Deum uideat, & fruatur eo. Cum ergo ad hunc finem peruenire non potuisset nisi reparata fuisset, quia per peccatum primi hominis ab hoc fine deordinata fuit, congruum fuit ut repararetur. Et quid sapientius quam quod ad reparationem nature lapsę fieret coniunctio primi, & ultimi totius mundi, hoc est uerbi Dei, quod est omnium principium, & humanę nature quę in operibus sex dierum fuit ultima omnium creaturatum: quarto fuit conueniens ex parte nature humanę quę per peccatum generaliter lapsa erat: unde licet natura angelica sit simpliciter præciosior natura humana, non tamen debuit reparari sicut natura humana. Tum quia angelus peccans statim confirmatus fuit in malo, non autem homo: tum quia natura angelica non tota corruerat ut natura humana: tum quia etiam propter alias rationes quas Re. supra ca. 27. natura assumptibilis. Quintò fuit conueniens naturam humanam per incarnationem uerbi reparari ex parte omnis creature uel ex perfectione uniuersi, quia non est decens ut aliqua perfectio uniuerso deesset: sed de perfectione uniuersi est creatura rationalis composita ex anima, & corpore beata, eo quod totum uniuersum quodammodo ad salutem hominis ordinatur, ergo conueniens seu congruum fuit ad perfectionem uniuersi, quod natura humana repararetur ad beatitudinem, a qua per peccatum abducta erat. Hæc Beatus Thom. 3. scrip. sent. dist. 20. de reparabilitate humanę nature, arti. 1. quæst. 1. in cor. quæst. & in solut. 3. argu. Sexto fuit conueniens humanam naturam reparari ex parte inconuenientię uitandę sic: Quia si Dei filius per suam incarnationem non reparauit, hoc ex tribus causis processit: Aut quia non potuit, aut quia nesciuit, aut quia noluit. Prima causa non est assignanda, scilicet quod incarnari non potuerit, & reparare, eo quod ipse est potentie infinite. Secunda causa etiam non est assignanda scilicet quod incarnare nesciuit, & reparare, eo quod nulla ignorantia cadit in Deum

Incarnatio conuenit perfectione uniuersi

Deum qui omnia nouit. Tertia etiam causa non est assignanda, quod incarnari voluerit, quia ipse omnem diligit creaturam, & præcipue naturam rationalem cõditam ad imaginem suam, ergo &c.

Sed fortè argues in oppositum. scilicet quod humana natura non sit reparanda tali ratione: Si naturæ humanæ deberet fieri reparatio, tunc omnes homines qui fuerunt, & sunt, & erunt in natura humana repararentur, & saluarentur: sed homo non est, immo plures damnantur, ergo &c. Respondeo & dico quod hoc quod omnes homines non reparantur non est insufficientia medicinæ reparantis, cum sit sufficiens quantum in se est ad reparandum omnes qui naturam humanam habent, vel habere possunt, sed ex defectu eorum qui reparationis effectum in seipsis impediunt, sicut etiam carent a visus qui naturam humanam consequitur, causatur in cæcis natis ex defectu materiæ.

Hæc B. Thom. ubi sup. immediate in so. 2. arg. Secundum nota reparationis necessitatē, scilicet an fuerit necessarium humanam naturam reparari. Respondeo, & dico quod ex parte Dei reparantis, & etiam ex parte naturæ reparandæ triplex necessitas considerari potest. Primo enim ex parte Dei potest attendi triplex necessitas scilicet coactionis, formalis vel naturalis entitatis, & immutabilitatis. Prima. n. necessitas est coactionis, & talis respectu nullius effectus potest Deo attribui, quia in Deo non potest esse aliquid violentum; nec extra vel contra naturam suam cum sit immutabilis, ut dicit philosophus 3. Metaph. Secunda necessitas est naturalis vel formalis scilicet entitatis quæ consequitur materiam rei scilicet, quia impossibile est aliter se habere: & talis necessitas est Dei respectu sui, & respectu eorum quæ sunt in ipso, quia impossibile est Deum non esse, vel non esse bonum, & huiusmodi, ergo necesse est Deum esse, vel Deum esse bonum, & huiusmodi. Sed hæc necessitas non est in Deo respectu alicuius effectus, quia non agit ex necessitate naturæ, sed ex liberalitate voluntatis. Tertia necessitas est immutabilitatis, & hæc est ex præsuppositione præscientiæ vel voluntatis diuinæ quæ mutari non potest, secundum quem modum dicitur quod necessarium est prædestinatum saluari, & hoc modo necessarium fuit ex parte Dei humanam naturam reparari, quia

ipse præuiderat, & præordinauerat reparandam. Vel dicas si uis breuius. scilicet quod ex parte Dei triplex necessitas attendi potest. scilicet violentiæ naturalis existentiæ, & consequentiæ. Primo necessitas. scilicet violentiæ non potest attribui Deo respectu alicuius effectus. Cuius ratio est, quia omne illud quod violentatur aliquo modo extra suam naturam mutatur: Deus autem omnino est immutabilis, ratio violentari vel cogi non potest. Secunda necessitas est naturalis vel formalis existentiæ. scilicet, quia illud quod impossibile est non esse, necesse est esse: & talis necessitas est respectu Dei, non autem respectu alicuius effectus Dei. ut patet sup. Tertia necessitas est consequentiæ, & talis est ex præsuppositione præscientiæ vel præordinationis diuinæ. Et necessarium est sequi omne quod præuisum, & præordinatum est a Deo sequi: & secundum hunc modum necessarium fuit in natura humana ex parte Dei humanam naturam reparari, quia ipse præuiderat, & præordinauerat reparandum, ut patet sup. Secundum ex parte naturæ reparandæ similiter potest considerari prædicta triplex necessitas. Prima est necessitas naturalis inhaerentiæ quæ est respectu eorum quæ naturaliter insunt homini, sicut necessarium est hominem esse risibilem, & alia huiusmodi: & sic non est necessarium naturam humanam reparari, quæ reparatio non consequitur ex principiis naturalibus. Secunda est necessitas violentiæ, quæ est respectu illorum quæ homo maiori virtute coactus facit, & inuoluntarius. Et talis necessitas non fuit in natura humana respectu reparationis, quia Deus ad virtutem non cogit. Tertia est necessitas consequentiæ quæ est ex suppositione alicuius finis, ut verbi gratia. Sicut necessarium est homini habere nauem si debet ire ultra mare, & hac necessitate necessarium fuit humanam naturam reparari si scilicet ad visionem Dei admitti debuit. Hæc Bea. Thom. tertio scrip. sen. dist. ubi supra, art. 1. q. Tertio principaliter nota reparationis utilitatem, nam magis fuit utile quod natura humana per satisfactionem repararetur quam si sine satisfactione repararetur. Et hoc propter quinque causas. Prima est, quia per hoc magis diuina misericordia manifestatur. scilicet quod culpam per penam diluit, quam si sine pena fuisset indulta. Secunda est in hoc, quod Deus per satisfactionem

Necessitas reparationis

Utilitas reparationis.

nem hominē voluit reparari maximē manifestatur diuina misericordia, quia non tū culpam ab eo voluit remouere, sed etiā ad pristinam dignitatem humanam naturam integraliter reducere: vnde magis manifestatur Dei misericordia in pducendo ad perpetuam dignitatē, quam in dimittendo penam temporalem: nam pena tpaus ad modicū transit, sed dignitas ppetuō in natura humana manet. Tertia est, quia gloria hominis per satisfactionem magis integratur, & augmentatur: non enim tantē gloriæ esset post peccatum, quantū erat in statu innocentiae si non plenariē satisfecisset. quod patet. quia magis est homini gloriosum, vt peccatum commissum satisfaciendo expurger, quā si sine satisfactione dimitteretur: sicut etiam magis est homini gloriosum, quod vitam æternam ex meritis habet, quā si sine meritis ad eam perueniret, quia quod quis meretur quodam modo ex se habet inquantū illud meretur. Quarta est, quia in hoc magis manifestatur iustitia, & prudentia hominis, vt sicut homo fuit causa suæ corruptionis peccando, ita etiam decens est, vt sit quodammodo causa suæ purgationis satisfaciendo.

Quinta causa est, quia per satisfactionem ordinatur totius vniuersi natura, iō enim culpa per pœnam satisfactionis purgatur, vt in mundo nihil inordinatum remaneret. Culpa enim ordinatur per pœnam, vnde si peccatum remitteretur sine omni satisfactione remaneret culpa sine pœna, & sic remaneret aliquid inordinatum in mundo, quod est inconueniens. Quod probo per exemplum de medicina. Nam satisfactio est medicina peccati, sed dimittere morbum absque medicina non est sapientis medici, ergo non decuit Deum naturā humanam sine satisfactione reparare, sed vt omnis natura vniuersi ordinaretur, voluit per pœnam satisfactionis culpam purgare sic naturam reparare.

Sed fortē argues in oppositum, scilicet, quod non debuit per satisfactionem reparare humanam naturam tali ratione. Per eadem enim res reparatur per quā in eā constituitur, sed humana natura instituta fuit solo verbo Dei, quia dixit, & facta sunt, ergo solo verbo Dei, & mandato eius debuit reparari, & non per aliquam satisfactionē

naturæ. Respondeo duobus modis. Primò, quod esse rei præcedit operari ipsius, & id non potest esse, quod aliquis per suam operationem in esse constituitur, nec quod sit aliquo modo causa sui ipsius: sed sicut homo est causa suæ corruptionis peccando, ita ē decens est, vt quodammodo causa suæ purgationis sit satisfaciendo, vt patet supra. Hæc B. Thom. 3. scrip. sen. vbi supra, arti. 7. q. 2. in cor. q. & in duobus argumentis contra, & in cor. q. & in sol. argumentorum ibidem. Secundò respondeo, & dico, quod re vera sicut solo verbo nos fecerat, ita solo verbo si voluisset nos reparare, & sanare potuisset, sed non ita expediuisset nobis, dixisset enim quilibet nostrū. Quid in me deus laborauit qui solum dicendo fecit me, & refecit, & sic quilibet de tanto beneficio. C. reparationis humanæ ingratus fuisset. Vt ergo Dei filius ad suum amorem magis nostram naturam prouocaret, & inflammaret, voluit per pœnam quam in corpore sustinuit, culpam purgare, naturam reparare, & Deo patri satisfaceret. Dum enim pro nobis pœnam mortis sustinuit, deum patrem placauit, diabolū superauit, obstaculū peccati remouit, & ad gratiam nos perduxit.

CAP. XLVII.



ERTIO principaliter Christus secundum carnem quam accepit de virgine solus est satisfactor, & neq; angelus neq; purus homo potest satisfacere pro peccato naturæ humanæ, quod tali ratione ostendo. Ad hoc, quod satisfactio eilet condigna, oportebat, quod haberet infinitā virtutem, eo quod peccatum pro quo fiebat satisfactio infinitatem quandam habebat ex tribus: primo quia bonum quod per cōtemptum inobedientiæ offendebar, erat infinitū. C. Deus quantō enim est maior in quē peccatur, tanto culpa est grauior: secundo quia bonū q̄ per pactū auferebatur erat in infinitū. C. Deus: tertio quia bonū q̄ per pactū corrūpebatur, erat quodāmodo infinitum. C. bonū naturæ, quod habet quādam infinitatem inquantum in ea possunt supposita in infinitum multiplicari. Actio autem puri hominis, uel alicuius puræ creaturæ non potest habere efficaciam infinitam

Satisfactio
me
dicina
peccati.

47.

tam, & ideo nulla pura creatura poterat
sufficienter satisfactionem facere. Simili-
ter angelus quamvis sit homine superior
quantum ad naturam, non tamen est supe-
rior quantum ad gloriam, in qua æquales
angelis erimus, & ideo angelus ad gloriā
naturam humanam reparare non pōt, tum
quia non est maior homine quoad gloriā,
sed est æqualis, ut patet, satisfactio autē de-
bet fieri per maiorem tum quia cum crea-
tura quicquid potest Deo debet, tū quia cū
sit pura creatura omnis eius actio est finita
& ideo pro peccato quod infinitatem ha-
bet ex tribus non potest satisfacere.

Solummodo ergo Christus pro peccato hu-
mani generis satisfecit. Quod tripliciter
probo. Sex Christi virtute, auctoritate, &
ratione. Primò hoc probo ex Christi virtute
sic. Solus ille humanam naturam potuit
reparare, qui potuit condere, sed solus Deus
humanam naturā condere potuit: ergo ip-
se solus potuit reparare, ergo ad hoc, quod
aliquis naturam satisfaciendo repararet,
oportuit q̄ esset Deus, & homo, Deus qui
posset reparare, homo qui posset pati.

Secundo probo hoc idem auctoritate
psal. in persona Christi dicentis. Quæ non
rapui, tunc exolvebam. Non autem exolvit
qui non perfectè satisfecit: ergo si Christus
satisfecit patiēdo pœnam pro peccatis no-
stris perfectè satisfecit. Tertiò probo hoc
idem ratione sic. Ille quippe satisfacit pro
offensa, qui offenso exhibet id quod æque,
vel magis diligit quam oderit offensam.
Christus autem ex charitate, & obedientia
patiēdo maius aliquid Deo exhibuit quā
exigeret recompensatio totius offensæ hu-
mani generis. hoc autem probo quattuor
causis: primo quidem propter magnitudi-
nem charitatis ex qua patiebatur, secun-
dò propter dignitatem vitæ suæ qua pro
satisfactione voluntatis priuabatur, quæ
erat vita Dei, & hominis. Tertiò propter
generalitatem passionis, eo q̄ ubique in
toto corpore patiebatur, quarto propter ma-
gnitudinem doloris assumpti, quo vehemē-
tissime affligebatur. Et ideo passio Christi
non solum fuit sufficiens, sed etiam super-
abundans ratio pro peccato totius huma-
ni generis, secundum illud prima Iohan-
nis. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis no-
stris, non pro nostris tantum, sed etiam pro
peccatis totius mundi.

Sed fortè argues, q̄ satisfactio pro pecca-
to totius humani generis non debuit fieri
per passionem Christi, eò q̄ Christus quan-
do conceptus fuit, quando humanam natu-
rā assumpsit, quando sanguinem in circun-
cisione fudit, & quādo quamlibet pœnam,
puta famem, sitim, fatigationē sustinuit,
sufficienter pro peccato humani generis sa-
tisfecit. Quod patet per singula. Primò. n.
ab ipso instanti, quod Christus conceptus
fuit sufficienter pro peccatis omnium satis-
fecit. Quod tali oratione ostendo. Tan-
ta potest esse contritio in omnibus peccan-
tibus, q̄ totum peccatum dimittatur: &
quantum ad pœnam, & quantum ad cul-
pam, sed Christus ab instanti suæ cōceptio-
nis habuit perfectam charitatē quæ contri-
tioni tribuit virtutē expurgandi peccatum,
ergo Christus ab instanti suæ conceptionis
satisfecit pro omnibus peccatis nostris, &
ita non oportuit, quod per passionem mor-
tis satisfaceret. Respondeo, & dico, q̄ con-
tritio non tantū habet vim ex charitate,
sed etiam ex dolore, & ideo, ratione chari-
tatis delet culpam, ratione autem doloris
computatur in satisfactione pœnæ: Chri-
stus autem quamvis ab instanti suæ conce-
ptionis habuerit perfectissimam charita-
tem, non tamen habuit dolorem aliquem
tunc seu pœnam. Secundò Christus ex as-
sumptione humanæ naturæ videtur, quod
sufficienter satisfecerit pro peccatis omni-
bus, & sic non fuit necesse, quod pateretur.
quod tali ratione ostendo. Peccatum pri-
mi hominis per quod tota humana natu-
ra est corrupta fuit peccatum superbiæ, ut
patet infra Superbia, sed maior fuit humi-
litas Christi in assumptione humanæ na-
turæ quando exinaniuit semetipsum for-
mam serui accipiens, quā superbia Adæ:
ergo ex ipsa assumptione humanæ naturæ
sufficienter satisfecit pro peccato hominis,
& ita non fuit conueniens, quod pateretur
mortem. Respondeo, & dico, quod in pec-
cato Adæ non solum fuit superbia, vel cla-
rio, sed delectatio, & ideo in satisfactione
non debuit esse solum humilitas, quod in
incarnatione factum est, sed etiam dolo-
ris acerbitas, quod in passione accidit.
Tertiò videtur, quod quando Christus san-
guinem effudit in circuncisione sufficien-
ter satisfecerit, sicut Bern. dicit, quod vna
gutta sanguinis Christi fuit sufficiens pre-
cium

Virtus
contritio-
nis.

cium nostræ redemptionis, sed Christus aliquid de sanguine in sua circūcissione effudit: ergo non oportuit, quod ulterius pateretur. Respondeo: & dico, quod quamuis una gutta sanguinis, quam Christus in circūcissione effudit, esset sufficiens ad omnem satisfactionem considerata conditione personæ, non tamen quantum ad genus pænæ: quia pro morte ad quam humanum genus obligatum erat oportebat, quod mortē exoluere. Quartò, & ultimò argues, quod quælibet pænā quam Christus sustinuit, ut fames, sitis, fatigatio, & huiusmodi fuit sufficiens ad satisfaciendum pro peccatis omnium tali ratione. Pænā qua quis punitur uirtutem faciendi habet ex conditione patientis, sed Christus in quantum est Deus, & homo habet infinitam dignitatē, ergo quælibet prædictarum pœnarum quā sustinuit, fuit sufficiens ad satisfaciendum pro toto humano genere, ergo non oportuit, quod pateretur mortem. Respondeo, & dico, quod omnes aliæ pænæ quas Christus sustinuit quamuis essent sufficientes ad satisfactionem pro humana natura considerata conditione patientis: non tamen considerato genere pænæ. Cuius ratio est, quia in pœnis illis non continebantur omnes alię pænę sicut continentur in passione mortis. Hæc Beatus Thomas tertio scripto sententiarum dist. 20. artic. 2. in cor. quæst. & in solu. 5. arg. & idem art. 3. in cor. q. & in solu. argumentorum.

Satisfactio Christi qualis.

Vbi nota, quod satisfactio Christi ad hoc quod esset perfecta non tantum pro uno homine, sed pro tota humana natura, debuit habere duas condiciones: primò. n. debuit esse uniuersalis, nō per p̄dicationē de multis, sed habēs uirtutem respectu omnium satisfactionum: unde non oportuit, quod oēs pœnas ipse assumeret in seipso quia ex quocūque peccato consequi, uel assuūi possunt: sed illam. i. mortem ad quam omnes pœnæ aliæ ordinantur, & continet in se uirtualiter omnes pœnas quamuis non in actu: vñ Philosophus dicit. 3. Ethicorū, quod finis omnium terribilium est mors. Secundò passio Christi debuit esse exemplaris respectu nostrarum satisfactionum, & quantum ad hoc debuit habere magnitudinem excedentem omnes alias satisfactiones, quia exemplar debet esse præstantius exemplato. Et ideo secundum maximam pœnarum, scili-

cet mortem debuit satisfacere, ibidem art. 3. in cor. q. & iterum tertia parte summę. q. 48. art. 3. in cor. q.

CAP. XLVIII.

QUARTO, principaliter Christus secundum naturam humanam, quam de uirgine accepit, & per eam quæ in humana natura fecit, & sustinuit, solus debet dici redemptor, quod probo quadrupliciter. Sautoritate, similitudine, ratione, & interpretatione.

Primò auctoritate: nam Apocal. 5. Redemisti nos Deus in sanguine tuo, dicitur de Christo, ergo ipse est redemptor. Secundò hoc idem probo similitudine commutationis, & emptionis sic. Vbicunque est aliqua commutatio, ibi uidetur esse emptio. sed in passione Christi fuit quædam commutatio, quia Christus accepit mortem, & largitus est uitam: ergo ibi fuit emptio. Tertio hoc idem probo ratione sic. Ad hoc quod aliquis aliquid redimat requiruntur duo. scilicet. Quære

quiruntur ad redemptionem.

1. solutio singularitatis, & proprietatis. Primū est solutio singularitatis. ille enim proprie magis dicitur emere qui emptionis præciū soluit, quā ille qui emptorem mittit. Secundum est solutionis proprietatis, si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei præciū, si præciū est alterius, & non suū, non ipse dicitur redimere principaliter, sed magis ille cuius est præciū: utrumque autem istorum conuenit Christo, quod sic patet. primò enim solus Christus nostræ redemptionis præciū soluit, quod tali ratione ostendo. Deus ad hoc est inca natus, ut nos redimeret: solus autem filius est incarnatus, ergo ipse solus est redemptor: vbi nota, quod effectus nostrę redemptionis potest attribui, & esse primę, uel remotę causę, uel proximę, & secundarię. Si enim nostra redemptio attribuitur causę primę, uel remotę sic attribuitur totę Trinitati in quantum tota acceptauit nostram redemptionem, & filium dedit nobis redemptorem, & in quantum uirtute diuinitatis passio Christi efficaciam habuit ad satisfaciendum pro toto humano genere. Si uero nostra redemptio attribuitur causę proximę, uel secundarię:

darie, sic solus Christus nos redemit per ea quæ in humana natura fecit, & sustinuit quibus, & patri satisfecit pro omnibus hominibus, & hostem vicit eius tentationibus, resistendo: secundò precium nostræ redemptionis non fuit alterius rei precium, sed sanguis Christi proprius, vel vita eius corporalis, quæ est in sanguine, quæ ipse Christus exoluit: unde prima Petri. 1. dicitur. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conseruatione: sed præcioso sanguine agni immaculati, & incontaminati Christi. Et in psalm. dicitur. Redemisti me domine deus veritatis. Quod verbum exponit glosa sic. Tu domine deus veritatis redemisti me in Christo clamante. In manus tuas domine commendando spiritum meum.

Quartò probò hoc idem interpretatione. Nam redemptio emptionem iteratam signat, Christus autem dicitur nos redimere duob. modis. Vno modo non quasi aliàs empti fuimus, sed quia aliàs sui fueramus in statu innocentie: per culpam autem facti sumus serui diaboli. Emere enim est aliquid suum facere. Alio modo Christus dicitur nos repræmere, quia nos diabolo per consensum vendideramus, à qua venditione hæc emptio secunda dicta est redemptio. Vbi sciendum, quòd homo peccando obligatus erat, & Deo, & diabolo, quantum enim ad culpam, & Deum offenderat, & diabolo se subdiderat ei consentiens: unde ratione culpe non erat seruus factus Dei, sed potius a seruitute Dei recedens diaboli seruitutem incurrerat, Deo iuste hoc permissente propter offensam in se commissam. Sed quantum ad poenam principaliter homo erat Deo obligatus sicut summo iudici, diabolo autem tanquam tutori secundum illud Matthæ. 23. Ne fortè tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, idest angelo poenarum crudeli, vt Chrysost. dicit. Si ergo per peccatum primi parentis genus humanum alienatum fuit à Deo, non quidem a potestate Dei cui omnia subduntur, sed a uisione faciei eius ad quam filij, & domestici admittuntur, & potestati diaboli vsurpantis se subdit consentiendo quātum ex ipso erat, quamuis de iure non posset, quia suus non erat, sed alterius. Et ideo Christus per passionem suam duo fecit: primò enim libe-

uit nos a potestate hostis ipsum hostem vincendo per contraria eorum quibus diabolus hominem vicerat. scilicet per humilitatem, & obedientiam, & austeritatem poenæ, quæ dilectioni cibi vetiti opponuntur; secundò Christus per passionem satisfaciendo pro culpa nos Deo cōiūxit, & domesticos Dei, & filios Dei fecit. Unde ista liberatio, & satisfactio duas rationes habuit emptionis. Primò enim quantum a potestate diaboli nos eripuit, dicitur nos redemisse sic precium soluens suæ satisfactionis pro nobis, vt a poena, & a peccato liberaremur.

Sed fortè argues in oppositum, scilicet, quod Christus per suam passionem non sit redemptor tali ratione. Nihil corporale est æquiualens rei spirituali, sed sanguis quem Christus in passione effudit, vel vita quam per passionem Christus dedit, fuit sanguis vel vita corporalis, ergo non fuit sufficiens ad recompensandum vitam spiritualementem, quæ per peccatum amissa erat, & ideo non fuit redemptor. Respondeo, & dico, quod licet sanguis quem Christus in passione effudit, fuerit corporalis, uel licet vita Christi in sanguine quam Christus exoluit fuerit corporalis, tamen habebat efficaciam ex duobus: primò enim, & principaliter habebat quandam infinitum valorem ex diuinitate unita, in quantum non erat sanguis, uel vita puri hominis, sed Dei, & hominis. Et ideo poterat esse non solum sufficiens, sed superabundans precium nostræ redemptionis, secundò efficaciam habuit per spiritualementem cōtractū. scilicet per fidem, & fidei sacramenta, secundum illud Apost. Quem proposuit propiciatorem per fidem in sanguine eius. Et ad Gal. 3. Vt Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum. Dicitur autem Christus pro nobis factus maledictum in quantum pro nobis Christus passus est in ligno, ergo Xps per suam passionem nos redemit.

Vbi nota, quòd passio Christi potest comparari ad tria. scilicet ad diuinitatem, ad uoluntatem, ad carnem Christi: primò enim si passio Christi comparatur ad diuinitatem eius agit, uel operatur salutem nostram per modum efficientis: nam efficiens principale humane salutis est Deus: secundò in quantum passio Christi comparatur ad uoluntatem aīæ Christi, agit, vel operatur humanam salutem per modum meriti, meruit enim sibi & nobis. Sibi meruit tria, scilicet corporis

immo-

Efficacia
sanguinis
Christi.

Expōit
illud Ps.
redemi-
sti me
domine

immortalitatem, animæ impossibilitatem, exaltationem, & nominis sublimitatem, scilicet nomen quod est supra omne nomē. Nobis autem meruit tria, scilicet culpæ purgationem, pœnæ remissionem: ianuæ cœli aperitionem. Req. infra passio.

Vbi nota, quod passio Christi inquantum passio non est meritoria. Cuius ratio est, quia principium passionis non est intra, scilicet in patiente, sed extra scilicet in agente. principium autem meriti in nobis est intra, scilicet uoluntas: bonum. n. ideo meritorium, quia uoluntarium, ut dicit Philosophus. 3. ethicorum: sed passio Christi est meritoria inquantum est accepta per uoluntatem: sic enim est uoluntaria per principium eius intra. Accipitur autem Passio a uoluntate dupliciter, uel sicut uoluntarium absolute sicut in Christo qui se uoluntariè passioni obtulit ut nostrę redemptionis opus expleat: uel sicut uoluntarium mixtū, sicut quando aliquis, & si uellet non pati, tamē magis uult sustinere passionem, quam aliquid faciat contra Deum, ut dicit Beatus Thomas. 3. scri. seu. dist. 18. articu. 5. in sol. 4. argum. & ibi. arti. 4. in cor. q. & art. 6. in cor. q. ibidem.

Passio
opatur
salutem
tribus
modis.

Tertiò passio Christi secundum quod consideratur in ipsa carne Christi operatur salutem nostram tribus modis: uno modo per modum satisfactionis, inquantum per eam liberamur a reatu pœnæ: alio modo operatur nostram salutem per modum redemptionis, inquantum per eam liberamur a seruitute culpæ. Tertiò modo passio Christi operatur nostram salutem per modum sacrificij, inquantum per eam reconciliamur Deo. Hæc, Beat. Thom. 3. scripto senten. dist. 19. artic. 4. quæst. 1. & 2. in argumentis contra, & in cor. q. & in sol. argumentorum. Et iterum. 3. parte. sum. q. 48.

articu. 4. & 5. in argumentis contra, & in cor. quæst. & in solu.

argumentorum: & ibidem

artic. 6. in cor. quæst.

& in sol. 2. & 3.

argumen-

ti.

De Incertitudine.

S V M M A R I V M.

Cap. vnicum. Triplex est incertitudo.

C A P. I.



NCERTITVDO. Nota, q. triplex est incertitudo. si iudicis, tēporis, finis, itaq. quilibet est naturaliter incertus de trib. scilicet iudice quādo ueniet, de tempore quando finiet,

et, de fine quando fiet. Primò dico, quod quilibet est incertus de iudice quando ueniet, ita dicitur Matth. 24. Vigilate, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Chryl. uult eos semper sollicitos esse, & ppter hoc dicit. Vigilate. Grego. super illo uerbo dicit. Tribus modis uigilat homo? primo uigilat qui ad speciem ueri luminis oculos apertos tenet: secundo uigilat qui seruat operando quod credit: tertiò uigilat qui a se corporis, & mentis sollicitè tenebras depellit. Secundò quilibet naturaliter est incertus de tempore quando finiet. Matth. 25. Vigilate quia nescitis horam nec diem. Augu. Non illius solum ultimi temporis quo uenturus est sponsus, sed sue quisque dormitionis diē, & horā nescit, ad quā quisque paratus inueniatur, cum illa uox sonuerit, qua omnes euigilaturi sunt. Tertiò quisque naturaliter est incertus de fine qualis erit, quia nullus scit naturaliter quos saluabit uel reprobabit: unde Matth. 24. Erunt duo in agro uno, & duæ in mola una & in lecto uno. Expositor. Existētes in agro mola, & lecto designant triplicē statum fidelium: primò statum prælatorum, uel clericorum qui ponuntur custodes, & operarij in agro domini: secundo statum laicorum, uel actiuorum qui ponuntur ad molam, ad operandum, & laborandum: tertiò statum contemplatiuorum, & religiosorum, qui contemplationi tanquam in lecto quiescūt. Dicit ergo primo. Erunt duo in agro uno. s. p. lationis, ut Cayu

Homo
uigilat
triplici-
ter.

& Abel. Vnus assumetur, scilicet ad gloriā, scilicet Abel. Alius relinquitur scilicet ad damnationem Cayn: secundò dicit. Erunt duo molentes in mola, scilicet, uel actiui. Vna assumetur, scilicet quæ habet diuitias tanquam non habens. Et altera relinquetur, ad penam, ut quæ in diuitijs ponit spem suam: sicut assumptus fuit Iacob, Esau verò relictus. Matth. 1. tertio dicit. Erunt duo in lecto uno scilicet qui contemplationis, & religionis quieti uacant. Vnus assumetur cum sanctis ad beatitudinem, ut prudentes virgines. Alter relinquetur: ad dānationē, ut imprudentes virgines. Vel secundum Chry. hoc dominus dicit, ut ostendat, quod de omni genere aliqui saluantur: primo diuites, & domini qui requiescunt in lecto: secundo pauperes, & serui, qui laborant ad molam: tertio medijs qui nec seruitijs premiantur nec diuitijs, aut domino ociantur in agro.

De Indulgentijs.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ad quid valent indulgentiæ.*
- 2 *Causa per quam dari possunt indulgentiæ.*
- 3 *Qui possunt dare indulgentias.*
- 4 *Indulgentiæ non valent existenti in peccato mortali.*
- 5 *Circa indulgentias sex documenta notanda.*

C A P. I.



I N D V L G E N T I A E.

Circa indulgentias quatuor sunt notanda: primò valoris quantitas. secundò finis utilitas. tertio instituentis auctoritas, quarto recipientis idoneitas. Primò consideranda est, circa indulgentias valoris quantitas. Ad cuius euidentiam nota quatuor: primò indulgentiarum operationem scilicet ad quod valent: secundò rationem ex qua valent: tertio augmentationem, scilicet quantum

valent: quarto durationem s. quādiu ualēt. Primò nota operationē. scilicet ad quid indulgentiæ valent. nā oēs concedunt indulgentias esse utiles, quia impiū esset dicere, q̄ universalis ecclesia aliquid uanè faceret. esset enim dicere, q̄ ecclesia universalis erraret si faceret indulgentias, & nihil ualerent. Valent ergo: sed ad quid? Dicunt quidam, q̄ non valent ad soluendum reatum pœnæ, quā quis in purgatorio secundum iudiciū Dei meretur, sed valent ad soluendū a pœna, qua sacerdos obligauit pœnitentem ad pœnam aliquam, uel ad quam etiam obligaretur pœnitens ex statutis canonum.

Sed hæc opinio est falsa: quod probo duplici ratione: primò ratione priuilegij. Nam ista opinio est contraria priuilegio dato Petro. Matth. 16. Quodcunque solueris super terram erit solutum, & in cœlis: & est sensus uerborum, quod dominus hoc priuilegium concessit Petro suisque successoribus, ut quod in terra remitteret, in cœlo remitteretur a Deo: secundò hoc idem probo ratione nocuenti, quia si indulgentiæ non ualerent a pœnis taxatis a Deo in purgatorio, sed solum a liberatione pœnæ taxatæ a iure, uel iudice, tunc facere indulgentias magis esset damnosum quàm utile. Cuius ratio est, quia ille qui indulgentias facit, pœnitentem remitteret ad grauiiores pœnas, scilicet ad pœnas purgatorij, absoluendo eum a pœnis iniunctis a iure, uel a iudice, idest a sacerdote. Et ideo dicendum, est quod indulgentiæ ualēt ad remissionem pœnæ residuæ post confessionem, & contritionem, & absolutionem, siue illa sit pœna iniuncta, siue non sit iniuncta. Hæc Beat. Thom. 4. scri. senten. dist. 20. arti. 3. q. 1. in cor. q. in principio. Secundo nota, ualoris rationem, scilicet ex qua ratione ualeant indulgentiæ.

Vbi nota, q̄ triplici ratione indulgentiæ valent. prima est meritum passionis Christi & pœnæ sanctorum, secunda est charitas istius cui indulgentiæ dantur: tertia ratio est potestas ipsius dantis, & ad istum indulgentias applicantis. Prima ratio quare indulgentiæ valent est abundantia meritorum Christi, & sanctorum. Nam tantum fuit meritum Christi, q̄ sufficeret ad infinitæ pœnæ absolutionem. Similiter sancti multo plus de passionibus sustinuerūt, quā peccata eorum mererentur, & ideo magna super.

Confutatur falsa opinio.

Triplex uirtus indulg.

superbūndantia meritorum Christi, & sanctorum est thesaurus ecclesie communis omnibus existentibus in charitate. Secunda ratio quare indulgentie valent, est charitas suscipientis.

Vbi nota, q̄ pro quolibet peccato mortali duplex p̄na debetur. scilicet æterna, & tp̄alis. Æterna p̄na remittitur per cordis cōtritiōnē: vnde ad istā p̄nam æternam indulgentiæ nō ordinātur, tū quia cōtritus postea remaneat obligatus ad p̄nā tp̄alem soluedā in p̄senti vita, vel in purgatorio: nisi cordis contritio esset tanta, q̄ si decederet statim p̄nitēs, statim euolaret ad cēlum, tamē q̄a ecclesie non constat de quātitate cōtritiōnis, consuevit semper p̄nitenti quantumcūq, cōtrito iniūgere p̄niam aliquā tp̄alē, ita q̄ ad residuum p̄næ, vel in p̄senti, vel in purgatorio debitē indulgentiæ ordinantur. Tertia ratio quare indulgentiæ valent est potestas indulgentias instituentis, & applicantis ad illum. Nam secundum q̄ Papa, uel eius vicarius applicat supradicta scilicet meritum Christi, meritum passionum sanctorum ad istum, vel ad illum, remissionem p̄næ consequitur ille, vel iste, vbi supra. q. 2. iuxta. si. q. Si at̄ aliter vis probare dicas, q̄ indulgentiæ valent triplici ratione prima est ex merito capitis, secūda ex merito ecclesiasticæ vnitatis tertia est ex merito propriæ contritionis. Prima ratio quare indulgentiæ valent, est ex merito capitis. scilicet Christi: nā Xps pro nobis meruit, eō q̄ p̄nā pro nobis sustinuit, & exponendo se p̄næ pro nobis suam p̄nā nostrā fecit. Secunda ratio quare indulgentiæ valent, est meritū ecclesiasticæ vnitatis: vnde Aug. in li. de p̄nia sic ait. Credendum est q̄ orationes ecclesie, & elemosynæ, & opera iustitiæ succurrant recognoscenti mortem suā ad conuersionem. Tertia ratio quare indulgentiæ valent est meritum proprię contritionis p̄ qd̄ meritū homo meretur liberari à p̄na æterna. Et ideo secundū hęc tria triplex relaxatio, vel cōmutatio p̄næ. Primō enim p̄na æterna mutatur in temporalem in remissione culpæ virtute contritionis. Secunda p̄na temporalis magna, & supra vires mutatur in p̄nam minorē, quæ viribus competit, & hoc virtute sacerdotalis absolutionis. Tertia p̄na ad quam tenetur, vel obligatur p̄nitens siue in iudicio ecclesie in p̄senti, siue in iudicio Dei in

purgatorio per indulgentias relaxatur. Hęc Alex. 4 parte sum. sententiarum. q. 290. in cor. quæst. Tertiō nota, valoris quātitatem, scilicet quantum indulgentiæ valent. Vbi sciendum, q̄ vt quidam dixerunt circa indulgentias est quattuor considerare, primō deuotionem suscipientis: secundō quantitatem dati exterioris: tertiō quantitatem causæ mouentis, quartō quantitatem meriti passionis Christi, & ecclesie indulgentias dantis, vel applicantis.

Primō circo indulgentias est considerare deuotionem suscipientis, & quantum ad hoc dixerunt quidam, quod indulgentiæ valent secundum quantitatem deuotionis. Sed hęc opinio est falsa, quod probō duplici ratione. Prima est, quia si indulgentiæ non tantum valerent quantum sonant, vel quantum p̄dicantur, tunc omnes p̄dicantes indulgentias peccarent mortaliter, quia p̄dicarent falsum, hoc autem est absurdum. Secunda ratio est, quia si indulgentiæ valerent secundum quantitatem deuotionis; tunc siue dato exteriori valerent indulgentiæ, quod etiam est falsum.

Secundō circa indulgentias est considerare quantitatem dati exterioris: & quantum ad hoc dixerunt quidam alij, quod indulgentiæ valent secundum quantitatem dati exterioris. Sed hęc opinio etiam est falsa, eō quod indulgentiæ non valent ad p̄næ remissionem, sed ad quādam commutationem Tertiō circa indulgentias est considerare quantitatem causæ mouentis, putā quando indulgentia datur pro fabrica ecclesie, qui magis subuenit secundum facultatem suam plus habet de indulgentia. Sed hęc opinio similiter est falsa. Cuius ratio est, quia pro eadem causa interdum maiorem, vel minorem indulgentiam ponit. Quartō circa indulgentias est considerare quantitatem meriti passionis Christi, & ecclesie remittentis. Et ideo secundum maiorem applicationem meritorum ecclesie ad istum, uel illum indulgentiæ magis valent ad p̄næ remissionem, vnde indulgentiæ tantum valent quantum iste qui dat indulgentias de thesauro ecclesie, id est de merito Christi, & sanctorum ecclesie, dispensauit, dūmodo adint quattuor: primō auctoritas in dispensante, secundō charitas in recipiēte, tertiō pietas in causa mouente scilicet honor Dei, & utilitas ecclesie

Quittuor circa indulgentias consideranda.

Primū.

Secūdū.

Tertiū.

Quarti.

CAP. II.

quarto effectus in opere, scilicet ut homo faciat illud quod in indulgentijs faciendum statuitur. Hæc Beatus Thomas quarto scripto sent. dist. 20. art. 3. quæst. 2. in cor. quæst. per totum. Petrus verò de Tharan. dicit, quod indulgentiæ tantum valeant quantum sonant: verbi gratia. Valent etiam quadraginta dies indulgentiæ cuiuslibet habenti tantum quantum valerent eidem quadraginta dies penitentiarum, vel unus annus indulgentiæ quantum unus annus penitentiarum secundum determinationem, vel taxationem factam siue à sacerdote siue à iure siue à iustitia diuina. Anni verò isti non sunt anni cæli nec purgatorii: sed mundi, quia in hoc mundo est huiusmodi distinctio dierum, non autem in cælo, vel in purgatorio. Tamen quia actus actiuorum non sunt nisi in patiente, & disposito, ideò indulgentiæ licet valeant quantum sonant, sicut patet, non tamen omnibus æqualiter valent, sed secundum maiorem ecclesiæ vtilitatem, & maiorem fidei deuotionem, & feruorem: unde quadraginta dies indulgentiæ plus valent ad remissionem penæ illi qui ad illam indulgentiam suscipiendam magis se disponit, scilicet maiori feruore, & deuotione, & maiori labore, & maiori affectione quam dati quantitate. Hæc Petrus de Tharan. quarto scripto senten. distin. 20. circa tertium problemata, articulo tertio. quæsti. prima in cor. quæstion. per totum. Quarto, & vltimò nota durationem, scilicet quoniam, & quandiu indulgentia daret, & valet. Nam indulgentia aliquando est determinata ad tempus, ut cum dicitur. Quicumque vadit ad talem ecclesiam vsq; ad tale tempus habeat tantum de indulgentia: & tunc intelligitur semel tantum. Sed si in aliqua ecclesia sit indulgentia perhenis, sicut in ecclesia Beati Petri, est perhenis indulgentiæ quadraginta dierum, tunc quoniam aliquis vadit, & ecclesiam illam intrat, totiens consequitur indulgentias. Hæc. B. Tho. 4. scri. sen. dist. 20. art. 3. q. 2. in solu. 4. argum. in fine.



SECUNDO principaliter circa indulgentias consideranda est finis vtilitas, scilicet ad quem finem indulgentiæ fiant.

Vbi nota tria: primum est, quod indulgentiæ non possunt fieri pro temporalibus simpliciter: secundum est, quod possunt fieri pro temporalibus ordinatis ad spiritualia: tertium est, quod possunt fieri pro purè spiritualibus bonis. Primò dico, quod indulgentia non potest fieri pro aliquo bono, vel pro aliquo subsidio simpliciter temporalis. Cuius ratio est, quia cum indulgentia sit quid spirituale: eò quod eius effectus. remissio culpæ, & penæ sit spiritualis, dato autem spirituale pro temporali est simonia ergo &c. Secundò indulgentia potest fieri pro bonis temporalibus ad spiritualia ordinatis. Nam propter spiritualia bonis temporalibus uti debemus: bona autem temporalia quæ ad spiritualia ordinantur sunt constructio ecclesiarum, pontium & aliarum elemosynarum, ita quod quando indulgentia pro temporalibus datur non sit simonia, eò quod non datur spirituale pro temporali, sed pro spirituali. scilicet pro honore Dei, & cultus diuini, ad quem dicta bona temporalia ordinantur. Tertiò dico, quod pro purè bonis temporalibus potest fieri indulgentia, & quandoque sit sicut quicumque orat pro rege Franciæ habet decem dies de indulgentia à Papa Innocentio. 4. Et similiter crucem prædicantibus datur quandoque eadem indulgentia quæ datur crucem accipientibus. Hæc. B. Thom. 3. scri. sent. distin. 20. artic. 3. q. 3. in cor. q. & in solu. 2. argum. Quod autem pro bonis spiritualibus, vel pro bonis temporalibus ad spiritualia ordinatis indulgentia debetur, probotali similitudine. Nam sicut est in corporalibus, sic est in spiritualibus. In rebus autem corporalibus videmus, quod thesaurus regis à thesauro duplici ratione solet expendi, primò ad gloriam, honorem, & magnificentiam ostendendam regiæ dignitatis, & maiestatis, sicut faciunt quandoque reges liberales, ut habetur de Asuero. Hester. 1. secundò propter indigentiam communitatis, utpotè quando thesaurus exponitur ad dandam militibus qui exponunt se pugna pro defendenda cõmunitate ne ab hostibus lædatur

Quomodo indulgentiæ pro temporalibus cõmunicentur.

com.

Duratio indulgent.

communitas. Sic à simili thesaurus ecclesie ab illo qui habet illū dispēlare pp duas causas exponitur. Prima est propter ostendendam magnificentiam, & laudem principis scilicet Christi. Secunda est propter defensionem & promotionem Christianæ cōmunitatis, & Christi sanctorū: nam laus, & honor principis ecclesie. s. Christi est in sanctis suis. Sancti autem honorantur in constructione ecclesiarum, & visitatione liminum eorundem, & commemoratione virtutum ipsorum quæ fit in prædicationibus & sermonibus, & idē pro his omnibus aperitur thesaurus ecclesie in indulgentiis. Secundò indulgentiæ fiunt propter necessitatem ecclesie: nam communis necessitas ecclesie est defensio terræ sanctæ, tuitio fidei, & promotio studij, & omnia alia quæ valēt ad promotionem cultus diuini. Hæc Alex. 4. parte sum. q. 192.

CAP. III.

TERTIO principaliter circa indulgentias considerandū est, instituentis, vel conferentis auctoritas. Nam Papa, archiepiscopi, episcopi, legati, vel electi possunt indulgentias dare. Primò dico, quòd Papa principaliter, & præcipuè potest indulgentias facere prout vult, causa tamen legitima existente, quod dupliciter probo, scilicet ratione, & similitudine: primò ratione sic. Ad illum pertinet præcipuè indulgentias dare, in quo plenitudo residet potestatis, sed Papa est huiusmodi, quod patet, quia Papa est vocatus à Deo in plenitudinem potestatis. Alij verò in partem sollicitudinis, ergo Papa auctoritate propria, & causa existente legitima potest indulgentias dare: secundò probo hoc idē similitudine sic, quia sicut thesaurus regius à solo eo qui regno præest, habet propriè dispensari, ita thesaurus ecclesie propriè, & principaliter habet dispensari à solo Papa. Secundò dico, quòd archiepiscopi, & episcopi possunt indulgentias dare secundum, quòd eis est taxatum à Papa, & non amplius, quod dupliciter probo, scilicet ratione, & similitudine. Primò ratione sic potestas faciendi indulgentias consequitur iurisdictionem factā à Papa, ergo quantam iurisdictionem Papa committit, tantam archiepiscopi, & epi-

scopi possunt indulgentiam dare, & non ampliorem. Secundò probo hoc idē similitudine, quia sicut sponsus de rebus sponsæ habet dispensare quantum sibi à sponsa committitur, sic prælatus Archiepiscopus, & Episcopus de thesauro ecclesie sibi commissæ habet dispensare quantum sibi à Papa committitur, & non amplius.

Tertio dico, quod diaconi, & alij legati, vel electi non sacerdotes possunt indulgentias facere. Cuius ratio est, quia potestas faciendi indulgentias consequitur iurisdictionem non ordinem: unde quia diaconi, & alij non sacerdotes possunt habere iurisdictionem, vel commissam sicut legati, vel ordinariam sicut electi etiam non sacerdotes possunt indulgentias facere, quamvis non possunt absoluerē in foro penitentiali quod est ordinis.

Quartò dico quod sacerdotes parochiales vel abbates aut alij huiusmodi prælati nō possunt indulgentias facere, & hoc propter duas causas. Prima est, quia tales non sunt simpliciter prælati: sed quasi coadiutores, unde in consecratione sacerdotum dicit episcopus. Quanto fragiliores sumus, tantò magis his auxilijs indigemus, & pp hoc sacerdotes parochiales non omnia sacramenta dispensant. Secunda causa est talis. Ille qui non habet quod minus est, nec quod maius est, sed excommunicare est minus quam indulgentias facere, cum ergo sacerdos non possit excommunicare. s. auctoritate propria, ergo nec indulgentias facere.

Quintò dico, quod prælatus etiam existens in peccato mortali potest facere indulgentias, quod dupliciter probo. s. ratione. & similitudine. primò ratione sic, Indulgentiæ fiunt per potestatem, & iurisdictionē prælati ecclesie traditam, sed peccatum mortale non tollit potestatem sed bonitatem, ergo ostēdens in peccato mortali iurisdictionē, uel potestatem habēs pōt indulgentias facere. Secundò probo idē sui contrarietate, quia sicut ille qui est sanctissimus faciens indulgentias non remittit poenam ex vi meritorum suorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauro ecclesie, ita prælatus qui est in peccato mortali faciens indulgentias remittit poenam in virtute thesauri ecclesie.

Vbi nota, quod maius est indulgentias facere quā recipere quantū ad aliquid. s. quantū ad potestatem, sed minus est facere quā recipere

Abba-
tes cōse-
runt in-
dulgen-

Potestas
episc.
circa
indul-
gentias.

pere quantum ad bonitatem, vel propriam utilitatem, quia ille qui est in peccato mortali licet indulgentias faciat, non tamen fructum indulgentiarum recipit propter defectum propriæ bonitatis. Hæc Beat. Thom. 4. scrip. sent. dist. 20. art. 4. q. 2. 3. & 4. in cor. q. & in sō. arg. & in arg. contra.

CAP.

IIII.

QUARTO, & ultimò circa indulgentias considerata est recipientis idoneitas, scilicet qui potest recipere indulgentias.

Vbi sciendum, quod indulgentiarum non valent existenti in peccato mortali. quod quintupliciter probò, scilicet ratione, diuisione, similitudine, communi auctoritate, distinctione. Primò ratione sic. Non fit remissio pænæ manente culpa, sed per indulgentias non fit remissio culpæ mortalis, ergo nec pænæ temporalis. Secundò probò hoc idem sufficienti diuisione sic. Manente offensa non potest dari indulgentia. quod patet, quia nec iste, scilicet existens in peccato mortali est susceptibilis indulgentiæ: nec prælatus potest inimicis thesaurum ecclesiæ extra ecclesiam dispensare.

Tertiò probò hoc idem similitudine sic, quia sicut membrum mortuum non suscipit influentiam ex alijs membris uiuis, sic qui est in peccato mortali cum sit quasi membrum mortuum non suscipit indulgentias ex meritis membrorum uiuorum. Quarto hoc idem probò communi auctoritate. nam in omnibus indulgentijs mentio fit de verè confessis, & contritis, ad ostendendum, quod existenti in peccato mortali indulgentiarum non valent &c. Quintò probò hoc idem distinctione. Nam aliud est communicare bona sua alicui, aliud est satisfacere pro alijs, aliud est remittere peccatum, aliud est indulgentias dare. Primum enim scilicet bona sua alteri communicare valet ad disponendum alium ad gratiam, uel ad disponendum ipsum ad augmentum gratiæ, vel ad impetrandum ei aliquid à Deo, & hoc faciunt prælati religiosi. Secundum scilicet satisfacere pro alio qui culpam commisit, & pœnam ferre, etiam possunt non prælati facere. Tertiū scilicet remittere omnem pœnam, facit vehementia contritionis.

Quantum scilicet indulgentias facere, & recipere, sicut eas facere non est, nisi iurisdictionem, vel generalem, uel particularem habentis, ita recipere non est nisi contritionem habentis. Hæc B. Tho. 4. scrip. sen. dist. 20. arg. 3. q. 1. in cor. q. & arg. contra.

CAP.

V.



AD maiorem tamen euidentiā prædictorū circa conditionē recipiētis indulgētias consideranda sunt sex. scilicet. immunitas à crimine, facultas in munere, utilitas in opere, sublimitas in professione, auctoritas in actione, diuersitas in esse. Primò considerata est in recipiente indulgentiæ immunitas à crimine. Oportet enim quod ille qui fructum indulgentiæ vult recipere sit immunis ab omni peccato mortali, ut patet cap. præcedenti immediate. Secundò considerata est facultas in munere, & secundum hoc aliquis pauper dans unum denarium consequitur totam indulgentiam, non autem diues, quem non decet ad opus tam pium, & fructuosum tam parum dare, sicut non diceretur rex alicui homini auxilium facere, si ei obolum daret. Hæc B. Thom. 4. scrip. sentent. distinct. 20. artic. 3. q. 2. in sol. 3. argum. Tertiò, considerata est utilitas in opere. Sicut enim ille qui facit id pro quo indulgentia datur meretur, aliter non, ita illis qui plus facit illud pro quo indulgentia datur, & plus proficit magis remissionē pænæ meretur. Maxima huius est, quia sicut posita causa ponitur effectus, ita augmentata causa augeatur effectus. Quarto considerata est sublimitas in professione: valent enim indulgentiarum non solum secularibus, sed etiam religiosi, dummodo sint in charitate, & seruē ea quæ pro indulgentijs inducuntur, quod etiam probò duplici ratione, scilicet operis, & iuuaminis: primò ratione operis sic. Nullus ex bono opere reportat malum, sed religio est bonum, ergo religiosi non consequuntur hoc damnum, ut eis indulgentiarum non valeant: secundò probò hoc idem ratione iuuaminis sic. Religiosi non sunt minus adiuuabiles ex meritis aliorum quam seculares: & ideo si propter aliquod peccatum commissum religiosi sint rei alicuius pænæ: possunt hæc pænæ per indulgentias expiari.

Etiam religiosi indulgentiarum dantur.

Comprobat ad uicem operis.

piari. ubi supra art. 5. in cor. q. & ibidem arg. contra. Quinto cōsideranda est auctoritas in actione: ualent. n. indulgentiæ non solum ei pro quo fiūt, sed etiam ei qui eas facit: qđ dupliciter probō. s. ratione, & similitudine: primò ratione sic, quia si faciens indulgentias non possit uti thesauro ecclesiæ quem aliis dispensat, tunc ipse esset peioris conditionis quam alij, quod est cōueniens: unde licet prælatus non posset indulgentias facere sibi tantum, cum sit persona cōmunis, potest tamē indulgētijis uti, quas pro alijs facit: secundo probō hoc idē similitudine, quia sicut sacerdos accipit eucharistiam quam alij dat, ita &c. Sextò cōsideranda est diuersitas in esse. Nam indulgentiæ aliquo modo prosunt solum uiuis, & aliquo modo non solum prosunt uiuis, sed etiam defunctis secundum formam sub qua indulgentiæ dantur.

Vbi nota qđ indulgentiæ aliquando dantur sub aliqua forma. s. quicumq; facit hoc uel illud, puta quicumq; dat talem elemosy nam, uel uisitet limina alicuius sancti, tunc solū qui hoc facit p quo indulgentiæ dātur indulgentiæ fructum consequitur: unde talis non potest indulgentiæ fructum transferre in alium uiuum seu defunctum. Cuius ratio est, quia eius non est applicare intentionem ecclesiæ per quam communicatur suffragia alteri. Si uero indulgentia sub hac forma fiat, uidelicet quicumq; hoc, uel aliud fecerit ipse, & pater eius, uel quicumque alius ei adiunctus in purgatorio decessus, tantum de indulgentia habebit, tunc talis indulgentia non solum uiuo, sed etiam defuncto prodest. Cuius rō est, quia, non minus prælatus potest thesaurum, uel meritum ecclesiæ transferre in mortuos, qui sunt in purgatorio, quam in uiuos, cū illi qui sunt in purgatorio decesserunt in statu charitatis ex quo eis suffragia ualent: nec tamen sequitur, qđ prælatus ecclesiæ possit pro suo arbitrio animas a purgatorio liberare, quia ad hoc, quod indulgentiæ ualeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi. Hæc Beatus Thomas. 4. scri. sen. distinct. 45. artic. 3. quæst. 2. in cor. q. per totum Requi. sup. i cap. rationes quare indulgentiæ ualent.

De Infidelitate.

S V M M A R I V M

- 1 Infidelitas, uel est culpa uel pænna.
- 2 Grauiissima peccata quæ committuntur in Deum sunt infidelitas blasfemia, & odium Dei.
- 3 Actus noster habet bonitatem ex quattuor.
- 4 Tres sunt in generali species infidelitatis, & quæ est grauior.

CAP. I.



INFIDELITAS.

Circa infidelitatem quattuor considerare debemus. s. qualitatem defectus: grauitatem excessus: deformitatem actus: uarietatem gradus. Primò circa infidelitatem considerare debemus defectus. Nam infidelitas, uel est pænna, uel est culpa, quod sic probō. Infidelitas dupliciter potest accipi, aut pure negative, aut contrariè ad fidem. Primò infidelitas potest accipi secundum puram negationem: ut dicatur infidelitas ex hoc solo, quod non habet fidē, sicut in illis, qui nihil audierunt de fide, & tunc infidelitas non habet rationem peccati, sed magis pænæ, quia talis ignorantia diuinorum ex peccato primi parentis est consecuta: unde Iohannis. 15. dicitur. Si non uenissem, & locutus eis non fuisset, peccatum, scilicet infidelitatis, non haberent, ac si diceret. Non imputaretur eis ad peccatum quod in me non credunt. Cuius ratio est, quia cum fides sit ex auditu: auditus autem per uerbum Christi, ut dicatur ad Rom. 10. Si non uenissem, & locutus eis non fuisset, non potuissent credere: nulli autem imputatur ad peccatum si non faciat quod nullo modo facere potest.

Sed forte quæres utrū tales damnentur.
Respon.

Dubita-
tio de
peccatis
infideli-
um.

Respondeo, & dico qd si Christus, uel eius propheta non uenissent, & locuti non fuissent hoc peccatū. s. infidelitatis nō haberet, quanuis alia pēta actualia habuissent pp quæ punirentur, vñ qui sic sunt infideles: quia nihil de fide audierunt: damnantur quidem non propter infidelitatem quæ eis ad peccatum non imputatur, ut dixi, sed propter eorum alia peccata actualia q̄ sine fide remitti non possunt. Secundo infidelitas potest accipi secundum contrarietatem ad finem, quia. s. aliquis contradicit fidei, uel contemnit ipsam secundum illud Isa. 53. Quis credidit auditui nostro? & in hoc p̄ficiť rō infidelitatis. Et scđm hoc. s. scđm contradicere fidei, & dissentire ei infidelitas est peccatum. Cuius rō est, quia consentire sicut est proprius actus fidei, & est actus intellectus, ut moti a uoluntate, & sic est meritorius, ut patet supra. Fides, ita dissentire q̄ qui sit proprius actus infidelitatis est actus intellectus, non solum intellectus, sed intellectus moti a uoluntate, nam contemptus uoluntatis causat dissensum intellectus in quo perficitur ratio infidelitatis, unde ipsa infidelitas est in intellectu, sed causa infidelitatis est in uoluntate, propter quam infidelitas est peccatum. licet nō posse habere fidem, sicut, & posse h̄re charitatem non sit in natura humana, ut dicit Aug. in lib. de p̄destinatione sanctorum: quia habere h̄c duo. s. fidem, & charitatem non est ex natura hominis, sed ex gratia dei, tamen in natura humana est, ut mens hominis non repugnet interiori inflictiui, uel inspirationi, & exteriori ueritatis p̄dicationi. Et secundū hoc infidelitas est contra naturam, & sic est peccatū. Sed forte quæres hic istum casum. Contrahit, qd angelus Sathanæ transfigurat se in angelum lucis, ut dicitur 2. ad Corint. 11. Nunquid peccat ille qui ei credit? Respondeo secundum glo. August. ibidem & dico, quod si angelus malus se bonum fingat, etiam si ei credatur non est error morbidus aut periculosus. Cuius ratio est propter rectitudinem uoluntatis eius qui ei inhæret faciendo, uel dicendo quæ bonis angelis congruunt: unde ille qui inhæret malo intendēs bono angelō adherere, uel ille qui credit malum angelum esse bonum, non dissentit ab eo, quod est fidei. Cuius ratio est, quia etsi sensus corporis

fallitur: mens uero a uera rectaq; sententia fidei non remouetur. Sed si aliquis Sathanæ adheret cū incipit ad sua, i. ad mala, & falsa adducere, & tunc nō caret peccato, ut dicit glo. Aug. ibidem. H̄c Beat. Tho. secunda secundæ. quæst. 10. de infidelitate, Artic. 1. utrum infidelitas sit peccatum, in cor. q. & in sol. 1. argum. & ibidem artic. 2. utrum infidelitas sit in intellectu sicut in subiecto, uel in uoluntate, in cor. q. & in solu. 1. & 3. argum. Si autem quæris: ex quo peccato fidelitas oriatur. Respondeo, & dico, quod infidelitas oritur ex superbia, ex qua contingit, quod homo intellectum suū non uult subicere regulis fidei, & sano intellectui patrum, unde Grego. dicit. 31. moral. quod ex inani gloria oriuntur nouitatum p̄sumptiones. H̄c Bea. Thomas ubi supra artic. 1. utrum fidelitas sit peccatū, in sol. 3. argum.

CAP. II.



SECUNDO circa fidelitatem considerare debemus grauitatem excessus, uel reatus. Nam tria sunt peccata q̄ sunt grauissima oīū peccatorum. s. infidelitas, blasphemia, & odium Dei. Primò dico, infidelitas est maximum in peccatis quæ committuntur in Deum, hoc autem quadrupliciter probo, scilicet auctoritate ratione, cōparatione, distinctione.

Primo probo auctoritate Ioannis. 15. Nunc autem excusationem non habet de peccato suo, scilicet de peccato fidelitatis, unde August. ibidem sic dicit. Magnum quoddam peccatum non omne quasi sub generali nomine uult intelligi, hoc enim peccatum infidelitatis quo tenentur cuncta peccata, quod unus quisque si non habeat dimittuntur ei cuncta peccata, hoc autem est quia non crediderunt in Christum. Secūdo hoc idem probo ratione sic. Omne peccatum consistit formaliter in auersione a Deo. ex quo uerbo formo sic rationem. Tanto aliquod peccatum est grauius, quāto per ipsum homo magis elongatur, & separatur a Deo, sed per infidelitatem homo maxime elongatur a Deo, quia nec ueram cognitionem dei habet: per falsam aut cognitionem Dei non appropinquabit

Catus
de trāf.
Sathanæ.

ei ergo &c. Tertiò probo hoc idem comparatione comparando peccatū infidelitatis ad quodcunq; aliud peccatum, quia infidels pro peccato infidelitatis magis puniuntur quā alius peccator pro quocunq; alio peccato considerato genere peccati. Sed pro alio peccato, putā pro adulterio si committitur ab infideli, & fideli cæteris paribus grauius peccat fidelis quā infidelis, tum propter ueritatis notitiam ex fide, tum propter fidei sacramenta quibus est fidelis imbutus quibus peccando contumeliam facit. Quartò hoc idem probo distinctione.

Vbi nota, q̄ infidelitas habet duo. sc. adiūctam ignorantiam, & ad fidem repugnantiam. Primò ex parte ignorantie infidelitas habet aliquā excusationis rōnē, & maxime quādo aliquis ex malitia nō peccat, sicut fuit in Apostolo Paulo qui dicit de seipso. 1. ad Thimo. 1. Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus. Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci, & in incredulitate. In quo verbo tangit tria. sc. statū, beneficium, motiuum: primò Apostolus tangit eius statū dicens. Prius fui blasphemus. Glo. in Deū: vnde eram non dignus nisi lapidatione. Leui. 24. Educ blasphemum extra castra, ut lapidetur. Et persequutor. glo. sanctorum: & sic dignus omni abiectione. 1. ad Corinth. 15. Non sum dignus uocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam Dei. Et contumeliosus. Glo. idest comprehensus contumeliam inferens, & ideo dignus eram opprobrijs, & omni abominatione. Eccles. 8. Ne stes contra faciem contumeliosi: quasi dicat. De illis eram quos modo damno Roma. 1. Cōtumeliosos superbos elatos &c. secundò tangit Dei beneficium dicens. Misericordiam consequutus sum. Glo. idest remissionem peccatorum non per merita mea, sed per Dei misericordiam: tertiò tangit motiuum dicens. Quoniam ignorans feci in incredulitate. Glo. misericordiam consecutus sum de peccato, quod ignoranter commissi, uel ita, ut notetur causa remissionis peccati: quasi dicat. Misericordiam Dei consecutus sum, eo facilius quo ignorans feci. Nam qui sciēter peccauit, ut David, & ignoranter misericordiam Dei est consecutus, sed facilius ignoratur quod ignoranter cōmittitur quam

quod sciēter. Lucæ. 12. Seruus sciens uolūtatem domini sui &c. Secundò infidelitas ex parte repugnantie, uel resistentie ad fidem habet rationem peccati grauiissimi, ut ex prædictis patet. Hæc Bea. Thom. 1. cunda secundæ. q. 10. de infidelitate. arti. 3. utrum infidelitas sit maximum peccatorū, argum. contra, & in cor. q. & in sol. 2. & 1. argum. Secundò dico, quod blasphemia Dei est grauiissimum peccatum: quod dupliciter probo, scilicet auctoritate: & ratione: primò auctoritate Isaia. 18. Ite Angeli veloces ad gentem dilaceratam, & ad populum terribilem: ubi glo. sic ait. Nihil horribilius blasphemia quæ ponit in cælum os suum postquam non est aliud. Omne enim peccatum comparatum blasphemia leuius est: secundò hoc idem probo ratione sic. Blasphemia opponitur confessioni fidei: & ideo habet in se grauitatem infidelitatis, & aggrauatur si superueniat detestatio uoluntatis, scilicet contemptus Dei: vnde cum infidelitas sit secundū suū genus maximum peccatum, ut patet, supra conueniens est, quod etiam blasphemia. Hæc Bea. Thom. secunda secundæ. q. 14. de blasphemia artic. 3. utrum blasphemia sit maximum peccatum: argum. contra, & in cor. q. Req. supra Blasphemia. Tertiò odium Dei est maximum peccatorum, quod tali ratione ostendo. Optimo opponitur pessimum; ut patet per Philosophum. 8. ethicorum, sed odium Dei opponitur dilectioni Dei, in qua consistit optimum hominis. ergo odium Dei est peccatum pessimum hominis.

Sed fortè quæ res, quod istorum duorū peccatorū est maius an infidelitas an odiū Dei? Respondeo, & dico, quod odium Dei est maius peccatum infidelitate: quod tali ratione ostendo. Causa potior est effectu, sed odium Dei est causa infidelitatis: quod patet, quia ratio peccati in infidelitate fit ex odio Dei: circa cuius ueritatē est fides, ergo odium Dei est maius peccatum infidelitate. Hæc Bea. Thom. secunda secundæ. q. 24. arti. 2. utrum odium Dei sit maximum peccatorum, argum. contra, & in so. 2. argum. Req. infra odium.

Blasphemia grauiissimum peccatū

Infidelitas hēt duo mala.

CAP. III.

TERTIO circa infidelitatem considerare debemus deformitatem actus, vtrum. scilicet aliquis actus infidelis sit bonus, an quælibet infidelis actio sit peccatum, & quantum ad hoc respondeo præmittendo quattuor distinctiones. Primò dico, quòd actus noster habet bonitatem ex quatuor. scilicet ex entitate, ex genere, ex circumstantia, ex fine: primò ex entitatis ratione. Nam ens, & bonum conuertuntur: & sic actus infidelis omnis habet bonitatem essentialem eò, quòd habet entitatem, & omne ens est bonum, secundò ex suo genere: quia fertur in materiam debitam, & sic infideles faciunt aliqua de genere bonorum: vnde sancti, vt Hieron. & Aug. aliquos gentiles laudant de aliquibus operibus, nihil autem est laudabile, uel laude dignum nisi bonum: ergo & c. tertio actus habet bonitatem ex circumstantia, vt quando quis bonum facit loco, & tempore, & modo debito: & sic omnis actus infidelis, ex infidelitate procedens est peccatum, non autem opus naturale, ut patebit infra: quartò actus habet bonitatem ex fine, ut quando fit propter Deum, & sic actus infidelium non est peccatum, quia non semper est ordinatus in Deum, ut in finem beatitudinis. Cuius ratio est, quia præcepta affirmatiua non obligant ad semper quauis obligent, semper: vnde non oportet, quod actus infidelium qui in finem illum non est ordinatus semper sit peccatum: sed solum pro tempore illo in quo tenetur actum suum in ultimum finem referre. Secunda distinctio est, quod si actus non habet in se prauitatem, habet tamen deficientem bonitatem, vt uerbi gratia. Sicut equus quauis deficiat à bonitate rationabilitatis, quam non habet, non tamen equus malus est, sed habet bonitatem deficientem ab hominis bonitate, sic à simili infidelis etsi habeat bonitatem deficientem à bonitate gratiæ, habet tamen bonitatem naturæ. Tertia distinctio est, quod actus illi qui habent completam bonitatem, scilicet ex habitu gratiæ, & charitatis sunt accepti Deo, vt sint meritorij, vel remunerabiles à Deo. Actus verò alij qui habent bonitatem incompletam qualis est bonitas ex circumstantia, vel ex genere, et si Deo placet, non tamen sunt remun-

rabiles æterno premio, & ideo actus illorum qui gratiā, & charitatem non habent, quales sunt actus infidelium, hoc modo boni esse non possunt, nec per consequens meritorij. Quarta distinctio, est quod aliquod opus est bonum dupliciter, uel bonitate naturæ, uel bonitate gratiæ. Infidelis ergo potest operari opera bona naturæ, in quantum per rationem dirigitur, & per uoluntatem inclinatur in finem, uel in bonum naturale, sed non potest in quantum infidelis operari bona gratiæ per quam tendit in bonum, uel in finem super naturalem. Cuius ratio est, quia peccatum mortale tollit gratiam gratum facientem, non autem tollit totaliter, uel corrumpit bonum naturæ, & ideo opera ad quæ natura sufficit infidelis potest operari: non autem ea opera quæ requirunt gratiā, scilicet opera meritoria, eò quod cum infidelitas sit peccatum mortale non tollit opera naturalia, sed gratuita, & per consequens meritoria sicut patet.

Sed fortè argues in oppositum, scilicet, **Oppo.** quod omnis actus infidelis sit peccatum tripliciter, scilicet auctoritate, ratione, & exemplo. Primò auctoritate Apostoli ad Ro. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est. Vbi dicitur glo. quod omnis uita infidelium est peccatum, sed non potest simul esse peccatum, & bonus actus, ergo nullus actus infidelis est bonus. Respondeo, & dico, quod illud uerbum Apostoli exponitur tribus modis: primò secundum Augustinum in glossa ibidem. qui sic dicit. Omne quod non est ex fide. id est omne quod est contra fidem, scilicet contra conscientiam, vt credamus malum esse quantumcunque in se sit bonum, est peccatum, non tamen omne quod est cum fide est bonum, quia ignorantia quæ est ex culpa nocet, omne igitur quod ad conscientiam pertinet, si aliter fiat dicitur esse peccatum: quauis fiat etiam quod est bonum, etiam si non faciendum credatur, uel sic faciendum, ut sit peccatum: secundo modo. Haimo in glossa uerbum prædictum exponens sic ait. Omne quod non ex fide peccatum est, id est omnis infidelium uita est peccatum, quia omnis infideliter uiuens, uel agens uehementer peccat, & nil boni est sine summo bono. Vbi enim deest agnitio eternæ, & incommutabilis veritatis, falsa uirtus est etiam in optimis moribus, tertio modo uerbum prædictum exponitur secundum Beatum Thomam dupliciter: primò, quia illud

Bonitas
gratiæ &
naturæ.

CAP. IIIL.

Quo a-
ctus infi-
delium
accepta-
tur.

& verbū intelligitur de illis actib. ad quos ex infidelitate sua impelluntur, vt sunt adorare idola, uel abstinere a cibis prohibitis in lege quibus non sit licitum, vsci eis, & hoc modo videtur intelligere Apost. secundò modo exponit dicens, quod hoc uerbū apostoli non intelligendum est hoc modo, q̄ omnis actus infidelium sit peccatū, sed quia semper infideles cum peccato viuunt. Cuius ratio est, quia infidelitas est tale peccatum, quo retento nullum aliorum dimittitur. Secundò, quod nullus infidelium actus sit bonus ostendo ratione sic. Omne opus bonum placet Deo, & est sibi acceptū, sed vita infidelium non est Deo accepta, eo quod vita infidelium caret gratia, ergo in infidelibus nullus est actus bonus. Respondeo, & dico quod actus infidelium sicut participant aliquid de bonitate, ita sunt accepti Deo, sed quia non habent completam bonitatem quæ est ex gratia, & charitate, ideo non placent Deo, vt sint remunerabiles, æterno præmio, vt supra dixi. Tertiò hoc idem ostendo exempli similitudine, scilicet de Cornelio cui Angelus Act. 10. in visu dixit. Corneli orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Vbi sciendum, quod Cornelius infidelis non erat, alioquin eius operatio. scilicet eleemosyna, & oratio n̄ fuisset accepta Deo, cui sine fide nullus potest placere. Habebat autem Cornelius fidem implicitam nõdū manifestata euangelij ueritate: unde ut eū in fide plenè instrueret mittitur ad eum Petrus, vt patet Act. 10. Sicigitur concluditur ex præmissis, quod non oportet quod infideles in omni opere suo peccent. sed quandoque ex infidelitate opus aliquod operantur, tunc peccant: vnde sicut habens fidem potest aliquod peccatum committere in actu quē nõ refert ad finem fidei, vel venialiter, vel mortaliter peccando, ita etiam infidelis potest aliquem actum bonum facere in eo quod non refert ad fidem infidelitatis. Hæc B. Tho. 3. scri. sent. dist. 41. arti. 2. vtrū actus infidelis bonus esse possit, arg. contra, & in corp. q̄ & in sol. arg. & iterum secunda secundæ. q. 10. de infidelitate, arti. 4. vtrū quælibet actio infidelis sit peccatum, arg. contra, & in cor. q̄ & in sol. arg.

QUARTO circa infidelitatem: considerare debemus varietatem vel pluralitatem gradus, scilicet quod sunt in numero species infidelitatis.

Vbi nota, q̄ species infidelitatis dupliciter distinguuntur, & considerari possunt. Vno modo secundum errorem in diuersis quæ ad fidem pertinent: & ideo sicut errores possunt multiplicari in infinitum, vt patet per August. in lib. de hæresib. ita non sunt determinatæ species infidelitatis, sed possunt multiplicari in infinitum sicut errores uel secundum multiplicationem errorū. Alio modo species infidelitatis possunt considerari per comparisonem ad fidem: & sic tres sunt in numero species infidelitatis, scilicet paganorum, iudeorum, & hæreticorum. Ratio autem huius est, quia cum peccatum infidelitatis consistat in renitendo fidei, hoc potest contingere tribus modis: primo modo quia renititur fidei nondum susceptæ; & talis est infidelitas gentilium seu paganorum. secundo modo quia renititur fidei susceptæ in figurâ, & talis est infidelitas iudeorum. tertio modo quia renititur fidei susceptæ in ipsa manifestatione veritatis, q̄ talis est infidelitas hæreticorum. Hæc B. Thom. secunda secundæ, q. 10. de infidelitate, art. 5. vtrum sint plures infidelitatis species, in cor. q̄.

Gradus
infidelitatis.

Sed forte quæres quæ istarum infidelitatum sit grauior. Respondeo, & dico, q̄ in infidelitate possunt considerari duo, scilicet generalitas infidelitatis, & contrarietas infidelitatis. primo enim generalitas, erroris & sic infidelitas gentilium, & paganorum, est grauior, eò q̄ in pluribus errant gentiles quàm iudei, & iudei quàm hæretici, secundò in infidelitate potest considerari contrarietas infidelis ad fidem, & sic ipsa infidelitas magis habet rationem culpæ ex hoc, quod fidei renititur, quā ex hoc quod fidem non habet. vnde infidelitas iudeorum, & hæreticorum est grauior quàm infidelitas paganorum: & hoc duplici ratione, scilicet ratione cognitionis, & omissionis.

Primò ratione cognitionis sic. Grauius peccatum est cognoscere voluntatem domini, & non facere, quàm non cognoscere

Cogni-
tio est
materia
pœna.

& non facere: vnde dicitur Lucę. 12. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & nō fecit secundum voluntatem eius plagis vapulabit multis, vnde Chrysost. sic ait. Non enim similiter in omnibus omnia iudicantur: sed maior cognitio fit maioris pœnæ materia: vnde sacerdos eadem peccans cum populo, multò grauiora patietur, & 2. pe. 2. Melius erat illis idest minus malum alijs paribus non cognoscere viam iustitię. tunc enim excusabiles fuissent saltem à tanto, quàm post agnitam retrorsum conuerti, quia modo facti sunt transgressores quales prius non erant. Sed gentiles seu pagani non cognouerunt viam iustitię. Iudæi autem, & hæretici aliquantulum cognoscentes deseruerunt, ergo eorum infidelitas est grauius peccatum.

Secundò hoc idem probò ratione obligationis, vel omissionis sic. Grauius peccat qui non implet quod promissit, quàm si nō implet quod nunquam promissit, ergo hæretici qui fidem euangelij susceperunt corrumpentes ipsam grauius peccant, quàm iudæi, qui fidem euangelij nunquam susceperunt. Sed quia susceperunt eius figuram in lege veteri quam male interpretantes corrumpunt, idè eorum infidelitas est grauius peccatum, quam infidelitas paganorū, qui nullo modo fidem euangelij susceperunt: & quia infidelitas magis habet rationem culpę ex hoc, quòd contrariatur fidei, quam ex hoc quod fidem non habet, vt patet supra, idè tantò infidelitas est detestabilior, quantò in pluribus principalioribus veritati fidei contradicit, sicut hæresis Arrij, qui separauit diuinitatem a filio Dei dicēs filium Dei esse creaturam, detestabilior fuit quam hæresis Nestoris qui separauit humanitatem Christi a persona filij Dei, dicēs Christum filium Dei non sic esse vnitum homini, vt vna persona fieret Dei, & hominis, sed propter filij Dei inhabitationem in ipso homine, quæ habitatio non est per vniōem, sed per gratiam. Hęc. Beato Tho. secunda secundę. q. 10. art. 6. vtrum infidelitas paganorum sit grauior cæteris, ar. contra, & in cor. q. & in sol. arg.

De Infidelibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Vtrum cum infidelibus sit publicè disputandum.
- 2 Infideles nullo modo compellendi sunt ad fidem.
- 3 Vtrum cum infidelibus sit communicandum.
- 4 An infidelium ritus tollerandi sint.

C A P. I.



INFIDELES. Circa infideles quattuor considerare debent fideles. scilicet disputationem, coactionem, communicationem, supportationem. Primò disputationem scilicet vtrum cum infidelibus sit publicè disputandum. Respondeo, & dico, quod circa hoc consideranda sunt duo, vt patet ex parte disputantium intentio, & ex parte audientium conditio. Primò ex parte disputantium consideranda est intentio. Si enim quis disputet de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis fidem experiri intendens, talis proculdubio peccat tanquam in fide dubius, & infidelis. Si autè quis disputet de his quæ sunt fidei propter veritatem manifestandam, & errores confutandos, tunc est necessarium. Secundò ex parte audientium consideranda est conditio, vel dispositio scilicet vtrum illi qui disputationem audiunt sint instructi, & firmi in fide, & tunc coram sapientibus, & in fide firmis, nullum periculum est disputare de fide. Aut sunt simplices, & titubantes in fide, & tunc tales aut sunt sollicitati siue pulsati ab infidelibus, purà iudæis vel hæreticis siue paganis intendentibus in eis corrumpere fidem. Et in tali casu necessarium est publicè disputare, dummodo inueniantur aliqui ad hoc sufficientes, & idonei, qui errores confutare possint, per hoc enim simplices in fide firmabuntur, & tolletur infidelibus

Cautela
disputa-
tium cū
infideli-
bus.

libus decipiendi facultas: & ipsa taciturnitas eorum, qui deberent restituere peruerentibus fidei ueritatem esset erroris confirmatio: unde Grego. in 2. lib. pastoral. sic ait: Sicut incanta locutio in errorem pertrahit, ita indifferetum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit, aut omnino non sūt solliciti super hoc ab infidelibus: sicut in terris in quibus non sunt aliqui infideles, & in hoc casu periculosum est publicè disputare de fide corā simplicibus, quorum fides ex hoc est firmior, q̄ nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt: & ideo non expedit eis ut uerba infidelium audiant disputantium contra fidem. Hæc Bea. Th. 2. 2. q. 10. de infidelitate arti. 7. utrum sit cum infidelibus disputādū, in corp. q. Sic igitur ex præmissis patet, sapientibus, & in fide firmis coram simplicibus & in fide titubantibus, & coram infidelibus intendentibus in simplicibus corumpere fidem necessarium est disputare de fide: & hoc propter duas causas. scilicet propter ueritatem fidei manifestandam, & propter errores confutandos, & extirpandos.

Prima ratio est propter fidem manifestādam, & defendendam secundum illud 1. P. 3. Parati semper ad satisfactionem omnipotenti uel poscenti uos rationem de ea est in uobis fide. In quibus uerbis tanguntur tria: primo auctoritas officii, ibi Parati semper. Et merito, quia sicut in Angelis est talis ordo diuinitus institutus, quod superiores, qui inferiores illuminant habent notitiam pleniorē de rebus diuinis, quā minores, ita etiam superiores hominis ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere pleniorē notitiam de credendis, & magis explicite credere. Et tales sunt maiores. scilicet prelati qui habent officium alios instruendi, ita prelati tenentur habere fidem explicitam de diuinis, & minores, & simplices fidem implicitam, & sequi fidem maiorem. Et cum humana cognitio non sit regula fidei, sed ueritas diuina si maiores in aliquo a diuina deficient, & errent, non præiudicat fidei simplicium qui eos fidem rectam habere credunt. Cuius ratio est, quia minores consequuntur fidem maiorem, nisi quatenus maiores adhærent doctrinæ diuinæ: unde Apostolus 1. ad Corinth. 4.

Imitatores mei estote sicut, & ego Christi: nisi pertinaciter minores maiorem erroribus in particulari adhærent contra uersalem ecclesiæ fidem, quæ non potest deficere dicente domino Luc. 22. Ego pro te rogavi Petre ut non deficiat fides tua, ut dicit B. Thom. secunda secundæ q. 2. de fide, & eius actu, ar. 6. utrum omnes æqualiter teneantur ad habendam fidem explicitam in corp. q. & in solu. 3. arg. secundo in uerbis præmissis tangitur subtilitas ingenii, ibi. Rationem reddere de fide. Nam rationes quæ inducuntur ad auctoritatem fidei non sunt demonstrationes, sed persuasiones & inductiones effectum fidei remouentes, impedimenta fidei ostendendo, quod non est impossibile quod in fide proponitur. Vbi nota q̄ quia actus fidei scilicet assensus est uoluntarius, & per consequens est meritorius: ideo ratio humana inducta ad ea, quæ sunt fidei dupliciter potest se habere ad uoluntatem credentis, uel sicut præcedens uoluntatem, uel sicut sequens. Vno modo ut præcedens uoluntatem, puta cum quis aut nō haberet uoluntatē ad credendū, aut non haberet prōptā uolūtātē ad credendum nisi ratione humana induceretur, & sic ratione humana diminuit meritum. Cuius ratio est, quia sicut homo actus uirtutum moralium debet exercere propter iudicium rationis, & non propter passionē, ita debet homo credere ea, quæ sunt fidei, non propter rationem humanam, sed propter auctoritatē diuinam: unde Grego. in quadam Homelia sic dicit: Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Alio modo ratio humana potest se habere ad uoluntatē credentis, ut sequens, ut sic ratio humana non excludit meritum fidei, sed auget. Cuius ratio est, quia cum homo habet promptam uoluntatem ad credendum diligit ueritatem creditam, & super eam excogitat si quas rationes ad hoc inuenire potest: & sic est signum maioris meriti, sicut etiam passio cōsequens in uirtutibus moralibus, est signū promptioris uoluntatis, ut dicit B. Tho. secunda secundæ quæstion. 3. de fide, & eius actu., articu. 4. utrum ratio inducta ad ea, quæ sunt fidei diminuat meritum fidei, argum. contra, & in corp. q. & in solu. 2. argu. Req. supra. Fides. Tertio in uerbis

Quo rō
se habe
at ad fi-
dem.

Infide-
lis quæ-
rit du-
plici ra-
tione.

bis præmissis tangitur generalitas auxilii: ibi: Omni poscenti, ergo infideli. Respon- deo, & dico, q̄ infidelis aut quærit ad discendum, aut ad deridendum: primo. n. si infidelis quærit ad discendum: tunc de- bet instrui quid credendum quid faciendū &c. Si uero quærit ad deridendum, tunc est sicut canis, unde non est ei aliquid dicē- dum: Matth. 7. Nolite sanctum dare ca- nibus, neq. Margaritas uestras ante por- cos: unde Aug. in sermone domini in mō- te sic ait: Quærendum est quid sanctum, quid Margaritæ, quid canes, quid porci: & subdit ibidem: Sanctum est quod corrup- pere nephas est, cui sceleris uoluntas rea- tenetur, quamuis illud incorruptibile ma- neat, & tale sanctum, secundum Chrys. su- per Matth. sanctum est sicut baptismus, gratia, corpus Christi, & alia sacramenta. Margaritæ secundum Aug. ibidem sunt q̄- cunq; spiritualia: unde secundum Chryso. ibidem Margaritæ sunt mysteria ueritatis, quia sicut Margaritæ inclusæ in conchis po- sitæ sunt in profundum Maris, sic myste- ria diuina posita sunt in altitudine sensus sacræ scripturæ. Vel secundum Aug. ubi supra. Licet una, & eadem res. sanctum, & Margarita dicit possit: sed sanctum dicitur ex eo quod non debet corrumpi, Marga- rita uero ex eo q̄ non debet contemni. Ca- nes uero secundum Aug. in sermone domi- ni in monte sunt impugnatores ueritatis. Porci uero contemptores. Vel secundum Chrys. super Mat. Canes sunt gentiles, iu- dæi. hære ici, detractores. Porci uero sunt Christiani corporales. Cuius ratio est, quia sicut proprium est porci in ceno uolutari, nunquam cælum aspicere nec dominum suum quærere nisi cum esurierit, tales sunt Christiani qui in carnalibus immundicijs delectantur, nec aspiciunt cælum, nec quæ- runt Deum nisi cum necessitas eis adue- nit: Matth. 8. Dixerunt demones Christo: Si eijs nos, mitte nos in porcos, ergo no- lite sanctum dare canibus, idest infidelibus detractoribus, quia baptismus, & alia sa- cramenta non sunt danda nisi fidem habeu- tibus, neque Margaritas mittere ante porcos, idest spiritualia ante Christianos carnales: & subdit causam dicens. Ne forte conculcent ea pedibus suis, quia & canes idest infideles detractores

ea morsu dilacerant: porci idest Chri- stiani carnales ea conculcando inquināt. Secunda ratio propter quam est necessariū sapientibus coram infidelibus disputare de fide, est propter cōfutandos, cōuincendos, & extirpandos errores, secundum illud Tit. 1. Oportet episcopum &c. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctri- na sana, & eos, qui contradicunt uerita- ti arguere: ubi Aug. de uerbis domi- ni sic ait: Ut potens sit uita, & scientia exhortari, scientes, & eos qui contradicunt ueritati obloquendo, uel male uiuendo re- darguere: & subdit Aug. ibidem: Contra- dicentes enim non uno modo intelligen- di sunt, paucissimi quippe nobis contradi- cunt uerbo, sed multi male uiuendo. Quis enim audeat apertissimè loquendo contra- dicere ueritati, non contradicunt multi lin- gua, sed uita, quos redarguere magnum opus est, grandis sarcina, cliuus arduus: & glo. super illo uerbo 1. Pe. 3. Parati sem- per ad satisfactionem &c. sic ait: Qui eccle- siastico magisterio præest doceat pacien- tes, obstruat resultantes: has duas auctori- tes. s. Petri, & Pauli ad Titum allegat B. Thom. ad probandum, quod propter duas causas prædictas necessarium est cum infi- delibus disputare. 2. 2. q. 10. de infidelitate art. 7. utrum sit cum infidelibus disputa- dum, in solu. 3. argu. allegans in exem- plum beatum Paulum, de quo dicitur Act. 9. Saulus inualescebat, & confunde- bat iu- dæos, & loquebatur gentibus, & dispu- tabat cum græcis affirmans, quoniam hic est Christus, ibidem argument. contra.

CAP. II.



SECUNDO circa infideles cōsiderare debemus coactio- nem seu uiolentationē: utrū s. infideles aliquo modo sint compellendi ad fidem. Respo- deo quantum ad hoc, & distinguo de infide- lib. quia quidā infideles sunt qui nunquā fidem susceperūt: quidā uero alii infideles sunt qui quādoq; fidem susceperunt, & ab ea discesserunt. Primo dico, q̄ quidā infide- les sunt qui nunquā susceperunt fidē si- cut pagani, & iudæi, & tales nullo mō sūt rētia-

Condi-
tiones
Epi,

Infide-
les sunt
in dupli-
ci diffi-

com-

compellendi ad fidem, ut ipsi credāt: quod dupliciter probo scilicet ratione, & auctoritate. Primo ratione sic: Credere est uolētis, unde August. Cetera potest homo nolens credere uerō non nisi uolens sed uoluntas cogi non potest, ergo infideles, qui nunquam acceperunt fidem non sunt compellendi ad fidem: & August. in epistola ad Bonifacium comitem sic ait: Vbi est quod isti clamare consueverunt, liberum est credere, uel non credere cui Christus uim intulit. Agnoscant in Paulo prius non cognoscentem, & postea docentem. Secundo hoc idem probo auctoritate ecclesie: unde in decretis dist. 45 sic dicitur: De iudæis autem præcipit sancta Synodus nemini de inceptis ad credendum uim inferre, cui enim uult Deus miseretur, & quem uult indurat. Non enim tales inuiti sunt saluandi, sed uolentes, ut integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij uoluntate serpenti obediens periit, sic uocante se gratia Dei propria mentis conuersione quisque credendo saluatur, ergo non ui, sed libera arbitrij facultate, ut conuertantur suadendi sunt. Sed contra: Videtur quod tales infideles ad fidem per uim sunt compellendi tali ratione: Qui contra aliquem bellum mouet uim ei infert. Sed fideles Christi contra infideles bellum mouent, ergo &c. Respondeo; & dico, quod fideles Christi contra infideles bellum mouent, non quidem, ut eos ad credendum cogant: quod patet, quia etiam si eos uicissent, & captiuos haberent, in eorum libertate eos relinquerent an credere uellent. Sed propter hoc fideles Christi contra infideles bellum mouent, ne fidem Christi uel blasphemias, uel malignis persuasionibus, uel etiā apertis persecutionibus impendant. Secundo dico, quod quidam infideles sunt, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut hæretici, uel quicunque apostatæ: & tales sunt etiam corporaliter compellendi, ut impleant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt: quod dupliciter probo scilicet ratione, & auctoritate. primo ratione sic: Sicut uouere est uoluntatis, reddere autem necessitatis, ita accipere si lem est uoluntatis, ut patet supra. Et August. in epistola ad Bonifacium comitem sic ait: Vbi est quod isti clamare consueverunt, liberum est credere, uel non cre-

dere, cui Christus uim intulit? Agnoscant prius non cognoscentem, & postea docentem: sed tenere fidem iam acceptam est necessitatis: secundo hoc idem probo auctoritate ecclesie: unde in decr. is dist. 45. sic dicitur: Et sicut non sunt iudæi ad fidem cogendi, ut patet supra, ita nec conuersus ad fidem recedere permittitur: unde subditur ibidem sic: Qui autem iam pridem ad Christianitatem sponte uenerunt, sic semel imbuti, quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis diuini extitisse participes, oportet, ut fidem quam susceperunt tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur, & fides quam susceperunt uilis, & contemptibilis habeatur. Hæc in decret. ubi supra: unde Lucæ. 14. sic dicitur: Exi in uias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus, mea: sed homines domum Dei id est ecclesiam intrant per fidem, ergo aliqui sunt compellendi ad fidem: unde infideles qui discesserunt à fide, si nolunt redire sunt etiam occidendi.

Sed fortè argues in oppositum tali ratione: Nos debemus uoluntatem nostram conformare uoluntati diuinæ. Sed Ezech. 18. 1. Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & uiuat: ergo nos non debemus uelle quod infideles occidantur. Respondeo, & dico, secundum August. in epistola ad Bonifacium comitem sic dicentem: Nul-
lus nostrum uult aliquem perire ex imitatione Dei: sed aliter nō meruit habere pacem domus David, nisi Absolon filius eius in bello quod contra patrem gerebat fuisset extinctus: sic ecclesia catholica si aliquorum perditione cæteros colligit dolorem nostrum sanat cordis, tantorum liberatione populorum. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ quæstio. 10 de infidelitate, articulo. 8. utrum infideles sint cogendi, vel compellendi ad fidem, argumen.

contra, in corp. quæst. & in sol. argume. Requ. supra.

Hæresis, de personis hæres. corū.

Oppositio.

CAP. II.



TERTIO circa infideles cōsiderare debemus communicationem, utrum scilicet infidelibus sit communicandum. Respondeo quantum ad hoc, & præmitto quattuor distinctiones.

Prima distinctio est, quod communio alicuius personæ interdicitur propter duas causas. Prima causa est in pœnam illius cui communio fidelium subtrahitur: & hanc causam tangit Apostolus 1. ad Corinth. 5. dicens: Ego autem in uirtute Domini Iesu iudicaui eum, qui sic operatus est. Glo. Aug. i. reum tradere eum sathanæ idest per excommunicationem ab ecclesia separando tradere eum sathanæ, qui eum corporaliter vexet. Secunda causa est ad cautelam eorum quibus interdicitur, scilicet ne fideles ab infidelibus corrumpantur: & hanc rationem subdit apostolus ibidem: Nā postquam sententiam excommunicationis protulit, subdit rationem dicens: Nescitis quoniam modicum fermētum totam massam corrumpit? Glo. August. q. d. Sicut illud quod corrumpit ad suum saporem trahit totam pastam, sic unus fornicator, uel infidelis totam cognitionem peruertit: unde Apostolus 1. ad Corinth. 5. Corruptunt bonos mores colloquia praua.

Secunda distinctio est, quod quidam infideles sunt, qui nullo modo fidem Christianam receperunt, ut pagani, & iudæi: & istorum non interdicit ecclesia communionē. Cuius ratio est, quia ecclesia in tales infideles non habet iudicium quod ad pœnā spiritualem infligendam eis. Et hoc est quod dicit Apostolus. 1. ad Corinth. 5. Quid. n. mihi de his, qui foris sunt. i. de infidelibus iudicare sententiando, & excommunicando eos? q. d. nihil eo, quod ab ecclesia excludi non possunt, quia de ecclesia non fuerunt. Sed contra. Iudæi qui foris sunt: constat quod excommunicaturā tota die à nostris prælati. Respondeo, & dico, quod illa excommunicatio non est nisi nostrorum cohibitio, ab illorū participatione in contractibus, non separatim à sacramentis ecclesiæ, & fideliū unitate, de qua nunquam fuerunt. Habet tamen ecclesia de talibus infidelibus temporali iudicio, uel sententia iudicare, & hoc in casu

aliquo scilicet cū inter Christianos cōmorantes aliquam culpam committunt, tunc enim per fideles temporaliter puniuntur. Quidam uero alij infideles sunt, qui à fide suscepta deuiant, uel corrumpendo fidem sicut hæretici, uel etiam totaliter à fide recedunt sicut apostatæ, & tunc ecclesia in pœnam istorum infidelium interdicit fidelibus communionem per excommunicationis sententiam.

Tertia distinctio est, quod de fidelibus utrū debeant communicare infidelibus, considerandæ sunt cōditiones, uel dispositiones ad hoc idoneæ uel contrariæ. Quidam. n. fideles sunt sic dispositi: & in fide ita firmi, quod ex communione eorum cū infidelibus magis speratur conuersio infidelium quàm fidelium à fide auersio, & tūc tales fideles nō sunt prohibendi communicare infidelibus s. paganis, & iudæis qui fidem non susceperunt. Quidā uero alij fideles sunt simplices & infirmi in fide: de quorum subuersione probabiliter timeri potest: & tales prohibendi sunt à cōmunionem infidelium, & præcipuè ne magnam familiaritatem cum eis habeant uel absque necessitate eis communicent: unde Deutero. 7 dicitur: Non inibis cum eis fœdus, neq; sociaberis cum eis &c. & subdit causam dicens: Quia seducunt te ut non sequaris me, ut magis seruias dijs alienis.

Quarta distinctio est, quod magis possunt Christiani habere infideles seruos quam è conuerso. Cuius ratio est, quia magis est probabile, quod seruus, qui regitur imperio domini conuertatur ad fidem domini fidelis quam è conuerso: & ideo non est prohibitum quin fideles habeant seruos infideles, si tamen domino fideli periculum immineret ex cōmunionem talis serui s. infidelis deberet eū à se abicere, secundum illud mandatum domini Mathe. 5. & 18. Si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice ab

te. Hæc, B. Tho. 2. 3. q. 10. de infidelitate

artic. 10. utrum infidelibus sit communicandum, argum.

contra, in corp. q. &

in solut. ar-

gum.

Qui fideles in fidelibus debeant cōmunicari.

CAP. IIIL

QUARTO & ultimo circa infideles considerare debemus supportationem: vtrum scilicet ritus infidelium sunt a fidelibus tolerandi. Respondeo, & dico, qd ritus infidelium vel habent aliquid veritatis, aut utilitatis, aut nihil. Primo ergo ritus infidelium q habet aliquid veritatis uel utilitatis sunt ab Ecclesia tolerandi. Quod dupliciter probo. scilicet ratione, & auctoritate. Primo hoc probo ratione sic: Humanum regimen a diuino regimine deriuatur, & ideo debet imitari ipsum. Deus autem quamuis sit omnipotens, & summe bonus, permittit tamen in uniuersali aliqua mala fieri quæ prohibere posset, non tamen prohibet: & hoc duplici ratione. Prima est ne maiora bona tollantur. Re. infra de prouidentia Dei. secunda est ne peiora mala sequantur. Similiter in humano regimine: debet esse: nam illi qui præsunt ecclesiæ aliqua mala tolerant duplici ratione. scilicet ne bona aliqua impediuntur, & ne aliqua mala peiora incurrantur, sicut Aug. dicit in de ordine: Aufer meretrices rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus. Sic igitur quamuis infideles in suis ritibus peccent, tollerari tamen possunt. Et hoc duplici ratione, uel propter aliquod bonum quod ex eis prouenit, uel propter aliquod malum quod uitatur. Ex hoc autem qd iudei ritus suos obseruant, in quibus olim præfigurabatur ueritas quam tenemus, hoc bonum prouenit quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura nobis representatur quod credimus. Et ideo iudei in suis ritibus tolerantur. Secundo hoc idem probo auctoritate ecclesiæ: unde in decretis 45. dicit Grego. de iudæis, Non asperis sed blandis ad fidem uerbis sunt aliqui prouocandi. Et subdit: Agendum est ergo ut potius ratione, & mansuetudine prouocari sequi nos uelint non fugere, ut eos ex eorum codicibus ostendentes quæ dicimus ad sinu matris ecclesiæ Deo possimus adiuuante conuerrere. Itaq. fraternitas tua eos monitionibus prout potuerit Deo adiuuante ad conuertendum accedat, & de suis illos sollennitatibus denuo inquietari

non permittat, sed omnes fastiuitates feriasque suas sicut hactenus tam ipsi quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi celebrandique licentiam. Et concludit in fine: Idem uniuersis episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis. Secundo dico, quod ritus aliorum infidelium q nihil ueritatis aut utilitatis auferunt non sunt aliququaliter tolerandi, nisi forte ad aliquod malum uitandum scilicet ad uitandum scandalum uel discidium quod ex hoc, posset prouenire: uel impedimentum salutis eorum qui paulatim sic tolerati conuertuntur ad fidem: propter hoc enim & hæreticorum & pagauorum ritus aliquando ecclesia tollerauit, quando erat magna infidelium multitudo Hæc B. Thom. secunda secundæ q. 10. de infidelitate, art. 11. utrū ritus infidelium sunt tolerandi, arg. contra, & in cor. quæst.

De Ingratitudine.

SUMMARIUM

- 1 Triplex est gradus ingratitude.
- 2 Duabus de causis ingratitude est peccatum mortale.
- 3 Quod sit ingratitude supplicium.

CAP. I.



INGRATITUDO. Circa ingratitude considerare debemus tria, primo signa uel gradum: secundo culpam uel uictum, tertio poenam uel supplicium. Primo considerare debemus ingratitude signa uel gradum. Nam triplex est gradus uel signū ingratitude. Primus est gradus quando quis beneficium accepit, beneficium non retribuit. Secundus gradus est quando beneficiū se nō accepisse fingit & dissimulat quasi demonstrans se

beneficium non accepisse. Tertius gradus est quando beneficium non recognoscit, ita quod recepti beneficii sit oblitus, quod est grauissimum peccatum. 2. 2. q. 107. ar. 2. in cor. q. iuxta finem.

Vel dicas quod triplex est gradus ingratitudinis: primus est pro bonis mala reddere: secundus beneficium uilipendere: tertius beneficium quasi maleficiū credere. Seneca uero super hæc tria addit quartum. 3. lib. de benefi. ita dicens: Multa sunt genera ingratorum. Nam ingratus est, qui accipit beneficium, & accepisse se negat, ingratus dissimulat, ingratus est, qui non reddit, ingratus omnium est, qui beneficium oblitus est. Et reddit causam quare ille, qui est oblitus est ingratus omnium, dicens in principio. 3. lib. Hic. scilicet qui est oblitus, cui totum beneficium est elapsum, nunquam potest fieri gratus dicens: Ociosi uel uitiosi oculi sunt, qui lucem reformidant, cæci uero qui non uident. Apparet autem illū de non reddendo cogitasse cui obrepserit obliuio mater totius ingratitudinis.

CAP. II.



SECUNDO principaliter considerare debemus ingratitudinis culpam uel uitium. Nam ingratitudo est peccatum mortale propter duas causas. Prima est propter contemptum interiorem. scilicet cum quis ex contemptu alterius beneficium non rependit. Secunda est propter subtracti conditionem: ut si subtrahit aliquid quod ex necessitate pro beneficio collato debetur, & præcipue in casu necessitatis. In his casibus ingratus mortaliter peccat, ubi supra ar. 3. in cor. q. Et hoc modo loquitur Bern. super cantica dicens: ingratitudo est uerus uersus, siccans fontem pietatis, rorem misericordiae, fluentia diuinæ gratiæ.

Extra duas causas prædictas ingratitudo est ueniale peccatum. Ratio autem est talis: Debitum gratitudinis est ut qui beneficium recipit aliquid liberaliter retribuatur, ad quod non tenetur: & ideo si illud prætermittat non peccat mortaliter: ubi supra in cor. q. Nota tamen hic quattuor de euidencia prædictorum.

Primum est, quod ingratitudo prout est peccatum mortale tollit, uel excludit charitatis actum, & habitum, & non solum non prætermitit implere gratitudinis debitum, sed est contrarium agere. Ingratitudo autem quæ est cum peccato ueniali non est contraria charitati, sed est præter ipsam, quia non tollit habitum charitatis, sed aliquem actum ipsius excludit.

Secundum est, quod ille, qui est in peccato ueniali non est ingratus Deo secundum perfectam ingratitudinis rationem, sed est tamen aliquo modo ingratus in quantum ille, qui est in peccato ueniali tollit actum uirtutis per quem homo obsequitur Deo.

Tertio est, quod ille, qui benefactorem, & eius beneficium recognoscit, non est ingratus, si beneficium non recompensat, dummodo sit paratus si nosset, & posset.

Quartum est, quod quicquid est utile & laudabile, ut ille cui beneficium datur ignoret illum qui beneficium dedit, & hoc tam ex parte dantis quam ex parte recipientis: primo ex parte dantis: Nam ad uitandum inanem gloriam quandoque expedit, ut qui beneficium tribuit ignoretur, sicut fecit B. Nicolaus aurum proiciens in domum furtim propter inanem gloriam uitandam: secundo quicquid utile est benefactorem ignorare ex arte recipientis: tum quia beneficium recepit, tum quia aliquando non indiguit, tum quia nobilis fuit beneficium uerecundatur recipere, & præcipue quia beneficiū recipere est libertatem uendere, ut dicit Seneca. de benefi. & ideo ad uitandam inanem gloriam ex parte benefactoris, & uerecundiam ex parte receptoris, laudabilis est, ut quandoque ille, qui beneficiū tribuit, ignoretur: ubi supra ar. 3. in sol. arg.

CAP. III.



TERTIO principaliter considerare debemus ingratitudinis poenam siue supplicium. Nam ingratus in quantum est ex parte sui duo mala incurrit, & duo bona perdit. incurrit. n. odium commune, & stimulum conscientie. Primo. n. ingratus quantum est ex parte sui meretur odium cōe incurrere: ita dicit Seneca. li. 3. de benefi. Quid ergo imputus erit ingratus? q. d. non. vñ subdit:

Ingratitudinis prauietas.

Meretur ingratus odium cōe.

An vllum supplicium grauius existimamus publico odio quod incurrit ingratus? Secundò meretur ingratus quantum est ex parte sui stimulum conscientiae: vnde Seneca ibidem: An poena non est ingrato, quod omnium oculis designatur aut designari se iudicat? An tu infelicem vocas, qui caruit acie oculorum? & non vocas miserum, qui sensum in beneficio amisit. Secundò ingratus duo bona perdit: primò meretur amittere fructum rei dulcissimæ. scilicet fructum charitatis, & largitatis: vnde Seneca ubi sup. Denique, satis hæc ipsa poena est magna quod rei iocundissimæ. scilicet gratitudinis fructum non percipit: secundò meretur amittere subsidium subventionis mutuae, vnde Seneca ubi sup. Poena est ingrato quod non audet ab vlllo beneficiū accipere, & quod non audet vlli dare.

Sed fortè dices, Nunquid ingrato sunt beneficia subtrahenda, & deneganda? Respondeo, & dico, quod ingratus tanquam indignus beneficii subtractionem meretur, tamen ex parte benefactoris antequam beneficiū subtrahatur ab ingrato sunt quattuor attendenda; primò vt criminis deformitas abscindatur, secundò vt temporis congruitas attendatur, tertio vt debitoris possibilitas videatur, quartò vt benefactoris necessitas, vel utilitas cognoscatur. Primò debet attendi a benefactore, & obseruari, vt criminis deformitas abscindatur. Sicut enim bonus, & peritus medicus non statim ab infirmo remedia sua subtrahit, sed multiplicatis remedijs, & medicinis infirmitatem quantum in se est curat, & non cessat quantum potest remedia adhibere, sic ille, qui dat beneficium, non debet se statim punitorem ingratitudinis exhibere, sed beneficijs iteratis ingrati sanare exemplo Christi, qui, vt dicitur, benignus est super ingratos, & malos: vbi dicit Ambro. Latè patet benignitas Dei, pluit malis secunda non negat terra prouentus. Et Beda: Benignus est super ingratos, & malos, vel bona temporalia largiendo, vel spiritualia inspirando, vel cælestia dona singulari gratia infundendo. Secundò debet attendi ut temporis congruitas uideatur: vnde Seneca. 4. lib. de benefic. docet ingratum cognoscere dicens: Quid si nescis inquit utrum gratus sit, an ingratus, expectabis inquit donec scias an dandi tempus admittes. Expectare est longum, non expectare temerarium est; & iubdit:

Quis enim pollicetur serenti prouentum, nauiganti portum, militanti Victoriā, marito uxorem pudicā, patri pios liberos? quasi dicat, nullus: eo quod nondum tempus suum aduenit: & ideo congruitas temporis est expectanda, quia omnia bona in tempore suo. Tertio debet obseruari vt debitoris possibilitas videatur: Nam qui non potest beneficium reddere, & vult, ingratus non est: vnde Seneca. 3. lib. de benefic. Sepe, & qui reddit quod accepit ingratus est, & qui non reddidit gratus est: & subdit ibidem. Quicquid est quod non ex imperio, sed ex uoluntate præstatur beneficium est. Quarto debet attendi ut eius qui beneficium accipit necessitas, & utilitas cognoscatur: unde Seneca. 4. lib. de benefic. sic dicit: Beneficium eius commodum expectat cui præstatur non nostrum, alioquin nobis illud damus: & subdit exemplum. Mercator urbibus prodest, medicus ægris, mango uenalibus. Spiritualiter enim a benefactore tria debent attendi antequam subtrahat beneficium ab ingrato: primo si in furiam incidit; secundo si iniuriam intulit; tertio si in culpam corruit. Primo debet attendi si in furiam incidit. Non enim est sibi pro tunc recompensandum. Seneca. 4. de benefic. Deposited reddere res per se expectanda est, non tamen semper reddenda, nec quolibet loco uel tempore: & ibidem: Intuebor utilitatem eius cui redditurus sum, & depositum illi nociturum negabo. Secundo debet attendi si benefactor iniuriam intulit. Seneca. 3. de benefic. Aliquis dedit mihi beneficium, sed idem postea fecit iniuriam, utrum uno munere ad patientiam omnium iniuriarum astringatur. Respondet tardiores inquit sumus ad beneficia danda, non indicando data, nec inficiatores eorum afficiendo poena. Tertio debet attendi si beneficia tus in culpam corruit: vnde Seneca. 4. de benefic. Quæ autem maior mutatio fieri potest, quam si te malum uirum, & ingratum comperi, quem prius bonum, & gratum putabam? unde si ille, qui beneficium recipit est in peius mutatus, ita quod ex multiplicatis beneficijs, fiat peior, & magis ingratus, tunc debet quilibet benefactor ex beneficio um exhibitione cessare, secunda secundæ q. 116. artic. 3. in solut. 5. argum. in fine: & ibidem quat. 107. arti.

4. in corp. q. unde Seneca. 4. lib. de benefic. sic dicit: Quod tanquam digno dabam, tanquam indigno negabo, aliud putans deceptus. Non est iæuitas à cognito, vel damnato errore discedere, non est turpe cum re mutare consilium. Hec Seneca. 4. lib. de benefic.

De Inimicis.

S V M M A R I V M.

1. Circa inimicum tria possumus attendere.
2. Amicitia sunt quattuor signa.
3. Vtrum diligere inimicum magis sit meritorium quam diligere amicum.

C A P. I.



INIMICVS vel inimici. Circa inimicorum dilectionem considerare debemus tria: primò præceptum quo quis astringitur: secundò beneficium quod impenditur: tertio meritum quod acquiritur. Primò considerandum est præceptum quo quis astringitur. Nam odire inimicum non est de præcepto legis antiquæ vel nouæ, sed additum ex mala intentione uel interpretatione iudeorum. Nam ex quo præcipiebatur dilectio proximi: iudæi concludebant, quod inimici essent odendi arguentes ex illo verbo quod scribitur Exod. 23. Inimicus ero inimicis tuis. Sed quia malè intelligebant, ideo dico, quod de necessitate præcepti est diligere inimicos: Matth. 5. Diligite inimicos uestros.

Quare
fit dili-
gendus
inimi-
cus.

Vbi sciendum, quod circa inimicos possumus tria attendere: primò naturam quam habet: secundò gratiam quam à Deo habere potest, tertio inimicitiam qua nos odit. Primò ergo considerando naturam uel gratiam, alio modo quilibet tenetur dilige-

re inimicum, eò quod in his duobus nobiscum conueniunt: Secundò uerò considerando inimicitiam qua nos odit? tunc non debemus diligere inimicum, quia isto modo diligere inimicum, ut inimicum & ut peccatorem est quid peruersum, eò quod est diligere malum alterius quod est peruersum, & charitati contrarium, secunda secundæ. quæst. 25. artic. 8. in corp. quæst. in principio.

C A P. II.



CIRCA dilectionem inimicorum, secundo principaliter considerare debemus beneficium quod impenditur. Nam signa seu beneficia amicitia sunt quattuor, scilicet diligere, orare, benefacere, conuiuere. Req. supra. Amicitia. Primum signum amicitia est diligere: unde dilectio interior ad inimicum in communi, uel in generali est de necessitate salutis: in speciali autem non nisi secundum præparationem animi scilicet, ut homo habeat animum præparatum ad hoc, ut in Dei gloriam homo diligat inimicum si necessitas immineret, secunda secundæ, ubi sup. artic. 8. & 9. in corp. quæst. per totum.

Vbi nota, quod sicut quilibet tenetur optare bona æterna se odienti, ita tenetur suo inimico non facere malum, nisi in quantum illud malum est impedimento maioris mali, & maioris boni promotiuum. 3. scrip. sent. distin. 30. artic. 2. in corp. quæst. per totum. Secundum signum amicitia est orare: & hoc quilibet in communi inimicis tenetur. Sed quod oret in speciali pro inimico suo non tenetur, sicut nec oportet, quod pro omnibus ad quos charitatem habet specialem orationem faciat sed communem. 3. scrip. sent. ubi sup. art. 2. in corp. Tertium signum amicitia est benefacere. Nam opera temporalia inimicis nostris impendere non tenemur nisi secundum præparationem animi, ut loco uel tempore. scilicet in casu necessitatis eis bona temporalia impédamus, secundum quod dicitur Prouer. 25. Si esuriens inimicus tuus ciba illum: si sitis potum da illi. Extra autem casum necessitatis non est de necessitate salutis bona temporalia inimicis impedere, sed hoc pertinet ad perfectionem, & cumulum charita-

charitatis inquantum non vult uinci à malo, sed vult uincere in bono malum. 2. 2. q. 25. art. 9. in corp. q. per totum. Quartum signum amicitiae est conuiuere. Non enim licet cum inimico non conuersari, & familiaritatis signa negare in duobus casibus: primus est quando inimicus ueniam peteret: secundus casus est quando se ad familiaritatem iungeret, & praecipue quando habetur praesumptio, quod haec duo ueraciter facit, non fictè, uel simulatè, quia si tunc non se iungeret ei esset uindicta. 4. scrip. senten. ubi sup. artic. 2. in sol. 5. arg.

CAP. III.



IRCA dilectionem inimicorum, tertio principaliter considerare debemus meritum, quod acquiritur. Nam ex una parte melius est, & magis meritorium diligere amicum quam inimicum, triplici ratione: prima est, quia amicus est melior: secunda est, quia est propinquior: tertia est, quia est conuenientior, uel similior. Prima ratio est, quia amicus est melior, & formatur sic ratio: Melius est, & magis meritorium diligere meliorem: sed amicus qui amat est melior inimico, qui odit. Cuius signum est, quia minus bonum si incumbit necessitas pro maiori bono est dimittendum: unde in extrema necessitate quando amicis, & inimicis non possumus subuenire, magis tenemur subuenire amicis quam inimicis: unde sicut est de exteriori effectu dilectionis, ita est de interiori affectu dilectionis. Secunda ratio est, quia amicus est Deo propinquior. Et formatur sic ratio: Ille qui est, propinquior Deo est magis diligendus: sed amicus est huiusmodi, ergo &c. Tertia ratio est, quia amicus est, conuenientior uel similior. Et formo sic rationem: Similitudo est per se causa dilectionis, ergo ubi est maior similitudo, ibi est maior dilectio: sed maior similitudo est amici ad amicum quam ami-

ci ad inimicum, ergo &c. 2. 2. q. 27. art. 7. in corp. quæst. Ex alia uero parte est magis meritorium diligere inimicum, quam amicum: & hoc propter tres causas: prima est propter motum maiorem: quod sic probatur: Vbi est maior difficultas, & maior conatus, ibi est maius meritum: sed in dilectione inimicorum est maior difficultas, quia difficilius est diligere inimicum, quam amicum: ergo propter maiorem conatum est maius meritum. Secunda ratio est propter intensiorem feruorem: quod sic patet: Sicut enim uirtus ignis ostenditur esse fortior, quando ad remotiora calorem suum diffundit, & quando materiam minus combustibilem comburit, sic amor dicitur fortior quando ad remotiora se extendit. scilicet usque ad dilectionem inimicorum. Tertia ratio est propter motum excellentiorem, & formatur sic ratio: Dilectio tanto perfectior est quanto perfectius est suum motum: sed dilectionis amici potest esse alia ratio, uel aliud motum quam Deus. Dilectionis uero inimici solus Deus est ratio uel motum. ergo &c. 2. 2. q. 27. artic. 7. in corp. q. per totum. Nota tamen ad euidenciam praedictorum, quod quantitas meriti iudicatur ex tribus: primo ex radice merendi: & sic quaecumque opus quanto ex maiore charitate procedit, tanto magis est meritorium: secundo ex difficultate operis meritorij, & sic opus patientiae uel charitatis ad inimicos est magis meritorium: tertio ex utilitate ipsius meriti: & sic opus misericordiae corporale uel spirituale dicitur magis meritorium quam exercitatio corporalis. Debet. n. quilibet ut sit perfectus circa inimicum seruare, & attendere nouem, quæ ponit Chrysostomus super illo uerbo Matth. 5. Benefacite his qui oderunt, &c. Primum est nequaquam ad lædendum priorem se inuenire. Secundum est, ut non amplius inferat quam à lædente sustinuit. Tertium est ne læsus faciat illa, quæ passus est, sed quiescat. Quartum est, ut etiam seipsum præbeat ad iniuriam sustinendam. Quintum est, ut etiam ad maiora seipsum præbeat quam alius inferat. Sextum est non odisse eum a quo patitur. Septimum est lædentem diligere. Octauum est beneficium libenter ei impendere. Nonum est Deum pro aduersariis deprecari. Requ.

Quantitas meriti ex tribus iudicatur.

Meritum dilectionis inimicorum. & hoc propter tres causas: prima est propter conatum maiorem: secunda propter uementiorem, uel intensiorem feruorem: tertio

infra Patientia.

De Iniuria.

SUMMARIUM.

- 1 Quadruplex est iniuria, & quæ prima.
- 2 De secunda iniuria, scilicet ablationis rerum.
- 3 De tertia iniuria, scilicet angariæ operis.
- 4 De quarta iniuria, quæ est detractionis.

CAP. I.



INIURIA. Nota quod iniuria est quadruplex. prima est læsionis corporis, secunda ablationis artis, tertia angariæ operis, quarta detractionis in quib. præcipitur in Euangelio: &

demonstratur perfectio patientiæ. Prima est iniuria læsionis corporis. Vbi notanda sunt duo. Primum est, quod duplex est iniuria læsionis corporis. Vna est communis vel publica, & talis iussu principis, & manu militis est propulsanda. Alia est personalis siue priuata, & talis si expedit est patienter toleranda. Secundum est quod iniuria personalis seu priuata cõtingit repelli quattuor modis. primo modo ulciscendi libidine vel liuore, & sic nulli licet iniuriam repellere. vnde apostolus ad Ro. 12. Non reddentes malum pro malo: & psal. Si reddidi retribuētibus mihi mala: Secundo intentione uiolentiam inferendi: & hoc etiam non licet: nam si aliquis ad defendendum uitam propriam utatur maiori uiolentia quàm oporteat, peccat. Tertio modo uoluntate se defendendi, cuiuslibet enim est naturale, quod se quantum potest conseruet in esse: & ideo si moderate iniuriam, & uiolentiam sibi factam repellat, tunc licita est defensio. Nam secundum iura, uim vi repellere licet cum moderamine inculpate tutelæ ad uitandum occisionem alterius, quia plus tenetur homo prouidere ui-

ta suæ quàm alienæ, secunda secunda quæ. 64. articul. 7. in corp. quæst. quarto contingit iniuriam repellere intentione impediendi, & sic omnibus licet: & hoc modo Paulus munitus militibus impediuit iudeos ne sibi inferrent iniuriam. Præceptum autem de præparatione maxillæ intelligitur, non quantum ad opus, sed quantum ad præparationem cordis, ut teneatur animi patientia cum beniuolentia: unde dicitur Matth 5. Ego dico uobis nolite resistere malo, sed si quis percussit te in dexteram maxillam, præbe ei, & alteram. Quod uerbum quattuor modis exponitur: primo sic: Qui percussit te in vnā maxillam, præbe ei, & aliam. idest eadem patientia sis paratus sustinere aliam si oportet, ut primam. vbi August. sic dicit: Exemplum autem patientiæ nullum excellentius quàm ipsius domini inuenimus. Nam ipse cum alapa percussus esset, non ait, ecce alteram maxillam, sed ait: Si malè dixi exprobra uel testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid cedis me? Vbi ostendit præparationem alterius maxillæ in corde non semper in opere faciendam. Et Chrysostomus ibi dem ait: Nunquid si repperussis eum cõpescuisti eum ut non te percutiat, sed magis excitasti eum ut adhuc percutiat: nam iracundia per iracundiam non compescitur, sed amplius incitatur; secundo modo exponitur sic: Qui te percussit in vnā maxillam, præbe ei, & alteram, idest qui tibi iniuriatus fuerit, præbe ei, & alteram, non quidem sinistram, ut reddas malum pro malo: nam Christianus non debet sinistram habere, sed dexteram. Pone hic auctoritates Chrysostomus. supra immediatè: Tertio modo exponitur sic: Qui te percussit in vnā maxillam, idest qui exprobrat tibi in tua absentia, patienter sustineas, si exprobrat in præsentia: quarto modo exponitur sic: Qui te percussit in vnā maxillam, idest qui te percutit in vna auctoritate, & tu præbeas ei aliam non re percutiendo nec defendendo te ipsum. Patet ergo breuiter quod iniuriam contingit quattuor modis repellere, primo modo ulciscendo, secundo modo uiolentiam inferendo, & his modis nõ licet, tertio modo se defendendo, quarto modo impediendo: & his duobus modis licet. Re. de iniuria plenius infra Vindicta dist. 2.

Exponit illud si quis percussit te in dexteram.

Læso corpora
lis sit cū
duplici
iniuria.

CAP. II.

SECUNDO principaliter est iniuria ablationis æris. Vbi nota quod contingit repetere sibi ablatum uiolenter quatuor modis scilicet amicabiliter, rationaliter, uiolenter, & latenter. Primo modo contingit rem ablatam repetere amicabiliter: & hoc est licitum omni homini, maxime ubi debitor est reddendo, alias teneris dimittere. Secundo modo contingit repetere rationaliter: & tunc distinguo, quia aut hoc fit in iudicio seculari, aut in iudicio ecclesiastico. Primo enim in iudicio seculari repetere licet suum laicis directè: indirectè autem clericis licet ubi eis deficit ius ecclesiasticum. Nota tamē quod religiosi omnimodam paupertatem professi non possunt repetere in iudicio ecclesiastico, nec per se nec per interpositam personam, & sufficit eis denunciare iudici, & licet eis ut ipse si vult de officio suo faciat illud quod est iuris sine scandalo, & sine litigio sine strepitu iudicii. Quidam uero religiosi sunt, qui habent bona ecclesiarum, sicut possessiones, & talibus licet litigare in foro ecclesiastico per procuratorem non religiosum. Quidam uero religiosi sunt qui possunt procurare bona sua per procuratorem de collegio, dum tamen cum moueant tria simpliciter scilicet zelus iustitię, status ecclesię, & fructus animę. Primum est zelus iustitię: si enim auferretur ius repetendi daretur malis occasio rapiendi. Iob 29. Conterebam molas iniqui. Expones. Secundum est status ecclesię: nam unitas, & pax ecclesię dissiparetur si sua repetere non licet. Tertium est fructus animę. Grego. Quidam dum temporalia scilicet propria nobis rapiunt solummodo sunt tolerandi: quidā uero seruata charitate prohibendi, non solum cura debet esse ne nostra subtrahantur, sed ne rapientes non sua, semetipsos perdant. Est autem sciendum, quod licet perfecti non possint repetere sua in quantum sua, possunt tamen repetere coram iudice sua, non propter se, sed ut alterius, ut patet immediate supra propter tres causas. Et de hoc dantur uersus magistrales tales: Expedi-

infirmis, licet absque dolo sine lite prelati. Licet non expedit anachoritę. Tertio modo contingit ablata repetere uiolenter scilicet per arma: & hoc clericis, & uiris ecclesiasticis penitus est interdictum. Re. supra Bellum: nisi in aliquo casu dispensaret papa propter malitiam tyrannorum, & reuerentia ecclesiarum liberam tenendam uel conseruandam, secundum quod exponit Bern. illud uerbum. Mitte gladium tuum in uaginam. Cur eximis gladium, loquitur ad Eugenium, quem semel reponere iussus es. Quarto modo contingit ablata repetere latenter, & hoc est illicitum: quod probo propter quattuor rationes. Prima est, quia secundum iura talis latenter rapiens ad restitutionem tenetur, licet remaneat sibi actio. Secunda ratio est, quia facit contra rationem: nam secundum philosophum, falso uel malo medio non debet homo sortiri licitum finem, sicut non est mentiendum pro libertate uel liberatione. Tertia ratio est, quia potest contingere quod fiat bis satisfactio pro eadem re, qui enim habet tua ipse uel hæres potest aliquando penitere, & reddere tibi uel heredi tuo post te, uel alicui alteri pro te, & tunc erit tibi bis satisfactum. Quarta ratio est, quia potest esse scandalum ei cui tu furaris pro re tua suspicionis, & iniquitatis in propriam familiam: Illud autem uerbum quod scribitur Matth. 5. Et ei qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, relinque ei, & pallium: exponitur duobus modis. primo sic Qui uult tunicam tuam tollere idest uestes interiores scilicet camisam, & pellicium quę sunt corpori proximiora, & magis necessaria, dimitte pallium, idest uestes exteriores noli prohibere. Et hoc tribus modis. Primo cum armis: secundo cum impetu impatientiæ: tertio sine licentia iuris ubi potest auctoritas iudicis implorari: secundo exponitur sic: Qui uult tunicam tuam idest animam uel interiora opera auferre, & perdere.

Da ei, & pallium, idest corpus antequam animam perdas.

Licet ablatum repetere quatuor modis.

CAP. III.



ER T I O principaliter dico
 q̄ est iniuria operis respectu
 cuius ostenditur patientia, &
 præcipitur Matth. 5. Qui pe-
 tit a te da ei, & uolenti mutuari a te ne
 auerteris. Et Luc. 6. Omni petenti te tri-
 bue, Licet enim possis tenere tua, & non
 semper dare, tamen in quattuor casibus
 est præceptum, & nullus potest excipi ut
 sua ad meliores reseruet usus: primus est
 si est necessitas ex parte petentis: secun-
 dus est si est superfluitas ex parte dantis:
 tertius si est utilitas ex parte muneris.
 Aug. Dandum est, quod tibi nec alteri no-
 cet: quartus est si est congruitas ex parte
 modici loci, & temporis: unde Chrysos-
 tomus super illo uerbo Matth. 5. Qui petit a te
 da ei: sic dicit, Quia diuitiæ non sunt no-
 stræ, sed Dei, Deus enim dispensatores re-
 rum suarum nos uoluit esse non dominos.
 Et Augustinus super illo uerbo. Omni peten-
 ti te, sic dicit: Omni petenti te da, non
 omnia petenti, ut des q̄ potes dare hone-
 stè, & iustè. Quid enim si pecuniam petit
 qua innocentem nitetur opprimere? quid
 si stuprum petat? dandum est ergo quod
 nec tibi nec alteri nocet. Et Chrysos-
 tomus super illo uerbo: Volenti mutuari a te ne auer-
 taris: sic dicit, Iubet nos Christus mutuum
 dare, non tamen sub usuris, quia qui sic
 dat, non sua dat, sed aliena tollit.

CAP. IIII.



QU A R T O principaliter dico
 q̄ est iniuria angariæ operis
 uel detractionis nominis re-
 spectu cuius præcipitur pa-
 tientia: Matth. 5. Si quis te angariauerit mil-
 le passus uade cum eo alia duo. Augustinus ibi
 dem: In hoc genere iniuriarum docet do-
 minus animum Christiani esse patientissi-
 mum, & ad plura perferenda esse para-
 tum, ut non tam pedibus agas quam ut ani-
 mo sis paratus q.d. Si quis te angariauerit,
 id est in iustè traxerit, & sine ratione uexa-
 uerit per mille passus, habeas paratum ani-

mum (si oportet) ad sustinendum per alia
 duo millia. Nota tamen q̄ causa uel occa-
 sio detractionis est duplex. Vna est ex par-
 te patientis in quantum quis præbet occa-
 sionem propter sua mala opera ut infame-
 tur, & derideatur, & tunc quilibet quantū
 potest tenetur, & debet materiam detra-
 ctionis ex parte sua subtrahere, ut non
 solum a malo, sed a specie mala caueat si-
 bi, unde apostolus 1. Thess. ultimo. Ab
 omni specie mala abstinete uos, quod est
 bonum tenete. Alia causa uel occasio detra-
 ctionis est ex parte detrahentis, & hanc
 propter malitiam detrahentis nullus po-
 test subterfugere uel cauere: unde si quis
 pro bonis operibus deridetur, uel diffama-
 tur, & patienter sustinet, meretur: ita di-
 cit Gregorius. Eò se intus robustius quis in
 Deo solidat, quo foris non inuenit in quo
 requiescat. Si uero quis ex culpa sua de-
 ridetur, & diffamatur, talis etsi sustineat
 patienter non meretur: unde Gregorius. Cū
 derisio ex culpa nascitur: profectus nullus
 nec uirtutis meritum in derisione genera-
 tur. Qualiter autem iniuria sit uindican-
 da, toleranda, dissimulanda, & quo tem-
 pore. R. supra Contumelia: Derisio: Fama:
 & infra Vindicta.

Duplex
 occasio
 detra-
 ctionis

De Intentione.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit intentio & cuius poten-
 tiæ sit.
- 2 Secundum intentionem attenditur
 meritum, & demeritum hominis.
- 3 Bona intentio quattuor bona fa-
 cit.
- 4 In opere non semper requiritur in-
 tentio actualis, sed habitualis.
- 5 Intentio est bona ex fine cum om-
 nia in Deum refert.
- 6 Intentio bona est aliquādo causa bo-
 nę uoluntatis, aliquando non.
- 7 In quibus intentio reputetur pro fa-
 cto.

C A P. I.



INTENTIO. Circa intentionem considerare debemus tria, scilicet significatum nominis, statum hominis, augmentum operis. Primo significatum nominis. Nam intentio idem est quod in aliud tentio, & intendere idem est quod in aliud tendere. Tendere autem in bonum aliquod conuenit rationi, & uoluntati differenter tamen, quia, & ratio, & uoluntas differenter tendunt in bonum: quod patet: Nam ratio uel intellectus tendit in bonum duobus modis, scilicet præcognoscendo, & diffiniendo bonum. Voluntas uero tribus modis tendit in bonum: primo appetendo bonum non habitum: secundo præeligendo unum bonum ab altero: tertio perseverando, uel continuando in bono iam habito: propriè tamen intendere nominat actum uoluntatis, secundum quod in ea est uis intellectus uel rationis ordinantis in finem. Hoc autem probo quattuor rationibus scilicet ex parte obiecti, modi, officij, termini. Prima ratio est ex obiecto sic: Quicquid intenditur sub ratione boni ueri uel apparentis intenditur, quia nemo ad malum tendens uel respiciens operatur ut Dionysius dicit, sed uoluntatis est ferri in bonum: non enim uoluntas est nisi boni uel apparentis uel existentis, ergo intendere est actus uoluntatis. Secunda ratio est ex parte modi sic: Illud propriè tendit in aliud quod libere fertur in illud: quod patet, quia illud quod ab alio trahitur ducitur uel impellitur ad agendum, non propriè tendit in illud: libere autem ferri in aliud est uoluntatis: ergo intendere est actus uoluntatis. Tertia ratio est ex parte officij sic, Illius potentia est tendere, & non tendere, cuius est sequi bonum uel fugere malum: sed hoc est uoluntatis, ergo intendere est actus uoluntatis. Quarta ratio est ex parte termini sic: Intendere est finis uel eius quod est ad finem: quod patet, quia intentio non solum est finis ultimi, sed etiam finis medij, nam simul intendit aliquis finem ultimum, & finem medium: uerbi gratia: Ut infirmus medicinam, & sanitatem: sed ad uoluntatem spe-

ctat uelle finem: & id quod est ad finem: quod patet, quia sicut infirmus uult sanitatem, ita uult illud per quod possit consequi sanitatem, ergo &c. Vbi nota duo. Primum est, quod tendere in finem per modum cognoscentis diffiniens, & dirigentis est rationis: sed tendere in finem per modum appetentis, imperantis, & exequentis est uoluntatis. Secundum est quod actus uoluntatis est triplex, scilicet uelle intendere, & eligere. Primus actus uoluntatis secundum se & absolute consideratus est uelle. Secundus actus uoluntatis est intendere secundum quod uoluntas fertur in finem per id quod est ad finem: non enim per hoc solum dicimur intendere sanitatem, quia uolumus eam, sed quia uolumus eam per aliquod aliud acquirere, puta sanitatem per medicinam, ut patet supra. Tertius actus uoluntatis est eligere considerando uirtutem intellectus uel rationis, ea quæ sunt ad finem. Hæc B. Thom. primo scrip. senten. dist. 38. artic. 3. utrum intentio sit aliquid uoluntatis, in cor. q. & in so argu. & prima secundæ q. 12. artic. 1. in corp. & quest. & in so argum. & Alex. 4. parte summ. quest. 24. artic. 1. in cor. q.

Differē
tia intel
lectus
& uolū
tatis.

C A P. II.



SE C V N D O principaliter circa intentionem nota statum hominis. Nam secundum intentionem attenditur meritum, & demeritum hominis, quod tripliciter probo scilicet rationibus, auctoritatibus, & similitudinibus. Primo hoc probo duplici ratione. Prima est talis: Ex eo aliquid remuneratur à Deo, quia est bonum: sed ex intentione aliquid remuneratur à Deo: ita dicit Aug. 9. confes. quod intentio remunerat à Deo, & ergo &c. Hæc B. Thom. prima secundæ quest. 19. artic. 7. argum. contra. Secunda ratio talis est: Aut intentio tantum respicit finem, aut respicit cum fine id per quod peruenitur ad finem. Primo enim si intentio respicit tantum finem, tunc meritum uel demeritum principaliter attenditur pēnes intentionem: unde Ambro. de officio: Intentio scilicet finis operis quod nomen imponit. Secundo si intentio non solum respicit finem: sed id per quod peruenitur

Ratio
& uolū
tas ten
dunt in
bonum
differen
ter.

ad finem, tunc etiam meritum vel demeritum attenditur penes intentionem, eo quod intentio complectitur genus operis cum debitis circumstantiis. Secundo probetur hoc idem auctoritatibus. Et primo auctoritate Isidori qui dicit, quod ex intentione aut approbatur bonum aut approbatur indignum vniuscuiusque opus bonum quod ait intentione bona apparet, quoniam pro mala intentione plerumque bonum opus quod agimus perdimus: secundo probatur hoc idem auctoritate Bedæ sic dicentis: In merito intentionis discernuntur opera an sint lucis an tenebrarum. Hæc Alex. 2. parte summæ quæst. 24. artic. 2.

Bona in
tentio
tribus
compara-
ratur.

Tertio hoc idem probatur similitudinibus vel exemplis: assimilatur enim bona intentio tribus scilicet thesauro excellenti, oculo dirigenti, radio illustranti. Primo assimilatur thesauro excellenti: unde super illo verbo Matthæ. 12. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, & malus similiter mala. Raba. sic ait, Thesaurus cordis intentio est cogitationis, ex qua internus arbiter iudicat prouentum operis, ut aliquando maiora minorem habeant mercedem, aliquando ob incuriam cordis tepidi maiora uirtutum opera ostentantes, minora à domino præmia sortiantur. Secundo intentio bona assimilatur oculo dirigenti, unde Matthæ. 6. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Quod uerbum Augustinus in de sermone domini in monte exponens sic dicit: Oculum hic accipere debemus nostram intentionem, quæ si munda, & recta fuerit, quæ secundum eam operantur bona sunt: si uero obliqua intentio fuerit, etiam bona quæ secundum eam operamur, mala sunt. Et loquitur Augustinus de indifferentibus idest de his quæ ex suo genere non sunt bona uel mala, nec etiam de his quæ ex seipsis sunt mala: unde Augustinus contra mendacium sic ait: Et quæ constat esse peccata, ut furta, homicidia, & huiusmodi mala scilicet supra, nulla intentione bona facienda sunt: uerbi gratia: Quis dicat peccata non esse peccata, uel quis dicat illa quæ de se sunt peccata causis bonis esse facienda, dicens furemur diuitibus, ut habeamus quid debemus pauperibus quid nullus. Ea quippe opera hominum quæ

per seipsa non sunt peccata si causas habuerint bonas uel malas, tunc sunt mala: uerbi gratia: Ut sicut victum præbere pauperibus bonum est si fiat causa misericordiae, malum autem si fiat causa iactantiae. Tertio bona intentio assimilatur radio illustranti: unde Luc. 11. Lucerna corporis tui oculus tuus &c. Quod uerbum exponitur septem modis: primo Augustinus in de sermone domini in monte exponit sic lucidus. Intentio corporis dicitur lumen, cerna quia omne quod manifestatur lumen est, corpus & nobis etiam similiter est manifestum ris tui è quo animo facimus: ipsa uero opera uel oculus facta quæ ad hominum societatem procedunt incertum nobis habent exitum: & ideo dominus tenebras ea uocauit: uerbi gratia: Non enim noui cum pecuniam porrigo indigenti quid inde sit facturus. Si ergo ipsa cordis intentio quæ tibi nota est sordidatur appetitu temporalium rerum: magis ipsum factum cuius incertus est exitus sordidum erit: quia, & si alicui bene proueniat quod tu non recta intentione facias, quomodo tu feceris imputabitur tibi non quomodo illi prouenit. Si autem simplici intentione, idest in fine charitatis opera nostra fiant, tunc munda sunt, & placent in conspectu Dei: secundo Origenes exponit sic dicens: Oculum quippe appellat proprie intellectum nostrum. Tota autem anima (quamuis non corporea) hic tropologice uocatur corpus: Cuius ratio est, quia tota anima illustratur ab intellectu, sicut ab oculo dirigitur totum corpus: tertio hoc eodem modo exponit Theophilus sic dicens: Sicut autem corporis oculus si lucidus fuerit corpus totum lucidum erit, si uero tenebrosus, & corpus similiter tenebrosus. Sic comparatur intellectus ad animam: quarto modo Gregorius in 27. libro morali. exponens lucernam appellat intentionem, & corpus actionem. Lucerna itaque corporis est oculus, quia per bonæ intentionis radium merita illustrantur actionis. Si ergo oculus tuus fuerit simplex &c. idest si recte intendimus per simplicitatem cogitationis bonum, opus efficitur etiam si minus bonum esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosus erit, quia cum peruersa intentione quid uel rectum agitur etiam si splendore coram hominibus

bus cernitur, tamen apud examen interni iudicis obscuratur: unde recte subiungitur: Vide ergo ne lumen quod in te est tenebrarum sint, quia si hoc quod bene nos agere credimus ex mala intentione fusca mus, quanta ipsa mala sunt quae mala esse etiam cum agimus non ignoramus. Quinto modo Beda exponit sic, Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit &c. id est si bona intentione patraueris non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrose cogitationis, etiam si contingat aliquem proximorum tua bona actione noceri, tu tamen pro tuo simplici corde, & hic & in futura lucis gratia donaberis: Sexto modo Remigius exponit sic dicens: Fides lucernae assimilatur, quia per eam gressus interioris hominis, id est actio illuminatur ne offendant, secundum illud psal. Lucerna pedibus meis uerbum tuum: quia si munda, & simplex fuerit totum corpus lucidum erit. si uero sordida, totum corpus tenebrosus erit: Septimo modo Grego. Nazanzenus exponit sic, dicens: Lucerna corporis tui, &c. Ecclesiae lucerna, & oculus ecclesiae est praelatus, necesse est ergo ut si oculo pro se habente corpus pure dirigatur, impuro uero oculo existente corpus impure deuiat. Sic, & in praelato qualitercunque se habeant oportet pariter ecclesiam pati naufragium uel saluari. Et Remigius ibidem sic ait. Per lucernam intelligitur rector ecclesiae qui bene oculus dicitur, quia plebi subiectae quae per corpus intelligitur debet salutaria providere.

CAP. III.

TERTIO principaliter circa intentionem nota profectum operis. Nam recta intentio inter alia quattuor principaliter facit bona: primo enim appetitum rationalem dirigit uel perficit: secundo modum habituales exigit: tertio actum generalem elicit uel eligit: quarto augmentum uel gradum specialem efficit. Primo recta intentio appetitum rationalem id est uoluntatem dirigit uel perficit. Nam si intentio quae est causa uolendi est bona, & uolun-

tas est bona: uerbi gratia. Ut si quis intentione charitatis uult dare eleemosynam in tali casu, & similibus intentio bona facit uoluntatem esse bonam. Et per oppositum si intentio quae causa est uolendi est mala, non potest esse uoluntas bona, sed semper mala. Exemplum, ut qui uult dare eleemosynam propter inanem gloriam consequendam tunc uoluntas est mala, eo quod uult bonum sub ratione mali. Vbi nota quod aliter est de bono, & aliter est de malo, quia malum contingit ex singularibus defectibus: bonum uero ex integra causa, ut dicit Dionysius. unde siue uoluntas sit eius quod est secundum se malum etiam sub ratione boni, ut qui uult furari ut det eleemosynam, siue uoluntas sit bona sub ratione mali, qui uult obedire Deo propter temporalia consequenda, tunc uoluntas his duobus modis semper est mala. Sed ad hoc quod uoluntas sit bona, requiritur quod uelit bonum sub ratione boni, id est propter bonum, ut cum quis uult ieiunare propter Deum, tunc enim uoluntas est bona, propter duo, scilicet propter bonum, & propter intentionem boni finis, ita quod intentio finis boni facit uoluntatem bonam, & per oppositum intentio finis mali facit uoluntatem malam. Haec B. Th. prima secundae quaest. 15. ar. 7. in cor. q. & in solu. 2. & 3. argu.

CAP. IIII.

SECUNDO recta intentio modum habituales exigit: non enim oportet quod semper in opere actualis intentio coniungatur, sed sufficit quod opus ab intentione procedat. Cuius ratio est, quia uis uel uirtus primae intentionis qua aliquis ad orandum accedit, totam orationem meritoriam reddit, sicut in aliis actibus meritorijs accedit. Si autem prima intentio desit orationem Deus non exaudit, nec alia bona acceptat. Contingit tamen quandoque ex speciali gratia Dei quod intentio qua mens fertur in Deum uel ad rem pro qua oratur intantum abundat, ut etiam omnium illorum mens obliuiscatur, sicut dicit Hugo de sancto victore. Haec Beatus Thom.

4. scrip. sent. dist. 6. ar. 2. quæst. 1. in solut.
4. argum. in fine. Et iterum secunda
secundæ quæst. 83. de oratione, arti. 12.
in, cor. q. in principio, & in fine Req. su-
pra Euagatio mentis menti, & infra Oratio
de attentione.

CAP. V.

TERTIO intentio bona, & re-
cta actum generalem elicit uel
elegit. Nam omnis actus est re-
ferendus in gloriam Dei tanquā
in finem debitum, ex quo fine hominis uo-
luntas, & eius actio bonitatem habent:
unde apostolus prima ad Corinth. 10. om-
nia in gloriam Dei facite. Quod uerbum
duobus modis potest intelligi, uel affirma-
tiue, uel negatiue. Si negatiue, sic est sen-
sus: Omnia in gloria Dei facite, idest ni-
hil contra Deum faciatis, & hoc modo præ-
ceptum est: & sic præteritur hoc præceptum
duobus modis, uel per peccatum mortale
quod sit contra Deum, uel per peccatum
ueniale quod sit præter præceptum, & præ-
ter Deum. Si autem intelligatur uerbum
prædictum, omnia &c. affirmatiue, potest
intelligi duobus, scilicet, actualiter, &
uirtualiter. Primo actualiter, ita quod ac-
tualis relatio intentionis in Deum sit con-
iuncta cuilibet actionis nostræ: Secundo
modo uirtualiter, ita quod actualis conuer-
sio intentionis in Deum non quidem in
actu sit cuilibet actioni nostræ coniuncta,
sed in uirtute, secundum quod uirtus pri-
mæ actionis manet in omnibus sequenti-
bus actionibus, sicut, & uirtus finis ultimi
manet in omnibus finibus ordinatis ad ip-
sum. Et hoc modo adhuc præceptum est,
& contingit omissionem eius esse pecca-
tum mortale uel ueniale sicut dictum est.
Si uero intelligatur pro modo scilicet actu
aliter, ita quod actualis conuersio uel ordi-
natio intentionis in Deum sit actu coniun-
ct cuilibet nostræ actioni: hoc potest in-
telligi duobus modis scilicet uel distributi-
ue uel collectiue. Si distributiue sic est sen-
sus. Quamcumque actionem faciatis melius
est eam actu ordinatis in Deum: & sic est
consilium. Si autem sumatur uel intelli-
gatur collectiue, sic est sensus. Omnia ope-

ra uestra faciatis, ita quod nullum eorum
sit, quin in Deum actu ordinetis, & hoc
modo nec præceptum nec consilium est,
sed finis præcepti ad quem per impletionē
præceptorum peruenitur: sic enim sancti
in patria actus suos in Deū actualiter sem-
per referunt. Sciendum tamen quod qua-
litercumque affirmatiue prædicta Apostoli
auctoritas exponatur, non intelligitur ni-
si de operibus deliberate uolitis uel delibe-
rate nolitis, quia illa tantum opera nostra
proprie dici possunt. Hæc Beatus Thom.
2. script. sent. dist. 40. art. 5. in solu. 7. argu.

CAP. VI.

QUARTO intentio argumentum
uel gradum specialem efficit.
Ad cuius euidentiā nota hic
quattuor. Primum est, quod bona intentio
aliquando est ex se causa bonæ uoluntatis.
Secundum est, quod bona intentio non est
tota causa, sed concausa bonæ uoluntatis.
Tertium est, quod in malis malitia inten-
tionis est tota causa malæ uoluntatis. Quar-
tum est, quod per actum quis efficit, non
consequitur quantum intendit, uel suam
intentionem. Primo dico, quod bona in-
tentio aliquando est tota causa bonæ uolū-
tatis, quia cum adest uoluntas bene operā-
di, & non est faciendi facultas, & in hoc
casu loquitur Bern. dicens. Bona intentio
sufficit ad meritum, actio requiritur ad ex-
emplum.

Secundo dico, quod bona intentio non
est tota causa bonæ uoluntatis: sed econ-
uerso scilicet bona intentio simul cum ac-
tu: puta cum homo obligatur ad aliquid
faciendum, & adest faciendi facultas, tunc
sola intentio bona non sufficit ad bonita-
tem uoluntatis sine actu. Tertio dico, qd
in malis mala intentio uel malitia inten-
tionis causat malitiam uoluntatis: uerbi
gratia: ut si quis proijciens lapidem inten-
deret facere homicidium, reus homicidij
esset. Quarto dico, qd in bonis quantitas,
bonitatis, uoluntatis, & operis non sequi-
tur bonitatem bonæ intentionis. Quod p-
bo triplici ratione: Primo ratione impro-
portionis actus, ut puta quando aliquis
vult consequi magnum bonum, & tamen
illud

Cōpræ
henso-
res om-
nes
suos a-
ctus in
deū re-
ferunt.

Vbi me-
riti au-
gumen-
tum cō-
sistit.

illud per quod vult consequi tantum bonum est proportionatum illi bono, nec per consequens dignum illo bono: verbi gratia: Si quis daret decem libras non posset consequi suam intentionem si intenderet emere rem valentem centum libras: secundo aliquis per actum quem efficit non potest consequi quantum intendit, vel suam intentionem ratione remissionis affectus, puta quando intentione existente intentus actus voluntatis, & operis non est ita intensus: verbi gratia: Ut cum aliquis non vult ita intense medicinam sumere, sicut intense vult sanitatem: tertio hoc idem probatur ratione omissionis actus, puta cum aliquis intendit unum intense velle, vel intense aliquid operari, & tamen non propter hoc intense vult, & operatur. Et inde est, quod non quantum aliquis intendit mereri meretur, quia quantitas meriti consistit in intentione actus: unde propter istas tres rationes non consequitur suam intentionem scilicet propter omissionem actus, improprietatem effectus, remissionem affectus, ut patet.

Sed forte argues in oppositum, scilicet, quod quantitas bonitatis intentionis dat quantitatem bonitatis voluntati, & operi tali ratione: Bonitas intentionis causat bonitatem voluntatis, & operis, ergo quantitas bonitatis intentionis causabit quantitatem bonitatis voluntatis, & operis. Et confirmo ratione per illud quod dicit Glossa super illo verbo Matthæ. 7. Bonus homo de thesauro cordis sui profert bona. Tantum quis facit quantum intendit. Respondeo, & dico, quod illud verbum glossæ exponitur quattuor modis: primo quod glossa illa loquitur quantum ad reputationem Dei, qui precipue considerat intentionem finis: unde alia glossa ibidem dicit, quod thesaurus cordis intentio est, ex qua Deus iudicat opera: unde bonitas operis reducat in bonitatem voluntatis, quæ facit etiam exteriorem actum meritorium apud Deum. Hæc Beat. Thom. prima secundæ. q. 19. artic. 8. in corp. q. & in sol. 1. argum. secundo modo illud verbum glossæ exponitur sic: Quantum intendis, scilicet in malis: tantum facis: quia si aliquis intendit peccare mortaliter etiam si committat quod ex suo genere nullum peccatum est, vel saltem veniale, ideo tunc mortaliter peccat, quia

conscientia erronea ligat, non tamen verbum Glossæ in bonis habet locum: quod patet, quia si aliquis intendat meritorium opus, & bonum facere, committens aliquid quod ex suo genere est peccatum mortale non meretur, quia conscientia erronea non excusat, ut qui vult occidere sanctos, ut obsequium præstet Deo, aut qui vult facere furtum, ut det elemosynam. Hæc Beat. Thom. in questionibus disput. de malo, utrum peccatum mortale consistat in actu voluntatis tantum, in sol. 8. argum. in fine.

Vel hoc verbum intelligitur solum in malis, & non in bonis, eo quod multi per modicum laborem magnum aliquid facere intendunt, & credunt, non tamen per hoc magis merentur: tertio modo verbum glossæ: Quantum intendis &c. exponitur sic, quod benedictionis, scilicet tantum, & quantum determinant radicem, videlicet intentionem boni, & mali: unde sensus est, quantum intendis, scilicet ex quam mala intentione intendis aliquid, ex tam mala intentione diceris reus reatu voluntatis in illo actu, non quod ille sit in se adeo malus, sed ex mala intentione. Quarto modo verbum glossæ exponitur sic: Quantum intendis, id est quam intensa voluntate aliquid vis tantum facis, id est tantum mereris apud Deum loquendo de merito essentiali. Nam vbi non est operandi facultas, sola intentio valet ad præmium essentiali. Actus autem exterior supra bonam voluntatem, & intentionem requiritur propter duas causas vel rationes. Prima est propter obligationem, puta cum ex præcepto obligamur ad actum exteriorem, & adest faciendi facultas. Secunda est, propter accidentalem præmiationem. Licet enim actus exterior non addat aliquid super actum intensiorem voluntatis, quantum ad præmium essentiali, addit tamen quantum ad præmium accidentale, ut patet in operibus privilegiatis quibus debetur aureola: quod patet sic: Licet enim quod ad gloriam essentiali animæ, quæ est respectu visionis diuinæ sint pares ille, qui bonum agit voluntate, actu: & ille, qui bonum vult tantum, sed non agit: tamen quod ad præmium accidentale sunt inæquales, quia maior gaudium habebit, qui bonam voluntatem cum actu habuit, quam qui sine actu, puta qui vult sustinere martyrium, Pant. Par. 1. E E E & susti.

Erro-
nea cō-
scientia
non ex
causat.

Vbi fa-
cultas
deficit
sufficit
intētio.

martyrium, & sustinet, quam qui vult sustinere, & non sustinet. Et similiter quantum ad pœnam carentiæ visionis Dei æquales sunt in pœna, peccans voluntate, & actu, & peccans voluntate solum: sed tamen quod ad accidentalem plus angustiat verum conscientiæ qui peccauit voluntate, & actione, quam qui peccauit voluntate sola.

Sed contra, quia Gregorius dicit, quod Deus non considerat offerentium substantiam, sed conscientiam, nec attendit quantum offeras, sed ex quanto. Respondeo, & dico, quod Deus non considerat principaliter quantum, sed ex quanto, sed tamen non est verum quod non omnino attendat quantum. Hæc Alexand. 2. parte summ. quæst. 24. de intentione, artic. 2. in solut. ultim. argument.

C A P. VII.



AD maiorem euidenciam prædictorum quæro hic quatuor quæstiones. Prima est, an intentio reputetur pro facto.

Responsionem Req. infra. Vo-

luntas humana. Secunda quæstio est an intentionem nostram & omnem actionem teneamur referre in Deum. Respondeo, & dico, quod duplex est præceptum scilicet affirmatiuum quod obligat semper, sed nō ad semper, & negatiuum quod obligat semper, & ad semper. Præceptum ergo de intentione, & de actibus referendum in Deum est affirmatiuum: & ideo obligat semper, sed non ad semper scilicet pro loco, & tempore, puta cum aliquis actu cogitat de fine principali operis, scilicet de Deo, & de opere, & de obligatione quam debet creatura rationalis Deo: totā enim se debet Deo, & secundum suam substantiam, & virtutem, & actionem. Hæc Alex. 4. parte summ. quæstion. 39. articul. 8. vtrum omnes actiones nostras, & intentiones teneamur referre in Deum, in corp. q. Tertia quæstio est, an aliquis possit suam intentionem referre ad plures fines, scilicet ad Deum, & ad regnum Dei, & ad bona temporalia. Respondeo, & dico, quod ponere intentionem ad unum principaliter, scilicet ad regnum Dei, & ad aliud secundario, puta ad bona temporalia, vt ordinata ad finem ultimum est licitum, & merito-

rium, verbi gratia: Si quis laborat in via Dei eo fine, vt acquirit temporalia, acquirere autem vult hæc, vt sustentetur, sustentari autem vult ad hoc, vt seruiat Deo, quod est iustum, & per hoc pertinet ad regnum Dei, hoc est licitum, & meritorium. Et super illo verbo Apostoli ad Rom. 7. Non enim quod volo ago. Glo. triplex velle distinguit scilicet velle naturæ, gratiæ, culpæ. Velle comedere vel aliquid aliud facere solum propter sustentationem naturæ, est velle naturæ siue naturale. Velle autem comedere propter voluptatem, quæ in cibo quæritur, est velle culpæ, & per consequens vituperabile. Velle autem comedere ad hoc, qd sustentetur in seruitio Dei, est velle gratiæ, & per cōsequens laudabile, & præmiabile. Hæc Alex. 3. parte summ. q. 39. articul. 8. vtrum omnes actiones nostras teneamur referre in Deum, in corp. quæst. Quarta quæstio est, vtrum aliquis possit licitè habere respectum in seruitio Dei, vel intentionem ad aliquam mercedem. Respondeo, & dico, qd duplex præmium, vel merces intenditur, & quæritur. sc. præmium quod est finis amati, & præmium quod est finis seruitij, vel amoris. Primo ergo si quæritur præmium quod est finis amati scilicet Dei, sine intuitu præmij Deo est seruiedum, quia extra Deum nihil est quærendum pro præmio, & quod est cōtra charitatē. Et sub hoc sensu loquitur Aug. dicens: Licet Deo sine præmio seruiti non possit, tamen sine intuitu mercedis, vel præmij quod est finis amati est Deo seruendum. Secundo vero si intenditur, & quæritur in seruitio Dei præmiū quod est finis seruitij, vel laboris, vel amoris, intuitu talis præmij, vel mercedis Deo est seruendum: vnde Hiero. ad Pama-chium pitagoricum sic ait: Quicquid agis pro æterna mercede age, & nihil studeas propter laudem vel propter humanam opinionem, vel propter famam agere: sed propter vitam æternam. Hæc B.

Thom 3. scrip. sent. distin-

ctio. 29. arti. 4. in cor.

q. & in fol. 3.

argum.

Triplex
velle.

De Inuidia.

S V M M A R I V M.

- 1 Quid sit inuidia, & qui sint inuidi.
- 2 Quale peccatum per inuidiam committatur.
- 3 Inuidia aliquando est peccatum mortale aliquando veniale.
- 4 Inuidia generat quinque peccata.

C A P.

I.



INVIDIA Circa inuidiam quattuor considerare debemus: primo subiectum quod inficitur, secundo obiectum quod conspici-
tur, tertio reatum qui incurritur, quarto effe-

ctum qui producitur. Primo considerare debemus subiectum quod inficitur. Nam inuidia est tristitia de bono alterius: prout illud bonum diminuit gloriam, quam quis appetit, & cui conatur preferri, unde si aliquis tantum distat ab aliquo loco, tempore, vel dignitate, ita quod preferri vel æquari non studeat, nec conatur, ad talem inuidia non habetur, sicut plebs non inuidet regi, nec rusticus Papæ. Si uero inferior a superiori parum deficiat, & eum adæquare, vel superare non possit, tunc de excessu alterius inuidet, & tristatur, & inde est quod honorum amatores bonorum consumptores, pusillanimes, & senes sunt inuidi: primo enim bonorum amatores inuidet his, qui in honore eos excedunt, & quia eis se æquare non possunt, & eis velent preferri nec possunt, & ideo tristatur de eorum excessu in gloria, & honore, secundo inuidet alijs bonorum consumptores. Nam qui multa expendunt ad aliquid consequendum inuidet

his qui parvis expensis illud sunt affecti: tertio inuidet alijs pusillanimes, quia omnia reputant magna, & quicquid boni alicui accidat, reputant se in magno esse superatos. Quarto senes inuidet iunioribus. Et hoc propter duo, primo, quia dolent de amissione bonorum suorum, secundo quia dolent de consecutione aliorum, scilicet, de hoc quod alij consecuti sunt bona, secunda secundæ, quæst. 36. artic. 1. in solut. argumen.

C A P.

II.



SE C V N D O principaliter considerare debemus vicium quod committitur. Quod enim inuidia sit peccatum tali ratione ostendo: Nihil prohibetur nisi peccatum, sed inuidia prohibetur, ita dicitur ad Gall. 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes, ergo &c. secunda secundæ, vbi supra, artic. 2. arg. contra.

Est autem sciendum, quod cum inuidia sit tristitia de bonis alienis, & dolor, potest homo dolere de bono alieno quattuor modis seu rationibus, scilicet, ratione carentiæ, insufficientiæ, iniuriæ, excessuæ.

Primo ratione carentiæ. Cum enim quis tristatur de bono alterius non ex eo quod aliquis habet bonum, sed ex eo quod illo bono caret, tunc tristitia talis non est inuidia, sed potius zelus, qui quidem zelus est laudabilis si sit circa bona honesta, sicut dicitur prima ad Corinth. 14. Emulamini spiritualia. Si autem sit zelus de bonis temporalibus potest esse sine peccato, & cum peccato.

Secunde ratione insufficientiæ Tristatur enim quis de bono alterius in quantum ille, qui illud bonum habet est eo indignus. Hæc autem tristitia de bonis spiritualibus nunquam oritur, & de bonis temporalibus nunquam oritur, & de bonis temporalibus prohibetur: primo tristitia de bono spirituali non oritur, puta de bonis spiritualibus sit indignus, tunc quia quilibet existens in amore Dei huiusmodi bo-

Tristatur quis de bono alieno quattuor modis.

nis est dignis: tum quia licet de se sit indignus, efficitur tamen dignus à Deo: secundo tristitia de bonis temporalibus prohibetur, secundum illud psal. Noli æmulari in malignantibus &c. Et præcipue propter duas causas, scilicet propter Dei ordinationem, & propter eorum conditionem: primò nullus debet tristari si bona temporalia indignis eueniunt propter Dei ordinationem: nam ex iusta Dei ordinatione indignis proueniunt, vel ad eorum correctionem, vel ad eorum damnationem: secundo nullus debet tristari si bona temporalia peccatoribus, & indignis eueniunt propter eorum conditionem. Nam hæc bona temporalia sunt, respectu spiritualium, & æternorum, quæ bonis, & Deum diligentibus reseruantur, & hic aliquantulum possidentur.

Tertio ratione iniuriæ, vel offensæ: dolet enim quandoque aliquis de bono alterius: in quantum bonum alterius sibi, & alijs nocet, & talis tristitia non est inuidia: & potest esse sine peccato: unde Greg. 22. Moral. sic dicit Euenire plerunque solet, ut non amissa charitate in inimici nos ruina lætificet, & rursus eius gloria sine inuidiæ culpa contristet, cum ruente eo quodam bene erigi credimus, & proficiente illo plerosque iniusta opprimi formidamus.

Quarto ratione excedentiæ. Cum enim tristatur aliquis de bonis alterius in quantum excedit eum in bonis, tunc talis tristitia proprie est inuidia: & istud semper est prauum, & vitiosum, quia de bono proximi dolet, de quo est gaudium, secunda secundæ. q. ubi supra artic. 2. in corp. q. per totum.

similiter in viris perfectis inueniuntur aliqui primi motus inuidiæ, qui sunt peccata venialia.

Secundò uero prout inuidia est in ratione seu in deliberato actu rationis, tunc est peccatum mortale. Quod probatur triplici ratione, scilicet, ratione contrarietatis, pœnalitatis, similitudinis. Primò ratione contrarietatis sic: Illud quod directè opponitur charitati est peccatum mortale: sed inuidia est huiusmodi. quod patet, quia sicut charitas gaudet de bono proximi, ita per oppositum inuidia de eodem tristatur, ergo &c. ubi supra artic. 3. in corp. q. Nota etiam ibi, quod sicut inuidia opponitur charitati, ita etiam opponitur misericordiæ, & nemesi: primò opponitur misericordiæ, quia inuidus tristatur de bono proximi: misericors autem de eius bono gaudet, & de malo tristatur: unde inuidi non sunt misericordes: secundo etiam opponitur nemesi: nam nemeticus tristatur de bono indignè agentium, secundum illud psal. Zelauit super iniquos &c. inuidus autem tristatur de bono eorum, qui sunt digni, ubi supra in sol. 3. argum.

Secundò inuidia est peccatum mortale ratione pœnalitatis uel punitionis sic: Nihil occidit spiritualiter animam nisi peccatum mortale: sed inuidia facit huiusmodi: ita dicitur Iob. 5. Paruum occidit inuidia, ergo &c. ubi supra arg. contra.

Tertio ratione similitudinis sic: Tria sunt peccata quæ æqualem pœnam merentur, ut dicit, scilicet cum aliquis manu occidit, cum lingua detrahit, & cum corde odit, & inuidit: sed homicidiū est peccatum mortale, ergo inuidia. Est autem sciendum, quod licet inuidia ex suo genere sit peccatum mortale, ut patet, est tamen quædam inuidia, quæ inter peccata grauissima computatur, scilicet inuidia fraternæ gratiæ, secundum quod aliquis dolet de ipso augmento gratiæ Dei, & non solum de bono proximi: unde ponitur peccatum in spiritum sanctum, quia per hanc inuidiam quodammodo homo inuidet spiritui sancto, qui in suis operibus glorificatur, secunda secundæ, ubi supra, artic. 4. in solu. 2. argum.

Inuidia opponitur misericordiæ.

Tria peccata merentur pœnam æqualem.

C A P. III.

TERTIO, principaliter considerare debemus reatum, qui incurritur. Nam inuidia habet esse in sensualitate, & in ratione.

Primò enim in quantum motus inuidiæ est quædam passio sensualitatis, tunc talis inuidia est peccatum veniale, qualis inuidia inuenitur in infantibus, in quibus tamen non potest esse peccatum mortale: &

CAP. III.

De Ira.

SUMMARIUM.



QUARTO principaliter circa inuidiam considerare debemus effectum qui producitur.

Vbi nota quod inuidia ex parte una ex peccato oritur, ex alia uero parte producit ex se multa genera peccatorum, ut mater multitudinem filiarum. Primo enim inuidia est filia inanis gloriæ, & superbix, ita dicit Greg. 21. moral. Primo nanq; superbix soboles inanis est gloria, quæ dum oppressam mentem corrumpit, mox inuidiam gignit, quia dum uani nominis appetit gloriam ne quis hanc alius adipisci ualeat, tabescit. Secundò inuidia causat quinque genera peccatorum tã quã filias eius quæ sunt odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis, afflictio in prosperis. Primũ peccatũ inuidiæ est odiũ, quia sicut bonum delectans causat amorẽ, ita tristitia causat odium. Secundum peccatum inuidiæ est susurratio in quantum inuidus dolens de gloria alterius eam diminuit in occulto. Re. infra Susurratio. Tertium peccatum inuidiæ est detractio, in quantum inuidus intendit gloriam alterius diminuire manifeste. Re. infra Detractio. Quartum peccatum inuidiæ est exultatio, in quantum inuidus de alterius ruina lætatur, contra quod dicitur prouer. 24 Cum cæciderit inimicus tuus ne gaudeas. Quintum peccatum inuidiæ est afflictio, in quantum inuidus de gloria, & prosperitate proximi cruciatur, secunda secundæ, ubi supra arti. 4. in solut. 3. arg. Hæc autem tangit Seneca in quadam epistola dicens: Inuidia inuidum torquet; & macerat, bona odit, & extenuat, iniurias dilatat, & auget. Et quidam sapiens Petrus nomine sic dicit: Inuidus felle vret in pectore, linguam venenosam habet, pallorẽ in facie, tremorem in labijs, stridorem in dentibus, risus abest, nec fruitur somno, uigilantibus excitatur curis. Et Seneca in lib. de moribus, Vtinam inuidi oculos haberent in omnibus ciuitatibus, ut de omnium felicitatibus torquerentur:

nam quanta felicitum gaudia,
tanti sunt gemitus
inuidorum.

- 1 *Causa iræ est triplex.*
- 2 *Iræ effectus quadruplex.*
- 3 *Triplex modus irascendi est in hominibus.*
- 4 *Ira per zelum est laudabilis.*
- 5 *Appetitus uindictæ est contra ordinem rationis.*
- 6 *Ira generat sex mala.*
- 7 *Ira est uitanda, quia contraria est quattuor virtutibus.*

CAP. I.



IR A. Circa iram cõsiderare debemus tria, primo motiuum, secundo effectum, tertio modum. Primò cõsiderare debemus iræ motiuũ uel causam. Nã causa uel

motiua principalia iræ ad quæ omnia alia reducuntur sunt tria, ut dicit philosophus. 2. ethi. primum est iniusta paruipensio uel despectio: secundum est uoluntatis implemẽ de rebellio: tertium est contumeliatio.

Primum motiuum iræ est iniusta paruipensio uel despectio. Et hoc triplici ratione. scilicet excellentiæ, insufficientiæ, circumstantiæ: Primo iniusta despectio est causa iræ rationem excellentiæ, nam quanto aliquis est excellentior, tanto iniustus paruipendit in eo in quo excellit. & ideo qui sunt in aliqua excellentia maxime irascuntur si a minoribus despiciunt, sicut si despicitur in pecunia diues, in loquendo rhetor, & sic de alijs, prima secundæ quæst. 48. artic. 3. in cor. q. Secundò iniusta despectio est causa iræ ratione sufficientiæ. Sicut. n. quanto quis est maior uel excellentior, tanto indignius despicitur, ut patet supra: immedietè, ita quãto aliquis est maior, tãto indignius despicit: & ideo nobiles irascuntur si despiciantur a rustico, uel sapientes ab insipientibus, & domini a seruis, & diuites a pauperibus, ubi supra arti. 4. in cor. quæst. Tertio

Origo
iræ fer-
uentio-
nis.

iuncta despectio est causa iræ ratione circumstantiæ: unde videmus, quod homines defectibus subiacentes sicut infirmi, & debiles facilius dolent, & contristantur, & per consequens facilius irascuntur, vbi supra arti. 3. in cor. q. in fine.

Secundum motiū iræ est voluntatis impeditæ rebellio. Cum enim quis impeditur ab eo quod cupit de facili irascitur, & contristatur aduersus impediētem.

Tertium motiū uel causa iræ est contumeliatio: nam ira causatur ex memoria illatæ iniuriæ, hoc autem contumeliosus facit, quia dictis, uel factis iniurias infert alteri. Req. supra. Contumelia &c.

C A P. I I.

SE C U N D O principaliter considerare debemus iræ effectum. Nam ira inter alia quatuor causat: primò cordis delectationem: secundo sanguinis accensionem: tertio vocis clamorem: quarto rationis imbecillitatem.

Ab ira
delecta-
tio cor-
dis.

Primò causat cordis delectationem, & hoc ex tribus scilicet ex spe, imaginatione, consecutione: primò ira causat delectationem cordis ex spe. Cuius ratio est, quia nullus irascitur nisi sperans uindictam, ex spe autem uindictæ propter contristantem iniuriam repellendam sequitur delectatio: secundo ira causat delectationem ex imaginatione. Sicut enim imaginationes somniorum sunt delectabiles, sic immorari in cogitatione eorum, quæ quis concupiscit est delectabile: & quia iratus imaginatur, & cogitat de uindicta, ideo talis imaginatio, & cogitatio irato est delectabilis: tertio ira causat delectationem ex consecutione. Sicut enim sitienti fit potus delectabilior sic cum ira sit appetitus uindictæ ex illa iniuria ad præsentiam uindictæ sequitur delectatio, prima 2. q. 48. art. 1.

Sanguis
accen-
ditur.

Secundo ira causat sanguinis feruorem uel accensionem: nam ex illata iniuria appetitus ad uindictam repellendam potissimè, & vehementissimè incitatur: vehementia autem talis appetitus est causatiua accensionis sanguinis, & spirituum circa cor quæ est passionis animæ instrumentum: unde

Dama. dicit, quod ira est feruor sanguinis, qui circa cor est ex euaporatione fellis ueniens, prima secundæ, vbi supra, art. 2. arg. contra, & in cor. q.

Nota tamen hic duo propter solutionem argum. & propter auctoritatem Damasceni. Primum est quod amor & ira diuersimodè causant feruorem: nam feruor amoris est cum quadam dulcedine, & leuitate: unde assimilatur caloris aeris, & sanguinis, propterea sanguinei sunt amatiui. Feruor autem iræ est cum amaritudine ad consumendum, quia tendit ad punitionem contrarij: unde assimilatur calori ignis, & cholere, propter quod dicit Damascenus, quod ira fellea nominatur, eo quod procedit ex amaritudine fellis. Secundum est, quod quamuis feruor additur feruori augmentet feruorem, non tamen ira addita iræ auget iram, sed mitigat. Cuius ratio est, quia uirtus in plures partes diuisa diminuitur: unde quando iratus irascitur uni, & postmodum alteri, tunc diminuitur ira ad primum, & præcipue si ad secundum fuerit maior ira, prima 2. ubi supra, art. 2. in sol. 1. & 3. arg.

Tertio ira causat vocis clamorem, & taciturnitatem: primò ira causat vocis clamorem hoc modo, quia ex abundantia perturbationis cordis sequitur motus illorum membrorum ex quibus expressius nestigiū cordis relucet, sicut in oculis, in facie, & in lingua. unde dicit Grego. 5. li. Moral. quod iræ sue stimulis accensum cor palpitat, cor pus tremit, lingua se præpedit, facies ignescit, exasperantur oculi, &c. comple. Et Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. secundo ira causat taciturnitatem, quando scilicet perturbatio iræ est tanta, quod per inordinatum motū cordis impeditur motus membrorum exteriorum, & quandoque mors sequitur: unde Grego. 5. Moral. dicit, quod ira per silentium clausa intra mentem vehementius estuat, prima secundæ vbi supra art. 4. art. contra in cor. q. & in solut. 3. argu.

Clamor
& silen-
tium.

Quarto ira causat rationis imbecillitatem. nam ira impedit iudicium rationis: quod tripliciter patet, scilicet ratione, similitudine, & auctoritate: primo probatur ratione sic: Perturbatis, & impeditis uiribus sensitiuis quibus intellectus ad suum actum indiget, perturbatur, & impeditur iudicium rationis: sed ira perturbat cor,

Imbe-
cillitas
rationis.

& membra in quibus vestigium rationis apparet, vt supra patet, ergo &c. secundò probatur similitudine sic: Sicut enim somnus, & ebrietas perturbant iudicium rationis, ira etiam ira: tertio probatur auctoritate, & primo beati Greg. 5. Moral. sic dicentis: Ira intelligentiæ lucem subtrahit, cum mentem permouendo confundit: secundo auctoritate psalm. Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. prima secundæ ubi supra, artic. 3. per totum.

CAP. III.



TERTIO principaliter considerare debemus iræ modum. Nam tres sunt modi seu species iræ, secundum quod dicunt Damascenus, & Gregorius Nicenus scilicet fellea, mania, furor. Ratio autem istarum specierum est ista: primo enim ira fellea dicitur à facilitate irascendi: secundo ira dicitur mania à manendo idest à diuturnitate memorandi: tertia ira quæ est furor dicitur ab intentione puniendi, & vindicandi, eo quod nunquam quiescunt irati, donec puniant, ira quod ira fellea importat velocitatem ad irascendum, ira mania importat diuturnitatem de iniuria memorandi, ira quæ dicitur furor importat firmitatem animi: vel propositi ad puniendum, prima secundæ. quæst. 46. artic. 8. in corp. q. Aristoteles autem. 4. Ethic. dicit, quod irascentium est triplex modus, vel gradus. Quidam enim sunt acuti, quidam amari: quidam difficiles seu lgraues: primò enim acuti sunt, qui nimis cito, & ex leui causa irascuntur: secundo amari sunt, qui ex illata iniuria diu memorantur, & amarificantur: tertio vero graues, & difficiles sunt, qui nunquam quiescunt, nec irā dimittunt nisi vindicentur, & puniant, prima secundæ q. 4. artic. 8. in corp. q. & secunda secundæ. q. 158. artic. 5.

argu. contra, & in corp. q. per totum.

CAP.

IIII.



AD HVC circa iram consideranda sunt tria. primum est: quod ipsa est licita, & laudabilis: secundum est, quod ipsa quādoq; est prohibita, & increpabilis: tertium est, quod ipsa est nocua, & pœnalis.

Primò ira quandoque est licita, & laudabilis scilicet ira per zelum, quæ est secundum ordinem rationis. Vbi nota, quod ex duobus est, secundum ordinem rationis scilicet ex parte actus exterioris, & ex parte motus interioris.

Primò ira est, secundum ordinem rationis ex parte exterioris actus. Cum enim ira sit appetitus vindictæ si aliquis vindictā appetit secundum ordinem rationis, ita q. in appetendo & in faciendo vindictam cōcurrant tria: primum est, auctoritas præsentis: secundum est, prauitas delinquentis: tertium est utilitas finis conuenientis, qui est triplex scilicet cōseruatio iustitiæ, correctio culpæ committentis, vitatio cōmittendæ, tunc appetitus vindicantis, qui procedit ex ira per zelum est secundum ordinem rationis.

Secundo modo ira per zelum est secundum ordinem rationis ex parte motus interioris, ut. s. motus iræ nec interius nec exterius immoderatè feruescit. Licet. n. aliquis appetat iustam vindictam, tamen si motus iræ immoderatè feruescit, talis motus non erit absq; peccato, vt infra immediatè patebit. 2. 2. q. 158. artic. 2. in corp. q. in fine: vnde in psal. dicitur: Irascimini, & nolite peccare. Quod verbum B. Tho. super psalterium tribus modis exponit: primo. n. excludit iram inordinatam. Irascimini, & nolite peccare, quasi diceret, permittitur vobis q. motus iracundiæ insurgant in vobis, nō tamen iracundiam perducatis ad actū peccati, ad Ephe. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram: secundo modo exponit sic: Irascimini. s. contra peccata vestra: Isa. 63. Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi: & sic nolite peccare quasi diceret: Sic irascimini contra peccata præterita, vt non committatis alia: tertio intelligitur de ira per zelum sic: Irascimini contra vitia aliorum, & tamen nolite peccare eos inordinatè corrigendo, uel peccata eorum tacendo, vel simulando.

EEE 4 CAP.

Ira laudabilis.

Tres species iræ.

C A P. V.



SE C U N D O principaliter dico, quod ira per vitium est prohibita, & increpabilis. Vbi nota, quod ira per vitium uocatur appetitus uindictæ contra ordinem rationis. Appetitur enim uindicta contra ordinem rationis quattuor modis: primo si appetit puniri eum qui non meruit, secundo si appetit puniri ultra quam meruit: tertio si appetit non secundum ordinem legitimum quem iudex seruare debet. Req. infra Iudex: quarto si appetit puniri non propter finem debitum qui est triplex scilicet conuersatio iustitiæ, correctio commissæ culpe, uitatio committende, ut cæteri timorem habeant: ut patet sup. Quod autem ira per vitium sit prohibita probatur tali ratione, Sicut enim nihil præcipitur nisi bonum, ira nihil prohibetur nisi malum: sed iram prohibet Apostolus ad Eph. 4. Omnis indignatio, & ira tollatur à vobis, ergo &c.

Sed fortè dices, quod ira non sit peccatum tali ratione: Nullus peccat in eo quod uitare non potest: sed secundum Augustinum iram homo uitare non potest, quia motus iræ non est in potestate nostra: ergo &c. Respondeo, & dico, quod motus iræ non est in potestate nostra in generali, ut nullus insurgat motus, est tamen per arbitrium rationis motus iræ in potestate nostra, ut scilicet reguletur ratione ita, quod ratio potest impedire omnem motum iræ ne insurgat contra rectam rationem ubi sup. artic. 2. in corp. q. & in argum. contra, in sol. 2. argu.

Si autem queris, an ira per vitium sit peccatum mortale an ueniale? Dico, quod potest esse utramque: primo enim ira est, peccatum ueniale: cum enim ira præuenit iudicium rationis, ita quod iratus: primo subito, & indeliberatè irascitur, secundo non nimis ardentè, tertio in aliquo modico irascitur, puta quod trahat puerum per capillos, talis ira secundum se est peccatum ueniale. Si autem tanta sit uehementia iræ, quod aliquis deliberatè uel ex rationis consensu proximi occisionem, uel aliquam grauem læsionem appetat, ex qua excidat à dilectione proximi, & Dei: & ta-

lis ira absque dubio est peccatum mortale, secunda secundæ, ubi supra, artic. in corp. quæst. & in sol. 2. argumen. Quod autem sit grauius peccatum, an ira uel odium. Req. infra Odium.

C A P. VI.



I E R T I O principaliter dico, quod ira per vitium est nociua, & pœnalis, eo quod ex ira multa uitia oriuntur: quod sic probo: Vitium capitale est illud, ex quo multa ui-

tia oriuntur: sed ex ira multa uitia oriuntur: quod probo duplici ratione, scilicet aspectus, & impetus: primo quod ira producit multa uitia probo ratione aspectus uindictæ: nam uindicta quam iratus aspiciat sub ratione iusti, & honesti uel honorabilis multum, & multos allicit, & delectat: secundo ratione impetus iræ. Nam ira suo ueloci impetu mentem præcipitat ad quæcunque inordinata agenda, secunda secundæ, ubi supra artic. 2. in corp. q.

Vbi nota, quod ira sex mala, uel uitia generat ueluti filias eius, ut dicit Greg. 3. 1. Moral. quæ sunt, indignatio, timor mentis, clamor, blasphemia, contumelia, rixæ. Ratio autem quare hæc peccata oriuntur ab ira est ista, quia ira habet esse in tribus scilicet in corde, in ore, in opere isto modo, uel ordine: nam in corde concipitur, ore exprimitur, opere completur.

Primo enim in corde concipitur scilicet quando intus accenditur: & tunc ira in corde existens duo uitia causat: primo indignationem mentis, per quam iratus indignum reputat, ut aliquis tale quid sibi fecerit: secundo ira in corde existens causat metis tumorem per quem iratus cogitat diuersas uias uindictæ.

Secundo ira sermone exprimitur, uel ostenditur quando clamor attollitur, & tunc iratus sermone, & inordinato clamore dupliciter peccat: primo enim altè, & confusè loquitur cōtra Deum blasphemando Deū: secundo aliquando altè, & confusè loquitur contra proximum conuitando, & detrahendo ei, Req. supra. Blasphemia: Contumelia,

melia, Derratio,

Tertio ira opere completur, quando nocumentum infertur, & tunc ira in opere causat effusionem: nam ex ira oriuntur rixæ per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto, uel opere proximis inferuntur. 2. 2. ubi supra, artic. 7. per totum: unde Prouer. 29. Vir iracundus suscitatur rixas: & Eccl. 28. Homo iracundus intendit litem, & vir peccator amicos perturbat, & in medio pacem habentium immittit inimicitias,

Iracundorum triplex differentia. Est autem sciendum, quod iracundorum triplex est differentia, quia quidam sunt cholericici, quidam melancholici, quidam sunt seueri. Prima enim species iracundorum est, qui sunt cholericici, & isti sunt prompti ad iram, quia uelociter irascuntur, & quibus personis non oportet, & quibus rebus non oportet, & uelociter quam oportet, non tamen multo tempore durat eorum ira, sed uelociter ab ea quiescunt. Cuius ratio est, quia cholericici propter subtilitatem, & uelocitatem cholerae non tenent iram diu in corde, sed statim eam per uindictam uel per signa aliqua manifestant, sicut patet exemplum de calore, quia calor inclusus magis conseruatur, euaporans autem citius euanescit: & hoc est optimum in eis, quia licet tales uelociter irascantur ratione prædicta, tamen uelociter ab ira requiescunt. Secunda species iracundorum est, qui sunt Melancholici, quorum ira difficile soluitur & diu irascuntur. Cuius ratio est, quia tales propter grossitatem humoris melancholici, uel terrestri diu tenent impressionem receptæ iniuriæ, ex qua diuturna impressione tres malas conditiones habent. Prima est, quia nullus potest eorum iram persuadendo mitigare ad hoc, quod dirigatur, eo quod ab alijs ignoratur. Secunda est, quia tales, qui sic iram occultam in corde retinent, sunt sibi ipsi molestissimi, & præcipue amici cum quibus delectantur non possunt conuiuere, propter quod uocantur amari. Tertia est, quia nunquam requiescunt ab ira, nisi quando retribuunt uindictam pro illata iniuria: nam punitio impetum iræ facit quiescere dum loco tristitiæ præcedentis inducit delectationem, in quantum aliquis de uindicta delectatur, sicut prius de iniuria tristatur.

Tertia species iracundorum est, qui sunt seueri, qui diffidit, uel graues uocatur, eo quod tales irascuntur quibus non oportet, & in quibus non oportet, & magis quam oportet: & tales nunquam commutantur uel remouentur ab ira, sine hoc quod puniatur uel cruciantur eos quibus irascuntur. Cuius ratio est, quia in talibus non est diuturnitas iræ ex sola intentione iræ, ut possit tempore digeri, sed ex proposito firmato puniendi seu ad puniendum. Hæc Aristoteles. 4. lib. Ethic. cap. 12. quod incipit. Mansuetudo autem. Hæc B. Thom. in scripto in expositione textus ibidem.

CAP.

VII.



Ad cuius euidenciam est sciendum, quod ira quæ est per vitium cuiuscunque sit differentie, uel speciei est uitanda, eo quod quattuor uirtutibus opponitur, uel contrariatur scilicet affabilitati, mansuetudini, clementiæ, & patientiæ.

Primo contrariatur affabilitati. Cuius ratio est, quia affabilitas eligit contristare ubi oportet, & delectare ubi oportet, ut dicit philosophus 4. libr. Ethic. cap. 13. De colloquijs autem &c. Iracundus autem irascitur quibus non oportet, & in quibus non oportet, & magis quam oportet, ut patet supra. Affabilis autem, qui est uirtuosus amicus quandoque propter aliquod bonum consequendum, quandoque propter aliquod malum excludendum non refugiet contristare eos cum quibus uiuit, ut patet per philosophum: unde Apostolus dicit 2. ad Corin. 7. Si contristauimus uos in epistola, non me poenitet. Et postea subdit: Gaudeo non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam. Et ideo his, qui prouisi sunt ad peccandum non debemus hilaritatem vultus ostendere ad eos delectandum, ne videamur consentire eorum peccato, & quodammodo audaciam peccati administrare: unde dicit Eccl. 7. Filie tibi sunt, serua corpus earum, & non ostendas faciæ tuæ hilaritatem ad eas. Hæc B. Th. secunda secundæ, q. 114. art. 1. in sol. 3. argu. in fine.

Secundo iracundia contrariatur mansuetudini, quæ est, refrenatiua iræ. Dicitur. n. aliquis mansuetus ex eo, quod non irascitur quasi manu assuetus ad similitudinem bestiarum,

rum, quæ iracundiam deponunt manibus hominum assuetæ: vnde aliquis dicitur mansuetus cum qualitercunq; non irascitur: sed superabundantia iræ uocatur iracundia. Hæc Beatus Thom. in scri. super quantum librum Ethicorum cap. 12. quod incipit: Mansuetudo autem.

Sed fortè quæres an totaliter vel omnino non irasci sit vitium? Respondeo, & dico, quòd defectus iræ totaliter idest quandoque non irasci est vituperabile: quod ostendo triplici ratione scilicet, insipientiæ, vindictæ, pigritiæ. Primò enim omnino nō irasci est vituperabile ratione insipientiæ, sic: Omne quod pertinet ad insipientiam est vituperabile, quia laus virtutis est quòd operatur secundum rectam rationem prudentiæ, sed ad insipientiam videtur pertinere, quòd aliquis non irascitur secundum debitas circumstantias scilicet in quibus oportet irasci, & eo modo, & tempore quo oportet irasci, & quibus personis oportet irasci. Et confirmo hanc rationem secundo sic: Manifestum est enim q̄ ira causatur ex tristitia: tristitia autem est sensus nocimenti. Si ergo aliquis non irascitur quādo oportet, & quibus oportet, & eo modo, & tempore quo oportet, sequitur quòd nō doleat de his, & ira quòd non sentiat ea esse mala quod ad insipientiam pertinet. Secundo omnino non irasci est vituperabile ratione vindictæ: ira enim est appetitus vindictæ. Qui ergo non irascitur in quibus debet irasci secundum quòd debet irasci, & sic de alijs, sequitur quòd non vindicet ea quæ debet vindicare quod est vituperabile. Quæ ratio non est sic intelligenda quasi non possit aliqua vindicta fieri ex iudicio rationis sine ira, sed quia motus iræ excitatus ex iudicio rationis facit promptiorem ad rectè vindicandum, nisi enim appetitus sensitivus adiunxerit ad exequendum iudicium rationis, frustra esset in natura humana. Tertiò omnino non irasci est vituperabile ratione pigritiæ: nam ad seruilem animum pertinet, q̄ aliquis despicit familiares suos, & quòd sustinet iniurias sibi, ita scilicet quòd debito modo, iniurias non repellat, & culpas non puniat: hoc autē consequitur ex defectu iræ, quia per hoc redditur homo piger, & remissus ad puniendum, & replendum iniurias, & culpas. Per hoc autem q̄ talis nunquā ira-

scitur, sequitur q̄ mala non puniat, sed q̄ eis faucat: vnde Chrys. super Matth. sic ait: Qui cū causa non irascitur, peccat: paciētia aut irrationabilis vitia seminat, negligētiā nutrit, & nō solū malos, sed etiā bonos ad malū inuitat. Hæc B. Tho. in scri. sup 4. li. Ethi. vbi supra. Et iterum secunda secundæ quæst. 148. artic. 8. argumen. contra. Tertiò ira vel iracundia contrariatur clementiæ: nam clementia importat quandam animi læuitatem siue dulcedinem per quam aliquis est diminutivus pœnarum. Iracundus autem crudelis est qui excedit, & superabundat in exigendis pœnis. Seuus autem siue feras similitudine bestiarum dicitur ille qui in pœnis inferendis non considerat culpam aliquam eius qui punitur, sed solū hoc, quòd delectatur in hominū cruciatu: vnde Seneca in 2. libr. de clementia dicit, q̄ ille qui irascitur, non læsius, non peccator nec dicitur crudelis, sed seuus siue feras. Et sic habes differentiam inter hæc tria scilicet, inter clementem, crudelem, seuum vel ferum. Hæc Beatus Thom. secunda secundæ quæst. 159. arti. 1. & 2. Quarto ira vel iracundia contrariatur paciētiæ quæ est refrenatiua interioris passionis scilicet tristitiæ. Nam patientes sunt qui mala malunt non cōmittendo ferre, quān non ferendo committere. Re. infra Patientia.

Iracundia aduersat clementiam.

De Iudice, & Iudicio.

SUMMARIUM.

- 1 Quæ possit mundanus Iudex,
- 2 Christo tanquam Deo conuenit indicare.
- 3 Christo etiam quatenus homo conuenit iudicium.
- 4 Iudicium humanū est quadruplex.
- 5 Quod est iudicium presumptuosum & temerarium.
- 6 Quod est iudicium usurpatum, & a quo procedit.
- 7 Quod est iudicium iustum & meritum.

8 Iudicium generale futurum est in fine mundi.

9 Iudicium generale post Deum omnibus est incertum.

C A P. I.



V D E X Mundanus.

Circa iudicem mundanum. nota quatuor in quibus eius iudicium limitatur, & deficit: primū est, quia nō potest iudicare sibi non subie-

ctum: secundō non potest indicare sibi non accusatum. tertio non pōt iudicare secūdu proprium arbitrium: quarto non potest relaxare suppliciū. Primo dico quod iudex mundanus non potest iudicare sibi non subiectum: quod dupliciter probo scilicet auctoritate, & ratione: Primō auctoritate Grego. super illo uerbo Deuter. 23. 'Si intraveris segetem, &c. dicentis: Falcem iudicij mittere non potest in eam rem, quę alteri videtur esse commissā: Secundo probo ratione sic: Ille qui iudicat debet habere vim coactivam: hanc autem habet prælatus uel dominus respectu sui inferioris vel subditi ergo &c. secunda secundæ q. 69. art. 1. per totum. Secundō iudex humanus iudicare non potest sibi non accusatum. quod dupliciter probo: Primo auctoritate Ambr. dicentis, quod iudicis non est quemquam sine accusatore damnare, quia dominus Iudam minime abiecit, cum tamen fuisset fur, quia non erat accusatus. Et Actuum. 25. Non est consuetudo rationis &c. Secundo ratione probatur sic: Qui medius est inter aliquos nō potest aliquid sine eis, sicut nec medium est uel potest esse sine extremis, Sed iudex est medius inter duos quorum unus est reus, alius uero accusator. ergo non potest iudicare sine accusatore. vbi supra ar. 3. per totum. Tertio iudex mundanus non potest iudicare secundum proprium arbitrium: quod dupliciter probo scilicet auctoritate, & ratione: Primō auctoritate Aug. dicentis supra psal. sic: Bonus iudex nihil ex arbitrio

suo facit, sed secundum leges, & iura pronunciat: Secundō probo ratione sic: Persona publica debet lege publica informari: sed iudex est persona publica, & ergo oportet quod lege publica uel diuina uel humana uel instrumentis uel testibus informetur. Quę omnia magis teneretur sequi uel imitari quam ea quę nouit ut priuata persona, vbi supra arti. 2. per totum. Quarto iudex mundanus non potest relaxare suppliciū pænæ debitum quod probo duplici ratione: primo ex parte accusatoris: secundo ex parte boni communis: Primo ex parte accusatoris sic: Nullus iudex potest petenti iustitiam denegare, eo quod quilibet iudex tenetur ius suū unicuique dare, reddere: ergo si accusator propter aliquam iniuriam in eum commissam accusat reum nō est in arbitrio iudicis relaxare pænā supplicij, quia tunc iniuriam faceret accusanti: Secundō probo ex parte boni communis sic: Iudex rei publicę fungitur potestate: sed ad bonum publicum pertinet q̄ malefactores puniantur scilicet ut bonū commune manuteneatur, & conseruetur, ergo &c. secunda secundæ: vbi supra arti. 4. Propter quod dicitur Deuterio. 23. de eo qui persuadet seruire diis alienis: Nō parcat ei oculus tuus ut miserearis, & occultes eum, sed statim interficias eum. Et de homicida dicit. 19. Morietur nec misereberis eius: Christus autē quantum ad vtranq; naturā potest de omnibus iudicare, ut patebit immediate.

C A P.

II.



V D I C A R E. Nota q̄ Christo tanquam Deo, & tanquā homini conuenit omnia iudicare. Primo dico; q̄ Christo tāquā Deo conuenit de omnibus iudicare specialiter propter quatuor rationes. primō propter potentię immensitatem: secundo propter sapientię profunditatem: tertio propter essentię bonitatem: quarto propter clementię largitatem. Primo conuenit Christo ut Deo de omnibus iudicare propter potentię immensitatem: quod sic probo: Illi conuenit iudicare

Christo
omnia
subie-
cta.

re de omnibus cui omnia sunt subiecta: sed Christo omnia sunt subiecta, psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. ergo &c.

Et autem sciendum, quod res aliqua alicui non subiicitur duplici ratione: prima est propter præceptum maioris potestatis: secunda est propter excessum nobilioris partis. Prima ratio est propter præceptum nobilioris uel maioris potestatis, ut si aliud iubeat proconsul, & aliud imperator obtemperandum est imperatori spreto mandato proconsulis. Et quia Christus est super omnia: psal. Constituisti eum super omnia opera manuum: ideo in omnibus debemus obedire Christo. Secunda ratio quare res aliqua non subiicitur alteri est propter excessum nobilioris partis, sicut licet homo subiiciatur imperatori quantum ad corpus uel quantum ad res temporales, non tamen subiicitur quantum ad animum: ita dicit Seneca. 3. de benefi. Errat si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere: pars enim melior libera est, corpora obnoxia sunt, & adscripta dominis, mens quidem est sui iuris. Et hoc modo etiam debemus subiici Deo, non solum quantum ad corpus, sed etiam quantum ad spiritum, eo quod anima, & omnes eius affectiones uel motus subiiciuntur Deo, secunda secunde q. 104, arti. 5. in cor. q. Secunda ratio quare Christo conuenit de omnibus iudicare est propter sapientiæ profunditatem, & formatur sic: Illi conuenit omnia iudicare cui sunt omnia manifesta: sed Christo ut Deo sunt omnia manifesta: unde ad Hebre. 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.

Est autem sciendum, quod alicui iudici temporali culpa aliqua tribus modis est nota: primo modo quando culpa ex testib. est bene, & sufficienter probata: secundo quando est facti uel criminis euidencia: tertio quando processit publica infamia. Sed coram Deo locum accusatoris tenent hæc tria, quibus Deus utitur iudicando: primo conscientia tenet locum accusatoris, ita dicit apostolus ad Roma. 2. Testimonium reddente conscientia ipsorum. Re. supra Conscientia: secundo apud Deum locum accusatoris tenet facti euidencia. Ita dicitur: Euidencia parati sceleris accusatore non indiget: tertio locum accusatoris tenet apud Deum publica infamia,

iuxta illud Gen. 4. Vox sanguinis fratris tui &c.

Tertia ratio quare Christo ut Deo conuenit iudicare de omnibus, est propter suæ essentia bonitatem. Et formo sic rationē. Ad illum pertinet de omnibus iudicare, in quo nulla est culpa: ita dicit Ambrosius: Ille de alterius errore iudicet, qui non habet in se quod iudicet, ne cum de alio iudicat in sententiam ferat: unde ad Rom. 2. In quo enim iudicas alium te ipsum cōdemnas: eadem enim agis quæ iudicas: sed in Deo nulla est culpa, cum sit æternaliter, & essentialiter bonus, ergo &c. Nam eius iudicium non potest aliquo modo de prauari sicut humanum: quod secundum Glo. quattuor modis corrumpitur. scilicet cupiditate, amore, odio, & timore.

Quarta ratio quare Christo conuenit de omnibus iudicare est propter clementia largitatem. Vbi nota, quod differentia est inter iudicem inferiorem, & superiorem. Iudex enim inferior non potest sic esse misericors ut pœnam relaxet, ut patet ea. præcedenti in fine propter duas causas allegatas ibi. Sed iudex supremus potest omnem pœnam remittere uel relaxare omnibus qui contra eum uel contra aliquem alium peccat: & hoc præcipuè duplici ratione. Prima est, si ille qui passus est iniuriam uelit remittere. secunda est si iudex supremus utilitati publicæ uiderit expedire. Cum autem Christus sit supremus iudex, ipse habet liberam potestatem, & ideo potest omnem pœnam uel culpam remittere, non tamen supra omnem pœnam remittit, nisi secundum quod decet suam bonitatem, quæ est omnium legum radix: secunda secunde quæst. 67. arti. 4. in cor. q. & in solut. 2. argu.

Nota etiam quod in Christo fuerunt tria quæ ad iudicium requiruntur, scilicet auctoritas potestatis, ueritas rectitudinis, claritas sapientialis: Primò requiritur ad iudicium auctoritas potestatis. Eccle. 7. Noli quærere fieri iudex nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: Secundo reperitur ueritas rectitudinis ut non ex odio uel liuore, sed zelo, & amore iustitiæ proferatur, prouerb. 3. Quem diligit dominus corripit: Tertio requiritur claritas sapientialis, secundum quam iudex iudicium format: Eccle. 10. Iudex sapiens iudicabit

Iudici
tribus
modis
nota est
culpa.

Tria sũt
in Chri
sto quæ
requirũ
tur ad
iudiciũ.

dicabit populum suum. Hæc autem tria perfectissimè sunt in Christo: primo enim Christus habet auctoritatem à patre: Ioah. 5. Pater omne iudicium dedit filio: secundo ipse est veritas infallibilis, tertio ipse est ars, & sapientia Dei patris propter quæ sibi conuenit iudicare. Actuum 10. Ipse est qui constitutus est à Deo iudex uiuorum, & mortuorum. Hæc Beat. Thom. 3. parte sum. quæst. 58. ubi supra articul. 2. in corp. quæst.

CAP. III.



SECUNDO dico, quòd Christo in quantum homo conuenit iudicare, & hoc specialiter propter quattuor rationes. prima est propter affinitatis conuenientiam, secunda propter resurrectionis congruentiam, tertia propter visionis decentiam, quarta propter secretis in iustitiam. Prima ratio est propter affinitatis conuenientiam. Nam Deus homines per Christum hominem iudicabit, & hominibus suauius sit iudicium, unde ad Hebræ. 4. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris. Secunda ratio est propter resurrectionis congruentiam. Sicut enim Deus suscitauit animas per filium in quantum ipse est Deus, ita suscitauit animas per filium Dei in quantum ipse est filius, ut dicit Aug. super Iohannem. Tertia ratio est propter visionis decentiam. Rectum enim est, ut Christus in forma Dei, & in forma hominis iudicet, ut in iudicio forma serui bonis, & malis ostenderetur, & forma Dei solum bonis reseruaretur, tertia parte summæ. q. 58. artic. 2. in corp. quæst. per totum. Quarta ratio est propter recepti sceleris in iustitiam. Nam sicut Dei filius iniuste est iudicatus, ut dicitur Iob. 3. Causa tua quasi impij iudicata est, ita iuste iudicabit, unde Aug. in libro de verbis domini sic dicit. Sedebit iudex qui stetit sub iudice, dānabit veros reos, qui falso factus est reus. Hæc B.

The. 3. parte
summæ ubi, supra art. 3.
in corp. q. & in argu-
men. contra.

CAP. IIII.



IUDICIUM Humanum. No a quòd iudicium humanū est quadruplex. primum procedit ex defectu certitudinis vel rationis scilicet iudicium temerarium: secundum ex defectu bonitatis scilicet iudiciū præsumptuosum: tertium ex defectu auctoritatis scilicet iudicium usurpatum: quartum ex aspectu virtutis, & profectu virtutis, scilicet iustum, & meritorium. 4.

Primò dico, quòd est iudicium temerarium procedens ex defectu certitudinis, & rationis. Cum enim aliquis iudicat de his quæ sunt dubia vel occulta per aliquas coniecturas insufficientes, & leues, tunc tale iudicium dicitur temerarium, secunda secundæ q. 60. ar. 2. in corp. q. in fine: & ibidem arti. primo per totum. Hoc autem iudicium temerarium prohibet Apostolus prima Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. Glo. Nolite ante tempus scilicet cognitiæ veritatis, iudicare. Ratio huius est, quia ut Gregorius dicit: Satis graue, & indecens est, ut in re dubia certa detur sententia.

Nota tamen circa dubietatem vel certitudinem tria, primo incertitudinis rationem, secundo incertitudinis distinctionem, tertio dubitationis, & quæstionis declarationem & solutionem. De certitudine & dubitatione iudicij.

Primò nota incertitudinis rationem. Est enim nobis aliquid incertum ex ignorantia principij, medij, termini: primo est nobis aliquid dubium ex ignorantia sui principij. Nam in nobis boni operis principium est intentio vel voluntas: unde cum incertum sit quo animo vel qua intentione opus sit factum, non debemus temerarie iudicare. Contingit enim quandoque, quòd opus est malum, & tamen voluntas non est mala, ut quando aliquis hominem occidit non volens, quandoque vero opus est bonum, & voluntas vel intentio mala, sicut quando aliquis facit opus misericordie non propter honorem Dei, sed ut ab hominibus commendetur: Secundo est nobis aliquid dubium vel incertum ex ignorantia medij. Sicut. n. operū quædam sunt mala ex sua materia, quædam sunt bona, & quædam

quædam sunt opera indifferentia, de quibus iudicare non possumus utrum sint bona vel mala: Tertio est nobis aliquid dubium vel incertum ex ignorantia termini: ita dicit Aug. contra Manicheos lib. 2. Incertum est nobis qualis futurus sit qui nunc bonus vel malus apparet: & ideo temerarium est propter aliquod bonum præsens vel malum de aliquo iudicare: hoc enim solius est Dei, ut dicit Apostolus ad Ro. 2, Scimus quoniam iudicium Dei est secundum veritatem, & hoc propter plures causas. Re. infra.

Secundo nota dubitationis distinctionem. Nam aliud est iudicare de rebus naturalibus, & aliud de meritis alienis, aliud de meritis propriis: Primo enim cum iudicamus, & dubitamus de rebus naturalibus bonum vel malum, verum vel falsum non attenditur ex parte rerum iudicatum, sed potius ex parte nostra qui iudicamus. nam verum vel falsum existunt in iudicante: Secundo cum de hominibus iudicamus est e converso, quia bonum vel malum est ex parte hominum quos iudicamus. Si. n. iudicamus de homine, tunc homo redditur honorabilis. Si vero dicimus quod est malus, tunc redditur contemptibilis. Et ideo ad hoc debemus tendere, & conari quod hominem iudicamus bonum nisi manifesta ratio appareat in contrarium, secunda secundæ, ubi supra art. 4. in so. 2. argumen. per totum: Tertio cum de meritis nostris dubitamus, tunc si volumus nostris malis remedium adhibere, securius, & magis expedit ut semper de nobis quod deterius est interpretemur, & supponamus, ubi supra in solut. 4. argumen.

An de homine sit iudicandum bonum
Tertio nota dubitationis vel questionis declarationem. Posset enim aliquis dicere quod non debemus iudicare bonum de homine, eo quod ita decipitur ille qui bonum iudicium vel bonam opinionem habet de homine iudicando hominem bonum malum vel e converso, sicut qui habet malam opinionem. Respondeo, & dico, quod melius est quod de malo homine quis fallatur habendo de eo bonam opinionem, & malum iudicando bonum, quam si fallatur de bono homine habendo de eo malam opinionem, quia ex hoc alteri quem male iudicat facit iniuriam, non autem ex primo, ubi supra in so. 1. argumen. ita quod loquendo ge-

neraliter: Primo dubia aliena in meliorem partem sunt interpretanda: dicit Glo. super illud ad Rom. 14. Qui non manducat manducantem non iudicet: Secundo dubia propria in priorem partem debet homo interpretari, secundum quod dicitur Iob 9. Verebatur omnia opera mea sciens quod parceres delinquenti: & hoc modo supponendo quod est deterius propter remedium apponendum: Tertio in dubijs rerum naturalium debet quilibet nisi ad hoc ut iudicet unumquodque secundum quod est, ubi supra in solut. 3. argumen. in fine per totum.

C A P.

V.



SECUNDO principaliter dico, quod est iudicium presumptivum vel suspiciosum procedens ex defectu bonitatis, puta cum quis ex suspicionem alterius vel ex malis propriis iudicat alium esse malum: quod dominus prohibet dicens Matth. 7. Nolite iudicare. Chrysost. hoc verbum exponens dicit: Nolite iudicare, ut ex solis plerumque suspicionibus odientes ceteros condemnatis, & iudicatis. Re. infra: Suspectio Hæc Beatus Thom. secunda secundæ q. 60. artic. 3. per totum. Qui enim ex eo quod est peccator alium iudicat, & condemnat, mortaliter peccat: quod iudicium dominus reprehendit dicens Matth. 7. Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, sine frater ejus iustitiam de oculo tuo. Hypocrita extrahe trabem primum de oculo tuo, & postea vade ejicere festucam de oculo fratris tui. In quo verbo reprehendit dominus presumptivum de tribus, primo de falsa consideratione, secundo de falsa locutione, tertio de falsa simulatione.

Primo reprehendit eum de falsa consideratione cum dicit: Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo non vides? Quod verbum exponitur quatuor modis: Primo sic: Per festucam intelligitur peccatum veniale, & leve, per trabem vero mortale, & grave. Est ergo sensus, quid tu vides id est quid consideras in oculo id est intentione fra-

Exponit illud quid vides festucam.

tris

tristul peccatum veniale, quod de facili potest consumi, vt festuca paruo igne materiali, ita si illud igne spiritali seu Charitatis, & trabem in oculo tuo id est peccatum mortale, in mente tua non vides? quasi diceret: Cur oculum habes apertum ad videndum minima quæ sunt in alio, & clausum ad videndum magna quæ sunt in te? Secundo Hieronymus sic exponit: Quid autem vides &c. quasi dicat: Quanta differentia est inter festucam, & trabem, tanta differentia est inter iram, & odium: odium enim est ira inueterata, Potest autem fieri, vt si irasceris homini velis eum corrigere, non autem si eum oderis: Tertio modo Hilarius sic exponit: Quanta differentia est inter trabem, & festucam, tantum excedit peccatum in spiritum sanctum conditionem criminum cæcorum, ergo qui nō videt in suæ mentis acie tanquam trabem graua qualia sunt peccata infidelitatis, & desperationis, & odij summi boni: delicta læuia, vt festuca exprobrat alijs: Quarto modo Chrysost. sic exponit dicens: Omne peccatum diiudicatur modicum aut magnum secundum personam peccantis. Nā peccatum laici modicum est, & breue vel læue quasi festuca: sed peccatum sacerdotis est graue, & trabi comparatur. Quid ergo, & tu sacerdos vides læue peccatum in laico, tuum autem peccatum quod est graue, & trabi comparatur non consideras? Secundo dominus arguit oris falsam locutionem dicens: Aut quomodo dicis fratri tuo sine frater, eijciam festucā de oculo tuo. Quod verbum Chrysost. tribus modis exponit: Primò sic: Aut quomodo dicis id est cum qua facie vel fronte dicis aut arguis peccatum fratris tui: ipse autem in eodem peccato, vel maiori existis? Secundo modo exponit: Aut quomodo dicis, &c. Omnis homo sicut seipsum æstimat, ita alterum: fornicarius neminem putat castum: castus de fornicatio non facile suspicatur: superbus neminem putat humilem esse: humilis neminem putat esse superbum. Et Isidorus de summo bono libr. 3. Facilius vitia vniuscuiusque quàm virtutes intendimus, & suspicamur, nec quid boni quisque gesserit agnoscere, sed quid mali gesserit perferutamur: Tertio exponit sic: Aut quomodo dicis &c. id est quo proposito putas ex charitate, vt proximum saluum

facias, & teipsum non vis saluare? Tertio dominus arguit simulationem, cum subiungit: Hypocrita eijce primum &c. vbi sic dicit Chrysost. Dominus vbicunque vult monstrare aliquod peccatum magnū à contumelia incipit, sicut ibi: Serue nequam omne debitum dimissi tibi &c. ita dicit hic, hypocrita. Quarto subiungit correctionem dicens: Eijce primum. Quod verbum exponens Augu. dicit: Auferentes de oculo nostro trabem inuidiæ vel malitiæ vel simulationis, videbimus eijcere festucam de oculo fratris nostri: dicit autem primum: Eijce primum &c. propter quatuor rationes, vt dicit vel exponit Chrysost. prima est, quia magis es cognitor tui quàm alterius: secunda est, quia magis teipsum diligis quàm proximum tuū: tertia ratio est, quia in maiori periculo existis: quarta ratio est, quia scandalum facies: ergo oportet, vt quæ tua sunt cum diligentia inuestiges, & iudices. Qui enim iudicat alium de peccato aliquo cui ipsemet subijcitur, ipse reprehendit seipsum. Ita dicit Apostolus ad Rom. 2. Inexcusabilis est omnis homo qui iudicat: in quo enim iudicio iudicabitis iudicabimini: quasi dicat, pro quasi iudicio iusto vel iniusto, misericordi vel duro iudicaueritis iudicabimini: nam secundum qualitatem bonitatis vel actionis erit qualitas retributionis: iudicium 1. Sicut feci, reddet mihi dominus: & Hester. 3. dicitur, quod Aman suspensus est, patibulo quod paraueras Mardocheo,

CAP. VII.



TERTIO principaliter dico, quod est iudicium usurpatum ex defectu auctoritatis procedens. Nam quando homo iudicat in quibus non habet auctoritatem, tunc dicitur iudiciū usurpare: contra quē dicitur ad Ro. 14 Tu quis es qui iudicas alienū seruum suo domino stat aut cadit. In quo verbo tangit tria. Primo reprehendit perversitatem dicens: Tu qui es quasi dicat: Cuius auctoritatis es, vt rapias alteri domino legitimo, & præcipuē Dei filio quod suum est? Ioha. 5. Patet omne iudicium dedit filio Exod. 2. Quis

Exponi
sententia
Pauli tu qui
es.

re constituit principem vel iudicem super nos, quasi diceret, nullus. Et ideo sicut nullus potest legem condere nisi publica auctoritate, ita nullus potest iudicare nisi eius iudicium auctoritate publica proferatur: propter quod iudicium usurpant aliqui tribus modis: primò qui iudicat, & nō est electus à populo: secundò ille qui non est inspiratus a Deo: tertio qui non est repletus seu commotus zelo virtutis, secunda secundæ ubi supra artic. 6. in co. q. & in solu. 2. argum. Secundo tangit serui æqualitatem dicens, ibi. Qui iudicas alienum seruum, quasi dicat: Seruus de seruo iudicare non potest: sed tu es seruus, vt ipse: ergo &c. Tertio tangit iudicis auctoritatem, ibi Domino suo stat aut cadit: quasi dicat: Virum stet vel cadat iudicare non pertinet ad seruum, sed ad dominum suum. Ita dicit Apostolus prima ad Corinth. 4. Qui autem me iudicat dominus est: q. d. Si ego non iudico meipsum qui magis cognosco meipsum quam alium, ergo non possum alium iudicare, nec alius me, sed solus dñs.

Ad cuius euidentiam est notandū quòd iudicium competit aliquibus propter tria: primò competit ex auctoritate sicut prelati: secundo competit ex vitæ dignitate, vt iusti: tertio competit ex doctrinæ perfectione sicut doctoribus.

CAP.

VII.

7. **Q**UARTO dico, qd est iudicium iustum, & meritorium ex habitu virtutis procedens. Vbi sciendum, quòd iudicium est iustum, & meritorium si procedit à tribus: primò ab inspiratione diuina: secundo ab auctoritate publica: tertio à zeli redundantia, & eminentia. Primò dico quòd est iudicium iustum quādo procedit ex inspiratione diuina, sicut Moyses diuinitus inspiratus, occidit ægyptium defendendo eum qui patiebatur iniuriam cum moderamine inculpæ tutelæ: hoc est quod Ambrosius in lib. de offic. dicit: Qui non repellit iniuriam à socio cum potest: tam est in vitio, quā ille qui fecit. Secundo dico, qd est iudiciū iustū quando procedit ab auctoritate publica: quod probō ratione, & auctoritate: primò sic. Iudex sine lege iudicare non potest: sed legē cōdere ad publicam auctoritatē spectat, ergo

&c. secunda secundæ, ubi supra artic. 6. in cor. q. Secundo probō auctoritate 2. Reg. 1. Quis me constituit iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustum iudicem? Et Exodi. 18. Prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam. In quo tanguntur tria quæ ad iustum iudicem requiruntur. Primum est, quòd potestas sit in auctoritate, ibi. Prouide de omni plebe. Secundum est veritas in discretionē, ibi, In quibus sit veritas. Tertiū est bonitas in rectitudine animi & vitæ, ibi Et timentes Deū. Tertio dico, qd iudiciū est iustū, quando procedit à zeli redundantia, sicut phinees filius eleazari summi sacerdotis zelo Dei commotus vnum de filiis Israel, & scortum occidit in lupanari. ex quo iram Dei placauit, secunda secundæ ubi supra artic. 6. in solu. 2. argum. Est autem sciendum quòd iudiciū meritorium est actus trium virtutum. Primò est actus charitatis tanquam eminentis, & præcellentis qua spiritualis homo secundū diuinas leges omnia iudicat, secundū qd dicit. Apostolus prima ad Corinth. 2. Spiritualis homo. i. qui nō viuit vita carnali, sed vita spirituali, & spiritualiter de Deo sentit iudicat. i. discernit omnia. s. quæ excedunt humanā rationē, omnia quæ cognoscuntur per fidē, vel omnia quæ sciuntur per diuinā reuelationē, vel omnia quæ sunt necessaria ad salutem. Secundo iudicium est actus prudentiæ vel rationis tanquam dirigentis, & diffinientis: ita dicitur prouerb. 8. Per me reges regnant, & legum cōditores iusta decernunt. In quo verbo tanguntur tria quæ ad verū iudiciū exiguntur, scilicet auctoritas, potestas, sagacitas: primò tangitur conferentis auctoritas, ibi Per me reges. psalm. Ego autem constitutus sum rex ab eo: Secundo tangitur præsentis potestas, ibi regnant non tyrannizant. nam potestas tyrannorum bene est à Deo, vt dicitur Ioah. 18. Non haberes in me potestatem &c. sed potestatis abusus non est à Deo: ita dicitur Ozeæ. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me, & quāuis potestatis abusus non effectiue à Deo, est tamen permissiue à Deo: Iob. 34. Qui facit regnare hypocritam propter peccata populi: Tertio tangitur iudicantis, discernentis, vel dirigentis sagacitas, ibi Per me id est per sapientiā: conditores legum iusta decernunt

Quæ ad iudiciū iustū exiguntur.

decerunt, sed sine me. i. sine sapientia, & prudentia condunt iniusta. Isa. 10. Vhæ qui condunt leges iniquas, Tertiò iudiciũ meritorium est actus iustitiæ tanquam inclinantis, imperantis, vel præcipientis, ideò dicitur. Sap. primo. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Glo. Non solum dicit facit iustitiam, sed diligite iustitiã, eo q̃ opus iustitię non est meritorium nisi fiat amore iustitię, ita q̃ ille qui vult iudicare tria in se debet habere: primò intellectum illustratum prudentia: secundo affectum depuratum mundicia: tertiò affectum rectificatum iustitia, secunda secundæ. q. 60. artic. 1. per totum, & præcipuè in sol. 1. & 2. arg. Vel dicas, q̃ ad iudicium rectum faciendũ requiruntur tria: primò requiritur auctoritas potestatis. Ecclesi. 7. Noli quærere fieri iudex nisi valeas uirtute irrumpere iniquitates: secundo requiritur ueritas rectitudinis, ut non ex odio, uel liuore, sed zelo, & amore iustitię, proferat iudicium, prouer. 2. Quem diligit deus corripit: tertio requiritur claritas sapientialis secundum quam format iudicium. Ecclesi. 10. Iudex sapiens iudicabit populum summ. hæc autem tria perfectissimè fuerunt in Christo. Req. supra Iudicare, per totum.

CAP.

VIII.



IUDICIUM Generale. Circa iudicium generale cõsideranda sunt quattuor: primo conuenientia diuini examinis, secundo ignorantia extremi temporis: tertio sententia extremi iudicis: quarto præmia, vel stipendia commissi operis. Primo consideranda est circa generale iudicium cõuenientia diuini examinis. Nam post iudiciũ particulare quod agitur in presenti, cõueniens, & necessarium est vltimum iudiciũ generale, & hoc specialiter propter quattuor rationes: prima est propter incertitudinẽ: secunda propter plenitudinem: tertia propter utilitatẽ: quarta propter mutabilitatem. Prima est propter incertitudinem sic. Licet enim cuiuslibet homini ante extremum iudicium sit certa notitia de sua dñatione, vel præmio, non tamen omnibus omnium dñatio seu præmium innotescit, & ideo, ut quilibet de alterius statu sic certus necessariũ est iudi-

cium generale. 4. scrip. sent. dist. 47. artic. 1. q. 1. in sol. 3. argumẽ. Secunda ratio est propter plenitudinem, nam pænitiẽ quæ ante iudicium completa non fuerit, completur in extremo iudicio post quod impij cruciabuntur quò ad corpus, & quò ad animam simul. 4. sen. ibidem in solu. 1. argum. in fine. Tunc enim reassumptis corporibus augebitur intensiuè, & extensiuè præmium beatorum, & damnatio, vel supplicium damnatorum. 4. scrip. sent. vbi supra in solu. 2. argu. Tertia ratio est propter utilitatem. Nam propter profectum bonorum modo commissum inueniuntur mali bonis & econuerso, & ideo modo differtur præmiatio vnus pro aliorum utilitate, ut patet ad Hebre. 2. Et pœnæ vnus ad profectum alterius cedunt. Sed tunc vltimus non erit locus, ut mali per bonos, vel boni per malos proficiant, & ideo tunc erit vniuersalis separatio bonorum a malis, & econuerso, vbi supra, distinct. 47. artic. 1. in corp. q. Quarta ratio est propter mutabilitatem. Iudicium enim de homine dari non potest quandiu potest mutari, sed antequam uita hominis terminetur multipliciter potest mutari de bono in malum, uel econuerso, scilicet de malo in bonum, aut de bono in melius, aut de malo in peius: ergo restat iudicium generale post quod nullus mutari poterit. 3. parte summæ. q. 59. artic. 5. in cor. q.

Sed forte dices, q̃ uita hominis terminatur per mortem, & ideo post mortẽ nõ debet esse iudiciũ aliquod. Respondeo, & dico, q̃ quãuis uita hominis per mortẽ terminetur in parte, nõ tamen in toto, eo q̃ homo mortuus aliquantulum uiuit, nõ hõ mortuus potest considerari quantum ad quattuor scilicet quò ad memoriã, familiam, opera, fortunã: primo pōt cõsiderari quò ad memoriã, secundum q̃ homo mortuus in memorijs hominum uiuit, & remanet bonæ, & malę famæ: secundo potest considerari hõ mortuus quò ad familiã inquantũ boni patris sunt mali filij, & mali patris sunt boni filij, & boni sunt boni, & mali sunt mali: tertio hõ mortuus potest considerari quò ad operum efficaciam, inquantum bonorũ, & malorum opera nõ fuerunt perfectè remuneratione: quarto potest cõsiderari quò ad fortunã inquantum impij presenti uita sunt prosperati, & boni afflicti. Item frequenter vi-

In morte nõ totaliter terminatur uita hominis.

Que

sunt nota circa iudicium generale.

demus, q̄ corpora tyrannorum traduntur honorifice sepulturæ: corpora vero sanctorum, vel comburuntur, vel insepulta relinquuntur. ibidem in corp. q. per totum.

CAP.

VI.



SECUNDO principaliter, circa generale iudicium consideranda est ignorantia extremi temporis. Non enim ab aliquo intellectu creato puro potest cognosci, vel determinari tempus futuri iudicii, scilicet quando sit futurum, nec quò ad diem, scilicet quo die debeat esse, nec quò ad mensem, nec quò ad annum, nec de centum, nec de mille annis, ut dicit Augustinus in quadam epistola de die iudicii. 4. scrip. sentent. vbi supra. q. 3. in solut. 3. argumen. Quod autem tempus determinatum futuri iudicii à puro intellectu creato cognosci non possit, quinque rationibus probo, scilicet ratione potestatis, multitudinis, similitudinis, quietudinis, sollicitudinis. Primo determinatum tempus futuri iudicii est incertum, & ignotum ratione diuinæ virtutis, vel potestatis sic. Finis mundi debet respondere principio, vel initio, sed principio mundi nulla uirtus creata Deo cooperatur, eo q̄ mundus ex sola Dei potentia initium habuit: ergo finis mundi a nullo intellectu creato cognoscitur, sed solum diuinæ subijcitur voluntati, & potestati: unde Matth. 22. Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. quarto scripto. sentent. vbi supra q. 3. in corp. q. in fine. Secundo probatur ratione multitudinis sic. Nam mundus finiatur completo numero electorum, sed numerus electorū in superna felicitate locandus soli Deo est cognitus secundum Gregoriū, ergo &c. prima parte. quæst. 3. in artic. 3. in cor. quæst. Tertio probatur ratione similitudinis. Nam triplici similitudine probatur incertitudo temporis finis mundi scilicet inundationis, senectutis, furis, vel latronis: primo ostenditur incertitudo temporis finis mundi similitudine inundationis. Sicut enim ante diluuium erat incertitudo de diluuiio futuro per aquam, ita ante iudicium generale erit de diluuiio fu-

turo per ignem, & iudicio generali: secundo ostenditur incertitudo temporis &c. similitudine senectutis sic. Sicut .n. senio, quod est vltima ætas hominis non est certus terminus præfinitus: eo q̄ quantum ad præcedentes ætates inuenitur plus, vel minus durare, ut dicit Augustinus in li. 83. quæstionū, ita vltimus status mundi qui est quasi nouissima hora, ut dicitur prima Iohannis, 2. non potest sciri quanto spacio temporis duret, vel finietur. quarto sententiarum, vbi supra, in sol. 3. argum. tertio ostenditur incertitudo temporis &c. similitudine furis sic. Aduentus furis in nocte est incertus, sed dies domini sicut fur in nocte ita veniet, ut dicitur prima ad Thessalo. 5. ergo dies vltimi iudicii est omnino incertus. quarto sentent. vbi supra, in argumen. 2. contra. Nota tamen propter verbum Apostoli, quod nulli intellectui creato est certum vtrum in die, vel in nocte iudicium sit futurum. Quod autem Matthæ. 14. dicitur. De die illa, & hora &c. accipit diem pro manifestatione, quia sicut in die adueniente luce omnia secreta manifestantur, sic ueniente vera luce, scilicet Christo, omnia occulta patebunt, unde August. 20. de ciui. Dei dicit. Quod ille liber, de quo Apocal. 20. dicitur, quod tunc erit manifestus, non erit materialis, sed mentalis. sc. virtus diuina qua fiet ut. sc. cuiq̄, bona, vel mala ad memoriam reuocentur. Quod autem dicit Apostolus prima ad Thessalo. 5. quod erit in nocte. Dies inquit domini sicut fur in nocte veniet: accipit Apostolus noctem pro occultatione, & incertitudine iudicis venientis, temporis finientis salutis, & reprobationis. Req. supra incertitudo: quarto ostenditur incertitudo temporis ratione quietudinis sic. Nam in iudicio vltimo cessabit omnis motus coelestium corporū, sed quando motus cœli cessabit non pōt sciri ab homine, quia quies cœli nō ab aliqua naturali causa: sed solū à voluntate diuina. depēdet ergo &c. quarto sen. dist. 44. de inuolutione mūdi, artic. 1. per totam. Quinto probatur incertitudo temporis ratione sollicitudinis. Nam incertitudo temporis dupliciter nos facit sollicitos sc. in vita propria, & cura aliena: primo incertitudo temporis nos facit sollicitos de vita propria, quia cū dicij hoc tempus vitæ propriæ ignoramus, semper mini p debemus esse parati: secundo incertitudo dest.

tempo-

Incerti-
tudo iu-
dicij ho-
mini p
dest.

Tempus
futuri
iudicii
nō co-
gnoscit̃
scit̃ ab
intelle-
ctu crea-
to.

temporis futuri iudicii generalis non facit esse sollicitos de re, vel vita aliena, & hoc duobus modis. Primò ne cum curam de re aliena habemus, putà de familia, vel ciuitate in ecclesia tota, & regno negligentiam committamus, & merito de negligentia arguamur, & condemnemur. secundo nos facit sollicitos, vt propter hoc a regimine nullo modo impediamur, vt dies domini nos inueniat præparatos: vnde Matthæ. 24. Vigilate quia nescitis diem &c. 4 sent. vbi supra in solu. 4. argumē. Tertio principaliter considerata est sententia supremi iudicis. Quarto præmia, vel stipendia commissi operis: de quibus duobus Req. infra. Sententia, per totum.

De Iuramento.

S V M M A R I V M.

- 1 Quare iuramentum sit institutum.
- 2 Iuramentum licitum tres conditiones habet.
- 3 Duplex est iuramentum, & quod iuratur variatur quattuor mod.
- 4 Quod sit periculum in iurando, quæ a iuramento repelluntur, & in quibus licite iuratur.

C A P. I.



IURAMENTVM. Circa iuramētum cōsideranda sunt quattuor: primo causa institutionis: secundo forma iurationis: tertio materia obligationis: quarto cōuenientia assumptionis.

Primò considerata est causa institutionis. Nam in hominibus, vt communiter est triplex defectus, scilicet cognitionis, veritatis, vnitatis, & pacis: primo in hominibus est defectus cognitionis, eoq; homines futura occulta, & absentia non cognoscunt, sed solum quæ foris patent: secundo est in hominibus defectus veritatis seu locutionis, quia vt plurimum in mendacium in-

cidunt, & labantur psalm. Os eorum locutum est vanitatem. Et iterum: Diminutæ sunt veritates à filijs hominum: tertio in hominibus est defectus vnitatis, & pacis. Nam homines propter humanam infirmitatem de alijs dubitant, & discredunt, & ex hoc defacili inter eos contentiones, & cōtrouersie oriuntur. Iuramentum ergo fuit institutum contra hos tres defectus tripliciter: primo ratione cognitionis habendæ: secundo ratione veritatis credendæ. tertio ratione dissensionis sedandæ, & pacis seruandæ. Ratio autem istorum trium est ista, quia cum iurare nihil aliud sit quàm Deum in testem adducere: Deus autem quem in testem iurando adducimus, primo omnia intuetur, & sic subuenit defectui nostræ cognitionis: secundo Deus quē iurando in testem adducimus non mentitur, & sic subuenit nostræ locutionis defectui: tertio iuramentum ad istum finem inducitur, scilicet ad certificandum homines, & ad controuersias finiendum: & sic Deus quem iurando adducimus subuenit defectui nostræ dissensionis: vnde Apostolus ad Hæbreos 6. Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis cōtrouersie eorū finis ad confirmationē est iuramentum, secunda secundæ. q. 89. art. 1. per totum.

C A P.

II.



SE C V N D O principaliter considerata est forma iurationis. vt enim iuramentum sit licitū tres conditiones velut suos comites in se debet habere: primo discretionem, vt fiat ex causa rationabili: secundo debet habere veritatem, vt fiat de re vera: tertio debet habere æquitatem, vt fiat de re iusta: vnde secundum hæc tria debet fieri iuramentum: primo debet esse discretum, vel deliberatum, ut quis non iuret verum nisi propter necessitatem: secundo debet esse verum, vt iurans in conscientia sua firmiter sciat, vel credat verum esse quod iurat: tertio debet esse iustum, ut illud pro quo, vel de quo quis iurat non sit peccatum veniale, vel mortale, sed sit licitum, & honestum: de his tribus dicitur Hierem. 4. Iurabis, uiuit dominus in veritate, in iudicio

cio, & iustitia. quod exponens Hiero. dicit Aduertendum est, q̄ iusiurandum hos habet comites, scilicet veritatē, iudiciū, & iustitiam, quę si defuerint periurium est. Req̄ iusfra periurium. His tribus iuramentis tria iuramenta opponuntur: primo iuramentum incautum, quod caret discretionis iudicio, secundo iuramentum mendosum uel falsum, quod caret veritate: tertio iuramentum illicitum quod caret iustitia: secunda secundę, quęst. 89. articulo tertio, per totum.

C A P.

III.



ER T I O principaliter consideranda est, materia obligationis.

Vbi nota, quod duplex est iuramentum. Primum iuramentum est assertorium quod inducitur ad assertendum presentia, vel præterita. Secundum est iuramentum promissorium quod inducitur ad confirmandum aliquid in futurum, vtrunque iuramentum veritatem debet habere, & per consequens hominem obligat ad seruandum, diuersimodē tamē. Primum enim iuramentum scilicet assertorium non obligat ex parte rei quę iam est, vel fuit, sed ex parte verbi, vt iuret quod iam est vel iam fuit, vt scilicet verbum conformetur rei præteritę, vel præsentī. Secundum autem iuramentum scilicet promissorium obligat ex parte rei quam quis iuramento firmavit. teneretur enim verum facere quod iuramento promissit, aliās, vel deest iuramento veritas, si quod promissit non seruat, uel deest iuramento discretio si iurat rem promittēdo quę in eius potestate nō fuit, nisi forte si ei quod erat possibile quādo iurauit, reddatur impossibile propter euentum aliquem, sicut verbi gratia. Cum aliquis iurat se alicui pecuniam soluturum, quę postmodum subtrahitur ei vi, vel furto, & tunc excusatus videtur esse à iuramento, quamuis talis quod in se est facere teneatur, secunda secundę vbi supra, articul. 7. in corp. quęst. per totum.

Norandum etiam, quod illud quod iuratur, vel de quo est iuramentum, variatur quattuor modis. Primo quia, vel est peccatum, & de se malum: secundo si est maioris boni impediuum: tertio si est dubium, vel

incertum: quarto si est licitum, & iustū. primo. n. quandoq; iuratur de eo quod est peccatū, & malū, sicut de committendo adulterio, furto, homicidiū, & similia, & tale iuramentū non obligat, immortales peccant, iurando, & obseruando, vnde in talibus simile est de voto, & iuramento. Isidorus li. 2. soliloquiorum. In malis promissis rescinde fidē, in turpi uoto muta decretū, quod incautē uouisti non facias. Impia. n. est promissio quę scelere adimpletur: secundo quādoq; iuratur de aliquo quod est maioris boni impedimentū, uel quādo iurat se non facturū aliquid maius. boi ū. quod: amen facere nō teneretur: sicut cū quis iurat nō intrare religionē, uel q̄ non fiet clericus, uel q̄ non accipiet prælationē in casu in quo expedit: & tunc talis peccat iurando inquantū ponit obicem spiritui sancto, qui est omnis boni propositi inspirator, non tamen peccat iuramentum seruando, sed si non seruat multo melius facit, secunda secundę vbi supra artic. 7. in sol. 2. argu. tertio quādo iuratur de eo, quod est dubium, uel incertū, ita q̄ potest vergere tam in bonū exitum, quā in malum, & habere tam bonum finem quā malum, & tunc si uergit in bonum exitum obligat ad seruandum, si autem in malū nō obligat, sicut patet de iuramento Herodis qui puellę saltanti iurauit quicquidem peteret dare, hoc iuramentum potest esse licitum debita conditione seruata, vt si pateret, quod licitum erat dare, vel deceret sed propter malum exitum illicitum fuit, & impletio iuramenti erat illicita, vnde Ambr. in lib. de officijs. Est contra officium nonnunquam promissum soluere sacramentum, sicut Herodes qui necem Iohannis præstauit ne promissum negaret, secunda secundę, ubi supra articulo septimo in solu. 2. argum. in fine, & Rabanus super illo verbo Marci. 6. Iurauit illi &c. sic dicit. Herodes fuit dolosus in promittendo, sacrilegus in seruando. & Theophilus super illo uerbo. Propter iusiurandum sic dicit. Decebat autem in hoc periurare, & non tantum scelus operari. Requi infra Votum, de uoto inepto.

Quarto quandoque iuratur de eo quod est iustum, & licitum, & tunc ad seruandum quilibet obligatur, ita dicitur Matth. 5. Reddes domino iuramenta tua. aliās si iuramentum non seruat periurus

effici-

Abhominandum iuramentū Herodis.

efficitur, vbi supra art. 7. per totum. Qualiter autem omne iuramentum vim habet obligandi, nota q*uod* iuramentum aliquando est coactum, aliquando vero est dolosum. primo enim iuramentum est coactum quādo quis inuitus compellitur ad hoc, quod promittat aliquid sub iuramento, & in tali iuramento obligatio, quę fit Deo non tollitur in foro conscientię, quia magis debet damnum temporale sustinere quā iuramentum violare. Potest tamen repetere in iudicio illud quod soluit, vel pręlato denūciare non obstante, q*uod* iurauit cōtrariū, quia tale iuramentū vergeret in deteriore exitū, eo quod esset cōtra rempublicam. Obligatio autem quę fit homini per iuramentum coactum tollitur per coactionem, quia ille qui vim intulit hoc meretur, vt ei non seruetur promissum, propter quod Romani Pontifices ab huiusmodi iuramentis homines absoluerunt non quasi decernentes huiusmodi iuramenta non esse obligatoria, sed quasi huiusmodi obligationes ex iusta causa relaxantes, vbi supra art. 7. in solu 3. argum. secundo est iuramentum dolosum, scilicet quando aliud intendit iurans, & aliud ille cui iuratur. Et tunc dico, quod si hoc prouenit ex dolo iurantis, & non ex dolo eius cui iuratur, tunc iurans in dolo debet iuramentum seruare secundum sanū intellectum illius cui iuratur: vnde Isidorus dicit. Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen qui conscientię testis est accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Nam ille qui in dolo iurauit dupliciter reus efficitur: primo quia nomen Dei in uanum assumit: secundo quia proximum decipit. Si autem iurans dolum non adhibet, tunc obligatur secundum intentionem iurantis: vnde Gregorius. 27. moralium dicit: humane aures talia verba nostra iudicant qualia foris sonant. Diuina vero iudicia talia oris audiunt, qualia ex intimis proferruntur, vbi supra articulo 7. in solut. quarti argum. per totum.

CAP.

IIII.



VARTO principaliter circa iuramentum considerata est assumptionis seu iurantis conditio.

Vbi nota, q*uod* in iurando est magnū periculum specialiter propter tres rationes: prima est propter linguę labilitatem, secunda pp*ropter* Dei magnitudinem, tertia propter personę dignitatem, vel auctoritatem.

Primo est periculum in iurando propter linguę labilitatem: cuius verba iuramento firmanur, vbi supra, articulo 7. in solut. 3. argum. Nam vt dicitur Iacobi. 2. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir. Offendit autem quis in iurando pręcipue tribus modis, primo quando iurat assidue, vel frequenter: secundo quando iurat ociose, vel inutiliter: tertio quando iurat dolose, vel fallaciter. Secundo est periculum magnum in iurando propter Dei magnitudinem, cuius testimonium inuocatur, vbi supra, art. 3. in solu 3. argum. Non enim debemus nomē Dei in vanū assumere, iuxta illud. Si ego Deus, vbi est honor meus? Et propter hoc illi qui non exhibent Deo reuerentiam excluduntur à iuramento specialiter propter tres defectus. scilicet rationis, criminis, diuini honoris: primo excluduntur aliqui à iuramento propter defectum rationis, vel discretionis, vt pueri qui ante annos pubertatis non adhibent debitam reuerentiam iuramento. Si autem ante annos pubertatis pueri iurauerint, & pater audierit, & statim contradixerit, verba eorum & iuramenta irrita erunt. Secundo aliqui excluduntur à iuramento propter defectū commissi criminis, sicut periuri, de quibus pręsumitur ex retroactis malis, quod non exhibebunt debitam reuerentiam iuramento. Requi. infra Periurium: tertio aliqui excluduntur à iuramento propter defectum diuini honoris, sicut non ieiuni: vnde dicitur. 2. 2. q. 5. Honestum est, vt qui in sanctis audet iurare hoc ieiunius faciat cum omni honestate, & Dei timore. Hęc in sum. confess. lib. 1. tit. 9. q. 16.

Tertio principaliter est magnum periculum in iuramento propter personę auctoritatem, vel dignitatem, nam dictum hominis confirmatione iuramenti non indiget: nisi quia dubitatur de eo.

Sed hoc derogat hominis dignitati, vt dubitetur de veritate eorum quę dicit, & ideo personę magnę dignitatis iurare nō cōuenit, quales sunt, pręlati, vel sacerdotes, vt habetur 22. quęst. 5. nullus vbi sic dicitur. Nullus ex ecclesiastico ordine cui-

Par. 1. FFF 3 quā

Aliquis iurando trib. modis offendit.

clericus sup eū gelium non dēt iurare.

quàm laico supra sancta euangelia iurare præsumat, & iterum. 2. 2. quæst. quinta. Si quis presbyter dicitur, & sacerdos ex leui causa iurare non debet, & maximè pro temporalibus, & in diebus solènis in quibus spiritualibus est vacandum: pro spiritualibus autem seu magna necessitate, & utilitate in diebus solènis, & clericis iurare licet secunda secundæ, ubi supra arti. 4. in cor. q. Sic ergo concludens, breuiter dicunt, quod aliquis repelluntur, & excluduntur a iuramento maximè propter quinque, scilicet primo propter rationis imbecillitatem, ut pueri: secundo propter criminis deformitatem, ut periuri: tertio propter honoris modicitatē, ut non ieiuni: quarto propter temporis solemnitatem, ut laici, & clerici: quinto propter ordinis, vel prælationis dignitatem, ut sacerdotes, vel prælati, ubi supra, arti. 4. in cor. q. per totum, ita quod aliquis bene iurat quattuor modis: primo si iurat ex multa mentis tribulatione: secundo ex fine bono siue recta intentione: tertio si iurat sine consuetudine, vel frequentatione: quarto si iurat ex magna necessitate, vel utilitate.

Vbi nota, quod quinque rationibus iuratur licitè: primo ratione pacis, vel concordie conseruandæ: secundo ratione criminis, vel famæ recuperandæ: tertio ratione fidelitatis, vel obedientie obseruandæ: quarto ratione consanguinitatis, vel parentelæ contrahendæ: quinto ratione veritatis declarandæ, vel sciendæ: vnde versus, Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni, Defectus veritatis dant iurare libenter.

De Iustitia humana.

SUMMARIVM.

- 1 Quomodo diffinitur iustitia.
- 2 Iustitia non est circa passionem, sed circa operationes.
- 3 Iustitia omnibus virtutibus moralibus perfectior.
- 4 Quid sit obiectum iustitiæ.
- 5 Iustitia propriè dicta semper est ad alterum.
- 6 Iustitiæ actus est iudicium.

C A P. I.



IUSTITIA Humana. Circa iustitiam humanam consideranda tria, scilicet primo convenientia diffinitionis, secundo differentia operationis, tertio præ eminentia perfectionis. Primo consideranda est convenientia diffinitionis. Nam iustitia conuenienter, & communiter a theologis, & iuristis sic diffinitur. Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuens. quam diffinitionem Beat. Tho. in debitam formam reducens sic dicit. Iustitia est habitus secundum quem aliquis constanti, & perpetua voluntate ius suum unicuique tribuit, quæ est quasi eadem diffinitio cum illa quam ponit philosophus 5. ethicorum dicens. Iustitia est virtus secundum quam aliquis dicitur operatiuus secundum electionem iusti. Vel iustitia est habitus à quo sunt aliqui operatiui iustorum, & à quo operantur, & volunt iusta. In qua diffinitione theologi, philosophus, & iuristæ principaliter tangunt tria, quæ sunt de ratione iustitiæ humanæ scilicet obiectum, respectum, actum: Primo tangunt iustitiæ obiectum cum dicunt. Ius suum, Nam ius est obiectum iustitiæ, quod patet, eo quod iustus dicitur quia ius custodit, ut dicit Isidorus: in li. etymo. Requi. infra cap. 4. secundo tangunt in prædicta diffinitione iustitiæ respectum, vnde dicitur. Vnicuique: nam iustitia propriè non est ad seipsum, sed ad alterum: Requi. infra 5 cap. tertio tangunt iustitiæ actum, cum subiungitur. Ius suum unicuique tribuens: nam proprius actus iustitiæ est reddere unicuique quod suum est. Ad hoc autem, quod aliquis actus circa quancunque materiam sit virtuosus, requiruntur tria scilicet, quod sit voluntarius, firmus, rectus. Primo actus iustitiæ, ut sit virtuosus debet esse voluntarius, & ideo dicitur, quod iustitia est voluntas, quæ quidem voluntas non potentiam voluntatis dicit sed eius actum, quia consuetudo est apud auctores, quod habitus seu virtus diffiniatur per actum, sicut dicit Aug. super Iohannem, quod fides est credere quod non vides. Sic à simili iustitia est voluntas. i. velle, & reddere unicuique quod

Ad actum
virtuo-
sum re-
quirun-
tur tria.

quod suum est. Secundò actus iustitiæ, ut sit virtuosus debet esse firmus, ideo subditur *Constans*. Additur autem perpetua cum dicitur. *Iustitia est voluntas constans, & perpetua*, cò q̃ ad rationem iustitiæ prout est virtus non sufficit, q̃ aliquis velit seruare iustitiam ad horam solum, sed requiritur, q̃ homo habeat uoluntatem, & animum, vel propositum perpetuò in omnibus iustitiam conseruandi. Tertiò actus iustitiæ, ut sit virtuosus oportet, q̃ sit rectus, ideo subiungitur. *Ius suum unicuiq; tribuens*. Nam ad rationem iustitiæ spectat rectitudinem facere in rebus exterioribus, idest in operibus: quod patet, quia iustitia est uirtus secundum quam aliquis vult, & operatur rectè, ut dicit Philosophus. 5. lib. & hic. Hæc B. Thom. secunda secundæ. q. 58. artic. 1. in cor. q. & sol. arg. per totum.

CAP. II.



SECUNDO principaliter circa iustitiam humanā consideranda est differentia operationis.

Vbi nota, quòd iustitia nō est circa passiones sicut tēperantia, & fortitudo, quæ sunt ad refrenādas passiones irascibilis, & cōcupiscibilis, sed est circa operationes quæ immediatè ad alterū ordinantur. Cuius rōne, quia iustitia est circa operationes exteriores quæ sunt immediatè ad alterum: fortitudo autem, & temperantia sunt circa passiones animæ interiores, quæ immediatè non ordinantur ad alium, vel ad alterum. Hæc Bea. Thom. secunda secundæ. quæst. 58. artic. 9. in cor. quæst. Et quia iustitia est circa operationes exteriores quæ sunt immediatè ad alterum sicut dictum est, & dicetur infra cap. 3. ideo sicut est alia, & alia operatio exterior, ita est alia, & alia species iustitiæ: vnde Philosophus. 5. ethico. ponit duas species iustitiæ dicens, quòd dux sunt species iustitiæ, scilicet iustitia commutativa quæ est directiua distributionum, quæ mutuo fiunt inter duas personas adinuicem. Alia verò species iustitiæ dicitur distributiua quæ consistit in distributione bonorum communium ad singulas personas, vbi supra. q. 6. articu-

1. in cor. q. Differunt autem istæ duæ species iustitiæ. scilicet distributiua, & commutatiua in operibus suis ex parte mediij, quòd attendunt, quod patet, quia iustitia distributiua capit medium secundum proportionē rerum ad personas, ut sicut una persona excedit aliam, ita etiam res quæ datur uni personæ excedit etiam rem quæ datur alteri personæ. iustitia verò commutatiua attendit medium secundum æqualitatem rei ad rem, sicut patet in uenditione, & emptione in quibus primò inuenitur ratio cōmutationis, & ideo oportet adæquate rem rei. ut quantum iste habet plus de eo quod est alterius tantum restituat ei cuius est: sicut verbi gratia. Quinque est medium inter sex, & quattuor, quod patet quia in unitate excedit, & exceditur. Si ergo à principio uterque habebat quinque, & unus eorū accepit unum quod est alterius unus, scilicet accipiens habebit sex, & alteri relinquuntur quattuor. Erit ergo iustitia si uterq; ad medium reducat, ut accipiat unum ab eo qui habet sex, & detur ei qui habet quattuor, sic. n. uterque habebit quinque quod est medium. vbi supra. q. 6. artic. 2. in cor. q. per totum.

CAP. III.



TERCIO principaliter circa iustitiam humanam consideranda est præeminentia perfectionis. Nam iustitia inter omnes virtutes morales est eminentior, uel excellentior, uel perfectior. Hoc autem tripliciter probo. scilicet auctoritate, ratione, inductione.

Primò auctoritate Tulij in 1. lib. de offi. sic dicentis. Iustitia virtutis splendor est maximus, ex qua boni viri nominantur.

Et Aristotiles. 5. ethicorum sic dicit. Præclarissima virtutum, scilicet moralium videtur esse iustitia, & nec vesperus nec lucifer ita mirabilis, vel ita lucet.

Secundò hoc idem probo ratione sic. Nobilius est esse bonum in se, & ad aliud quàm in se solum, sicut uerbi gratia. Nobilius est lucere, & illuminare simul quàm lucere solum: sed alię virtutes laudantur solum secundum bonum ipsius virtuosij. scilicet quia perficiunt ipsum habentem: iustitia autem est circa operationes, quibus homo

ordinatur non solum in seipso, sed etiā respectu alterius: unde iustus laudatur nō solum quia bene se habet in seipso, sed et quia bene se hēt quo ad alios: ergo &c. Terrio probō hoc idē inductione sic. Iustitia est nobilior fortitudine, liberalitate, magnanimitate, & huiusmodi, quæ videntur esse præcipuē inter virtutes morales, ergo ipsa est perfectior, uel nobilior omnibus, quod patet deducēdo per omnes virtutes morales primo enim iustitia est nobilior fortitudine eo, quod fortitudo solum in bello est utilis, iustitia autem in bello, & in pace est utilis, unde fortes homines honorantur solum quia bene se habent in bello. Iusti autem honorantur quia bene se habent in bello, & in pace: secundo iustitia est nobilior temperantia, Cuius ratio est, quia temperantia ordinatur ad bonum particulare vnius hominis, scilicet ad refrenādum concupiscentiam ciborum, vel venereorum. Iustitia ante ordinatur ad bonū cōe quod præminet bono particulari: tertio iustitia est nobilior liberalitate. Cuius rō est, quia liberalitas in dando considerat bonum particulare. s. bonū propriæ virtutis, iustitia vero dans alteri quod suum est considerat bonum commune. quarto iustitia est nobilior magnanimitate. Cuius ratio est, quia licet magnanimitas sit ornamentum tam iustitiæ quā omnium aliarum virtutum moralium, in quantum superueniens auget actum iustitiæ, & aliarum virtutum, ut dicit philosophus. 4. Ethic. Tamē quia magnanimitas sine iustitia non habet rōnē virtutis, ideo quantum ad hoc iustitia est nobilior, & perfectior magnanimitate. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 58. art. 2. in cor. q. & in sol. argu. Et iterum prima secundæ q. 66. art. 4. in cor. quæstionis.

CAP. IIII.



IUSTITIA. Circa iustitiam præter illa quæ supradicta sunt, considerare debemus tria. s. eius obiectum, respectum, actum.

Primo considerare debemus iustitiæ obiectum, Nam obiectū iustitiæ est ius, quod tali ratione probō. Iustum est obiectum iustitiæ: ita dicit Isidorus in 3. lib. Etymo. iustus dicitur aliquis quia iustum custodit, iustum autem custodit ille qui seruat recti-

tudinem in opere suo in comparatione ad aliquem operantem, sicut verbi gratia. Re-compensatio mercedis debitæ pro seruitio impenso habet rationem iusti, quia secundum æqualitatem, uel rectitudinem aliquam respondet operi alterius. Sed ius dictum est, quia est iustum, ut dicit Isidorus lib. Etymo. ergo ius, vel iustum, est obiectum iustitiæ. Hæc Beat. Thom. secunda secundæ. q. 57. artic. 1. in cor. q. & in argum. contra ibidem.

Ad maiorem tamen euidētiā de iure habendam nota tria. scilicet diuisionem, obligationem. Primo nota diuisionem iuris. Nam ius diuiditur principaliter in sex species, videlicet in humanum: & hoc ius s. humanum diuiditur in ius naturale, & positium, secundo in diuinum, & hoc etiā diuiditur in duas species, ut patebit. tertio diuiditur in legale: quarto diuiditur in ius gentium: quinto diuiditur in paternū. sexto diuiditur in dominatiūm; ita quod iuriū aliud est humanum. s. naturale, & positium: aliud diuinum, aliud legale, aliud gentiū, aliud paternum, aliud dominatiūm. Secundo nota iurium diffinitionem.

Primo enim naturale dicitur esse ius illud quod est adæquatum, vel commensuratum alteri ex natura rei, ut cum aliquis tantum dat, ut tantum recipiat. Secundo ius positium dicitur esse illud quod est adæquatum alteri, vel ex condicōe priuato: sicut quod firmatur pacto aliquo inter priuatas personas, vel quod firmatur ex condicōe publico inter personas publicas, puta cum totus populus consentit, & princeps qui curam populi habet, & eius personam gerit, ordinat, quod aliquid habeatur quasi adæquatum, uel commensuratum alteri, ubi, suprad. q. 57. art. 2. in cor. q.

Ubi nota, quod duplex differentia ponitur a philosopho inter ius naturale, & positium. Prima est, quia ius naturale prima facie, id est statim se offert intellectui. Ius autem positium non statim se offert cognitioni, sed est per industriam hominum manifestum. Secunda differentia est: ius naturale est idem apud omnes, & ideo dicitur ius commune. Ius autem positium diuersificatur apud diuersas ciuitates, & ideo vocatur ius proprium.

Tertio ius diuinum dicitur quod diuinitus promulgatur. Et hoc diuidit prim in ea quæ

Sex species iuris.

Iustitia excellit magnanimitatem.

Ius obiectum iustitiæ.

quæ sunt naturaliter iusta, sed tamē eorum iustitia homines latet, & partim est de his quæ sunt iusta institutione diuina. Sunt. n. in lege diuina quædam quæ præcepta sunt quia bona, & prohibita quia mala. Quædā vero bona sunt quia præcepta, & mala quia prohibita, ubi sup. artic. 2. in solu. 3. argum.

Vbi sciendum, quod lex diuina propriē dicitur fas, & ita dicit Isidorus. in libr. etymo. Lex diuina est fas, lex autem humana est ius: Cuius ratio est, quia iustitia equalitatem importat, Deo autem non possumus æquiualens recompensare, & ideo dicitur fas, quia sufficit Deo, vt impleamus quod possumus, vt scilicet homo recompenset Deo quantum pōt totaliter animam ei subiiciens, ibidem artic. 3. in sol. 4. arg. per totū.

Quarto ius, vel iustum legale est, quod ex principio antequam sit statutum nihil differt esse sic vel aliter, postquam autē est edictum, vel statutum differt, quia extunc incipit habere efficaciam ligandi, ut dicit philosophus. 5. ethic. ibidem artic. 2. in sol. 2. argu. per totum. Quinto ius gentium vocatur illud quod ratio naturalis inter oēs homines constituit, quod apud oēs gentes custoditur, vt dicit Gaius iuriconsultus. Vbi nota, quod ius naturale ex sui natura est alteri adæquatum, vel commensuratur duobus modis. Vno modo absolute sicut masculus ex sui absoluta consideratione habet commensurationem, vel adæquationē ad foeminam, vt ex eo generet, & parens ad filium, vt eum nutriat. Et tali iure naturali sic absolute considerato recedit ius gentium. Cuius ratio est, quia hoc ius naturale est commune nobis, & animalibus. Ius autē commune est solū cōmune hominibus inter se. Alio modo ius naturale est adæquatum alteri nō secundū absolutam rationē, vel cōsiderationē sui, hoc est non absolute, sed conditionate, vel consecutiue. s. secundū aliquid ex ipso sequitur, sicut patet de proprietate possessionū. Si. n. consideretur iste ager absolute non habet unde magis sit istius quā illius. Sed si consideretur ad oportunitatē colendi, & ad pacificū usum agri secundum hoc habet cōmensurationē quandam ad hoc quod sit unius, & nō alterius, & hoc ad ius gentiū spectat. Similiter hunc hominē esse seruū magis quā aliū absolute cōsiderando nō habet naturalē rōnē secundū aliquā cōmoditatē, vel utilitatē cōsequētē

linguantū est utile huic q̄ à sapientiori regatur: & illi q̄ ab hoc iuuetur. hoc pertinet ad rationem naturalem, quæ ius gentium hoc modo instituit: ubi sup. artic. 3. in cor. q. & in solut. arg. Sexto inter patrem, & filiū & inter dominum & seruū non ius, vel iustū simpliciter. Cuius ratio est, quia ius vel iustum habet comparisonem ad alterum, modo cōparatio patris ad filiū, vel domini ad seruū non est cōparatio sicut ad alterū simpliciter, eo q̄ filius est aliquid patris, quia quodāmodo est pars eius, & seruus est aliquid domini, quia est instrumentum eius, vt dicitur primo poli. Et ideo inter patrē, & filiū est quoddā ius vel quoddā iustū. s. paternum: & inter dominū & seruū est quoddā ius, vel iustū. s. dominatiuū: ubi sup. artic. 4. in cor. q. per totū. Tertio nota iuris obligationem & durationem: & primo non obligationē. Nā ius positium depēdet à uoluntate humana in his quæ secundum se non repugnant iustitiæ naturali. Vnde quod naturaliter est iniustū non potest uoluntate humana fieri iustū. nec etiā obligādi efficaciam habet, puta si statuatur quod liceat furari, uel adulteriū committere: unde Isaie 10. Vñ qui condunt leges iniquas: ubi sup. in sol. 2. ar. Secundo nota iuris durationem. Nam illud ius quod est naturale habenti naturam immutabilem oportet quod sit semper & ubiq; tale. i. quod omni tempore, & in omni loco duret, & obliget. Sed illud ius quod est naturale habēti naturā mutabilē non: unde cum natura, vel uoluntas hominis sit mutabilis, ideo illud ius quod est homini naturale aliquādo pōt deficere: sicut verbi gratia: Naturalis iustitia, uel æquitas habet ut depositū deponenti reddatur: & si natura uel uoluntas non mutaretur, hoc semper esset seruandum: sed quia quandoq; cōtingit quod uoluntas hominis deprauatur, ideo est aliquis casus in quo depositū nō est reddēdū, ne hō peruersam uolūtātē habens male utatur ipso, ut v.g. Si furiosus vel hostis reipublicę armare polita repetat, ibid. artic. 2. in sol. primi argu.

Dependētia positiui iuris.

CAP. V.



ECVND O principaliter circa iustitiam considerare debemus respectum ad alterum. Vbi nota, quod iustitia accipitur Part. 1. FFF 5 duo.

Duplex
actio iu-
stitiæ.

duobus modis, scilicet propriè, & metaphoricè, Primo modo iustitia propriè dicta non est ad seipsum, sed semper ad alterum, quod probat duplici ratione, scilicet ratione equalitatis sic. Iustitia æqualitatem importat, sed nihil est æquale sibiipso, sed alteri: ergo &c. secundo probat hoc idem ratione diuersitatis sic. Iustitia propriè dicta requirit diuersitatem suppositorum. cum ergo in vno & eodem homine non sit nec possit esse diuersitas suppositorum: ergo iustitia non est propriè vnius hominis ad seipsum, sed semper ad aliū. Secundo modo metaphoricè, vel similitudinariè accepta dicitur esse in vno & eodē secundū, quod ratio imperat irascibili, & concupiscibili, & secundū quod illæ duæ virtutes. scilicet irascibilis, & concupiscibilis obediunt rationi, & vniuersaliter secundū, quod unicuique, parti hominis attribuitur, quod ei conuenit. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 58. art. 2. in corp. q.

C A P. VI.

TERTIO principaliter circa iustitiā cōsiderare debemus actū. Nā actus iustitiæ est iudiciū quod quadrupliciter probat. scilicet auctoritate, interpretatione, ratione, similitudine. Primo auctoritate. scilicet ipsa ubi dicitur sic. Quoad usque iustitia conuertatur in iudiciū. secundo probat hoc idē notis interpretatione: quia iudex dicitur quasi ius dicens: sed ius est obiectū iustitiæ, ut patet sup. c. 1. ergo. &c. tertio probat hoc idē ratione sic. Iustitia importat diffinitionē vel determinationē iuris, vel iusti, sed quod aliquis bene diffiniat, vel determinet quod est iuris ex habitu iustitiæ præcedit, ergo &c. quarto probat hoc idem similitudine sic. Quia sicut castus bene determinat ea quæ spectant ad castitatē, & quilibet alius virtuosus bene determinat ea quæ ad suā virtutē pertinent, ita iustus profert iustū iudiciū, & rectam sententiā in his quæ ad iudiciū spectant, vel iustitiā. Hæc B. Tho. secunda secundæ. q. 40. art. 1. in corp. q. Ad cuius euidentiā nota tria. Primum est, quod secundū alias virtutes homo virtuosus habet iudicare de seipso: non autem de his quæ ad aliū pertinent. Cuius ratio est, quia aliæ virtutes ordinant hominē in seipso: unde quia homo est dominus eorū quæ ad ipsum pertinent solū, & non ad aliū, ideo secundū illas virtutes habet iudicare virtuosus de seipso,

Differē-
tia iusti-
tiæ, & a-
liarū vir-
tutum.

sed in his quæ pertinent ad iustitiā requiritur vltterius iudiciū alicuius superioris qui vtrunque valeat arguere, & ponere suā sententiā in ambobus: ibidem in sol. 3. ar. Secundum est, quod iudiciū est actus plurium virtutum, scilicet iustitiæ, prudentiæ, & claritatis diuersimodè tamen, quod patet. primo enim iudiciū est actus iustitiæ, sicut inclinantis ad rectè iudicandum, secundo iudiciū est actus prudentiæ sicut iudiciū proferentis: unde, & synderesis ad prudentiam pertinens dicitur bene iudicativa, ibidem in sol. 1. arg. in fine: tertio iudiciū est actus charitatis secundum regulas diuinas: unde Apostolus dicit. 1. ad Corinth. 2. Quod spiritualis iudicat omnia: hoc est dictū. Homo spiritualis ex habitu charitatis habet inclinationem ad rectè iudicandum de omnibus secundum regulas diuinas, ex quibus per donum sapientiæ iudiciū pronunciat, sicut iustus per virtutē prudentiæ pronunciat iudiciū ex regulis iuris, ibidem, in sol. 2. ar. Tertium est, quod iudiciū quod est actus iustitiæ, sicut patet differenter est in principe, & in ministris: nam secundum, quod iudiciū importat diffinitionem iustitiæ, iudiciū est in Principe, vel in iudice: secundum autem, quod iudiciū importat executionem iustitiæ, sic iudiciū est in ministris, ita quod virtus imperatiua actus iustitiæ. scilicet iudicij est in principe: virtus aut diffinitiva, vel determinatiua est in iudice: virtus autem executiua est in ministris: ibidem in sol. 4. arg.

De Iustitia Diuina.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæ iustitia sit, & non sit in Deo.
- 2 Iustitia diuina distinguitur secundum rationem à bonitate diuina.
- 3 Deus non agit magis iuste cum vno quàm cum altero.
- 4 Opus Dei propter sex rationes dicitur iustum.
- 5 In oī opere, iustitia, et misericordia Dei inseparabiliter coniunguntur.

- 6 Deus aliquando agit sine iustitia, aliquando secundum iustitiam.
- 7 Misericordia Dei est principalior iustitia atque nobilior.
- 8 Deus in bonis temporalibus aliquando infert penam sine culpa.
- 9 Iustitia Dei in damnatione reproborum, nunquam mitigatur.

C A P. I.



IUSTITIA divina. Postquā dictū de iustitia humana, dicendū est de iustitia divina. Circa quā considerāda sunt tria. s. primo rōnalis attributio, secundo singularis distinctio,

tertio inæqualis executio. Primò circa divinā iustitiā considerāda ē rōnalis attributio.

Vbi nota, qđ cū sint duæ spēs iustitiæ: ut patet sup. s. cōmutatiua, & distributiua, prima spēs iustitiæ. s. cōmutatiua non est in Deo, quia sibi non conuenit, qđ probo triplici rōne. s. necessitatis, æqualitatis, sublimitatis: primo iustitia cōmutatiua non est in Deo rōne necessitatis: probo sic. Cōmutatio unius rei ad aliā fit causū necessitatis vel indigentiz, ut patet de vēditione, & emptione. Re. infra Vēditio. ergo ubi nulla est necessitas, vel indigentia, ibi nulla cōmutatio locū hēt. sed in Deo nullo indigentia est cum sit summē perfectus. in psal. Bonorum meorū non indiges: ergo &c. secundo iustitia cōmutatiua nō est in Deo ratione æqualitatis, quod sic probo. Iustitia cōmutatiua in æqualitate rei ad rem consistit, ut dicitur 3. eth. sicut patet in emptionibus, & venditionibus, & alijs cōmutationibus in quibus requiritur æqualitas quātitatis rei ad rem, ut. s. tantum quis accipiat, quantum dedit secundum valorem, ergo in illis habet locū cōmutatiua iustitia in quibus æqualitatem quātitatis quā ab alio accepit, potest alteri compensare: Sed nullus pōt Deo æquale facere quod accepit, quod tali exemplo patet, quia plus excedit Deus hominē quā pater filiū, sed filius non potest beneficijs recompensare æquale patri à quo accepit esse: nutrimentū, & disciplinā, ergo multo minus pōt facere homo, & recōpensare æquale quod accepit à Deo: tertio iustitia

cōmutatiua non est in Deo ratione sublimitatis, vel auctoritatis: quod probo sic. Ille cuius totum quod habet est alterius, nec vendere nec emere nec cōmutare potest, nec æquale, & compensare potest nec æquale recōpensare, sed totum quod homo habet, & quicquid facere, & habere potest est Dei, ergo non potest facere æquale Deo: quod probo exemplo. Nam inter seruum, & dominum non potest esse cōmutatiua iustitia, eo quod inter eos aliqua æqualitas quātitatis non pōt constitui seu fieri cum totum quod est serui sit domini. Cum ergo Deus sit omnium dominator, & dominus, & nos, & omnia nostra sint sua, inter eum, & nos iustitia cōmutatiua esse non pōt.

Secūdo dico, quod alia spēs iustitiæ. s. distributiua rationabiliter attribuitur, vel conuenit Deo triplici ratione. Prima est, quia ipse est conditor, vel cōicator bonorū. secunda est, quia ipse est obseruator meritorum. Tertia est, quia ipse est summē contentor perfectionū. Prima rō quare in Deo est iustitia distributiua est, quia ipse sine exactione est cōmunicator bonorū. Et formo sic rationem. De ratione iustitiæ distributiue primo, est communicare bona sine recōpensatione contra iustitiam cōmutatiuam, quæ æquale recōpensationem requirit, sed Deus est distributor naturalium bonorum omnibus creaturis, & bonorum supernaturalium omnibus electis, ergo &c. Secūda rō quare in Deo ē iustitia distributiua est, quia ipse est obseruator meritorum, & formo sic rationem. Ad iustitiam distributiua pertinet reddere unicuiq; secundum exigentiam meritorum contra iustitiam cōmutatiua quæ respicit æqualitatem rei, & nō dignitatem, vel conditionem personæ, sed Deus reddit omnibus pro meritis, scilicet bonis bona, & malis mala, & magis, vel minus secundum exigentiam: ergo &c. Tertia ratio quare conuenit Deo iustitia distributiua est, quia ipse Deus sine imperfectione est contentor perfectionum, & formo sic rationem. Illud quod est potissimum, Deo est attribuendum omni imperfectione remota: sed iustitia est pclarissima virtutū ut dī 3. eth. & supius de humana iustitia ē pbatū c. 3. ergo iustitia distributiua atq; pfectionē dicit rē mota iustitia cōmutatiua q̄ imperfectionē ip̄portat, ut patet sup. proprie ē in Deo: vñ psal. Iustus dñs & iustitias dilexit. Hæc B.


Iustitiæ distributiua cōuenit Deo.

Cōmutatiua iustitia nō est in Deo.

Thom, scri. sent. dist. 46. de iustitia, artic. 1.
q. 1. in cor. q. & in argumentis contra, & in
sol. argum. per totum.

C A P.

II.



SE C V N D O principaliter cir-
ca diuinam iustitiam conside-
randa est singularis distinctio.
Licet enim iustitia in Deo sit,
idem quod bonitas, veritas, & voluntas dei:
tamen secundum rationem iustitia diuina
distinguitur à prædictis: quod patet de sin-
gulis. Primò enim iustitia Dei, à bonitate
distinguitur tribus modis: primo quia bo-
nitas dei respicit perfectionem dei in se,
iustitia dei respicit operationem Dei respec-
tu alterius. secundo modo distinguitur,
quia bonitas Dei, respicit communicatio-
nem bonorum in generali non determinans
specialem modum distributionis, sed iusti-
tia Dei respicit specialem modum distribu-
tionis secundum exigentiam meritorum:
tertio modo bonitas differt à iustitia eius:
quia bonitas Dei habet rationem finis, in-
quantum Deus omnia operatur, & facit pp
bonitatem suam communicandam, non
propter bonitatem aliquam acquirendam:
vnde ipse agit propter amorem finis, nō aut
pp appetitū finis: ita q. bonitas dei se tenet
ex parte finis: iustitia vero Dei ex parte effi-
cientis. Hæc B. Tho. 4. scri. sent. dist. 46. artic. 1.
q. 2. in cor. q. & sol. argum. Secundo iustitia
Dei distinguitur ratione à veritate Dei.
Cuius ratio est, quia veritas dicitur secū-
dū commensurationem exterioris æqualitatis
ad rationes quæ sunt in mente: sicut verbi
gratia. Veritas vitæ consistit in hoc, quod
vnusquisque faciat secundum, quod recta
ratio docet: veritas doctrinæ consistit in cō-
mensuratione, vel adæquatione intellectus
ad esse rei. Veritas vero iustitiæ dicitur secū-
dū æqualitatem exterius constitutā, ita quod
veritas vitæ, & doctrinæ cōsistit in æquali-
tate rerum exteriorū ad mentē, veritas ve-
ro iustitiæ est regula æqualitatis in rebus
exterioribus constituta per quā aliquis in
iudicijs, & cōfessionibus seruatur indēnis,
vbi supra. q. 3. in corp. q. & in sol. arg. Tertio
iustitia Dei distinguitur ratione à volunta-
te Dei, & hoc tribus modis: primo quia vo-
luntas Dei non attendit meritum, immo in-
differenter attendit illud quod vult: sicut

vult quātū vult, & vult cui vult, & cui vult
facit merita, quæ per exēpla patēt. Req. in-
fra prædestinatio. 2. c. Iustitia vero attendit
merita inquantum reddit vnicuiq; secū-
dū exigentiam meritorum. psal. Tu reddis vni-
cuiq; secundum opera sua. Secundo differt:
quia voluntas Dei exprimit ordinem crea-
turæ ad Deū, verbi gratia. Ideo creatura est:
quia Deus vult, sed iustitia super hoc exclu-
dit, & exprimit ordinem vnus rei ad aliā,
vel vnus creaturæ ad aliam, verbi gratia.
Ignis respectu diuinæ bonitatis absolute
cōsideratus non habet magis, q. sit sursum
quā deorsum, sed igni in tali natura cō-
stituto ratione leuitatis ex iustitia debetur,
vt sit sursum. Similiter homo absolute
consideratus non habet, q. sit in cœlo vel in
inferno, sed considerando vnus rei ordinē
ad alium. s. pœnæ ad culpā ex diuina iusti-
tia culpæ debetur, vt puniatur. Tertio dif-
fert iustitia Dei à voluntate Dei, quia vo-
luntas Dei includit placitum: quod patet
Matthæ. 20. An non licet mihi quod volo
facere? Et Apost. Ro. 9. An non habet pote-
statē singulus ex eadem massa facere aliud
quidē vas in honorem, aliud in cōtumeliā:
ita q. illud est licitū Deo, quod est sibi voli-
tū, vel placitū. Sed iustitia dei super hoc ad-
dit debitū. licet enim oē quod Deus vult
sit iustū, non tamē ex hoc solū quod est vo-
litū est iustū, sed quia habitū secundum or-
dinem creaturæ ad talē effectum, verbi gra-
tia. Luto non est debitū, q. ex eo formentur
magis vasa nobilia quā ignobilia, sed post
quā ex luto formatum est vas nobile, tūc
nobilitati illius debitum, est vt ad vsus no-
biles, & cōuenientes deputetur. Similiter,
quod Deus talem, vel talem producat crea-
turā, hoc habet ordinem ad voluntatem &
non ad iustitiam. Sed quod alicui creaturæ
à voluntate Deo productæ attribuitur, qd
illi creaturæ comperit, hoc ad eius iustitiā
pertinet: & contrarium eius iustitiæ repu-
gnaret: verbi gratia. Nō pertinet ad iustitiā
Dei ad voluntatē eius qd det gratiā, vel nō
det. vtrunq;. n. à voluntate Dei procedit. i.
dare gratiā, & non dare. Sed post quā
contulit gratiā quæ est merēdi principiū:
pertinet ad eius iustitiā, vt pro meritis
præmia reddat. Et sic ex suppositione volū-
tatis causatur iustitia, ita qd iustitia Dei à
volūtatē Dei tripliciter differt: primo quia
iustitia Dei attendit meritum: voluntas
vero

Iustitia
Dei di-
stingui-
tur à bo-
nitate.

Distin-
guitur
et à vo-
luntate.

vero Dei non sed beneplacitum : secundo quia iustitia Dei respicit effectum, uoluntas vero Dei respicit quid absolutum, tertio quia iustitia Dei respicit, uel attendit debitum: voluntas autem Dei attendit, & includit placitum, ubi supra dist. 46. de iustitia, arti. 2. q. 1. in cor. q. in sol. argum.

C A P.

III.

TERTIO principaliter circa diuinam iustitiam considerata est inæqualis executio. Vbi sciendum quod differentia est inter opus diuinæ iustitiæ, & diuinæ misericordiæ, & inter opus iustitiæ humanæ, & diuinæ iustitiæ. Primo n. considerando opus diuinæ misericordiæ, & diuinæ iustitiæ, dico quod Deus misericordius agit cum uno quam cum alio. Cuius ratio est, quia effectus diuinæ misericordiæ non est contra iustitiam, sed præter iustitiā: unde cum Deus sit excellentissimus dator & distributor propter abundantiam suæ bonitatis semper dat ultra condignum de bonis suis, & semper citra condignum irrogat mala pænæ, ita quod sine iniustitia, vel iniuria alicuius potest plura bona dare uni quam alteri, uel pauciora mala pænæ inferre uni quam alteri. Cuius ratio est, quia si aliquis alicui liberaliter communicat sua bona, potest sine iustitiæ præiudicio plura, uel pauciora conferre, & minus de malis conferre, hoc autem est misericordius cum uno agere, quam cum alio. Secundo dico, quod apud nos unus homo dicitur agere iustius alio. Cuius ratio est, quia in nobis non requiritur ad virtutem, quod semper medium indiuisibiliter uel punctaliter attingamus per difficultatem intentionis mediæ, sed sufficit quandoque iuxta medium esse: unde quia unus potest magis ad medium appropinquare quam alius, ideo apud nos unus dicitur agere iustius alio secundum quod magis alio ad terminum, uel medium appropinquat utroque, non perueniente ad ipsum medium, deus autem cui mensuræ omnium rerum sunt perfectissime notæ, semper in sua operatione pergit ad indiuisibile medium. Et ideo nullo modo cum uno agit iustius quam cum alio. Hoc autem probatur triplici ratione. scilicet ratione proportionis, peruenitionis, iniuriationis: primo ratione iniuriationis sic. Deus nemini iniustitiam, vel iniuriā facit, sed si Deus minus conferret alicui de

bonitate quam ei debetur, uel plus puniret uel punisset quam peccasset, hoc esset contra ordinem diuinæ iustitiæ, quod Deus nec fecit, nec facit, nec facere posset de potentia ordinata, ergo &c. secundo hoc idem probatur ratione attractionis, uel peruenitionis sic: Qui indiuisibiliter medium, uel mensuram pænæ respectu culpæ attingit, non agit cum uno iustius, quam cum alio: sed Deus cui omnium culparum, & pænarum mensuræ sunt perfectissime notæ, in sua operatione. scilicet in punitione indiuisibiliter medium uel mensuram attingit, ergo &c. tertio hoc idem probatur ratione proportionis sic. Punitionis non est actus iustitiæ inquantum huiusmodi, sed inquantum est proportionata culpæ, ergo Deus semper pænā inferat secundum proportionem culpæ, ideo &c. quarto confirmatur hæc ratio exemplo sic. Quia quantitas, uel æqualitas proportionis spiritus est eiu dem rationis in minimis, & in magnis, quod patet, quia eadem proportio quæ est inter duo, & unum est inter decem, & nouem, & eadem æqualitas quæ est inter unum, & unum est inter centum, & centum, ideo non potest opus unum esse iustius altero dummodo uterque sit iustum. Eadem enim iustitia seruatur, dum mala redduntur pro malis, & bona pro bonis siue sint parua siue magna. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. distin. 46. de iustitia, artic. 2. in corp. q. Et ibidem. q. 4. in cor. q. & in sol. argumentorum.

C A P.

IIII.

IUSTITIÆ diuinæ opus. Circa iustitiæ diuinæ opus considerata sunt tria. scilicet ratio, connectio, ommissio iusti operis. Primo considerata est ratio iusti operis.

Vbi nota, quod opus dei ex sex causis dicitur esse iustum: primo ex complacentia diuinæ uoluntatis, Matth. 23. An non licet mihi quod uolo facere? unde Anselmus in monologion Deo loquens sic ait. Id solum iustum est quod vis, & non est iustum quod non uis: secundo opus Dei dicitur esse iustum ex concedentia diuinæ bonitatis, ita dicit Anselm. ibidem. Cum parcis malis iustum est, non quia illorum malis, sed quia tuæ concedens est bonitati: tertio opus dei dicitur iustum ex condecencia prauitatis: unde Anselm. ubi supra sic ait. Cum punis malos iustum est, quia illorum conuenit prauitati, uel quia illorum

Quomodo unum opus altero iustius.

Opus iustitiæ, & misericordiæ in Deo.

in meritis conuenit: quarto opus Dei dicitur iustum ex condecencia equitatis: vnde Anselmus ibidem sic ait: iustum quippe est te sic esse iustum, ut iustior nequeas cogitari. quod nequaquam esses, si tantum bonis & non malis premia secundum merita redderes: quinto opus Dei dicitur iustum ex condecencia diuinæ dispositionis, & sic creatio mundi dicitur iusta ex dispositione diuina. iustum. n. est qd̄ deus impleuit, quod disposuit, & ordinauit facere: vnde si Deus ab æterno disposuit, & ordinauit mundum in tpe facere iustum erat, q̄ illud quod ordinauit, & secundū, qd̄ ordinauit impleteret: sexto opus Dei, dicitur esse iustum ex condecencia diuinæ præcognitionis: & hoc modo iusta fuit electio Iacob, & reprobatio Esau. Cuius ratio est, quia concedēs diuinæ sapientiæ est, qd̄ det illi gratiam quem scit bene vti, & non det illi gratiā que scit male vti: vnde Ambrosius. Deus dat illi gratiā que scit sibi seruiturū, & non dat illi gratiam que scit sibi non seruiturum: ita quod dare gratiam cui est danda, & non dare cui non est danda est iustum ex condecencia diuinæ sapientiæ. Nam in sapientia Dei est præscientia non solum status qui nunc est, sed, & status qui futurus est. Hæc Alex. in scrip. sent. &c.

C A P. V.

SE C V N D O principaliter circa opera diuinæ iustitiæ consideranda est connectio. Nam in opere Dei misericordia: & iustitia Dei inseparabiliter coniunguntur. Hoc autem tripliciter probō. scilicet rationibus & auctoritatibus, & ex sufficienti diuisione. Primo enim probō ex sufficienti diuisione sic. Operatio Dei dupliciter potest considerari: primo ex parte Dei à quo producit: secundo ex parte eius à quo recipitur: primo enim si operatio Dei consideretur ex parte dei à quo producit, vel efficitur, tunc omnis operatio dei habet annexam misericordiam, & in omni suo opere misericordiam coniungit, & facit. Cuius ratio est, quia misericordia dei consistit in superabundanti collatione bonorum: & in superabundanti subtractione malorum, & poenarum. Sed deus hæc duo facit. quod patet, quia cum deus propter abundantiam infinitam suæ bonitatis sit excellentissimus dator sem-

per dat ultra condignum de bonis, & semper citra condignū irrogat mala poenæ: secundo vero si operatio dei consideretur ex parte eius à quo recipitur, tunc operatio dei habet annexam iustitiā: quod patet, quia ratio iustitiæ in hoc consistit, quod unusquisque recipiat secundum proportionē operū suorum, sed deus ita facit: nam unicuique dat præmia secundum exigentiam meritorum, dum reddit mala pro malis, & bona, pro bonis, magna vel parua iuxta culparum mensuram.

Secundo hoc idē probō ratione sic. Si. n. in operib. dei sit iustitia sine misericordia, & e converso si misericordia sine iustitia, sequeretur hoc incōueniens. scilicet quod Deus in suo, vel ex suo opere nō laudabitur, sed potius vituperabitur, qd̄ sic patet: quia ubi iustitia repugnat misericordiae, ita qd̄ iustitia sit sine misericordia, tunc non laudatur, sed potius vituperatur, eo qd̄ iustitia sine misericordia crudelitas est. Similiter ubi misericordia repugnat iustitiæ, ita qd̄ misericordia sit sine iustitia, tunc non laudatur, sed vituperatur, eo qd̄ misericordiae sine iustitia est fatuitas. Dicere autē qd̄ deus sit fatuus, vel crudelis est incōueniens, & idē imēnsitas diuinæ misericordiae à diuino opere iustitiā non excludit, nec iniustitiā immēnsitas excludit misericordiā. Tertio hoc idē probō auctoritate B. Aug. in lib. de concordia euāgelistarum, sic dicentis. Deus qui res humanas curat, iuste, & misericorditer curat, ut nec excludat misericordiam iustitiā, nec iustitiā misericordiam. Quarto probō hoc idē auctoritate psal. dicentis, Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas: ubi gl. sic dicit. Viæ domini dicuntur opera domini, ergo vniuersæ viæ eius id est, omnia opera eius habent annexam misericordiam, & iustitiā. Quinto autē probō in opere creationis, cōseruationis, iustificationis, tēporalis tribulationis, punitionis æternæ, præmia tionis: primo in opere creationis rerū est iustitia inquantū iustitia exigit, ut Deus qd̄ facere disposuit, adimpleret. Itē est ibi misericordia inquantum non esse ad esse gratuitē produxit: secundo in opere cōseruationis rerū est iustitia & misericordia. Iustitia quidē, quia iustum est, ut causa effectum suum quē produxit, ex quo produxit in esse cōseruet, eo qd̄ nulla res pōt esse sine suo cōseruante & regente, & maxime sine Deo qui est causa totius, & quātum ad esse, & quātum ad fieri. Misericordia etiā dei in cōserua-

tione

Opera Dei admirabilia.

nione rerū existit in quantum sint sua indigentia gratuito res cōseruat. & regit, unde omnia indigent diuina misericordia. s. misera, & felicia: miser, quia sine illo non subleuatur. Felix, quia sine illo nō exigitur: tertio in ope iustificationis est iustitia, & misericordia, iustitia quia iustū ē, vt Deus adimpleat, quod p̄didit: misericordia vero, quia non est debitū Deo gratificare. Vel in sanctificatione impij est iustitia, quia nō decet summam bonitatem, ut creaturam rationalem quā ad beatitudinem facit omnino perire sinat, vt dicit Ansel. misericordia vero est in iustificatione impij, quia Deus nō respicit exigentiam meritorum. quarto in opere tēporalis punitionis, vel tribulationis ē misericordia, & iustitia simul: iustitia quidē, quia iustū est, ut puniatur malū: misericordia uero, quia punit circa cōdignū. nā misericordia superexaltat iudiciū: quinto in opere eternæ punitionis sunt simul misericordia, & iustitia. Iustitia quia voluntati in p̄ctō eternæ, debetur p̄na eterna, sed voluntas p̄ctōris in p̄ctō mortali decedētis est eterna: qđ patet, quia qui in peccato moritur: voluisset sine fine viuere scđm Gre. ergo &c. Similiter in dānatione peccatorū est misericordia dei, quod patet, quia deus tantam non irrogat p̄nam damnato, quanto ei debetur, sed quantum sustinere potest: sexto in opere beatificationis sunt hæc duo. s. iustitia, & misericordia simul. Req. supra Beatitudo, & infra Misericordia Bene ergo dicit. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Et iterum psal. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi. s. in omni opere Dei. Hæc. B. Tho. in 4. scr. sent. dist. 46. de misericordia dei, artic. 2. q. 2. in cor. q. & in argumentis duobus contra. Ad maiorem tamen euidentiū p̄dictorum nota, quod licet in omnib. opibus dei inueniatur misericordia, & iustitia coniunctæ simul. tamen aliquando est nobis occulta misericordia, & iustitia manifesta: sicut in punitione paruulorū sine baptismo decedentiū, & in secundo aduentu Christi. s. ad iudiciū: aliquādo vero ecōuerso. s. manifesta est misericordia, & iustitia occulta. s. in iustificatione impij, & in primo aduentu Christi. s. incarnationē, aliquādo vero vtræque est occulta. s. dei misericordia, & iustitia, ut in retributione quorūlibet iustorū, & innocentīū, vt in Iob, & paruulis innocen-

tibus patet, aliquando vtrq; s. iustitia, & misericordia dei sunt manifesta, vt in remuneratione iustorum, & in damnatione reproborum, quia illos. s. iustos remunerat supra meritum, & illos. s. reprobos punit citra condignum, quod est misericordiæ, sed vtrisque retribuit secundum merita. s. bonis bona, & malis mala. quod est iustitiæ.

CAP.

VI.



TERTIO principaliter circa diuinā iustitiā cōsideranda est commissio iusti operis. Nō. n. pōt deus aliquod opus iustitiæ p̄mittere, vt faciat cōtra iustitiam diuinam, sed bene pōt aliquod opus iustitiæ p̄mittere, vt faciat p̄ter iustitiā.

Vbi nota, qđ sicut deus se habet ad opera naturæ, ita se habet ad opera iustitiæ. Nam deus ad opera naturæ sic se habet, quia aliquando facit super naturam, aliquando p̄ter naturā, aliquando uero secundū naturam, nunquam tamē facit contra naturam.

Primo dico, quod deus quādoq; facit supra naturam, vt sicut quando causat effectum, ad quem causandum natura, uel causa naturalis non se extendit, vt sicut quando restituit vitam mortuo, uel quando corpori glorioso tribuit formā gloriæ. ad quæ duo virtus naturalis non se extendit p̄ter naturā, sicut quando effectum naturæ facit sine actione naturæ, verbi gratia. Ex actione naturæ aqua in vinū conuertitur: qñ ergo deus conuertit aquā in vinum, subito facit effectū naturæ sine modo actionis naturæ, quæ in tpe operatur, quia per motū, deus autem in instanti. Tertio Deus facit secundū naturā, sicut qñ res naturales scđm inclinationē naturæ propriæ dirigit ad locū & ad finem, & operationē naturæ propriæ cōuenientē, vt quod grauiā tendant deorsum, & leuiā sursum. Quartō deus nunquā facit contra naturā, vt qđ ignis manens ignis refrigidet. Cuius rō est, quia cū deus sit conditor naturæ, nō corrumpit naturā, sed eam saluat. Hæc. B. Tho. 1. scr. sent. dist. 42. artic. 2. in sol. 2. arg. Sic ā simili Deus se habet ad opera iustitiæ. Nam quādoq; Deus facit supra iustitiam, quandoq; p̄ter iustitiā, quādoque secundum iustitiam, nunquam tamen facit contra iustitiam. Primo dico,

Quomodo
Deus circa
opera
naturæ.

Quo in
opibus
Dei mi-
sericor-
dia, & iu-
stitia.

quod

¶ deus aliquando facit supra iustitiam, in-
quātum plus tribuit de bonis quā quisq:
mereatur, & minus de malis. Cuius ratio
est, quia cum deus propter suę bonitatis
abundantiam infinitam sit bonorum excel-
lentissimus elatgitor, superexcedit receptio-
nem quę est proportionata recipienti. Se-
cundo Deus facit præter iustitiam quando
bonum aliquod largitur alicui, uel malum
aliquod remittit nullo merito præcedente,
sic quando tribuit alicui primam gratiam,
uel etiam si Iudam saluaret hoc non esset
contra iustitiam, sed præter iustitiam. Cu-
ius ratio est, quia Deus sine suę iustitię præ-
iudicio pro peccato in eum commisso pōt
vel minus erogare de pœna, uel totaliter
remittere pœnam. Similiter absque merito
præcedente potest plus largiri de gratia. Cu-
ius ratio est, quia si aliquid exhibeatur ali-
cui quod non debetur, nihil contra ordinē
iustitię sit si de suis bonis plus ei conferat,
sicut patet de eo qui alicui liberaliter com-
municat bona sua. Deus ergo tum quia li-
bralissimus dator, tum etiam quia in eum
omnis peccator peccat, potest plus alicui
conferre de bonis quā sit alicui debitū,
eo quod liberaliter tribuit omnibus, & non
ex debito sicut patet: secundo quia omnis
peccator in eum peccat, potest minus infer-
re de malis, uel etiam potest totaliter rela-
xare pœnam.

Differē-
tia me-
dię, & se-
pimi iu-
dicis.

Vbi nota differentiam inter iudicem
medium, & supremum quantum ad remis-
sionem, & dimissionem pœnæ culpę debite,
quia iudex medius, uel temporalis non po-
test sine iustitię præiudicio diminuerē, uel
relaxare pœnas debitas peccatis in Deum,
uel in rempublicam commissis, nisi fortē
quando viderit hoc utilitati publicę expe-
dire. Deus autem omne peccatum in se cō-
missum, & omnem pœnam peccato debitā
remittere potest, & omnem pœnam totali-
ter relaxare. Ex quo sequitur si Iudam sal-
uaret non esset contra iustitiam, sed præter
iustitiam: sed tamen esset contrarium eius
præscientiæ, & dispositioni quā in æterna
pœna præparauit: unde ordo iustitię di-
uinę non impedit quin posset saluare Iu-
dam, ratione qua omne peccatum in eum
commissum, & omnem pœnam peccato de-
bitam ipse solus potest remittere, sed im-
pedit ordo diuinę præscientię, & disposi-
tionis æternę. Teruo Deus secundum iu-

sticiam facit, quādo vnicuiq; tribuit quod
meretur, in psal. Tu reddis vnicuiq; secūdū
opera sua. Quarto Deus contra iustitiam
nunquam facit, puta quia nunquam alicui
minus confert de bonis quā debetur ei,
uel nunquam sine peccato spiritualiter, uel
æternaliter punit, uel plus punit quā pec-
cetur, quia tunc faceret contra seipsum.
vnde super illud verbum Apostoli. 1. 1. Cō-
tra naturam insertus es, glos. sic dicit. Crea-
tor, & conditor omnium rerum nihil con-
tra naturam facit: sicut nec cōtra seipsum,
vnde sicut ipse est conditor omnium natu-
rarum, ita ipse est causa, & conditor omnis
iustitię: vnde damnare Petrum cui ex bene-
ficio gratię sibi collatę salus debetur, non
posset, quia hoc esset contra iustitiam: sal-
uare autem Iudam non esset contra iusti-
tiam, sed præter iustitiam, ut supra patet.
Hæc. B. Thom. 4. scr. sen. dist. 46. de iustitia,
artic. 2. q. 2. in cor. q. & in sol. argum.

C A P.

VII.



AD H V C circa diuinā iusti-
tiam præter ea quę dicta sunt
superius considerata sunt
tria, primū est nobilitas qua
deficit: secundum pœnalitas
qua proficit: tertium est æternitas qua affi-
cit. Primo enim iustitia diuina à misericor-
dia in nobilitate deficit. Cū. n. in omni diui-
no opere misericordia, & iustitia insepara-
biliter coniungantur: posset quis querere
quę istarum est principalior, nobilior, appe-
tibilior, an misericordia, an iustitia. Respon-
deo, & dico, quod in omni opere Dei prin-
cipalior maior, uel nobilior est misericor-
dia Dei quā iustitia Dei, quod rationi-
bus, & auctoritatibus probō: & probō pri-
mo duplici ratione. Prima ratio est talis.
Omne illud quod est ex parte Dei agentis,
est principalius, & nobilius quā illud
quod est ex parte recipientis, sed misericor-
dia est ex parte Dei qui superabundat in
bono: iustitia autem est ex parte recipientis
qui recipit secundum proportionem, idest
secundum exigentiam meritorum, ergo mi-
sericordia supereminet iustitię. Secundo
hoc idē probō alia ratione sic. Illud quod
est proprium alicui principalius ei coue-
nit quā illud quod est alienum ab eo. ver-
bi gratia. De calore & siccitate respectu
ignis:

ignis, quia propriū est igni calefacere, ideo principalius igni conuenit caliditas quā siccitas. Sic a simili propriū opus Dei est misereri, & parcere, opus autem punitionis alienum est ab eo, ut dicitur Isa. 27. ergo misericordia in opere Dei est principalior quā iustitia. Tertio hoc idem probō auctoritate Iacob. 2. cap. Superexaltat autem misericordia iudicium, id est supponetur misericordia in iudicio. Quarto hoc patet alia auctoritate, scilicet Dauid dicentis. Misericordia eius super omnia opera eius. ubi glo. sic dicit. Deus quantum est in se, vel ex se semper est paratus dare esse gratiæ, & esse glorię, nisi nostra peccata, & scelera impediunt, quod si punit seueritas nō in eius, sed in tuo opere. Si enim tollis opera tua mala, & in te non remaneant nisi opera eius, non dimittet te miseratio eius: Si autem non dimittas opera tua dicit. Ite maledicti in ignem æternum &c. Hęc Beatus Thomas quarto scripto sent. distin. 46. de misericordia, artic. 2. quæst. 3. in cor. quæst. & argum. contra. Req. infra Misericordia. 8. cap.

CAP. VIII.

SECUNDO principaliter iustitia diuina in pœnalitate quam confert proficit. Posset enim aliquis quærere: si Deus punit aliquem iuste sine peccato. Et quātum ad hoc respondeo quattuor modis.

Primo quod Deus nec in hac vita nec in futura in bonis spiritualibus infert alicui pœnam sine culpa propria, quod tali ratione probō, Deus nunquam facit contra iustitiam, ut superius sexto capitulo est probatum. Sed si Deus alicui minus conferret de bonis quam ei deberetur, uel si puniret spiritualiter per subtractionem gratiæ, & priuationem visionis suę essentię sine peccato, uel si plus puniret, quā homo peccasset, hoc esset contra ordinem iustitię, quod Deus non facit nec facere posset loquendo de potentia ordinata, sicut non posset facere quin eius opus secundum, quod participat esse imitaretur eum, ergo &c. Hęc Beatus Thomas 4. scripto sent. distinct. 46. de iustitia, artic. 2. q. 2. in cor. q.

Secundo modo respondeo, & dico, quod in hac vita iustitia diuina licet nunquā in

ferat pœnam in spiritualibus sine peccato proprio, tamen iustitia quandoque diuina infert pœnale id est detrimentum in bonis temporalibus sine proprio peccato, quod tripliciter probō, scilicet similitudine, auctoritate, & ratione. Primo similitudine siue exemplo. Iob in hac vita grauissimē fuit punitus, & tamen pœna non fuit ei inflicta pro culpa, ut Grego. dicit, & ipsemet de seipso testatur Iob. 17. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Quod verbum exponitur tribus modis: primo sic. Non peccaui, scilicet corde: unde ipse dicebat. 27. cap. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea, secundo modo exponitur sic. Non peccaui in ore: unde dicitur ibi. 1. ca. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis: tertio modo exponitur sic. Non peccaui, scilicet opere: unde dicebat infra. 16. cap. Hęc passus sum absque iniquitate manus meę. Quis ita innocens, & ita perfectus fuit, ut Iob. & tamen dicit in amaritudinibus moratur oculus meus.

Secundo probō hoc idem auctoritate. B. Augusti. in libr. de Ciui. Dei dicentis, quod infortunia quę accidunt in hoc mundo sunt communia bonis, & malis, sed culpa non est utrisque communis, ergo aliquando pœna temporalis infertur sine culpa. Tertio hoc idem probō ratione. Nam in hac vita semper est status spiritualis profectus, unde quia pati detrimentum in bonis spiritualibus semper est malum: pati autem malum seu detrimentum in bonis corporalibus quandoq; est bonū, ideo deus nunquā infert detrimentū in bonis spiritualibus sine culpa, in bonis aut corporalibus sic. Cuius ratio est, quia pati detrimentum in bonis temporalibus quandoq; est utile ad quinq; scilicet primo ad humiliationem, ut in superbis, & presumptuosis, secundo ad pręseruationem, ut in illis qui sunt in gratia ne in culpā ruant, tertio ad exercitationem, ut in iuuenibus ociosis, & pigris, quarto ad purgationem. Nam pati pœnam, vel detrimentum in bonis temporalibus est medicinā pręseruans, & purgans, quinto ad subtractionē, quia pati detrimentū in bonis tpalibus ē utile promouendo ad bonū, & abstrahendo hominē ab amore superfluo tēporaliū. Tertio modo respondeo, & dico, qd de uimētū bonorū tēporaliū nō propriē dicitur pœna

Detri-
mentū
in tēpo-
ralibus
quādo-
que bo-
num.

Rō pœ-
nę spiri-
tualis.

pœna, sed pœnale, sicut amara potio nō habet rationem pœnæ, sed medicinæ præseruatiuæ, & curatiuæ, & sicut medicina quāuis amara sit, & pœnalis datur ad maius bonum consequendum, & euitandum, vel excludendum n. aius malum, sicut iustitia diuina infert quandoq; detrimentū in bonis minoribus. s. rem. oralibus, vt a malis spiritalibus liberet, purget, & caueat a futuris. In cuius signum dominus sathanæ in carnem lob tradidit potestatem, & præcepit ei, vt animam eius seruet. Quarto modo respondeo, & dico, quod licet detrimentum pati sit vtile in hac vita, vt patet, supra tamen post hanc vitam cessante spiritali pfectu, nullum detrimentum etiam in bonis temporalibus sustinebit aliquis sine culpa, immo tunc absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, vt dicitur Apoca. 21. Hæc Bea. Tho. 4. scr. sen. dist. 46. de iustitia. art. 2. q. 3. in cor. q. & in arg. contra, & in sol. arg.

C A P.

IX.



TERTIO principaliter iustitia diuina obstinatos, vel damnatos eternitate afficit. Nam ex diuina iustitia decedentibus in peccato mortali infertur pœna æterna: vn

de Grego. 4. dialogorum sic ait. Ad magnā iustitiā iudicantis pertinet, vt nunquā careant supplicio qui nunquā voluerunt carere peccato. Hæc B. Tho. allegat 4. scr. sen. dist. 46. de iustitia. art. 3. per totū, & propter hoc dicit Apost. ad Heb. 10. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis: qd verbum debet intelligi quantū ad statum futuræ vitæ, vbi iustitia principaliter habet locum quem nullus ibi subterfugere poterit, quia cum Deus sit iustus, non dimittit peccatum impunitum. Eccles. vlti. Si pœnitentiā nō egerimus, incidemus in manus Dei viuentis Prouerb. 1. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam. Sed in hac vita ubi est locus misericordiæ, verum est quod dicitur 2 Reg. vlti. Melius est mihi incidere, in manus Dei quam in manus hominum. Cuius o est, quia cū Deus sit misericors ignoscit pœnitenti, & hoc est, qd subditur. Multæ. n. sunt misericordiæ eius. Hoc mō exponit. B. Tho. 3. scr. sen. di. 20. in expositio

ne literæ, in fine. Sed horrendum est incidere in manus Dei viuentis præcipue propter tres rōnes. prima est ppter pœnæ interminabilitatem, secunda est propter resistentiæ remotionem, vel exclusionē: quia eius iræ nemo potest resistere cum sit omnipotens, nec ab eo fugere cum sit vbique præsens, nec coram eo fallaciter exulare, cum omnia sciat, vbi supra de misericordia, art. 2. q. 2. in sol. 1. argum. per totum. Tertiò est horrendum in alia vita incidere in manus Dei propter pœnæ infinitatem. Cum enim peccatū sit infinitū, eo qd bonum offendit infinitū, oportet, qd pœna sit infinita. Sed qd pœna sit infinita potest intelligi trib. modis. s. duratione, comparatione, intentione. primò duratione. s. qd pœna damnatorum sine fine durabitur. Req. infra pœna damnatorum, rationes propter quas pœnæ damnatorum sunt æternæ: quartò pœnæ damnatorum sunt infinitæ comparatione, & hoc modo priuatio visionis diuinæ quæ est pœna peccati mortalis in infinitum omnem aliam pœnam excedit: quod patet discurrendo per singulas pœnas damnatorum. Cum. n. in damnatis in specialiter quinq; pœnæ prima est diuinæ visionis priuatio vel exclusio: secunda est virtutis, & omnis potentie naturalis ad bene agendum ablatio: tertia est omnis potentie animæ, & corporis inordinatio: quarta est omnium membrorum corporis cruciatio: quinta est omnis boni exterioris ablatio. Prima pœna. s. carentia diuinæ visionis erit infinita comparatione, quia omnem aliam pœnam in infinitū excedit. Tercio modo potest intelligi, qd pœna damnatorum sit infinita intentione. s. propter remotionem misericordiæ relaxantis aliquid de pœna, & tunc etiam in damnatis Deus quasi in infinitum dimittit de intentione. i. de acerbitate pœnæ, & hoc specialiter propter duas causas. Prima est propter fragilitatem naturæ, quæ nō est capax alicuius pœnæ infinite, vbi supra de iustitia, art. 3. in cor. q. in fia. Secunda ratio est propter infinitatem diuinæ misericordiæ quæ non tollitur totaliter a damnatis, vbi supra de misericordia, art. 2. q. 3. in sol. 1. argu.

Vbi sciendum, qd iustitia diuina in damnatione peccatorum dupliciter potest considerari. Vno modo secundum proportionem pœnæ ad culpam. Alio modo secundum

Pœna dā
natorū
intelligi
triplici-
citer.

Duplex
conside-
ratio di-
uinæ ius-
titie in
dānatis.

propor.

proportionem duorum peccantiū ad duas pœnas . Primo modo considerando ppor-
tionē pœnæ ad culpā , potest intelligi duo-
bus modis : primo mō absolu ē , & in gene-
ra h. s. vt qui peccauit puniatur , & qui mul-
tum peccauit multū puniatur . Et his duob.
modis . Deus nunquā punit citra cōdignū ,
quia semper peccatores punit , & multum
peccantes multum punit , nec aliquid de
pœna dimittit : secundo mō pōr considera-
ri præsupsposita mitigatione diuinæ miseri-
cordiæ , quæ aliquid de pœna dimittit , vt
patet supia , & secundum hunc modū sem-
per punitur aliquis citra condignum , quia
non tantum punitur quis quantum p cul-
pam meruit . Secundo modo , & melius po-
test considerari æqualitas proportionis , &
non quantitatis secundum proportionem
duorum peccantium ad duas pœnas , vt . s. il-
le qui plus peccauit plus puniatur , & scdm
q̄ exceditur in peccato excedatur in pœna ,
vbi supra dis. 46. de misericordia , ait . 2. q. j.
in sol. 1. arg per totum . Notandum ē , q̄
in punitione damnatorum iustitia Dei tri-
bus modis considerata nunquam mutatur ,
vel mitigatur : primò inquantum mortali
debetur pœna gehennæ , sicut merito debe-
tur præmium celeste , & hæc iustitia nun-
quam mutatur , vel mitigatur : secundò iusti-
tia Dei exigit , q̄ maiori peccato debetur
maior pœna , & minori peccato debet mi-
nor pœna , & hæc similiter pœna nunquam
mutatur , vel mitigatur sicut prima : tertio
iustitia Dei exigit , vt mortali peccato de-
beat pœna æterna , & hæc iustitia nūquā
mutatur , vel mitigatur , ut duę primæ : quar-
tò iustitia diuina misericordia mitigatur se-
cundum q̄ taxatio pœnæ est quāta reddet ,
non quanta debetur . Hæc Alex. in 1.

De Iustificatione impij .

S V M M A R I V M .

- 1 Quid sit iustificatio impij .
- 2 Ad iustificationem impij requirun-
tur quattuor .
- 3 Ad iustificationem requiritur assen-
sus animi .
- 2 Requiritur contritio , & displicen-

tia culpæ .

5 Requiritur tandē remissio culpæ .

6 Quem ordinem tenet prædicta quat-
tuor in iustificationei .

C A P . I .



IUSTIFICATIO Im-
pij Circa iustificationē Im-
pij considerata sunt tria . s.
euidencia quidditatis , exi-
gentia integritatis , emi-
nentia dignitatis . Primò

consideranda est circa iustificationem Im-
pij euidencia quidditatis , vel entitatis sci-
licet , quid sit iustificatio impij . Vbi nota ,
quòd iustificatio impij est idem , quòd re-
missio criminis , uocatio peccatoris , reno-
uatio mentis , sanatio cordis , infusio mune-
ris . Primò dico : quòd iustificatio im-
pij est idem quod remissio criminis , ita
dicit glo. super verbo Aposto i ad Roma.
8. Quos vocauit hos , & iustificauit , scilicet
remissione peccatorum . Secundò iustifi-
catio impij est idem quod uocatio pecca-
toris . Cuius ratio est : quia sicut ille qui
vocatur , distat ab eo , qui vocat , ita ille , qui
iustificatur quantum ad terminum à quo
s quòd ad peccatum erat distans à Deo .

Tertiò dico , quòd iustificatio impij est
idem , quòd renouatio mentis . Cuius ratio
est , quia sicut culpa similitudinariē dici-
tur vetustas eò , quòd est causa turpitudinis ,
debilitatis , corruptionis , ita iustificatio
dicitur renouatio mētis seu animæ , eo qđ
per iustitiam quam est adeptus iustifica-
tus in anima , & in potentijs integrita-
tem , virtutem , & decorem habet . Quarto
iustificatio impij idem est , quòd sanatio
mentis , vel cordis . Cuius ratio est , quia si-
cut sanitas corporis debitam commensu-
rationem humorum importat , ita iustifica-
tio impij debitā rectitudinem mentis im-
portat ad Deum . Quinto iustificatio im-
pij est idem quod infusio muneris , quod
patet , quia iustificatio est idem qđ gratifica-
tio . Sed gratificatio à gratia Dei efficitur ,
& ad gratiam ordinatur in præsentī , & ad
perfectionem gloriæ in futuro : ergo &c .
Ex his autem quinque prædictis iustifica-
tio impij sic diffinitur , vt habetur in glo.
ad Rom. 8. i Quos prædesti . &c Iustificatio
est remissio peccatorum , & consummatio
bono-

Diffini-
tur iusti-
ficatio .

bonorum operum. Et B. Tho. diffiniens iustificationem sic dicit. Iustificatio est transmutatio de statu culpæ ad statum gratiæ. In quibus verbis tanguntur duo: primo recessus à termino à quo cum dicitur Iustificatio est transmutatio de statu culpæ: vel iustificatio est remissio peccatorum: secundo tangitur accessus ad terminum ad quem: cum dicitur iustificatio est transmutatio ad statum iustitiæ, uel consummatio bonorum operum, nam iustificatio ex parte eius qui iustificatur, importat motum ad iustitiam, sicut calefactio motum ad calorem, vel dealbatio motum ad albedinem, & quia motus magis denominatur à termino ad quē quam à termino à quo: ideo transmutatio peccatoris quæ est per remissionem peccati sortitur nomen à termino ad quem, & vocatur iustificatio impij propter statum iustitiæ ad quem post exclusionem, & remissionem criminis transmutatur, quæ quidē iustitia importat reſtitudinem ordinis in ipsa interiori dispositione hominis, prout scilicet supremum hominis subditur deo, & inferiores vires animæ subduntur supremæ, scilicet rationi. Vbi nota, quod in iustificatione impij sunt illa tria quæ tangit Apostolus ad Ro. 8. Quos prædestinavit hos & vocavit, & quos vocavit, hos, & iustificavit, quos iustificavit illos, & magnificavit. Ex quibus verbis habetur, quod in iustificatione impij sunt tres causæ, scilicet efficiens, disponens, perficiens: primo in iustificatione impij est causa efficiens prædestinatio: unde dicit. Quos prædestinavit. Re. infra prædestinatio: secundo in iustificatione impij est causa disponens, scilicet ipsa interna Dei vocatio, unde subdit. Hos & vocavit. Nam vocatio dei refertur ad auxilium Dei interius mouentis, & excitantis mentem ad deserendum peccatum, quæ quidē motio nō est ipsa remissio peccati, sed causa eius: tertio in iustificatione impij causa vltima, & perficiens est iustificati magnificatio: unde subdit Apostolus Hos magnificavit, scilicet perfectione gratiæ in præſenti, & perfectione gloriæ in futuro, ad quos tāquam ad iustificationis complementum magnificatio ordinatur. Hæc B. Tho. 4. scrip. sent. dist. 17. arti. 1. per omnes questiones, & prima secundæ. q. 112. artic. 1. in cor. quæst. in solu. argum.

CAP.

II.



SE C V N D O principaliter circa iustificationem impij consideranda est exigentia integritatis. Nam ad iustificationem impij quattuor requiruntur. scilicet infusio gratiæ, assensio animæ, cōpunctio culpæ, remissio offensus. Primo ad iustificationem impij requiritur infusio gratiæ. Hoc autē probō tripliciter. scilicet rōne, similitudine, auctoritate. Primo hoc probō duplici rōne. scilicet ratione infinitatis, & rōne charitatis. Ratione infinitatis sic. Nulla virtus finita habet potentiam infinitam, sed offensa Dei, vel culpa qua deus offenditur est malum infinitum, eo quod culpa, vel offensa est commissa contra Deum, qui est bonum infinitum, & ideo ad remissionem culpæ humana natura non sufficit, & propter hoc ad eius remissionem oportet, quod gratia diuinitus infundatur, sicut etiam ad mercedē vitam æternam: secundo hoc idem probō ratione charitatis sic. Nullū peccatū dimittitur alicui sine charitate quæ vniuersa delicta operit, ut dicitur prover. 10. sed charitas sine gratia Dei haberi non potest, ergo &c. Req. supra Charitas, quomodo ipse est exclusiua omnis criminis, & iterum supra. Gratia, quomodo ipsa est effectiua diuinæ dilectionis: tertio hoc idem probō similitudine, quia sicut apud nos videmus, quod possibile est, quod vnus hō aliquem alium hominem nec diligit, nec odit, sed si eum offendit non potest contingere, quod ei dimittatur offensam sine speciali beneuolētia, ita etiā est apud deum, licet. n. antequam hō peccasset in statu. scilicet innocentie posset esse sine gratia, & sine culpa, tamen postquam peccauit, non poterat esse sine culpa, nisi ei dimitteretur offensa ex speciali Dei beneuolētia. Specialis autem beneuolentia Dei ad hominem sine Dei gratia reperiri non potest: unde plus requiritur ad hoc, quod offensa offendenti remittatur, quā ad hoc quod simpliciter nō offendens nō odiatur: quia ad primum. scilicet ad hoc, quod culpa offendi dimittatur, requiritur de nouo Dei beneuolētia, & per consequens Dei gratia, sine qua Dei beneuolentia erga nos esse non potest, ut supra patet. Ad secundum vero, scilicet antequam homo peccet, non sicut per prædicta patet.

Infusio gratiæ necessaria ad iustificationem.

Quar.

Tria sunt in iustificatione impij.

¶ Quarto hoc idem probō auctoritate Apostoli ad Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Hæc Beat. Thom. quarto scripto sent. dist. 17. artic. 3. in corp. q. & argum. contra, & prima secundæ. q. 113. artic. 2. in cor. q. & argum. contra, in sol. 1. argum.

CAP. III.

¶ **SECUNDO** ad iustificationem impij requiritur præparatio, & assensus animæ, Oportet, enim quod ille qui vult iustificari infusione diuinæ gratiæ acquiescat, quod quadrupliciter probō: primo ratione, quia nisi acquiescat per assensum, desiderium, & conatum, nunquam infunditur gratia, eo, quod talis tanquam inuitus, & in uoluntarius est indispositus: secundo hoc idem probō auctoritate. Aug. dicentis. Qui creauit te sine te, nō iustificabit te sine te. quasi dicat, Qui creauit te sine te, præueniente, non iustificabit te sine te. s. consentiente, & detestā te peccatum quantum in te est: tertio hoc idem probō auctoritate Bern. dicentis. Donum diuinæ gratiæ tam absque consensu recipientis esse non pōt, quā abiq; gratiæ dantis, qui consensus est per modū liberi arbitrij in Deū: quarto hoc idē probō similitudine, quia sicut ille qui habet, & tenet oculū clausum lumē naturale, uel sensibile non potest recipere, ita ille qui se non præparat, uel disponit quod in se est faciendo: non potest lumen spirituale. s. diuinæ gratiæ in se recipere, & ideo non potest iustificari. Hæc B. Thom. 4. scr. sen. dist. 12. art. 3.

CAP. II II.

¶ **TERCIO** ad iustificationem impij requiritur compunctio, vel contritio culpæ. Nam ad hoc, q. peccator iustificetur oportet, q. peccatū sibi displiceat, & de ipso cōteratur. Hoc autem quadrupliciter probō, scilicet: ratione, similitudine, duplici auctoritate. primō probō hoc ratione sic. Sicut se habet in transmutatione locali ita se habet in conuersatione mentali: sed in mutatione locali ita est, q. corpus non potest accedere ad terminum ad quem, nisi prius deserat terminum a quo sic cum in iustificatione sit recessus à peccato sicut à termino

à quo, & sic accessus ad iustitiam sicut ad terminum ad quem, ut patet per diffinitionem iustificationis supra 1. ca non pōt peccator iustificari nisi prius peccata cōmissa sibi displiceant, & detestetur ea: secūdd hoc idē probō similitudine sic. Videmus ad sensum q. in aere obscuro non pōt introduci solis claritas nisi prius obscuritas separetur. sicā simili de obscuritate culpæ, & claritate diuinæ gratiæ. Nā claritas diuinæ gratiæ introduci non potest, nisi obscuritas culpæ excludatur: tertio hoc idem probō auctoritate August. exponentis illud verbum Iohan. 10. Mercennarius autem fugit. vbi sic dicit. Affectiones nostræ motus animorum sunt, scilicet lætitia, tristitia, amor, & timor, fuga, & appetitus. & subdit: Progrederis animo cum appetis, fugis animo cum metuis: quarto hoc idem probō auctoritate psal. dicentis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus &c. Vbi gloss. sic dicit. Spiritus contri bulatus, & contritus est sacrificium quo peccata soluuntur. Et iterum, Dixi cōfitebor aduersum iniustitiam meā domino, & tu remisisti &c.

Ad cuius euidentiā nota tria. Primum est, q. ad peccata retrocommisā ille qui est iustificatus non debet respicere per affectionem, scilicet vt ad ea afficiatur, vel ea iterum operetur, & hoc modo peccata retroacta debet obliuisci ab eis desistendo, & ea uitando, & ea detestando, scilicet de eis conterendo. Secundum est, q. ad eādem virtutem pertinet prosequi unum oppositorum, & refugere illud. Et ideo sicut ad charitatem pertinet diligere Deū, ita etiam ad charitatem pertinet detestari peccata per quæ anima separatur à Deo. Tertium est, quod sicut in iustificatione impij non remittitur vnum peccatum sine alio, quia impium esset à Deo dimidiam veniā sperare, ita oportet, quod ille qui vult iustificari singula peccata quæ cōmisit quorū habet memoriam detestetur. Ex tali consideratione & detestatione peccatorum quæ fecit in speciali, subsequetur in anima omnium peccatorum obliuorū detestatio generalis. Hæc Bear. Thom. quar-

to scripto. sen. dist. 17. artic.

3. q. 4. & prima secundæ.

q. 113. art. 5. in

cor. q. & ar-

gum. contra in sol. ar.

Simili-
tudo na-
turaliū,
& gra-
tutorū.

5. **Q**UARTO, & ultimo ad iustificationem impij requiritur remissio culpæ, vel offensæ, hoc autem tripliciter probo, scilicet auctoritate, similitudine, & ratione.

Primò auctoritate Isaia. 27. dicentis, Omnis iste fructus iustitiæ, ut auferatur peccatum.

Secundo probo, hoc idem similitudine tali: quia sicut in naturalibus generatio vnius est corruptio alterius, ut patet de aduentu lucis: nam aduentus lucis in aere est causa abscessus obscuritatis, ita à simili infusio gratiæ est causa remissionis culpæ in eo qui iustificatur.

Effectus naturæ effectib. gratiæ comparatur.

Tertio hoc idem probo ratione sic. Iustificatio est quædam transmutatio de statu culpæ ad statum gratiæ, vel iustitiæ. In motu autem requiruntur tria: primum est motus mouentis, secundum est motus mobilis, tertium est consecutio finis. Hoc probatur exemplo tali. Nam quando aer illuminatur sunt ibi tria: primo est ibi influentia, solis, vel lucis: secundo est ibi refulgētia aeris: tertio est ibi abstinētia obscuritatis. Sic à simili in iustificatione impij sunt ista tria: primò est ibi infusio gratiæ: secundo assensio animæ: tertio contritio, uel compunctio culpæ: quarto, & ultimo sequitur remissio culpæ, vel offensæ.

Infusio gratiæ ad culpæ remissionem. Vbi sciendum, quòd infusio gratiæ accidentaliter se habet ad remissionem culpæ, & ideo potest esse infusio gratiæ sine remissione culpæ, sicut in statu innocentia, & in Christo homine quantum ad primum instans suæ conceptionis: unde infusio gratiæ includit remissionem culpæ ex parte status, scilicet quia homo est, in statu peccati, & tunc ad iustificationem impij est necessaria remissio culpæ, & ante remissionem culpæ, est necessaria infusio gratiæ sine qua non potest fieri remissio culpæ.

Hec Beatus Thomas quarto scrip. senten. distinct. 17. art.

3. in corp. quæst. & prima secundæ, quæ.

113. ar. sexto per totum.



TERTIO principaliter circa iustificationem impij consideranda est eminentia dignitatis. Vbi nota, quòd in iustificatione impij sunt tria: primò enim ibi gratiæ infusio est primaria: secundo iustificatio est actio instantanea: tertio iustificatio est operatio dei maxima.

Primò in iustificatione gratiæ infusio est primaria. Cum enim ad iustificationem impij quattuor requiruntur, ut patet quatuor ca. præceden. licet omnia quattuor supradicta ordine temporis sint simul, quia in instanti, ut infra patebit: tamen ordine naturæ ex parte peccatoris iustificati prius est remissio culpæ, quàm infusio gratiæ. Ex parte uero Dei iustificantis est econuerso, quia prius est infusio gratiæ, quàm remissio culpæ. Cuius ratio est, quia infusio gratiæ est causa remissionis culpæ, causa autem est prior effectu, quod tali exemplo probo. Illuminatio aeris potest dupliciter considerari. primo ex parte aeris illuminati, & tunc prius est purgatio à tenebris quàm assensio luminis: secundo illuminatio aeris potest considerari ex parte solis illuminantis, & sic prius est illuminatio quàm tenebrarum exclusio, vel remotio: tertio quæcum in iustificatione impij sit transmutatio termini à quò sicut à culpa, & termini ad quem sicut ad iustitiam, gratia est causa remissionis culpæ, & adoptionis iustitiæ. Hec B. Thom. 4. scri. dist. 17. artic. 4. q. 8. & prima secundæ. q. 113 artic. 8. per totum.

Tria sunt in iustificatione impij.

Secundo est actio instantanea. Nā peccator subito, & in instanti iustificatur à Deo. Hoc autem tripliciter probo, scilicet rationib. similitudinib., & auctoritatib. Primò triplici ratione. scilicet ratione originis, dispositionis, virtutis. primo ratione originis sic. Iustificatio originaliter ex gratiæ infusione procedit, sed infusio gratiæ spiritus sancti fit in instanti. ita dicitur act. 2. Factus est repente de cælo sonus quàm aduenientis spiritus &c. secundo hoc idem probo ratione dispositionis sic. Deus in infusione gratiæ non requirit aliam dispositionem quam ipse non faciat, sed ipse in instanti mentem disponit ad susceptionem gratiæ, quæ est causa iustificationis, ergo iustificatio peccatoris est in instanti. Quod autem Deus in instanti infun-

Deus iu-
stificat i
instanti

infundat gratiam, & iustificet, probo hoc tertio, scilicet ratione virtutis sic. Virtus infinita agit uno tempore, & per consequens in instanti, sed Deus est infinitę virtutis: ergo &c. Secundo probo hoc idem duplici similitudine: primo exemplo, vel similitudine ignis sic. Efficacior est virtus divina ad agendum quàm virtus naturalis, uel naturę, sed virtute naturę generatio qua fit ignis est in instanti, ergo infusio gratię, & remissio culpę sunt in instāti: secundo hoc idem probo, exemplo solis sic. Illuminatio aeris, & exclusio obscuritatis fit in instanti: ergo multo magis iustificatio peccatoris, vbi supra, quarto scripto sent. distinc. 17. artic. 5. quęst. 3. in cor. quęst. per totum, & prima secundę vbi supra artic. 7. per totum.

Tertio iustificatio impij est operatio Dei maxima: ita dicitur in psalm. Iustificationes eius super omnia opera eius.

Vbi nota, quod tria sunt quę diuersis respectibus sunt maxima opera Dei, scilicet creatio, iustificatio, glorificatio.

Tria dei
opa ma-
xima.

Primò dico, quod inter omnia opera Dei, creatio est maximum opus Dei, & hoc ex parte modi agendi. Cuius ratio est, quia in creatione nihil pręsupponitur, cum sit productio alicuius ex nihilo: in iustificatione autem, & glorificatione iustorum voluntas, & gratia supponuntur.

Secundo dico, quod iustificatio peccatoris est maius opus Dei, quàm sit creatio ex parte facti, quod probo duplici ratione. Prima est, quia in iustificatione peccatorum datur, & acquiritur nobilius esse quam in

creatione: quod pater, quia in creatione datur, & acquiritur esse naturę: in iustificatione autem acquiritur esse gratię. esse autem gratię est nobilius quàm esse naturę. Secunda ratio est, quia in iustificatione peccatorum repugnat Deo iustificanti inordinata peccatorum voluntas. In creatione autem nihil repugnat voluntati creantis: unde Augusti exponens illud verbum Iohan. 14. Maiora horum faciet, dicit, quod maius opus est, ut ex impio iustus fiat, quàm ex nihilo cœlum, & terram creare, ut patet et per duas rationes prędictas: secundo iustificatio impij est maius opus Dei, quàm sit glorificatio iusti ex parte meriti. Cuius ratio est, quia maius donum est concedere gratiam impio, qui erat dignus pœna, quàm beatificare iustū qui est dignus gloria &c. Tertio glorificatio iusti est maius opus Dei, quàm sit iustificatio peccatorum ex parte doni, eo quod maius est donū glorię beatificantis, quàm sit donum gratię iustificantis: Vel maius donū est gloria, & nobilius quàm sit gratia, unde August. super Iohan. 14. Maiora horum faciet, sic dicit: Iudicet qui potest, utrum maius sit iustos angelos creare, vel pręmiare, quàm sit impios iustificare. Certè si utramque est æqualis potentia, hoc est maioris misericordię. Hęc Beat. Thom. quarto scripto, sentent. distinct. 17. artic. 5. quęst. 1. in solut. 5. argum. & ibidem distinct. 46. de misericordia, articul. 1. quęst. 3. in sol. 2. argum. & prima secundę. q. 113. artic. 9. in cor. q. in fine.

